Guy de Chauliac    Geo. Bell

1845.28

f2B

# ARS CHIRVRGICA

## GVIDONIS CAVLIACI MEDICI

celeberrimi lucubrationes chirurgicæ, ab infinitis propè mendis emendatæ: ac instrumentorum chirurgicorum formis, quæ in aliis impressionibus desiderabātur, exornatæ. BRVNI præterea, THEODORICI, ROLANDI, LANFRANCI, et BERTAPALIÆ, chirurgiæ, maxima nunc diligentia recognitæ.

HIS ACCESSERVNT

ROGERII AC GVLIELMI SALICETI CHIRVRGIÆ: quarum altera quibusdam decorata adnotationibus, nunc primū in lucem exit; altera ex vetustorum exemplarium lectione, innumeris ferè in locis est aucta, ac in integrum restituta.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVLORVM OMNIVM *in hoc uolumine contentorum, sequenti pagina post epistolam, habetur.*

L A



*Cum Decreto Illustriss. Senatus Veneti per Decennium, in iis quæ a nobis tantum, in hoc uolumine, nunc primum impressa fuere.*

VENETIIS APVD IVNTAS. M. D XLVI.

# CHIRVRGIÆ STVDIOSIS. S.

GVido Cauliacus medicus, ob facilem illam methodum elegantemq; doctrinam, quibus in tractanda ea medicinæ parte, quæ chirurgia dicitur, vſus eſt: tam excellens iudicatus fuit, vt omnium chirurgorum recentiũ facile princeps habitus fuerit. Hic licet Hippocratem & Galenum, ea quam olim vidiſtis verſione, barbara nimirum ac infida, loquẽtes legeret: eorum tamen mentem ac doctrinam adeo intellexit, æmulatusq; eſt: vt neminem fortaſſe hucuſq; habeamus, qui hoc ipſum melius peregerit. Huius nunc magnã ac paruam chirurgiam, quæ infinitis prope ſcatebant mendis, qua potuimus diligentia, correximus: in primis quidẽ omnia fere, quæ ex Hippocrate & Galeno deprompſerat, vbi ea vel contrariam, vel diuerſam, vel certe obſcuram redderent auctoris ſententiam, nos conſultis ſemper gręcis codicibus, ad eorum fidem reſtituimus. Quam plurimos etiã alios locos ac dictiones emendauimus. Inſtrumentorũ pręterea chirurgicorum formas, ope ac iudicio Iohannis Antonij Plati Leonici eruditiſſimi, celeberrimiq; noſtræ ætatis chirurgi, ſuo loco collocauimus. Hos autem noſtros in Guidonem labores facile is cognoſcet ac probabit, qui nouam hanc impreſſionem cum alijs conferre nõ fuerit grauatus. Et quia cum hoc Guidonis libro, Bruni quoq; chirurgia, & Theodorici, & Rolandi, & Lanfranci, & Bertapaliæ legebantur: quorũ omnium (Bertapalia excepto) paſſim meminit Guido, iudiciumq; de eis in ſuo fert procemio: iccirco nos quoq; maxima diligentia caſtigatos, in hoc noſtro volumine impreſſimus. Dempſimus autem illum Rogerij librum, in quo quæ ad phyſicam (vt aiunt) ſpectant, tractantur: & in eius locum, eiuſdem chirurgiam, quibuſdã exornatam ſcholijs, quam ab eodem Iohanne Antonio accepimus, opus ſane utile ac vbiq; a recentioribus chirurgis citatũ, nunc primũ locauimus: quam licet in Rolandi libro fere totã contineri nõ ignoraremus, imprimendam tamen duximus, quo vos Rogerium a Rolando diſtinguere valeatis. Addidimus pręterea Gulielmi illius Saliceti tam celebris medici, adeoq; a Guidone ac alijs chirurgis omnibus probati, chirurgiam, non qualem antea impreſſam aliquando vidiſtis mancam ac mutilam, ſed integram profecto ac abſolutam. Duos ſiquidem emendatiſſimos nacti ſumus vetuſtos codices, ex quibus in hunc noſtrum integra apportauimus capita, morborum curationes, medicamentorum compoſitiones, inſtrumentorum figuras, quæ in alijs impreſſis deerant. Idem in Bertapalia fecimus: quippe qui integras paginas interdum adiunximus ex manuſcripto codice: tum ſimul plurimis in locis, non raro quidem quatuor vel quinq; verſus, ſępius vero integras ſententias ac dictiones addidimus, plerunq; etiã ipſas emendauimus. Vos igitur Chirurgiæ ſtudioſi, ſi horum ſcriptorum libros in vnum hoc volumen collectos, libenter ſtudioſeq; legeritis: totam chirurgiã in eis diligentiſſime compręhenſam ac pertractatã, percipietis. Valete.

# INDEX OMNIVM capitum in hisce Chirurgię operibus contentorum.

## Guidonis de Cauliaco Chirurgia magna.

## Turæ de Castello, de Balneis Porrectanis.



## Bruni Longoburgensis, chirurgia magna.



Eiusdem

## Eiusdem Bruni chirurgia parua.



## Theodorici Episcopi Ceruien. ordinis prædicatorum chirurgia.

## Rolandi chirurgia.

## Lanfranci Mediolanensis chirurgia parua.

## Eiusdem Lanfranci ars completa totius chirurgiæ.



## Eiusdem Lanfranci antidotarium



Leonardi

## Leonardi Bertapaliæ chirurgia. De apostematibus.



## Eiusdem Bertapal. de vulneribus.



## Eiusdem Bertapal. de vlceribus.



## Eiusdem Bertapal. de neruis.



## Eiusdem Bertapal. de ossibus.



## Eiusdem Bertapal. de iudicijs vulnerum, per signa cœlestia.

## Guilielmi de Saliceto. Chirurgia.

## Rogerij chirurgia.

Finis indicis.

# GVIDONIS DE CAVLIACO

## MEDICI CELEBERRIMI, CHIRVRGIA

Ædita anno Dñi. M. CCCLXIII. In præclaro studio Montispessulani, & nunc diligentissime emendata.

POSTQVAM prius gratias egero Deo largiẽti vitam perpetuam animarum, et sanitatem corporũ, et medicanti morbos per gratiã, quam tulit omni carni ex uirtutibus sanitatem conseruãtibus, et protegentibus a lãgore, danti intelligi artem medicinæ et ingeniũ sanitatis diuinis et animosis intelligẽtibus: dabo operam ad cõmentãdum & assummãdum. In primis igitur aggrediens quandam cõmentationem seu collectionem artis medicinæ chirurgię: ago gratias Deo viuo & vero, qui omnibus tribuit esse, sine quo nullum rite fundatur exordium: ad eum deuotissime recurrendo, totis viribus cordis mei supplicãdo: vt in hoc opere & in cunctis alijs mittat mihi auxilium de sancto, & de Syon tueatur me, felix principium tribuendo, & felicius medium gubernando: & iubeat complere quod fiat vtile, ad finem optimũ deducendo. Ratio huius cõmentationis seu collectionis nõ fuit librorũ defectus: sed potius vnitas & profectus. Non enim quilibet omnes libros habere potest: & si haberet, tediũ esset legere, & diuinũ esset oĩa in mente tenere. varia lectio delectat: certa prodest: & in cõstructionibus semper occurrũt melioramenta. Sciẽtiæ enim per additamenta fiunt: non enim est possibile eundem incipere & finire. Pueri enim sumus in collo gigantis, quia uidere possumus quicquid gigas, & aliquantulum plus. Est ergo in constructionibus et assũmationibus unitas et profectus. Verũ quia vt ait Plato eximius, ea quæ scribuntur breuius quam expediat, sunt diminuta & obscura, ea vero quæ longius, videntes fastidiunt: vix est liber, qui reprehensionem effugiat. Et propter hoc mihi ad solatium senectutis, ad solum mentis exercitium, vobis dominis meis medicis Montispessulani, Bonoñ, Parisiis, atque Auinioñ. præcipue papalibus, quibus me in seruitio Romanorum pontificum associaui, cum quibus audiendo, legendo, & operando fui nutritus, mediocritatem obseruando, moderata compendiositate perstringam sapiẽtium dicta principalia, quæ in diuersorum librorũ uoluminibus de chirurgia tractauerint, propter quod inuentarium seu collectorium chirurgiæ vocabitur liber iste. Nec de meo proprio aliquid, nisi forte paucissima, addidi, quæ iuxta modicitatem mei ingenij vtilia reputaui. Siquid tamen imperfectum, dubium, superfluum, & obscurum ibidem fuerit, correctioni vestræ submitto: & supplico, vt pauperculæ scientiæ meæ veniam concedatis.

*Capitulum singulare, in quo præmittuntur, quædam ualde necessaria cuicunque uolenti proficere in arte chirurgiæ.*

CHarissimi dñi, quia huiusmodi cõmentatio ad modum inuẽtarij ciuilis hęreditatis ordinatur, & in inuentario ciuili præscribuntur cõmuniora & digniora hęreditatis totius: ita & in isto pręmittitur capitulum singulare, in quo ponũtur quędam communia valde necessaria cuicunq; volenti proficere in arte chirurgiæ. Et hoc est qđ nobis indicat philosophus primo physicorum, Innata est nobis uia a cõmunioribus ad specialia procedere. Dicatur ergo primo: quid est chirurgia. Et licet multi multipliciter definierunt: oẽs tamen fundamẽtum a patre nostro Galeno, in introductorio medicinę sumpserunt, dũ dicit. Chirurgia quid est, pars therapeuticę per incisionem & vstionem & articulationẽ ossium, sanãs homines. Cui diffinitioni addit in cõmento primi de regimine acutorum: et per alias manuũ operationes: & ita est complete descripta, ſm ꝙ ipsa consideratur stricte, prout est tertium instrumentum medicinæ. Vt autem consideratur magis large, prout est sciẽtia curãdi ęgritudines, in qbus cadit seu intenditur operatio manualis sine exclusione aliorum duorum instrumentorum medicinę, potionis, videlicet, & diętæ: talis descriptio ex dictis oĩum assignatur isto modo. Chirurgia est scientia, docens modum et qualitatem operãdi principaliter, consolidando, incidẽdo, & alias operationes manuum exercendo, sanans hominem ſm qđ est possibile. Scientia ponitur ibi loco generis. Nec valet quod obijcitur, ꝙ in multis locis nominatur ars: quia hic large & non proprijssime sumitur hoc nomẽ scientia. habitus enim animæ tantã colligantiam habent, ꝙ vnus pro reliquo multoties nominatur. Veritas tamen habet, ꝙ chirurgia est duplex, Docens, quę appropriatur nomine scientię, quam potest habere aliquis: & si nunq̃ fuerit operatus: Et vtens, quæ noĩe artis appropriatur: et istam nullus scire potest nisi viderit eam, quam Aristo. inter artes mechanicas numerauit. Et hoc est qđ Gal. dicebat in primo de alimentis: ex libro certe neque gubernatorem aliquẽ posse fieri, neq; alterius artis opificem: sola enim doctrina quæ exercitando habetur, artifices operatur. Cætera ponuntur pro differentia: sed quia logicum est, pręter mittatur. In cauda tamẽ ponitur, ſm qđ est possibile sanãs homines: quia vt dicebat in Montepessulano magister meus Raymundus, non omnia in omnibus, sed cętera in cæteris: non est in medico vt semper releuetur æger. quęrere a medico demonstrationẽ, est quęrere a traulo sermocinationẽ: vterq; caret instrumentis, vt doctor dicebat subtilis: sufficit facere qđ ars pręcipit.

Vide tamen Gale. ibi in fine pœmij.

Vbi aduertēdū est, ꝙ in omnibus ęgritudinibus ars præcipit curam propriā, exceptis tribus casibus, in qbus sufficit cura larga, pręseruatiua, et palliatiua. Primus casus est, quādo morbus est simpliciter incurabilis, vt lepra. Secundus, quando morbus est curabilis de se: est tamē in patiente inobediente: aut pœnam sustinere non valente: vt cancer in mēbro particulari. Tertius est, quando cura illius morbi generaret maiorem ægritudinem: vt malum mortuum inueteratum: aut hęmorrhoides antiquas sanare, nisi una relicta fuerit, periculum est hydropisim, aut maniam fieri inquit Hippo. & hoc innuebat Gal. xiiij. therapeuticæ. curatio vnum habet modum, operari indolorose. & absq; fallacia saluare corpus, & non perimere, boni medici est non sinistri. xij. therapeuticę: & hoc est facere qd' est possibile: & non propter pecuniā promittere impossibilia. A malis curis, & a falsis promissionibus caueas, ne nomen mali medici subeas, neq; super corpus tuū accipias. Dicitur aūt chirurgia a cheir, qd' est manus, et ergeia, qd' est operatio, quasi sciētia de opere manuali. Apparet enim ex prædictis ꝙ corpus humanum sanabile & ęgrotabile per scientiam chirurgię, est subiectum in chirurgia: & ꝙ remouere ægritudinem & seruare sanitatē ſm qd' est possibile cum scientia chirurgię, est finis et intentio istius scientiæ. Partes chirurgiæ ſm Ioannitiū in generę sunt duę: & operari videlicet in mēbris mobilibus: & operari in duris. In specie vero sunt quinq;, videlicet, scientia docens operari in vulneribus, & docens operari in restaurationibus, & in alijs in qbus cadit operatio manualis. Operationes chirurgorum in prædictis partibus sunt tres, scilicet, Soluere continuum phlebotomando, scalpendo, iūgere separatum, consolidando vulnera, & reducendo algebras. extirpare superfluū cū curantur apostemata, & glandulæ resecantur. Instrumenta chirurgorum cum quibus ista complentur, sunt multiplicia, quia quædam sunt cōmunia, & quædam propria. Cōmunia quædam sunt medicinalia, quædā ferralia. Instrumenta medicinalia, sunt regimina, & potiones, saginationes, vnguenta, emplastra, pulueres. Instrumenta ferralia sunt: quædam ad incidendum, vt forpices, rasoria, & lancetæ: quædā ad cauterizādum, vt sunt oliuaria, & cultellaria: quædam ad extrahendum, vt tenaculæ, & pincecarolę: quædam ad probandum, vt probæ, & intromissi: quædam ad suendū, vt acus, et cannulæ. Propria sunt, vt trypana in capite, falx in ano &c. Ex quibus apparet ꝙ chirurgus artificialiter operans debet secum portare quinq; unguenta, scilicet basilicon ad maturandum, unguentum apostolorum ad mundificandum, vnguentum album ad consolidandum, vnguentum aureum ad incarnandū, dialthęam ad dulcorandum. In pēnarolo debet portare quinq; uel sex instrumenta, scilicet forpices, pincecarolas, probam, rasorium, lancetam, & acus. Et talis chirurgus sic munitus potest prædictas operationes in corpore humano vtiliter exercere: dūtaxat, ꝙ recte fuerit curatiuarum intentionum informatus. Informatur enim curatiuis intentionibus ſm Gal. per totam therapeuticam, ab indicationibus assumptis a rebus præter naturam primo, consequenter a rebus naturalibus & non naturalibus, & ab eisdem annexis. In cipere quidem oportet ſm eundem Gal. in secundo therapeu. a primis, transire uero hinc ad eas quæ consequuntur: deinde ad illas quę illis adhærent. & sic faciendo, nō cessare antequam perueniat ad finem rei quęsitę, quæ est curatio vniuscuiusq; ægritudinis. Principium vero ducens ad hanc viam est ęgritudinis notio, scilicet qualis sit per sui naturā: Consequēter discurrendo per alia: indicationem ſm singulum accipere non uisam a pluribus: Consequenter inuentis indicationibus oportet ſm easdem intentiones inquirere quæ sunt possibiles, & quę non, perfici: Vltimo inuenire oportet, cum quibus & qualiter compleantur. Vbi aduertendum versus finem secundi: & ꝙ si intentiones sunt paucæ, & concordes: vt in vlcere seu vulnere simplici, leue quid est. Si vero sunt multæ & contrariæ, vt in vlcere concauo, sordido, apostemoso, iuxta mēbrū nobile &c: scrutari oportet tunc talibus complicationibus. Primum quidē a quo maxime periclitatur homo. Secundū uero, quod ex ipsis rationem habet causę. Tertium est, quæ impossibilis est sanari ante aliā. Nā ubi ab aliqua dispositione magnū periculū iminet, intētio est ad illud qd' magis properat seu vrget: Vbi vero hoc idem faciens seu conseruans: quę ad curam: Vbi vero non est possibile curari hoc ante illud: quæ ab ordine: vt in exemplo præfato Gale. tertio, quarto, seprimo therapeu. declarat euidenter. Et propter hoc dicebatur in tertio ꝙ non est idem, uel ut causam qd scrutari: vel vt rationem eorum sine quibus nō, obtinens: vel vt quod properat. aliqū vero tale est qd' properat, vt cogat incuratā relinquere particulā, vt in pūctis neruis, et hęmorrhogizātibus venis, in musculis percussis, et in articulationibus quæ cum vlcere fiunt. Modus & forma operandi cum prędictis instrumentis, ſm Arnoldum elicitur ex quatuor cōsiderationibus. Primo debet cōsiderare chirurgus artificialiter operans, quæ sit illa operatio quam debet exercere in corpore humano. Secundo, quare applicatur. Tertio, vtrū sit necessaria & possibilis. Quarto, rectum modum applicandi. Primū habetur per diuisionem, & subdiuisionem operationum chirurgiæ, vt supra dictum est. Secundum cognoscitur per generalem intētionem chirurgorum, quę pręcipit operationes eorum in humano corpore fieri debere ſm vtilitatem cū fiducia securitatis. Tertium concipitur per considerationē effectuum operis, & particularium a parte corporis occurrentiū. Quartum innotescit: vt omnia quæ conueniunt corpori, ſm ꝙ talis operatio sibi applicatur, et ſm ꝙ ipsi subijcitur, vel ad ea comparatur, conuenienter exerceantur: & hoc ante applicationem, & in actu applicationis, & post ipsius actum. Verbi gratia, volumus extrahere aquam hydropicorum. Prius debemus considerare quæ sit talis operatio, & scimus per diuisionem operationis chirurgiæ ꝙ est soluere continuum cum rasorio. Secundo debemus considerare quare fit, & scimus per generalem intentionem chirurgorū, vt curetur hydropisis, uel vt saltim passio alleuietur. Tertio debemus considerare vtrū talis operatio sit necessaria & possibilis: & scimus ꝙ est necessaria, quia aliter non potest curari hydropisis confirmata: & ideo si patiens debilis est, non erit possibilis: si patiens sit fortis, extrahetur paulatine.

Quarto,

Quarto debemus considerare rectũ modum extrahendi: & est q̃ situetur patiens supinus: & pellis ventris subtus vmbilicum a latere dextro si passio venerit a sinistro: vel econtra, si fuerit in dextro, trahatur ad superius, et perforetur cũ rasorio vsq; ad locũ vacuũ: & applicata cannula aq̃ iuxta tolerantiã infirmi extrahatur: et post, extracta cãnula, cutis dimittatur, et descendẽdo claudet vulnus mirach, & aq̃ non exibit. Et quando volueris iterũ extrahere, ducatur cutis, & ponatur cannula vt prius, & exibit quantum volueris, & poterit tolerare, & ita patet operatio.

Operatores huius artis, quorum notitia & doctrina fuit apud me, et quorũ dicta inueniẽtur in hoc opere ad hoc, ut sciatur, q̃s melius dixit alio, bonũ est eos ĩ quodã catalogo ordinare. Primus oĩum fuit Hippocrates, qui, ut legit̃ in ĩtroductorio medicinę, supauit oẽs. et primus duxit ad lucẽ perfectam, apud graecos medicinã. Ipsa enim, vt dicit Macrobius, & Isidorus quarto etymologiarum: quod etiã recitatur in prologo totius continentis, ante Hippoc. siluerat per quingentos annos a tẽpore Apollinis, & Asclepij, qui fuerunt primi eius inuẽtores: ipse enim vixit .95. annis, & scripsit multos libros chirurgiæ, vt patet in quarto therapeu. & in multis locis per Gal. Sed credo, q̃ propter bonã ordinationem librorũ Galeni, libri Hippo. & aliorum multorũ fuerunt omissi. Galenus secutus est eũ, & q̃ Hippoc. seminauit, tanq̃ bonus agricola excoluit & augmentauit: vnde multos libros scripsit ĩ q̃bus multa de chirurgia miscuit, & specialiter librum de tumoribus præter naturam assũmauit, & primos sex libros therapeu. de vulneribus & vlceribus, & duos vltimos de apostematibus, & de multis ægritudinibus alijs, in quibus cadit opatio manualis, cõposuit. vij. libros, catageni. i. de cõpositiõe medic. s̃m genera (licet nõ habeamus nisi sũmã) ordinauit: Fuit enim maximus in scientia demõstratiua tẽpore Antonini Imperatoris, post Christum quasi per .150. annos, vixit. 80. annis: vt in vita, & moribus philosophorũ, recitatur. Inter Hippo. et Gale. fuit tempus mirabile, vt dicit Auicẽ. in quarto de fracturis. 300. & .25. annorũ, vt glosatur ibidẽ, & secundũ veritatem fuerunt .586. anni. Post Gal. inuenimus Paulum, qui, vt testatur Rasis in toto continente, & Halyab. in libro de dispositione regali, multa in chirurgia fecit, librũ tamen sextũ chirurgiæ suæ ĩueni. Subsequenter inuenitur Rasis, Albucasis, & Açaran, qui siue fuerint idem vel diuersi, optime se habuit, maxime in libris Almansoris, & diuisionum, & chirurgia Albucasis dicta: & vt dixit Haliabbas, in illis sua specialia posuit: In toto vero continente, qui Helham arabice dicitur, eadem replicauit, & omnes prędecessorum suorũ maiorum dicta congregauit: quia tñ non elegit, et longus & indeterminatus, appreciatus minus fuit. Halyabbas magnus magister fuit, & præter seminationem in libris dispositionis regalis nonam partem secundi sermonis de chirurgia ordinauit. Auic. illustris princeps secutus est eum, & ualde ordinate, ut de alijs, in quarto libro, de chirurgia tractauit. Et usq; ad eũ oẽs inueniuntur fuisse physici simul & chirurgi. Sed post vel propter lasciuiam, vel occupationem curarum nimiam separata fuit chirurgia, & dimissa in manibus mechanicorũ, Quorũ primus fuit Rogerius, Rolandus, atq; quatuor magistri, qui libros speciales in chirurgia ediderunt, & multa emperica in eis miscuerunt. Deinde inuenitur Iamerius, qui quandã chirurgiam brutalem edidit, in quam multa fatua ĩmiscuit, in multis tamen Rogerium secutus fuit. Subsequenter autem inuenitur Brunus, qui satis discrete dicta Gale. & Auicẽ. & operationes Albuc. assũmauit, translationem tamen librorum Gal. totam non habuit, et anotomiam penitus dimisit. Post ipsum ĩmediate, venit Theodoricus, qui rapiendo omnia, quę dixit Brunus, cum quibusdam fabulis Hugonis de Luca magistri sui, librũ edidit. Guielmus de Saliceto, valẽs homo fuit, et in physica, & in chirurgia duas sũmas composuit: & iudicio meo quantum ad illa, quę tractauit, satis bene dixit. Lanfrancus etiã librum scripsit, in quo non multa posuit, nisi quæ a Guielmo recepit: in alio tamen ordine mutauit. In hoc tempore, magister Arnaldus de Villa noua, in vtraq; facultate floruit, & multa pulchra opa fecit. Henricus de Hermondauila Parisijs tractatum per notabilia incepit, in quo nitebatur de Theodorico, & Lanfranco facere matrimoniũ: ipsum tamen tractatum morte præuentus non compleuit. In hoc tẽpore in Calabria magister Nicolaus de Regio ĩ lingua gręca & latina perfectissimus, libros Gal. translatauit, & eos nobis in curia transmisit, qui altioris & perfectioris stili videntur, q̃ translatati de arabica lingua. Vltimo insurrexit vna fatua Rosa anglicana, quæ mihi mandata fuit & visa, credidi in ea inuenire odorem suauitatis, & inueni fabulas Hispani Gilberti, & Theodorici. Tempore autẽ meo fuerunt chirurgi operantes Tholosæ magister Nicolaus catalanus. In Montepes. magister Bonetus filius Lanfranci. Bononię magister Peregrinus, atq; Mercadantus. Parisiis magister Petrus de Argẽteria. In Lugduno vbi practicaui longo tempore, Petrus de Bonaco. In Auinioñ. magr̃ Petrus de Arelate, & socius meus Ioannes de Paxina. Et ego Guido de Cauliaco chirurgus magr̃ ĩ medicina, de cõfinibus Alumnię, diocesis Munaceñ. medicus, et capellanus cõmẽsalis domini nr̃i Papę, vidi operationes multas et multa scripta prædictorum, pręcipue Gale. quia quot reperiebãtur libri in vtraq; translatione habui, & eos cum diligentia qua potui studui, & per multa tẽpora operatus fui in multis partibus, et nunc eram in Auinione anno domini .1463. pontificatus domini Vrbani quinti anno primo. In quo ex dictis prænominatorum, & meis experientijs cum auxilio sociorũ meorum, hoc opus compilaui iussu Dei. Sectæ quę currebant tẽpore meo inter operatores huius artis, pręter duas generales, quæ adhuc uigẽt, logicorum .v3. et empericorum, reprobatas a Gal. in de sectis et per totã therapeuticã, fuerũt. v. Et prima fuit Rogerij, Rolandi, & quatuor magistrorum, qui indifferenter omnibus vulneribus & apostematibus saniem cum suis pultibus, pcurabant, fundantes se super illo quinti aphorismorum, laxa bona, cruda uero mala. Secũda fuit Bruni, & Theodorici, qui indifferenter omnia vulnera cum solo vino exiccabant, fundantes se super illo quarto therapeu. siccum uero sano est propinquius, humidum vero non sano. Tertia secta fuit Guil. de Saliceto, et Lanfranci, qui volentes mediare inter istos, procurabant omnia uulnera cũ vnguentis, et emplastris dulcibus, fundantes se .14. therapeu. q̃ curatio vnũ habet modum, q̃ absq; falla-

cia & dolore tractetur. Quarta secta fere omnium theotunicorum, militum, & sequẽtium bella, qui cũ cõiurationibus, & potionibus, & oleo, & lana, atq; caulis folio procurant omnia vulnera: fundantes se super illo, ꝙ Deus posuit virtutem suam in verbis, herbis, & lapidibus. Quinta secta est mulierum, & multorum idiotarum, qui ad solos sanctos de omnibus ægritudinibus, infirmos remittunt: fundantes se sup illo, Dominus mihi dedit sicut placuit, dominus a me auferet, quando sibi placebit, sit nomen domini benedictum. amen. Et quia istæ sectę, in processu libri redarguentur, omittuntur de præsenti. De vno tñ miror, quia ita se sequũtur sicut grues: vnus non dixit nisi quod alter: nescio si propter timorem aut amorem: nunc dedignantur audire nisi consueta, & auctoritate probata. Male legerunt Aristote. in secundo metaphysices ostẽdentem, ꝙ ista duo sunt, quæ magis impediunt viam, & cognitionem veritatis. Dimittantur tales amicitiæ, & timores: quia amicus est Socrates, vel Plato: sed magis est amica veritas. Sequantur doctrinam dogmaticam Gal. approbatam in libro sectarum, & per totam therapeuticã, quæ experimento, & ratione integratur: in qua inuestigantur res, & refutantur voces. Et modum inuestigandi ipse docuit, in de constitutione artis dogmaticę, capitulo septimo. quem sub quodam epilogo ĩ tertio de virtutibus naturalibus capitulo decimo, sic ponit. Oportet enim debentẽ cognoscere quid alijs melius: mox quidem, scilicet, a principio, & natura & prima doctrina multum ab alijs differre: cum autem factus fuerit puer, veritatis quandam insaniam veneream habere, & neque die, neque nocte deficere studẽtem, et addiscere quęcũq; a gloriosissimis dicta sunt veteribus: cum aũt ad statũ uenerit, ac didicerit: iudicare ea, ac examinare tẽpore quã multo, & intueri quęcũq; quidem cõcordent his quæ manifeste apparẽt: quęcũq; vero differant: & ita hoc quidẽ eligere: hoc vero auertere. Et tali quidem vtique vehementer vtiles speraui nostros futuros esse sermones: alijs vero vtiq; fiet ista conscriptio superflua, ac si asino fabularetur. Non tamẽ dico, quin sit optimum in proposito adducere testimonia, quia Gale. in multis locis, præter rationem & experimẽtũ, quę sunt omnibus hominibus duo instrumenta iudicatoria, primo therapeuti. iij. adducit testimonia. vnde in primo miamir, augetur fides eorum, quæ scribuntur, ex narrantium cõcordia. Et propter hoc dicit, ꝙ ipse scribet uniuersa pharmaca, quæ ab expertis medicis tradita sunt: & ita, vt dixi faciã ego in processu Deo glorioso adiuuante.

Redeamus ad propositum, & ponantur conditiones, quæ requiruntur cuicunq; chirurgo volenti artificialiter dictum modum et formam operandi exercere in corpore humano, quas Hippocr. omnium bonorum dux, cum quadam subtili inductione concludit, in primo aphorismorum, vita breuis, ars vero longa, tempus acutum, experimentum fallax, iudicium vero difficile, oportet autẽ non solum seipm prębere, quę oportet facientem, sed & ægrotantem, & assistentes, & ea quę extrinsecus ordinare. Sunt ergo quadruplices conditiones, quę accipiuntur hic ſm Arnaldum latinatorem eloquentissimum. Quædam sunt, quæ requiruntur in chirurgo, quædam in infirmo, quædam in assistentibus, aliæ uero in extrinsecus euenientibus. Conditiones, quæ requiruntur in chirurgo: sunt quatuor. Prima est, ꝙ sit literatus. Secunda, ꝙ sit expertus. Tertia, ꝙ sit ingeniosus. Quarta, ꝙ sit morigeratus. Requiritur ergo primo, ꝙ sit chirurgus literatus, non tantum in principijs chirurgiæ, sed etiam physicę, tam in theorica, q̃ in practica. In theorica oportet, ꝙ ipse cognoscat res naturales, & non naturales, & contra naturam. Primo enĩ oportet, ꝙ ipse cognoscat res naturales, pręcipue anotomiam, nam sine ipsa factũ est nihil in chirurgia, vt inferius apparebit. cognoscat etiam complexionem: nam ſm diuersitatem naturæ, oportet diuersificare medicinam: contra Thessalum in tota therapeu. illud idem probatur de virtute. Res etiã non naturales, vt sunt aer, cibus, & potus &c. oportet ꝙ cognoscat, nam istæ sunt causæ totius ægritudinis & sanitatis. Oportet ꝙ cognoscat etiam res cõtra naturam, morbum, scilicet: nam ab ipso sumitur intẽtio curatiua. Causam nullo modo ignoret, nam sine cognitione ipsius curatio nõ esset eius muneris, sed fortunæ. Accidentia non prætermittat: nã aliquoties ipsa suam causam superant: & totam naturã pręuaricant, & peruertunt, in primo ad Glauconẽ. In practica oportet, ꝙ sciat diætare, pharmacare. nã sine istis non perficitur chirurgia, quæ est tertium instrumentum medicinę. Vnde Gal. in introductorio: sicut pharmacia indiget diæta & chirurgia: sic et ipsa chirurgia indiget diæta & pharmacia. Sic ergo patet, ꝙ oportet ipsum chirurgum artificialiter operãtem scire principia medicinæ. Et cum hoc est decens ipsum scire aliquantulum aliarum artium. Et hoc est quod dicebat Gale. in primo therapeu. contra Thessalum: si enim neque geometria, neque astronomia, neque dialectica, nec aliqua alia doctrina bona egerent medici, prompte coriarij, carpentatores, fabri, etiam cæteri, dimittentes artes suas currerent ad medicinam, & efficerentur medici. Secundo dixi, ꝙ oportet, ꝙ sit expertus, & viderit alios opari, iuxta illud sapientis Auenzoaris. Oportet vnumquenq; medicum prius scire: deinde vsum & experientiam habere: & Rasis in quarto Almansoris, & Halyab. in testamento Hippo. & Halyab. primo theorice illud idem testantur. Tertio, ꝙ sit ingeniosus ac boni ingenij siue iudicij. i. rememorationis: & hoc dicebat Halyab. rodean tertio techni. oportet medicum esse bonæ rememorationis, boni iudicij, bonæ solertiæ ac bonę visionis, et sani intellectus, cum bonitate formæ: vt supple, ꝙ habeat digitos graciles: manus firmas: non tremulas: oculos claros &c. Quarto dixi oportet, ꝙ sit morigeratus: sit audax in securis: timidus in periculis: malas curas fugiat: sit infirmis gratiosus, socijs beniuolus, cautus in prognosticatione: sit castus, sobrius, pius, & misericors: nõ cupidus, nõ extorsiuus. sed secundum laborem suum, & facultatem infirmi, & qualitatem finis, et dignitatẽ ipsius, salaria recipiat moderate.

Conditiones, quæ requiruntur in infirmo sunt tres. Primo, ꝙ sit obediẽs medico, uelut seruus dño, primo therapeu. Q₂ bene cõfidat de ipso, primo prognosticorũ. Q₂ patientiã habeat in se ipso: quia patientia vincit malitiam: vt in alia dicitur scriptura.

Conditiones assistentium sunt quatuor. primo ꝙ sint pacifici, gratiosi, fideles, atq; discreti.

Conditiones extrinsecus veniẽtium sunt plures, quæ

quæ omnia debent ordinari ad utilitatem infirmi: ut dicit Gale. in fine cõmenti aphorismi præallegati.

Vlterius finem imponendo isti capitulo singulari, ponẽdus est modus, et ordo istius operis. Propter quod est sciendũ iuxta dictũ Auero. in primo colliget, ꝙ artes practicæ inquantum sunt artes, continent tria. Primum, scire loca subiectorũ suorum. Secundũ, est ducere finẽ quęsitũ in locum subiecti. Tertium, est scire instrumẽta cum quibus valeamus ducere illum finem in locis subiecti. Et ideo cum ista ars sit practicalis, et operatiua: de necessitate tractatus, qui fiunt de ipsa in genere debent esse tres: Sed propter hoc, vt magis specificetur erunt in isto opere septem tractatus. Primus erit de anotomia, & locis subiecti. Sed quinqꝫ sequentes erũt de modo inducendi finẽ quęsitum in locis subiecti. Et septimus erit de instrumentis cũ quibus ducemus finem in locis subiecti.

Habebit ergo iste liber septẽ tractatus. Primus erit de anatomia. Secundus de apostematibus. Tertius de vulneribus. Quartus de vlceribus. Quintus de fracturis et dislocationibus. Sextus de omnibus alijs ægritudinibus, quæ non sunt proprie apostemata, nec vlcera, nec ossiũ passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgũ. Septimus, antidotarium. Et in quolibet tractatu erunt duæ doctrinæ: & in qualibet doctrina erunt octo capitula, vel circa: & in quolibet capitulo erũt tria, quæ in tertio therapeu. habet inquirere medicus dogmatice sanatiuus, scilicet, noticiam rei: et causas a quibus indicationes curatiuæ sumũtur: signa & iudicia a quibus quę non sunt possibiles, & quæ possibiles perfici, habentur: ac etiam curationẽ, quæ cum quibus, & qualiter operatur, ostendunt. Et talis erit in toto libro ordo auxiliante Deo.

*Rubricæ totius libri.*

AD facilem inuentionem materierũ de quibus tractatur in isto libro, est vtile pręmittere rubricas tractatuum, & capitulorũ totius libri: ne abrasso noĩe literę pagina muta uideatur remanere: quod forte non est necessarium in scientijs speculatiuis, vt Auerrois determinabat subtiliter.

*Rubricæ primi tractatus.*



*Rubricæ secundi tractatus.*

Capitulum

*Rubricæ septimi tractatus.*

# GVIDONIS DE CAVLIACO CHIRVRGIA.

## Tractatus primus de anatomia continens duas doctrinas.

Doctrina prima est de anatomia membrorum communium vniuersalium, & simplicium.

Doctrina secunda est de anatomia membrorum propriorum, particularium, & compositorū.

## Prima doctrina habet quinque capitula.

### *De anatomia & natura membrorum vniuersaliter.* CAP. I.

QVoniam secundum Gal. medicorum lucernam, in libro nono de vtilitatibus particularum, capitulo penul. quatuor sunt commoditates scientiæ anatomiæ, Vna vtiq; et maxime ad Dei potentię demonstrationem, Secunda ad particularum patientium dignotionem, Tertia ad futurarū dispositionum corporis prognosticationem, Sed quarta ad ęgritudinū curationem: pro tanto necessarium est & vtile cuicūq; medico pręscire ipsam anatomiam. Et hoc est quod ipse G. dicebat in principio libri de intentionibus seu de locis affectis. Non solum iuuenes, sed etiam antiqui studebant cognoscere particulas & passiones ipsarum: quia curam oportet diuersificare secundum differentias ipsarum. Et licet ea quę incidūt sensibus, aperte cognoscantur: quæcunq; tamē in profundo occultata sunt, viro indigent exercitato in anatomia & actibus & vtilitatibus ipsarum: & ab illo loco sumitur principium totius curationis. In primo inquit libro membrorum dolentium, est inuentū q̄ medicus debet esse sagax in notitia membrorum dolentium in quolibet loco. Et si hoc est vtile physicis, multo magis, immo necessarijssimum est chirurgis iuxta doctrinam ipsiusmet in. 6. therap. qui in arabica translatione de ingenio sanita. nuncupatur. Chirurgi ignorantes anatomiam, peccant multoties in incisionibus neruorum & colligationum. Sed tu naturam vniuscuiusque particularum scies. Adhuc autem positiones & plasmationes, quam habent in toto corpore: & secundum vnumquodq; membrorum, quando contingit in eo fieri plagam, aperte cognosces si neruus est incisus vel non, seu colligatio. Quod Henri. de Hermondauilla in primo libro chirurgię suę per rationem sic deducit. Omnis artifex tenetur scire subiectum in quo operatur: aliter operādo errat. sed chirurgus est artifex sanitatis corporis humani. ergo tenetur scire naturam & compositionem ipsius, & per consequens anatomiam. Confirmatur per simile: quia eodem modo operatur cæcus in ligno, & chirurgus in corpore, quando anatomiam ignorat: sed cæcus scindens lignum, sæpissime, immo quasi semper errat, accipiēdo de ipso

A plus q̄ debeat vel minus. ergo similiter chirurgus, quando anatomiam ignorat. Ad instar enim sunt tales malorum coquorum de quibus dixit G. in secundo therap. qui non secundum articulos incidunt: sed terunt, quassant, & diuellunt. Sequitur ergo q̄ necessarium est medicis præcipue chirurgis scire anatomiam. Et quamuis esset eis necessarium scire cum anatomia actus & vtilitates membrorum, quæ sunt tres radices & elementa totius medicationis: vt in primo interiorum conuenienter deducitur: parcendo longitudini, & confidendo q̄ de ipsis complete tractauerit G. in decē & septem tractatibus de vtilita. particularū: quia tractatus alios. 15. quos ipse fecit & de curatiōe et anatomia: vt Haly. in fi. techni. i. artis paruę testificatus est, adhuc translatos nō habemus. Et Haly. prima

B parte lib. de dispōne regali, sermone. 2. & . 3. & Auic. in suo cañ. lib. i. non tamen ponitur hic nisi grossa & materialis anatomia, quæ dirigere possit chirurgum, operantem in incisionibus & reductionibus membrorum. Est autē anatomia recta diuisio & determinatio membrorū corporis cuiuscunq;, præcipue corporis humani: quia de illo est intētio tota istius artis. Et dicitur ab ana quod est rectū & tomos quod est diuisio, quasi recta diuisio. Anatomia inquiritur dupliciter, vno modo per librorū doctrinam, qui modus licet sit vtilis, non est tamen sufficiens ad enarrandū ea quę solū sensibus cognoscūtur. primo de vtilitate ca. 8. Et hoc est quod Auer. dicebat. primo colliget. Et nos non abbreuiauimus loqui de anatomia nisi propter hoc, q̄ imaginatiua est breuior in istis &

C parua, comparatione earum rerum quæ existunt in ipsa. Alio modo per corporum mortuorum experientiam. Experimur autem in corporibus nouiter mortuis per decollationem vel suspensionem, anatomiā ad minus membrorum officialium interiorum, carnis musculorum, & cutis, & multarum venarum atque neruorum, præcipue quantum ad originem secundum q̄ tractat Mundinus Bonoñ. qui super hoc scripsit, & ipsam fecit multoties: & magister meus Bertucius per hunc modum. situato corpore mortuo in banco faciebat de ipso quatuor lectiones. In prima tractabantur membra nutritiua: quia citius putribilia. In secunda membra spiritualia. In tertia membra animata. In quarta extremitates tractabantur. Et secundum concordationem sectarum in quolibet

D membro videnda erant. 9. s. compositio, substantia, complexio, quantitas, numerus, figura, colligantia, actus, atque vtilitates, & quæ sunt ægritudines quæ in ipso possunt contingere: quibus per anatomiam in dignoscendo, prognosticando, ac etiam curando, medicus possit auxiliari. Experimur etiam in corporibus desiccatis ad solem, aut consumptis in terra, aut eliquatis in aqua currente aut bulliente, anatomiam saltem ossium, cartilaginum, iuncturarum, neruorum grossorum, tenantum, & colligationum. Et per istos modos in corporibus hominum, asinorū, & porcorum, atque aliorum multorum animalium ad notitiam peruenitur anatomiæ: & per alias picturas: sicut fecit Henricus prædictus, qui cum. 13. picturis visus est anatomiam demōstrare. Quod autem sit cor

pus humanum, quia de illo fit sermo in tota medicina, patet ꝙ est vnum totum ratione decoratum ex multis & diuersis membris seu particulis compositum. Membrum autem seu particula secundum G. in primo de vtilitate particu. est quoddã corpus, quod omnino non est separatum, nec alteri coniunctum: Et dicitur ibidem ꝙ quædam sunt maiores, quædam minores, & hæ quidem in aliã speciem diuisibiles. Et hoc est quod Auic. per alia verba dixit in suo canon. lib. primo, ꝙ membra sunt corpora quę ex prima generantur humorũ cõmistione. Et sequitur ꝙ membrorum quędam sunt simplicia, quędam composita, loquendo de simplici & composito, vt medicus considerat large. Simplicia vero sunt consimilia, quę non sunt in aliam speciem diuisibilia, immo quamcunque partem sensibilem recipis, erit communicans toti nomine & ratione, & sunt. 10. videlicet cartilago, os, nerui, venę, arterię, panniculi, ligamenta, chordę, cutis, atque caro: & cum eis numerantur pinguedo, & pili, & vngues: quę licet non sint membra sed superfluitates, habent tamen vtilitatem quandam & generationem vt membra, sicut in secundo techni innuebatur. Et istorum quædam sunt sanguinea, quibus est vera regeneratio et cõsolidatio, quia a sanguine generantur, vt sunt caro & pinguedo: quædam autem sunt spermatica, quia a spermate habent ortum, quibus non est regeneratio nec consolidatio vera, vt sunt ossa & omnia alia mẽbra a prędictis. Et propterea membrorum simplicium quędam sunt calida & humida, quędam frigida & humida, quędam frigida & sicca. Calida autem & sicca non dicuntur aliqua membra, quia vltra naturam cutis ad quam comparantur omnia, non inuenitur aliquod membrũ simplex calidius & siccius ipsa. Cutis. n. est media non solum humanarum particularum, sed etiam totius substantiæ generatorum & corruptorum secundum G. secũdo de complexionibus, capitulo vltimo. Calida & humida membra dicuntur sanguis saltim materialiter. Spũs & caro & humiditates naturales incedunt ista via, vt dicit Auer. ij. sui Colliget. Frigida & humida sunt phlegma, adeps seu pinguedo atque medulla. Sed frigida & sicca sunt secundum suos gradus reliqua omnia, vt os, cartilago, pili, chordæ, ligamenta, nerui, venę, atq; panniculi, & hoc est pelagus in quo non licet medicum nauigare. Conueniens autem est medico recipere complexiones ipsorum membrorũ a philosopho naturali. Composita membra sunt quę a prędictis simplicibus seu consimilibus componuntur, et ideo heterogenea sunt, et diuidi possunt in alias species, quia in membris consimilibus, & quælibet pars ipsorum non seruat rationem totius: vocantur autem organica et instrumentalia, quia sunt animę instrumenta: vt manus facies, cor, & hepar. Propter quod Gal. in. 2. de vtilitate particularum. capitulo finali. Natura idoneas ad animę mores & virtutes corporis vniuersas construit particulas. Et istorum quædam sunt principalia, quędam non principalia. Principalia sunt cor, & hepar, cerebrũ, & testiculi. Non principalia sunt omnia alia. & istorum quędam sunt minora vt oculus, nasus, manus: quędam maiora,

E vt caput, facies, collum omoplata. & cætera octo quibus quantum est de præsenti totum corpus diuiditur gratia chirurgicalis doctrinæ. Et licet prædicta membra organica sint ex pluribus composita gratia actionis & passionis ipsorum cum debita qualitate & quantitate & vniuersa plasmatione, vna tamen simplex & cõsimilis inter ipsas est principium totius actus, reliquę vero sunt gratia vtilitatis. Quædam quidem, vt melius actus fiat. Aliæ vero sine quibus non erat possibile eum fieri. Alię autem pro custodia omnium harum creatę sunt, prout hęc deducuntur in manibus, in primo & secundo de vtilitate particularum, & per consequens in sequentibus libris in omnibus alijs membris: ita ꝙ tu intelligas, vt dicit in quarto secundum Arist. nullũ corpus esse ociosum nec fru-
F stra: sed esse factum secundum necessitatem cum conuenienti complexione, & compositione, & diuersas quasdam a creatore largitas virtutes: quę quidem sortiuntur in compositis membris ex simplicibus, sicut in simplicibus ex elementis. Cor enim quod est primum membrum organicũ ex ligamentis & panniculis & ex carne dura lacertosa, ex quibus compositum est, dicitur esse siccum ex multitudine spirituum existentium in eo: quia est sicut clibanum igneum totius corporis, dicitur esse calidum. Arguunt. n. medici cor esse calidum & siccum: physici tamen, quia est principiũ vitę, id forte dicunt esse temperatum, aut ad calidum & humidum esse decliue. Sed id quod videtur de hepate ex sui essentia est ꝙ sit calidum & humidum, quia maior pars suarum partium est car-
G nosa sanguinea, & cum hoc ad ipsum mittuntur multę arterię. Et cerebrum est frigidum & humidum, licet habeat substantiam medullosam: distinguitur tamẽ a medulla, quia medulla est ab humoribus, cerebrum a spermate: et dicitur calidum secundum naturam in secundo de partibus animalium. Sed splen & renes ipsi etiam sunt de membris calidis et humidis, quamuis renes sint sub splene in gradu, propter grossitiem sanguinis, qui stat in splene. sicut splen est in hoc gradu satis inferior hepate. Et caro pulmonis ponitur minus humida pinguedine, quia non effunditur cum calefit secundum Gal. vbi supra. Calida etiam dicitur esse, quia nutritur subtiliori sanguine sibi a corde transmisso, vt ipse idem Gal. dicebat. 4. de vtilitate, & ita per consequens est syllogizandum de comple-
H xionibus aliorum membrorum compositorum, ꝙ est talis complexionis qualis resultat ex aduenientibus & componentibus ipsa.

*De anatomia cutis & pinguedinis carnis atque musculorum.* Cap. II

INcipiendum est a cuti, quia illa primo occurrit in faciendo anatomiam. Est autem cutis cooperimentum corporis & ex filis neruorum, venarum, & arteriarum contextum ad defensionẽ & largitionem sensus creatum. Cuius duæ sunt species. quædam cooperit membra extrinseca, & illa proprie dicitur cutis: & istius. ii. de vtilitate. capitulo. 5. notantur quinq; differentię. Alia cooperit intrinseca membra, & illa proprie panniculus dicitur, vt cellę cerebri & pericraneum cooperiens craneum,

craneum, & reliqua corporis ossa, pleura, sifac, precordiũ cordis, et omnium aliorum uiscerum panniculi. Pinguedo sequitur post: & est ut oleum calefaciens & humectans membra. Cuius duę species: quędam extrinseca iuxta cutim quę proprie adeps nuncupatur: quędam intrinseca iuxta uentrem & renes que axungia proprie dicitur. Consequenter occurrit caro: cuius sunt tres species, scilicet caro simplex & pura quę pauca est, & solum reperitur in capite uirgę et inter dẽtes. Alia est caro glandulosa seu nodosa: sicut caro testiculorum et mamillarum atque emunctoriorum. Sed tertia caro est musculosa seu lacertosa, & talis est multa & reperitur per totum corpus ubicũq; est motus liquidus & electiuus. Musculus autem est organum motus liquidi et electi in de utilitate particularum, et in de motibus liquidis & manifestis per totum. Et licet musculi quantum ad sensum sint membra simplicia, sunt tamen secundum ueritatem composita ex neruis et ligamentis ac eorum uillis, carne implente et pãniculo cooperiente: & ita uult Aui. in primo lib. canoñ. sui. Musculus & lacertus idem sunt: sed dicitur musculus ad formam muris, & lacertus ad formam lacerti. Sunt enim ista animalia ab utraque parte gracilia et longa saltim uersus caudam. in medio enim grossa: ita & musculi siue lacerti. Non obstante Henrico qui uidetur inter ipsos differentiam assignare. Vnde notandum iuxta intentionem Galeni per totum de utilitate particu. quod postquam musculus compositus est: ut dictum est, ab ipso descendunt chordæ & ligamenta rotunda: & dum ueniunt prope iuncturas, dilatantur, & ligant in circuitu iuncturam una cum panno cooperiente ossa, & mouent eam: & quando exiuerunt iuncturam, iterum rotundantur, & reducuntur in chordam: & cum carne faciunt alium musculum, & ab illo iterum exit chorda & ligamentum, & dilatantur, & ligant in circuitu iuncturam sequentem, & mouent eam: & ita non cessat usque ad extremas particulas: & secũdum hoc semper musculus antecedit iuncturam sequẽtem, & mouet eam, & membrum quod mouet: et hoc declaratur in brachijs. Nerui qui a nucha colli delegantur ad brachia, accipiunt formam musculi in collo & pectore. Deinde ueniendo ad iuncturã spatulę proijcitur chorda, & dilatatur, & comprehendit totam iuncturam, et implantatur in osse adiutorij, & mouet ipsum: & quando exit de iunctura humeri ad duos uel tres digitos, rotundatur, & reducitur in chordam: & cum carne et ligamento quod exit a capite ossis spatulę, facit musculos supra medium adiutorij, de quibus exit chorda, quę ad tres digitos de cubito ampliatur, & comprehendit totum cubitum, & mouet brachium paruum. Et post alios tres digitos rotundatur, & reducitur in chordam: quæ ingreditur cum ligamento quod exit a cubito, & cum carne facit musculos supra mediũ brachij dicti, de quo exit chorda quæ ad tres digitos de iunctura manus paruæ ampliatur, & apprehendit totam iuncturam manus dictæ, & post retundatur, & ingreditur musculus in medio manus de quo chordæ mouentes digitos exeunt. Ex quibus apparet quod

A uulnera quæ sunt ad tres digitos prope iuncturas, sunt periculosa: quia chordæ neruosæ ibi sunt denudatę a carne, & apparentes: quorum punctura spasmi est generatiua, & per consequens mortis inductiua secundum Gal. in tertio techni, & quarto therapeu. Lacerti siue musculi auctoritate Halyab. parte prima. sermone tertio, de regali dispositione differunt quinq; rebus quantitate, figura, positione, compositione, atque chordarum origine. Vnde Gal. in sexto de utili. quatuor sunt positiones musculorum recta, trãsuersa, et duę obliquę. sunt enim omnes musculi. 531. secundum Auice. libro primo de annotomia musculorum.

### *De anatomia neruorum, ligamentorum, & chordarum.* Cap. III

B QVia musculi ex neruis, ligamentis, & carne componuntur, post anatomiam carnis musculosę de ipsis est dicendum. Neruus est membrum simplex ad tribuendum cæteris partibus sensum & motum creatum. Et propter hoc Gal. in quarto de utilitate, capitulo finali, dicebat tres sunt intentiones naturæ distributionis neruorum: Vna quidem gratia sensus in sensitiuis organis: Alia uero motus in motiuis: Alia uero in omnibus alijs ad dignotionem tristãtium. Et bene dicit sensitiuis, qa ad cartilagines neq; ad ossa, neq; ad multas carnes glãdulosas non ĩplãtantur nerui. Ad dentes uero implantari uidẽtur, ut dicebat in sexto libri allegati. Nerui enim omnes a cerebro per se uel per nucham ipsius uicariam oriuntur uel manifestantur: & in hoc conue C nit cõmunis schola philosophorum et medicorũ, unde nerui qui oriuntur a parte anteriori cerebri tales sunt ut pars illa, molliores & ad dandum sensum promptiores. Quidam uero a posteriori parte a nucha, quæ descendit ab eo, & tales sunt duriores et ad motũ manifestiores. Vtrũ autem sensus et motus ferãtur per unum neruum aut per diuersos, Gal. uidetur tenere in primo de interioribus, & quarto de morbo, quod aliquoties per vnum, aliquoties per diuersos. Et hoc idem tenet schola nostra Montispessulani. difficilis est materia. Et difficilius est inuestigare utrum prędicta deferantur substãtialiter aut radicaliter: quare melius est eã obdormire. Quicquid sit, septem sunt paria neruorum quę immediate oriuntur a cerebro, &. 30. quę per medium nuchę & unum sine D comite: qui oritur per finem ossarij: ut ponit Halyab. sermone secundo partis primę libri regalis dispositionis. Ligamenta sunt de neruorum natura, ab ossibus tamẽ oriuntur: quorum sunt duo modi: quędam ligãt ossa ab intra, q̃dã ab extra ligãt totã iuncturã. ita dicebat Gal. 12. de vtili. cap. primo. Ossium articulatio in circuitu comprehenditur ligamẽtis fortibus et remissiuis. Chordę seu tenantes quod idem est, sunt etiam de natura neruorum & magis. nam sicut ligamenta sunt media inter neruos & ossa, ita & ista inter ligamenta & neruos. a musculis oriuntur, & a neruis suscipiunt sensus & motus quibus mouẽtur membra. Et, vt dictum est, licet sint rotunda dum exeũt a musculis, ampliantur dum ueniunt ad articulos. situantur enim in circuitu membri, ita quod intrinseci

trahunt membrum. extrinseci vero ipsum extendunt. Est tamen quod quando vnus trahit quod alter relaxatur. & ideo per incisionem extrinsecā perditur flexio, per intrinsecam extēsio: ita ponit Gal. in primo &.12. de vtilitate particularum.

*De anatomia uenarum & arteriarum.* Cap. IIII

LIcet venę & arterię secundum intentionem Galeni in sexto decimo de vtilitate particularum, differant quantum ad principia: quia venę oriuntur ab hepate, arteriæ a corde: et in aliquibus locis separatur vena ab arteria: vt in manifesto brachiorum & in rete mirabili: arteria tamen nulla reperitur sine vena: quasi in residuo corporis communionem habent, & distributionem similē: & propter hoc de ipsis sufficit chirurgo insimul facere sermonem: & ita fecit Gal. in loco pręallegato. Quid autem est uena: quia locus sanguinis nutrimentalis, Quid autem arteria: quia locus sanguinis spiritualis: notum est apud omnes. Ista autem vasa postquam orta sunt a suis principijs, bifurcantur, & vna pars tendit superius, & alia inferius: & quęlibet pars ramificatur; & ramificando deducitur ad extrema corporis ad nutriendū, et viuificandum membra vniuersa. Particulares venę quę sui magnitudīe hęmorosagię seu hęmorrhagiæ periculum inferunt: dicentur in anatomia magnorum membrorum.

*De anatomia ossium cartilaginum, unguium, & pilorum.* Cap. V

VLtimo anatomizantur ossa, quia illa sunt in profundo corporis. vnde ossa sunt particulę duriores totius corporis: & sunt fundamētū & sustētaculum omnium aliarum particularum. Est tamen quod cum hoc aliqua sunt ad custodiam & tutelam particularū interiorum, ut craneum, pectus, atque dorsum. Sunt enim ossa in corpore nostro postquam fuerint bene computata secūdum Auicennam, primo canōis sui. ccxlviij. pręter sisamia, & os laudæ in quo fundatur lingua.

Ossa corporis recipiunt diuersitates penes numerum, & formam materię. Quędam ratiōe sui: Alia ratione iuncturarum in se habent diuersitatem: Quia quędam sunt medullosa: quędam nō habēt ipsam. item quędam sunt recta: quędam tortuosa: quędam etiam sunt magna: quędā parua. Omnia enim ossa grossiora sunt apud iūcturam quam circa medium. Ratione iuncturarum habent diuersitates, quia quędam habent additiones intrantes: quędā vacuitates recipientes: quędam vtrunque: quędam neutrū. Quę autem habent additiones & vacuitates dictas: quędam clauales, vt dentes: quędam serratiles, vt craneum: quędam nodosas in vtroque capite, vt vlna & coxa: quędā foueales, vt focilia: quędam vtrunque, vt digiti. Quę vero carent vtroque, iunguntur solidatiuę, & talia habentia tales rotunditates & foueas, proprie faciunt iuncturam: quibus accidit dislocatio: alijs vero separatio.

Cartilago quasi est de natura ossis: est tamen ipso mollior: & est facta ad defectum ossis supplendū, vt in palpebris, naribus, & auribus, & vt melior fiat coniunctio ossium cum vicinantibus, vt ī thorace, et in anchis, et in extremitatibus ipsorum, ne
E in motu cassarentur.

Vngues sunt factę in extremitatibus membrorū ad melius capiendum.

Pili vero sunt facti ad decorandum, & purgandum.

## Doctrina secunda. De anatomia membrorum compositorum & propriorū.

*De anatomia ollæ capitis & partiū eius.* Cap. I.

EX pedita anatomia membrorum simplicum & toti corpori cōmunium veniendum est ad anatomiam membrorum compositorum & singularium. Et licet sicut dictum est, quędam sint maiora, quędam minora: nihilominus anatomia ipsorum tra-
F ctabitur in octo capitulis secundum diuisionem particularum maiorum, quia talis diuisio sensibilis est magis manifesta: & cum hoc modus medicandi variatur secundum ipsam. Incipietur tamē hic a capite pręcipue a cerebro, & ab olla continēte ipum, propterhoc, quia ipsum locus & habitatio rationalis animæ existit: vt ipsemet Gal. dixit in de vtilitate parti. libro. 9. capitulo quarto. & primo de custodia sanitatis. capitulo. 9. Idem habetur tertio interiorum. & in commento tertio regiminis acutorum.

Circa ollam capitis & partes ipsius inquirenda unt illa nouem quæ dicta sunt superius per commen. Alexandrinum in libro sectarum quę requiruntur in quolibet membro, scilicet iuuamētum, positio, colligantia, quantitas, figura, substantia,
G complexio, numerus partium, & ęgritudines. Olla capitis secundum philosophum dicitur pars capillata in qua membra animata continentur, & in hoc apparet eius iuuamentum. Eius enim positio & situs est in altiori loco totius corporis: utrū propter oculos aut propter quid chirurgus non habet considerare. Colligātia est manifesta, quia cum facie & collo. ab ipso enim producuntur omnes particulę, & musculi mouentes caput, in collo implantantur. unde Halyab. in tertio sermōe. particu. primę. lacerti caput mouentes sunt duplices, altera eorū species proprie caput mouet sine alijs: et originem habēt post auriculas: quousquę perueniunt ad furculas. secūda autem cōmunis est ipsis capiti & collo, de quibus dicetur in collo. Quantitas ipsius ollę est maioris capacitatis, cū cerebrū
H in homine sit maius cęteris animalibus quantitatis ęqualis. Forma eius est rotūda ad modum sperę ex utraque parte leniter compressę: & secundum hoc gibbosa oportet fieri: quia secundum posteriora et anteriora, in secundo techni. Et causam istius figurę dicebat Gal. 8. de utilitate particularum. cap. penulti. omnium figurarum, inquit, uix passibilis: ac etiam & maxima & capacissima omnium ęqualem habētium perimetrum est rotūda. Substantia etiam eius apparebit esse ossuosa & panniculaYris ac medullaris. Et complexio frigida, per numerum partium ipsius. Partes autem ollę capitis secundum Auicen. in suo can. libro tertio ca. primo. sunt. 10. aut. 11. uidelicet continentes, & totidem contentę. Primo ab extra sunt capilli, post cutis, deinde caro musculosa, deinde panniculus

grossus, post vero craneum. subsequẽter ab intra, primo sunt dura mater, & pia mater, deinde substantia cerebri, post vero de subtus cerebrum iterum pia mater, & dura mater, vltimo rete mirabile, deinde os quod est cerebri basis, & explantationes neruorum oriẽtium ab eodem: de quibus per ordinem est dicẽdum. De pilis, cute, & carne musculosa satis est superius dictum. De grosso panniculo, quem Gal. vocat pericraneum, qui cooperit totum craneum, est sciendum ꝙ est neruosus, & oritur a dura matre, & ligatur ab ea cum ligamentis, neruis, venis intrantibus & exeuntibus per cõmissuras cranei. Consequẽter inuenitur os quod craneum nuncupatur, & non ex vno osse continuo, sed ex septem cõtiguis, ordinatum ad hoc, ꝙ si acciderit læsio in vno, non transeat ad aliud. Et coniunguntur cum cõmissuris serratilibus vt vapores ab ipso cerebro valeant expirare. Primum ossium ollæ capitis est a parte anteriori, & est coronale dictum: quod durat a medio orbitarum vsq; ad commissuram transuersantẽ craneum: & sunt in eo foramina oculorum, & collatoria nariũ partita per quandã additionem ossualem ad modum cristæ gallinæ, a qua implantatur cartilago diuidens nares. Est tamẽ sciendum ꝙ coronale aliquoties inuenitur diuisum cum commissura in medio frontis transuersaliter: quod vt plurimum in mulieribus reperitur. Secundum os est a parte posteriori, dictum occipitiale, & concluditur per quandam commissuram descendentem transuersaliter ad modum literæ dictæ laudæ cifrę de. 7. & est durum, perforatum inferius, per vnde descendit nucha a cerebro per medium spondylium vsque ad finem dorsi. Tertium & quartum sunt in medio lateraliter dicti parietales, & diuiduntur per quandam commissuram secũdum longitudinem ollæ: & per duas commissuras dictas vsque ad ossa aurium, & sunt quadrata. Quintum & sextum sunt ossa dicta petrosa, quia dura: & dictã etiam mẽdosa, quia squamosæ coniunguntur cum parietibus dictis: in quibus sunt foramina aurium, & additiones mamillares emunctoriorum: & perducuntur secundum longitudinem parietalium dictarũ a cõmissura laudę vsque ad medium ossium temporum. Septimum os est basillare seu baxillare: quod velut cuneus, est firmãs & sustinens omnia dicta ossa supra palatum: & in eo sunt foramina & spongiositates multæ ad expurgandum superfluitates grossas: & cum hoc durissimam habet substãtiam. Sunt ergo septem ossa ollæ capitis: & ita inueniuntur in capitibus mortuorum coctis & diuisis cum aqua bulliẽte. Etiam numerat ea Gal. 11. de vtilitate, capitulo. 20. vltra duo ossa nouit bregmatis quæ continentur vndiq; a duobus ossibus duris & densis & osse posterius & anterius, in quo applicantur ossa temporis. Septimum est illud qđ secundum palatum basillare, quod quidam superioris genę, quidam vero capitis æstimant, interiacens ambobus ad instar cunei. Ex quibus apparet ꝙ Guielmus & Lanfrancus & etiam Henricus male viderunt anatomiam: quia dicunt os basillare esse sub osse laudę: & esse vnum de ossibus colli. Et dicunt etiam ossa petrosa esse addita supra ossa parietalia, & non tangentia cerebrum neq; esse de

Vide hen 1. lo præ ga. libri i prĩ io.

A principalibus: cuius oppositum est. Sequitur ergo ꝙ septem sunt ossa principalia cõtinentia cerebrum: sunt tamen aliqua parua ossa non principalia propter aliqua iuuamenta: vt os cristæ diuidẽs collatoria narium infra coronale: & ossa paria quę sunt faciei & non ollæ: & quædam sunt ossa arcualia: & quædam clauialia sub osse aurium in quibus implantãtur & firmantur musculi seu chordę mãdibulam aperientes: & ita numerat Halyab. sermone secondo parti: primę libri regalis dispositionis. capitulo. de ossium capitis assignatiõe: & propter hoc dicebat. omnia igitur quæ in craneo sunt ossa sunt. 15. Aui. vero qui non posuit nisi quinque, intellexit de habẽtibus veras commissuras serratiles: quas tres posuit: cum autem essent alia duo, vnum in quolibet latere, habentia commissuras squamo B sas & mendosas, non negauit: immo in fine capituli de ossibus parum intellexit. & hæc sufficiant de anatomia cranei: & per consequens particularum quinq; extrinsecus continentium.

Partes autem intrinsecas contentas non poteris demonstrare ad oculum, nisi diuidatur craneum cum ali qua serra secundum rotunditatem: & tũc eleuata parte superiori: primum quod occurrit est dura mater, & pia mater, & sunt duo pãniculi venosi, vnus a parte cranei, & alter a parte cerebri, inuoluentes & cooperiẽtes totam substantiã ipsius. A dura matre oritur per cõmissuras pericraneũ, a pia matre infunditur in cerebro nutrimẽtum, & veniunt eis venæ & arteriæ ad intra per foramina ossium inferiorum, & ab extra per commissuras ossium superiorum. Deinde sequitur sub ipsis sub C stantia cerebri, & est mollis & alba, figuræ rotundæ seclusis additionibus quę sunt in ipso, & additionibus ipsis secundum longitudinem, a medio ad anterius, geminantur & duplantur sensitiua & alia organa multa: vt si aliquod ipsorum patiatur, reliquum famuletur. 8. de vtilitate. Cerebrum secundum longitudinem habet tres ventriculos, & vnusquisq; venter habet duas partes: & in qualibet parte organiçatur vna virtus. In prima parte ventriculi anterioris assignatur sensus communis. in secunda imaginatiua. in medio vẽtriculo situatur cogitatiua & rationalis. in posteriori vero seruatiua & memoratiua. Et ꝙ inter istos vẽtriculos anterior est maior: medius minor: posterior mediocris: & de vno ad alium sunt meatus per quos transeunt spiritus: & in anteriori sunt addiões ma D millares, in quibus fundatur sensus odoratus: & ab ipso in maiori parte oriuntur duo paria neruorum, qui producuntur ad oculos, & ad aures, ad linguam, & ad stomachum, & ad cætera membra (vt dicetur) & organa, & foramina per vnde trãseunt, & quomodo non nudi, sed inuoluti panniculis incedũt, potestis videre. Circa medium vẽtriculum nota locum vocatum lacuna, & vermiformis, & anchaformis, & carnes glandulosas replentes. & sub panniculis rete mirabile situatur arterijs solis a corde venientibus contextum, in quibus fit per ebullitionem de spiritu vitali animalis. Vltimo inspicies: quomõ nucha vel dorsalis medulla a parencephalide, idest a parte posteriori cerebri oritur, & non nuda, sed inuoluta duobus pãniculis, quemadmodũ & cerebrum descendendo

per mediũ spondylium vsq; ad finem dorsi: a qua oriuntur principaliter nerui motiui, vt inferius dicetur. ipsa. n. similis est cerebro, immo pars eius videtur: & ꝓpter hoc symptomata sua sunt sicut cerebri, vt dicit Gal. in duodecimo de vtilita. particula. capitulo duodecimo, & ita est expedita anatomia ollæ capitis, & partium eius quantum ad. 6. quæ requisita sunt in ipso.

Restat nunc videre de ægritudinibus. Olla capitis potest pati vulnera, apostemata, & malas cõplexiones. Ex quibus apparet ꝙ vulnera penetrãtia totum craneum sunt periculosa, & magis tangentia telas cerebri. Et adhuc plus tangentia substãtiam cerebri: propterea operationes circa commissuras sunt suspectæ de casu duræ matris supra piam, & de incisiõe cerebri. Omnes incisiones capitis debent fieri secundum incessum pilorũ: quia ita vadunt musculi. Modum ligandi dat propriũ propter rotunditatem, vt dicitur infra.

*De anatomia faciei & partiũ eius.* CAP. II.

Particulæ faciei sunt frons, supercilia, oculi, nares, aures, tempora, genę, os, & mãdibulę, cum dentibus suis.

Frons non continet nisi pellem & carnem musculosam: quia os quod est subtus, est de coronali, quod secundum superiorem tabulam eleuatur, & ampliatur eius spõgiositas, ac si esset ibi os duplicatũ: & facit formã superciliorum. Supercilia autem sunt ad decorem, & propter oculos formata. & ideo pilis sunt ornata. Incisiones circa istas partes vel particulas debent fieri secundum longitudinem corporis: quia ita vadit musculus qui mouet supercilia, & non secundum rugas.

Oculi sunt instrumenta visus, & sunt infra orbitam quæ est pars coronalis & ossium temporum collocati: quorum originẽ in decimo de vtilitate, capitulo duodecimo, ita narrat Gal. Nerui optici sunt perforati, vt esset via spiritus: & procedunt a duabus partibus: & vniuntur inter craneum: & postea separantur ad quemlibet oculũ de parte a qua oriuntur, nõ cruciando neq; permutando se de dextris a sinistris vt putauerũt quidam. Sunt autem ipsi oculi compositi ex septem tunicis, & tribus aut quatuor humoribus. Prima tunica ab extra est coniunctiua alba & grossa, quæ circundat totum oculum excepto ꝙ apparet de cornea, & oritur a panniculo cooperiẽte craneũ. Aliæ vero sunt materialiter. 3. circũeuntes totũ oculũ, & ꝓpter diuersitatẽ colorũ variantiũ se circa mediũ oculi in loco dicto iris. Et dicuntur sex formaliter, tres a parte cerebri & tres ab extra. Prima oritur a dura matre, & pars interior dicitur sclirotica, exterior cornea. Secũda oritur a pia matre, & pars interior dicitur secũdina, et exterior vuea, & hẽt foramẽ pupillę. Tertia oritur a neruo optico, & pars interior dicitur retina, exterior supra crystallinum dicitur aranea. Et ita sunt septem tunicæ in oculo formaliter distinctæ, & non nisi tres secundum continuationem materialem. Ex tribus humoribus: Primus est crystallinus in medio oculi situatus coloris crystalli formæ grandinis, in quo principaliter fundatur visus. Post ip̃m

E versus cerebrum est vitreus sustinens & comprehẽdens a parte posteriori crystallinum, qui ambo inuoluuntur cum panniculo iam dicto in neruo optico. Post vero a parte anteriori magis est humor albugineus comprehẽsus inter dictam telam & illam quæ a pia matre iam est orta. Quartum humorem assignat Gal. & probat in libro pręallega. capitulo quarto, in regione pupillę æthereum lucidum & totũ spirituosum. Et talis ponitur cõpositio oculi in se: nihilominus habet neruos motiuos descendentes a secundo pari neruorum, & musculos sex ipsum mouentes, & venas, & arterias, & carnes spongiosas circa lachrymales spatia replentes. Et habet iuxta se palpebras cartilaginosas cũ pilis determinatis, superiores claudẽtes cum vno musculo, & aperientes cum duobus transuersalibus: quorum iuuamenta & modi magis specificã-

F tur in Iesu de oculis, & in Alcoatim, & in libris specialibus oculorum: chirurgo tamẽ sufficiunt ista.

Forma nasi continet partes carnosas, & ossuosas, atq; cartilaginosas: pars carnosa habet cutim & duos musculos circa ipsius extremitatem: pars ossuosa habet duo ossa triangulata, quorum angulus est supra nasum, & bases iungentes se ab vna parte per medium longitudinis nasi, & ab alia secundum genas. Pars cartilaginosa est duplex: vna exterius quę facit extremitatem nasi: alia interius quæ diuidit nares. Nares enim sunt duo canales ascẽdẽtes vsq; ad ossa colatorij: vbi applicantur additiones mamillares cerebri, in quibus est odoratus: & descẽdẽtes vsq; ad palatum post vuulam: per quos canales attrahitur fuma-

G lis euaporatio ad loca dicta, & aer inspiratur & respiratur ad pulmonem tempore suo, & cerebri expurgantur superfluitates.

Aures cartilaginosę & anfractuosæ supra os petrosum ad audiẽdum sunt ordinatæ: ad quas perueniunt foramina tortuosa dicti ossis et pori sui nerui de quinto pari neruorum cerebri in quibus est auditus. Et sub auribus sunt carnes glãdulosæ quæ sunt cerebri emũctoria, iuxta quæ loca transeunt venæ quæ, vt dicit Lanfrancus, portant partem materię spermaticę ad testiculos: quæ si incidantur, perditur generatio. Cuius cõtrarium tenet Gal. vt in de phlebotomia recitat Auicenna.

Tempora, genæ & maxillæ sunt partes latera-

H les faciei, & cõtinẽt in se carnem musculosam cum uenis & arterijs, & partes ossuosas. Musculi illarum partiũ sunt multi. Primo sunt septem mouentes genas & labia superiora. & secundum Aui. ueniunt a furcula & a partibus inferioribus. Deinde sunt. 12. secundũ Halyabbatẽ, qui mouent mandibulam inferiorem: quidã eorum aperiẽdo, qui ueniunt a loco clauiũ a parte aurium: quidam claudendo, qui descendunt de superius transeũdo sub ansa ossium temporis: & dicuntur temporales: & sunt valde nobiles & sensitiui: quorum læsio est multum periculosa. & ideo natura sagaciter ad cudodiendum eas ansam dictã in ossibus temporum ordinauit. Sunt etiam alij musculi ad molliendum & masticandum, & illi ueniunt a pomis maxillarum. Omnibus istis musculis ueniunt nerui de tertio pari neruorum cerebri.

bri. Sunt etiam cum istis uenę & arteriæ multæ, & maxime circa tempora, & angulos oculorum & labia vtraq;. Partes ossuosę, scilicet dictarum partium sunt multę. primo ossa genarum, licet nõ appareant nisi duo iuncta sub naso: sunt tamen nouem, vt dicit Gal. Sunt etiam duo ossa paris seu tẽporis, quæ faciendo vnam partem orbitę, & eminentiam pomalem circa genas, producunt quandam additionem ossis petrosi, ordinando ansam dictam sub qua trãseunt, & custodiuntur musculi temporales. Sunt etiam ossa mandibulę inferioris, de quibus dicit Gal. in. 11. capitulo penulti. Inferioris vero genę os vnam habet in ipso solam diuisionem non omnino manifestam secundum extremitatẽ barbę: quam propter didymationem dicebamus factã: & in extremitatibus habet rugalitatẽ circum oppositam versus temporalem musculũ tenentẽ rubri formes vocatas explantationes.

Consequenter veniendũ est ad particulas oris, quę sunt. 5. labra de quibus dictum est dentes, lingua, palatum, & vuula. Dentes quidem sunt de natura ossium: licet dicãtur habere sensus secundum Gal. in. 16. de vtilita. hoc tamen est ratione quorundam neruorum descendẽtium a tertio pari ad radicem eorũ. sunt enim vt plurimum. 32. scilicet. 16. in qualibet mandibula: licet in aliquibus non inueniantur nisi. 28. uidelicet duo duales, duo quadrupli, et duo canini. et. 8. molares & duo caysales, & habent radices infixas in mãdibulis: quidam vnam: quidam duas: quidam tres: quidam quatuor: quorũ iuuamẽta sunt nota.

Lingua est particula carnosa mollis & spõgiosa ex multis neruis, ligamentis, venis, atq; arterijs composita propter gustum principaliter ordinata: ad loquẽdum, & cibum in ore gubernandum vtilitatem præbens. ad ipsam veniunt nerui gustatiui & motiui de quarto & de sexto pari neruorum. habet enim nouem musculos qui ab additiõe sagittali & ab osse laudiformi oriũtur. Sub ea sunt carnes glandulosæ in quibus sunt duo orificia per vnde egreditur saliua tanq; eius colamentum & humectatorium ex natura ordinatę. retro ipsam linguã versus palatum sunt fauces, amygdalę, & vuula pendens ad pręparãdum aerem suo iuuamento.

Palatum vocatur tota superior pars oris, & est velatum vna cum suis partibus quodam panniculo orto a pãniculo anteriori ipsius stomachi & meri: & hęc sufficiant de partibus faciei. Ægritudines possunt pati multas et diuersas: ad curationem quarum et prognosticationem multum conferunt præfata.

*De anatomia colli & partiũ dorsi.* Cap. III.

QVid sit collum & qualis situs eius & colligantia, nullus ignorat. Q; gratia pharyngis seu tracheæ artęrię, quod idẽ est, principaliter, consequenter gratia particularum aliarum ascendentium & descendentium per ipm factũ, sicut in. 8. de vtilitatibus particu. conuenienter est demonstratum. Sunt enim in collo duplices partes, continentes videlicet, quę proprie collum cõstituunt: et contentę, quę per ipsum transeunt. Partes continentes sunt carnes, & cutis, musculi,

A & ligamenta, & ossa. Contentę sunt trachea, œsophagus siue meri, epiglottis siue guttur vel gula. nerui, uenę, & arterię, & portio nuchę siue dorsalis medullę: quorum anatomiam per ordinem dicamus incipiẽdo a trachea tanq; a principali. Expedita anatomia, et diuisa gula, siue collo secundũ longitudinem anterius, primo apparebit trachea arteria quæ est uia aeris ad pulmonem, procedens de ipso ad guttur, siue ad gulam uel epiglottim cõposita ex multis cartilaginosis annulis incõpletis a parte meri coniunctis seriatim & ligatis cum panniculo forti & leni. Deinde post ipsam supra spõdyles est meri, siue œsophagus, quę est uia cibi procedens de gutture penetrando diaphragma usque ad uentrem siue stomachum: & est composita ex duabus tunicis uillulatis, intrinseca continuata cũ

B pellicula oris, & extrinseca carnosa, quæ quidem continuantur cum pelliculis ipsius uentris. Supra istas duas uias a parte oris gula est siue guttur uel epiglottis, quod pro eodem reputo quantum est de presenti: & est particula cartilaginosa creata, ut sit uocis instrumẽtum, & clauis pharyngis tempore transglutonis mediante quadam additione linguiformi quæ est in altera partium eius, quę quidẽ ex tribus cartilaginibus est composita, circa quã duo musculi implantantur, totum & singulas partes mouentes ascẽdẽdo descẽdẽdo, & alios motus faciendo, prout in libro de voce et de motibus liquidis clarissime est deductum. Deinde considerabis neruos duplices descẽsiuos ad stomachum, & ad viscera propter sensum, reuersiuos reuertentes de inferius propter uocem superius iuxta epi-

C glottim. Considerabis etiã magnas uenas, & arterias, quæ ramificatę iuxta furculam ascendunt per latera colli ad partes superiores, quę guidegi, & apoplecticę, ꝓfundę seu subetales nuncupãtur: quarum incisio est ualde periculosa. Consequenter gratia partium continentium & facientium collũ quę sunt cutis, carnes, musculi, ligamenta, & ossa, seu spondylia septem, uideatur anatomia generalis spondylium & dorsi totius. Spondyle dicitur os cõstituens dorsum foratum in medio per quod nucha transit, et in lateribus per unde nerui exeũt, multa habens additamenta ascendentia, & descendentia, & exterius faciẽtia spinam dorsi saltim media procedentia. Dorsum est illud qd' uelut cepa seu carina posterius a capite usque ad anũ ex multis & uarijs spondylibus successiue ad tuendum nu-

D chã ordinatur. In dorso ait Gal. 12. & 13. utilitatis particu. sunt quatuor maxime partes, scilicet collum, spatulę, lumbi, & uocatũ ab aliquibus sacrũ os, ab aliquibus amplum. Secundum collum sunt septem spondyles: secũdum metaphrenum quod spatula dicitur. 12. secundum lumbos. 5. secũdum sacrum os, quatuor. Sunt ergo & quatuor uere spondyles, & quatuor ossis sacri, & tres ossis caudę quæ uere non sunt spondyles, sed similitudinarie ut uicarie. quare tres primę sunt ualde grossæ, & non habent additamenta nec foramina a latere, sed ante: & sunt multum cartilaginosę saltim ultimę, gracilantes se ad modum caudę. Et ita in summo dicũtur. 30. spondyles. Et si per quodlibet spõdyle transit unum par neruorum orientium a nucha. 30. erunt paria neruorum nuchæ, & unus sine

comite quæ ab ultima eius oritur parte. Et ſi a cerebro ſeptem, erit ſumma neruorum. 38. vt ſuperius de neruis, & in capite de natura nuchę fuit dictũ. Sunt etiam prętereain lateribus ſpondylium dorſi prędicti ſecundum longitudinem quędam carnes muſculoſæ adiacentes neruis veluti culcitra quæ vulgariter longę appellantur: & cum hoc pãniculus velut ſupra craneum, & alia oſſa groſſa, ligans ſpõdyles omnes. Sunt ergo in collo ſpondyles ſeptem per latera: quorum forata egrediuntur ſeptem paria neruorum a portione nuchę, quę ibi tranſit, qui portant ſenſum, & motum ad humeros, & brachia, & ad partes aliquas capitis. Et ipſiuſmet colli carnes colli ſunt triplices. Lõgales proprie dictę ceruices iuxta ſpondyles, vt dictum eſt, iacentes, muſculoſę ex quibus fiunt tenantes mouẽtes caput & collum, qui ſunt. 20. in numero: vt ait Gal. & carnes replentes vacua loca. Ligamenta communia ligantia caput cum collo, & ſpõdylybus ſunt multa, a parte anteriori ſunt duo groſſa deſcendentia de ſub auribus ad furculam, a poſteriori vero parte ſunt alia maiora ligantia ſpondyles dorſi in lateribus deſcendentia ad ſpatulas, alia maxima, ita ꝙ muſculi tenaces, & ligamenta ſtant in circuitu colli circũflectentia, eleuantia, & circũuoluentia collum, & caput, abſque enim nõ eſt poſſibile facere articulationem ſecundum Gal. vbi ſupra. Ex quibus apparent illa ſex vel ſeptem quę inquiruntur in quolibet mẽbro. Reſtat nunc videre de ægritudinibus. Collum multas pati poteſt ægritudines, & in ſe, & in ſuis cõtentis: vt vulnera, dislocationes, apoſtemata, quę in eo omnia ſunt periculoſa. Apparet ergo ꝙ inciſiones in ipſo debent fieri ſecundum longum: quia talis eſt inceſſus partium eius proprium modũ dat ligandi vt dicetur infra.

### *De anatomia omoplatæ, & brachiorum, ſeu manuum magnarum.* *Cap.* IIII.

POſt collum ſequitur clibanum ſiue thorax: ſed quia ſupra partes ſuperiores ipſius ab extra implantantur ſpatulæ, & per conſequens brachia: ideo de ipſis eſt prius dicendum. Omoplata, ſpatula, humerus pro eodem ſumuntur, de prę ſenti. quæ autem ſunt iſta, & qualis eſt eorum ſitus, & colligãtia, iam apparuit. Iſta autem ſunt ad apprehendendum, & defendendum organa in primo de vtililate per totum. Creator loco armorum hominem manibus, & ratione prę muniuit, vnde G. dixit, recte Ari. dixiſſe, quia man u m ante organa, et rationẽ ante artes dixit. Partes autem cõponentes iſta ſunt cutis, caro, venę, arterię, nerui, muſculi, chordę, ligamenta, panniculi, cartilagines, atque oſſa, de quibus per ordinem in iſtis eſt vidẽdendum. Et primo de ipſa ſpatula in qua qualis eſt cutis, & caro iam ſuperius eſt dictum. muſculi, & chordæ mouentes brachiũ deſcendentes de collo & pectore per ipſam tranſeunt, & comprehendentes, & inuoluentes iuncturam oſſis vuulæ ſiue adiutorij implantantur. Nerui a nucha colli deriuantur, venę & arterię ab inferius ramificantur, ut dictum eſt, verum quia talia in ſpatulis non mul-
E tum manifeſtantur, de ipſis ſermo abbreuiatur. De oſſibus eſt ſciendum ꝙ ipſa ſunt duo, primum eſt os ſpatulare a parte dorſi, ſecundum eſt os furculę a partę toracis. Os ſpatulare quaſi aſſimilatur pallæ, quia eſt latum, & tenue ã parte dorſi cũ quadam eminẽtia tenui per medium, a parte iuncturæ eſt aliquantulũ longum, rotundũ ad modum manubrij cum tribus additamentis in fine. Primum eſt fouea quæ in medio eſt recipiens caput vuulæ. ſecundum eſt ſuperius, & curuum, & acutum ad modũ roſtri porci. tertium eſt a parte ſylueſtri magis curuum ad modum anchorę. Os furculę eſt rotundum, & firmatur in concauitate quadam in parte ſuperiori oſſium thoracis, & habet duas brãcas, vna tendit ad vnum humerum, & alia ad aliũ, & ligat, et firmat illas duas additiones roſtrales, vt
F illa fouealis de medio firmius teneat caput vuulæ in iunctura. Non ſunt autem illa additamenta oſſa alia ab oſſe ſpatulę, vt dicunt Lanfrancus & Henricus: ſed ſunt partes ſubſtantiales ipſius. Et ꝙ hoc ſit verum experientia docet. & ita affirmat Ga. 13. de vtili. parti. capitulo decimo, & .12. dicens ipſas omplatas acromium, id eſt extremitatẽ humeri tegens, & eam claui copulans: ſimul quidem coopertimentum, & cuſtodia debens eſſe totius articulationis quę ſecundum humerum: ſimul quidem, & prohibens exire ſuperius caput brachij: & cũ hoc habet tres magnas colligationes exiſtentes de capite humeri ad vlnam: & in circuitu ſtringitur a maximis muſculis venientibus a pectore, & ſpatulæ implantatis oſſi vlnę mouentes eum, quidam tendentes ſuperius, quidam inferius, quidam eorum
G circulariter conuertentes.

Pars autem ſub prędicta iunctura ſub aſcella, dicitur quæ ex carnibus glandulosis adimpletur in qua emunctorium cordis aſſignatur.

Conſequenter dicendum eſt de brachio quod manus magna dicitur quam in tres magnas partes Gal. in ſecundo de vtili. capitulo ſecundo diuidit. vna quidem vlna. alia vero paruum bracbium. alia vero acrochirõ id eſt parua manus nominatur. & ipſa etiam habet partes ſuperius nominatas quę qualis eſt cutis, & caro vt de alijs eſt manifeſtum.

De arterijs autem, & venis manifeſtis quę inueniũtur in brachijs ſimul fit ſermo propter cauſam ſuperius dictam: poſtq̃ enim ipſę ramificando de ſuis principijs uenerunt ad ſubaſcellas, ramifican-
H tur ibi in duas partes: quarum una tendit ad partẽ exteriorem brachij, & alia ad interiorem. Illa quę tendit exterius, ſtatim ramificatur: & unus ramus aſcendit ſuperius retro ſpatulam, & ad caput: alter deſcendendo ramificatur in duobus: quorum unus diuiditur per brachiũ exterius in multis partibus: & dicitur funis brachij. alter uero ramus deſcendit per partem ſuperiorem brachij, & manifeſtatur in curuatura cubiti, & uocatur ibi cephalica, & de illo loco deſcendit ad manum, & manifeſtatur inter pollicem & indicem, & dicitur cephalica ocularis.

Illa autem pars quę diuiſa erat in ſubaſcellis quę tendit ad partem interiorem deſcendendo, manifeſtatur in curuatura cubiti, & dicitur baſilica, &

de illo

de illo loco descendit ad manum, & manifestatur inter digitum medium, & auricularem, & dicitur saluatella. Ab istis duabus uenis dictis quãdo sunt in curuatura cubiti, ramificatur unus ramus communis, qui apparet in medio ambarum, quę dicitur mediana siue corporalis. Sunt in brachio quatuor vel quinq; grossæ venæ, & totidem arteriæ: quarum incisio est periculosa propter earum magnum sanguinis fluxum. Plures enim sunt alij rami, de quibus propter earum paruitatem chirurgus non habet curare.

De neruis dicitur ꝙ a nucha per spondyles colli descendunt, ad brachia singula quatuor notabiles nerui, vnus posterius, alter anterius: alter superius, alter inferius: qui diuisi per totum, vel per se transeundo per profundum corporis, vel misti cum musculis chordis, & ligamẽtis, sensum & motum deferunt brachijs vniuersis.

Musculi ex neruis dictis, carne, & panniculis efficiuntur quatuor principales & magni, videlicet in adiutorio mouentes brachium paruum, & quatuor in ipso mouentes paruam manum, & quinq; in manu mouentes digitos: quorum chordæ neruosæ sic manifestantur, vt superius dictum fuit, & denudantur a carne ad tres digitos prope iuncturam, ꝙ si vulnerarentur, magnum periculum inferrent.

Sunt etiam in brachio multa ligamenta, quę de ossibus descendunt, & transeunt per iuncturas, & cum chordis amplificatis tenent eas ligatas: quarum incisio est damnosa.

Vltimo de ossibus secũdum diuisionem dictam manus magnę est dicẽdum in prima parte, quę dicitur vlna siue adiutorium, est vnũ solum os medullosum, & est ab vtraque parte rotundum. Superior rotunditas, quæ est vna sola, ingreditur pyxidem seu foueam spatulę, & constituit iuncturã humeralẽ. Inferior rotũditas est duplex, in medio cuius est vnus gradus, ac si esset perosilla duplex, per vnde transeunt chordę, cum quibus hauriuntur aquę, & a parte intrinseca habet quandam eminentiam paruam: & retro habet quandam concauitatem, in qua recipitur caput siue additamẽtum becatum maioris focilis tempore erectionis brachij, ita ꝙ illę rotunditates ingrediuntur concauitates focilium, & reuoluuntur tempore extensionis, & plicationis brachij: & faciũt cubitalem iuncturam, in qua incipit brachium paruum, quæ est secunda pars dicta, in quo sunt duo ossa, focilia dicta, videlicet, maius quod est inferius longius alio propter additionem becatam quę dicta est, & tendit versus digitum minorem, faciendo extra vnã eminẽtiam gibbosam ad modum clauillæ. Minus vero est superius, & tendit a plicatura cubiti vsq; ad manum versus pollicem, ac si vellet addere in ipsum: & in vtroque capite ipsorum sunt foueę recipientes rotunditates: versus cubitum recipiunt rotunditates graduales adiutorij cum additamento becato dicti cubiti, & versus manum rotunditates ossium manus. Et sunt grossiora ambo, & iũgentia se in iunctura, & circa medium graciliora, & distantiora, vt cõtineant neruos, & musculos. & vbi terminantur ista duo focilia, & contiguantur cum ossibus manus, fit iunctura ipsius, & A incipit ibi ipsa, in qua sunt tres acies ossium, & coniunguntur inferiora cum suis rotunditatibus cum foueis superiorum. In prima acie sunt tria ossa, quia additio focilis quasi est desuper tenens locũ vnius ossis. In secunda acie sunt quatuor, & in superiori est pyxis parua, in qua firmatur primũ os pollicis. & ossa istarum duarum acierum sunt curta. In tertia acie sunt quatuor ossa longa magis ꝙ alia. pars prima duarũ acierum dicitur rasceta aut carpus. pars alia dicitur pectem aut metacarpium. Et postea sequuntur digiti, & in quolibet sunt tria ossa, & ipsi sunt. 5. Sunt ergo. 15. ossa digitorum, & vndecim manus, & duo in brachio, & vnum in adiutorio. et ita toto brachio magno seu manu magna sunt. 29. ossa. & sic apparet numerus partium dictorum membrorum. B

Restat videre de ægritudinibus quæ in eis possunt accidere multæ: vt apostemata, vulnera, dislocationes, fracturę, paralyses. Propter quorũ anatomiam videre potestis, ꝙ incisiones debent fieri secundum longum, & rugationem, quia ita incedunt musculi. videre etiam potestis, ꝙ inter istorum iũcturas difficilior ad dislocandũ, & reducendũ est cubitalis, facilior humeralis, mediocris manualis: potestis etiam videre partes ad quam magis prompte fit dislocatio: potestis etiam considerare, ꝙ in paralysi istorum membrorum, remedia debent applicari circa spondyles colli, quia ab eis deriuantur nerui.

### *De anatomia pectoris, & partium eius.* Cap. V. C

PEctus siue thorax est arca membrorum spiritualium, & ideo sunt in eo quędam partes cõtinentes, & quędam contentę. Partes continentes sunt quatuor, cutis, caro musculosa, mamillæ, atque ossa. Contentæ sunt. 8. cor, pulmo, panniculi, ligamenta, nerui, venę, arteriæ, meri siue œsophagus. Qualis sit cutis, & caro, satis apparet.

De mamillis quę sunt supra pectus, dicendum est, ꝙ ipsę sunt compositę ex carne alba, glandulosa, spongiosa, & ex venis arterijs atque neruis. Et propter hoc habent colligantiam cum corde, hepate, cerebro, atque cum membris generatiuis. De musculis loquendo breuiter secundum Auicen. in pectore sunt. 80. aut. 90. musculi. D Quidam eorum sunt communes collo, quidam humeris, & spatulis, quidam sunt diaphragmatis, quidam vero sunt proprij thoracis, quidam costarum, quidam dorsi. Ossa pectoris sunt triplicia, a parte anteriori sunt septem quæ vocantur ossa thoracis, & sunt multum cartilaginosa, supra quorum primum a parte gulę recipitur in pyxide pes furculę superius dictæ. & de subtus eorum in forcella apud orificium stomachi est quoddam additamentum cartilaginosum, scutiforme vocatum. a parte posteriori versus dorsum sunt. 12. spondyles, per quos transit nucha, a qua oriuntur. 12. paria neruorum portantia sensum & motum musculis supradictis. a parte laterum, a quolibet latere sunt. 12. costæ, septem videlicet veræ, & .5. falsę siue mendosæ, quia non sunt integrę, ut

predictę, quarum formam quilibet potest uidere. Et hæc sufficiant de partibus continentibus.

De partibus contentis, si bene vis facere anatomiam, oportet ꝙ incidas pectus secũdum latera, & remoueas partem anteriorem, & caute propter mediastinum, & apparebunt tibi interiora, quorum primum & principalissimũ est cor quod est vitę principium, & ideo tanꝗ rex & dominus in medio pectoris non declinando ad aliquã partem iuxta dictũ Gal. 6. de vtili. est situatum, & intelligatur centraliter: quia quantum ad inferiorem partem videtur modicum declinare ad sinistram partem, propter locum hepatis: quantum, ad superiorem ad dextram, vt det locum arterijs. Est enim forma cordis ad modum pineę inuersatæ: eo quia acuitas cordis exit versus inferiora corporis, & latum eius quod est radix eius, versus superiora. Cordis substantia est dura quasi lacertosa, in se habens duos uentriculos dextrum, & sinistrum, & in medio foueam, vt dicit Gal. in quibus digeritur sanguis grossus nutrimentalis veniens ab hepate, & efficitur subtilis, & spiritualis, qui delegatur per arterias ad vniuersum corpus principaliter ad alia membra principalia, ad cerebrum in quo digerendo suscipit aliã naturam, & efficitur animalis: & ad hepar, & efficitur naturalis: & ad testiculos, & efficitur generatiuus: & ad omnia alia membra viuificanda, et pręparanda. Est enim instrumentum omnium virtutum corporis, & animæ completum vinculum. Et propterea in eo sunt duo orificia. Per dextrum ingreditur ramus venę ascendentis portantis sanguinem ab hepate superius, & ab eodẽ egreditur, & vna pars quæ dicitur vena arterialis, & vadit ad nutriendum pulmonem: & residuum ascendẽdo ramificatur in multis ramis vsq; ad extrema, vt superius dictũ est. Et ab orificio sinistro egreditur vena pulsatilis, cuius vna pars vadit ad pulmonem quæ dicitur arteria venalis, portans capinosos vapores ad pulmonem, & aerem introducens ad ipsum cor refrigerandum. Et alia ramificatur inferius & superius, sicut dictum est de alijs venis. Et supra ista orificia sunt tres panniculi aperiẽtes, & claudentes introitum sanguinis, & spiritus tempore conuenienti.

Ex iuxta ipsa sunt duę auriculę, per quas ingreditur, & egreditur aer sibi appropriatus, a pulmone: reperitur etiam in eo os cartilaginosum, ad firmandum, & roborandum ipsum. Cor etiam cõ operitur a capsula quadam forti panniculosa pericardium a Gal. nominata, ad quã descendunt nerui, sicut ad alia viscera inferiora. Ipsum autem cor ligatur cum pulmone, & sustentatur & firmatur per mediastinum. Ex quibus apparet ꝙ colligantiã habet cũ omnibus mẽbris: apparet etiã ꝙ tantę dignitatis est ꝙ lõgo tẽpore nõ sustinet passiones.

Super ipsum cor ad refrigerandum volatizat pulmo, cuius substantia est mollis, rara, spongiosa, atque alba, infra quam inseruntur triplicia vasorum genera: scilicet ramus venæ arterialis qui oritur, vt dictum est, ex dextro vẽtriculo cordis: et ramus arterialis uenæ qui venit ex sinistro: & cum his rami ex trachea arteria portãtes sibi aerem propter cor. Quę quidem vasa di-

E uiduntur per totum pulmonẽ vsque ad minima. Pulmo autem habet quinque lobos vel pennas, duos in parte sinistra, tres vero in dextra. Retro pulmonem uersus spondyle quintum transit meri siue œsophagus, de quibus dictum est supra, & transit etiam uena concaua ascendens, de qua dicitur infra. ambo trãseuntia per ipsum diaphragma. Et transit etiam mater aorti ascendens a corde. & omnia ista cum trachea faciunt unum truncum pãniculis, & ligamentis fortibus, & carne glandulosa repletum usque ad gulam.

Consequenter in pectore sunt tres panniculi: primo est panniculus qui ab intra tegit omnes costas, qui dictus est pleura: secundum est mediastinum qui diuidit totum clibanũ in partem sinistram & dextram: tertio est diaphra-

F gma, qui diuidit omnia spiritualia a nutritiuis: & est compositus ex pleura, & siface, & panniculo cordoso in medio orto a neruis spondylibus sibi delegatis et ex partibus carnosis maxime iuxta costas. Ex quibus apparet qd' est musculus, cuius operatio est ad anhelandum, & iuuamentum expulsioni superfluitatum, ut dicit Gal.

*De anatomia uentris & partiũ eius. Cap. VI.*

Venter æquiuocatur ad duo quantum est de pręsenti, primo accipitur per hoc ꝙ arabica translatio appellat stomachum, stomachus autem in græca trãslatiõe dicitur meri siue œsophagus. in arabica uero stomachus dicitur uenter. Secũdo accipitur pro tota regiõne nutritiuorum: & ita accipitur hic. Circa quem inquiramus sequendo

G Mundinum, illa nouem quæ requiruntur in alijs membris, primo de positione et situ eius generali & totali. videtur ꝙ est sub regione spiritualium membrorum. de particulari positione & situ, uidetur ꝙ pars orificialis quam pręcordialem antiqui uocauerunt, est uersus forcellam. Pars stomachalis abhinc usque ad tres digitos prope umbilicum. Pars umbilicalis seu submenialis ab umbilico inferius. Hypochondria sunt a latere sub costis, ilia uero supra anchas. Numerus partium uẽtris, & eius anatomia non potest bene uideri, nisi sicut dictũ fuit superius, uenter aperiatur secũdum longum, & transuersum, & ipso sic aperto considerentur ipsius partes continentes, & contentæ. Partes continentes sunt a parte anteriori mirach, & sifac, a posteriori spondylia quinquę renum, &

H caro supposita ipsis. Mirach realiter componitur ex quatuor partibus, scilicet ex cute, pinguedine, panniculo carnoso, & ex musculis a quibus procedunt chordę. Sifac nõ est nisi unus panniculus ab intra adhęrens ipsi mirach. Ex quibus apparet differentia inter mirach, & sifac.

Partes contentæ sunt septem, primo est zirbus, deinde intestina, post stomachus, hepar, splen, mesenterium, atque renes, quia uesica & matrix dicentur in anatomia ancharũ, de quibus per ordinem est prosequẽdum. Et primo de cute, pinguedine, atque pãniculo carnoso notum est apud omnes. Musculi sunt in uẽtre creati ad ipsum corroborandum, & cum hoc iuuant alia membra ad suas superfluitates expellẽdas. Et sunt secũdũ Ga. q̃to de util. & sexto therapeutices nũero octauo,

uidelicet

videlicet duo longitudinales a clypeo stomachi procedētes usq; ad ossa pectinis: duo latitudinales a dorso super uentrem intrinsecantes se per medium ventris ad angulos rectos. quatuor transuersales: quorum duo oriuntur a costis lateris dextri, & tendūt ad sinistrā ossium ancharum & pectinis: & alij duo a sinistris costis a dextra ossium dictorū cruciādo se per mediū ventris ad formā literæ. X. Eleuatis autē & abscisis his musculis apparet sifac qui peritonæum græce dicitur a verbo periteinesthæ, idest circūtendi, eo q circuntendatur omnibus internis, qui est panniculus neruosus, durus, subtilis, ad hoc vt prohiberet ne musculi comprimerent membra naturalia: & vt posset dilatari & constringi ad naturam aliorum membrorū: & ne rumpatur faciliter, & egrediantur contenta, sicut accidit in crepatis: & vt ligaret intestina dorso, & iuuaret membra ad expellendum expellenda ordinatus. Et ita patet dispositio partium continentium ipsius ventris. Ex quo manifestatur quod dixit Gal. in sexto therapeu. q periculosiores et difficiliores sunt vulnerationes & suitiones circa mediū ventris q̃ circa latera: quia illæ partes sunt contractibiliores, et intestinorum educibiliores, q̃ reliqua. Apparet etiam q in vulneribus ventris penetrantibus nisi sifac suatur cum mirach, bona incarnatio non fiet.

His visis attendendum est ad partes contentas intra vētrem, vbi primo occurrit zirbus quod latine omentum, epiploon autem a Græcis dicitur, ab epi qd' est supra, & ploun quod eminere, quasi eminens supra totum, qui est quidam panniculus inuoluens, et cooperiens stomachum, & intestina ex duabus tunicis densis & subtilibus sibi inuicem suppositus, multis uero arterijs, & venis, et pinguedine nō pauca constans, ad calefaciēdum membra dicta ordinatus in quarto de vtili. capitulo nono. Cuius origo est a ptibus quæ sunt secundum dorsum ipsius peritonei. Ex quibus apparet quando exit in vulneribus ventris dicta particula, q faciliter alteratur propter pinguedinem: & q liganda est, & non incidenda, timens hęmorrhagiā secūdū G. in therapeutices loco p̄allegato.

Post vero, quia intestina impediunt visionem anatomię aliorum membrorum, dicendum est de ipsis. Sunt enim intestina vasa duabus tunicis fabricata ad perficiendum digestionem primā, et ad anadidonæ, idest reddendum chylum ipsi hepati mediantibus venis meseraicis: & ad expellendum fęcalem superfluitatem ordinata. Numerus intestinorū est senarius. & licet omnia sint cōtinua, habent tamen diuersas formas & orificia quibus distinguūtur, videlicet tria gracilia & totidem grossa, quorū catalogus ponitur a Gal. quinto de vtil. capitulo tertio. Primum quidem post vētrem est ecphysis, idest exortus siue duodenū: secūdum ieiunum: tertium subtile: quartum cæcum: quintū colon: sextum rectum, in quo secundum finē sunt musculi qui regūt superfluitates. Et vt melius videatur anatomia, incipiendum est ab vltimo intestino quod vocatur rectum siue longum: & ut fęces non impediant, ligetur uersus partem superiorem in duobus locis: & incidatur in medium ligaturæ: & dimittatur inferior pars: & procedatur di

A scarnando usq; iuxta ilia: ubi incipit intestinum colon, quod est grossum cellulatum, in quo fęces recipiunt formam suam: & habet bene duas brachiatas in longum, & tendit multum uersus renem sinistrum: et ascendendo uersus splenem reuoluitur a parte anteriori apud dextrum stomachi sub penula tertia ipsius hepatis: ubi recipit quandam portionem choleræ, quæ excitat eum ad expellēdum: & reuoluendo descēdit ad renem dextrum ad terminum anchæ: ubi incipit monoculus siue cæcus, quia nō uidetur habere nisi unum orificium: licet habeat duo ualde propinqua adinuicem: per unū ingreditur materia: per aliud egreditur. uocatur etiam saccus ad modū stomachi cum sit alter stomachus: & est curtus mēsura unius palmi satis magni: & propter propinquitatem quam habet ad in
B guina, & quia non est bene ligatus, in crepaturis promptius descēdit in oscheum secūdum Aui. Et ab ipso oritur ileos quod est intestinum gracile lōgum bene septem uel octo brachiorum, & reuoluitur multum circa ilia & dorsum. Post autem inuenies intestinum ieiunū a uacuitate, & facta multitudine meseraicarum, & a portione cholerę dele gatæ inter ipsum & duodenum, etiam ita nominatum, cui continuatur duodenum: quia eius longitudo est. 12. digitorum. portenarium est uocatum ab officio, quia est porta inferior stomachi sicut meri superior. Ex quibus uidere potestis in passionibus intestinorum inuentionem clysteriorum: & loca ubi debent applicari remedia: quia in colica a parte anteriori, & circa partem dextram & sinistram, in iliaca circa latera. Etiam q uulnera intesti
C norum gracilium non curantur, quia panniculosiora: grossorum autem aliquoties, quia carnosiora. Et ut melius uideas alia: melius est ligare uersus portenarium, et incidere, ut supra fecisti: & extrahantur intestina: & uideas si uis primo mesenterium: quod non est aliud q̃ textura uenarum meseraicarum innumerabilium ramificatarum de uena dicta porta hepatis ad itestina, & cooperta pręmunita de panniculis & ligamentis coniungentibus intestina cum dorso plena pinguedine, & carne glandulosa, dictum uulgariter rodol: quod uidebis separatum ab intestinis & ipso expulso uideas anatomiam stomachi.

Stomachus seu uēter est organum digestionis primi chyli generatiuus: unde sicut meseraicæ sunt pręparatoriæ digestionis hepa
D tis, ita & os stomachi. unde Aui. nutriens in masticatiōe aliquam habet digestionē, cui deseruit meri seu œsophagus a parte superiori ad ducendum cibaria eidem, & intestina cum meseraicis ad expellendum nociua, & distribuendum utilia digesta et chylosata in eo. Est enim uelut promptuarium aliquod cōmune oīum particularum in medio animalis constitutum secundum Gal. quarto de util. capitulo primo. Et licet in medio sub thorace sit positus: nihilominus pars ipsius superior modicū declinat ad sinistram uersus spondyle. 12. ubi terminatur diaphragma: inferior uero ad dextram. Actus autem eius est digerere caliditate proprię carnositatis fundi sui, ut dicit Auicenna, & caliditatibus acquisitis a uicinis suis. habet enim hepar a dextris cum quasi desuper cum suis lo-

bis, siue digitis calefaciens, & splenem a sinistris transuersaliter, cum sua pinguedine & uenis, cum hoc sibi melancholiam ad excitandum appetitum mandantem, & desuper cor ipsum cum arterijs uiuificans, & cerebrum ad sentiendũ sibi uersus superiorem partem neruorum ramum dirigens. habet enim a parte dorsi uenam cauam, & arteriam aorti descendentes: & multa ligamenta cum quibus alligatur spondylibus renum. Et ita patet eius positio atque colligantia. Numerus autem partium eius, sicut dictum fuit de meri, est ex duabus tunicis: carnosa uidelicet ab extra: neruosa uero ab intra cum villis longitudinalibus ad attrahendum: cum transuersalibus ad retinendum: latitudinalibus ad expellendum. Forma ipsius & figura est rotunda oblonga ad modum cucurbitę curuę, taliter curuando ꝙ orificia dicta sunt altiora corporis ipsius ad hoc ꝙ non fiat contentorum exitus improuisus.

Quantitas manifesta est, cõmuniter tenet duos uel tres pincherios uini. Ægritudines potest pati multas, in curatione iuuat anatome: quia remedia parti superiori possunt conferre a parte spõdyliũ. 12. & a parte anteriori de forcella usque prope vmbilicum. Consequenter est dicendum de hepate.

Hepar est organum digestionis secũdę generatiuum sanguinis in dextro latere sub costis falsis collocatum, formam habet lunarem, gibbosum versus costas, concauum versus stomachum cum quinque lobis seu pennulis ad modum manus desuper ipsum stomachum comprehendens. Hepar, sicut & alia membra, habet panniculum ipsum cooperientem: ad quem gratia sensus peruenit neruus paruus. Ipsum enim hepar cum panniculo suo ligatur cum diaphragmate, & per consequens cum superioribus fortibus ligamentis, & cum dorso, & stomacho, & intestinis: & habet colligãtiam cum eis, & cum corde, & renibus, atque etiam cum testiculis, & cum omnibus membris. Substantia hepatis est rubea carnosa: sicut si esset sanguis coagulatus inserta per totum ex venis & arterijs, vt dicetur. Hepar vero licet sit ex multis compositum: habet tamen vnam simplicem particulam carnem: videlicet per quam sanguinationis est & venarum principium. Nam vt dicit Gal. in secundo de virtutibus naturalibus capitulo penul. & in quarto de vtilita. capitulo tertio, sicut ex musto in vegete per ebullitionem fiunt tres substantiæ: ita ex chylo in hepate per decoctionem fiunt tres substantiæ, scilicet duę superfluitates, & vna naturalis substantia cum aquositate communis ad alios humores: massa sanguinaria per nostram scholam communem dictam quatuor in se continet substantias naturales & nutrimentales, vt in secundo de elementis demonstratum est complete. Isti ergo humores qui in hepate ex chylo, vt dictum est, generantur, duplices sunt: quidam sunt naturales a naturalitate nutricationis dicti: quidam sunt non naturales. Naturales cum sanguine mittũtur ad vniuersum corpus generandum & nutriendum: non naturales sequestrantur & mittuntur ad loca destinata propter iuuamenta aliqua: aut expelluntur a corpore, mittuntur velut cholera ad cystin fellis: me-

E lãcholia ad splenem: phlegma ad iuncturas: aquea superfluitas ad renes & vesicam. Expelluntur a corpore, & vadunt cum sanguine, & aliquoties putrefiunt, & faciunt febres: aliqui expelluntur ad cutim, & resoluuntur insensibiliter, aut sensibiliter per sudorem, aut scabiẽ, aut per pustulationes, siue apostemationes. Sunt igitur quatuor humores naturales, & quatuor non naturales, & aquositates: quas antiqui nominauerunt sanguinẽ, phlegma, choleram, melancholiam: que in hepate generatæ distribuuntur per istum modum. A concauo hepatis exit vna vena dicta porta: quę partita est in innumerabilibus venis meseraicis implantatis in stomacho & in intestinis, quæ attrahunt & portant hepati totam succositatem chyli: & ipsa cum radicibus suis cum distribuit per totum hepar.

F A gibbo vero eiusdem hepatis egreditur vena dicta concaua seu cœle: quæ etiam cum radicibus suis obuiantibus alijs a toto hepate, extrahit sanguinem generatum in eo: & ipsa ramificando ad superius & inferius: (vt superius dictum fuit:) distribuit & portat ipsum sanguinem ad vniuersum corpus nutriendum: vbi digestio perficitur tertia & quarta. Ab ipso etiam hepate egrediũtur propriæ viæ, & colla portantes superfluitates digestionis dictæ ad loca propria, quæ dicentur. Ex quibus patet actus, positio, substantia, colligantia, & alia quæ inquiruntur in hepate: sicut in alijs membris.

Restat de ægritudinibus dicere. Hepar secundũ ꝙ videtur, potest pati multas ægritudines: ex quibus lęditur sanguinatio quæ est actus eius ꝓprius:

G & sic cacochymia & hydropisis. Vnde hydropisis est error digestiuæ in hepate secundum Gal. in secundo de virtutibus naturalibus & in libro de differentijs symptomatum: apparet etiam ex dictis ꝙ medicamina hepatis debent applicari in dextro latere: & ꝙ propter eius substantiam debent habere aliquam stypticitatem.

Post anatomiam hepatis dicẽdum est de particulis ad quas mandantur superfluitates iam in eo, vt dictum est, generatæ. & primo de cysti fellis. Nam cystis fellis est quędam bursa siue vesica pannicularis posita in concauitate hepatis circa mediam pennulam vel lobum: ad recipiendum superfluitatem cholericam quæ generatur in eo, ordinata. Quæ quidem bursa duo habet orificia siue colla vnita ad aliquã distantiam secundum Mundinum. vnum dirigitur

H versus medium hepatis ad recipiendum cholerã. alterum ad fundum stomachi, & ad intestina ad mundandum, & expellendum choleram ad ipsa propter vtilitates dictas. Ex quibus apparet situs, locus, actus, substantia, forma, partes, & colligantia. Quantitatem potestis videre: & quod continetur in ea tenet forte vnum intellectum plenũ. Potestis etiam considerare ꝙ potest pati oppilationes & in collo communi, & in proprijs. quando in communi, tunc cholera non attrahitur, nec expellitur: sed remanet cum sanguine, & citrinat vrinam & totum corpus. quando in proprijs, deficiunt iuuamenta, quæ facit in illis membris ad quę delegabatur: & generat accidentia mala secundum Gal. tertio de causis symptomatum, & quinto

& quinto de locis affectis.

Splen est receptorium superfluitatis melancholicæ in hepate generatæ, in parte sinistra transuersaliter amplexans stomachum, ordinatum. Cuius substātia est rara, spongiosa, nigrior ꝙ hepatis, figurā habet oblongam, quasi quadrāgularem: & ligatur per panniculum suum cum costis secundum gibbum eius, & secundum concauum cum ipso stomacho & zirbo. Splen habet duos meatus. per unum trahit ab hepate superfluitatem dictam, per alium demandat ipsam ad stomachum propter iuuamenta dicta. Splen potest multas pati ęgritudines, promptissime duricies, & oppilationes, propter materiam dictā. ꝙ si ab alijs patitur defectum mundandi hepar, corpus efficitur tenue, & discoloratum: si defectum mittendi ad stomachum, lęditur appetitus: prout hęc leguntur vbi supra. Solutiones continuitatis non sunt ita periculosę sicut in hepate. Fortiores medicinas sustinet splen, ꝙ hepar. Purgatur proprie per uentrem. Medicatur circa latus sinistrum, prout dicit Gal. 13. therapeutices.

Renes sunt particulæ ad mundādum sanguinē a superfluitate aquosa ordinatę: & sunt duo, vnus a dextris prope hepar, alius a sinistris bassius alio: substantia ipsorum est carnosa, dura. ipsi vero in forma sunt rotūdi, uelut ouum compressum: & habent in se concauitates in quibus recipitur qđ ab eis attrahitur. In quolibet ipsorum sunt duo colla: per vnum attrahunt aquositatem a vena caua, & per consequens ab hepate: & per alium ipsam aquositatem dictam vrinam trāsmittunt ad vesicam. Ad renes veniūt venę, & arterię, & nerui: ex quibus fit panniculus ipsorum. Renes ligantur cum dorso. Renes habēt pinguedinem seposam circumquaque. Retro renes iuxta spondyles sunt lumbi super quos ipsi iacent tanꝙ in eorum culcitra. Inter ambos renes supra spondyles transeunt vena caua, & aorta ad membra inferiora: a quibus venis satis deprope oriuntur vasa spermatica: de quibus dicetur infra. Renes possunt pati multas ęgritudines præcipue oppilationes, & lapides. Modum curandi videtis difficilem vndique.

Quibus quidem visis potest omnia abijcere excepto stomacho: si debet fieri anatomia membrorum superiorum: & renibus, ad videndum anotomiam inferiorum: & tunc numerum & quantitatem spondylium inspicias, & inuenies eos quinque grossiores alijs, per quę descendunt quinque paria neruorum a nucha ad vniuersum ventrem & ad partes coxarum atque pedum magnorum.

### *De anatomia ancharum, & partium eius.* CAP. VII.

PEr anchas hic intelliguntur partes inferiores ventris a sinu eius vsque ad coxas & verenda: quarum partes sunt triplices: quędam sunt cōtinentes: quędam contentę: quędam exterius procedentes. Partes continentes sunt mirac, & sifac, atque zirbus, & ossa. Partes contentę sunt, vesica, vasa spermatica, matrix in mulieribus, longaō siue rectum intestinum, nerui, uenę, & arterię inferius descendentes. Partes exterius procedentes

A sunt didymi, testiculi, atque uirga, inguina per medium, nates, & musculi ad coxam descendentes: de quibus per ordinem est dicendum.

De partibus cōtinentibus quantū ad mirac, & sifac, & zirbū in superiori uētre satis fuit dictū. Qtū ad ossa ita est expediendū. In anchis reperiuntur duo modi ossium. primo sunt a parte dorsi tres aut quatuor spōdyles ossis sacri, & duo uel tria cartilaginosa, ossis caudę: quorum primum ossis sacri est ualde grossum: & sequentia diminuendo uersus anum & finem dorsi: foramina quorum unde procedunt nerui sunt, & non in latere, ut in alijs ossibus dorsi. A parte laterū sunt duo ossa magna: in quolibet latere unum: & coniungūtur cum illo magno spondyli ossis sacri a posterius & anterius in pectine faciendo os pectinis: B ita ꝙ illa ossa sunt lata a parte ilium: a quo uocantur ilia siue ossa ilium. In medio ipsorum a parte exteriori sunt concauitates dictæ pyxides: in quibus recipiuntur uertebra ossium coxarum: & ibidē statim uersus partes ani est in quolibet magnū foramē: de quo dicit Gal. 16. de utilita. capitulo nono. Inter medium capitis coxę & ossium pubis necessarium fuit fieri foramen magnum & semitam, per quam descēderent nerui, & musculi, uenę, & arterię, quæ desuper feruntur inferius. Sunt etiam a parte pectinis stricta ad modum branchæ in pectine se iungendo: & licet realiter sit unum os: tres tamen habet nominationes: & ideo tria ossa dicuntur ab aliquibus, scilicet os ilij a parte superiori: os pectinis, siue pubis ab anteriori: os femoris in medio.

C De partibus contētis. primum quidem quod occurrit est uesica quę est susceptorium quoddam uelut peluis, siue saccus superfluitatis urinalis a renibus in ea transcolatę. Cuius substātia est pannicularis fortis composita ex duobus panniculis. Forma ipsius est rotunda. Quantitas quasi de uno pincherio. Situs eius est immediate sub pectine. In ipsa enim implantantur duo meatus longi descēdētes ex renibus, qui pori vritides seu ureteres appellātur ingrediētes per latera ipsius diagonaliter, portantes urinam ab ipsis renibus. Est etiam in ipsa collum carnosum cum musculis claudentibus, & aperientibus, exiens ab ipsa reflexibiliter transeūdo per medium usque ad uirgam in uiris. In mulieribus sine reflexione usque ad duos digitos infra uuluam, per quam expellitur extra urina. D Ex quibus apparet actus, substantia, positio, & cętera quę inquiruntur in alijs membris. Apparet etiam ꝙ prompta est ad oppilatiōes propter collum, & ad lapides propter urinam arenosam, quam suscipit & retinet ab ipsa. Modus syringandi habetur: ipsa etiam indicat ꝙ in collo, & extra suturam per medium debet fieri incisio, propter lapides, ut dicetur infra in medicatione.

### *De uasis spermaticis.*

VAsa spermatica sunt quędam uenę quę oriūtur iuxta renes a uena caua, & aorta descendentia portantia sanguinem ad testiculos tam uiri quam mulieris: in quibus per ulteriorem digestionem efficitur sperma. Sperma enim est semē & germen naturę humanę. In uiris protenduntur

extra: quia testiculi eorum sunt extra. In mulieribus remanent intra: quia intra sunt testiculi mulierum: ut dicetur. Ex quibus apparet ꝙ propter ortum istorum uasorum sperma sapit naturam cordis, hepatis, & renum: & per neruos qui gratia delectationis a cerebro descendunt ad testiculos cerebrum in hac communicationem habet, & per consequens totum corpus. Sperma ergo secundũ hoc deciditur a toto corpore: non quidem mole, sed vigore, vt Dinus tenet, & Conciliator.

Consequenter gratia mulierum dicetur de matrice. Est enim matrix ager generationis humanæ, & per consequens organum susceptiuum. Cuius situs est inter vesicam, & longaonem. substantia eius pānicularis est ex duabus tunicis cõposita, forma eius est rotunda, cum duobus cornibus seu brachijs cellulatis: in capite quorum est paruus testiculus a parte superiori implantatus: a parte vero anteriori habens canale amplum. Est enim velut virga reuersata, aut interius posita. vt in. 14. de vtilita. particularum, habet enim superius duo brachia cellulata cũ testiculis, velut testiculorũ bursa. habet etiam vẽtrem communẽ in medio, velut partes pectinales: habet collum inferius canulatum, velut virga: habet etiam vuluam, velut balanum: habet etiam tentiginem, velut preputium: habet etiam longitudinem, velut uirga. 8. uel. 9. digitorum. Et licet non habeat nisi duos sinus seu concauitates manifestas ad numerum mamillarum: habet tamen quamlibet illarum tripliciter cellulatam: & unam in medio, ita ꝙ secundum Mundinum septem in ea reperiũtur receptacula. Colligãtiam habet cum cerebro corde, hepate, & stomacho: & ligatur cum dorso: inter ipsam & mamillas continuantur venę lactales & menstruales. Propter quod dicebat Gal. ubi supra ꝙ Hipp. dicebat, lac menstruo esse fratrem: unde secundum idem tempus non contingit menstrua bene fieri & lactare fæminam. Ægritudines matricis sunt multæ. modus medendi per pessaria ab ipsa inuenitur: & hoc de matrice.

Subtus autem prædictas particulas lõgaon siue rectũ intestinum quod dimisistis superius in anatomia intestinorum, inuenitur quod est receptorium superfluitatum digestionis primę. Cuius substantia est pannicularis ut aliorum. longitudo ipsius est unius palmæ usque prope renes directe: supra ossa caudę directe iacẽdo: pars ipsius inferior dicitur anus. Circa ipm sunt duo musculi aperientes & claudentes ipsum: & ibi applicantur quinque rami uenarum que hæmorrhoidales venæ appellantur. Colligantiam habet magnam cum uesica: & ideo in ægritudinibus se compatiuntur. Deinde eleuato longaone poteris uidere uenas, & arterias, & neruos qui ramificãtur, & ad partes inferiores delegantur.

De partibus exterius progredientibus. primo uidẽdũ est de didymo & oscheo. Circa æ quę uidenda sunt duo. primo continentia, secundo contenta. Continentia sunt tot quot fuerunt superius dicta in uẽtre: quia ab illis partes istorum oriũtur a mirace mirac, a siface sifac. Exterius pendẽtes supra os pectinis transeũtes. Cuius principium, dum exit uocatur didymus, quia duplica

E tus. Finis uero oscheos seu testiculorum bursa. Partes contentæ sunt tres. primo testiculi qui sunt organa principalia generationis humanæ. In ipsis enim perficitur sperma. Quorum substantia est carnosa, glãdulosa, & alba. Deinde sunt uasa spermatica a superius dictis uenientia: quæ sunt duplicia, scilicet delatoria, & expulsoria. Portantia sunt uena & arteria quæ dicta sunt oriri a uena caua & aorta. Expellentia sunt quę ascendentia iuxta collum uesicę expellunt sperma in foramine uirgę. Et cum hoc est unus suspensorius & sensitiuus qui descendit ad testiculos. Sunt ergo infra didymum & bursam, quatuor corpora dicta. Ex quibus apparet ꝙ uersus inguen in mirace & siface debet esse: & est foramen per quod descendunt a superius tria corpora, scilicet uena & arteria delatoria, &

F neruus: & extra iuxta collum uesicę a radice uirgę aliud quartum, per quod descendit & expellitur sperma in canali uirgę. Apparet etiam ꝙ quando foramen uersus inguen dilatatur præter naturam: tũc corpora superiora ut zirbus, intestina possunt exire & descendere in didymo & oscheo: & facere rupturam seu crepaturam, seu aliam materiam, etiam herniam, quorum sanatio dicetur.

Consequẽter dicẽdũ est de uirga. Est enim uirga agricultus naturæ humanæ, consequenti uia urinę: Cuius substãtia est composita ex cute, musculis, tẽdinibus, uenis, arterijs, neruis, & grossissimis ligamentis. Situatur & implantatur super os pectinis: ligamenta ueniunt ab osse sacro, & adiacentibus sibi, uenæ, & arteriæ, nerui, caro, cutis a superioribus sibi adducuntur. In ipsa

G enim sunt duo canales, aut transitus principales, spermatis uidelicet & urinę. Finis uirgę uocatur balanos idest glans, foramen, mitra, capellus, preputium: quantitas uirgæ communis. 8. uel. 9. digitorum cum grossitudine moderata, esse debet. proportionalem uero matrici eam esse oportet.

Perineum est illud quod arabica translatione peritonæum dicitur: & est locus inter anum, & pudibũdum, idest uirgã, supra quem est quędam sutura, quę sequitur bursæ & uirgæ lineationem.

Inguina sunt hepatis emũctoria: & sunt carnes glãdulosæ in picatura coxæ ordinatæ.

Nates sunt carnes grossæ musculosę supra os femoris ordinatæ.

Vltimo in anchis & ab anchis descendunt mu-

H sculi & chordæ & ligamenta mouentia & ligantia coxam & tibiam magnam cum ipsis anchis.

*De anatomia tibiarum seu magnorum pedum.* CAP. VIII.

PEs magnns siue tibia magna durat a iunctura scię usque ad extrema articulorũ. & quia particulæ talis pedis siue tibiæ conueniunt in multis cum particulis manus magnæ, ut Gal. deducit in tertio. de utilita. pro tanto iste pes magnus siue tibia diuiditur in tres partes, ut superius manus fuit diuisa: una quidem pars magni pedis, seu tibiæ dicitur coxa: alia parua tibia, tertia uero pes paruus. Verum est ꝙ gręca translatio uocat crus quod arabica uocat coxam: & tibia quod vocat crus. Sed de nominibus non est curandum:

curandum, duntaxat q̃ res sit eadem per totum.

Pes magnus cum omnibus partibus suis componitur vt manus magna ex cute, carne, venis, arterijs, neruis, musculis, tendonibus, colligatiõibus, atque ossibus, de quibus per ordinem est videndum. De cute & carne quales sint superius fuit satis dictum.

De venis & arterijs manifestis insimul fiat sermo, propter causam superius allegatam. Postq̃ ergo venę in ramificando a suis principijs descenderunt in vltimo spondyli: diuiduntur in duabus partibus, quarum vna tendit ad dextram, altera ad sinistram coxam, & ibi diuiduntur in duos ramos magnos, vnus tendit ad partẽ exteriorem, alter ad interiorem: & ramificando descendunt per tibiam ad cauillas & ad pedes, & constituunt quatuor venas, quæ cõmuniter phlebotomantur, propter passiones determinatas. s. saphenam sub cauilla interiori versus tallum, sciaticã sub cauilla exteriori, polliticã sub pollice, renalem inter digitum paruum et sequentem. Sunt ergo in tibijs quatuor venę manifestę & grossę quæ maximum fluxum & periculum multoties inferre possunt, plures alij sunt rami, de quibus chirurgus non habet curare.

De neruis pedum. dicit Auic. q̃ diuersificantur a neruis manuum multũ. Quicquid sit, ipsi oriuntur a spondylibus vltimis renũ & ossis sacri, & maior pars transit per foramen ossis femoris, & descendit ad musculos poplitis. Et ex istis cõiunctis cum musculis & chordis mouentibus iuncturam descendentibus ab anchis & applicatis ossis coxę efficiuntur musculi magni, qui sunt supra coxam mouentes genu & tibiam, & musculi supra tibiam mouentes pedem in cauilla, et musculi pedum mouentes articulos eodem modo sicut fuit dictum de manibus: super hoc aliquã recipientes differentiam opera chirurgię non multum variantem. non tamen est obliuiscendum quod dictum fuit superius, q̃ secundum formam musculorum vulnera prope iuncturas sunt periculosa valde.

Colligationes siue ligamenta magna & grossa descendunt per totam tibiã, & manifestantur valde subtus inguina & genu, & supra calcaneum, & iuncturas articulorum: & solea pedis tota est ligamentosa.

Vltimo de ossibus secundum diuisionem dictam magni pedis vel tibię est dicendum. In prima parte quæ dicitur coxa, est vnum solum os magnum medulosum, & est ab vtraq; parte rotundum. superior rotunditas, quę est vna sola, dicta vertebrũ, quæ declinat versus interius recipitur in pyxide ossis anchæ, & est aliquantulum gibbosum versus exterius. In parte vero inferiori versus genu habet duas rotunditates quæ recipiuntur & reuoluuntur in duabus concauitatibus quæ sunt in focili maiori tibiæ, & supra est quoddam os rotundum latũ, quod dicitur patella genu, & ita perficitur iunctura genu.

Deinde sequitur tibia, & in illa sunt duo ossa dicta focilia: maius a parte anteriori & domestica, quod facit aciem tibię descendendo de genu vsq; ad pedẽ faciendo cauillam interiorẽ, minus est a

A parte exteriori & syluestri descendendo de sub genu parum, vbi implantatur vsq; ad pedẽ ibi iungendo se cum alio focili faciendo cauillã exteriorem: cuius oppositum dicit Guil. de Saliceto & sectator eius Lanfrancus & male. Et qui vult videre, testimonium veritatis poterit perhibere. Forma istorum duorum fociliũ apparet q̃ maius habet duas concauitates versus genu in quibus recipiuntur rotunditates coxę, quia minus non peruenit ad iuncturam, sed implantatur (vt dictum est) & iacet prope de subtus genu a parte exteriori, & ideo vocatur actus, & versus pedem iungendo se cum maiori focili faciunt ambo vnam concauitatem lunarem in qua recipitur primum os pedis.

In pede sunt tres acies ossium: in prima acie sunt tria ossa insimul rotundaliter aggregata. primum B est cahab arabice, gręce astragalus, & est quasi ad modum nodi balistę rotundum ab vtraq; parte. In superiori rotunditate firmatur concauitas focilium, & ibi mouetur pes. In alia rotunditate firmatur concauitas ossis nauicularis post ipsum cahab. Immediate versus pedem est os nauiculare, quod est quasi nauis concauata ab vtraque parte. In prima concauitate recipitur rotunditas cahab, & in alia rotunditates secundę aciei ossium pedis. Subtus autem ista duo ossa, est calcaneus factus secundum formam calcanei in quo firmatur totus pes, & exit versus posterius, propter ligamenta quę in ipso implantatur. Post nauiculare immediate est secunda acies ossium pedis in qua sunt quatuor ossa satis curta, & vnum ipsorum dicitur glandinosum a parte exteriori versus paruum articulũ, & C sunt rotunda versus nauiculare, & concaua versus tertiam aciem. In tertia acie sunt quinq; ossa satis longa correspondentia et recipientia articulos, qui sunt quinq;, habẽtes quilibet tria ossa excepto pollice qui non habet nisi duo. Habet. n. pes tarsum, metasum, & pectẽ, sicut et manus parua. Sũt ergo in pede paruo. 26. ossa, & in toto pede magno seu tibia. 38. Ex quibus potest considerare chirurgus modum dislocandi & frangendi, et per cõsequens modum reducendi, videre potest etiã q̃ inter istas iuncturas difficilior ad dislocandum, & ad reducendum est iunctura pedis parui, facilior genualis, mediocris sciaticalis. Et Deus sit adiutor noster. Amen.

## Tractatus secundus, & est de apostematibus, exituris, & pustulis. Cuius sunt duę doctrinę. D

Doctrina prima est de apostematibus, pustulis, & exituris, prout insunt membris simplicibus.

Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

## Prima doctrina quinq; habet capitula.

### *De apostematibus, pustulis, & exituris a notificatione incipiendo uniuersaliter.* Cap. I

Apostema penes essentialia per Galenum diffinitur in primo de ægritudine & symptomate, & per Auicẽ. in suo cañ. lib. i. q̃ est ęgritudo composita ex triplici genere morborũ in vnam magnitudinem aggregata. Ista autem dif

finitio ostenditur esse perfecta per Conciliatorem & Albertum Bonoñ. sequentes viros præfatos. Nam diffinitum in esse constituit, & facit eum differre a quocunque alio. Ponitur. n. in ea ęgritudo pro genere. Reliqua, pro differentia aliorum modorum compositionis qui numerantur a Gal. vbi supra. Per accidentalia describitur a Gal. in de tumoribus præter naturam, in quo magis curauit apostema manifestare ad sensum q̃ ad intellectũ, dum dicit ꝙ vnum aliquod illorum quæ accidũt corporibus, existit res quæ iudicatur ab hoc vocabulo tumor, & non pro quocunque, sed pro magno qui nocet actibus euidenter. Quam descriptionem in. 13. therapeu. repetit sub his uerbis. manifestum est ꝙ in tumore penes magnitudinem desistunt membra ab eo quod secundum naturam, puta secundum apparentiam, quia forte primo, & magis per se peccat mala complexio. consequenter vnio, tertio ipsa compositio, vt tenet Conciliator. Non ergo erat mutans membrum a sua naturali qualitate solum, vt. 13. de ingenio. arabica translatio dicebat, nisi quis vellet uocare omnes dispositiones qualitates, sicut in multis locis facit Gal. Quam diffinitionem perfectissime explicauit Halyabbas octauo sermone partis primæ libri sui, de rega. dis. dum dicit. Apostema est tumor præter naturam in quo materia aliqua replẽs et distendens est aggregata. Tumor si est magnus, ponitur pro genere: si paruus, pro accidẽte, in lib. de differentijs morborũ. Quomodo autem dicatur morbus vnus compositus consimilis organicus, quomodo etiam possit dici causa, & affectus, genus, & species, & accidens, siue differentia, penes diuersas considerationes, omitto quantum est de pręsenti, maxime quia ad physicalem pertinet doctrinam. Sufficit autem chirurgo scire ꝙ tumor, apostema, inflatio, ingrossatio, eminẽtia, eleuatio, excrescentia, nomina sunt synonyma, candem rem quasi significantia, vt dicit Henricus.

Vide cap. 1.

Ponitur etiam in prędicta descriptione, pręter naturam, ad differentiã tumorum naturalium capitis, ventris, & iuncturarum, in quo est aliqua materia superflua, puta humoralis vel reducibilis ad humorem. Congregata ponitur ad differentiam tumorum apparentium in dislocationibus & fracturis, in quibus non sunt humores, sed ossa eleuata. Replens & distendens ponitur vt ostendat malam complexionem, vnionem, & compositionem in vnum aggregata. Ex quibus apparet ꝙ satis simpliciter moderni viri, videlicet Brunus, Theodoricus, Lanfrancus & Henricus apostema diffinierunt, dicendo ꝙ est tumor, aut inflatio, aut grossities facta in membro quocunque vltra suam naturalem formam.

Apostematum multę sunt species & differentię. nam quædam sumuntur a rei substantia, quædam a materia, quædam ab accidentibus, quędam a membris, quædam vero a causis efficientibus. A substantia autem assumit Auicen. primam differentiam, ꝙ apostematum quædam sunt magna, quędam parua. Apostemata magna secundũ Galenũ in de tumoribus pręter naturam, sunt magni tumores phlegmonosi qui in carnosis fiunt particulis. Apostemata parua secundũ Auic. sunt eminentiæ & pustulę paruę bothorales in cute apparentes. A materia autẽ sumuntur differentię. primo generaliter ponit diuisionem Gal. & Auic. sequens eum ꝙ omne apostema aut est calidum, aut non calidum, loquendo de calido proprie essentialiter & relatiue, vt dicetur, non autem large sicut per putrefactionem: dicebat Auic. Calidũ est sanguineum & cholericum. non calidum, phlegmaticum & melancholicum, ac ventosum, & aquosum, quæ reducuntur ad ista specificando magis, sequendo viros præfatos, dicitur ꝙ apostemata quędam fiunt ex humoribus naturalibus: quædã ex non naturalibus simpliciter & composite. vt etiam dicetur, intelligẽdo sane. nam medici quandoque accipiunt ex pro in: qñque vero pro ab large & sensibiliter sępe loquentes. Illa quę fiunt ex humoribus naturalibus, dicuntur vera, propria, certa, & vniformia apostemata, eo quia in eis tumor qui est ratio sensibilior apostematis, euidentius apparet. Quę autem fiunt ex humoribus non naturalibus, dicuntur non vera, impropria, incerta, & inuniformia, eo quia in eis mala qualitas seu mala morigeratio magis apparet q̃ tumor, & secundum hoc magis dicuntur pustulæ, vlcerationes seu exiturę q̃ apostemata. Quę vero fiunt a dominio vnius humoris, simpliciter, & simplici nomine nũcupantur. Quę vero a dominio duorum vel plurium, vt de fe. colliget tertio doctor dicebat subtilis, compositę, & composito nomine etiã dicũtur. Et tales differẽtias sumptas a materia pręcipue coniuncta sequuntur differentiæ qualitatis & quantitatis, cum ipsa sint de gremio materię, vt in alia dicitur facultate. Et ideo principalissimæ & maximę in libro de differentijs febrium dicuntur, quod per alia verba cõsueuit dici in schola nostra cõmuni Montispessulani, ꝙ apostemata quędam fiunt de materia non adusta, neq; corrupta. quædam de adusta & corrupta. Et vtraque, quædam sunt sanguinea, quędam cholerica, quędam phlegmatica, quędam melancholica. aliqua aquosa & uentosa simpliciter et cõposite. Prima dicebantur per socium nostrum magistrum Ioãnem Iacobũ mala simpliciter. secunda mala cum additione de fraudulentia, & mala morigeratione. Et absq; dubio ita intellexit in quarto Auic. cũ dixit ꝙ apãta calida et quę currũt cursu eius, sunt a sanguine & cholera laudabilibus, aut malis: & ꝓsequitur sanguinea ex laudabili grosso & subtili sanguine, de quibus dicunt fieri phlegmonem & erysipelas. s. verum & certum quod vocauit spinam, vt Dynus prosequendo Gal. in secundo ad Glauconem exponit super locum: & non prosequitur cholerica ex cholera laudabili (quia ipsa & omnia alia vera sub sanguine comprehendit. sanguis autem infra dupliciter dicetur) sed solum ex illaudabili & mordaci quæ formicas, & non erysipelata nominauit, & etiam in curis tam in calidis q̃ in non calidis idem innuit subsequenter. Neque diuisiones humorum aliter saluarentur, discrepatio sola est verbalis et non realis, vt apparet in facto. Sunt autem apostemata quædam ex humoribus naturalibus, quædam ex non naturalibus simpliciter & composite suo modo cum suis nominibus, vt dictum est & dicetur. Ab accidentibus sumuntur

differentię

differentiæ multæ secundum ꝙ multa in eis possunt apparere accidentia dolorosa & malitiosa. A membris etiã sumuntur differentię secundum ipsum Gal. in secundo ad Glauconem. Quædam sunt in oculo quæ dicuntur ophthalmię: quæ in collo, squinantie: quędam in bubonibus seu emunctorijs: quędam intra: quędam extra: quędam in nobilibus: quędam in ignobilibus: quędã in sensibilibus: quędam in insensibilibus: quædam occurrunt in corpore pleno: quædam in nõ pleno: & id genus. A causis efficientibus: quædam sumuntur differentiæ secundum Halyabbatẽ vbi supra: quę sunt deriuatio & congestio: quędam critica: quędam non critica: quędam fiunt a causis interioribus: quędam ab exterioribus. Recolligantur ergo prędictę species, & differentię: quia a talibus potissime indicationes sumuntur curatiuæ.

Causæ apostematum exiturarum & pustularũ quædam sunt generales: quædã speciales. Generales sunt rheuma & cõgestio. Causę autem rheumatis, et deriuationis materię, licet in secundo, vel in quarto. de ægri. & symptomate leguntur diffuse, Halyabbas, ubi supra restrinxit ad sex. videlicet ad membri expellentis fortitudinem: ad suscipientis debilitatem: ad materiæ multitudinẽ: ad meatuum portantium largitatem: & expellentiũ stricturam: & cum membrum suscipiens in inferiori loco est situatum. Causę autem congestionis in hoc sunt: quando enim uirtus pascitiua mẽbri: in quo est apostema: non potest cibum qui ad ipsum mittitur, digerere plena digestione: quare remanent in eo superfluitates: et paulatim augentur donec membrum repleatur & distendatur: fitq; in eo apostema. Et secũdum hoc, ut dicit, promptius materia calida rheumatiçat: Frigida vero congeritur. Ex quibus apparet ꝙ in apostematibus quę fiunt per viam deriuationis est dare fiens: & factum esse: a quibus sumit Gal. 13. therapeu. potissimas indicationes curatiuas: fiens est materia antecedens quæ fluit: factum est materia cõiuncta quæ est fluxa, & incuneata in loco. Apostemata vero congesta non habent hoc: sed cum factis, & fluxis reponuntur. quod Gal. in libro de inæquali distemperantia sic declarat: mox inquit si tamen materia calida descẽderit in musculum, primũ quidem maiores venæ, & arteriæ implentur, & extẽduntur: deinde minores vsq; ad minimas: & dehinc ad regiones priorum corporum, quę sunt caro & pãniculi: & fit apostema. Ecce ꝙ ibi est fiens materia antecedens in venis: & factum, materia cõiuncta in carne: & ex hoc apparent causę generales.

Causæ speciales sunt tres primitiuę, antecedentes, & coniunctę. Causæ primitiuę sunt casus & percussio. Causę antecedentes sunt quatuor humores naturales, & non naturales. Humores enim secundum ꝙ dictum fuit in anatomia, sunt duplices: naturales & non naturales. Naturales sunt qui sunt cum sanguine, aut cum aliquo naturam sanguinis retinente: & sunt materia nutritionis. & propter hoc intelligo naturales principaliter: & proprie a naturalitate nutritionis & substantię: non quantitatis, nec; iuuamenti ad remouendum cachexiam: quod per totum audire oportet, vt sunt purus, & uerus sanguis cholericus, sanguineus, phlegmaticus, atq; melãcholicus, qui licet sic proprijs nominibus nominentur: communi tamẽ nomine in lib. de cholera nigra a Gal. sanguis vocantur. Massa autem Rabbi Moyses in quarto expositionis secũdo epidimiarum allegatur. Halya. autem in secundo techni, massam sanguineã dicit. Et talis sanguis solus est materia nutritionis, non ille qui formaliter distinguitur ab alijs humoribus: vt dicebat socius ille de sancto Floro: qui Parisius, non est diu, satis bene discordantias Ioannis de sancto Amãdo ampliauit. Non naturales vero sunt qui sunt a sanguine separati: & propter eorum malitiam non sunt apti ad nutritionem de se, sed mittuntur ad loca destinata, propter scita iuuamenta, aut extra corpus expulsa faciunt apostemata, exituras, pustulas, excrescentias, scabies, decolorationes, sudationes: & aliquoties insensibiliter resoluuntur: & aliquoties intus putrefiunt, & faciunt febrem: & assumunt nomina naturalium humorum: sanguinem, phlegma, choleram, & melancholiam. Differunt tamen ab eis secundum Gal. de cholera nigra; quia humores naturales coagulantur & nutriuntur: & secundum magis, & minus sunt rubei. Non naturales vero non coagulãtur: sed permanent, & diuersos habent colores flauũ album & nigrum: vt circa principium apostematũ factorum euidẽtia in apertione, & repercussione euidenter ostendit. Istud etiam in secundo de elementis euidentissime declaratur: et in capitulis singularibus, sequentibus specificabitur manifeste. Ex quibus apparet ꝙ ex humoribus naturalibus, fiũt quatuor species apostematum verorum, quę communi nomine in secundo ad Glauconẽ phlegmones uocantur: pro prijs tamen nominibus phlegmone, erysipelas, œdema, seu corrupto uocabulo undimia scirrhus, seu sclirosis, aut sephyros. Ex non naturalibus etiã sunt quatuor species non uerorum. scilicet pustulæ & exiturę, quę sibi nomina uerorum uendicãt, & assumunt: & duo ad hæc reducibilia, aquosa & uentosa: & sic sunt sex nomina apostematum simplicium, & compositorum infinita: de quibus dicuntur prefata nomina ęquiuoce: per prius tamen dicuntur de ueris: per posterius uero de non ueris, quę sunt pustulę & exiturę. Pustulę enim sunt parua apostemata, & exiturę coniunctę, aut separatę, ut glandulę, & uariolę, seu bothores. Sonant tamen magis proprie de uenenosis, ut dicit Henricus: & ambo carnem, & cutem quodammodo comprehendunt: uesicę uero cutem solam. Quę quales in speciali sint, inferius apparebit. Exiturę autem secundum Gal. in de tumoribus pręter naturam: & in secundo ad Glauconem, sunt dispositiones illæ in quibus ascendunt partes interius prius se cõtangentes, in quibus necessarium est contineri in medio aliquam substantiam spumosam seu humorosam, quę diuturnitate temporis in multiformibus alteratur substantijs: aut in saniem siue pus: aut in aliquam substantiam extraneam similem melli, fæci, aut amurcę, aut lapidibus, seu filis, ut in glandulis reperitur: quę quidem fiunt ab aliquo humore non naturali: mox a principio fluente, aut ex putrefacto phlegmone coadunatur pus uelut in aliquo sinu. Causæ autem coniunctæ apostematum, & pustularum, sunt materię, quę in particula sunt congregatę & incuneatæ.

Signa apostematum extrĩsecorũ pertinẽtiũ ad hũc artificẽ declarat sensus et pręsentia singul. ubicunq; enim inuenitur inflatio

preter naturam ex aliqua materia humorali vel reducibili in membro coadunata: ibi est apostema. Apostemata vera significantur per tumorem, dolorem, & calorem secundum magis & minus graduata. Nõ vera vero significantur, per tumorem, & sequestrationem, & malam morigerationem secundum magis & minus etiam determinata. Partes minus calidę, dicuntur frigidę respectu magis calidarum. Omnis enim res medicinalis dicitur ad aliquid in secũdo techni, & tertio simpliciũ pharmacorum. Signa uero singularium apostematum, et earum materierum in sequentibus capitulis dicetur. Ex quibus composita cognoscuntur: neq; ad singularia accedendũ est, donec sermones generales sint præuisi, vt Gal. septimo, & nono therap. consuluit. Et scias secundum Auic. ꝙ apostemata singularia parum sunt pura. sed plura eorum sunt cõposita: præcipue vera: quia multa non vera videntur esse pura. Curę tamen ponentur simplicium, vt exinde compositorum curæ extrahantur. Apostemata in periodis, & paroxysmis & crisibus analogiam sequuntur suarum materierũ, vt in secũdo de differentijs febriũ innuit Gal. Apostemata quatuor tempora habent, scilicet principiũ, augmentum, statum, et declinationem. Signum principij est, cum vides materiam currere, & membrum extendere. Augmenti, cum cõcauitas, & acuitas manifeste augentur. Status, cum prędicta stant in suo esse. Declinationis, cum grossities incipit minui uel trãsmutari. et hęc distinctio temporum est ex parte essentiæ apostematum: quamuis possunt suo modo distingui ex parte accidentium, & ex parte alterationis materię penes quę curę subalterantur: posset tamen ostẽdi quomodo interdum coincidũt omnia illa tempora scilicet principium cum principio etc. & sępius nõ coincidunt: quæ omnia gratia breuitatis omitto. Apostemata si non retrocedunt, terminantur per insensibilem resolutionem: aut per putrefactionem: aut per indurationem. Et secũdum Gal. in de inę quali dyscrasia: quæ per resolutionem est melior alijs: & illa quę per saniationem melior ꝙ̃ quę per corruptionem: per putrefactionem uero simpliciter mala. Signum ꝙ apostema resoluitur, est lenitas, & carentia pulsationis. Signum ꝙ saniatur, est dolor, et pulsatio cum augmẽto caliditatis. Signum ꝙ corrumpitur, est nigredo & liuiditas. Signum ꝙ retrocessit, subita diminutio per infrigidationem: aut per venenositatem ad quam sequitur feb. & accidentia mala. Iudicia pustulraum in capitulis proprijs dicentur.

Iudicia exiturarum sunt hæc. Cum videris inquit Aui. pulsationem plurimam, aut duriciem prolõgatam, aut caliditatem, & dolorem augmentatum: tũc æstima ꝙ apostema est in via, vt fiat sanies & exitura: cum autem videris lenitatem quãdam, & sedationem doloris & caloris, & ꝙ caput acuatur, & cum digitis apprehendis inundationem, & colorẽ ad quãdam albedinem declinare videbis: tunc saniem scias ibi esse. vnde Hippo. in secundo aphorismorũ. Circa generationẽ saniei magis accidunt dolores & feb. ꝙ̃ facta sanie: & in cognoscendo saniem sis bene auisus: quia secundum Hippo. in sexto aphorismorum. multoties non manifestatur, immo decipitur medicus propter spissitudinem loci, & saniei grossitiem. Exitura secundum Aui. quæ fit prope membra nobilia, & prope iuncturas, & in membris neruosis & venosis, & quę fiunt in membro debili, & calore naturali depauperato, & quæ fiunt de materia grossa grauis motus, plana & non acuta: suspecta est, & malæ maturationis: propter quod indiget adiutorio, & maturatione, & festina apertione. Quæ autem est secundũ diuersitatem ab ista, est laudabilis: & non indiget magno adiutorio: quia cito maturatur: et sępe per se aperitur. Exituræ terminantur aliquoties per resolutionem: sæpius tamen per apertionem: & apertura quæ fit per naturam melior est ꝙ̃ quę fit per artem. Et quę per ferrum ꝙ̃ quę per ruptoriũ. Nam secundũ Auicen. hæc perforatio quæ fit per partem, generatiua est virus, & sordiciei, & fistularum: veruntamen cũ non vides excusationem: tunc nõ est ingeniũ aliud.

Iudicia saniei ponit Hippo. in primo prognosticorum: putredo autem laudatur quæ est alba, & æqualis per totum, carens malo odore: quæ vero est contraria, pessima.

Iudicia aliorum contentorum in singularibus capitulis dicentur.

Curationem apostematũ Gal. perficere videtur per intentiones sumptas ab ipsis dispositionibus, & ab eorum natura. Et secundum generalem indicationem, uidetur ꝙ ipse tractauerit sub nomine sermonis de apostematibus ex humoribus naturalibus generatis, in tertiodecimo therapeu. & de non veris ex innaturalibus humoribus factis in 14. Et hic etiam tractabitur de cura apostematum uerorum ordinatorum & non corruptorum: quæ quãtum est de se vtplurimum resoluuntur: deinde sub nomine pustularum & exiturarum de non veris saniosis corruptis, & in alienam naturam conuersis. iudicationem curæ sumendo ab ipsa dispositione, & a membrorũ, ut dictum est, natura. Dispositio aũt ipsa continet quantitatem, qualitatem, & materiam quæ includitur in eius substantia. Aliter enim curatur magnum apostema: aliter paruum: aliter deriuatum & fiens: aliter congestũ & factum: aliter calidum: aliter vero frigidũ etc. Natura & membrorũ indicat: ꝙ aliter curãtur apostemata ĩ carnosis particulis: aliter in neruosis: aliter in oculo: aliter ĩ collo: aliter in emũctorio: & sic de alijs: prout superius fuit distinctum, & inferius distinguetur: principium facientes in secũdo ad Glauconem ab inuentione occasionis ægritudinis: vt quæ eum faciunt causę abscindantur: ꝙ autem iam est factum, sanare oportet secundum eundẽ in tertio therapeu. Cum ergo generatio communis omnibus phlegmonibus ex sanguĩe, idest ex massę sanguinarię influxione fiat amplior ꝙ̃ indigeat particula: influit autẽ, ut dictum est, amplior, mandante aliqua particula: quandoque vero trahente ipsa quę patitur: mittit autem particula, quandoque quidem vt superfluum: quandoque quidem vt triste: quandoq; vero propter ambo: quę uero trahunt, hoc est propter calorem morbosum, aut dolorem, & iuuãt ad hoc debilitas particulę, & meatuũ latitudo, & aliarum uiarum strictura, & situs in baso: ut superius dictum fuit: Consequenter ex omnibus sumuntur, et iudicantur tres intentiones. Prima est remouere superfluum quod influit. Secunda est curare, et mitigare dolorem, & actionem quę membrum recipit, & materiam attrahit. Sed tertia est ꝙ factum est sanare. Prima completur per Gal. ubi supra dicentem.

Cum

Cum enim æqualiter sibi inuicem aucti sunt humores, & plethoram faciunt, & etiam vbi plethora non esset, dolore membri phlegmonem patientis, ac calore fluxionem excitante, sanguinis ablatione curatur. & balneis sequentibus, & exercitationibus, & frictionibus, dummodo febris nõ adsit, adhuc etiam et pharmacis euaporantibus: & præter hæc omnia ieiunijs, & regiminibus debitis. Cum autem flaua vel nigra bile, vel phlegmate, vel serosis tumoribus plenũ fuerit corpus, & cacochymia generata fuerit, pro cuiusq; humoris abũdantis purgatione curatio faciẽda est: de quibus ĩferius in singulis capitulis, & in antidotario dicetur. Auersio aũt, seu antispasis: idest ĩ cõtrariũ euulsio cõmunis est in talibus vniuersis: ꝗtũ ad principium & augmentum. Quantum autem ad statum, & declinationem non est malum vti euacuationibus per eandem partem: quamuis noui medici faciunt talia absq; præuisione. vt dicit Auerrois in septimo, & dicetur infra de phlebotomia.

Secunda intentio completur cum sedantibus dolorem, & cum rectificantibus malam qualitatem, & cum restringentibus, & intercipientibus materiam a parte fluxus, & relaxantibus per partem vnde membrum consueuit purgari.

Sed & tertia intentio completur per euacuãtia materiam a loco. Euacuatur autem non solum diaphoreticis pharmacis: sed etiam repercutientibus: & magis incipientibus phlegmonibus repercutientibus est vtendum quam euaporantibus casibus saluis exceptis: de quibus Gal. videtur quatuor excipere. Primus est, quando apostema sit in emunctorijs. Secundus, quando fit a re venenosa. Tertius, quando materia est grossa. Quartus, quando est vehementer incuneata. Auicen. autem non excipit: nisi quando est in emunctorijs: aut in loco vbi sit timendum de reditu ad membra principalia. Rogerius excipit solum in materia venenosa. Commentatores ipsius quatuor magistri vltra ipsum in materia congesta, et frigida valde. Et quando fit per viam crisis, & iuxta principalia: & quando fit per subitam deriuationem Brunus dicit vt Aui. Theodoricus, vt quatuor magistri: Lanfrancus excipit decem casus. Hẽricus. 19. magister Dynus de Florentia super quarto cañ. Aui. excipit. 23. Ego autẽ distinguo de repercussiuis: ꝙ quędam propria sunt repercussiua: vt oxycratũ ex aqua et aceto, plãtago, solatrum, bolus ar. absinthium, cinnamomum: & talia quæ repellunt materiam quã inueniunt ad fundum. & quędam sunt repercussiua large dicta: vt albumen oui, malua, oleum rosatum, & oleum chamomillę, atq; mastichinum, collyria alba: & talia quæ alterando prohibent membrum a superfluitatum receptione. Dico duo primo ꝙ in principio oĩum apostematũ phlegmonicorũ cõpetunt repercussiua proprie. 10. casibus solũ exceptis. Primus est, quãdo apostema est in emunctorio. secũdus, quãdo est materia venenosa. tertius, quando est de materia valde grossa. quartus, quando est de materia vehementer incuneata. quintus, quando est criticum. sextus, quando est a causa primitiua. septimus, quando est in corpore pleno. octauus, quando est in corpore debili. nonus, quãdo est iuxta membrum principale. decimus, quando est fortiter dolorosum. Secundo dico, ꝙ in principio omnium apostematum phlegmonicorũ cõpetunt repercussiua large: tribus

A casibus duntaxat exceptis. Primus, qñ apostema est in emunctorio. secũdus, quando est per viam crisis. tertius, quãdo est de materia venenosa. In omnibus istis casibus pręcipue quãdo materia est fluxa, & apostema in facto esse: & materia aliqua in parte est relicta: oportet materiam resoluere, & euaporare cum diaphoreticis non mordicãtibus, sed domesticis mediocriter calidis & hu. maxime in casibus tribus vltimis, in quibus volumus materiam trahere, & apostema augere, & reditum materiæ auertere: & hoc aliquoties facimus cum emplastris attractiuis. aliquando cum ventosis, vt dicit Aui. Sit ergo regula generalis ꝙ in principio omnium phlegmonum ab exceptis ponantur repercussiua. In augmẽto cum eis paulatine misceantur resolutiua. In statu vel ante statum super ipsa sint ęqualia. Cum autem declinatio, & sup-
B ple finis status fuerit: non sit ibi nisi quod resoluat, & laxum faciat. Et hoc nihil aliud est dicere, nisi ꝙ durãte fluxu est repercutiendum: & cessante ipso est euaporandum: mediante uero, mediãdum. In casu quo apostema incedit via resolutionis, auxilia cum quibus ista complentur secũdum diuersitatem materierum in capitulis singularibus, & in antidotario dicẽtur. Si vero apostema via incedit exiturę in secundo ad Glauconem, curatio earum exiturarum quæ iam incipiunt fit per indolorosam chalasticam, idest laxationem, siue euaporationem cum tetrapharmaco molli mitigatiuo in quo quid sit mellis additum. 13. therap. Quæ autem iam processerunt, ad digestiuam & suppuratiuam ducere oportet. Quæ autem in aliam speciem transiuerunt, per chirurgiam abscindenda sunt: vnde in quarto therap. Et oportet inten-
C dentem, idest operãtem ad meliorem modorum ire. Modi autem ipsius sunt tres, breuitas scilicet curationis, & indolorose operari. & tertia cũ his infallacia, seu tuto curare. Ipsius autem infallacię sunt tres intẽtiones. vna quidem & prima, vt sortiamur finem totaliter. alia uero, ut si non sortiamur finem totaliter: saltim ꝙ passio alleuietur, & non noceat laboranti. sed tertia, vt non fallaciter reuertatur ægritudo. Secundum hoc autem in nunc propositis exituris inuenitur quandoq; per chirurgiam: quandoq; per pharmaciam via sanationis eligibilior. quę per chirurgiã, quę ex toto genere præter naturam sunt, penitus abscindere intendit. quæ vero per pharmaca, primo quidem diaphorare & euaporare, si vero hoc nõ est possibile, suppurare & putrefacere. Secunda intentio in eis fit & per consequens aperire, & mundifica-
D re & incarnare & consolidare: & hæc ad curationem vlcerũ ducere. Neque enĩ (vt dicit Gal. 4. therap.) suppurare, & cataplasmare est secundum primam rationem curæ apostematum: sed mitigatio quædam symptomatis, scilicet doloris. Et sequitur, compendiosa enim cura phlegmonum per siccantia, & resoluentia completur pharmaca, quę uel totaliter sanant a dispositione, uel si relinquunt quid breue, suppuratur: & cum acri pharmaco euacuatur: & si subtilis cõtinens fuerit cutis, & cito patientem liberare uolueris, incisionis est opus. Et hoc est quod dicebat Auicen. ꝙ curatio apostematis inquantum est apostema est attractio materię extraneę quę facit accidere apostema. Auxilia autem maturatiua cum quibus prædicta complentur, in singularibus capitulis et antidotario dicentur. Maturato autem apostemate,

aut trãſmutato, & incuneato, ſi ſanies aut materia nõ reſoluitur, vel ſi in conuenienti tempore ipſum per ſe non aperitur, potiſſime ſi timeretur corroſio, aut aliud nocumentum: aperiatur: & ſi neceſſe fuerit, cõtraaperiatur & extrahatur. promptius autem, & tutius propter cauſam ſuperius dictam aperitur cũ ferro: & ſequendo doctrinam Albucaſis fiat foramen ſecundum quantitatem materię, & loci, ad formam folij oliuæ ſiue myrti. Et oportet ꝙ in aperiendo ſeptẽ attẽdantur cõditiões. Prima, ꝙ ſectio fiat in loco materię. Secũda, ꝙ fiat in magis ĩferiori loco. Tertia, ut fiat ſecũdũ rugas, & ĩceſſum muſculorũ. Quarta, ꝙ caueãtur nerui, & venæ q̃tũ erit poſſibile. Quinta, ꝙ materia ſubito tota nõ extrahatur: prę cipue in magnis exituris: quia timẽdum eſſet de virtute. Sexta, ꝙ indoloroſius quo poterit locus tractetur. Septima, ꝙ poſt apertionem locus mundificetur, & incarnetur atq; conſolidetur. Auxilia ad mundificandum ſunt elychnia, & bonę ſtupatę, & emplaſtra, & vnguenta quæ in ſingularibus capitulis, & in antidotario dicentur. In primis tamen diebus ſufficit vitellus oui cum albumine inſpiſſatus cum alumine: vt faciebat Guil. de Saliceto. Poſt uero tranſeundum eſt ad mel roſatum, & mundificatiuum de apio. Poſt uero ad vnguentum apoſtolorum, & ægyptiacum. & deſuper baſilicon, diachylõ, & diapalma, & alia quæ ad ulcera ordinantur: eo quia poſt apertionem exiturę, excreſcentiæ & puſtulæ ad curationem vlcerum reducuntur. Si autẽ patiens non ſuſtineret ferrũ, aperiatur cum medicinis: et ad hoc laudat Aui. ſe. lini, fermentũ, & ſtercus columbinum: & ſi incorporaretur cum ſapone molli, aut cum mucilagine ſinapis, bonum eſſet. Ruptorium tamen de calce, & ſapone, in hoc obtinet principatum.

*De phlegmone uero & apoſtematibus ſanguineis notificatio.* Cap. II.

PHlegmon ſecũdum Gal. in primo de ægritudine, & ſymptomate dicitur dupliciter. vno modo cõmuniter pro omni inflammatiõe particularũ. Alio modo proprie pro omni apoſtemate ex ſanguine uero, et puro generato, aſſumens ſibi in ſecũdo ad Glauconem generis nuncupationem. Et eſt duplex. uerus uidelicet, & non uerus. Verus ex ſanguine benigno multo plus ſaltim q̃ ĩdigeat particula, fit. Nõ uerus ex malo, & non naturali efficitur. Sanguis eſt hũor calidus, et humidus ex tẽperatiori parte ipſius chyli generatus: & eſt duplex, naturalis, & non naturalis. Naturalis eſt humor calidus & humidus, in ſubſtantia temperatus, in colore rubeus, purus, in odore & ſapore amicabilis. Sed non naturalis eſt ille qui deuiat ab iſto infra terminos ſuæ latitudinis, quos ſi trãſeat, nõ eſt ſanguis, ſed alter humor. Qđ cõtingit dupliciter. vno modo quãdo ipſius ſubſtantia efficitur magis groſſa vel ſubtilis q̃ debeat. Alio modo qñ aduritur: et eius ſubtile conuertitur in choleram citrinã, & groſſum in melancholiã abſq; ſeparatione. Per aliud fit innaturalis quãdo alter humor aduenit deforis: quod multipliciter contingere poteſt ſecundũ ꝙ multę ſpecies phlegmatis, cholerę, & melancholię cũ ipſo miſceri poſſunt. Ex quibus apparet ꝙ ex ſanguine generãtur quatuor ſpecies apoſtematum. Primo ex ſanguĩe naturali & benigno generatur uerus phlegmõ. Ex ſanguine illaudabili per admiſtionẽ tria ge-

E nerantur apoſtemata ſecundũ ꝙ tres hũores poſſunt miſceri cũ eo. ut ſi ueniret ſibi cholera, generat̃ phlegmõ eryſipelatodes: & ſi phlegma, phlegmon undimiades, ſeu uerius œdematodes: ſi melancholia, phlegmon ſephirodes. Ex ſanguine illaudabili per ſubſtantiã ſuam, et aduſtionem ſecundũ eius groſſitiem, & ſubtilitatem, generantur oẽs puſtulę cruſtoſę a carbunculo uſq; ad eſthiomenũ, ut ſunt carbunculus, pruna, ignis perſicus, aut ſacer, eſthiomenus, & anthrax: Non autem formicę ut dicebat in concordantijs ſocius ille.

Cauſę phlegmonis ſunt primitiuę ut caſus, & percuſſio, & malitia regiminis. & antecedẽtes, ut ſanguinis boni, et laudabilis exuberantia: propter quã ad particulã debilitatam calefactã, & decoloratã diriuari cogitur, et incuneari, ut in capitulo uniuer

F ſali fuit dictum: ad quod oportet recurrere, ut dictũ eſt, ſi uis bene particulam uidere. Cõiuncta cauſa eſt ipſemet ſanguis in loco incuneatus.

Signa & iudicia ſunt tumor eleuatus, calor roridus, rubor ſanguineus, dolor pulſatiuus, & renitentia extenſiua: & alia ſigna repletionẽ ſanguinis ſignificantia. Phlegmõ quatuor habet tẽpora, principium, augmẽtũ, ſtatum, et declinationẽ. Significatur principium per ipſius cauſarũ prę ſentiã. Augmentũ per additionem magnitudinis, & retentionis declaratur. Status per aggregationẽ materię. Declinatio incipit tendere ad lenitatẽ. Phlegmõ prę terea terminatur per reſolutionẽ, aut per ſanationẽ, aut per putrefactionem, aut per lapidationem. Et tu ſcis per ea quę dicta ſunt ĩ capitulo uniuerſali, illud

G qđ reſoluitur: quia tumor diminuitur, et dolor pulſatiuus alleuiatur. Et ſcis illud quod ſaniatur per additionem pulſationis, & caliditatis, et fixionis utriuſq;. Et ſcis illud quod putrefit per tenebroſitatẽ: & illud quod petrificatur per duriciẽ. Pręterea in phlegmone plerũq; ueniunt mala accidentia quę curã ordinariam pręuaricant, ut eſt dolor magnus, quando eſt in membro ſenſibili: et reditus materiei ad infra, quãdo eſt in emunctorio: & corruptio eſthiomenata, quando nimis infrigidatur, & materia conculcatur: & durities ſcliroſica, quando indocte reſoluitur. Quocirca attendere oportet mẽte in unaquaq; remutatione ad quid tranſit eorum qui curantur tumorum unuſquiſq;: & dare operam ei, quodcũq; appareat in ſecundo ad Glauconem.

H Cura phlegmonis duplex habet regimẽ uniuerſale. uidelicet. & particulare. Vniuerſale ſumitur ex capitulo communi ſuperius poſito. Particulare quatuor habet intentiones. prima uitam ordinat. ſecunda materiam antecedentem adæquat. tertia materiam coniunctam euacuat. ſed quarta accidentia corrigit.

Prima completur cum debita adminiſtratiõe ſex rerum nõ naturalium cum ſuis annexis uergentium ad frigiditatem & ſiccitatem: ut eſt aer, cibus, & potus, ſomnus, & uigilia, motus, & quies, inanitio, & repletio, & accidentia animę. In primis ergo eligatur aer ſyncerus & clarus, nõ hũidus, nec rheumaticus. Et cibaria ipſius ſint leuia, pauci nutrimenti. non comedat pinguia, neq; dulcia. dimittat brodia, leguminum ſubſtantiam, & lacticinia. ſpecies abhorreat, & allia, & cepas, & vina fortia. vtatur lactucis, ſpinachijs,

nachris, & boraginibus: satis ponat de aqua in vino. & si febricitaret, transeat cū ptisana, et lacte amygdalarū, & hordeato. sobrie viuat. cœnam dimittat. vētrem teneat laxum. quiescat saltim secundum membrum apostematum. parum dormiat, de die saltim. honeste viuat.

Secundam rem complet phlebotomia: si plethora sit per partem cōtrariam, si fuerit in principio: & per eandem, si fuerit in statu & declinatiōe. immo etiam euacuamus secundum Gal. in 13. therap. vt superius dictum fuit, non solum propter plethoram, sed propter magnitudinem passionis, & dolorem, & cōmoderationem humorum. Dolor enim & calor phlegmōati mēbri causę rheumatis fuit: et si sine superfluitate fuerit corpus, uniuersales canones semp̄ seruādo.

Tertiam rem complent repercussiua, & refręnantia in principio. exceptis casibus in capitulo vniuersali conditionatis: & cum resolutiuis mistis inęqualiter cum refręnatiuis in augmento: & cum æqualiter mistis in statu: & cum puris resolutiuis in fine status, & in declinatiōe vt supra: si apostema incedit in via resolutionis. Si vero incederet via exituræ, cum maturatiuis, aperitiuis, & mundificatiuis. Et desiccantia sunt quę in vtriusq; fine sanant. Auxilia repercussiua & refręnantia quę competunt in principio, sunt quatuor formarum. Prima est Gal. secundo ad Glauconem. oxycratum ex aqua & aceto in forma potabili mistis, & cum spongia applicatum. Secūda est Aui. quod Recipit semperuiuę lib. i. vini grossi acerbi lib. 5. farinæ hor. quartam. i. corticum granatorum, sumac puluerizatorum. añ. vnc. 5. coquantur, & fiat linimentum. Tertia forma est Halyab. Re. sanda. al. et rub. añ. drac. iij. memithe. drac. iij. cimoleæ, boli ar. añ. drac. i. & . 5. tere omnia subtiliter, & diligenter cribra, & distempera cum succo semperuiuę ac portulacę, siue lactucę, & fiat linimentum. Quarta forma est totius cōmunitatis refręnantiuum, et alteratiuum vulnerum & concussionum. Recipe albumen ouorum quantum vis, aquę rosatæ, aut olei rosarum ad placitum: fiat linimentum & cum stupatis pannis applicentur, & sæpe remutentur. Localia quæ complent intentionem augmenti sunt trium formarum. Quarum prima est oleum rosa. nam secundum Gal. in tertio pharmacorum simplicium ex parte rosa. refręnat, ex parte olei euaporat. Secunda est Aui. Recipe foliorum maluę. M. i. absinthij. rosa. añ. vnc. 5. farinę hordei unc. i. olei chamomillę quartam. 5. coquātur, & pistētur, & fiat emplastrum molle. Tertia forma est eiusdem. Recipe vini cocti quartam. i. aquę rosa. aceti. añ. quartam. 5. croci drac. ij. bulliāt modicū, colentur, & fiat epithema cum stupatis aut pannis, et tardius q̄ repercussiua remutentur. Localia quę resoluunt, & complent intentionem status etiam sunt triū formarum. Prima accipitur a magistro Dyno. Recipe parietarię, foliorū maluę añ. M. i. furfuris subtilis partem. i. anethi, fęnugręci añ. vnc. 5. olei chamomillę quart. 5. coquantur cum vino, & pistentur, & fiat emplastrum. Secunda est Gal. 13. therap. Recipe medullæ panis frumentacei lib. i. infundatur per horam in aqua feruenti, & exprimatur aqua, & mellis quartam. i. misceatur, & fiat emplastrū molle. Tertiam formam ponit Aui. in vnguento dicto diachylon et basilicone: quorum formę et receptę ponantur in antidotario: & ista tardius remutentur. Decli-

A nationem vero per desiccationem cōplent lana succida, aut stupata, aut spongia, aut filtrum cum vino styptico calido infusa expressa & applicata. Per saniationem complent declinationem auxilia trium formarum. Quarum prima est triapharmacum Gal. quod fit de farina frumenti, aqua, & oleo simul coctis: & fiat emplastrum. Et si vis eam colorare cum modico de croco, fac. Secūda forma est eiusdem Gal. & ipsam assumit Halyab. Recipe mucilaginis ficuum, & corticis radicis maluauisci lib. i. farinæ frumenti lib. 5. coquantur insimul. & fiat emplastrū. Tertia forma est cōmunitatis. Recipe foliorum maluę, senecionis, radicis lilij, & corticis maluauisci. ana. M. i. farinæ frumenti quartam. i. farinæ se. lini. vnc. i. axungiæ porci recentis lib. 5. coquantur herbæ cum aqua, & pistentur cum alijs in mortario, & fiat emplastrū. & ista tardius remutentur. Si autem collecta

B sanie non aperiatur per se, aperiatur cum sagitella, vel cū medicina aperitiua, & mundificetur, & incarnetur, & cōsolidetur, iuxta formā dictā in capitulo vniuersali, & dicendam in tractatu de vlceribus: eo quia exituræ apertę, vt dictum est, ad vlcera reducuntur.

Sed quarta res quæ est accidentium correctio, cōpletur, secundum naturam accidentium quę contingunt: vt si adest dolor, q̄ secundum omnem modū mitigetur. Nam dolor prosternit virtutem: et totam rectam operationem impedit. Ponantur ergo tēpore doloris alterantia & dilatantia, vt est oleum rosa. cum vitellis ouorum: aut mica panis albi temperata in aqua feruenti expressa, et cum oleo rosa. mista: aut maluæ coctę cum aqua mistę cum furfure subtili, & oleo violarum: & crocus ingreditur in sedatione do-

C loris secundum Aui. Et si est necesse transire ad hyoscyamum, fac audacter. Nam herba ipsius cum cineribus calidis cocta, & cum axungia recenti aliqua mista, dolorem mitigat, & apostemata calida maturat. vt ponit Theodoricus. Caue tamē a nimia humectatione: quoniā in principio est timorosa, ut dicit Aui.

Reditū materię ad intrinseca securat euacuatio & attractio, et si nō cum alio, saltim cū vētosis. Si igitur suspitio nē habueris, q̄ apostema īduretur, decoque in aq̄ radicē cucumeris syluestris, uel bryonię, vel asari: multoties quidē ipsarum solarum: quandoque autem & pinguium ischadon, idest ficuum superimponens. Demum in illa aqua farinam misce, & pinguedinem anseris vel gallinę, & coque: & fiat emplastrū in secundo ad Glauconem. Si vero in apostemate corruptio accidat: tunc scarifica locum: et cum aqua

D salita embroca: & post emplastra ipsum cum farina fabarum, aut orobi cocta cum oxymelite: & reliqua curatione esthiomeni cura.

*Capitulum adminiculatiuum prædicto de carbunculo, anthrace, & esthiomeno, & pustulis malis sanguineis: & cura eorum ponenda.*

Pustulæ malæ & corruptæ sanguineæ, ut dictum est, sunt omnes quæ in sua eruptione dimittunt escharam. Ex quo apparet q̄ licet furunculus sit paruus phlegmon, non propter hoc est pustula mala corrupta: quia in sui eruptione non facit escharam. Curatur etiam et maturatur facta phlebotomia cum frumento masticato, & diachylon: & mundificatur cum melle cocto, & sarcocolla, ut ponit Rasis, qui ipsum uocat carbunculum. Sunt

enim tales pustulæ quæ dimittunt escharam secundum Gal. in. 14. therap. ex sanguine grosso ebulliente, & putrefaciente: ꝗ dum incipit ebullitio, causa est carbunculi, & prunæ, & ignis persici siue sacri. Si vltra protenditur, & per ebullitionem adipiscatur venenositatem, est causa anthracis. Si vltra ꝗ finiatur ebullitio, & putrefactio, causa est gangrenę, & esthiomeni. Sunt enim gangrenę, & esthiomeni, & carbunculi ꝓprie phlegmones, in lib. de tumoribus præter naturā. Non ergo sunt dictæ pustulæ ex mistione & aggregatione humorum naturalium, vt dicebat Lanfrancus & Hēricus: licet ipse Henricus in suis notabilibus de hoc fecerit dubium, sed sunt de sanguine grosso bulliente, in quo subtile, & grossum, ꝗ in choleram, & melancholiam conuertuntur, sint adhuc simul: & propter hoc dicebat Auicen. ꝗ sunt de cholera citrina, & melancholia insimul mistis, differentibus secundum magis & minus, vt dicetur.

Est ergo carbunculus, siue pruna, siue ignis persicus, vel sanctus, quæ quasi pro eodem accipit Auicen. pustula phlebotonica, mala, vesicās, & comburēs locum in quo est, nigra seu cinericia cū rubedine obscura, & dolore versuto, & ardore, & vesicatione in circuitu: ex qua euenit quando rumpitur, eschara: qualem facit accidere combustio & cauterium.

Cuius causa est grossus sanguis semibullitus, & putrefactus, a quo non fuit adhuc separatum grossum & subtile.

Signa carbūculi incipiētis sunt rubor, fuscidítas, citrinitas, duricies, dolor, et calor et incendiū, acuitas, & paruitas formæ ad modum ciceris, velocitas augmenti, vesicatio in circuitu: & quando maturatur, videtur caro mortua & escharalis, quæ sordítiem emittit viscosam, ac si essent radices quędam: & aliquoties erumpitur in multis locis: & post reducitur ad vnum &c. Carbunculi non sunt negligendi: quia in parte sunt venenosi. Carbunculi licet a principio non sint vlcerati, terminantur vtplurimum ad vlcera. & ideo tractatus vlcerum in ipsis habet locum. Carbunculi sequuntur pestilentiam.

Cura carbunculi tres habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia materiam coniunctam regit & gubernat.

Prima intentio completur cum debita administratione sex rerum non naturalium cum suis annexis secundum formam datam in phlegmone: nisi ꝗ oportet ꝗ magis declinent ad tenuitatē, et infrigidationē, & humectationē: eo quia ad ipsos plurimū sequūtur febres. Et propter hoc subtrahātur vinum & carnes: vtatur lactucis, portulacis, & granatis, & omnibus acetosis. Et si necesse sit, detur brodium pulli com lactucis, & agresta alteratum.

Secunda intentio completur cum phlebotomia, primo a parte contraria, deinde quando locus incipit alterari ad nigredinem, de parte eadem.

Sed tertia intentio cōpletur ante vlcerationem, cū mistis refrænatiuis, & euaporatiuis: ne materia retro cedat: neq; etiā irritetur: & ad hoc laudatur per Gal. in. 14. therap. emplastrum de arnoglossa: & ipsum accipit Aui. Cuius forma est. Recipe arnoglossæ, lentium, panis furfuracei ana. coquantur cum aqua donec linlantur; & applicentur supra locum: & in circuitu Aui. cum eo addit gallas: & credo ꝗ si subtilis sanguinis magis apparet quam grossus, laudabiles essent. Et emplastrum de duobus granatis coctis cum aceto, aut aqua acetosa, illud idem. Remissa aliquali ter furiositate, emplastrum Aui. de ficubus, & vua passa & nuce, & farina hordei coctis cū vino ad maturandum, & rumpendum esset bonum. Facta eruptione, mundificetur cum succo apij, et melle, te farina coctis: & post more aliorum vlcerū cum diachylon consolidetur. Vnguentum tamen de bolo ar. oleo, et aceto semper in circūferētijs ponatur. Si vero locus incipiat malignari & corrumpi, scarificetur circumquaque: & lauetur cum aqua salita: & vlcus cum trochiscis calidicon dissolutis cum vino desiccetur: et eschara mundificetur cum emplastro dicto de apio, aut de butyro: & regimine anthracis, & vlcerū putridorum curetur.

Anthrax secundū Guil. de Saliceto nihil aliud est, quam carbunculus malignatus. Materia nāq; anthracis est sanguis grossus, & ebulliens tantum: ꝗ propter suam ebullitionem adeptus est venenositatē. Dicitur autem bona buba per antiphrasim: quia pessima, periculosissima: (& deriuatur forte ab anthra quod est cor, ꝗ semper appetit cor).

Signa anthracis secundum Henricum sunt signa carbunculi augmentata cum varia venarū in circuitu coloratione ad modum iridis: & magna membri, in quo est, ponderatione, ac si esset ligamentis ligatum cum magnis & intolerabilibus angustijs, & caloribus, cum prostratione appetitus, & nausea, & cordis pulsu, cum magna defectione. Anthrax ex tota natura, est ægritudo acuta, & periculosa: quia de materia multū venenosa pestilentiali, & contagiosa. Et deterius eorum est secundum Aui. ꝗ accidit in emunctorijs, & vicinitate membrorum principalium: timendum enim est de reditu materię. Et omnis pustula mala venenosa, quæ postquam apparuit retrocedit, est mortale: & maxime si apparuerint mala signa. Et quando accidentia sunt vehementia, est signum malum. Si vero accidentia remittantur, & quietentur, est signum bonū. Et saluius mortalium. vt dicit Aui. est illud quod est rubeū demum & citrinum. Ex eo vero quod ad nigredinē declinat, nullus euadit. Anthraces enim in pestilentia multiplicantur.

Cura anthracis quatuor habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda confortat cor. tertia materiam antecedentem euacuat. sed quarta materiam coniunctam extrahit & gubernat.

Prima completur cum debita administratiōe sex rerum non naturalium. Ordinetur ergo sibi mansio luminosa: & vociferetur: & parum permittatur dormire: & alia ordinentur secundum ꝗ fuit dictum in carbūculo: nisi quod magis subtilietur regimē: dięetur sicut dięt antur habentes feb. pestilentialem. Sufficit enim ptisana & aqua cum zuc.ro. lac amygdalarum, hordeatū usque ad quartum vel quintum diē, mala granata, arāciæ, limones, & omnia acetosa sunt pro ipso. Et si est necesse, detur brodium pullæ alteratum cum agresta & lactucis.

Secunda res completur cū administratione bonæ & probatæ theriacę in quantitate vnius fabæ, & distemperatę cum aqua scabiosæ, aut decoctionis eius: aut cum aqua rosa. buglossæ, si feb. est multum acerba. &

ba. & sit eius administratio, si est possibile, per sex horas post cibum: et non comedat de totidem horis. Et dico possibile: quia in theriaca necessitas nõ habet horam, vt dicit. Auenzoar in principio thesau. In tãto enim tempore vel circa communiter celebratur digestio prima. Auenzoar tamen in theriaca concedit septem horas, & plus. Auer. uero nouem. Et totũ hoc est secundum medietatem temporis totalis digestionis quę est. 16. horarum secundum antiquum pręceptum ꝙ in duobus diebus ter corpus reficiatur, licet secundum Auicen. terminus morę cibi in stomacho sit a. 12. horis vsque ad. 22. quod de toto stomacho, & intestinis intelligendum est. vt dicit Albertus Bonoñ. Ratio pręđictorum est: quia nullum pharmacosum debet misceri cum cibo. generatur enim inquietudo, & dolor, vt dicit Auẽzoar vbi supra. Theriaca autem non solum est pharmacosum, sed etiam in medio naturarum patientium corporum, et lędentium ea pharmacorum. 5. simplicium, quod nõ proprie, sed similitudinarie est intelligendum. Et redeundo ad propositum, emplastretur sibi cor ab extra cũ rosa. viol. floribus buglossę, & sandalis omnibus, atque cortice citri. Et si feb. concedit, addatur modicũ de melissa, & maiorana, atque de croco. & scarlatũ tinctum in grana, in hoc habet magnum locum tormentilla, & herba tunici loco theriacæ laudãtur per Hernoldum.

Tertia res completur cum phlebotomia eiusdem partis, aut cum ventosis, & scarificationibus, si ætas non tolerat.

Sed quarta res completur cum infrigidantibus, & prohibentibus in circuitu, & non supra, ne materia retrocedat: vt est vnguentum de bolo armeno, oleo rosa. aut myrtino, cum aceto mistum. Supra locum apponantur extrahentia materiam. & si non cum alio, saltim cum ventosis, aut suctionibus succurrite diligenter, vel cum diligentia: quia ægritudo est quæ paucas dat inducias. Ad vltimas enim ægritudines vltimæ curationes sunt necessariæ ad perfectionem. Ego enim aliquoties fui coactus cum cauterio actuali ipsum extirpare: immo audiui ꝙ cum morsu alicuius vilis personę remouebatur. Scarificetur etiam in circuitu, & embrocetur cum aqua calida salsa, vt sanguis exeat, et nõ coaguletur. aut corrosiuum apponatur. & arsenicum in hoc obtinet principatum. In loco vero, in quo aliquas daret inducias, maturetur: & aperiatur cum ficubus, & fermẽto, atque sale insimul mistis. vt ponit Aui. post secundam aut tertiam appositionem huius emplastri locus solet apparere totus niger, & apertus: & ex tunc mundificetur cum mundificatiuo de apio: vt in carbunculo fuit dictum. Et postea cum diachylon finiatur. Medicamẽ de vitello oui cum sale sępe applicatum maturat, & aperit anthracem, vt dicit Theodoricus. Pręterea ad maturandum, & rumpendum dictat Iamerius tales pultes. Recipe radicis apij, ranarum, scabiosæ, rostri porcini, ancipitris, marubij, farinę frumenti, se. lini, mellis, olei, axungię veteris: coquãtur cum vino, & fiat emplastrum. Consolida quoque maior inter duos lapides contrita quodam diuino miraculo anthracem liberat, & interficit ex toto, infra vnius diei spatium taliter, ꝙ postea nõ indiget nisi aliorum vlcerum cura, vt dicit Rogerius, quod affirmat Theodoricus. Illud idem accipiunt quatuor magistri, & generalizãt de scabiosa verbum notabile: ꝙ scabiosa in potu sumpta cum vino vel comesta, interiora apostemata ad exteriora conuertit: & ea insensibiliter dissoluit. Illud quod ponit Henricus de probatione anthracis curabilis, & mortalis de bursa fellis porci, fabulæ sunt Theodorici. In cura anthracis respice curam carbũculi, & esthiomeni: quia in medio eorum est, vt superius fuit dictum.

A

Esthiomenus licet proprie non sit postula: est tamen effectus pustularum: & ipsius cura est eis proportionaliter. Est enim mors, & dissipatio membri: & propter hoc dicitur esthiomenus quasi hominis hostis cum putrefactione, & mollificatione ad differentiam lupi, & cãcri quæ dissipant mẽbrum cum corrosione, & induratione. Non ergo sunt idem, vt dicebat Theodoricus & Lanfrancus atꝗ Henricus. Esthiomenus vulgariter dicitur ignis sancti Antonij, aut sancti Martialis. Esthiomenus vocatur gãgręna apud Græcos. vnde in libro de tumore, inter maximos phlegmones est vocata gangræna mortificatio existens patientis particulæ. Aui. tamen ponit differentiam inter ipsam per maiorem, & minorem mortificationem.

B

Causa esthiomeni & destructionis vitę in membris fit tripliciter. vno modo quando membrum non potest recipere vitam, scilicet vitam sibi a corde delegatam, propter dissipationem complexiõis, & harmoniæ ipsius causatam a nimia frigiditate, vt in hyeme valida, & indocta apostematum infrigidatione: aut ab excellẽti caliditate, & venenositate accidẽtis, et pustularum malignarũ. Alio modo: quia in mẽbro vita recepta suffocatur, vt in magnis apostematibus: quę ita obturant venas & poros cutis, ꝙ spiritus carens respiratione, suffocatur. Tertio modo: quia vita nõ potest venire a corde ad membrum, propter ligaturam, aut concussionem factam in via.

C

Signa & iudicia sunt secundum Gal. vbi supra. Primum quidẽ extinguitur coloris floriditas, quę adhæret phlegmonibus: deinde, & dolor & pulsus discedunt: non cessante dispositione, sed mortificato sensu. Nigrum ergo membrum efficitur molle, & putridum cum fœtore cadauerali: & ideo cum premitur cum digitis, facit foueam quæ non reuertitur: immo quasi videtur cutis a carne separata. Esthiomenus tantę est ferocitatis, ꝙ nisi cito succurratur, faciliter mortificatur quæ passa est particula: & comprehendendo continua, interficit homines.

D

Cura esthiomeni tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia locum corruptum, & mortificatum regit & gubernat.

Prima completur cum debita ordinatione rerum non naturalium declinantium ad frigiditatem, & tenuitatem. Cibus ergo suus micæ panis sint lotæ cũm aqua, hordeatum, auenatum cum lacte amygdalarũ, brodium pullæ alteratum, maxime si febricitaret, utatur lactucis, portulacis, pomis granatis, et alijs acetosis. Et ad omnem euentum, quia fumi qui eleuantur a corrupto, possunt inficere cor, detur sibi theriaca, et alia cordialia administrentur sibi secundum qđ dictum est in pustulis supra dictis.

Secũda itẽtio cõpletur cũ phlebotomia: & sanguis

mundificatione cum diacatholicon: & casiafist. & tamarindis, lupulis, fumoterrę: & polypodio: & talia quę sanguinem habent depurare: eo quia in istis corruptionibus semper est calefactio.

Sed tertia intentio completur, eo modo quo dicit Aui. Cum ergo inquit vides membri colorem alterari: tunc oportet ꝙ liniatur cum vnguento de bolo armeno, terra sigillata, & aceto. Si autem illud non valet, non inuenies excusationem quin scarpellationem profundam facias in diuersis locis: aut sanguisugas apponas, & venas paruas proximas aperias: & locum cum aqua salita laues: vt sanguis grossus exeat: & non congeletur. Et pone super locum scarpellatum quod putrefactionem prohibet, & resoluit: ut est farina orobi, aut fabarum, cũ syrupo acetoso incorporata. & semper bis in die cum aceto calido laua. Postquam autem calefactio, et furia cessau erint vnguentum ægyptiacum, quod fit cum flore æris, alumine, melle, & aceto, æqualiter mistis, & coctis, desuper apponatur. prohibet enim, & resoluit putrefactionem: & facit cadere quod est putrefactum: & conseruat illud quod sequitur ipsum. Si autem pertransierit dispositio: & incipit venire ad mollitiem & putrefactionem: cauteriza: & separa corruptum a sano cum cauterio actuali: aut cum medicina caustica: vt sunt trochisci calidicõ, aut andracaron, aut asphodelorum. Et ad hoc melius, et infallacius est secũdum Theodoricum, & Henricum, & me, arsenicum sublimatum purum, aut correctum in puluere, aut cum vino dissolutum, cum carpia, aut cotone desuper applicatum præcipue inter sanum & corruptũ. Et si necesse est post, separa modicum cum spatumine inter sanum & cotruptum: facit enim sine dolore sistere ægritudinem incontinenti. Modum autem ipsius infra capitulo, de glandulis, & de cancro, et ruptura specificaui. postea procuretur casus escharę cũ butyro, aut aliquo vnctuoso.

Et postquam ceciderit eschara, locus purificetur lauando semper cum aceto, & emplastrando secundũ Guil. de saliceto cũ tali emplastro, Recipe mellis lib. 5. vitellorum ouorum crudorum trium vel quatuor in numero. farinæ hor. lib. 5. misceãtur: & fiat emplastrum. Et post duos vel tres dies, vt melior fiat mundificatio, addantur huic emplastro. 3. 10. myrrhæ electę. Cum ergo est necessarium incidere membrum: quia putrefactio non cessat: & timetur ꝙ corruptio ad alia uadat membra: incidatur et serretur, iuxta doctrinam inferius dicendam: & cauterizetur quod cõtinet ipsum, quia illud est tutius. Quomodo autem membrum corruptum, & mortuum seruatur ne fœteat, dicetur dum de conseruatione mortuorum tractabitur. Hęc est ergo quantitas quam dicimus hic inquit Aui. Et tu quidẽ inuenies in serõme cõmuni de vlceribus putrefactis: quod te oportet addere capi.

### *De Erysipelate seu hærisipila, & apostematibus cholericis.* Cap. III.

LIcet phlegma in generatione humorum sequatur sanguis, et post sanguinem de phlegmate fit plus in corpore: nihilominus quia apostemata cholerica in multis conueniunt cum sanguineis, post phlegmonem, & apostemata sanguinea, dicetur de cholericis. Apostemata cholerica, nomine communi nominatur græce erysipelas, aut vt aliqui volunt hæ-

E risipila: quia adheret pilis & cuti: erysipelas enim cutis est propria passio: sicut phlegmon carnis, licet consequenter se extendant. 14. therapeutices. Est tamen duplex erysipelas: erysipelas verum, et nõ verum. Verũ erysipelas ex cholera fit naturali abundãte, vt dictum est, quæ proprie sanguis dicitur subtilis, quod Aui. vocat spinam. Non verum ex cholera fit non naturali, quod formicam vocat Auicen. vnde Gal. 14. therap. erysipelas duplicem habet differẽtia, quia aut sine vlceratione, aut cũ hac fiens. Priu autem vniforme est, & vocatur phlegmõ: aliud vocatur formica, siue herpes. Istud etiam innuebat in libro de tumoribus pręter naturam. Cum igitur peruenerit cholericum rheuma, quod quidem certitudinaliter est tale, idest purum, & sequestratum: vlcerat cutim. Quod vero est tenue, & sanguini cõmistum,

F : & non separatum: magis in tumorem eleuat quam vlceret. Horum autem alter vocatur erysipelas. Alter vero herpes. In secundo etiam ad Glauconem facit distincta capitula. primo enim determinat de formicis, & herpetibus: deinde de erysipelate certo qđ ex sanguine subtili fit. Est ergo erysipelas apostema cholericum cum duplici dicta differentia: per prius tamen dicitur de vna, per posterius de alia. Cholera autẽ est humor calidus, & siccus ex subtiliori parte chyli generatus. Et est duplex, naturalis, & non naturalis; loquendo de naturali dupliciter vt dictũ est. Naturalis est humor calidus, & siccus, in substantia subtilis, in colore rubicundus, declinans ad quandam citrinitatem, in odore, & sapore acutus. Non naturalis est, qui declinat ab isto infra terminos suę latitudinis: quos si transeat, nõ est cholera proprie, sed

G alter humor. Quod contingit dupliciter: vno modo per se & in se: alio modo per mistionem. Per se & in se dupliciter. uno modo quãdo cholera naturalis putrefit, & aduritur: & talis dicitur adusta per putrefactionem. alio modo quando cholera non naturalis vitellina aduritur siue in stomacho, siue in hepate, siue in uenis: et efficitur prassina, et ęruginosa: quę sunt in vltimo malitię. Per admistionem efficitur cholera innaturalis, cum alter humor aduenit sibi deforis. Et hoc fit multipliciter: vt si phlegma tenue admiscetur cum ea, efficitur cholera citrina: si grossum, uitellina: si melancholia adusta permiscetur, efficitur cholera adusta per admistionem.

Et sic sunt secundum Aui. sex species cholerę innaturalis: sed secundum Halya. non sunt nisi quatuor: quia de duabus speciebus adustis nullam facit men-

H tionem. Gal. autem in secundo de virtutibus nõ ponit pręter naturam, nisi vitellinam, quia prassinã, & æruginosam ex malis oleribus dicit generari in stomacho, aut ex aliqua mala dispositione in venis, in secũdo prognosticorũ. Ex quibus apparet ꝙ ex cholera generantur quatuor species apostematum. Primo ex cholera laudabili quam subtilem sanguinem vocant, generatur vnum apostema quod certum & verum erysipelas dicitur in secũdo ad Glauconẽ. Ex cholera illaudibili per admistionem generantur tria apostemata. s. erysipelas phlegmonodes, erysipelas œdematodes, erysipelas scirrhodes. Ex cholera illaudabili per adustionem, generantur secundũ eius subtilitatem & grossitiem omnes pustulæ corrosiuæ ab herpete vsq; ad cancrum, vt sunt herpes serpigo, & formica in. 14. therap.

causæ

Causæ autem erysipelatis veri sunt vt phlegmonis veri, primitiuæ, videlicet antecedentes, & coniunctæ.

Signa & iudicia sumuntur per comparationem ad phlegmonem iuxta doctrinam Gal. 14. therapeu. & secundo ad Glauconem. Et in hoc apparet quod in erysipelate vero & certo, est species phlegmonis. Assumēdo ergo primum signū veri, est color rubeus declinans ad citrinitatem. secūdū rubedo cito euanescens tactui. tertium tumor nō multum transiens cutim. quartū caliditas vehemens feb. attrahens, & plusquam in phlegmone. quintum pulsatio non magna. sextum dolor mordicatiuus, et pungitiuus non extensiuus, vt in phlegmone: & alia signa dominium cholerę significātia. Erysipelas vt plurimum accidit in facie: & incipit in lepore nasi: deinde spargitur ad faciem totam: & hoc est propter lenitatem cholerę, & faciei raritatem. In ossis denudatiōe erysipelas malum. In erysipelate putredo, aut sanies, malum. Erysipelas verum quatuor habet tempora, vt alia apostemata: quorum signa a superioribus extrahantur. Erysipelas verum raro facit saniē. Vt plurimum enim per insensibilem euacuationem terminatur. Propterea in erysipelate contingunt accidentia, quæ aliquoties in curando superant suam causam: & pręuaricant ordinē curationis, vt de phlegmone dictū est. Pręterea erysipelas motū sequitur tertianæ: quia ad eius materiam habet analogiam.

Cura erysipelatis veri, vt cura veri phlegmōis, pręter regimē vniuersale, quatuor habet intentiones. Prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adęquat. tertia materiam coniunctam extrahit & euacuat. sed quarta accidentia corrigit.

Prima completur cum debito regimine declinante ad frigiditatem & hu. vt in tertiana. Eligantur ergo aer, & habitatio frigida: & infrigidata cum sparsione foliorum salicis, vitis, & cannarum, & iuncorum, rosa. & viol. Et dimittat omnia calida vnctuosa, pinguia, dulcia, & acuta: dimittat vinū, & lacticinia: vtatur lactucis, portulacis, cucurbita, hordeato, riso & alijs sanguinem inspissantibus, infrigidātibus. Sobrie viuat. Vētrem teneat laxum. Dormiat et quiescat: Ac etiam honeste viuat.

Secundam rem complent euacuatio, & phlebotomia: quandoque euacuetur materia cum aliquo cholagogo: vt est electuarium de succo rosa. aut aqua tamarindorū Rasis. quod Reci. prunorum damas. 20. tamarindorum recentium drac. x. zuc. vio. quartā mediam. fiat colatura: quę detur de mane. Et si vigoraretur electuarium cum drac. i. de succo rosa. esset valde bonum. Phlebotomia fiat, si expedit, secundū modum qui dictus est in phlegmone.

Tertiam rem complent infrigidantia, & repercutientia in principio. casibus scitis in capitulo generali exceptis. Et postea cum euaporantibus extra secundum im manifestam sensui transpirationem. Quoniā uero non quantitate solum contristat, sed & qualitate, uehementem habens inflammationem: infrigidatione indigebat ampliori, quam phlegmone. Terminus autem infrigidationis sit transmutatio coloris: et enim cessat tunc certissime. Aui. etiam ad hoc laudat effusionem aquę frigidę: Gal. uero succū solatri, semperuiuę, portulacę, psyllij, hyoscyami, et cętera in ca-

A pitulo. de phlegmone formata: deinde euaporat materiam Gal. cū farina hordei, & alijs in cura phlegmonis, iam superius dictis. Sicut enim & signa sumebantur secundum analogiam ad signa phlegmonis: ita et auxilia ad analogiam curationis ipsius.

Sed quarta intentio completur de reditu materię, & induratione, & curruptione, sicut in phlegmone dictum est de dolore, & ardore: optimum fit mitigatiuum de folijs, & radicibus hyoscyami inuolutis cum stupis coctis sub prunis mistis cum populeone, uel cum axungia: secūdum quod de phlegmonis dolore superius fuit dictum. si contingeret ipsum ulcerari, curetur cum unguento albo, aut cum unguento de lithargyrio: aut si adderetur eis scoria plumbi, optimum esset.

B *Capitulum adminiculatiuū prædicto de formicis, herpetibus, & pustulis malis cholericis.*

Pustulæ malæ cholericę (ut dictum est) sunt omnes quæ in sua eruptione dimittunt corrosionem & uirulentiam, ut sunt omnes ab herpete usque ad cancrum. Et licet sint multæ species carentes nomine: tamē sunt duæ nominatæ manifestæ, herpes uidelicet cenchrias græce, arabice formica & miliaris: & sunt omnes de cholera non naturali differente secundum grossitiem & subtilitatem. Quod autem trāsit ultra in grossitie, herpes esthiomenus græce uocatur, cancer latine. Et hæc est intentio Gal. in libro de tumoribus præter naturam. 14. therapeu. secūdo ad Glauconē. Auic. uero omnes pustulas cholericas factas a cholera non naturali, sequestrata, uocat formicas: quia a cholera naturali naturalitate nutritiōis

C dicta, quæ est sanguis subtilis, dixit fieri spinam, idest uerum erysipelas: ut superius fuit dictum. Cōmisceamus ergo græcum, & arabicum: & faciamus gratia manifestę doctrinæ, duas species pustularum cholericarum: sub quibus cōtineantur aliæ: una uocatur herpes quæ fit de cholera subtiliori: alia uocatur formica de cholera grossiori: & non curemus de nominibus, duntaxat quod res intelligantur.

Sit ergo Herpes pustula uel pustulæ malæ cholericæ erysipelate uesicatæ, et inflammatę cū pruritu & rubedine declinante ad citrinitatē. Et breuiter herpes nihil aliud est quam erysipelas pustulata, & ulceratū. unde. G. in. 14. therap. ualde enim est subtilis cholera quæ herpetem generat, ut non solum omnes transeat, quę interius particulas, quęcunque carnosæ substantiæ sunt: sed & cutem usque ad epidermida, quā solam corrodit, eo quod detinetur quid ab ipsa:

D quod si demum hanc pertransiret uelut sudor, non ulceraret.

Causę & signa ex dictis nota sunt. Ex dictis etiam apparet quod herpes est uelocioris resolutionis, quam formica. etiam apparet quod est medium transitus de erysipelate ad formicam, & de formica ad cancrum.

Curatio tres habet intentiones, ut erysipelas. Prima uitam ordinat. secunda materiam antecedentem adęquat. tertia materiam coniunctam regit & gubernat.

Prima & secūda complentur ut dictum est de erysipelate: nisi quod iuuamētum phlebotomiæ minoratur in eo. Tertia uero non similiter in secundo ad Glauconē, quia erysipelas indiget infrigidare cum his quæ

humectant, cum non sit ulceratum. Non ergo cum lactucis, nec portulacis, nec cum aqua frigida: sed cũ teneritatibus vitis, & rubi, & plantaginis, cum lentibus, & farina hordei: & eo ꝙ scriptum est ad phlegmones, miscendo quid mellis, si indiget mundificatione. Ad vlcerationes vero quæ non sunt multum male morigeratæ, sufficiunt vnguenta alba, & metallica, quæ dicta sunt: & dicẽtur in vlceribus virulẽtis.

Formica est pustula vel pustulæ malæ cholericæ, sine latitudine cum inflammatione & pruritu ambulantes in cute cum vlceratione, corrosione, et virulentia. Et breuiter formica nihil aliud est quam herpes malus. Eiusdem enim generis sunt, ut dictum est. Cuius sunt duę species: vna est leuioris motus, quia de magis acri, & subtili cholera. Alia tardioris, quia de grossiori cholera: adeo ꝙ quibusdam uisum fuit super misceri cholerę phlegma, & dicitur miliare: & tantum potest ingrossari materia ꝙ uidentur esse pustulę ficales et bothorales: quia ad modum ficus, & bothores sunt apparentes. Ex quibus apparent causæ & signa.

Signa. formica est tardioris resolutionis quam herpes. Formica non habet escharam: licet possit habere putredinem & uirulẽtiam. In omni formica sentitur quasi punctura formicæ. Inquit Aui. uerum ca in nascendo assimulatur formicæ: non tamẽ in materia. sed post efficitur claualis: & ideo Gal. inuenit eã curare cũ embula. 14. therap. formica scilicet, & pustulæ cholericę, licet a principio non sint ulcera: terminantur ut plurimum ad ea: & ideo tractatus ulcerum in eis habet locum.

Cura formicæ ut herpes tres habet intentiones. Prima uitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia partem pustulatam sanat.

Prima et secunda intentio complentur, ut dictum est de erysipelate, & herpete. Verum est ꝙ in solutione formicæ illius mulieris romanæ Gal. approbauit serum lactis in quo quid scamoneę apposuerat. Aui. uero in miliari iubet uirtutem turbit misceri, et etiam epithymi.

Supra uero locum antequam ulceretur, ponenda sunt medicamina mista, habentia uirtutem repercussiuam uidelicet, & diaphoreticam. Et ideo in talibus laudatur emplastrum de arnoglossa dictum in carbũculo. Et emplastrum de duobus granatis ante ulceratiõnẽ, & post sępissime utile inueni. Aqua quę currit ex ligno uitis cũ aduritur, in miliari & ficali seu bothorali laudatur ab Aui. Et si in ea decoquerentur capita piscium salitorum, esset optima. Millefolium, & parietaria cum pauco sale pistata, sunt optima ad bothoralem seu ficalem, ut dixit Theodoricus. Et ad desiccandum putredinem in miliari pręcipue laudat Auic. linimentum factum ex flore æris, & sulphure cum aqua dicta.

Vnguentum de bolo armeno, & terra sigillata, & aceto, & aqua rosa. saltim in circuitu approbat Halyab. & laudo ut continuetur. Quando autem manifeste apparet corrosio, & ulceratio: non descendendo ab infrigidatiuis in circuitu: supra ulcus apponas trochiscos andaron uel calidicon cum uino styptico uel aceto commistos, uel cum aqua rosa. sic ꝙ fiat linimentum, inquit Haliabbas. Et si ista nõ sufficiũt, oportet transire ad fortiora, uelut ad arsenicum, &

E ferrum ignitum. in secũdo ad Glauconem. Ista enim talia consumendo materiam coniunctam corrodentem, sanant corrosionem. Post uero procuretur casus escharę cum butyro, aut aliquo unctuoso. Et si oportet ea incidere, incidãtur, aut cauterizentur, aut cum ligamine ad modum ueri ficus, euellantur, & sanatione aliorum ulcerum ulcus sanetur.

*De œdemate seu undimia, & apostematibus phlegmaticis.* *Cap.* IIII.

Sicut autem in cholerico rheumate fit erysipelas: sic in phlegmatico œdema fit. 14. therap. quod est apostema phlegmaticum duas habens differẽtias: ut & alia: uerũ uidelicet, & non uerum. Verũ œdema fit ex phlegmate naturali: quod nihil aliud est ꝙ̃ sanguis crudus siue diminute decoctus, qui in massa

F sanguinaria ad nutriẽdũ membra phlegmatica reperitur. Nõ uerũ est, quod fit ex phlegmate nõ naturali. Est autem phlegma humor frigidus & hu. ex crudiori parte ipsius chyli generatus: cuius aliud est naturale, aliud non naturale. Naturale est humor frigidus & humidus in substantia crudus, in colore declinans ad quandam albedinem: & in sapore, & odore ad dulcedinem. Non naturale est, quod deuiat ab isto infra terminos suę latitudinis: quos si trãseat, nõ est phlegma, sed alter humor. Quod cõtingit dupliciter: uno modo in se, quando in sui substantia aquosatur, uentosatur, seu attenuatur: & fit tunc phlegma tenue aquosum siue uentosum. Aut ingrossatur & inuiscatur: & fit tunc phlegma grossum, mucillaginosum, & gypseum seu uitreum per ulteriorem indurationem. Aut ipsum putrescit, & alteratur: & efficitur

G salsum, & nitrosum, & corrosiuum. Secundo modo non naturale efficitur per admistionem, quando alter hũor uenit sibi deforis: ut si sanguis, efficitur dulce. si cholera, efficitur salsum: si melancholia, ponticum & acetosum. Sunt ergo octo species phlegmatis non naturalis secundum Aui. Halyabbas uero nõ ponit nisi quatuor. Gal. non uidetur ponere nisi salsum & acidum. Nihilominus in secundo de differentijs febrium, & secundo de locis affectis, & in multis alijs locis, facit mentionem de uitreo: quod propter conuenientiam multoties reponit cum acido. Ex quibus apparet ꝙ ex phlegmate generãtur octo species apostematum. Primo ex phlegmate naturali generatur œdema uerum & certum. Secundo ex phlegmate non naturali per admistionem generãtur tria apostemata secundum ꝙ tres humores possunt

H cũ eo misceri. ut œdema phlegmonodes, & erysipelatodes, & scirrhodes. Tertio ex phlegmate nõ naturali per alterationem in substantia generantur quatuor apostemata. primo ex phlegmate uentoso generatur apostema uentosum. secundo ex phlegmate aquoso generatur apostema aquosum. Ex phlegmate crudo, grosso, mucillaginoso generantur oẽs nodi, & exiturę phlegmaticę a lupia usque ad nactam: ut sunt glandula, & nodi leues, dubellet, & testudines. Ex phlegmate uitreo & gypseo fiunt omnes nodi duri, & scrophulę. Ex phlegmate corrupto, & putrefacto generãtur fistulę, & ulcera scrophulosa. Est ergo undimia uel œdema gręce, zimia arabice, apostema laxum & indolorosum: idest parum dolorosum per comparationem ad phlegmonem, & erysipelas.

Causę

Causę œdematis sunt vt aliorum apostematum triplices: Primitiuę, sicut casus, & percussio, & malum regimē. Antecedentes, multiplicatio humoris phlegmatici. Coniunctæ, ipsum phlegma coadunatum in membro.

Signa & iudicia sunt humor laxus, & mollis, adeo q cedit digitis, & seruatur impressio post digitorum remotionē: dolor paruus, calor debilis, color declinās ad albedinem, cum alijs signis dominium phlegmatis significantibus. Oedema vt cætera apostemata, quatuor habet tempora. principium, augmentum, statum, & declinationem. Terminatur & declinat œdema, plurimum per solutionem, Raro per saniem, Sępissime per conuersionem ad nodos, & ad alias excrescentias: quarum terminationum cognitiones superius in capitulo vniuersali sunt dictæ. Apostemata phlegmatica multiplicantur in hyeme, & in senibus atq; crapulosis.

Curatio œdematis veri præter regimen vniuersale, quatuor habet intentiones. prima vitā ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. tertia materiam cōiunctam gubernat. sed quarta accidentia corrigit.

Prima completur cum debita administratione sex rerum nō naturalium, & trium eisdem annexarum, quæ oportet declinare ad caliditatem, & siccitatem, cum quadam subtiliatione. Et ideo competit eis aer subtilis & siccus, & panis bene coctus et pręparatus: & vinum sit bonum, syncerum, & clarum cum pauca aqua. carnes sint electæ de auiculis campestribus, & de bono montone: paucis vtatur brodijs, & oleribus, atq; offis. caueat ab azymis, et crudis, et aquosis. nō comedat substantias leguminum, neq; caseū, neq; fructus grossos. pisces fugiat nisi parum de petrinis: & illi cum vino coquantur. assa sibi sunt vtiliora elixatis, & pastillatis. sobrie viuat: parum comedat: & minus potet. Venter laxetur cum ficubus, & cartamo. Exercitium temperatum est bonum. Parum aut nihil dormiat, pręcipue in die: fugiat balneum, et omnes res humectantes.

Secunda intentio completur digerēdo materiam cum aliquo oxymelite: & eam euacuando cum aliquo phlegmagogo: vt essent pilulę cociæ, aut de benedicta, aut diaturbit. Et si plethora adesset, laudabiliter posset aperiri vena.

Tertia intētio completur in principio cum repercussiuis non infrigidantibus: sed aggregantibus exiccationem, et resolutionē. In augmento cum resoluentibus fortioribus. In statu cum puris fortissimis. In declinatione cum cōsumptiuis, si incedit via resolutionis: si uia exiturę regitur, cum maturatiuis, et reliquo exiturarum regimine. Auxilia repercussiua aggregātia exiccationem & resolutionē, quę competūt in principio, sunt trium formarū. Prima forma est Gal. 14. therap. & secundo ad Glauconem: propter autē, inquit, phlegmaticum humorem sufficit aliquādo, et spongia sola in aqua infusa modicum aceti habente. Fiat autem mistio vti biberet quis, & supple calefiat. Et quandoque dicit Aui. loco spongiæ administretur pannus duplicatus, aut supple consimile: & bonum est assiduare, & remutare sępe: & comprehē dat omnia latera: & ligatura fit cum bona strictura a capite membri incipiendo. Secunda forma est Aui. Reci. aqua baurac, & cineris, & aceti. añ. quod sufficit.

A Tertia forma est Rasis. & eam cōcedit Aui. Reci. aloes, myrrhę, licij, acacię scief memithe, cyperi, croci orientalis, boli armeni. añ. omnium partes æquales. puluerizentur, et cum succo caulium, & aceto misceantur, & fiat emplastrum. Auxilia quæ complēt intentionem augmenti sunt prędicta fortificata cum aceto. Sed ea quæ complent statum, & declinationem, si tendit ad resolutionem, sunt trium formarū.

Prima est Aui. & est spongia in lixiuio cinerum vitis, & fici, & ilicis, idest querci. Secunda est Bruni, & eam accipit Theodoricus. Reci. aluminis, sulphuris, myrrhę, salis. añ. partes æquales: conficiantur omnia cum oleo rosa. & aceto, & fiat linimentum. Tertia est Aui. Recipe stercoris vaccini lib. 5. olibani, styracis, vsneę, calami aromatici, spicæ, absinthij. añ. vnc. 5. confice cum aceto, et aqua caulis. & fiat emplastrū.

B Ad maturandum apostemata phlegmatica laudat Rogerius diachylon quod ipse cōficit. Item ad idem. Recipe maluam, brancam ursinam, radicis bismaluę, radices lilij, cepas assatas, limacias, fermentum, se. lini cocta & pistata, & cum axungia veteri, vel butyro mista, & fiat emplastrum. Item Theodoricus extrahit succum de ebulo, & sambuco, lapathio, leuistico, marathro. decoquantur bene cum dialthea, melle, oleo, & butyro, & fiat emplastrum. Maturato autem apostemate non expectetur vt aperiatur per se: quia tarde aut nūquam aperietur, vt dicit Henricus. Sed cum ferro aperiatur, aut cum caustio iuxta formam superius dictam. Et mundificetur sanies cum vnguento apostolorum, & mundificatiuo de apio, & succo absinthij.

Aut cum isto qui secundum Dynum attrahit, & C mūdificat saniem grossam Re. galbani, ammoniaci, resinæ terbenthinę, picis, sępi vaccini, olei antiqui. añ. partes ęquales. dissoluantur gummi cum aceto: et liquefiant ad ignem cum alijs: & fiat vnguentum: & curatione vlcerum sordidorum cura: & ita completur tertia intentio. Sed quarta intentio completur secundum naturam accidentium: vt si accidebat dolor, tunc secundū Auicennam oportet vt sedetur dolor in primis cum eis quę sunt sicut œsypus seu hyssopus humida, & vinū coctum, & cerotaria cum oleo de chamomilla, de absinthio, & spica, et cera. Sed duricies dissoluatur cum medullis bouinis, ceruinis, & consimilibus, vt dicetur infra.

*Capitulum adminiculatiuū de apostemate uentoso.*

D Tempus igitur est iam de inflationibus pertransire non eandem œdematibus curam habentibus in. 14. therap. Nam & illa quidem, vt dixi, a phlegmatico fiunt humore. Et propterea comprimentibus nobis cedūt vsq; sufficiens in profundum digitis descendentibus in ea. Inflationes vero ex spiritu coaceruato fiunt: quandoque quidem sub cute: quandoque vero in membranis, quę circa profundum coexistunt: quandoque vero circa unum membrum: quandoque vero per totum corpus discurrunt: quandoque etiam cum dolore: quandoque uero absque ipso.

Causæ talium uentositatum in sexto de ægritudine, & symptomate, est debilitas caloris in materia phlegmatica ad hoc disposita. Est autem inquit, & harum generatio in ipsis humoribus phlegmaticis uel cibis in uaporem resolutis a calidita

te egena. Nam perfecta quidem infrigidatio nullatenus uaporem operatur: quoniam non omnino subtiliat, neq; excoquit, neq; dissoluit cibum. Fortis autem caliditas multo copiosius obtinens plusq; secundum generationem vaporis subtiliat nutrimentum. Si vero ventosum fuerit natura: tunc enim generatur quidam spiritus turbidus, vt vtiq; dicat quis caliginosus et paucus: quod ab ipsa eructuatione euacuatur. retinetur autem in loco, vt dicit Auicē. propter spissitudinem membri, aut propter ipsius vaporis grossitudinem.

Signa & iudicia sunt inflatio turbida, clara; resistens tactui cum quadam luciditate sonans, vt vter dum percutitur, & sentitur sępe ambulans per totum corpus, dolorem excessiuum pariens. ventosas inclusa quæ non dissoluitur, multa parit incommoda. ventositas fumosa currens per corpus cū dolore, & anxietatibus, est uerenda: quia videtur eleuari ab aliqua materia venenosa.

Cura apostematis ventosi tres habet intentiones. prima est in vita. secunda circa digestionem. sed tertia in extirpatione materiæ coniunctæ. Intentio vitę fit ꝙ ipse abstineat se ab omnibus grossis, viscosis, crudis, phlegmaticis, & ventosis: vt sunt res dulces, substantia leguminum, fructus, rapæ, castaneæ. vtatur calidis, & siccis subtiliantibus, & carminantibus ventositatem. & panis hordeatus, in quo ponatur sal, & cyminum. Potus eius sit vinum album aut clarum, aut vinum gręcū, & bonum pigmentum. vtatur porretis, cicere, cum cepis, & petroselino, calamētho, atq; ruta, in quo ponatur cyminum. carnes sint volatilium, & aliorum secundum ꝙ dictum est in capitulo pręcedenti. Secunda, virtus digestiua confortetur cum bonis speciebus, et confectionibus de diacymino, diacalamentho, & cū tali tragea. Re. anisi, marathri, carui, dauci, cymini, bacarū lauri tritarū. ana vnc. i. liquiritię rasæ, zinzi. albi, galangę. ana vnc. ß. gariophyllorum, cubebarum, piperis longi, se. rutæ. ana drac. ij. anisi confecti quartam. i. panis zuccari tabarzet lib. ß. fiat tragea. Et ab extra inungatur stomachus cum oleis de spica, de costo, atq; de ruta. Sed tertia intētio cōpletur cum his quæ habent mistam virtutem, vt digerant & euaporent, & stypticent moderate, & non augeant dolores. Et ad ista sumūtur tres formæ auxiliorum a Gal. 14. therapeutices. Prima est spongia noua infusa in conia, id est sapone vel lixiuio calido: coexistente dolore forti subinūgatur particula cum aliquo oleo resolutiuo, vel cū aliquo relaxatiuo chalastico non existente forti dolore. Secunda forma fit cum lana succida infusa in sapone vel lixiuio cum vino cocto austero, maxime secūdum principia. fortis autem virtus est in sapone, & in aceto: non ita autem in vino. Horum autem scilicet de uino, aceto, & oleo plus misces q̄ de conia cum mitigare uolueris. expellere autem, & corroborare uolēs, uinum austerum nigrum. euaporare eligens coniam. acetum autem ad ambo operatur, quia & mistam uirtutem habere demonstratum est. Tertia forma fit linimentū de terra tenaci, & calce uiua simul coctis cum aqua et uino. In casu autem in quo talis uentositas esset fumosa, mala, & corrupta a materia uenenosa eleuata, & curreret per membra cum dolore, & æstuationibus intolerabilibus; non est consiliū secundum Gu-
E liel. de Saliceto nisi ꝙ postquam fuerit apprehensa in uno loco, ligetur membrum a parte superiori & inferiori: & in medio perforetur cum rasorio, aut cum ferro calido taliter ꝙ exeat: postea impleatur locus cum aloe, & bolo dissolutis, et mistis cum oleo rosaceo & aceto. & post tertium aut quartū diem locus incarnetur & consolidetur. Diæta tamen in isto casu sit tenuis: & mundificetur corpus cum aliqua medicina. Et si theriaca sibi daretur, bonum esset.

*Capitulum adminiculatiuum de apostemate aquoso.*

Ex phlegmate aquoso, & seroso generatur apostema aquosum laxum, & omnino īdolorosum. unde in sexto de ægritudine, et symptomate, ex serosis qdē superfluitatibus abūdātibus ī corpore generatur hyderus. In particulis uero, uesi-
F cę, et apostemata aquosa: quorū causę sunt alteratiua uirtus infrigidata, & male disposita: & ciborum malicia, & aquositas: & ideo in. 14. therap. & . 2. ad Glauconem assimilat tale phlegma phlegmati hydropicorum, & corporum male habituatorum: quod est penitus aquosum nō diuersificans curam ab œdemate uero, nisi in maiori desiccatione.

Signa & iudicia sunt quasi œdematis ueri: nisi ꝙ tumor est magis laxus in isto q̄ in illo: & ideo non tantum resistit tactui: & sonat nō ut uentus, sed ut aqua: & translucet aliqualiter circa lucem. In apostemate aquoso est debilior calor q̄ in uentoso, ut ponit Gal. quarto aphorismorum commēto vndecimo. apostemata aquosa magis accidūt in pedibus, & testiculis, seu in capite, & iuncturis, q̄ in alijs locis: quia aquositas plus in eis descendit: & ca-
G liditas magis in eis hebetatur, secūdo prognosticorū. Sicut uētositas raro reperitur sine aqua: ita neq; aqua concluditur in particula sine vento.

Curatio quinq; habet intentiones. prima stat in uita. secunda in rectificatione digestionis. tertia in purgatione per uentrem. quarta in eductione per urinam. quinta in euaporatione humiditatis coniunctæ. Primas duas ordinauit Gal. in libro de subtiliante diæta. Tres ultimas posuit in secundo ad Glauconem, et septimo aphorismorum, commento illius. Quibuscūque hepar. De uita, prima res perficitur per regimen dictum in duobus capitulis præcedentibus: nisi ꝙ oportet ut istud sit magis calefactiuum & desiccatiuū: & ideo dimittat omnia humida & aquosa, ut aquam, & herbas uirides, & fructus, & caseum, & lac atque pisces, et omnia legumina, et car-
H nes porcinas, & dimittat offas, & omnia brodia. sobrie comedat, & potū minuat. panis suus sit de hordeo in quo quid ponatur de aniso. uinū sit optimū, tamen in parua quantitate sumptum: uina græca, & pigmenta sunt sibi bona: aqua cicerum, & saluia, hyssopus, calamenthum, allia, & cepe cocta, & species, & genera salis, conueniunt: cibaria cuniculorum, & auicularum campestrium, & carnes gallinarum, & montonum expediunt, & omnia sicca. laboret, & uigilet, ieiunet. Et uentrem, & urinam sæpe inuitet. Secunda intentio completur cum bonis speciebus, & bonis trageis, & unctionibus superius dictis.

Tertia res cōpletur per purgātia hūiditates aquosas et serosas: ut sunt panis factus de farina hordei, aut lacte tithymalli: aut panis factus de esula, & granis cacapuciæ, atque tartaro cum modico de spica: aut pi-

lulę de succo cucur. agrestis: & speciebus dictis ab heben Mesue in simplicibus medicinis suis.

Quarta res completur cum tragea dicta in qua additur semen apij, & petroselini, & se. alchechẽgi, atq; spica. Sed quinta res perficitur cum exiccantibus, et resoluentibus trium formarum. Prima est Gal. vbi supra cum oxyrhodino & sale. Secũda est eiusdem cum spongia infusa in lixiuio, & alijs auxilijs dictis in œdemate vero fortificata cum aphronitro, & alumine, & sulphure. Tertia forma est cuiusdam emplastri per Auic. in cura scrofularum, in libro de compositione medicinarum secundum genera, seu catageni Gal. attributo, de quo dicit q̃ resoluit omnem duriciem in minus q̃ hebdomanda: in tribus scilicet diebus. Ego tamen eum in illo libro non inueni. Sed eum ad resoluendum duriciem aquosam, & ventosam acceptaui. Re. seminis sinapis, se. vrticę, sulphuris, spumę maris, aristolochię, bdellij, ammũiaci, olei antiqui, cerę quod sufficit, & fiat emplastrum. Si autẽ per illud non resoluitur, non est consilium, nisi q̃ cũ ferro aperiatur: & post mundificetur, & modo vlcerum sordidorum curetur.

*Capitulum adminiculatiuum de nodis, glãdulis, scrofulis, & omnibus excrescentijs phlegmaticis.*

Glandula, & scrofula, nodus, & lupia, testudo, & nacta, hernia, botiũ, atque bubo fugilinus, ubicunq; in corpore nascantur, phlegmaticam videntur habere materiam, vt dicit Rogerius: & bene dicere videtur: quia licet aliqua sint permutata in duriciem melancholicam: radix tamen eorum fuit phlegma pro maiori tamẽ parte: quia aliquando cõiungitur cum eo alter humor: nos tamen loquimur semper de simplicibus: vt sint exempla compositorum secundum q̃ superius fuit dictum. Omnia tamẽ prędicta sub genere exiturarum, & excrescentiarum phlegmaticarum reponuntur. Speciales pręsertim inter se habent differentias. Glandula ad formam glãdis dicta, satis mollis, vnica, mobilis, & separata, vt plurimum in emunctorijs generata reperitur. Scrofula ad modum scrofę porcinę plurificatur, dura, nõ omnino separata, in collo plurimum reperta. Lupia sicut lupulus, mollis, rotunda, in iuncturis, & locis siccis suam aperit natiuitatem. Nodus sicut nodus chordæ rotundus, durus, & mansiuus, circa loca neruosa inuenitur. Testudo est exitura magna humoralis, mollis cum lata forma ad modum testudinis, dicta in capite talparia, in collo botium, in testiculis hernia, & aliquoties cum sanie & squamis, aut fistulis reperitur. Nacta est etiam nascentia magna carnosa, uelut caro natium, seu ancharum, diuersarum formarum & quãtitatum, velut melon, & cucurbita, sortiens diuersa nomina secundum formam & membra. Plura autem nomina habẽt prędictę excrescentię. Sed non est curandum: duntaxat q̃ res cognoscatur, quę diuersificatur & inducat sub talibus diuersitatibus curam. Excrescentiarum quędam cõtinẽtur in sacculo siue cysti: quędam vero sunt in carne infiltratę: quędam etiam sunt resolubiles: quędam vero non: quædam sunt cum gracili pede: quædam vero non: quędam magnę: quędam paruę: quędam sanabiles: quędam vero non: quędã etiam sunt squamosę, fistulosę, & cancrosę: quędam vero non: & sic de alijs.

A Causæ istarum nascentiarum sunt triplices, videlicet primitiuę vt casus, & percussio, crapula, & regiminis malitia. Antecedentes sunt hũores maxime ĩnaturales phlegmatici: et phlegmones permutati, vt superius fuit dictum. Causæ coniunctę sunt ipsęmet materię quę in loco continẽtur. Continentur autem in istis quãdoque humores aquosi, putridi, et corrupti, limosi, & mucilaginosi, mellini, pultini, & adipini. Quandoque vero continentur carnes phlegmaticę, & spongiosę, atque glandulosę: quandoque vero lapides & alię res.

Signa & iudicia habentur per suas dictas descriptiones & differentias. Signum q̃ concludantur in cysti est mobilitas, & cutis separatio. Quãdo vero sunt mansiuę, & adhęrentes in carne, siue cysti videntur esse. Nouæ & tractabiles vidẽtur esse resolubiles. durę uero et antiquę, nequaq̃. B Rubor, et dolor, et caliditatis additio ostẽdũt excrescẽtias saniaturas, & fistulosas et cãcrosas. Multiplicatio scrofularũ, & discursus earum per corpus, & caliditates extraneę, ipsas ostendit esse germina scrofularum intrinsecarum. Vnde Arnoldus. Scrofularũ extrinsecarum multitudo clamitat earum pluralitatem intrinsecam. De quibus dicit Aui. q̃ tales in casu, & offensione multiplicantur. Et ideo sequitur in Arnoldo, q̃ in talibus parum proficit exterius operari: & tu scis supra q̃ eis multum conferunt purgantia: & potiones diureticæ, atque electuaria desiccantia: & ætatis mutatio puerilis: propterea pueri, propter gulositatem, & raritatẽ corporis sæpius incurrunt scrofulas. senes autem tardius, propter cõtrarium. Amplius habentes frontem curtam, & tempora cõpressa, & maxillas amplas, parati sunt ad scrofulas: quia C in talibus prompte materia deriuatur ad collum: vt dicit Henricus. Incisio excrescẽtiarum, et corrosio, est multum verenda, circa ventrem, collum, & commissuras: propter propinquitatem venarum, arteriarum, & neruorum, ac intrinsecę spatiositatis. In incisione magnarum scrofularum est cauendum de uena quę nutrit eas, circa pedem. Sæpe enim parat hæmorrhagiam, & periculum magnum.

Curatio duos habet processus, vniuersalem videlicet & particularem. Vniuersalis processus cõcernit vitam, vt non multiplicetur materia: & adæquat materiam antecedentem, vt non addat in coniunctam. Primum completur per regimen dictum in capitulis proxime pręteritis. Ad maiorẽ subtiliationem, & incisionem declinando. quare secun- D dum Auic. oportet vt deuitet cibos grossos, & potũ aquę frigidę, & nauseatiuam satietatem, & repletionem: & toleret famem quantũ poterit. Super omnia bonam digestionem procuret. Caueat habitationẽ humidam, & vallosam, aquarum malarum irrigatã. Potus eorum sit bonum uinũ atque aqua aluminosa seu sulphurea. Nam secundum Arnoldum vsus aquarum mineralium maxime saporis tartarei, non solum interiora bocia, sed extrinseca valet attenuare. Secundum completur tripliciter euacuando, per secessum, & per phlebotomiam quandoque, & purgando per vrinam, ac euaporãdo cum consumptiuis. Ad primũ laudatur per omnes puluis de turbit, qui secundum Aui. fit de turbit et çinç. & zuc. partes æquales: & concedit de ipso drac. ij. & testificatur q̃ cũ hoc q̃ soluit phlegma grossum, non calefacit, nec

abradit intestina. Rasis vero qui fuit magis audax in laxatiuis, eum facit in capitulo de doloribus ventris, in nono. Alman. de. 20. partibus turbit. &. 10. çinçib. &. 30. zuc. & drac. iij. de ipso concedit. benedicta, & hiera, & pilulę de agarico, & maiores hermodactylatæ sunt satis conuenientes. Ad secundum ex dictis multorum talem consueui potionē. Re. scropuli partes tres, philipendulę partes duas, pimpinellæ, pilosellæ, tenateti, caulium rub. rubeę ma. ana. par. i. aristol. radicis spatulæ fœtidę, radicis raphani ana partem. 5. conquassentur. & cum vino albo, & melle vsque ad consumptionem medietatis coquantur. & fiat colatura. de qua de tertio in tertium diem hora matutina, quartum. i. tepidum administretur. Ad tertiū Gal. 14. therapeuti. maxime ad glandulas intrinsecas quæ extrinsecarum sunt causæ, cōsulit theriacam, athanasiam, atque homorusiam: et medicamē quod per craticam nepitam aliter calamēthum fluuiale cōstruxit. Plures alias potiones, & electuaria, olea etiam ad inijciēdum per aures, & emperica multa, posuerunt nostri

Not. prædecessores, quę in operibus meis non acceptaui. Concedo tamen, ꝙ virtute diuina serenissimus rex Franciæ tangendo liberat multas: & hoc est de regimine, & processu vniuersali. Particularis siue localis processus maximam sumit diuersitatem a substantia, quantitate, & natura membri et corporis. Tēporis autem duratio licet non iudicet curam: iudicat tamē qualis est dispositio, quar to decimo therapeu. Et quamuis a prędictis possunt sumi multę indicationes, & intentiones: reducantur quantum est de præsenti ad sex. Primo molles paruæ quæ vocantur lupiæ: quando sunt in mēbris firmis, quæ propter paucam duriciem suspicātur habere teneram cystim, cōstringuntur & desiccantur. Secundo maiores non multum durę nec inueteratæ ad modum apostematum phlegmaticorum, mollificantur, resoluuntur, et consumuntur. Tertio saniosæ, & apostemosæ aperiuntur & mundificantur. Quarto quæ non poterunt cum prędictis curari: (& sunt mobiles & tractabiles) incidantur & extrahantur. Quinto quæ tales erunt, immobiles, & infiltratæ atque latæ, corrodantur & mundificentur. Sexto quę tales, & pedem siue radicem habebunt gracilem: ligentur & euellantur. Primum completur, vt tales secundum Auicē. conterantur, & comprimantur: deinde super ipsas stringatur cum graui ligatura plumbum: quoniam vt ait digerit ipsum. Primo enim fricetur lupia cum manu, vt aliqliter calefiat, & mollificetur: deinde tenendo particulam firmiter cum fundo scutellæ, aut cum aliqua solida linea toties, & taliter percutiatur, donec euanescat: & cum cystis interior fuerit delaniata, & materia spersa, statim desuper laminam plūbi secundum quantitatem lupiæ, cum bindello duorum capitum stricte, & firmiter ligetur: & de nouem diebus non remutetur. Rogerius tamē pręmittit vnguētum factum de plumbo vsto, & caligine sambuci seu ficus cum oleo & aceto: quod Brunus accepit. Theodoricus pręmittit emplastrum factum de aloe, acacia, myrrha, olibano, & sarcocolla cum aceto seu albumine oui. Henricus pręmittit, & super laminam ponit etiam paruas plagellas de stuppis, infusas in albumine oui inspissato cum sale, & alumine zucarino. Secundum completur vltra auxilia phlegmaticorum apostematum superius positorū, quę ad hoc

E et ad omnes hernias cum sequentibus sunt vtilia, per quoddam emplastrum Gal. catageni quod dissoluit exituras grossas, & confert patienti scrofulas, & apostematibus quæ fiunt in radice aurium & podagræ: & in multis alijs facit opus laudabile, in vltimo Reci. olei veteris vnc. xij. picis siccæ vnc. vi. laudani vnc. iij. lethargyri drac. xij. viridis æris drac. xiij. galbani vnc. iij. teratur lithargyrum cum oleo & coquatur: & cū erit inspissatum, supponatur pix & viride ęris: & vltimo ponatur laudanum, & pistentur in mortario: & vsui reseruentur. Secundum Rasim, similiter eadem intentio, & multos alios, completur cum diachylō communi & ireato. Cuius forma infra in antidotario ponetur: in quo ad vnam libram diachylon malaxetur vnc. i. pul. radicis ireos, aut cum diachylō magno hebē Mes. Cuius forma dicetur infra. Ipse etiā

F Rasis vir magnæ experientiæ cōsulit stercus antiquū caprinum cum melle, & aceto supra ignem emplastratum: aut emplastrum factum de fœnugręco, se. lini, semine caulium cum mucilagine malmauisci cōfectis: & est bene maturatiuum. Halyabbas cōmendat istud. Reci. farinę fabarum, farinę hordei, cuiusꝗ drac. x. radicis liquiritiæ, radicis althęę, picis, cuiusꝗ drac. v. ceræ albæ, adipis anserini cuiusque drac. x. terantur, & incorporentur cum oleo antiquo, & cum vrina pueri virginis, & super lento igne fiat emplastrum. Ex auxilijs Aui. hoc accipio. R. stercoris vaccarum vnc. ij. radicis caulium, radicis capparis, squillæ, ficuum pinguium ana vnc. 5. lupinorum, bdellij ana drac. ij. mellis, aceti, axungiæ por. fæcis olei antiqui. ana quod sufficit. fiat emplastrum. Brunus probauit in omnibus apostematibus duris, & Theodo-

G ricus ab eo accepit ammoniacum, bdellium, galbanum, omnium partes æquales, dissoluantur in aceto per tres dies, quibus supra ignē addatur furfuris subtilis quod sufficit: fiat emplastrum. Rogerius ad scrofulas. R. radicis filicis, asphodelorum: & si adderetur ebulorum, bonum esset. coquantur in optimo uino: & pistādo addatur modicū de sulphure viuo: & fiat emplastrum. Magister meus Montispessulani summe laudabat emplastrum factum de limacijs. 12. coctis cum vino aut lixiuio cinerum clauellatorū, aut cum capitello. immo quod fortius erat, eis qualibet die vnam siccam, aut confectam administrabat. Tertia intentio completur communiter cum prædictis. nam omnia resoluentia mollitiua quando inueniunt materiam repugnantem resolutioni, materiam maturant, & insaniant: præcipue si fuerit dulcis

H materia, aut cum sanguine associata. Halyabbas tamen appropriat ad maturandum eas emplastrum factum de farina hordei, & olibano atque pice cū vrina pueri incorporatis. Aui. vero ad refrenādum furiam caliditatis consulit farinam prædictam cū aqua coriandri: & fortius illo fit de myrrha cum duplo sui de lycio cum aqua dicta. Ipsis autem maturatis, qd scies per signa saniei, aperiantur, aut secentur, et mundificentur cum unguento apostolorum ad christianos relato, sanationis magnæ in scrofulis malis & ulceratis, aut cum vnguēto ægyptiaco Rasis in antido. dicendo: & cum diachylon, aut cum diapalma desuper ponendo. Et si essent in loco in quo ossa essent contaminata, & corrupta, ut in iuncturis dicetur infra, aut aliqua mala morigeratio adducta: regantur cū regimine ulcerū ad quæ determinantur. Quarta

intentio completur secundum doctrinam Albucasis, quem in hoc sequuntur omnes prętercų in experiēdo materiam cum intromisso: quod fortem facit: quia continentes humores secundum longum aperit & mundificat: continentes vero res duras secundum crucem secat & excoriat. quicquid sit, glandulas, & scrofulas, & tales excrescentias tractabiles iubet cum digitis apprehendere, et secundum longum findere, & excoriare cum aliquo spatumine contuso & non acuto: elongando labia cum vncijs: & eas cū flosculo suo totaliter extrahere: quia alias rediret. & vulnus si necesse est suere, & reliqua, vlcerum curatione ractare. Ego autem propter melius extrahere apprehendo desuper cutim: et cum forpicibus secundum quantitatem excrescentiæ in forma folij myrti quod superest de cuti incido: & in reliquis, vt dictū est procedo. Si autem sanguis te perturbat: iubet eū cum auxilijs ad sanguinem restringere: & postea ad operationē redire: paruum autem fluxum cū spongia, stuppis, aut cotone infuso, & expresso in aqua, & aceto exiccando ego restringo. Si ergo aliqua vena digna ratione continuatur cum pede, iubet eam ligare: & ita quousų cadat, dimittere vel permittere. Si aliquid de cysti, aut flosculo, vel de aliquo extraneo remanserit, iubet cōsumere in primis diebus implendo vulnus cum cotone vel consimili infuso in aliqua aqua salita. Ego autem in albumine oui cum alumine inspissato. post vero cum vnguento ægyptiaco, vel cum aliquo de corrosiuis. In omnibus autem istis operationibus, quod apostemata sedat, iubet apponere. propter hoc igitur sup totum, stupatā infusam in albumine oui, & oleo ros. superappono.

Quinta intentio completur secundum Brunum, & sequentes ipsum, ꝙ cutis cum caustico secundum quantitatem excrescentiæ rumpatur: & caute seruetur ne ad alias partes diffundatur. Et ad hoc nō fallit: & operationem iuuat ruptorium de calce et sapone: & operationem suam perficit saltim in. 12. horis: & si staret amplius, non esset malum. deinde finde in medio eschareę secundum longum profundando vsque quasi ad viuum: & incisuram incarcera cum aliquo lychinio de aliquo corrosiuo seu forti medicamine a puluere asphodelorū vltra. Et licet multi multa ponant: & in antidotis multa nominabuntur: arsenicū sublimatum, & pręparatum, qui scit id bene ducere, obtinet principatum, vt infra dicetur in ruptura. Modus autem ducendi, & gubernandi talia certitudinaliter describi nō potest ī tertio therapeutices. Est. n. arsenicū, fortis, & uiolēta medicina, cōmouēs febres, & accidentia mala, in parua q̃titate magnā faciens operationem. Quantitas communis est medietas grani frumenti in fortibus, & longe a mēbris principalibus plus: in contrarijs minus: melius est semper reiterare quā in vna vice nimis ponere. per tres dies durat operatio sua: quare interim teneat infirmus regimen, ac si haberet febrem: & membrum & partes adiacentes cum populeone, solatro, & aceto, & alijs infrigidantibus defendantur. Quando autem constabit tibi per duriciem, & tumorem eschareę, ꝙ glandula est corrupta: ex tunc procura casum eschareę cū butyro lauato cum modico de farina frumēti inspissato: aut cum axungia, uel aliquo non salito vnctuoso. Et post casum eschareę: si aliquid remanserit cum pul. asphodelorum, aut vnguento ægyptiaco consu

A matur. si vero totum est consumptum, more aliorum vlcerum consolidetur.

Sexta intētio completur cum ligamine de seta, aut de pilis equorum, stringendo de die in diem ligamine posito: aut ponendo aliud quousque excrescētia fuerit desiccata. Iuuando ligamen cum aliquo corrosiuo, & sedando dolorem cū albumine oui: aut oleo populeone: aut cum aliquo sedatiuo. Et postų ceciderit, more superius dicto procuretur.

### *De sephiros, siue sclirosi uel scirrho, & apostematibus melancholicis.* Cap. V.

Tempus igitur est iam pertransire ad aliud tumorum genus, de humore videlicet melancholico generato, habens duplicem differentiam, scilicet verum, & non verum, vt & alia apostemata. Est enim verum apostema quod ex melancho-
B lia fit naturali: quę nihil aliud est quam sanguis grossus, qui in massa sanguinaria ad nutriēdum membra melancholica reperitur. Non verum vero, quod fit ex melancholia non naturali. Melācholia est humor frigidus & siccus ex grossiori parte ipsius chyli generatus. Et est duplex: naturalis, & non naturalis. Naturalis, est boni sanguinis fęx & turbulentia, in substantia grossa, in colore declinans ad nigredinem, in sapore ad ponticitatem & acredinem. Non naturalis, est quę deuiat ab ista infra terminos suę latitudinis: quos si transeat, non est melancholia, sed alter humor. Qđ contingit quadrupliciter. Vno modo in se quando aduritur & putrefit: & efficitur cholera nigra acida, quę si proijciatur supra terram, bullit sicut acetū: & muscę eam fugiunt. Secundo modo: quando fit per
C adustionem aliorum humorū, vt supra cholerę adustę: quando vltra aduritur: & est etiam ita malitiosa, ꝙ bullit, & muscę eam fugiunt. quando sanguis, & phlegma aduruntur, efficitur etiam innaturalis melāncholia per adustionem. istę enim duę species magis sunt mites, vt dicit Aui. Gal. tamen & Halyabbas nō faciunt mentionem nisi de duabus primis. Tertia vero efficitur melancholia innaturalis per congelationem & indurationem: aut ab extra ex phlegmone, & apostematibus de humoribus naturalibus, quādo indocte infrigidantur aut resoluuntur: subtile tunc resoluitur, & grossum petrificatur: & in melancholiam reducitur. Quarto modo efficitur innaturalis, quādo alter humor venit sibi de foris: qui tamē omnes dulcorant eam exceptis choleris duabus adustis. Ex quibus apparet, ꝙ ex melancholia quatuor gene-
D rantur apostemata. Primo ex melancholia naturali generatur sephyros siue sclirosis vera & certa phlegmonica quieta, cui est aliquis sensus absque dolore. Secūdo ex melancholia innaturali per adustionē tria fiunt apostemata, ut sephyros phlegmonodes, œdematodes, & erysipelatodes. Tertio ex melancholia innaturali per congelationem, & indurationem generatur sclirosis vera & certa duratica, cui nō est sensus nec dolor. Quarto ex melācholia innaturali per adustionem generantur omnes species cancrorum. Est autem schlirosis siue sephyros apostema durum, quietum, sedatum, & indolorosum.

Causæ ipsius sunt triplices, vt & aliorum apostematum. Primitiuę, uidelicet. ut est regiminis malitia multiplicantis melancholiam, & sanguinis grossitiem. Antecedentes, humor melan-

pessime a corpore expulsus. Coniunctæ sunt, ipsamet melancholia in particula incuneata.

Signa & iudicia sunt tumor durus cum sufficienti resistentia: & color in medio ruboris & nigroris: qualis est fęcis color: vocant autem plurimi medicorum liuidum. Et si venas dignas ratione, habeat particula, videntur eleuatę a crasso, et nigriore quodammodo sanguine, qualis per aluũ multorum hepaticorum excernuntur, prout hęc leguntur. 14. therapeu. Et cum hoc adsunt signa significantia melancholiam. Apostemata melancholica incipiunt vtplurimum apparere pauca, & paulatim deueniunt magna. Et quędam sunt solum in uno mẽbro: quędam mutantur de vno membro ad aliud: et nominatur ferinos secũdum Aui. Amplius apostemata melancholica multoties terminantur per resolutionem: sæpe tamen remanẽt indurata: plurimum etiam in cancrum reuertuntur.

Curatio tres habet res. prima est in uita. secunda in materia antecedenti. tertia in coniuncta. Vita ipsorum ordinatur in rebus nõ naturalibus, sobria & moderata, declinãs ad calidum & humidum: vtatur enim bonis cibarijs euchymis, bonũ sanguinem generantibus, vt est panis frumentaceus depuratus, bonum vinum, & bonæ carnes gallinarum, & capretorum, porcorum: & brodijs ipsarum, & pręcipue gallinarum. nam ipsarum brodium reparat totam naturam. vtantur spinachijs, boraginibus, lupulis, lactucis, & alijs quę sanguinem habent purgare. Caueant omnia quę melancholicum sanguinem generant: quę in tertio de locis affectis numerantur: vt sunt carnes bouinæ, & caprarum, & asinorum, & camelorum, vulpium, leporum, atq; canum, & syluestrium porcorum: & vt sunt pisces bestiales, & ostracosi: olerum vero brasica, idest caules rubeę: & leguminum lenticula vilissimus est cibus: & panes furfurei, & leguminosi. sed & vinorum quæ grossa & nigra, & veteres casei. Caueant etiam a testis, assatis, frixis, salitis, acetosis, & acutis, velut sunt allia, cepę, piper, sinapi, & omnia sanguinem adurentia. Caueant ab ira, et solicitudine, et nimio exercitio, et vigilijs superfluis: ventrem teneant laxum, lętitiam diligant, & tranquillitatem. De secũdo pręcepit Aui. vt corpus mundificetur & phlebotometur: & ad hoc laudat hebẽ Mes. sene, epithymum, polypodium, fumũ terræ, lupulos, & volubilem, casiam fist. mirabol. indos, atq; lapidem laçuli. diascene, diacatholicon, hiera Rufi ad hoc sunt assignata. De tertio teneo me cum Auic. q caute agatur. nam materia tantæ est malitiæ, q si indocte resoluatur, petrificatur: si nimis mollificatur, timendum est q corrumpatur, & in cãcrum conuertatur. propter hoc enim ipse pręcipit facere duas reuolutiones. primã mollificantium. secundam resoluentiũ. Et quia istas reuolutiones sigillatim esset difficile absq; errore ordinare, p tanto est tutius talia auxilia ordinare, quę mistam habeãt virtutem: mollificatiuam videlicet, & resolutiuam, cum quadam a principio repercussione. Ad hoc autem Auic. ordinauit multas formas: quia tamẽ propriores sunt sclirosi ex phlegmone seu erysipelate generato, vt in capitulo sequenti ostendetur: assumo post quãdam refręnationem factam in principio cũ aliquibus domesticis medicamen Rasis septimo Almans. Quod recipit bdellij, ammoniaci, galbãi partes ęquales: quę

E cum oleo de ben aut de lilio mollificato in mortario terantur: deinde mucilago fœnugręci, semi. lini, & ficuum quę eiusdem sint quantitatis: cuius sunt omnia prædicta, sumantur: & omnia simul terantur donec vniantur, & emplastrentur. Ad idem Gal. quarto decimo therap. Cortices radicis maluauisci coctas, & cum axungia gallinę pistatas et incorporatas, summe commendat. In casu tamẽ in quo materia saniaretur, caute procede, vt dictum est, sine calefactione & incarnatione: timore tantũ incancręnationis. Et si aperiatur, diachylon sit tibi assiduum. si induratur, et transit in lapidem, ad capitulum sequens recurrendum est.

F *Capitulum, adminiculatiuum superiori de sclirosi, & apostemate melãcholico, ex melancholia innaturali per congelationem & indurationẽ phlegmonis generato.*

Quãdoq; autẽ contingit, ut supra dictũ est, q phlegmon nimis infrigidatur: ita q materia ipsius congelatur, aut ita fortiter resoluitur, q subtile euacuatur, & remanet in particula humor viscosus & grossus, qui eam indurat, & scirrhum generat: & de isto principaliter dicetur hic. Quandoq; contingit indurari particulam propter tẽsionem ventositatis, aut humiditatis: de quo dictum est in apostemate ventoso & aquoso. Quãdoq; propter priuationem, & desiccationem materiæ: de quo dicetur infra de duritie iuncturarum.

Signa & iudicia eius sunt: q est tumor durus, & insensibilis, & aliqualiter indo-

G lorosus. non habens alium colorem q̃ corporis. Igitur insensibilis quidem subintus, idest totus durus, insanabilis est: dissensibilis vero non insanabilis quidẽ neq; facile sanabilis in secundo ad Glauconem. Durus per desiccationem, & marasmationẽ, non sanatur. satis enim est si quis prohibeat siccari non cito, vt infra dicetur de macredine & pinguedine. Quando in sclirosi superuenient pili, non speratur sanitas. vt dicit Aui. Amplius magnũ, & durum qđ est cũ colore corporis, non sanatur neq; vnq̃ permutatur.

Curæ vero eius communis intentio in. 14. therapeu. est euacuare omne quod pręter naturam in particula continetur. Modus autem proprius euacuationis est, purgare quidem oportet illud quod difficile solutũ inhæret. Igitur si repente simul attrahentibus, & euaporantibus pharmacis tentaret

H quis euacuare sine mollificantibus, in paucis quidem diebus videtur melioramentum accipere: non tamen habet hoc: quia reliquum dispositionis vniuerso leptomeri, idest subtili euaporato, insanabilem, & similem coagulationi lapideę dimittet: propterea igitur in duris dispositionibus nullum eorum quæ fortiter calefaciunt, & desiccãt pharmacorum, cõgruum est. Sola vero quęcunq; mollificando euaporare possunt, apta sunt huic operi. puta ceruina medulla, vitullina, & adeps caprina. Adhuc autem cum his amoniacum, galbanum, bdellium, & styrax liquida. sed etiam radix altheę: et folia maluarũ syluestrium, quæ vbicunq; reperiuntur, cocta, & pistata cũ axungia anserina seu gallinacea, vtilia sunt ualde. Aui. vero defendit axungias salitas: & addit ad prædicta mastichem, laudanum, œsypum, sorditiem balnei, stercus

cus asini, et feces oleorum de lilio, alcanna, et de cherua. Et cum apostema fuerit vehemētis grossitiei, nō est excusatio ab aceto. Sed in eius administratione sit cautela, quia fortiter penetrat, & incidit, & neruos percutit. Et ideo Gal. in coxa sclirosata illius pueri præmisit fomentationem cum oleo sambucino: deinde acetum cum ammoniaco apposuit. In tenantibus vero cum lapidibus pyritalibus, seu marcasitis, vel rubeis molēdini ignitis in aceto proiectis stuphādo locum, faciebat fomentationem, & multi, vt ipse dicit, hoc modo curationis sanati sunt perfecte, vt fere magicum opus videretur, tamen cum oleo præmittebat, & emplastrum conueniens superapponebat. Quod magis explicabitur: dum de duritie quæ remanet post algebras tractabitur, capitulo de arthretica in sexto.

*Capitulum adminiculatiuū de apostemate cancroso.*

Cancer æquiuocatur ad duo, videlicet ad cancrū, qui est apostema de quo dicetur hic. Et ad cancrū quod est vlcus de quo dicetur infra. Cācer ergo, vt est apostema, est tumor durus, rotundus, venosus, fuscus, velociter addens, inquietus, calidus, & indolorosus: vide in libro de tumoribus præter naturam. Quæ vero in carne nigra prouenerit cholera, mordax quidem existens, corrodit cutim, et ulcus opatur. Moderatior vero est quæ sine vlcere operatur cancrum. Incipit autem vt plurimum obtuse secundum quantitatem ciceris, aut fabæ: ita ꝙ vix ad modum paruarum plātarum cognoscitur: demum augetur intantum, vt neq; puerum lateat. 14. therapeu.

Signa & iudicia sunt ꝙ habet substātiā duram, liuidum colorem, & tenebrosum, venas in circuitu ad modum pedum cancrorū eleuatas cum dolore, & extranea caliditate. Cancer ex toto genere est ægritudo pernitiosa. Cancer vt plurimum accidit in mamillis, & locis glandulosis, præcipue mulieribus quando non habent menstrua, & viris quibus hæmorrhoides defecerunt. Cācer est particularis lepra. nam melācholia adusta in vna particula incuneata cancrum facit, aut varrices: dispersa per corpus, facit lepram, in secundo ad Glauconem. Cācer confirmatus nō curatur nisi radicitus extirpetur. Et ideo de nō vlcerato efficitur vlceratus. Quod tamen est pessimum iuxta illud Hippo. sexto aphorismorum. Quibuscunque cancri absconditi fuerint, hos non curare melius est quā curare. Curati enim citius pereunt: non curati aūt longum tēpus perficiūt.

D Cura cancri non vlcerati tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem adæquat. sed tertia locum particulariter pertractat.

Prima intentio completur cum regimine dicto in sclirosi siue sephyros. & proprie quando in cibis eorum ponuntur ea, quæ infrigidant, & humectant, & generant materiam sanam, sicut aqua hordei, & pisces petrini, vitelli ouorum sorbiliū: et similia illis. Et quando est ibi caliditas, tunc detur lac vaccinum a quo butyrum est extractum, et de oleribus vsque ad cucurbitam.

Secunda intentio completur cum purgatiuis iam dictis: epithymum tamen in hoc obtinet principatū, de quo drac. iij. vel. iiij. cum sero caprino, de tertio,

A in tertium diem cōceduntur a Gal. & hieram elleborí, concedit Aui. In cancro secundum Gal. in secūdo ad Glauconem non est incongruum, si nō est qđ prohibeat, phlebotomare. Nec nō ab his euacuatiōibus abstineas secundum Halyab. cum semel aut bis euacuaueris. Sed tātum illud fac, donec totaliter humor fuerit euacuatus.

Sed tertia intentio perficitur cū medicinis domesticis, & non mordacibus mistam habentibus virtutem refrenandi, & euaporandi. Materia autem grossa est inobediens, & male morigerata, et ideo sufficit, si totaliter non curatur ꝙ augeri prohibeatur, aut ne vlceretur, defendatur secundum Aui. Et ad hoc laudat Gal. secundo ad Glauconem succum morellę, & cū eo pompholygem addit: propter quod Theodoricus vnguētum diapompholygos ordinauit. Quod

B Reci. olei rof. cerę al. ana vnc. v. succi granorum rubeorū, morellę siue solatri, vnc. iiij. cerusę lotę vnc. ij. plumbi usti & loti. pompholygos quod est thutia, ana vnc. i. thuris, vnc. 5. fiat vnguentum. Ad idem Gal. videtur in primo myamir, seu de compositione medicamentorum secundum loca. Reci. lithargyriū puluerizatum, & cerussam cum oleo rof. ducēdo in mortario de plumbo cum pistello eiusdem ad solem quousque recipiant colorem plumbi: fiat unguentū, vt in sexto de tinea dicetur. Quantum autem valet virtus plumbi in dispositionibus cancrosis scit ille qui ex illis expertus est: & qui legit. 9. de simplicibus medicinis. Pro eadem dispositione laudat Aui. emplastrum de cancris fluuialibus, & proprie cum climia. Auicen. autem incidere radicitus præcipit cancros paruos in locis quibus capi possunt. Et iubet ex-

C primere sanguinem vndequaque, & postea cauterizare. Et licet Gal. hoc innuat, propter timorem tamē hæmorrhagiæ, & conuersionem ad vlcerationem, ego cum regimine dicto propter scandala quæ vidi supersedeo. Complementum vero istius operis in cancro vlcerato tractabo iussu Dei etc.

## Doctrina secunda de apostematibus, & exituris, pustulis, prout insunt membris compositis, continens capitula octo.

*De his quæ insunt capiti, ut sunt apostemata, & aqua in capitibus puerorum.* Cap. I.

TAles quidem igitur vt dictum est, quædam sunt passionum sanationes secundum genus; exalterantur autem iuxta patientium organicorum naturas. Quatuor sunt. n. quæ ab his indicationes sumuntur, ex complexione eorum, videlicet, & compositione, virtute, & plasmatione. Ex complexione quidem, quia calida calidioribus indigēt auxilijs: & sicciora siccioribus. Et sic de alijs. Carnosiores igitur secundum hoc breuius indigent siccari. Non carnosiores vero sufficienter, vt seruetur eorum natura. Sicut enim passio ad curam indicat contrarium, ita particula similem quinto therapeu. Compositio enim, per quę et qualiter oportet euacuari docet. Aliter. n. rara, aliter spissa medicāda sunt corpora. A virtute uero habetur directio acriū, & domesticorum pharmacorū. Nā sensibilia membra velut oculus, nec acria, nec grauia sustinent pharmaca: insensi-

bilia vero velut craneum non læduntur ab eisdem. Plasmatio, & positio in profundo, & superficie, etiā variant medicamina: & ita apparet quando secundum membra organica exalterentur sanationes. Nō minus autem, & secundum proprietates eorum, velut in capite testudines, in oculis ophthalmię, in collo squinantia: & multæ aliæ passiones secundum membra de quibus dicetur infra. Hic tamen de apostematibus proprijs est dicendum.

In capite enim accidunt apostemata calida, frigida, saniosa, nodosa, & glandulosa, & aquosa: quorum causę, et signa ex superioribus habētur. Iudicia vero sunt, ꝙ talia propter commissuras, & proprietatē ad cerebrū sunt verēda, ut est dictū in anatomia. Testudinē et glādulā siue talpā quæ adhęret craneo, & id contaminauit, secundum Rogerium melius est dimittere, ꝙ̄ cum trapanis, vt ipse docet, curare. Et ego, sicut Lanfrancus, uidi hominem qui habebat talpam vlceratam supra proram capitis cum corruptione ossis adeo, ꝙ ita perpendebatur pāniculorum motus, ac si locus esset discoopertus. Cui consului regimen palliatiuum, & recessit.

Cura Apostematum calidorum, & frigidorū, in olla capitis non differt a cura communi superius dicta nisi in tribus. Primo ꝙ in vita omnium passionum capitis in speciali prohibentur omnia fumosa, & vaporosa. Secundo ꝙ in euacuatione materiæ antecedentis ad materias calidas appropriātur electuarij de succo ros. & pillulæ mirabo. & de fumoterræ. ad frigidas hiera, & pilulę cochiæ, & aureæ. Tertio circa locum, & materiam coniunctam quantum est in olla capitis appropriantur tria pręcepta. Primo ꝙ in principio talium apostematum non debent apponi propria, nec fortia repercussiua: propter propinquitatem membri principalis. Sufficiunt enim oleum ros. & talia refrænantia largo modo dicta repercussiua. Secūdo ꝙ quando saniantur, non expectetur mora in aperiendo, ne sanies contaminet craneum. Tertio ꝙ quando apostema est magnum, vt melius mundificetur, debet fieri apertio secundum triangulum ad formam cifræ, de.7. cuius angulus sit versus partem superiorem. Nodi vero, & glandulæ, vt superius dictum est curentur.

*Curatio aquæ in capitibus puerorum.*

Aqua in capitibus puerorum secundum Guil. de Saliceto, & sectatorē eius Lanfrancum cum oleo chamomillino, aut anethino in quo sulfur incorporetur, resoluendo exiccetur: et si est necesse, fiant duo aut tria cauteria a fronte vsqꝫ ad posterius, per quæ aqua paulatine euacuetur. Et desuper lana, aut stupa infusa in oleo, & vino tepidis, & expressis secundum Auicen. apponatur.

*De apostematibus faciei, & membrorum eius.* Cap. II.

APostemata calida, & frigida, saniosa, & non saniosa, nodi & glandulæ in facie non variantur a cura communi aliorum: nisi ꝙ incisiones non fiunt secundum rugas in alijs membris: quia musculi præcipue in fronte non sequuntur rugas, sed corporis longitudinem. In palpebris ab angulo ad angulum perforatione semilunari dorsata secundum

E situm oculi, retro aures, & mandibulas æqualiter, vt dicit Auicenna.

*De ophthalmia, apostematibus, & exituris, & sanie retro corneā, & de doloribus oculorum.*

Ophthalmia est apostema proprium oculorū, vnde ophthalmia in primo de ægritudine, & symptomate dicitur phlegmon innati membrani, idest coniunctiuæ, & ipsius coniunctiuæ est passio per se: oculi autem secundum accidens est ægritudo, vt dicit textus: & ita volunt omnes, ꝙ ophthalmia sit apostema coniunctiuæ, pustulę, vesicæ, bothores, sanies retro corneā, quæ sunt ex prædictis apparet.

Causæ autem ophthalmiæ, non variantur a causis aliorum apostematum vniuer-
F salibus, & particularibus, nisi in tanto ꝙ rheuma magis deriuatur in ophthalmia, a capite ꝙ̄ in alijs apostematibus aliorum membrorum. In causis autem primitiuis, fumus, puluis, ventus, sol, acuitas immissorū in oculo addunt in generationem ophthalmiæ: maxime quādo obuiāt corpori plethorico. Tunc enim secundum Auicen. velociter mutatur in apostema manifestum: sicut mutantur febres ephemerę in alias febres. Sunt enim secundum hoc duo modi ophthalmiarum. Quędam enim est parua non pertransiens terminum: sed est sola rubedo cum humectatione: quædam est magna, pertrāsiens terminum in magnitudine, in aqua albedo cooperit pupillā. Iesus tamen filius Halyab. assignauit tres modos: quia illam quæ mouent causam intrinsecam, vocauit mediam.

G Cōmunia signa ophthalmiarū secūdum Iesum sequuntur accidētia apostematum aliorum membrorum: sicut inflatio, dolor, durities, calor, & rubedo, venarum repletio, & fluxus humiditatum. Signa autem propria significātia materias, accipiūtur ab Alcoatin, et ab Alçaram, Galas, Albucas. Quia ex sanguine signa sunt rubedo, & caliditas oculi, temporum, & partium adiacentium inflatio, et grossities venarum, coniunctiuæ, palpebrarum lippitudinis, & lachrymarum multitudo, extēsio, & grauitas in toto corpore, maxime in capite: & reliqua sanguinis signa.

Signa ex causa cholerę dolor, et calor fortis & acutus, & rubor floridus in oculo, & partibus adiacentibus, lachrymarum multitudo cum acuitate, & paucitate lippitudinis: infra oculum sentit puncturam, et mordicationem: ac si arena infra ipsum esset. Et signa
H choleræ in corpore manifestantur.

Signa ex causa phlegmatis sunt multa inflatio cū remissa rubedine, calore, & dolore, lachrymarū exuberantia absque acuitate, grauitas in corpore: & reliqua phlegmatis signa.

Signa ex causa melancholiæ sunt paucitas rubedinis, & tumoris, & humiditatis, cum reliquis melancholiæ signis. Ophthalmia quatuor habet tempora sicut & alia apostemata: principium, augmentum, et statum, & declinationem.

Signa principij sunt accidentia dicta parua incipientia. Quando autem augmentantur, & decurrunt de oculis, & naribus lachrymæ, & humores crudi, augmentum iudicatur secundum Iesum. Quando est magna furia, & incipit, aliqualis remissio est status. Quādo autē abscinditur fluxus notabiliter, & muci-

lagines

lagines sunt paucæ, & spissæ, et palpebræ coniungũtur: tunc est declinatio. Coniunctio autem (vt dicit Iesus) est de maioribus signis maturationis. Iudicia lippitudinis, sunt hæc. lippitudo velox cum grauitate, & bona maturatione, & æqualitate, & albedine, & quæ cito separatur, & resoluitur: est laudabilis: contraria vero & granulosa, est praua.

Ophthalmia capitalis declaratur per grauedinem, & dolorem capitis. Et si adest rubedo, & calefactio, & dolor, & pulsatio circa frontem, & tempora cum extensione, & venarum repletione, & inflatione: significatur ꝙ venit propter velamen extrinsecum. Et quando prædicta non adsunt, & adest continuus fluxus, sternutatio, & pruritus in naso, & palato: venit propter intrinsecum. Et si est stomachalis, est cũ nausea, & vomitu, ac conturbatione stomachi. Dolores acuti oculorum sunt molesti. Nullum autem symptoma, inquit Gal. in quarto myamir, ita molestat laborantes sicut dolor. Mori enim magis vellent aliqui quam per totam diem pati dolorem. Et ideo cum magna diligentia sunt sedandi dolores, & soda: quando coniunguntur cum ægritudinibus oculorum vt dicetur infra.

Dolores vero mordicationem materiæ, aut multitudinem, seu ventum vaporosum in tertiodecimo therapeu. in oculis ostendunt. Quando in ophthalmia feb. fortificatur, magna prognostica occasionũ.

Præterea si remedia in ophthalmia non conferũt: & ipsa in oculo tardauerit, scias ꝙ rheuma descendit ad oculum: aut ꝙ materia retinetur infra tunicas: aut scabies est in palpebra, quæ continuant ophthalmiã. Amplius scias ꝙ species ophthalmiarum habent periodos, & paroxysmos sequentes analogiam, & materias, ex quibus fiunt in secundo. de differentijs feb. & longior periodorum prolongatur vsque ad dies septem. vt dicit Iesus. Propterea scias ꝙ ophthalmia est morbus contagiosus: & transit libenter de vno oculo ad alium. In oculis patiente a diarrhœa accipi bonum, septimo aphorismorum. Ophthalmia secundum Gordonium nõ est negligenda: quia si male curatur, malas dimittit reliquias: sicut rupturam corneę, maculas, & pannos tædiosos.

Cura ophthalmiæ maioris, & minoris non variatur nisi secundum magis & minus. Vltra communem curationem apostematum aliorum membrorum, specificatur in quatuor rebus. Prima est in vita. secunda in materia antecedenti. tertia in coniuncta. sed quarta in correctione accidentium.

Primo enim specificatur de vita, ꝙ diminuatur cibus, & potus maxime serotinus: vitando vaporosa: ex eis eligendo cibos pauci & laudabilis nutrimenti. dimittendo carnes, & vinum proprie in principio, & in materia calida, & forti dolore. Et super cibum accipiat aliquid de coriandro, aut ex citonijs ad reprimendum fumos, vt non ascendant ad caput. Et stet in loco obscuro: & coram se teneat pannos virides, nigros, atq; blauos: fugiat claritatem, splendorem, et fumum, puluerem, atq; ventum, coitum, atq; iram. non iaceat super faciem suam. immo semper teneat caput altum. Ventrem laxet: somnum diligat et quietem. Nullo modo grauet oculos tactu, & aspectu.

Secunda res completur secundum materiæ diuer-

A sitatem, ut superius fuit dictum. Euacuando, diuertẽdo, & intercipiendo materiam: & rheuma, & dolorem capitis sistendo cum phlebotomia, & euacuatione cum medicinis laxatiuis appropriatis: vt dictũ est in capite. & cum clysteribus acutis, & fricationibus, & ligationibus dolorosis secundum extremitates: & cum ventosationibus, & sectionibus seu cauterijs, super spatulas & collo, & emplastrationibus desiccantibus materiam rheumatizantem: super caput de milio, & sale, & stercore columbino chamomil. aniso, et consimilibus, et cauterijs punctualibus, super molle capitis. Et si necesse est, ad melius intercipiendum materiam maxime calidam pręcipit Gal. in. 13. therapeu. incidere venas temporales & frontales: & eas claudere cum grano frumenti, aut thuris tosti, aut aliquo corrosiuo, aut arterias ligare quem-

B admodum, varices in duobus locis in medio incidere, & postea incarnare, & super frontem, & tempora cum binda ligare. Emplastrum restrictiuum, factũ de bolo arme. farina lentium, de gallis, psidia, acacia, aloe, thure, & similibus cum albuminibus ouorum incorporatis. Et ista toties reiterare quousq; habeatur intentum.

Tertia requirit secundum heben Mes. alterationem, & digestionem eius, quod transmissum est: & illud completur cum repercussiuis domesticis in principio, & cum paucis resolutiuis additis repercussiuis in augmento, & cum æqualiter mistis in statu, & cum puris resolutiuis, & desiccatiuis in declinatione. Igitur in principio, quãdo materia est calida, ponantur ea, quæ materiæ acuitatem, & inflammationem remouent, & reprimunt: qualia sunt aqua ros.

C & albumen oui, portulaca trita, & superposita: endiuia, solatrũ, & psyllij mucilago: et collyrium album in quo est opium, vt vult Halyab. quia opium, nisi quando dolor superat, visum hebetat, & confundit tertio therapeu. Cuius forma secundum Galaf ex libro sumitur Damasceni. Reci. cerussæ ablutæ, drac. viij. amyli, drac. iiij. gũmi arab. dragagãthi, ana drac. ij. fiat collyriũ cum aqua rosa. Et si cum prædictis cũ cotõe emplastraretur leuiter, et absq; dolore oculus, esset bonũ. Deinde in augmento, expedit lac muliebre, et mucilago citoniorũ, et fœnugręci extractis cũ aq̃ ros. & collyriũ albũ in quo est sarcocolla. Cuius forma a Rasi est assumpta. Reci. cerussæ ablutæ, drac. viij. amyli, drac. iiij. sarcocollæ nutritæ cum lacte asinæ, gummi arab. dragaganthi, ana drac. ij. opij, drac. 5. fiat collyrium cum aqua pluuiali: & emplastrare

D cum istis, & vitello oui est satis expediens. Et miror multum de Gordonio, qui dixit ꝙ omnes sapientes conueniunt ꝙ sarcocolla non competit, nisi in declinatione: & tamen in ipsa est dissolutio parua absq; mordicatione, quod est necessarium in augmento: & cum hoc Ras. Alcoatis, Heben Mes. & Açaram eam in augmento commendant. forte credidit, quia Iesus eam in puluere prohibuit in principio: ꝙ etiam, & in alijs temporibus prohiberet. In statu vero ponatur mucilago fœnugræci cũ aqua meliloti extracta. Aut collyrium album in quo est climia ex magno antidotario Galaf acceptum. Reci. cerussę ablutæ, drac. viij. amyli, drac. iiij. climiæ, drac. ij. gũmi arabici, olibani, añ. drac. i. opij, drac. 5. fiat collyriũ cũ aq̃ fœnugræci. Collyrium citrinum, & collyrium rosatum ad eandem intentionem sunt confecta: & emplastrare cum

eisdem est vtile, aut cum mica panis, aut cum medulla pomorum coctorum cum aqua ros. sief rosatum ponitur a Iesu in capitulo de liuiditate, & sanie retro corneam. Recipe ros. rub. recentium mundatarum a capitis fustis, drac. iij. viridis æris, batituræ æris, ana drac. ij. spicæ nardi, drac. ij. myrrhæ, drac. iiij. gummi ara. cadmię vstæ, & lotæ, ana drac. xxiiij. croci, drac. vi. opij, drac. iij. summa medicinarum. 14. terantur, & pistentur cum aqua pluuiali. & fiat sief.

Sief citrinum descriptione Alexādri. Recipe amyli, drac. xxi. sief memithe, drac. viij. sarcocollæ, dragaganti, gummi arabici, ana. drac. iij. croci, drac. ij. et 5. myrrhæ, drac. i. opij, drac. ij. confice cum aqua pluuiali. In declinatione balneum, & fomentatio, & pyria cum aqua decoctionis ros. chamomillæ, meliloti, fœnugræci sunt optima: & collyria de tutia, & pulueres, tunc habent locum quorum formæ sunt tres. Prima est, Montispessulani. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. 5. lapidis calaminaris præparati, drac. ij. gariophyl. clauos. v. gariophyl. cum melle, vnc. i. vini albi, vnc. ij. aquę ros. quartam. i. camphoræ, drac. i. fiat collyrium. Secūda forma est collyrium de domo. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. i. aloes succotrini, vnc. 5. camphoræ, drac. i. aquæ ros. lib. i. succi granatorum quartam. i. Tertia forma est puluis quem magister Arnoldus fecit pro Papa Ioāne pro rubedine, & humiditate oculorum. Recipe tutiæ præparatæ, vnc. i. antimonij præparati, vnc. 5, margaritarum, drac. ij. floris coralli rub. drac. i. & 5. serici crudi de flosculo vermis, drac. 5. fiat puluis subtilissimus: & seruetur in pyxide ęrea: & ponatur cum stillo. Item & puluis citrinus, qui secundum Rasim valet in fine ophthalmię: sic fit. Reci. sarcocollæ nutritę, drac. x. sief memithe, drac. iij. lycij, aloes, ana. drac. ij. croci, drac. i. spumæ maris, vel myrrhæ, drac. 5. fiat puluis. Si autem materia est frigida, in principio administretur sief de spica. Cuius forma secundum heben Mes. Reci. sarcocollæ, drac. v. spicæ, drac. ij. ros. croci, ana drac. ij. amyli, aloes, gummi arabici. dragagāthi, ana drac. i. opij, dra. 5. fiat sief cū aq̃ pluuiali. & emplastretur oculus cum emplastro de folijs maluarum, & anetho coctis cum vino. Cum autem signa maturitatis apparuerint, fomentetur oculus cum aqua decoctionis fœnugræci, & meliloti: & imponatur puluis citrinus, & emplastretur cum medulla panis infusa in uino, et expressa. et administretur meri potatio: & tunc verificatus erit totus aphorismus Hippo. Dolores oculorum meri potio, lauacrum, pyria, phlebotomia, aut pharmacia soluit.

Quarta res completur corrigentibus accidētium, quæ occurrunt etc.

### *De dolore oculorum.*

In dolore oculorum administrentur medicamina puncturarum, & mordicationum, narcocitatis parum habentia sedantia, secundum q̃ exiget dispositio. De pleno, & ventoso, qualia sunt secundum heben Mes. albumen oui conquassatum cum aqua papaueris, & mucilago psyllij cum eadem aqua extracta: aut cum succo pomorum mandragoræ ac lactucæ. Et quando necessitas occurret, ponendum est de opio: non tamē multiplicanda sunt narcotica: quia tardāt statum, & maturationem. & cum hoc nocent visui, vt dictum est.

E Et ad hoc laudatur collyrium album cū opio. Cuius forma est superius dicta: duntaxat q̃ addatur de opio drac. i. & istam fomentationem ad hoc dictat Azaram, Reci. papaueris, plantaginis, ana partes. ij. croci, memithe, aloes, gummi arab. acaciæ, ana partem. i. coquantur cū aqua, & administrentur. Istud etiam emplastrum valet ad hoc, vt accipitur a. xxi. parte antidoti magni. Açaram, Reci. croci, memithe, lycij, aloes, acacię, ana partes ęquales. terantur, & cum succo auriculæ muris, & lacte mulieris puellam nutrientis, fiat linimentum. Nocumentum q̃d prouenit ex narcoticis, cū fomento decoctionis chamomillæ, meliloti, fœnugræci remouetur. Puluis Açaram, de corticibus ouorum gallinarum præparatis. quem appropriat Iesus ad dormitādum infirmum, videlicet, puluis tutię, & sarcocollæ, & zuc. quem
F benedicit Beneuenutus in omni tempore ophthalmiæ: non placent mihi: quia pulueres omnes in principio, & in dolore forti oculos irritant, & aggrauant: vt ipsemet Iesus confitetur. Somnus prouocatur cum narcoticis dictis: præcipue addendo papauer, rosa. viol. nenufar, sandalos cum lacte, & succo hyoscyami cōfectis, & supra proram capitis applicatis. Sordities remouetur humectando palpebras cum aqua tepida. & aspergendo eas cum cotone subtili super stilum inuoluto. Et vniuersaliter in curatione ophthalmiæ, & ægritudinum aliarum oculorum, documenta obseruentur, quæ infra in tractatu oculorum dicentur.

### *De sanie retro corneam.*

G Et si elongata fuerit ophthalmia, & sanies acciderit retro corneam, medicetur cum sief de thure vtili vlceribus, & saniei grossę posito a Iesu in capitulo de dubellati. Reci. cerussę, drac. viij. opij, sarcocollę nutritę, ana drac. i. draganthi, gummi arabi. ana drac. iiij. thuris drac. i. Et secundum heben Mes. ammoniaci, croci, ana drac. i. fiat sief cum aqua pluuiali: aut cum mucilagine fœnugræci. Et si cum istis non resoluitur, curetur cum diaphoreticis, & consumptiuis: ad quę summe conferunt infusiones, & stuphę, & collyria data in declinatione, & in frigida ophthalmia: & collyrium de myrrha in. 14. therapeu. multum comendatur: & omnia quę conferunt in curatiōe aquę: sicut opopona. euphorbium, & similia. & balsamus in hoc est mirabilis. Et si non potest resolui: de cōsilio Iesus, et Alcoatim, est q̃ scindatur locus cum spatumine paruo super corneam,
H inter pupillam, & albū, & extrahatur virus. Et Gal. dicit. 14. therapeu. q̃ in tempore suo quidam medicus oculorum curabat saniem retro corneā tali modo. Faciebat sedere ęgrum in sede: & tenebat caput ipsius ex duabus partibus: & mouebat eum motione vehementi quousq; videbat illud virus descendere inferius.

### *De bothoribus, & uesicis.*

Pręcipitur q̃ resoluantur, & maturentur cum eisdem, & si non possunt resolui, nec per incisionem extrahi ad decorandum oculum, vt dicetur inferius de eminentia accidēti in vlceribus oculorum, ligentur cum filo: post autem eruptionem, cura vlcerum regantur. De macula, & vestigio quę sequuntur ista: infra deo dante dicetur in sexto.

De

De apostemate etiam lachrymalium, in tractatũ de vlceribus dicetur.

*De apostematibus aurium.*

Apostemata aurium calida & frigida, saniosa, & non saniosa: quædam fiunt in profundo auris: quædam in superficie: quædam in radice auris. Et habent causas, & signa, sicut & alia apostemata, prout in communibus superius fuit dictum.

Iudicia tamen habent propria: videlicet ꝙ ad ea sequuntur dolores maiores ꝙ̃ in alijs, maxime ad calida existentia in profundis, versus porum auditiuum. Dolores aurium fortes sunt periculosi, ad quos sæpissime sequitur feb. & alienatio & syncopa, & etiam mors. Et magis periclitantur de dolore adolescentes ꝙ̃ senes. Vnde iuuenes in septem diebus pereunt: & vix suppurationem expectare possunt. Senes autem vltra transeunt: & eorum apostemata suppurantur. Et hoc est propter diuersitatem sensibilitatis ipsorum, in tertio prognosticorum.

Cura talium apostematum, quantum est de dispositione, non variatur a cura omnium aliorum apostematum. Quantum autem ad locum, & symptoma dolorosum, diuersificatur. Quia licet apostemata in profundo, & superficie aurium in principio curentur cum aliquibus domesticis repercussiuis, auribus appropriatis, alterantibus, & refrænantibus materiam: tamen quæ sunt in radicibus aurium, & emunctorijs cerebri, quæ Gal. appellat parotidas, nullo modo repercutiuntur neq; refrenantur: immo toto posse extrahuntur, vt dicetur infra quãdo de apostematibus subascellarum, & inguium tractabitur, non obstante qd' de hoc recitauerit Henricus. Dolor etiam, quia aliquoties superat suam causam, præuaricat ordinem curationis, & inducit necessitatem narcoticorum. In cura ergo istorum apostematum profundi videlicet, & superficiei aurium, specificantur quatuor res. Prima est in vita. secunda in materia antecedenti. tertia in coniuncta. quarta in accidentibus.

Primum & secundum complentur, per capitula communia, secundum ꝙ fuerunt completa, & appropriata, specificata in capite, & in ophthalmia.

Tertium completur secundum diuersitatem materiæ: quia in apostemate, de calida materia in principio, alterantia frigida domestica: qualia sunt secundum Gal. in tertio myamir. oleũ rosa. bullitum cum aceto vsque ad consumptionem aceti, & trochiscis de glaucio, id est memitha: in quo sit. 12. pars gummi ara. confecti cum aqua pluuiali dissoluti in vino. Halyabbas vero concedit collyria alba cum lacte dissoluta. Auicen. vero laudat lac muliebre vice post vicem vsque in tertium diem. Deinde post principium concedit mucilaginem se. lini, & fœnugræci: & aquã volubilis: de qua dicit ꝙ confert in hora. In statu cõceduntur vaporationes mistarum virtutum, velut est decoctio rosf. chamomil. meliloti administrata cũ emboto: & cum inunctione oleorum declinantium ad aliquam caliditatem, ut est oleum amygdalarum. Et post ista Gal. in tertio myamir. laudat basilicõ dissolutum cum oleo rosf. si adhuc est caliditas: & cum oleo nardino, si fuerit remissa. Et Auicen. in isto casu, quando caliditas fuerit remissa, iubet distillare vice post vicem cum stillo cum cotone inuoluto adipem vulpis tepidam, aut lacerti, aut anatis: & butyrum seu medullam cruris vituli: de qua dicit heben Mes. quod est experta. Si autem non esset apostema calidum, iubet administrare medicamen compositum cũ adipe caprino, melle, rob, hyssopo humida, & oleo laurino, de lilio, & de nardo, rutha: & oleum de balsamo: etiam si tunc fieret suffumigatio cum decoctione hyssopi, sansuci, betonicæ, fœniculi, & ruthæ, non esset malum. Et si apostemata conuertuntur ad saniem, medicamen laudatur istud ab heben Mes. Recipe farinam fabarum, farinam hordei, chamomillam, melilotum, viol. althæam. decoquantur cum aqua, & rob, & oleo chamomillæ. & fiat emplastrum, & vtere. Si autem apostema fuerit extra aurem, quia est pauci timoris secundum Auicen. sufficit emplastrum dictum. In bothor autem qui fit in aure, sufficit decoctio ficuum cum tritico. Saniem, cum vino & melle, & reliqua cura vlcerum aurium curetur.

Quarta autem intentio completur secundum accidentia: dolor enim quod est proprium symptoma istorum apostematum, sedatur secundum materiam de ꝙ̃ fit. Si fit a causa calida, laudat Gal. in tertio myamir, trochis. factos de opio, & castoreo, & vino cocto dissolutis cum eodem uino tepefacto, & suauiter cum lana molli in aurem infundantur. Postquam autem bene fomentaueris, dimittes parum quiescere: & ab extra lana in ipso orificio, & in tota aure, calida apponatur. Et si eguerit iterum fomentare, rursus fomentetur, cauens quantum est possibile, ne ipsum porum tangas, nec molestes. Auicen. autem ad hunc dolorem laudat oleum rosf. vel viol. tepidum. aut albumen oui cum camphora: verum oleum viol. dicit esse magis sedatiuum quam rosatum, propter mollificationem quæ est in ipso: & lac mulieris cum aqua solatri, & oleo rosf. aut amygdalarum: in quo vermes terrestres, aut qui reperiuntur sub urceis, aut lapidibus, cum multis pedibus, rotundi, vt media faba, sint bulliti: & oleum de se. cucurbitæ, & oleum nenufarinum, papauerinum, & salicinum iniecta tepida, & exterius cum lana applicata. Et Auenzoar gloriosus iubet apponi oleum de vitellis ouorum: quoniam vt dicit incontinenti remouet dolorem: & properat exitum saniei. Si vero a spiritu uentoso aut ab humore non habente exitum fuerint, permisce quæ dicta sunt cum aliquo aperientium pharmacorum: velut secundum Gal. vbi supra, est nitrũ quod aphronitrũ vocatur: & vterque elleborus: & vtraque aristolochia, & rutha, centaurea, radix cucumeris syluestris, radix bryoniæ, & ari, & dragonteæ. & costus, cinnamomum, & cubebe. Propterea, vt dicit, scripsit multa exempla pharmacorum. ut non habeat eorum inopiã: quia non omnia in omnibus regionibus reperiuntur, sed certa in certis. Auicen. autem laudat calefactoria cum ventosa plena aqua calida, & milio, & sale, & pannis calefactis: & heben Mes. euaporationem emboti factam cum decoctione chamomillæ, meliloti, anethi, fœnugræci, caulium, rubi, sansuci, herbæ venti, vel parietariæ. Et oportet, vt dicit Auicenna, vt postponatur vsus narcoticorum vsquequo timeatur syncopa, & proprie cum fuerint humores frigidi.

Istud enim nocet eis ualde. Quod si accidit nocumentũ ex vsu narcoticorum, administra castoreum post illud solum.

Glandulæ, & scrofulæ quæ in istis locis sæpissime generantur, vt superius fuit dictum curantur. Apostemata emunctorij cerebri, sub aure cum cordis emunctorijs dicentur. Caue tamen in incisione de venis, & arterijs, quæ ibi sunt magnæ, & grossæ, ex quorum incisione multa sunt pericula: & de reuersiuo neruo qui est ibi: quia per eius incisionem perditur vox. De alijs autem passionibus quæ veniunt in facie, inferius dicetur. Nam licet polypus narium, & noli me tangere, alcola, in principio sint apostemata, seu pustulæ: quia cito efficiuntur vlcera, cum ipsis reponentur. Apostemata oris, vt squinantia, tractantur, de quibus satis dicetur.

### *De apostematibus colli, & dorsi.* Cap. III.

Apostemata colli sunt duplicia: quædam sunt in membris extrinsecis cõtinentibus: quædam in intrinsecis contentis. Prima assumunt nomen generis, & vocatur simpliciter apostemata. Botia, glandulæ, aut pustulę: quæ vt alia curantur communia.

Secunda vero nomẽ habent proprium: quia squinantia vocantur: & proprium habent modum curandi.

### *De squinantia.*

Est ergo squinãtia apostema gutturis, & partium eius, viam aeris, et cibi impediens. Cuius species secundum loca distincta, quatuor assignat Auicen. sequẽdo sententiam Gal. in quarto libro de locis affectis. Vna est, quãdo apostema est in lacertis extrinsecis: ita quod fit apostema solum apparens extra in membris continentibus.

Secunda species est, quando est in lacertis extrinsecis versus spondylia: ita quod apostema solum apparet intus versus fauces, & amygdala, quando comprimitur lingua.

Tertia species est, quando est in lacertis intrinsecis ipsius meri: & tunc non apparet sensui: sed manifestatur rationi, per maiorem offensionem transglutionis quam anhelationis.

Quarta species est, quando est in lacertis intrinsecis ipsius cannæ seu epiglottis: & tunc etiam non apparet sensui, sed rationi: quia magis ostendit anhelationem quam transglutionem.

Vnam aliam speciem assignat Gal. in quarto de locis affectis, quę vocatur strumosa: quę fit propter dislocationem primi aut secũdi spondylis colli, de qua in dislocationibus inferius fiet sermo.

Causæ squinantiæ sunt sicut & aliorum apostematum vniuersales, & particulares: fiunt enim vtplurimum per viam deriuationis: & habent materias calidas, & frigidas: vt in sermone communi apostematum fuit dictum.

Signa & iudicia. Quantũ ad causas sunt, vt aliorum apostematũ: quantũ ad locũ autem secundũ Gal. ubi supra, omnes species quandam difficultatem operantur secundum transglutionem, & respirationem, & coguntur stare recti, & linguam extrahere: & potus sæpissime ascendit ad nares. Auicen. addit oculorum egressionem, & linguæ difficultatem, secũdum nares locutionem. Signa ma-

E la, & timorosa in squinantia sunt dyspnœa fortis, & origmonica: transglutiendi magna difficultas: colli contractio: emissio linguæ, & spumæ ad modum fatigati equi. color malus in linguam labijs, & oculis: ac etiam extremitatum frigiditas: sudor frigidus, & cordis defectus. Signa vero bona sunt quies, somnus tranquillus, alleuiatio doloris, & anhelitus, & transglutionis, & malorum signorũ priuatio. Squinantia est ægritudo breuis, & periculosa: & secundũ Hippo. tertio prognosticorum, illa est pessima, & citius mortifera, quæ intus in gutture, nec extra apparet. Et quæ est cum dolore acutissimo, in spiritu, qui recta ceruice trahitur: hæc autẽ species in primo die, aut secundo, aut tertio, aut quarto suffocat.

Altera huius species mala, est quando apparet intus in gutture, & non extra. Et ipsa est plus mortifera quam prima.

F Tertia quæ apparet intus, & extra, prioribus diuturnior est.

Quarta autem species quæ omnino extra prominet, tutior est alijs. Squinantia quæ nõ transmutatur, neque patiens putredinem exposuit, & dolor requiẽ inuenit, & subito euanescit: mortem vel laboris iterationem promittit. Item quinto aphorismorum, decimo quibuscunque squinantia ad pulmonem cõuertitur, in septem diebus moriuntur. Si vero hos effugerint, empyici fiunt. Propterea in sexto aphorismorum tregesimoseptimo. In squinantia bonum est apostema foras exire, & membra interiora dimittere. Amplius secundum Auicen. omne apostema perfocatiuũ aut resoluitur, aut permutatur, aut collectionem facit, aut interficit. Signa resolutionis

G sunt signa bona iam dicta. Signa permutationis, sunt subita de tumefactio cum nocumento alterius particulæ. Signa collectionis, sunt lenitas, & prolongatio vltra quartam diem. Signa mortis sunt signa perniciosa iam dicta. Amplius squinantia critica est suspecta. Nam secundum Auicen. crisis cũ apostematibus perfocatiuis proculdubio est perniciosa.

Cura squinantiæ conuenit cum cura apostematum communium in diæta, & subtractione materiæ, & in applicatione repercussiuorum in principio: & resoluentium, & maturantium in fine: & mistorum in medio. Differt tamen in his: quia repercussiua non administrantur ab extra: sed ab intra. cum hoc etiam euacuationes, & deriuationes fieri debent sine quacunque dilatione.

H Specificatur ergo curatio talium apostematum in quatuor. primo in vita. secundo in materia antecedẽti. tertio in coniuncta. quarto in accidentibus.

Primum completur, quia vltra diætam communem dictam superius secundum quod heben Mesuë vult, sint cõtenti in principio cum hydromelite, & aqua zuc. deinde procedant ad aquam lentium excorticatarum, & hordei. extinguũt enim sitim, acuitatem, & inflãmationẽ. deinde ad ius cicerũ cũ aqua hordei: deinde gradatim ad sorbitiones ex farina fabarum, & ex amylo, & ex colatura furfuris cum melle. post hæc veniant ad vitellos ouorum, & similia: & nullo modo repleant se. Et venter eorum semper sit laxus. Somnus eorum sit mensuratus, nam in multitudine somni timetur subita suffocatio:

suffocatio: quare oportet ꝙ parum dormiant, & sæpe excitentur.

Secundum completur per euacuationes, & diuersiones cum phlebotomijs, et medicinis laxatiuis secũdum materiam peccãtem: & cum clysteribus acutis, & fortibus fricationibus factis festinanter: quia ægritudo propter membri operationem nõ dat iudicias.

Fiãt ergo primo fricationes, & ligationes extremitatum, & statim clyster. & post in cõtinenti fiat phlebotomia de saphenis. demum post si virtus tolerat, de brachijs: & post eadẽ die de venis sub lingua. Et si esset possibile trãsglutire, in crastinũ detur sibi in materia calida diaprunis, aut diacatholicon acuatum cũ electuario de succo rosf. Et in frigida detˊ hiera picra, aut pilulæ cochię, aut de agarico, & ĩtercipiatur rheuma cum milio, & sale torrefactis, & super caput applicatis: aut cum stercore columbino. Et detur ad lãbendum diapapauer: aut pilulæ styracinæ teneantur sub lingua.

Tertiam rem complent secundum Gal. in sexto miamir, repercussiua in principio ab intra: & lenientia ab extra, vt materia non incuneetur infra guttur: & resolutiua in fine: & mista vt dictum est in medio: sed non quęcunq;: quia non vitriolum, vt ipse dicit: nam nociuũ esset, si descenderet ad inferiora. Sed certa & appropriata ad naturã particulę, uelut in principio cõcedit dianucũ, seu diacaryon. i. cõfectũ ex nucibus, in quo virtus rosf. balaustiarum, myrtillorum, lentisci, rubi, gallarum, sumac, memithe, & consimilium stypticorum sit sigillata. In augmento diamoron, in quo virtus myrrhæ, & croci, & consimilium sigilletur. In fine vero diaron in quo virtus ficuum siccarum pinguium, calamenthi, origani, seu pulegij, hyssopi, satureiæ, & vltra si necesse fuerit sulfuris, & nitri sit sigillata: & proprie talia velut stercus hirũdinis, canum, & luporum, & puerorum, qui nutriti sint lupinis: & vt sunt capita allecium piscium salitorum, & herba dicta morsus diaboli, & consimilium. Diamoron sic fit secundum Gal. vbi supra. Recipe succi mororum vtrorumque partes. v. mellis, partem. i. coquãtur vsque ad mellis spissitudinem. Dianucon fit eodẽ modo: Re. succi corticũ nucũ partes. v. mellis partem. i. coquãtur vsq; ad mellis spissitudinem. Et istæ sunt eorum cõpositiones simplices quæ cõferunt mulieribus, & infantibus, et debilibus. Ego enim inquit Gal. ratione deductus inueni melius dianucum incipientibus phlegmonibus constructum simul cum aliquo stypticorum dictorum: augentibus ipsis cum croco, & myrrha. in statu vero, cũ diaphoreticis dictis. Diahirundinis sic fit. Re. cineris hirundinum drac. iiij. croci, nardi, myrrhę, ana drac. i. confice cum melle: & fiat conditum. Ista autem sunt quę Gal. appropriat ab intra, gargarizando, lambendo, vnguendo, atque exufflando. Ab extra in principio præcipit Auicen. inuoluere collum leuiter cum lana succida infusa in oleo oliuę, aut chamomillę. Deinde in postremo iubet cum istis addere attractiua: sicut baurac, sulfur vstum, & sinapi, atque castoreum, & omne quod rubefacit, & vesicat. Et ista habent locum, si apostema incedit via resolutionis. Quando autem tendit ad maturationem, præcipit hebem Mes. istud emplastrum. Recipe farinæ hordei, seminis lini, ana vnc. i. carnium dactylorum, fi-
A cuum siccarum pinguium, ana vnc. i. ß. micæ panis quartam. ß. coquantur omnia in robis, & pistentur: & fiat emplastrum. Et si impinguaretur cum modico de butyro, esset melius. Rogerius Recipit radicis ebulorum, senationum vel cardonis benedicti, absinthij, ana M. i. farinæ hordei, seminis lini, ana quartam. ß. mellis, vnc. ij. axungiæ porci quartam. i. coquantur, & pistando fiat emplastrum.

Lanfrancus. Recipe nidum hirundinis, & fac illum in aqua bullire diu: postea cum cribro cola: & in colatura coquantur radices lilij, & maluauisci, & bryonæ, & folia maluarum, violarum, parietariæ: pistentur fortiter, & incorporentur cum eis fermenti bene acris, farinæ seminis lini, ana. quod sufficit, bulliantur: & in fine addantur olei veteris, axungiæ porci sine sale modicum: & fiat emplastrum. Hoc enim
B emplastrum miraculose dissoluit, & maturat omnem squinantiam. Et cum istis fiat semper gargarismus maturatiuus cum aqua, & vino cocto, & melle decoctis radicibus althææ, ficuum, seminis lini, & fœnugræci, & similium. Maturato apostemate pręcipiunt ipsum rumpere si est apparẽs, cum sagitella, & mundificare cum mundificatiuo de apio, vel cum aliquo communium exiturarum. Si autem esset intus non apparens, rumpatur cum vnguibus, vel fricando cum aliquo si est possibile. Aut cum gargarismis maturatiuis, et aperitiuis: ut est decoctio ficuum, dactylorum, fœnugręci addendo fermentum. Et fortius secundum Auicen. baurac, nitrum, myrrha, piper, stercus hirundinum, & lupi, semen sinapis, & harmelis, & secundum Rogerium sumatur frustum
C carnium bouinarum semicoctarum: & ligetur cum firmo filo & longo: & facias quod transglutiat: & dum erit in transglutiendo, extrahatur subito cum filo cum violentia: & ita rumpetur apostema. Illud idem potest fieri cum spongia. Aperto apostemate mundificetur cum gargarismis mundificantibus, de vino & melle, & similibus. In materia autem frigida in principio fiat gargarismus cum oxymelite: deinde ascẽdat ad cinnamomum, spicam, & pyrethrum, & assam fœtidam. Et ponãtur ab extra olea, & emplastra conuenientia. Si autem induraretur, mollificetur cum diachylon mundificato cũ axungia gallinacea, aut consimili: aut cum aliquo de mundificatiuis in capitulo de sclirosi dictis superius, et inferius dicendis.

Quarta res completur secundum accidentia: vt si
D dolor adest fortis, fiat gargarismus cum lacte tepido: quia illud est laudatum apud omnes. Et ad idem valet syrupus violaceus, & papauerinus, & penidiæ, et mucilago: se. lini, psyllij, & semina citoniorũ dissoluta cum aliqua aqua styptica, vt esset rosf. plantagi. solatri. Et Halyabbas summe ad hoc commendat cassiam fistulam cum aqua liquiritiæ dissolutam. Si autẽ adesset tanta strictura ꝙ non posset transglutire, ponantur ventosę circuncirca collũ: vt canalis amplietur. Et quandoq; dicit Auic. intromittatur canula facta de auro, aut de argento, ac similibus, adiuuando ad inspirationem. Et aliquando confert in dilatatione deglutionis, & anhelitus, compressio spatularum cum fortitudine. Cumque squinantes vehementiores fiunt: & non valent medicinæ: & creditur ꝙ perditio futura sit, dicit Aui. ꝙ illud per quod spera-

tur euasio, est apertio cannæ vel epiglottis, supple inter duos annulos: taliter q possit anhelare dimittēdo per tres dies, & non vltra: & ex causa quæ dicetur infra, donec transiuerit ægritudinis malitia: & postea suatur, & incarnetur. Quod probat Albuca. ancillæ testimonio, quæ cum cultello partem canalis pulmonis inciserat. Et Auenzoar dictam operationem in capra probauit.

### De botio.

Botium est apostema, siue exitura, aut excrescentia in collo ex materia humorali ī materiam malam conuersa. Cuius causę, & signa sunt, vt aliorum apostematum exituralium, dicta. Iudicia tamen aliqua habent propria. Botium naturale secūdum Albucasim non recipit curam. Botium quod est intrinsecum neruis & arterijs, cum securitate omnino operatur. Botium magnum quod occupat ambas partes est dimittendum. Quocunq; modo botiū extirpare corrosione, & incisione in collo secūdum Arnoldum, est verendum. Botium ægritudo regionalis, & hęreditaria apud multos reputatur.

Cura botii colli nō diuersificatur a cura communi aliorum botiorum, & glādularum dicta superius: nisi in hoc: quod si non possunt curari cum resolutiuis, aut cum maturatiuis dictis in loco allegato, neq; cum desiccatiuis, & consumptiuis appropriatis statim dicendis: fiant secūdum Rogerium cum ferro calido duo setones, vnus secundum longum: alter secūdum transuersum: & quotidie mane, et sero extrahantur ad exteriora, donec penitus caro seu materia sit consumpta. Si quid tamen relictū fuerit, cum puluere asphodelorum, vel consimili deuastetur: & postea ut cętera vulnera curetur. Si autem est liberum, & nō cum venis, & arterijs intricatum: scindatur cutis: & discarnetur: & ipsum cum suo flosculo totaliter, vt supra dictum est, extrahatur. & curetur. Aut si videtur tibi expediens, vt dictum est de scrofulis, caute cum corrosiuis extirpetur.

Desiccantia appropriata et experta per magistros sunt hæc. Primo ab intra ordinat Rogerius electuariū tale. Reci. radicis viticellę, radicis cucurbitę agrestis, cyclaminis, polypodij, bruscij, asparagi, aristolochię rotundæ, radicis cucumeris agrestis, radicis ari, radicis tassi barbassi, spongiam marinam &, paleam marinam ana partem. i. adusta spongia & palea reliqua pulueriçentur: & conficiantur ad modum electuarij, supple cum melle, de quo pręcipit aliquantulum ponere sub lingua cum vadit dormitum: & demane administretur vnus gobelletus potionis factæ cum vino decoctionis radicis maliterrę, radicis tassi barbassi, polypodij, betonicæ, brancæ vrsinæ: & ita iubet continuare per decem, aut undecim dies. Cum prędictis etiam iubet lac porcæ primos fœtus lactantis apponere. empiricum est. quare non multum curo. neq; etiam de prædicto auxilio: nisi inquantum diureticum est. Et purgatio per urinam in talibus fuit superius, in de glandulis, commendata. Emplastra ad dissoluendum ipse cum suis magistris docet facere de radice lapathij, raphani, cucu. agrestis, saxifragiæ, coctis, & cum axungia aliqua mistis. Superius tamen in capitulo scrofularum, plura sunt imposita emplastra ad resoluendum, & maturandum: quare illic requirantur. Lamfrancus ad hoc dictat aliam

E potionem cum vino decoctionis paruę plantę nucis cum suis radicibus, & piperis. Magister Dynus facit puluerem de spongia combusta, ossis sepiæ, salis gēmę, & communis radicis chelidoniæ, cyperi, succi cyclaminis, çinç. pyrethri, bedegarū, nucis cypressi, paleæ marinæ. Ego tamen addo scrofulariæ radicem, & philippendulæ. & vtatur vt supra. Tales autem medicinæ multas habent promissiones, operationes vero paucas.

### De apostematibus dorsi.

Quia in anatomia colli fuit posita anatomia dorsi, pro tanto expediendo dicimus q apostemata dorsi in causis, & signis, & cura satis conueniūt cum communibus, nisi in hoc q ista magis sunt periculosa, propter propinquitatem nuchę quæ vicaria est cerebri, vt in anatomia fuit dictum: vnde in duo-
F decimo de vtili. particularum, symptomata nuchæ similia sunt symptomatibus cerebri. Et ex hoc nō debemus ea repercutere ita fortiter sicut et alia. Sufficit enim a principio ponere alterantia, & refręnantia domestica, quale est oleum rosatum. Cum hoc etiam quando saniantur, non expectetur ad aperiendum perfecta maturatio: & in aperiendo, secundum profundum sequatur, & caueatur neruorum origo. nā eorum punctura, et incisio est periculosa. Gibbositas est proprie dorsi passio. verum quia proprie non est apostema: licet possit ab apostemate causari, sed dislocatio: dicetur infra.

### De apostematibus omoplatæ, & brachiorum. Cap. IIII.

G Apostemata omoplatæ, & brachiorum non variantur a cura communi: nisi quod circa iuncturas anticipatur apertio, ne sanies sui mora corrodat, & dissipet neruos, & ligamēta. & per consequēs profundetur iunctura: & efficiat fistulam præcipue circa cubitum, in quo maior est ligamentorum, et ossium infiltratio. Et caueatur apertio circa summitatē: sed circa latera. nam motus & ossis denudatio impediunt consolationem.

### De apostemate post phlebotomiam.

Cæterum contingit brachia apostemati aliquoties post phlebotomiam: vbi quod cōsulit Aui. in principio est bonū: uidelicet q ex altero brachio minuatur secundum q tolerauerit: & super ipsum emplastrū de cerussa, & in circuitu de infrigi-
H dantibus fiat epithema. Ego autem emplastraui cum bolo ar. & albuminibus ouorum. Illud autem quod dicit Iamerius de fomentatione mollificante & resoluente, & stupa, & ligatura: competit in processu etc.

Emborisma seu aneurisma, est apostema leue ex sanguine, & vētositate repletū secūdū Aui. q̄rto sui canōis, capitulo de fluxu sanguinis. Vnde Gal. in de tumoribus pręter naturā. Arteria uero destructa emborisma hæc passio vocatur: fit autē diuisa ea, cum iam in cicatricem accidit præiacens eis cutis: quia ut dicit Aui. plurimum fit in curaturis, collo, & inguinibus per se a causa intrinseca: aut ex phlebotomia. Et quia illa magis fit in brachio, ideo ponitur in capitulo brachiorum. Cognoscitur autem huiusmodi passio per viros præfatos: quia pulsat vt arteria: & premendo retrocedit: & reuertitur vt ruptura.

ptura. Cura ipsius fit dupliciter. uno modo cum cõpressiõe facta cum emplastro styptico & ligatura, ad modum rupturę. Alio modo ꝙ ab vtraq; parte arteria discooperiatur, & ligetur cum filo: & illud quod erit inter duas ligaturas, incidatur. Et post ut communia uulnera curetur. Alium modum assignat Albuc. cum duabus acubus ligando: de quo infra in eminentia vmbilici dicetur.

Solet circa manus aliquoties accidere inflatio carnosa, & phlegmatica quæ a multis chiragra dicitur. Cuius causæ, et signa in apostematibus phlegmaticis superius sunt dicta: veruntamen quæ est naturalis, antiqua & confirmata, non recipit curationem. Cura vero curabilis non differt a cura communi apostematum phlegmaticorum: nisi quia propria aliqua habent auxilia, & cauterizationem quæ indiget secundum incessum ossium, rachetæ cum cultelari, vt morbus non redeat. Auxilia propria sunt hęc. Primo magister meus Montispessulani faciebat hoc. Recipit caulium rubeorum. M. v. ebulorum, tribulorum marinorum ana. M. ij. coquantur cum lixiuio cinerum clauellatorum, & aliquantulo aceto, & sale terantur, & fiat emplastrum. Consequenter secundum magistrum meum Ptolosanum fiat chirotheca siue bursa de bono corio: & impleatur de bono lixiuio cinerum ficariorum & sarmẽtorum, atq; filicum cum modico sale & aceto: & in ea manus ponatur: & taliter claudatur, & ligetur, ꝙ nihil exeat: et ipsam sępe cum aqua calida in altero vase calefaciat: & hoc tantum continuetur quousq; manus sit deinflata. Nonnulli vero primo eam balneant cũ aqua decoctionis squinanthi, vel alicuius rei subtiliantis, postea cum pice, & cera applicatis violenter attrahẽdo mollificat manum. Consequenter eam suffumigant, et stup hant cum fumo eleuato ab aceto iniecto super marchasitam, aut lapidem molarem ignitos. Vltimo emplastrantur cum galbano, & ammoniaco, & consimilibus. Modi tantũ primi mihi sunt magis experti. Nihilominus in tali casu magis assuesco spongias infusas in lixiuio forti calido, in quo sit alumen, & sulfur, & sal, ligando stricte, vt in apostematibus fuit dictũ phlegmaticis, ꝗ̃ in aliquo alio. & dicetur in de elephantia magis complete. In omnibus tamen dispositionibus materia ad alteram manum cum fricationibus, & põdere deriuetur. Et in fine cũ cauterijs dictis qui vult procedere.

*De apostematibus digitorum fistulosorum.*

Nascuntur circa iuncturas digitorum quãdoque apostemata phlegmatica dura cũ colore fusco: in quorum circuitu venæ eleuantur, vlcerantia, & corrodẽtia ossa, & ligamenta, ut dicit Guil. de Sali. currẽtia & permutantia se aliquando de mẽbro ad membrum uelut sephyros dictus ab Auicen. ferinos.

Cuius causæ & iudicia, & cura sunt sicut scrofularum squãmosarum: vngendo a principio, cum oleo de spica, & de lilio, & cũ diachylon desuper. Et si cõtingat eam vlcerare, mundificetur cum vnguento apostolorum, & puluere asphodelorum. Et si est necesse, cum arsenico, sicut in scrofulis fuit dictum. Si autem os fuerit corruptũ, cauterięetur, & remoueatur corruptum. Nam cauterium omnem corruptionem remouet, vt dicetur: post autem, curatione alio

A rum vlcerum curetur.

Panaritium est apostema calidum exiturale, circa unguiũ radices generatũ. Cuius causæ, et signa per capitula calidorum apostematum superius dicta habetur. Iudicia tamen aliqua habent propria. Quia secundum Auic. est difficilis, & vehementis doloris: ita ꝙ aliquando facit feb. alienationem, & syncopim. & per consequens interficit. Et quandoque vlceratur, & perducit ad corrosionem, & corruptionem carnis, ossis. & per consequens ad totius digiti esthiomenationem, & perditionem, & emittit saniem subtilem, & fœtidam vtplurimum.

Cura ipsius non veriatur a cura communi, nisi in maiori infrigidatiõe, & refręnatione circa principium, & maiori sedatione doloris. Facta igitur phlebotomia, euacuatione, & diuersione, &

B diętatione calidarum materierũ, infrigidetur in principio cum aceto puro, aut cum se. psyllij mucilaginato, aut cum gallis, & corticibus granatorum misto.

Vnde Halyabbas dicit ꝙ sapiens Hippo. in quarto epidimiarum cum galla viridi, & aceto dolorem curabat. Camphora etiam ab Aui. in hoc multum laudatur. In augmento & statu acetum cum farina hordei, aut cũ furfure apponatur. Et in fine cõpetit oleũ ros. cũ thure, & nigella ad resoluẽdũ. Si vero collectionẽ facit: iuuetur ad maturandum cum mucilagine psyllij cum aqua adipe mista: aut cum isto emplastro. Et est Guil. Recipe vitellos tres aut quatuor ouorum coctorum, farinę fœnugręci. & se. lini, mucilaginis maluauisci ana vnc. i. butyri recentis quartam. ʒ. incorporentur omnia, & fiat emplastrum. Et cum est maturatum, perforetur perforatione subtili, &

C parua, & euacuetur quod in ipso est: et mundificetur cum melle, & farina lentium, & lupinorum, & aloe est de melioribus rebus ad incarnandum.

Si vero vnguis carnem pũgeret, abscindatur. Si vero vlceraretur, cum trochiscis asphodelorum, aut calidicon seu arsenico, deliccetur. In casu vero in quo est corruptum os, discooperiatur: & os cum ferro calido cauterięetur. Cauteriũ enim in hoc est iuuatiuũ valde, vt dicit Albuc. Si etiã esthiomenatur, scarificetur, & cura illius percuretur. Et si ambularet corruptio ad digitum, ita ꝙ de ipso timeatur: incidatur, & cauterizetur. In omni autem dispositione ad intercipiendum materiam, circũcirca digitum & manum, cum oleo ros. aut vnguento de bolo armeno inungatur. Dolorem autem mitigat Aui. cum opio. & si mucilago psyllij cum eo misceretur,

D res esset perfecta. Guilelmus tamen ad hoc facit aliud vnguentũ in quo Halyab. consentit. Recipe olei ros. vnc. i. apij. hyoscyami, ana unc. i. se. apij, unc. ʒ. aceti drac. ij. pistando fiat unguentum. Omnia autem auxilia cum suaui panno, & indolorose apponantur: quia hoc accidens superat causam suam.

*De apostematibus pectoris.* *Cap. V.*

Circa regionẽ pectoris uel thoracis ab extra multi modi apostematum generantur: utputa bubones sub ascellis, & apostemata mamillarum, & ipsarum costarum: de quibus per ordinem est dicendum: & primo de bubonibus. Vnde sciendum ꝙ bubo sumitur tripliciter proprie pro solo apostemate latitante ad modum illius animalis circa parietes in subascellis. Alio modo large pro apostemate genera

to in tribus emunctorijs, scilicet cerebri sub auribus, cordis sub ascellis, hepatis in inguinibus. Alio modo magis large pro apostematibus generatis in mēbris glandulosis, vt in dictis: & cum hoc in mamillis, et testiculis, quæ licet sint nobilia, & principalia: non tamen sunt necessaria ad esse indiuidui, sed speciei. Et ideo sustinent aliqua repercussiua: alia vero nulla. Et ita intellexit Auicen. in suo quarto. Hic tamen sumitur primo & secundo modo, pro apostemate emunctoriorum principaliter cordis tanq̃ a principaliori membro.

Ista autem apostemata sunt calida, & frigida, & dura: quæ Auicen. vocat fugillica secundum materias ex quibus fiunt. Et licet modus generationis vtplurimum sit secūdum generationem, & expulsionē, factas a natura, ut superius fuit dictū: nihilominus attrahunt ea vlcera, & apostemata extremitatum: quorum causæ speciales, & signa per doctrinam generalem habentur superius.

Iudicia tamen aliqua habēt propria: & est vnum, quod ad ipsa libenter sequitur febris. Sunt tamen secundū Hippo. in quarto aphorismorū, omnes in eis malæ, preter ephemeram: & causa est, quia significāt ꝙ tales bubones sunt germina, & effectus apostematum interiorum. vt ponit Gal. in cōmento. Apostemata autem interiora, maxime quę sunt prope membra principalia, sunt periculosa.

*Transgressio de mortalitate.*

Et hoc manifeste vidimus in illa ingenti, & inaudita mortalitate, quæ apparuit nobis in Auinione anno domini. 1348. pontificatus domini Clementis sexti, anno sexto. In seruitio cuius fui gratia licet indignus tunc existebam. Et non displiceat: quia propter ipsius mirabilitatem, & preuidentiam, si iterum accideret, narrabo eam.

Incepit autem dicta mortalitas nobis in mense Ianuarrio, & durauit per septē menses. Et habuit duos modos. Primus fuit per duos menses cum febre continua, & sputo sanguinis. Et isti moriebātur infra tres dies. Secundus fuit per residuum temporis, cum febre etiam cōtinua, & apostematibus, & anthracibus in exterioribus, potissime in subascellis, & inguinibus, et moriebantur infra quinq; dies. Et fuit tātę cōtagiositatis specialiter quæ fuit cum sputo sanguinis: ꝙ non solum morando, sed etiam inspiciendo vnus recipiebat ab alio: intantum ꝙ gentes moriebantur sine seruitoribus: & sepeliebantur sine sacerdotibus. pater non visitabat filium, nec filius patrem: charitas erat mortua: spes prostrata. Et nomino eam ingentē: quia totum mundum, vel quasi, occupauit. Incepit autem in oriente: & ita sagittando mundum pertransiuit per nos versus occidentem. Et fuit ita magna, ꝙ vix quartam partem gentium dimisit: & inaudita: quia legimus illam de ciuitate Thraciæ, & Palestinæ, & aliam in libro epidemiarum facta tempore Hippo. Et illam quæ accidit secundum subiectam gentē Romanorum in libro de epidemia tempore Gal. & illam in ciuitate Romana tempore Gregorij: & nulla fuit talis. Quia illę non occupauerunt nisi vnam regionem: ista totum mundum: illæ erant remediabiles in aliquo: ista in nullo: fuit enim inutilis pro medicis & verecundosa: quia non erant ausi visitare propter timorem inficiendi; & quando visitabant, parū

E faciebant, & nihil lucrabantur. omnes enim qui infirmabantur, moriebantur. exceptis paucis circa finem qui cū bubonibus maturatis euaserunt. De causa istius ingentis mortalitatis multi hæsitauerunt: in aliquibus crediderūt partibus, ꝙ Iudęi venenassent mundum. et ita interfecerunt eos. In aliquibus pauperes truncati: & effugiebant eos. In alijs nobiles: & ita dubitabant ire per mundum. Finaliter ad tantum deuenit, ꝙ tenebant custodes in ciuitatibus & villis: & nullum permittebant intrare, nisi bene notum. Et si alicui inuenissent pulueres, aut vnguenta timentes ꝙ essent potiones, faciebant eos transglutire. Quicquid tamē populus diceret, ueritas fuit, ꝙ huius mortalitatis causa fuit duplex. vna agens vniuersalis. alia particularis patiens. Vniuersalis agens fuit dispositio cuiusdam coniunctionis maioris trium superiorum.

F Saturni, Iouis, & Martis, quæ precesserat anno domini. 1345. 24. die mensis Martij in. 14. gradu Aquarij. Maiores enim coniunctiones, (vt dixi in libello quem feci de astrologia) significant res admirandas fortes & terribiles, vt mutationes regnorum, aduentus prophetarum, atq; mortalitates magnas. Et illę disponuntur secūdum natutam signorum, & aspectus eorum in quibus sunt. Non ergo fuit mirum, si significauit mortalitatem admirandam, & terribilem illa magna coniunctio: quia non fuit solum de maioribus: immo etiā de maximis. Et quia fuit in signo humano, damnum supra naturam humanam direxit: & quia signum erat fixum, longam durationem significauit. Incepit enim in oriente paulo post coniūctionem: & durauit adhuc in anno quinquagesimo in occidente. Impressit enim talem formam in aere,

G & in alijs elementis, ꝙ sicut adamas mouet ferrum: ita ipsa mouebat humores grossos adustos & venenosos: & congregabat eos ad intrinseca. & faciebant apostemata: ex quibus sequebantur febres cōtinuę: & sputum sanguinis in principio, dum sanies fuit valida, & confundebat naturam: & post dum remissa fuit, natura non tantum confundebatur, & expellebat prout poterat ad exteriora, maxime ad subascellas, & inguina: & causabat bubones, & alia apostemata: ita ꝙ illa apostemata extrinseca erant effectus apostematum intrinsecorum. Causæ particularis patiens fuit dispositio corporum, cacochymia, & debilitatio, & oppilatio. Et propter hoc moriebātur populares laborantes, & male viuentes.

De cura, fuit laboratum in præseruatione ante casum. & in cura in casu. In preseruatione non erat me

H lius q̃ ante infectionem fugere regionem: & purgare se cum pilulis aloeticis: & minuere sanguinem cum phlebotomia: rectificare aerem cum igne: & confortare cor cum theriaca, & pomis, & rebus odoriferis. consolare humores cum bolo armenico: & resistere putrefactioni cum acetosis.

In cura fiebant phlebotomiæ, & euacuationes, & electuaria, & syrupi cordiales, & apostemata extrinseca maturabantur cum ficubus, & cepis coctis, & pistatis, & mistis cum fermento, & butyro: post aperiebantur: & curatiōe vlcerum curabantur. Anthraces ventosabantur, scarificabantur, atq; cauterizabantur. Et ego propter diffugere infamiam, nō fui ausus recedere. Sed cum continuis timoribus præseruaui me cum predictis quantum potui. Nihilominus versus finem mortalitatis incurri febrem continuam cū

apostemate

apostemate inguinali: & ægrotaui quasi per sex septimanas: & fui in tãto periculo, ꝙ omnes socij mei moriturum me crediderunt: & maturato apostemate, et curato, vt dixi, euasi iussu dei.

Post vero anno. 60. pontificatus domini Innocẽtij sexti anno. 8. retrogradando de Alemania, & partibus septentrionalibus reuenit ad nos mortalitas. Et incepit versus festum sancti Michaelis cum bocijs, febribus, carbũculis, anthracibus, paulatine augmẽtãdo: & aliquoties interpolando, vsq; ad medium anni sexagesimi primi. Et postea ita furiose vsq; ad tres sequentes menses durauit, ꝙ non dimisit in multis locis medietatem gentium. Differebat tamẽ ab alia pręterita: quia in prima plures decesserunt populares. In ista vero plures diuites & nobiles, & pueri infiniti, et mulieres paucæ. In qua ex dictis magistri Arnoldi de Villa noua: & magistrorum Montispessulani: & Parisius, tale electuarium theriacale assumpsi. Quod Recipit iuniperi drac. ij. & . 5. gariophylli, macis, nucismus. zinç. zedoarię añ. dra. ij. utriusq; aristolochię, radicis gentianę, tormentillæ, radicis herbę cimicis, diaptami, radicis enulæ campanæ, ana drac. ij. 5. saluię, ruthę, balsamitę, mentæ, polemenõ quod est pulegium ceruinum secundum magistrum Arnoldũ: aut cheledonia secundum magistrum Mundinum, ana drac. i. bacarum lauri, doronici, croci, se. acetosæ, citri, azymi, masticis, olibani, boli ar. terræ sigillatæ, spodij, ossis de corde cerui, rasuræ eboris, marg. fragmentorum, sapphyri, smaragdi, coralli ru. ligni aloes, sandali ru. & muscatellini, ana drac. 5. conseruæ ros. conseruæ buglossæ, conseruæ nenufar. theriacæ probatæ, ana vnc. i. panis zuc. lib. iij. fiat electuarium cum aqua scabiosæ, & ros. modicum camphorata. Accipiebam vt theriaca: & fui pręseruatus iussu Dei. Cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

Cura bubonum secundum Auicen. est diuersa a cura aliorum apostematum in euacuatione, & repulsione: eo ꝙ est secundum semitam crisis, aut expulsionis ex mẽbro principali: tunc non oportet vt præponat euacuationem. sed statim applicentur localia, & non repulsiua, immo trahentia materiam ad locum apostematum quacunq; attractione: & etiam cum ventosis, vt dictum fuit in sermone generali. Si autem non est secundum semitam dictam, sed est ab vlceribus extremitatum, aut alia causa primitiua: & adest repletio: aut sine ea occasione doloris: vt supra. 13. therapeu. fuit allegatum: tunc euacuatio est radix curationis: & minoratio cibi: & eius subtiliatio, vt dicit Auicen. & in isto casu: propter refrænare concursum in humorum principio, possunt applicari aliqua alterantia cum quadam confortatione. velut oleum ros. cum chamomillino in nullo alio casu non: immo mollificantia. Non obstante Henrico qui post euacuationem docet indifferenter ponere in principio repercussiua: mollitiua enim sint, non quæcunq;: sed domestica nisi: in necessitate: vbi domestica non sufficerent. Nã vt ait Aui. sicut in expulsiuis est timor reditus materiei ad membra principalia: ita in mollitiuis est timor attractionis superfluæ: quorum amborum securat euacuatio in casu. Et hoc est, quod Gal. dicebat in tertio miamir. parotides, idest apostemata secus aures, licet sint de genere phlegmonis, non tamen vtimur in eis prima

A intentione phlegmone laborantium particularum, sed contraria, pharmacijs attractiuis vtentes. Et si nihil dignum ratione profecerint hæc: & ventosam afferentes. Aduertendo tamen ꝙ si vehementem impetum habet id quod influit, nil operemur. sed naturæ totum dimittamus, ne ex vehementia attractiõis dolor vehemens apprehẽdat hominem: vt propter eum, & vigiliæ fiant, & feb. aduenient: & virtus dissoluatur: mitigare quidem magis tũc, & non coadiuuat fluxionẽ ac impetum humorum congruit cataplasmatibus, vtẽtes mitigatiuis quæcunq; vltra hoc ꝙ commoderationem humidę caliditatis habent, ex qua mitigare ualent, adhuc etiam & humores influẽtes concoquere, ac suppurare possunt. Et hoc est qđ dicebatur in tertio therapeu. calefacere, & humectare oportet totum, & extremitatem, & ipsum adenẽ, B id est emunctoriũ, ut indolorosum fiat. Prima die ex oleo calido infusam lanam superponentes: non vt quidam cõfestim cum sale. Postea vero sale vtamur supra cum aqua calida misto fomentando, & cataplasmando: vt resoluatur qđ collectum est mitigato dolore. Si quod collectum est, non potest resolui, digerere & suppurare oportet illud cum cataplasmatibus suppuratiuis, uelut est triapharmacũ de farina, aqua, & oleo coctis: aut aliquo superius in sermone vniuersali dicto: & postea procedere secundum ꝙ ibi est dictum.

*De apostemate fugilico, & indurato in emunctorijs.*

Apostemata autem dura quæ scirrhos Gal. fugilica Auicen. vocant: in dictis locis difficilia sunt ad curandum: & curatione scrofularũ C ea curare pręcipit Gal. in tregesimo therapeu. Auicẽ. tamen in his appropriat emplastrum de cinere limaciarum cum adipe. Gal. easdem cum melle auctoritate Archigenis in hoc casu commendat. Multi autem duriciem incidunt, & glandulas naturales euellunt. Quod ego non facio: quia post locus cicatriçando induratur contra intentionem naturæ: quæ illas partes ordinauit molles ad recipiendum membrorum principalium superfluitates. Quicquid tamen fiat; incisiones in subascellis, et inguinibus debent fieri semi transuersaliter secundum formam lunæ, vt ostendit Albuc. retro autem aures, æqualiter inquit Auic. & intelligo æqualiter idest secundum longitudinem.

*De apostematibus mamillarum.*

Apostemata mamillarũ quædam sunt propria. D quædam similitudinaria, vt caseatio lactis, & ingrossatio præter naturam, de quibus dicetur infra. Apostemata calida, & frigida in hac particula habent causas, & signa apostematum communium superius dictorum: nisi ꝙ ad ea generanda in mulieribus multum facit retentio menstruorum: & ad ea curanda prouocatio eorundem, atq; phlebotomia saphenarum. Habent etiam signa, & iudicia aliqua propria: quia in apostematibus semper est aliqua caliditas, & dolor, atq; timor. in coagulatione lactis de his parum est, aut nihil. Lac etiam coagulatũ expanditur æqualiter per mamillam. Apostema vero in altera parte, pręcipue quãdo venit ad augmentum, monstrat eminentiam: lac cum hoc non venit nisi grauidis, & prægnãtibus. Apostema vero in omni tempore generatur. In apostematibus mamillarũ

timendum est de mania: iuxta illud quinto aphorismorum. Mulieribus quibus ad mamillas conuertitur sanguis, maniā significat. Et licet aphorismus sit Gal. suspectus: ipsum tamen modificat ac verificat: quando sanguis repugnat conuersioni sui mordacitate, & multitudine, quibus lædit & cerebrum. Lamfrancus tamen testatur, ꝙ ipse vidit. Ego autem nunquam uidi: sicut nec Gal. vidit sicut ipse testatur in commento. Aui. bene vult ꝙ sirsen ad apostemata mamillarū seu pleuresim resoluatur. sed non econtra.

Curatio apostematum mamillarum nullū habet proprium: nisi ꝙ repercussiua oportet ꝙ sint domestica propter vicinitatem cordis. Sufficit enim in calidis, vt plurimum, quæ sunt talia in principio: sicut oleum ros. cum modico aceto: aut aqua cum aceto non frigida sed calida. Postquam autem pertransiuerit principium, fiat emplastrum cum farina fabarum, & folijs solatri, & meliloto contrita, & cocta cum oxymelite, & oleo sisamino, aut amygdalarum. Si autem videtur facere collectionem, maturetur cum emplastris maturatiuis dictis, & dicendis. Et proprie cum isto, quod laudat Aui. Recipe micæ panis quartā vnā, farinæ fabarū, radicis maluauisci. quartā. s. farinæ fœnugræci, vnc. i. ouorū coctorum vitellos. iij. in numero addēdo modicum de croco, & myrrha, & assafœtida, fiat emplastrū. Et ipso maturato aperiatur in bassiori loco secundum formam lunarem, vt ostendit Albucasis: & non ponatur magna tenta propter dolorem: & mundificetur vt alia.

Si tamen apostema esset frigidum, inungatur cum oleo de spica, & lilio, vt alia. Et si tenderet ad duriciem, Auicen. ponit emplastrum de riso cocto cum vino dulci, & oleo viol. & vitello oui. Si vero duricies conuertatur ad cancrum, non est consilium in curando: nisi abscindere totam mamillam: quod est tamen, vt superius est dictum, valde timorosum. Melius enim est in tali casu palliare, quam curare, & incurrere diffamiam.

*De coagulatione lactis.*

Coagulatio lactis quæ vt plurimum fit a frigido, dissoluitur cum eisdem dictis in apostemate frigido, & cum embrocatione aquæ calidæ, decoctionis siclę, apij, mentæ, atꝗ calamenthi. Et laudat Lamfrancus istud emplastrum. Recipe micæ panis mūdi, farinę hordei, fœnugręci, se. lini, ana vnc. i. radicis maluauisci, foliorum maluæ, erucæ, ana. M. i. colligantur: hæc duo vltima coquātur, & pistentur: & cum oleo modicū incorporando, fiat emplastrū.

*De apostematibus parietum pectoris.*

Apostemata quæ sunt in parietibus pectoris, nihil habent proprium nisi, ꝙ caute repercutiantur, propter causam dictam: & secundū incessum costarum aperiantur, atꝗ longa non expectetur maturatio, ne sanies ad intrinseca deriuando, ad intrinseca fistulam pariat. Scriptum autem est ab Hippo. primo prognosticorum: quæ intus, & extra crepuerunt, malum est: & commentatur per Gal. ꝙ natura non inuenit locum in quo appodiet se: sicut fundamentum in terra super quo generet: & consolidet carnem. parit ergo fistulam cuius curatio est mala, vt dicetur infra. Quomodo autem regatur fistula, quæ in casu ad spatiositatem intrinsecam profun

E datur, dicetur infra, cum de fistula fiet sermo. Quę autem ab intra deuenerunt in saniem, vrantur, aut incidantur: & si sanies est laudabilis, euadere possunt. Si vero mala, pereunt in. 7. aphorismorum. Locus in quo debet fieri apertio, etiam infra dicetur, & ostendetur.

*De apostematibus uentris.* *Cap. VI.*

Apostemata cōmunia, ex parte exteriori ipsius ventris habent nihil proprium, nisi quæ dicta sunt propria in pectore: & hoc etiam ꝙ cum omnibus resolutiuis, & maturatiuis misceantur aliqua aromatica styptica, & confortatiua: eo ꝙ propter propinquitatem quam habent ad mēbra nutritiua, possent ea, & earum actionem toti corpori necessariam debilitare: misceantur ergo cum eis oleum nardinū,

F vel maluinum, myrtinum, masticinum, & oleum de absinthio, & spica quæ Gal. appropriat ad confortādum viscera specialiter hepar. 13. therapeu. In principio enim applicetur oleum ros. cum oleo maluino, aut myrtino. In augmento oleum chamomillæ, cum absinthio, aut nardino. Si vero tendant ad suppurationem, apponatur artomel, idest panis cū melle nō purus: vt Attalus discipulus Sorani ponebat, sed cū oleo masticino, aut absinthio mistus.

*De duricie stomachi.*

Si autem declinant ad duriciem, cautissime aduerte quia talia apostemata faciliter indurātur: & indurata difficilia, & periculosa sunt inducendi hydropisim, ut dicit Lanfrancus. Guilelmus tamē de Saliceto appropriat quādo sunt in orificio stoma

G chi, diachylon. Ego vero misceo cum eo modicum de pul. hieræ cum oleo de absinthio malaxatum.

*De duricie hepatis.*

Supra vero hepar dictat emplastrum commune ad omnem duriciem. Quod Recip. galbani, serapini, opoponacis, ana unc. i. farinę fœnugræci, seminis lini, ana vnc. ij. terben. lib. s. olei chamomillæ vnc. iiij. farinæ frumenti quod sufficit ad inspissandum: ponantur gummi in oleo chamomillę minutim incisæ: & dissoluantur ad ignem: & post addatur terebinthina, & coletur: deīde incorporetur farina, et fiat emplastrum. si tamen adderetur oleū ros. aut violatum vel absinthium propter virtutem hepatis seruandam, esset melius.

*De duricie splenis.*

H In duricie vero splenis. Recipe ammoniaci, serapini. bdellij. opoponacis, aā. unc. i. olei de spica, drac. v. terebin. vnc. ij. farinæ fœnugreci, & seminis lini ana vnc. i. farinæ lupinorum, quod sufficit ad incorporandum. fiat emplastrum vt dictum est de hepate. Albucasis autem cōsulit in istis locis quādo in eis est frigus, & humiditas multa, & curationes aliæ non valent: cauteria punctualia tria uel quatuor secundum magnitudinem hepatis: & quod non multum pertranseant vltra cutim.

*De hydropisi.*

Hydropisis secundum Brunū dicitur ab hydros: quod est aqua: & piscis quod est passio: id est passio aquosa proprię in ventre. Est enim

hydropisis quantum spectat ad chirurgum, apostema, & inflatio ventris ex materia aquosa, & ventosa infra spatiositatem ventris, errore virtutis digestiuæ hepatis generatum. Vnde in quinto de locis affectis, sine patiendo quidem hepar, nunquam fit talis passio. Patitur autem hepar, quandoque propter proprietatem, quandoque propter colligantiam: & hoc innuebat Hippoc. secundo prognosticorum. Consurgit ab hepate, & ab alijs. Talis autem passio in hepate dicitur error, & infrigidatio seu diminutio caloris naturalis ipsius facta a frigido per se, & uniuoce: a calido vero per accidens, & æquiuoce, resoluendo calorem naturalem ipsius hepatis. Et propter hoc dixit Gordonius: ꝙ nullum mirabile est si in hydropisi de calida in eadem parte hepatis est frigiditas & caliditas insimul: vnum tanꝙ formatum, & coniunctum: reliquum tanꝙ formans, & antecedens: Vnum naturale, reliquum præter naturam: vnum materiale, reliquum formale: vnum apparens, reliquum occultum. Ex qua infrigidatione in de tumoribus præter naturam. & sexto de ægritudine, & symptomate, coaceruatur multitudo aquosæ materiæ, in asciti, seu asciti: spumosæ uero i tympanite: phlegmaticæ vero in anasarca, & leucophlegmatica nominata. Sunt ergo secundum hoc tres species hydropisis.

Causas hydropisis non oportet chirurgum taliter inquirere, ꝙ dictæ sunt superius in sermonibus de apostematibus phlegmaticis: perfectam & exquisitam inquisitionem recipere debent a medicis alijs physicis.

Signa communia trium specierum sunt inflatio: et mala coloratio faciei, & extremorũ: & debilis superfluitatũ expulsio. Signa propria asclites, seu asclitis, sunt demacratio partiũ superiorũ, & inflatio inferiorũ. Et si venter agitetur, sonat velut vter aquæ semiplenus, & alia signa apostematum aquosorum dicta. Signa tympanitis sunt eadem. sed si vẽter percutiatur, sonat, ut uter plenus vẽto: & signa superius dicta de apostematibus vẽtosis. Signa anasarca sunt tumor vniuersalis totius corporis. Et si caro comprimatur cum digitis, dimittit post eos cauernam: & reliqua signa phlegmatis dicta: & venter non est ita inflatus, vt in alijs speciebus. Signa quæ recipiuntur a pulsu, & ab vrina, & ab egestione, & alijs expulsis: a physicis recipiũtur. De hydropisi Hippo. iudicat in secundo prognosticorum, ꝙ omnis hydrops in acuta febre malum. Hydropisis enim quæ sequitur febrem continuam, vix aut nunꝙ curatur. Hydropisis in complexione calida, & sicca, est mala: quia est cum disconuenientia particularium. Hydropisis, quæ prouenit ab hepate peior est illa, quæ prouenit a splene uel alijs membris. Inter omnes species hydropisis, asclites est deterior: hyposarca, salubrior: et tympanites tenet medium. Quicquid autem sit, hydropisis est morbus difficilis: & ideo de ipsa parum promittas. In sola asclite operatio chyrurgicalis habet locum. Et aliæ physicis relinquantur.

Cura hydropisis præter communia dicta in apostematibus phlegmaticis habet quædam propria. Primo ꝙ vita sit magis stricta, & desiccatiua. Secundo ꝙ hepar rectificetur. Tertio ꝙ purgantia per ventrem, & educentia per vrinam, sunt crebriora. Quarto ꝙ ab extra ad euaporandũ, & non ad suppurandum, magis attendatur: & hoc

A erat Gal. præceptum quod allegabatur superius, de apostematibus aquosis, in secundo ad Glauconem. & septimo aphorismorum, in commento. Quibuscunq; hepar. Et propter hoc i asclite, de quo est proprius iste sermo, euacuetur materia cum pilulis de reubarbaro, quæ secundum Rasim, Reci. reubarbari, succi eupatorij, seminis scariolæ, ana drac. iij. agarici, drac. v. meçereon, id est laureolæ, drac. x. fiant pilulæ. dentur, drac. ij. &. 5. Educantur etiam humiditates per uesicam cũ apozemate de radicibus, quod est secũdum Rasim. Recipe corticis radicis apij, & fœniculi, ana drac. x. seminis apij, & fœniculi, ameos, squinanthi, ana drac. v. ros. rub. spicæ, ana drac. iij. coquantur in una lib. aquæ, donec ad tertiam redeat: & detur in potu. Et secundum Gal. tertio de complexionibus, medicamen cum cantharidibus correctis per adustionem, seu per gummi cerosorum admi
B stionem datum cum vino in quantitate grani parui valde iuuat ictericos, & hydropicos: quia multimodam humiditatem euacuat per vrinam. Confortetur hepar ab extra cum trocischis de berberis, qui secũdum eundem Rasim Recip. succi berberis, drac. x. seminis scariolæ, seminis citruli, seminis portulacæ, añ. drac. iij. ros. drac. ij. reubarbari, drac. i. spicæ, drac. 5. fiant trocis. aur. i. detur vnus cum syrupo acetoso. Ab extra vero epithemetur hepar cũ sandalis, cinnamomo, atq; ros. cum vino pontico. In omnibus autem prædictis, quando est caliditas præter naturam in hepate, addatur endiuia, scariola, cichorea, atq; hepatica. Euaporetur autem materia emplastrando ventrem cum emplastro quod fit de farina hordei, stercore ouino, cypero, sulphure, nitro, bolo arme
C no, cimolea, atq; limacijs cum testis suis tritis, & incorporatis cum lixiuio, & parum aceti. Et confricetur ad solem cum custodia capitis, & hepatis: quia in hoc vnguento mirabilis est caliditas solis. Et si prædicta non valent vel haberi non possunt: succus radicis ireos potatus de mane in quantitate duorum cochleariorum, summe purgat eos, & per superius, & per inferius. Aqua etiam distillata a medianis corticibus cannarum, & floribus sambuci optima est secundum Gordonium. Et si cum istis administretur propria vrina, maiorem haberet efficaciam. Si autẽ curatio cum prædictis non valet, oportet, vt dicit Albucasis, ꝙ tu cauterices cum multis cauterijs clavalibus, non multum profundantibus vltra cutim, in circuitu vmbilici quatuor supra hepar, & splenem: & stomachum tribus: & super spondylia in dorso cum
D cultellario duobus: & dimitte ea aperta tempore longo, vt aquositas per ea possit expurgari. Et si in bursa testiculorum poneretur seton, optimum esset. Si autem aliud non potes facere: & cum magna instantia fueris requisitus: præmissa prognosticatione de periculo: si tu inuenies patientem fortem non debilem, iuuenem non senem neq; puerum: & ꝙ non habeat tussim, neq; fluxum, neq; aliud accidens, quod operationẽ cum ferro impediat: auctoritate Albuc. Halyab. & Aui. ipsum incide a parte anteriori, sub vmbilico per tres digitos. Si hydropisis est ex causa intestinorũ, a parte sinistra: si hepatis, a dextra: si splenis, vt possit iacere in latere minus doloroso, non super fixuram, vt aquositates nõ fluant sine voluntate. Et modus est vt ponas patiẽtem erectum coram te, aut sedentem, si non potest stare erectus. Et sint ministri

penes dorsum sustinētes eum: & cum manibus aquā ad locum incisionis ducentes. Deinde tu pellem ventris superius per spatium vnius digiti trahe. Et ibi cū rasorio sine spatumine persora, vsq; ad locū vacuū, taliter q aqua exire possit. Et tunc antequam aliquid notabile de aqua exeat, pellem dimittas, vt claudat vulnus siphacis: et prohibeat ut aqua nō exeat, quousq; cum crusta panis infusa in vino, aut cum simili patiens sit refocillatus. Et post, pellem superius trahas: & canulam de ęre aut de argento factam artificialiter imponas: & de aqua non multum, sed quantum poterit sustinere virtus infirmi, extrahere permittas. Melius est enim, vt ait Auicen. infra subsistere, & per vices, & paulatim euacuare, virtutemq; seruare: quā totum simul, & exquisite euacuare, & infirmum ad syncopen, & mortem ducere. Memorando semper q omni euacuationi annexus est casus virtutis. Et postq; extraxeris aliquam partem, extrahe canulā: et dimitte pellem descendere, & claudere uulnus siphacis: & liga: & non remutetur vsq; ad aliam diem: & iterum confortes, & nutrias patientem cum cibarijs, & potibus electis, subtilibus, odoriferis, et confortatiuis. In altera die per eundem modum operare: & in altera taliter faciendo, donec maior pars aquositatis sit extracta: deinde consolida. Et siquid remanserit, cum desiccantibus dictis desicca. Quidam faciūt primam incisionē vsq; ad siphac: deinde excoriando descendunt modicū: & ibi perforant siphac: & postea vt dictum est procedunt: totum tamen ad idem venit: diagonaliter tamen perforantur, & diagonaliter in vtraq; forma clauduntur.

In tympanite educatur materia per ventrem, & vesicam secundum quod de ascite dictum est, & clysteria, & suppositoria de oleo ruthæ, cymino, & baurace, sunt vtilia. Hepar confortetur etiam, vt dictum est. ventositas ab intra carminetur cum diacymino, & electuario de bacis lauri: & ab extra fricetur cum alijs multoties: & vaporetur cum milio, & sulphure: & quandoq; necessarium est ponere ventosas.

In hyposarca bonum est euacuare cum pilulis de agarico: quæ Reci. agarici, drac. ij. succi eupatorij, reubarbari, aristolochiæ rotundæ, ana drac. ij. fiant pilulę cum oxymelite squillitico. dētur drac. ij. Hepar confortetur ab intra cum trochiscis de lacca qui sic fiunt, Reci. laccæ, reubarba, ana drac. iij. seminis apij, ameos, seminis iuniperi, spicæ, amygdalarum amararum, mastichis, squināthi, costi, amari, rubeæ, aristolochiæ, gentianæ, succi eupatorij, ana drac. i. &. 5. fiant trochisc. drac. i. dentur cum apozemate de radicibus. Ab extra vero super hepar epithemetur cum spica, mastiche, cypero, squinātho, cinnamomo, calamo aromatico, croco, myrrha in vino pontico resolutis. Æger quoque in sole calido cum arena calida sepeliatur: & in furno a quo exiuerint panes stuphetur: & alia fiant ad euaporandū, & resoluendū materiam, quæ videbuntur expedire.

### *De apostematibus ancharum, & partium eius.* Cap. VII.

APostemata partium ancharum, quædam fiunt in partibus continentibus. & ista in causis, signis, atq; curis nihil habent proprium: immo curantur sicut apostemata communia aliorum membro-E rum. Quædam fiunt in partibus cōtentis, quæ huiusmodi conscriptionis non sunt. Quædam fiunt in partibus exterius procedentibus, vt in inguibus, testiculis, virga, vulua, atq; ano. De his quæ fiunt in inguine dictum est supra in subascellis: de alijs vero hic est dicendum.

Et primo de hernia, & apostematibus oschei seu bursæ testiculorum, quæ communi nomine herniæ, seu ramices nuncupantur.

Herniæ ergo testiculorum, quędam proprie apostemata: quædam similitudinarie. Proprie apostemata dicuntur, et sunt, uidelicet quinque, hernia humoralis, aquosa, ventosa, carnosa, atq; verrucosa. Similitudinarie sunt herniæ, immo uerius eminentiæ, rupturæ seu crepaturæ çirbalis, ac etiam intestinalis. De his quæ proprie dicuntur apostemata F dicetur hic. De alijs infra in tractatu sexto.

### *De hernia humorali.*

Hernia humoralis est apostema calidum, vel frigidum, saniosum uel non saniosum, ex humoribus non multum declinantibus a naturalitate, in bursa testiculorū generatum. Cuius causæ, & signa, & quasi cura est eadem, sicut apostematum aliorum membrorum, excepto q quia illa membra sunt multum sensibilia, & in loco inferiori posita, & quasi naturæ emunctoria absconsa, & putrefactibilia: & ad ostendēdum verecunda, difficilioris sunt curationis. Et excepto etiam q aliqua habent auxilia propria: vt in purgando secundum Auicen. administrentur suppositoria. nam attrahendo materiam ad anum, conferunt magnifice. Et in repercutiē-G do, appropriatur cimolea cum aceto, non obstante q testiculi sint membra principalia: eo quia non sunt necessaria ad esse indiuidui, sed speciei, vt superius dictum fuit. In resoluendo appropriatur farina fabarum, & aqua caulium: in sedādo dolorem, folia hyoscyami obtinent principatum: & hoc in materia calida. In frigida vero cum farina fabarum ponitur fœnugræcum, & cyminum. Si vero incedant via maturatiōis, maturētur & aperiātur vt alia: nisi q apertura, propter timorem fistulæ quæ leuiter iuxta anū generatur, quantum erit possibile ab eo elongetur. Si tamen ad duritiem cōuertentur, mollificentur vt alia. Vnde Auicen. ad mollificandum duritiem testiculorum appropriat furfur, qd indesinenter teratur: & cribelletur: & cum oxymelite, in quo ammoniacum fuerit resolutum, conficiatur: & calidum super H locum ponatur, & reiteretur assidue. Est enim conueniens, ut dicit, omni duritiei. In omnibus tamen cum ligatura coxali iuncta bracali testiculi sustineantur.

### *De hernia aquosa, & uentosa.*

Hernia aquosa est apostema aquosum in bursa testiculorum: sicut & ventosa uentosum. Et est duplex: quædam est sparsa per totam bursam: quædam non est sparsa, sed inclusa in sacculo, ac si esset vnum ouum, vt dicit Albucas. quæ potest duci per didymum vsque ad inguen: sicut testiculus. Et aliquoties subintrat foramē siphacis: propter quod vidi multos deceptos credentes hoc esse rupturam.

Causa istarum herniarum est debilitas virtutis digestiuę præcipue in hepate: & ad hoc iuuat regiminis

malitia,

malitia, vt superius fuit dictum de hydropisi, & apostematibus ventosis, & aquosis: ad quæ oportet recurrere pro complemento istorum.

Signa herniæ aquosæ sunt inflatio, et grauitas cum mollitie, splendor cum luciditate.

Signa ventosæ sunt inflatio, & lenitas cum resistẽtia, & splendor cum claritate. Et sicut aquosa venit successiue: ita & ventosa subito, vt dicit Guilelmus de Saliceto. Et etiam sicut apostemata communia raro inueniuntur singularia: ita etiam, & ista vt plurimum sunt commista: sed nominãtur a dominantiori, vt superius fuit dictũ. In omni hernia apostemali cauendum est de testiculis: quia diuturna mora rerum alienarum iuxta ipsos, alterat, et corrumpit eos, vt innuunt doctores.

Cura localis supposita vniuersali dicta in hydropisi, & apostematibus aquosis, & ventosis, secundum Gal. tertiodecimo therapeu. est euacuatio aquositatis quæ fit per pharmaca aut per chirurgiam. Per pharmaca autem completur in ambabus cum emplastris hydropisis, & apostematum ventosorum & aquosorum. & ad aquosam appropriat Auicẽ. emplastrum quod Reci. nitri drac. x. ceræ drac. ij. & .5. olei laurini vnc. ij. piperis, granorum lauri. añ. xxvi. fiat ex eis emplastrum. Et ad ventosam conceditur cyminũ, rutha, calamenthum, & oleum costinum, atq; nardinum prẹter chirurgiam, quę proprie competit aquosæ: quia in uentosa nõ vidit aliquem Albuca. qui ausus esset super curatione eius cum ferro. licet Halyab. dicat q ad modum emborismi operatur, multipliciter completur. Primo Gal. quartodecimo therapeu. cum siphone vel setone eam extrahere præcipit: fit autem seto cum tenaculis platis perforatis in parte inferiori deuiando futuram bursæ, vsq; ad vacuum: capitur deinde cum acu longa ignita in capite cuius est seto per foramen ponitur. Et post extractis tenaculis, & acu, seto dimittitur, & super ipsum in primis diebus oleum cum albumine oui: In aliis vero folium caulis apponitur, & ducitur, et remutatur, atq; dimittitur quousq; aqua fuerit euacuata. Auicen. autem quẽ Guilelmus sequitur, eleuatis testiculis in eadem parte cum phlebotomo lato vsq; ad locũ aquę, aperit, & extracta aqua, claudit. Et vt non redeat, emplastrum constrictiuum, supra inguen cum bracali apponere præcipit. Et si redit aqua, sicut infra sex menses facere consueuit, vt dicit Albuca. reiterare operationem præcipit, & ita salubriter dies suos infirmus pertransibit. Albuca. & Halyab. a medio bursæ vsq; prope inguen aperiunt, & aqua extracta ita didymum consolidat, q aqua amplius descendere nõ potest. Et istum modum obserua maxime in illa aqua, quæ cõclusa est in cysti. Ipsum enim didymum vsq; ad os pectinis deduco, & a parte ventris, vt non ingrediatur intus, firmiter ministro tenere pręcipio. Et ego a parte bursæ, vt non descendat, etiam firmiter teneo: & tũc cum phlebotomo aperio, & aquam extraho. Deinde ad consumendum folliculum, modicum de arsenico appono cum cotone. Et post casum escharæ consolido, & firmiter sigillo. Nonnulli vero, vt magister Petrus de Orlhiaco cum caustico, & corrosiuo super pecten locum aperiunt, vsque ad didymi vacuitatem, & post perforando, ducendo caudam probe vsque ad locum aquę, ipsam extrahunt; & post casum escharæ consolidant, & sigillant.

A Alij vero cum cauterio actuali prædictam operationem perficiunt. Quocunque modo fiat: duntaxat q aquositas extrahatur, & non redeat: est bonum. Si vero testiculus esset corruptus: quod scitur per fœtorem, malam colorationem: iuxta cõsilium Albuca. ligetur superius didymus, & incidatur. & ipso extracto, pro maiori securitate cauterizetur, vt dicit Rogerius: & locus, vt cętera vulnera curetur.

*De hernia carnosa & uaricosa.*

Hernia carnosa secundum Gal. in de tumoribus præter naturam dicitur testiculorum, vel carnis natæ, iuxta ipsos. vt dicit Halyab. schiracon, sicut varicosa (quod est nomen nouum) dicitur venarum præter naturam in eis originatio. Quarum causæ sunt, humorum grossorum ad locũ discurrentium abũdantia, atque loci ipsius debilitas.

B Signa vero carnosæ sunt durities, & inflatio cum longa temporis duratione, & pauca, aut nulla diminutione: & quando tangitur, totum quod est infra testiculum, mouetur.

Signa varicosæ sunt venarum cõtortarum ad modum vitis repletio, & testiculorum mollificatio.

Iudicia istarum duarum herniarum secũdũ Albu. sunt q sunt difficiles, & periculosæ ad operandum. Quapropter sibi videtur, q earum dimissio melior est, q̃ extirpatio: verum oportet, vt dicatur operatio, quam fecerunt in eas primi.

Cura localis supposita vniuersali est experientia, in primis cum mollificantibus, & resoluentibus dictis superius in capitulis glãdularum, & sephyros. Si autem non proficit: & tu fueris rogãdo multum infestatus prognosticato periculo iuxta

C doctrinam Albu. seca cutem testiculorum. Et si carnem libere a testiculo potest seperari, incide & extrahe. Si vero non, aut ipsemet testiculus est schirratus, aut corruptus, liga superius didymum, & scinde, & cauteriça: & totum extrahe, & postea vulnus sue. Si vero fuerit varix, liga eam a parte superiori, aut inferiori, quod erit in medio, seca sectione totali, & extrahe, & sue. Deinde cura vulnus, vt dictum est, aut cum caustico, & corrosiuo, vt magister Petrus faciebat, operetur vt in glandulis superius est dictum.

*De apostematibus uirgæ, & uuluæ.*

Apostemata virgæ, & etiã vuluæ, proxima sunt curationi apostematum testiculorum, veruntamen quia sunt particulæ magis calidæ,

D et inflammabiles ipsis testiculis, pro tanto magis sunt tolerãtes in principio styptica. Nõ obstante q quasi sunt emunctoria, & principalia membra, quantum ad speciem: non autem ad indiuiduum, ut dictum est sępe. Et in processu maiore indigent sedatione propter eorum fortem sensum. & maiori respiratione, propter earum citam putrefactionẽ. Et propter hoc in calidis, quantum ad principium laudat Aui. lẽtes, cortices granatorum, rosas coctas in aqua cum oleo ros. incorporatas, & populeon, & solatrum valde. Et in sedatione doloris conceditur fomentatio maluarum, et hyoscyami, et epithematio cũ oleo viol. & albuminibus ouorũ insimul mistis. Et medulla panis albi in lacte infusa, & temperata bene, mista cum vitellis ouorum semicoctorum, & modico opij, & croci, incorporando cum oleo papauerino. In transpi-

ratione, & mundificatione multum confert crebra remutatio. & ꝙ foramen virgę teneatur apertum cũ tentis de cera, aut de panno. Et ligaturæ, ad sustinendum fiant ad modum sacculi cum bracali taliter ꝙ teneat: & ligaturæ nullo modo inferant dolorem.

De extensione ventosa quæ dicitur priapismus, dicetur infra.

*De apostematibus ani.*

Apostemata ani cũ prædictis apostematibus maximam etiam habent communitatem. Et vltra hoc habent de speciali, ꝙ in maturatiuis, & sedatiuis additur tassusbarbassus. Et postꝗ fuerint maturata, non permittatur sanies longo tempore esse in loco: & ꝙ apertiones fiant rotundæ, & quasi lunares, ut humores facilius extrahantur: & nõ aggregentur in loco, & fiant fistulæ. Quomodo autem curentur hæmorrhoides, & fistulæ ani, inferius dicetur.

*De apostematibus coxarum, & tibiarum, siue pedum magnorum. Cap. VIII.*

Apostemata coxarum, & tibiarum, non variantur ab alijs communibus aliorum membrorum: nisi ꝙ ante rotulam genu non fiant apertiones profundæ: quoniam sequuntur eas accidentia mala, a quibus pauci liberantur. vt dicit Auicen. & Henricus hoc suo experimento confirmat.

*De elephantia, uaricibus, & uena meden.*

Solent quandoque contingere in tibijs vtplurimũ ingrossationes, & grossities præter naturam quę dicũtur varices, vena meden, & elephantia. Sunt autem varices venæ dilatatæ, & inuolutę ad modum vitis, variatæ, & ramificatæ in crure, & pede utplurimum, quia quandoque in alijs particulis reperiuntur. Vena meden sic dicta ab Auicen. ciuilis ab Albuca. famosa ab Halyab. est vena elongata ad modum varicis, & vermis voluntarie mouentis, quę incipit cum inflatione, uesicatione, atq; dolore. Elephãtia est additio carnis in pedibus, & tibijs, vltra mensuram, uelut est videre in tibijs elephantum.

Causæ istarum ægritudinum quasi sunt eædem, videlicet sanguis grossus, melancholicus, atq; phlegmaticus, et adustus, qui ad illa loca descendit propter eius multitudinem: aut propter labores fortes. Et propter hoc accidunt melancholice viuentibus, & onera portantibus, & post ægritudines acutas, quando materia illuc expellitur.

Signa autem sunt manifesta: quia vnaquæq; discernitur ex suo simili per colorem, & regimen antecedens, vt dicit Auicen. Iudicatur autem ꝙ sint difficiles, & timorosæ ad curandũ, pręcipue antiquæ, & confirmatæ, eo quia quanto materia quę solebat currere ad loca vilia, retinetur: & peruenit ad sublimiora secundum Auicen. peiorem inducit dispositionem. Iuxta illud Gal. sexto aphorismorum duodecimo. Ab hæmorrhoidibus antiquis sanato, nisi vna relicta fuerit: periculũ est hydropẽ, aut phthisim fieri. In talibus enim est melius non curare. Nam curati citius pereunt. Non curati longum tempus perficiunt. Et ego vidi plures: & Lamfrancus idem testatur. Amplius istæ passiones se cõsequũ
E tur, & vtplurimum vlcera generant mala, & difficilis curatiõis: propterea incisio istarum passionum ad hæmorrhagias, et cancrositates est suspecta. Cæterũ istę passiões sunt regionales, & quasi hęreditarię: pręcipue vena meden: quæ in illa regione, & per consequens in alijs ita calidis multiplicatur. Venam medẽ, seu ciuilẽ Albuca. cum pondere plumbi in longitudine. xv. vel. xx. palmarum extrahit. Ego autem nunquam eam vidi: neque Gal. vt testatur Aui.

Curatio tres habet intentiones. Prima est in vita, vt humor grossus & melancholicus non generetur. Secunda in materia antecedente, vt ipsa generata euacuetur. Tertia in coniuncta, vt ipsa desiccando aut extrahendo consumatur.

Intentio prima completur secundum Ras. ꝙ abstineat a grossis, & melancholicis, vt sunt carnes vacci-
F næ, & quæ venando capiuntur: & confectiones de melle, & lentes, & caules, & triticum coctum, & panis azymus, & vinum grossum dulce: & tota diæta dicta superius in apostematibus melancholicis. Caueat etiam a nimia ambulatione, & statione super pedes suos. Et sit contentus cibis subtilibus, pauci nutrimenti, sanguinem subtilem generantibus: sicut carnes pullorum, & columborũ iuuenum, & hœdorũ, & olera subtilia, & vitelli ouorum sorbiliũ, & vinũ album subtile sunt bona, panis bene præparatus.

Secunda intentio completur cum phlebotomia, & pilulis maioribus de hermodactylis, & hiera Rufi, epithymo, polypodio, & lapide laçuli, & vomitu semel in hebdomada, & vsu trypheræ minoris.

Sed tertia res completur ponendo styptica, desiccantia, & resoluentia fortiter, super totum pedem &
G tibiam. Et vtatur ligatura cum istis ab inferiori parte ad superiorem, vt fuit dictum superius de apostematibus phlegmaticis & chiragra, ad quæ pro huius negocio, est recurrẽdum. Et ad hoc ordinantur tres aut quatuor formæ auxiliorum. Primum est lauamentum communitatis cum aqua fabrorum & cimoleę, & aceto. Secundum est epithema Ras. cum aqua cinerum, decoctionis seminis caulium, stœchados arabici, lupinorum, fœnugræci, nitri, & stercoris caprini. Tertium est eiusdem cum myrrha, aloe, acacia, hypocysthide, alumine dissolutis cum aceto. Quartũ est Theodorici, proprium quando materia est magis phlegmatica, & ventosa. Quod Reci. radicis asphodelorum, ebulorum, filicis, folia sambuci, parietarię, caulium rubeorũ coctorum cum vino, & aqua marina pistata, & incorporata cum fæce vini, erunt me-
H liora. Et si cum istis fieret stupha, non minus valeret. Si autem adesset inflammatio, & vesicatio cum dolore, vt contingit in vena meden: iubet Aui. emplastrare cum succis frigidis notis, & duobus sandalis, psyllio, aloe, myrrha, & camphora. Et si non valent aliquid, & fueris cum instantia requisitus, scinde carnem circa plicaturam genu vbi apparet trũcus, & radix omnium varicum: vel sine incisione comprehẽdatur vena cum vncino in duobus locis distantibus per duos aut tres digitos: & liga fortiter cum bono filo de serico: deinde discarnando eleua, & scinde quod est in medio. consequenter solue ligaturam factã versus partem inferiorem ipsius varicis, & ducendo sanguinem superius cum manibus ipsum quantum est possibile, extrahe, & post caput venæ superioris, & totum vulnus cum ferro calido, aut cum arsenico

cauteriça,

cauterica: & mundificando firmiter consolida. Et si aliquid de illo sanguine remanserit, cum medicaminibus dictis tuo posse consume, & desicca. Nonnulli vero vt Albucasis, talem operationem pręcipiunt cū ferro secundum duos modos. vnus eorum, vt secando sanguis niger extrahatur. alter vero, vt vena cum sanguine euellatur: Sectio fit quod ligata coxa vsque ad genu cum bona vitta, vena in duobus aut tribus locis secetur & aperiatur: deinde comprimendo & ducendo sanguinem vsque ad loca aperta, prout erit possibile, extrahatur. Et tale regimen postea infirmo pręcipiatur vt in posterum non lædatur. Eleuatur, & euellitur seu eradicatur tota vena, incidendo cutem in directo varicum in tot & talibus locis, ꝙ absq; hoc ꝙ vena aperiatur, cum vncinis comprehendatur & trahatur quousque euellatur a parte superiori, & inferiori. Et post vulnus cum lana infusa in oleo & vino curetur, donec sanetur. Primus modus mihi videtur securior. Galenus præcipit eum facere in temporibus pro rheumate calido oculorū tertiodecimo therape. dum subdit. Etenim uarices curamus ita vinculum ut supra in temporibus immittentes prius: & ita abscindentes quod medium. Et Halyab. in sermone nono secundæ partis lib. regalis dispositionis, ipsum approbat, & ponit. De podagra et dolore iūcturarum dicetur in sexto tractatu in quo ponētur passiones quę proprię non sunt apostemata, nec vulnera, nec ossium passiones.

## Tractatus tertius. Et est de vulneribus, Cuius sunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima est de vulneribus prout insunt in membris simplicibus.

Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

## Prima doctrina quinq; habet capitula.

### *De uulneribus & solutionibus continuitatis uniuersaliter.* Cap. I.

VUlnus est solutio continuitatis recen sanguinolenta sine putrefactione in partibus mollibus facta. Solutio enim continuitatis ponitur ibi pro genere, in primo de ægritudine & symptomate, quę est cōmunis ægritudo simplicibus & compositis particulis: magis tamen proprie simplicibus inest quam compositis secundum Auerro. in secundo & tertio colliget. cum in eis uerior continuitatis ratio saluetur. Reliqua ponūtur pro differentia: Recens uidelicet sanguinolentum sine putrefactione, ad differentiam vlceris: quod est cum putrefactiōe: In partibus mollibus, ponitur ad differentiam fracturarum quę in membris duris contingunt. Vnde secūdum hanc generalem diuisionem particularum Ioannitius dicebat ꝙ chirurgia erat duplex: aut in carne: aut in osse. Intellexit enim carnem pro musculis, neruis, & venis, quæ sub mollibus et mediocribus particulis comprehendebat Commentator nouus in tertio techni. Solutio continuitatis multas habet species in secundo fen primi canonis Auicennę, uulnus, vlcus, apertura, punctura, incisio, euulsio, fractura: & illud genus. Quorum descriptiones & differentiæ in suis locis dicentur. Nec de dissonantia nominum est curandum dum solum res intelligantur. vnum pro reliquo sępe tamen poni inuenio. Vulnus enim & vlcus in græca in translatione idem sunt. In arabica vero differunt. Et pro certo gręca translatio melius dixit: quia vulnerum, siue vlcerum secundum Galenum quarto therapeutices, duæ erant differentiæ maximæ solum, videlicet sine causa præsente, & associatum cum causa operante. Vulnus autem & plagam idem reputat Halyabbas, sermone sexto dispositionis regalis. Species solutionis continuitatis suas sumit per differentias potissime a tribus: primo a natura particularum in quibus fiunt: & ita dicimus in tertio techni, quod quædam fiunt in partibus consimilibus, & homæomeribus: quædā in organicis. Et quæ in consimilibus: quædā in partibus mollibus: quædam in duris: quædam in mediocribus. Et quæ in mollibus: quædam in carne: quædam in pinguedine. Quæ vero in duris: quædam in substantia ossis: quædam in iūctura. Et quæ in mediocribus: quædam in neruis, & ligamentis: quædam in arterijs, & uenis. Quæ autem in organicis: quædam in principalibus, vt corde, hepate, cerebro: quædam in seruientibus principalibus, vt trachea arteria, meri, vesica etc. Quędā in non seruientibus eis, ut auricula, oculus etc. Albucasis vero dicit ꝙ vulnera secundum loca distinguuntur: quia quædam fiunt in capite: quędam in collo, pectore, ventre etc. Et secundum res, a quibus fiunt, vt dicetur statim. Secunda differentia sumitur ab esse solutionis in tertio therapeutices. ꝙ quædā est simplex: quædam composita. Simplex in qua non est aliqua dispositio complicata. Composita in qua est duarum aut plurium complicatio, dispositionum inquam non habentium rationem vt causæ operantis maxime vulnus, sed sine quibus non obtinent sanationem in tertio therapeu. & sequenti capitulo. & magis de vulneribus dicetur infra. Tertia differentia sumitur a proprijs differentijs ipsius solutionis in tertio eiusdem: vt a magnitudine & paruitate: æqualitate & inęqualitae: profunditate & superficie: totalitate & secundum partem: rectitudine et obliquitate: & id genus. A talibus autem differentijs sumuntur iudicia, & intentiones curatiuæ, & auxilia, & modus, cum quibus complentur. Vnde Galenus tertio therapeutices, ꝙ vltra indicationes primas, quæ non sunt partes artis ratione dignę, cum existunt idiotis notæ: oportet considerare super indicationes particulares, & substantiam, & vniuscuiusque particularum actū, vtilitatem, atque positionem: ex quibus procedens medicus, non potentem sanari præsciet: & pro potente suscipere sanitatem, de auxiliorum inuentione considerabit.

### *Causæ.*

Licet secundum Galenum in secundo de ægritudine & symptomate uniuersaliter causæ omniū solutionum continuitatis sunt: hæ quidē quæ extrorsum procedunt: aliæ vero ex ipso corpore: Nihilominus causę uulnerum recentiū in quantū vulnera sunt, quęcunq; extrorsum perforare, aut cessare apta nata

sunt. Et has specificauit Halyab. sermone quarto dispositionis regalis dum dixit. quoniam causæ hæ aut a corporibus fiunt inanimatis, vt ense, iaculo, lapide, & similibus: aut ab animatis, vt venenosorum punctura, atque ferarum morsus. Ex quibus sumitur alia differentia vulnerum: quod quædam sunt incisiones: quędam contusiones: quædam vero morsuræ. A qua etiam sumitur curatiōis indicatio: per accidens tamē: quia probatum est quarto therapeu. quod a dispositione sumitur indicatio: a causa vero primitiua tanquam a non ente, & tempore significatio.

*Signa & iudicia.*

Signa vulnerum, sensus, & præsentia demōstrat singularis. Quia iudicia vulnerum & solutionum continuitatis habentur per sciētiam substantiæ, & actus, & vtilitatis particularum, & esse dispositionum vt superius est allegatum: pro tanto indicat Galenus in quarto therapeutices, quod vulnus & solutiones continuitatis magnæ & fortes non modicum habent periculum: fiunt enim fortes tripliciter: vel propter principalitatem patientis partis: uel propter malam morigerationem: vel propter magnitudinem dispositionis: Propter quod & percussionū quæcunque in capite, intra thoracem & ventrem apprehendunt, non paruum inferunt periculum: & maxime quando simul percutitur quid interiorum. Sed & quoniam male morigeratæ cito fiunt omnes, quæ in articulis percussiones, sciunt fere omnes: vbi enim sunt tendones, & nerui, & excarnes & ossuosæ regiones, periculum est doloris, vigiliarum, spasmi & delirij. Et cum his quæcunque magna fiunt vulnera quod sutura indigeant, vt supple quæ fiunt per totalem transuersum musculorum principalium. Et quæ magnas venas, & arterias, & neruos, atque medullas concutiunt, maximum inferunt periculum. Primum cōsulit Galenus, ex illo sexto aphorismorum, Vesica decisa, aut cerebro, aut corde, aut diaphragmate, aut aliquo intestinorum subtilium, aut hepate, aut ventre: mortale. Secundum ex illis aphorismis. 5. Quibuscunque œdemata, id est tumores in vulneribus apparent, non spasmantur. Et si in vulneribus magnis & fortibus œdemata nō appareat, hoc magnum malum. Et vocabat vlcera maligna: vt ipsemet Galenus exponit in commento, vulnera, quæ secūdum capita vel fines musculorū, & maxime neruosorum fiunt.

Iuxta quod aduertendum quod per periculum intelligitur mors totalis corporis: aut particularis membri, quæ est priuatio vitæ, aut malefactio, seu membri impotentia perpetua & incorrigibilis, quæ est priuatio motus & sensus, et proprie operationis ipsorum. post quam membrum non dicitur membrum, neque pars corporis proprie: sed denominatiue & equiuoce, uelut lapideus oculus aut æreus. secundo de anima & quarto meteorologicorum. Et istud est multum necessarium chirurgico disponenti in cura de vulneratis: scire videlicet quę vulnera sunt mortalia: et quæ malefica.

Pro quibus est sciendum secundum intentionem Galeni in sexto aphorismorum in commento, Vesica decisa, quod vulnera, quædam sunt mortalia valde & necessario: quædam non necessario sed vtplurimum. Et per oppositum: quędam sanabilia omnino, quædam vtplurimum. Mortalia necessario sunt vulnera substantiæ cordis, quæ interficiunt statim: pręcepto enim naturæ mandatur totus sanguis ad cor: ex quo fit hæmorrhagia, resolutio, apostema: & oppilatio prohibens delegare vitam ad vniuersum corpus. Cor vero diu non potest pati solutionem continuitatis: nec apostemata durante vita, vt ponit Auicen.

Amplius mortalia necessario sunt uulnera magna, et penetrantia substantiam cerebri, et hepatis, diaphragmatis, stomachi, intestinorum gracilium, renum, tracheę arteriæ, meri, pulmonis, & splenis, cystis fellis, & omnium aliorum membrorum principalium, & seruientium membris principalibus seruitute necessaria ad vitam. Et causa est: quia de ipsis nulli sanantur, vt rationabitur. Consequenter vulnera mortalia nō necessario, sed vtplurimū, sunt vulnera parua, & superficialia prædictorum membrorum, & penetrantia ad regionem ipsorum, & capitum musculorum. Et causa est, quia si bene non tractentur, de ipsis contingit mors. si vero bene, sanari. Sicut ego vidi de parte posteriori cerebri: de qua exiuit parum de substantia cerebri: quod fuit cognitum per lęsionem & memoriā, quam post curam recuperauit. Non tamen dico quod viueret si exiret tota una cellula: vt de illo cellario narrat Theodoricus. Nec Galenus dicit de illis duobus quos vidit plagatos sanari in Smyrna, viuente magistro suo Pelope, quod exiuerat substantia cerebri: sed solum plagatum fuerat cerebrum. Neque de illo quem ipse vidit sanatum in Smyrna, vt narrat in octauo de vtilit. dicens quod exiuit substantia cerebri. Sed in altero ventriculorum geminatorum fuisse vulneratum. Et cum hoc volūtate dei curatus putabatur. Si enim ambobus fuisset plagatus, pauco tempore durasset, vt dixit: ex quo concludit geminationis aliquorum organorum vtilitatem, vt superius in anotomia fuit dictum. Et tam de isto quam de istis sanatio rara rarorū valde fiunt, vt pręallegato dicitur cōmento.

Causa, quare vulnus cerebri et panniculorum eius sunt mortalia modo dicto: est quia ad læsionem cerebri, sequitur læsio thoracis & membrorum respiratiuorum, ex qua eucrasia corrumpitur cordis, in qua ex necessitate sequitur animal totum perire, vt quinto de locis affectis ait Galenus. De hepate etiam vidi vulnera parua circa lumbos sanari: non tamen profunda, nec cum deperditiōe alicuius particulæ ipsius, sicut idem Galenus testatur. Cuius causam reddit ipse in quinto locis affectis. Quia propter deperditionem nutricationis mortificatur cor, & perit animal: hoc tamen tempore fit ampliori. Vulnera diaphragmatis pręcipue quæ in locis fiunt neruosis, incurabilia sunt: quia carent sanguine: & cum hoc habent continuum motum. Vulnera enim non curantur nisi quiescant, & labia coniungantur. In carnosis tamen particulis consolidata sunt multoties secundum ipsummet Galenum. 5. therapeutices. Vulnera pulmonis quia citissime apostemantur, etiam sunt incurabilia vtplurimū: eo quia nec propria uulnerum pharmaca tangere possunt vlcus: & quoniam mouetur secundum respirationes, & agitatur secundum tusses.

Vulnera etiam trachęę arteriæ magna pręcipue in parte cartilaginosa, etiam raro curantur: quia sunt du-

ra

ra & exanguia, & continuum respiramentum per vulnus habent.

Vulnera etiã œsophagi magna nõ curetur: quia trã situs cibi & potus impediunt consolidationẽ. Vulnera etiam venarum organicarum magna non curãtur, nisi raro: quia propter eius magnam hæmorrhagiam perit spiritus, & vita etiam: quia non possunt sustinere timore suffocationis ligaturam necessariam ad restringendum hæmorrhagiam. Vulnera stomachi sunt mortalia modo dicto: & intestinorum gracilium, præcipue circa ieiunium: & matricis, renum, & vesicæ, & fellis: quia sunt neruosa & exanguia: & est locus & transitus malignarum humiditatum: & eorum seruitus continue vitæ est necessarius: & cũ hoc medicamina conuenienter non possunt applicari.

Vulnera splenis etiam cum habeat officium toti necessarium, cum sit alterum hepar (vt dixerunt multi) sunt periculosa: sed non sunt ita periculosa, ut aliorum membrorum.

Vulnera etiam penetrantia ad intrinseca membrorum, iudicantur mortalia vtplurimũ pro tanto, quia aer qui ingreditur ad ea sine alteratione, offendit intrinseca membra. Etiam quia per ea inspiratur spiritus: & offenditur & debilitatur virtus: et cum hoc nõ possunt bene mundificari. Et finaliter pariunt fistulas, & empyimata, cum quibus moriuntur.

Signa vulnerationis istorum membrorum & multa quę omittuntur ratione breuitatis, dicetur inferius in suis locis.

Amplius vulnus & puncturæ quæ fiunt in capitibus musculorũ, vbi sunt nerui satis denudati, & chordæ, & ligamenta, ad tres digitos prope iuncturam & tempora: sunt mortalia vtplurimũ in tertio artis medicinalis. Nerui vero & tendonis punctura parata est vocare spasmos propter plurimum sensum quem referunt ad cerebrum: & per consequens mortem. Et causa est nocumentum, quod venit a cerebro membris respiratiuis, vt superius est dictum. Et propter hoc dicebat Hippocrates in quinto aphorismorum. In vulnere spasmus superueniens, mortale: Non necessario, sed vtplurimum inquit Galenus in cõmento. Membra particularia iudicantur mortalia: quãdo principales venæ, & arteriæ, & ossa, a quibus viuificabantur & nutriebantur et sustentabantur, penitus sunt incisæ & destructæ: & incipiunt nigrescere, mollificari, & cadauerari ad modum esthiomeni, vt in incisione brachiorum & tibiarum. Membra etiã iudicantur malefica, & impotentia perpetue, quando nerui, chordæ, & ligamenta, quæ regebant ea, sunt abscisa, et penitus destructa, et perdunt incontinenti operationẽ suam, et incipiunt arefieri, et desiccari. Vulnera vero sanabilia omnino sunt, quæ sunt in euchymis corporibus, & in locis carnosis, paucorum neruorum & venarum, non magnæ capacitatis, neque profunditatis. Et causa est: quia ad ea non debẽt sequi febris, neque mala accidentia: duntaxat quod bene regantur. Et ideo est bonum quod in depositionibus talium, tu dicas hoc: & etiam, duntaxat quod aliud non superueniat, quod de præsenti non apparet, neque regulariter uenire consueuit. Vulnera sanabilia utplurimum, que cum quadam differentia dicta sunt mortalia vtplurimum. Et ideo indifferentia & media, & secundum tertium significatum neutra, sunt vulne-

E ra in capitibus musculorum, & cranei, & thoracis, & ventris. Et causa est quia si tractantur bene & artificialiter, & adhibeatur bona diligentia, & infirmus sit obediens, & habeat quæ necessaria sunt ab extra: possunt curari. si vero non, interficere. Et ideo in depositionibus talium de hoc caute oportet facere mentionem. Attende tamen in tua depositione, quod tu de videndo vulneratum & ipsa vulnera, habeas preceptum de curia: & quomodo nomines vulnera, & loca vulnerum: & reddas causam tuæ depositionis. Non sis tamen rogo te in iudicando & deponendo velox & subitus: sed deliberatus & preuisus. Scriptũ enim est a patre nostro Hippocrate, Iudicium difficile. Et licet, vt infra dicetur de vulnere capitis, terminus vltimus vulnerum sit quadraginta dierum; primus infra septem; medius ad nouem iuxta formam

F acutorum morborum: Nihilominus in suspectis vulneribus expectanda est ad deponendum, & iudicandum dies septima: eo quia communiter infra tale tempus consueuerunt apparere accidentia & bona & mala: scilicet febris, syncope, alienatio, spasmus, et cõsimilia. Et interim considerandæ sunt operationes virtutum per pulsum, per vrinam, per vomitum, & per alia expulsa. Considerandus etiam est appetitus, & tolerantia, & aspectus vulnerati, & consimilia. Et secundum ꝙ inuenies iuxta doctrinam Hippocratis, & Galeni in prognosticis, compares robur virtutis & ęgritudinis. Et de hoc facias tibi capitulum, & clauem totius prognosticationis iudicij mortis & salutis, cum quo iudices & deponas.

Nec valet si diceretur quod non fuisset mortuus cum toto malo regimine mundi, si non fuisset vulne-

G ratus: qa nec etiã esset mortuus, si voluisset, & ea quæ sunt rationis, fecisset. Oportet enim non solũ seipsum prębere: sed & patientem. Licet enim de his quæ fiunt a fortuna, sit ars curatiua: non tamen est ars pręseruatiua, in tertio techni. Natura humana multipliciter est seruanda. & sic ex se diuersis periculis subiecta: vt in alia dicitur facultate. Est autem etiam intelligẽdum secundum Auicennã in quarto de extractione sagittarum: quod licet vulnera sint mortalia: propter hoc non est dimittendum, quin homo faciat secundum rationem illud quod erit faciendum: duntaxat quod chirurgus sit bene requisitus.

Sed præmittatur bona prognosticatio, propter verba stolidorum: eo quia multoties sanantur aliqui absque spe, mirabiliter. Et si nos dimitteremus, accideret mors: & proportionaremur ad paucitatem misericordiæ & pietatis.

H Vlterius scias quod vnitio in organicis partibus est impossibilis, in tertio artis paruæ. Et causa est: quia incisis omnino poris per quos veniebat nutrimentũ, & vita, & sensus ipsi mẽbro organico, secundum nouũ Commentatorem supra techni, id est artem paruã, incontinenti expirantur spiritus et virtutes propter magnam subtilitatem quam habent: quod non contingit in animalibus imperfectis & plantis: non propter repugnantiam medicaminum, vt dicebat Haly in cõmento. Præterea vnitio possibilis est in carne secundum intentionem primam: In osse vero secundum intentionem secundam. Vocatur autem prima intentio quando coniunguntur diuisa sine medio hæterogeneo: sed cum rore nutrimentali qui per modicam con-

uersionem fit caro consimilis, & vniformis priori.

Secunda intentio vocatur quando coniunguntur diuisa per medium heterogeneum: sicut ærarius consolidat plumbum, vt dicit prædictus Commentator. Et istud medium dicitur porus sarcoides: fit ex humore magis grosso quam carnis, & minus grosso quam ossis. Et causa quare os non consolidatur secundum intentionem primam, est durities ipsius, vt ponit Galenus in textu: quia sola humida vniũtur prima vnione: & debilitas virtutis nutritiuæ alteratiuæ cum sit particulæ frigidæ, vt dicit Commentator nouus supradictus: Non carentia materiæ spermaticę: vt dicebat Halyab. quia ossa semper habent nutrimentum spermaticum per conuersionem supple & assimilationem. De neruis & venis dicit Auicenna auctoritate Galeni in quinto therapeutices, qđ se habent medio modo: secundum ꝙ ipsa sunt mediocria inter duritiẽ & mollitiem. Vnde incarnantur quãdo sectio est parua, & corpus est humidũ: & non incarnantur in diuersificato ab eo. Vnde Galenus vbi supra, Videtur autem experientia attestari rationi. In infantibus autem & mulieribus vidi consolidari arteriam, propter humiditatem & mollitiem corporum. & in vno iuuene breuem habente diuisionem. Et hoc confirmatur auctoritate Hippocra. in sexto aphorismorum, cum decisum fuerit os, aut cartilago, aut maxillę tenue, aut præputium: nec crescit, neque conglutinatur. Neque valet instantia de osse puerili ꝙ est possibile consolidare, vt ponit Galenus in tertio techni: quia mollitiẽ habet: & virtutis fortitudinem, propter propinquitatem natiuitatis. Nec de dentibus, quia generantur, & non solum in pueritia, sed in alijs etatibus: quia nõ generantur ex materia ordinata: sed ex superfluitate, non a virtute prima informatiua: sed nutritiua inducente actum generatiuæ, vt dicebat Albertus Bonoñ in lectura aphorismorum. Vltimo iudicat Hippocrates in sexto aphorismorum, ꝙ hydropicis quæ in corpore fiunt vlcera, non facile sanantur. Vnde Auicenna, & solutio quidem continuitatis, & vlceratio, & his similia, cum in membro fuerint bonæ complexionis: cito sanantur. Et cum fuerint in membro malæ complexionis, longo resistunt tempore: & tanto plus, cum in corporibus contingunt eorum, quæ patiuntur hydropisim, & constructionis malitiam, et lepram. Præterea in quinto aphorismorum. vlceribus frigidum mordax, cutem indurat, dolorem sine sanie facit, & rigores, & passiones inducit. Iudicatur ꝙ solutiones magnæ male curatæ, maxime extra iuncturam, inducunt maciem in particula sequente. & hoc est propter oppilationem, et uirtutis debilitatem, vt dictum est, & dicetur. Multa alia iudicia oportet vt seruentur in capitulis singularibus: et in tractatu vlcerum in quibus communicant vlcera & vulnera, vt dicetur infra iussu dei etc.

Curatio. Intentio communis omni solutioni continuitatis est vnitio vt in tertio techni: & est indicatio prima omnibus nota ab esse ægritudinis, quæ præcipit abijcere contrarium per suum contrarium sumpta.

Quę quidem intentio generalis & prima perficitur a duobus, a natura tãquam a principali agente operãte cum suis virtutibus, & nutrimento conuenienti: a medico tanquam ministro operanti cum quinque in-

E tentionibus adinuicem subalternatis.

Prima præcipit remouere extranea: si qua sint inter distincta.

Secunda adducere adinuicẽ ptes distinctas distãtes.

Tertia cõseruare partes replasmatas, & adinuicem in vnum adductas.

Quarta custodire & præseruare mẽbri substantiã.

Sed quinta docet corrigere accidentia.

*De prima intentione quæ est remouere extranea.*

Primum completur. si solutio non est aperta, & aliquod extraneum fuerit inter partes, vtputa squamula ossis separata pungens, aut aliquod infixum vt sagitta, seu aliud extraneum vt spina: ꝙ aperiatur: & si est aperta sufficienter, ꝙ remoueatur, & extrahatur leuiter, & absq; dolore cum

F digitis, aut pincecarolis, aut tenaculis, aut cum aliquo ingenio per teipsum inuento.

*De ingenio extractionis sagittarum & aliorum infixorum.*

Extrahuntur enim infixa per inuentionem ingeniorum. Et modus inueniendi habetur per considerationem naturæ, & diuersitatem infixorum, & per considerationem naturæ, & diuersitatem membrorum. Ex quibus duobus extrahitur tertium, scilicet modus extrahendi, & instrumentorum inuentio, & diuersitas infixorum: licet sit infinita & certis literis nequeat scribi, Et propter hoc est consilium, quod examinentur formæ proiectorum ab inimicis: Nihilominus Aui. sub diuisione octuplici ea cõprehendere conatur: de quibus accipio gratia breuita-

G tis, communiores. Infixorum quędã sunt ferrea, quędã spinosa: quædam ossosa, aut alterius naturæ. Item quædam plana: quædam barbulata. Præterea quædã habent doleam in qua intrat lignum: quædam clauũ quod intrat lignum. Amplius quædam sunt venenosa: quædam non venenosa. Diuersitas membrorũ habetur per anotomiam: quia quædam sunt principalia: quædam non principalia. Et quædam carnosa: in quibus debiliter infiguntur: quædam ossosa in quibus firmiter adhęret infixum. Præterea quædam sunt apparentia in quibus parum, profundatur infixum: quędam sunt profunda, in quibus submergitur infixum. immo aliquoties tãtum profundatur ꝙ venit ad partem oppositam.

Instrumenta quæ ab his inueniuntur, licet sint multa: octo tamen apud me sunt magis cõmunia.

H Primum, sunt tenaculæ Auicen. & sunt semilunares dentatæ. A

Secundum sunt tenaculæ Albuca. & sunt ad modum rostri auis dentatæ. B

Tertium vero tenaculæ cannulosę pro sagittis barbulatis. C

Quartum est terebella reuersata ad capiendam cannam ferri. D


Quintum autem est terebella directa ad ampliandum ossa. E


Sextum sunt impellentia concaua: F a & impellentia surda. F b

Septimum sunt incisaria ad ampliandam carnem, vt facilius infixa extrahantur. G

Octauum est balista. H

Modus


A
B
C
D
E
F a
F b







Modus autem operandi qui a prædictis oritur, est talis. Quod si infixum, in primo occursu non potest salubriter extrahi, debet dimitti vsquequo caro marcescat & putrefiat. Et tunc id circumuoluendo & mouendo illuc istuc, leuius extrahetur, Non obstante dicto Henrici: qui præcipit quod statim extrahantur: quia ita volunt Auicēna, et Albucasis, & Brunus. Deinde vulnus debet procurari, vt alia vulnera: nisi quod sanguis alteratus ab infixo debet expelli, ut vulnus a putrefactione securetur: & debet infundi cum oleo calido: maxime si dubitatur de dolore. Si autem fuerit toxicatum, procuretur vt morsuræ venenatorum. Et si non potest leuiter per modum dictum haberi de armato patiente, & præparatis præparādis, & facta prognosticatione, si est necesse iuxta formam datam, capiatur cum tenaculis communibus circum

E uoluendo, et trahatur. Et si illæ non valent, capiantur aliæ fortiores. Et si sunt barbulatæ, apprehendantur barbulæ cum cannulatis. Si lignum exiuit de dolia, cum terebello reuersato immisso in dolia extrahatur.

Et si aliter non possunt extrahi, elargetur foramen carnis si est possibile cum rasorio & ossis cum terebellis directis, aut cum trypanis: & vt dictum est, extrahatur. Et si hoc non valet, ligetur balista cum tenaculis: & patiente bene firmato disparetur balista, & extrahetur. Si autem sagitta est inuersa, & non potest extrahi per partem per quam intrauit: impellatur cum impellentibus concauis, aut surdis ad partem oppositam. Et si commode potest fieri, per illam partem extrahatur. Si vero non est possibile, dimittatur quousque natura eam extrahat aut manifestet. Albuca. vero narrat multos in quibus sagittæ diu steterunt oc F cultæ: qui cum eis vixerunt longo tempore absque nocumento: & in aliquibus aliquæ fuerunt per naturam manifestatæ, & extractæ, & sanati fuerunt. De istis incantationibus, & coniurijs Nicodemi, quæ ponit Theodoricus & Gilbertus, non curo. De medicinis extrahentibus infixa, operatus sum in spinis, & arestis, & lapidibus, ac vitris, & in ossium frustulis. Et inueni proprium medicamen sumptum ab Auicē. quod Recip. fermenti, mellis, aut sordicici alueorum, ana lib. 5. visci quartam. i. ammoniaci, quartā. 5. olei, quartam. i. fiat emplastrum. & desuper apponatur. Rogerius asserit probatum quod radix arundinis trita cum melle apposita super fixum, ipsum extrahit sine dolore. Plura alia in antidotis ponuntur: & ita c ompletur primum.

G *De secunda intentione quæ est remouere partes distātes.*

Secundum completur cum manibus trahendo & coniungendo partes distantes & membrum indolorosius, quo poterit plasmando, vt inferius in speciali dicetur.

*De tertia intentione quæ est conseruare in unum partes replasmatas.*

Tertium completur cū bona et decenti ligatura, et situatione debita, & sutura si est necesse.

*De modo & qualitate ligandi.*

Circa ligationem est sciendum quod secundum intentionem Auicenna in quarto. triplex est ligatura. incarnatiua, expulsiua, & retentiua. Ligatura incarnatiua competit vulneribus recentibus H & fracturis: & fit cum binda a duobus capitibus plicata, ligata vsque ad medium, incipiendo ab opposita parte loci soluti, ducendo vnum caput versus partem superiorem membri, & aliud versus partem inferiorem, capiendo de partibus adiacentibus quantum videbitur expedire, stringendo plus super locū læsum quam in partibus adiacentibus. Caueat tamen a nimia strictura, & nimia laxatione. Terminus sit, bona infirmi tolerantia. Capita autem bindæ suantur. Et si necesse sint plures bindæ, ponantur: & per eundem modum voluantur: per istum autem modum ligandi: vnum labium cum alio coniungitur, & apostematio prohibetur, vt sexto therapeutices probatur. Nonnulli vero adaptant pnnum duplicatum, & stringēdo suunt cum supra locum solutū. Ligatura

tura expulsiua competit vlceribus, & cauernis ad expellendum materiam de fundo, & ad defendendum ꝙ altera materia non veniat in loco, & fit cum binda ab vno capite plicata, incipiendo a parte inferiori ipsius membri, ibi fortius stringendo, deinde reuoluendo proceditur vsque ad partem superiorem. Dico autem superiorem partem, vt Gal. quinto therapeu. eam, quæ est versus cor siue hepar, a quibus oriuntur omnia membra. Ego autem talem bindam in membris inęqualibus, velut sunt tibię, adapto scindendo eam ab vna parte de palmo in palmum, & suendo, & eam perfilando rigide a parte arcuata, & incisa, laxe a parte dorsi, & non incisa: et ligando partem largam dorsalem, teneo versus grossum membri, partem curuam incisam versus partem graciliorem. Quot autem bona fecit mihi ista ligatura, in vlceribus, varicibus, & in phlegmonibus tibiarum, nouit Deus. Ligatura retinens medicamina competit membris in quibus non potest fieri strictura, neque alia ligatura, vt in collo, & in ventre, & in omnibus apostematibus, & dispositionibus dolorosis: & fit cum binda vnius capitis, aut multorum capitum siue brachiorum, incipiendo super locum læsum, ligando in opposito eiusdem. Modus disligandi sit suauis, & indolorosus: & si ligamenta nimis se teneant, tantum madefiant cum vino vsquequo separentur. Insuper vult Gal. ꝙ bindæ fiant de panno mundo, latæ, & longæ secundum naturam particularum: vt quæ ligant humerum in latitudine sex habere debent digitos transuersales: quæ coxam quinque: quæ tibiam quatuor: quæ brachium tres: quæ digitum vnum. Longitudo sit secundum reuolutionum necessitatem. In hoc enim multum facit ingenium medici: quod artem adiuuat, & naturam operantem, vt dicit Damascenus. & scientia plasmationis mēbrorum: et hoc est quod dicebat Gal. in quarto therapeu. ligare enim vlceratam particulam, non contingit bene aliquem absq; hoc ꝙ sumat indicationem a plasmatione particularum.

### *De modo, & qualitate suendi.*

Circa quem est sciendum ꝙ sutura est triplex, incarnatiua, retentiua sanguinis, seruatiua labiorum ad tempus. Sutura incarnatiua, quæ competit in omnibus vulneribus elongatorum labiorum, si possunt approximari, in quibus non sufficit sola ligatura, quæ nulla habent extranea inter labia, & sunt recentia vel antiqua renouata per scarificationem, & pellis remotionem. vt dicit Halyab. ꝙ fit quintupliciter, vno nodo cum filo forti ęquali, & plano vt sericino, in communibus vulneribus. Primum punctum ponendo in medio vulneris, & alium in medio spatio cuiuscunque lateris: & ita procedendo in spatijs inter duo puncta faciendo punctum quousque sutum sit conuenienter. Quod erit, quando inter duo puncta spatium vnius transuersalis digiti remanebit. Acus sint longæ, planæ, & limatæ, in cuspide triangulatæ, in cauda propter locare filum, vt non impediat transitum, cauatæ. Canula habeatur fenestrata cum qua appodietur altera pars labij, ut non vagetur in immittendo acum, & vt per fenestram possit videri, quando transiuerit acus. Et tunc trahatur acus & filum, appodiando labium iuxta filum cum tasta, vt trahēdo filum, labium non se

A quatur. Et ligetur primo cum duabus inuolutionibus, & secunda cum vna, deinde filum scindatur remote aliquantulum a nodo. Secundo modo fit sutura incarnatiua cum acubus, aut cum hasta plumæ introducta cū acu in vulneribus magnis profundis: quorū labia sunt multū separata. Acus infilatur infilatas tot, quot sunt necesse imponendo eas cū filo reuoluendo, sicut faciunt mulieres quando super manicas acus reseruant infilatas, & remanent vsque ad vulneris consolidationem. Tertio modo fit sutura incarnatiua cum cannulis æqualibus factis de stupis bene tortis gracilibus, vt palea, longitudinis vt digitorum vnguis, aut de hasta plumę: quę quidem competit in locis, quando volumus ꝙ sutura duret longo tempore. Et fit quando mittitur acus infilata per ambo labia, deinde retornatur acus per idem fora-
B men vsque ad hoc ꝙ remaneat vna ansa, in qua ponitur vnum de capitibus cannulæ. & postea caudæ duorum filorum stringuntur, & ligantur super capite alio cannulę, & ibi scinduntur capita filorum, & remanet cannula vsque ad perfectam consolidationem. Quarto modo fit sutura incarnatiua secundum Gal. cum hamis, & debent esse parui, secundum membrum ab vtraque parte curuati, et infigendo in vno labio ducatur labium ad alterum labium, et in illa etiam figatur, vt faciunt retonditores pannorum. Quinto modo fit sutura incarnatiua cum pānis: & conuenit in locis in quibus volumus ꝙ cicatrices non appareant vt in facie. Et sic fit ꝙ recipiuntur duæ peciæ triangulatæ magnæ secundum membri quantitatem, & liniuntur cū linimento inuiscatiuo facto de puluere sanguinis draconis, thuris, masti-
C ches, sarcocollæ, picis, farinæ volatilis molendini incorporata cum ouorum albumine: ita ꝙ applicetur quælibet pecia in quolibet latere vulneris secundum distantiam vnius pollicis. Et postꝗ erunt desiccatæ, suantur peciæ cum subtilitate, & adhærebunt labia.

Sutura restrictiua sanguinis fit cum acubus, & filo intrando, & reuoluendo sicut suuntur pelles: & hoc quando aliæ suturæ non possunt fieri propter magnum sanguinis impetum. In vulneribus venarum ista etiam est vtilis ad suendum intestina, & panniculos, & loca carne denudata: suspecta tamen est, quia rupto vno puncto cætera relaxantur.

Seruatiua sutura fit vt aliæ: sed non est ita stricta: quia non fit nisi ad manutenendum labia quousque vulnus sit firmatum. Et conuenit vulneribus dilaceratis: & in quibus deperdita est caro, ad appropin-
D quandum partes vt citius consolidentur, & in quibus est in processu aliquid extrahendum. Tempus remouendi suturam est quando compleuerit finem suum. Modus remouendi est ꝙ ponatur aliqua tasta sub puncto, & supra tastam scindatur filum, & ponēdo tastam super labium, per quod extrahitur, ne dilaceretur extrahendo.

### *De modo, & qualitate plumaceolorum.*

Quia plumaceoli siue puluilli faciunt ad appodiationem, & compressionem partium dissolutarum: et ad confortandum calorem naturalē membri disiuncti, & ad prohibendū grauedinē ligamētorū: pro tanto de ipsis est hic tractandū.

Est tamen sciẽdum ꝙ quia antiquitus fiebant de pluma inter pannos suta, talem assumpserunt denominationem: quia cum oportebat eos sæpe renouare, erat tędium: adinuentum est eos facere de stupis canapinis præcipue bene pectinatis & mundatis, aliquoties fiunt de lana siue de cotone. Multi uero loco ipsorum applicant pannos suaues duplicatos aut triplicatos, aut spongiam adaptatam. Et ponuntur duæ vel tres vel plures, sicut uidetur expedire. Et aliquoties applicantur sicci aliquoties madefacti, & infusi cum albumine oui, vel cum vino vel cum oxycrato. & aliquoties cum oleo secundum quod dispositio requirit. Et sunt trium formarum triangulati, rotundi, & quadrati. Et triangulati sunt meliores, secundum ꝙ dicit Auicen. ad incarnãdum, unum in latere cuiuslibet labij supra ipsum vulnus se iungẽdo. Sunt etiã rotundi, qui ponuntur sicci super alios, ad conseruãdum calorem naturalem, & ad imbibendum sordẽ. Sunt etiam quadrati qui ponuntur ad prohibẽdum læsionem ligamentorum.

*De modo, & qualitate tẽtarum, & lichiniorũ,*

Circa quod est sciendum ꝙ tenta siue lichinium in solis octo ponimus casibus. Primo in vulneribus quæ volumus elargare, mundificare, aut aliquid a fundo extrahere, vt sunt vulnera profunda quę habent necessitatem contra aperiendi, propter ichorem qui congregatur in fundo, et in spatio sitate sua. Secũdo in vulneribus concauis, in quibus debemus carnẽ generare. Tertio in vulneribus ab aere alteratis, quæ oportet mundificare. Quarto in vulneribus contusis. Quinto in apostemosis. Sexto in morsiuis. Septimo in vulneribus in quibus circa ossa est operandum. Octauo in vulneribus vlceratis. In omnibus autem alijs vulneribus sine tentis, & lichinijs ad consolidãdum intendimus. Propter quod est sciendum ꝙ tentæ, & lichinia sumunt diuersitatem a fine pro quo fiunt. Quia quædam fiunt ad mundificandum vulnera, & ista fiunt de carpia suauis panni præcipue veteri. Quædam fiunt ad tenendum aperta labia, & illa fiunt de stupa bene mundata, aut de petijs panni supradicti, aut de bõbace vt faciebat Rasis, aut de canna æris vel argenti perforata, vt in naribus propter aerem: & in vulneribus profundis ꝙ sanies per se exeat, & non includatur. Quędam fiunt ad ampliandum orificium vulneris: & illa fiunt de spongia bene torta, aut de radice gentianæ. Forma lichiniorum debet esse æqualis, tentarum vero inæqualis ad modum cauillarum. Et aliquoties applicantur siccæ, aliquoties intinctæ in aliquo vnguento: secundum ꝙ videtur expedire.

Reliqua tangentia prædictas operationes, ingenio operantis reliquantur. Nã reprehendẽdus essem, si te tua docerem in primo ad Glauconem, & ita perficitur tertia intentio.

*De emplastratione.*

Quarta intentio quæ est custodire membri substãtiam, & prohibere dolorem, apostemationem, & cætera accidentia, completur emplastrando, & liniendo membrum cum albuminibus ouorum, & rebus frigidis. vt dicit Ras. in primis diebus. Et post cum vino grosso styptico, & cũ apertionibus, & cõtra operationibus, & figura apta,

E & phlebotomando, & euacuando quando erit necesse, & cum bona, & artificiali diæta. Non obstat ꝙ alij dicunt ꝙ vulnus inquantum vulnus, non indiget istis, quod concedendum est in paruis actionibus, & in corporibus eucratis, quæ vbi sunt, quærat dominus. In magnis autem actionibus, & in corporibus cacochymis ad præseruandum accidentia, est necessarium prædicta conuenienter ordinare, & hoc dicebat Gal. in sexto therapeu. supponatur quis deuenire ad nos punctus, & supple vulneratus, & disiunctus, hic homo, si boni ulceris, idest eucrati fuerit, absque pharmato transibit, nihil patietur praui: si vero vlceris praui vel mali, idest cacochymi fuerit, primo quidem dolebit: post hoc autem iam pulsabit, & inflammabitur particula. In omni autem membro carnoso sunt nerui, & venæ quę præparant ad ea accidẽtia mala, & ideo Hippo. dicebat primo
F prognosticorum. de melioribus rebus est vti præuisione.

*De phlebotomia, & euacuatione.*

De phlebotomia consulunt sapientes Rasis, & Albuca. ꝙ si sanguis a uulnere non exiuit sufficienter, ꝙ fiat phlebotomia, & fiat de parte opposita. Nam purgatio per antispasin in quarto therapeu. multum placuit Hippocrati.

*De uentre.*

Si fuerit constipatus, fiant suppositoria aut clysteria, aut administretur aliquod lenitiuum de casia fistu. aut de manna.

*De potionibus.*

G Quæ consueuerunt administrari vulneratis, dico ꝙ non consueui dare aliquam potionem in vulneribus recentibus, quia calidæ sunt, & aperitiuæ, & commouent sanguinem, & præparant vulnus ad apostema, & ad fluxum. In antiquis tamen vlceribus infistulatis, & canceratis, necnon & in sanguine congelato in interioribus, ac in sanie congregata in pectore, & in glandulis intrinsecis, & crepaturis, vt in suis capitulis dicetur, quandoque concessi. Antiqui tamen, vt Rogerius, quatuor magistri indifferenter administrabãt potionem omnibus vulneribus, & fracturis cõpositis ex rubea maiori in plus, & ex cõsolidis, plantagine, tanaceto, canabo, caulibus rub. herba Robti, pede colũbino, gariophyl. lingua canis, pimpinella, pilosella, & consimilibus. Et extrahebant succum, aut decoquebant
H ea cum aqua, vino, & melle, & dabant quolibet mane quartam. 5. & desuper folium inuersum caulis rubei de mane, & sero ponendo ligabant. Et asserunt tales empirici ꝙ si potio euomitur, malum signum est: & si retinetur, bonũ: & si exit talis qualis fuit per vulnus: ita iuuet eos deus. Peius est de Theodorico, et Henrico qui pigmentum fortissimum iubent dare vulneratis recẽter in capite, & in pectore, nescio vnde venit ista insania. Scio vere ꝙ Gal. non præcipit.

*De diæta uulneratorum.*

Diæta omnium vulneratorum, & dissolutorũ, in principio vsq; ad septem dies in quibus consueuerunt esse securi a febre, & apostemate, debet esse tenuis, frigida, & sicca, præcipue si patiẽs fuerit repletus, iuuenis, et aer sit calidus. Subtrahatur

trahatur ergo sibi vinum, præcipue purum: & carnes grossæ, et pisces grossi, pāis azymus male coctus, caseus, & fructus, allia, & cepa, sinapis, & omnes species acutæ, & omnes res sallitæ, & acetosæ, & vtatur pullis, perdicibus, auiculis paruis alteratis cum aqua rosata. vtatur etiā auenato, hordeato, amygdalato, spinachijs, boraginibus, lactucis, plantaginibus, brodio simplici, aut composito cum ouis.

Potus eius sit aqua bullita, in qua sit infusus panis grossus, aut aqua hordeaca, aut aqua cum modico uino grosso styptico. parum cœnet. quiescat. a mulieribus summe caueat.

Postq̄ autem securatus fuerit ab apostemate, ingrossetur diæta, & redeat ad consuetudinem suam paulatine. vtatur ergo tunc bono vino, bonis carnibus, gallinarum, caponum, & castratorum, & omnibus bonum sanguinem generantibus, & reparantibus naturam. Et q̄ talis diæta sit vulneratis vtilis, sic probatur. Quia illa diæta est vulneratis vtilis, quæ manu tenet virtutem, & non commouent febres, neq; apostemata, neq; hæmorrhagias exitat, & nutrimentum conueniens præparat tempore conuenienti: talis est huiusmodi: ergo est vtilis. Et propter hoc eam commendat Gal. Ras. Halyab. & Auicen. Brunus, Guilelmus, atq; Lanfrancus. Non autem Theodoricus qui a principio diętam vinosam, & calidissimam pręcipiebat. Et plus miror de Henrico, qui fuit Parisijs nutritus inter philosophos: qui eum in hoc secutus est. de Anglico non miror, quia nihil dicit, nisi quod ab Henrico habuit. Neq; ratio eorum valet: dum dicunt q̄ debilitatus confortetur, quia contrarium dicit Gal. in principio aphorismorum. In his autem qui ægrotant, augere virtutem non properamus. moderate enim diminuimus: aut qualis est saltim in chronicis custodimus. Nisi cum esset tanta debilitas, quæ postponeret omnes alias indicationes, q̄ non est in communibus vulneribus, & cum hoc aduersantibus indicationibus non oportet alterius extremitatem cupientem obliuisci alterius penitus, sed miscere eas in septimo therapeu. Vnde in octauo circa finem, excitatum quidem et natura prudentem oportet esse medicum. vt vniuscuiusq; indicationis subtiliter ponderans virtutem adinuicem omnes comparans, vnum aliquid capitulum coaceruet propriarum laboranti diætationum. Illud autem qđ decepit eos, fuit arabica translatio in quarto de ingenio, capitulo penultimo, quę dicit. Itē oportet te cauere vinum dum apostema calidū est. In alio vero tempore non. Quia debuit dicere dum apostema esse potest. Quod patet per græcam translationem, quæ dicit, palam autem est quoniam vini vsus cauere oportet in tempore phlegmonum, aliter nihil prohibet dare. Et ita conceditur q̄ in principio vsq; ad septem dies: quod est tempus phlegmonationis non detur vinum. Sed transacto illo tempore, non prohibeatur. Et ita completur quarta intentio quæ erat membri substantiam conseruare.

*De quinta intentione.*

Sed quinta intentio, quæ est accidētium introductorum correctio, secundum accidentium diuersitatem completur. Accidentia autē quæ consueuerunt venire in dissolutis continuitatibus, sunt dolor, apostema, dyscrasia, febres, pruritus, atq; A spasmus, paralysis, syncope, atq; alienatio. Vnde sciēdum q̄ vulnus nunq̄ curatur quousq; ista corrigantur. accidentia enim, quæ superant suam causam, ordinē curationis præuaricant, in primo ad Glauconē.

*De dolore.*

Dolor quia est causa trahendi materiam ad locū lęsum, & generandi apostema, super omnia oportet q̄ euitetur. Dolor uero communiter sedatur fomentando particulam cum oleo calido. Et si oleum esset rosatum, vtilius esset. Et si cum eo adderetur albumen oui vel vitellus, vbi non est magna caliditas, non tantum macularet vulnus. Et si esset necesse aliquātulum sopire particulam, oleum sit papauerinum. Et si est necesse, addatur parum de opio, aut de mandragora, vt cosulit Guil. Quatuor autem B magistri laudant ad hoc radicem solatri cum axūgia porci incorporatam. Theodoricus multum cōmendat emplastrum de folijs paruarum maluarum coctis & tritis, & cum cribratura furfuris mistis. Si adderetur modicum olei ros. melius esset. Medulla etiam panis frumenti in aqua ferventi infusa optima est, vt superius fuit dictum. Si aūt esset dolor fortis, significaretur q̄ neruus esset læsus, & tūc ad vulnus neruorum habeatur recursus.

*De apostemate.*

Apostema generatur, & cognoscitur, et curatur, secūdum quod dictum est in tractatu secundo de apostematibus. Nihilominus Auic. laudat, & appropriat omni membro a capite vsq; ad pedes, emplastrum factū de granato dulci in vino styptico decocto, & pistato, & applicato. Si autem non C potest repercuti, nec resolui: maturetur cum emplastris ad maturandum apostemata dictis. Et ad hoc dictat Rogerius embrocam de maluis, absinthio, artemisia, farina frumēti cocta cum vino, & parum mellis, & satis de axungia. Et si sanies non deriuatur ad vulnus, aperiatur in loco magis apparato.

*De dyscrasia.*

Dycrasia si est calida, quod cognoscitur per rubedinem, & vesicationem: infrigida locum, nō cum hyoscyamo neq; mandragora, ut dicit Gal. quia nimis infrigidant, sed cum rosis, & plantagine, & vnguento albo: quæ siccando moderate infrigidant. Si est frigida, quod cognosces per mollificationem, & discolorationem, calefacias locum non D per resinam, picē, & asphaltum, sed cum vino, & vnguēto nigro fusco videlicet, & basilicone. Quare cū ista accidentia conuertunt vulnera ad vlcera, ad doctrinam illam habeatur recursus. Si autem dyscrasia fuerit sicca & humida: per sua contraria corrigatur. & ita de compositis: vt dicetur infra.

*De febre.*

Si superuenerit febris, infrigidentur, & regātur, ut de apostematibus calidis est dictum. Et in hoc domini physici vocentur.

*De spasmo.*

Per spasmum intelligit Auer. decurtationem mēbrorum, aut talem rigidationem, q̄ nō possunt flecti neq; dilatari, quia in eo operatio

nō est ablata, sicut in paralysi, sed est mutata. Est.n. spasmus in quinto de ęgritu. et symptom. motus malus accidens in virtute motiua voluntaria a dispositione morbosa. et ideo est ægritudo neruosa in tertio cañ. qua mouentur lacerti ad principia sua, & inobedientes fiunt in dilatatione.

Causa enim eius secundū Gal. in eodē est duplex, vt Hippo. indicauit, impletio, et euacuatio, in phlegmonosis quidē dispositionibus impletio, in ardentissimis autem, & siccissimis febribus, euacuatio. Quod autem, & impletur, et euacuatur, amplius vniuersis corporum neruosis tendere contingit. Indicant chordæ in organis tensæ, scinduntur enim siue in humida siue in sicca demum tensæ deponantur. Et propterea remittunt eas artifices, anteꝗ̄ deponant. Et secundum illud idem indicant corrigiæ, ad ignem, & aeri scilicet humido expositæ Colliget tertio. Tertium autem capitulum addit Auicē. ꝙ licet ad materiam proportionetur: est tamen nocumentum contristans cerebrum, propter quod nerui refugiunt, et congregantur ad expellendū ipsam causam impedietem. Tunc ergo tres modi spasmorum inanitionis, repletionis, & cerebri compassionis.

Primū causatur maxime propter fluxus magnos quinto aphorismorum, & caliditates immoderatas, & putredines liquefacientes in secundo eorundem. 26. febrem spasmo superuenire.

Secundum fit propter apostema, & tumores dispergentes in fine, quinto aphorismorū. quibuscūꝗ̄ œdemata. Et frigiditates immoderatas implentes, & condēsantes neruos in eodem quinto. frigidum spasmus etc.

Tertium vero fit propter dolorem, tertio techni. Nerui & tendonis punctura. Et propter mordicationem mali humoris, & qualitatis uenenosæ in commēto quinti. spasmus ex elleboro.

Spasmi autem præfati quidam sunt vniuersales, qui fiunt quando nocumētum peruenit ad cerebrū, & ipsum conans expellere nocumentum, contrahit neruos, & membra neruosa, & spasmat ea. Alteri sunt particulares quando nocumentum non peruenit ad cerebrum, sed remanet in membro incuruans ipsum. Et hoc etiam Auenzoar testatur, dico autem vniuersales, quia teneat maiorem partem membrorum ad differentiam epilepsiæ, quæ tenet omnia, & ideo spasmus totius dicitur scilicet humidus, est tamen, & interpolatus, non continuus cum nocumento mentis, & sensuum prout tertio de locis affectis declaratur, ꝙ non est in spasmis, de quibus fit hic sermo. Inquirere exquisite differentias spasmi, causas, et modum generādi alterius est speculationis: quare dimitto. Sufficit chirurgo scire quod dictum est, & signa eorundem, & correctiones siquæ sunt.

Signa communia sunt motus membrorum difficultas, colli tensio, labiorum contractio, ac si vellet ridere: maxillarum, & dentium, & gutturis strictura, oculorū & totius faciei tortura. Signa specialia spasmi de inanitione, sunt aduētus paulatinus, & post ægritudines cōsumptiuas. De repletione vero sunt aduētus subitus, & post apostemata, & repletiones, & frigiditates spissantes.

Spasmi autem cōpassiui signa sunt aduentus a causis extrinsecis, & est cum dolore, & mordicatione, et contristatione.

E

Si nocumenta spasmi veniant ad membra anhelitus, subito moritur patiens. Spasmus confirmatus non curatur, maxime de inanitiōe, quia siccitas cum certissime cōpleta fuerit, insanabilis existit, septimo therapeu. Non cōfirmatus vero aliquam recipit correctionē, specialiter de repletione qđ innuebat Hippo. in secūdo aphorismorum. febrem in spasmo melius est fieri ꝗ̄ spasmum in febre.

Curatio & pręcustodia spasmi sicci est praua, ut dicit Auicen. verū conuenientior cura est tina, & inūctio cū oleo humido post ipsam. Et eius iteratio multoties, & si esset possibile ꝙ tina fieret de lacte, & nasalia, & gargarismata, & clysteria, & finaliter potagia, optimū esset, duntaxat ꝙ febris nō adesset: tunc enim fiant præfata cum aquis, & oleis in quibus decocta sunt folia salicis, & hordeum fractum, viol. atꝙ; nenufar. Et administrētur super iuncturas, & originem lacertorum. Cibaria ipsorum sint sorbitiones pingues, lenes factæ ex amygdalis, hordeo, & zuccaro bono, & aqua carnis assumpta ex carnibus agnorum & hœdorum. Et si cum dictis misceretur modicum boni vini, vt penetrare faciat, non esset longinquum a rectitudine. Cum autem spasmus est humidus, oportet vt curetur cum euationibus fortibus humorum grossorū, ut est hiera, & pilulæ de agarico. Et clysteria acuta sunt optima, & phlebotomia quoꝗ;. Et gargarismata, & nasalia, & sternutatoria cū acutis sunt expedientia. Et inunctiones per collū sub ascellis, et inguina, cū oleis calidis de lilio, et costo, de spica, laurino, pulegino, acuatis cum castoreo, et euphorbio sunt bonę. Et coopertura cū molli lana plurima. Rogerius ad talē spasmū tale dictat unguentum, & ipsum acceptauit Theodoricus. Reci. olei muscellini, vnc. i. petrolei, vnc. 5. olei cōmunis, butyri, ana vnc. iiij. ceræ, vnc. i. styracis calamitæ, styracis rub. ana vnc. ij. & . 5. mastiches, olibani, gummi ederę, ana vnc. 5. omnia liquabilia ponantur ad ignē, & alia pulueriçata misceantur. Vltimo ponatur styrax, & fiat vnguentum, de quo ceruix, & collum, atꝗ; spinæ, & totū corpus inūgatur inter duos ignes. In isto vnguento videtur addere Theodoricus herbas quæ ingrediuntur in vnguento arogon, & agrippa, & oleum castoreum, & pinguedinem limaciarū rubearum, & vocat eum alabaustrum, & est valde proprium ad contractionem neruorum. Et si acciderent febres, duntaxat quod essent ephemeræ, esset bonum. Stuphę, & suffumigationes siccæ, et ea quę prouocant sudorem, sunt conferentia ad hunc spasmum. Spasmus vero cōpassiuus, si fuerit ex dolore, curatur cum leptomeribus, & alijs sedantibus dolorem, vt in de vulneribus neruorum dicetur. Et si est ex punctura ferarum, curetur cum theriaca, & vētosis super locum. Et si fuerit ex mordicatione stomachi, prouocetur vomitus, & stomachus confortetur. Et in omnibus, cerebrum consoletur. Et caput, & collum, dorsum, ascellæ, & inguina cum oleo de lilio inungendo, quia proprium medicamen est spasmo humido, vt Auenzoar dicit. Et ꝙ baculus teneatur inter dentes, vt ex toto non claudatur. Et si aliud non potest fieri, neruus qui mandat nocumētum, totaliter incidatur: vt cōsulebat Ras. quia melius est perdere operationem vnius membri, ꝗ̄ totius.

F G H

## De paralysi.

Paralysis etiam sequitur vulnera, & contusiones maxime capitis, & totius dorsi: vt in tertio de locis affectis per multa exẽpla declaratur. Vtrũ autem sequatur vulnera eiusdem partis vel cõtrarię, infra de vulneribus capitis mentio fiet. Est autem paralysis neruorum mollificatio cum priuatione sensus et motus vtplurimum: sicut erat spasmus, durities cum motu malo & permutato, vt tertio colliget dicebatur: vnde tertio de locis affectis, sicut apoplexia est mollities totius corporis: ita & paralysis vnius medietatis: quandoque quidem dextræ, quandoq; sinistræ: quandoque quidem vnius partis ut pedis uel manus. Et propter hoc suscipe illam diuisionem spasmi in paralysi uniuersali & particulari: vniuersalis totius lateris: particularis vnius membri.

Causæ vero paralysis, & talis ablationis motus & sensus, sunt duplices: extrinsecæ, & intrinsecæ. Extrinsecæ, vt casus, percussio, incisio, dilatatio, frigiditas, apostemata, & talia quę ab extra separant, & claudunt spirituum vias. Intrinsecæ sunt humores grossi, viscosi, qui oppilant ipsos neruos in cerebro, et in nucha, quæ vicaria cerebri est dicta. Inquirere autem quomodo est hoc, & qualiter aliquoties perditur motus, & remanet sensus, & differentias, & causas omnes exquisite, alterius est speculationis. Sufficit enim chirurgo scire quod dictum est: & cognoscere partẽ a qua oritur nocumentum. Nam si nocumentum est vniuersale, quia nerui qui regunt vniuersum, veniunt a cerebro: scis quod nocumentum oritur a cerebro: si particulare in membris superioribus, scis quod a collo. Si in inferioribus, a spondylibus: si in medijs, in medijs, prout hæc leguntur in primo & tertio de locis affectis. Humorẽ peccãtẽ scis per signa humoris. Causas extrinsecas scis iudicio patientis.

Iudicari etiã potest, quod paralysis, & oẽs ęgritudines neruorum sunt difficiles ad curandũ: quia parum habent de natura calida, quæ est acris curationis. Et perinde dicitur quod paralysis in senibus difficulter curatur. Amplius iudicatur quod tremor & febres significant bonum in paralysi. Pręterea paralysis quæ fit ab ictu non conterente neruos vehemẽter, quandoque sanatur, vt apparet ex Galeno in illo Pausania, libro tertio de locis affectis. Si autem superflue conterantur, non est spes quod sanetur: quia vulnera neruorũ perfecte nõ consolidantur, vt dictũ est. Et dixit Auenzoar, quod si lęsio fuerit in neruis anhelitus, moritur patiens suffocatus in breui. Si membrũ non diminuitur, nec color mutatur: spes est aliqua in cura. Si vero diminuitur, & color mutatur: signũ est malum, vt dicit Gordonius.

Cura paralysis a causis intrinsecis pertinet ad dominos physicos quam perficit Heben Mesue, duplici regimine cõmuni & proprio. Cõmune autẽ regimen nunc partem morbi tangit: nunc proprietatem: interdum vero diætam.

Primum completur cum administratione omnis studij ad partem capitis posteriorem, et nucham. quia nocumentum secundum plurimum oritur ab illis locis. Et hoc est cõmune in infirmitatibus quinq;: videlicet paralysi, spasmo, tremori, stupori, & torturæ.

Secundum vero completur cum administratione A medicinarum, proprietate & virtute confortantium neruos, vt est acorus, iua, castoreum.

Tertium completur cũ paucitate cibi & potus: & cũ regimine exiccatiuo dicto in capitulo phlegmatis.

Regimen autem proprium capit quatuor res. prima est adęquatio materiei. secunda abscisio eius. tertia conuersio sui residui ad oppositũ & diuersum. quarta corrigit accidentia.

Quomodo autem ista complẽtur, dicet vobis doctor allegatus.

Curam autem a causis extrinsecis quæ erat a percussione, aut casu, perficit Auicenna, si factum est apostẽma, & materia ad locum descenderit, cum phlebotomia, & medicinis calidis, & euaporatiuis, vt sunt vnguenta, emplastra super locum percussum: & ventosę quandoque ponuntur. Ego autem cõsueui vnũ B linimentum laudatum ab Heben Mesue in passionibus cordis, cum quo vngitur collum, dorsum, & mẽbra læsa. & est multum bonum. verba doctoris euangelici sunt hæc. sermones inunctionis spinę credo peritos medicos, & peritos philosophorum traditionẽ & memoriam & laudem tanti beneficij naturæ occultasse: cum eius beneficium in eorum tractatibus sit abscisum. Et est de elegantioribus iuuamentis præseruans substantiam vitæ. Et sciuisti quod principium ossium & neruorum est nucha: & generatur vel germinatur a cerebro: & spina est platea publica arteriarum, neruorum, spirituum, & virtutum, & lectus spiritualium membrorum: & continet medullam veræ humiditatis: sic enim aggregabis multas bonas intentiones. Confortabis enim substantiam velatiuam, & substantiam spiritualem, & neruos, et ossa vniuersa.

C Subueniens paralysi in omnibus neruorum ægritudinibus, saltui cordis, & tremori, lassitudini subuenit manifeste. & est medicamen omnium medicamentorum in celeri confortatione. Modus confectionis est. Reci. myrrhæ electæ, aloes hepatici, spicęnardi, sanguinis draconis, thuris, mumię, opopanacis, bdellij, carpobalsami, croci, mastichis, gummi arabi. styracis liquide, styracis rubeę, ana drachma. ij. & .5. musci drachma. 5. terebinthinæ, ad pondus omnium: misce omnia hæc puluerizata cum terebinthina: & pone hoc totum in alembico: & ingeniose distilla: & liquorem distillatum suscipe in vase vitreo, & forti. vicinatur enim balsamo: & ego aliquoties addebã herbas paralysis: & erat pretiosius.

## De syncopa.

D Syncopa est secundum Galenum in duodecimo therapeutices, subita & acuta concisio virtutis, quæ consueuit sequi immoderatas euacuationes, & dolores: quam cognosces per pulsum deficientem, & per colorem pallidum, et motum pręcipue palpebrarum & extremorum difficilem, ac si non posset erigere ea: & per sudorem maxime circa collum frigidum.

Syncopa nullo modo est negligenda: quia via est ad mortem: imo parua mors apud omnes dicitur.

Regimen & curatio. quãtũ est de pręsenti, est obuiare toto posse q; non veniat syncopa consolando infirmum: & expellendo multitudinem gentiũ, ne calefaciant cameram: neque terreant eum. Et est cautela, quod antequã veniat, detur sibi par-

ua crusta panis albi infusa in optimo vino cum modico de aqua rof. Et potet modicum de illo vino. Nam vt ait Galenus vbi supra: vinum quidem aliquod natura calidum ad anodosim, id est ad deductionem in corpus incedens his qui syncopizantur est dandum. Et irroretur, & proijciatur fortiter in eius facie aqua rof. aut aqua frigida: si non habet aquam rosatam: fricentur extrema: trahantur pili nasus, & aures: & proprio nomine alte vocetur: dētur alapæ: & cætera fiāt quę præcipiunt domini physici in isto casu.

*De alienatione.*

Desipientiæ vero secundum Galenum in quinto de ęgritudine et symptomate omnes peccata existentes actionis hegemonicæ, id est regitiuæ virtutis sunt, quæ ab Auicenna in tertio canoñ, alienationes dicuntur. Et licet sint accidentia propria, & communicata: hic tamen non agitur nisi vt sunt accidentia venientia per communitatem et colligantiam, quæ contingunt in vulneribus, & articulorum percussionibus: vt in quarto therapeutices dicebatur. Similis autē est hęc generatio symptomatū in tertio de locis affectis, his qui suffundūtur: idest imaginationes in oculis patiuntur, ex dispositionibus vētris. Nam sicut in illis aliunde mandatur occasio: Ita quoq; et neruosis particulis patiētibus paratius quam alijs veniunt desipiētiæ. Quandoq; quidem ipso solo calore secundum continuitatem ad caput ascendente: quandoque vero spiritu vaporoso seu fumoso. Et illa quidem sunt ex eis quæ finaliter desiccant, vt ait Auicenna, vnde etiam ipse Galenus in libro tertiodecimo therapeutices ait. Contingit enim vt in sermonibus, qui de his habētur monstratum, est propter frigiditatem equidem ocium, propter calorem motus, & ex malitia humorum amentia.

Cura seu regimen eorum est quantum spectat ad chirurgum quia incontinenti domini phisici debent vocari, vt mali fumi per fricationes, et ligaturas extremorum a capite diuertantur: & in hoc casu clysteria sunt ab Auicenna dilecta: & percussa particula omnino sedetur. & necessaria secundum eum etiam, est percussio cum alapis: ut ad ipsum ipsius redeat ratio. Et in principio Gal. tertiodecimo therapeu. oxyrodinū, id est oleum rosatum cum modico aceto cōmendat. Expellere enim oportet a capite humorem & vaporem. Et infusiones somniferæ, quæ per papaueris semina fiunt, sunt optimæ. Et odorem naribus obijciemus: & inungemus alas narium: & frontem similibus pharmacijs.

Ex rebus ei conferentibus secundum Auicennam, est vt infundatur super capita ipsorum, decoctio pedum & capitum. Et multoties sanat eos alsefur, quæ est radix vitis albæ: cum ex eo bibunt aut comedunt ipsum diebus aliquibus, cum aliquo cibo qui abscondat saporem ipsius.

De pruritu dicetur in quinto & sexto. De duritie & impotentia motus, qui sequitur solutiones prauas continuitatis dicetur infra in sexto. De passionibus iuncturarum: & in antidotario suo loco.

*De uulnere facto in carne. Cap. II.*

VUlnus carnosum, proprie dicitur in tertio therapeutices, diuisio facta in membro carnoso cū

E sanguine absque putrefactione: vt superius in capitulo communi fuit dictum: & non euacuatur secundū eundem quin sit simplex, sine perditione substantiæ: aut cum perditione eiusdem. Et quod est simplex, non euacuatur a suis proprijs differentijs, quin sit superficiale: aut profundum: & vtrumque aut paruum aut magnum. Vulnus etiam cum deperditione substantiæ non euacuatur quin perdatur cutis, quandoq; caro & cutis.

Et vulnera cum talibus differentijs non euacuantur quin sint pura sine accidentibus: & quin habeant aliqua accidentia non habentia rationem causæ: quia tunc caderent sub ratione ulcerum difficile sanabiliū: de quibus dicetur in tractatu vlcerum infra. Sed habentium rationem sine quo non, vt superius fuit allegatum quarto therapeutices, non obtinet sanatiuā, F velut sūt dyscrasia, dolor, apostema, pruritus, de quibus dictum est supra.

Nec curo si tales differentiæ dicantur differentiæ, aut dispositiones: quoniam licet Galenus in tertio therapeu. magnam fecerit determinationem: non multum tamen proficit hoc ad curam. Est autem in principio therapeu. Non ex nominibus bene sanare ægritudines, Sed ex recta de rebus opinione.

*Causæ.*

De causis vulnerum inquantum vulnera dictum est supra: q; sunt quæcunq; res quæ extrorsum perforare, aut cassare, seu mordere aptæ natæ sunt. Ex quibus dispositionibus derelictis ab eis sumuntur intentiones curatiuæ.

Et significationes sumptæ ab esse dispositionis, & G natura membrorum, & occurrentium accidentium diuersitate, inueniunt auxilia, & modum operandi, vt dictum fuit supra.

Signa & iudicia in capitulo vniuersali sunt dicta.

*Curatio.*

Cura vulnerum carnosorum recentiū vltra quatuor intentiones dictas cōmunes habet specialem intentionem: vnam quæ est fluxum sanguinis retinere: modificatur tamen per Auicennā si superfluit: quia fortasse temperata quantitas cōfert: eo quia prohibet apostema, oppilationem, et febrem, quæ summe prohibent vulnerum curationem. Et illud secundum Galenum in quarto therapeutices, fuit præceptum Hippoc. fit enim vt et effluente sanguine H siccius, & per consequens sanius: cum omne siccum propinquius sit sano, humidum vero non sano.

Superfluus enim sanguis, si non restringitur cum his quæ pertinent vulneribus, restringatur cū his quæ dicētur in capitulo vulnerum venarum. Intentiones vero omnium vulnerum: licet quomodo complentur in genere sit dictum: specialis tamen modus quomodo complētur in carne, inuenitur secundum differentias iam dictas per hunc modum.

*De incisione & uulnere simplici paruo sine perditione substantiæ.*

Galenus in eius modi vulnere in tertio therapeutices, non pręcipit nisi appropinquare labia sola ligatura. vnde inquit si conduxerit inuicem diligenter

genter ea quæ distant absque alia quacunque extrinseca ingeniatione, conglutinantur. & Rasis illud idẽ. Communis tamen cursus habet: & Lanfrancus ponit albumen oui agitatum cum leui stupata: & bene, quia secundum Galenum in vndecimo simplicium pharmacorum restringit sanguinem, & sedat dolorem, alterat, & prohibet apostema non solum in oculis, sed in omnibus locis vlceratis. Super omnia caue a dolore: quod enim dolet prouocat rheuma, & apostema, vt sæpe dictum est. Quomodo sedatur dolor, iam superius dictum est. Et non remutetur usque ad tertium diem. quia secundum Gale. in tertio: paruæ autẽ sunt ita ꝙ si congregatæ fuerint, vna die, vel plus indigent duabus ad vniendum. Et si non esset cõsolidatum remutetur post vt statim dicetur.

*De incisione & uulnere magno superficiali. & non profundo.*

In quo quia nõ sufficeret sola ligatura, præcipit Galenus suitionem & laqueationem. Communis tamen vsus post suitionem consueuit ponere puluerem rubeum incarnatiuum, & conseruatiuum qui fit de duabus partibus thuris & vna sanguinis draconis. Albuca. addit tres partes calcis viuæ: & Lanfrancus cõsentit. Ego autem loco calcis, bolum arme. addo, Halyab. sandalos ponit. Et ponitur solus puluis. Cauendo vt non ingrediatur intra vulnus, neque etiam pilus, neque oleum: quia consolidationem impedit ipsorum vnusquisque. Vel potest incorporari cum albuminibus ouorum: & desuper vnã aut duas stupatas infusas cum albuminibus dictis: & pannum subtilem etiam balneatum in his immediate supra uulnus apponit, vt stupatæ in eleuatione non dilacerent puncta. Et si cum oleo rosa. inungerentur circumferentiæ ad prohibendum dolorem & apostemationem, bonum esset. Quæ autem ligatura & sutura & stupatæ conueniunt, & quomodo fiunt, in sermone communi iam dictum est. Et non remutetur vsq; ad quartum diem: nisi dolor, aut aliud accidens infestet. Et post quartum diem nisi inueneris consolidatum, cum vino calido styptico lauetur: & infundantur stupatę, & expressæ applicentur & ligentur. Et de die in diem remutentur quia infra breue tempus erit consolidatum: Testante Galeno in quarto contra Thessallum, qui prolongabat curam vulnerum ad menses, quam in sex diebus ad plurimum in septem poterat perficere. Prima præparatio laudatur cum albumine ouorum: & illo puluere: quia refręnat, & prohibet, & sedat sanguinem, dolorem, & apostema. Secunda cum vino: quia vinum secundum Galenum in tertio. optimum pharmacum est omnium vulnerum inquantũ vulnera sunt, idest quæ non habent aliquam dispositionem contradicentem implicatam. Quod probatur ita: vulnus inquantum vulnus indiget siccare & stypticare, præcipue magnum. Sed vinum facit hæc duo. ergo. Maior probatur: quia in hoc tempore secundum Galenum, opus est pharmaci siccantis particula: vt si quidem iam fuerit ichor adiacens, cõsumatur: et is qui debebat cõfluere ad uacuas regiones, prohibeatur. Et propter hoc debet esse maioris siccitatis consolidatiuum, siue conglutinatiuum: ꝙ idem est in tertio techni, quam incarnatiuum: videlicet vsque ad

A secundum gradum: Minor deducitur: quia vinum in septimo simplicium pharmacorum: nouum, est calidum in primo: antiquum in tertio: medium in secundo: proportionaliter autẽ caliditatibus sunt & eius siccitates. Et ideo secundum diuersas naturas desiccat & consolidat: non autem humectat, neque infrigidat: vt dicebat Theodoricus. Et hoc est quod Galenus dicit, auctoritate Hippocratis in quarto therapeutices. vlcera vniuersa non oportet madefacere idest lauare nisi cum vino. Et causam ait dicens. Omne siccum propinquum est sano, humidum vero non sano. Et propter hoc dicebat magister Arnoldus, ꝙ recentia vulnera cum aqua ardente lota sanationis effectum citissime consequentur: quia desiccatiua est multum. Nonnulli vero post primam remutationem ponunt emplastra & vnguenta quæ ad hoc habent propria:

B & stupatam desuper. Galenus autem in hoc multum commendat vnguentum nigrum. Auicenna vnguentum de lino. Ego autem consueui vnguẽtum factum de rubeo puluere incorporatum cum terebinthina lota. Quorum formæ vna cum multis aliis in antidotario dicentur.

*De uulnere profundo & occulto.*

Vulnus profundum & occultum multoties curatur cum sutura, & debita ligatura. Et si non fieret, iubet Galenus in tertio techni in posteriori tempore per effluxiones, & contraria diuisione, & figura apta curare. Aptam vero figuram intelligit Auicenna, ꝙ orificium vulneris semper sit inferius: & fundum superius: vt ichores possint libere exire. De qua figura dicit auctoritate sapientis

C in secundo ad Glauconem, ꝙ curauit uulnus profundum in coxa: cuius profundum erat circa genu, & orificium versus coxam, cum præparatiõe figuræ absq; cõtra apertione: fecit enim sibi tenere genu eleuatum: et tunc orificium fuit inferius. Idem posset in brachio præparari. Si autem non posset apta figura pręparari: neque uulnus bene expurgari per foramen: fiat secundum consilium Galeni contra apertio. Vnde in fine tertii therapeutices. Si vulnus concauitatem habuerit profundam et occultam, scrutandum est, vtrũ ichores possint cõuenienter expurgari, uel non: si sic, eadem est cura cum aliis. Si non possimus ingeniare bonam effluxionem cum pressuris, & bona ligatura expressiua quæ incipiat in fundo, finiat vero circa orificium: bonum est. Si vero non potest fieri, oportet nos ingeniare alias effluxiones. Duplex vero est

D ingeniatio: quandoque quidem te incidente totam concauitatem: quandoque autem contra diuidente solum in profundo. Qualiter autem oportet singulum horum efficere, locorum indicabit natura & vlceris magnitudo. Nam si loca fallacem habent diuisionem, & vlcus fuerit magnum: melius est econtra diuidere. Si vero contrarium, melius est incidere, et ligare: vt est dictum. Brunus autẽ in tali contra apertione suellos siue tẽtas in vtraque parte imponit. Ego autem cum cotone transeo: quia melius mundificat & transit per totum: & minorem infert dolorem: & pono ipsum cum intromisso facto ad modum acus: aut tastam ligneam impono: & desuper securius incisionem facio: & desuper aliquod mundificatiuum: & stupatam appono: & bis in die remuto.

*De uulnere concauo cum deperditione carnis.*

In cura vulneris huius secundum Galenum in tertio techni, duplicem oportet habere intentionem: quia & dispositio duplex: continuitatis quidem solutio, ulcus siue uulnus: deperditio substantię, concauitas: vna in vnitione: alia vero in deperditæ substantiæ generatione. Et oportet primo curare concauitatem: deinde vnire aggredi. eo quia ipsarum rerum indicat natura non posse vulnus sanari: nisi primo concauitas repleatur. Omnis enim cōcauitas pręter naturam indicat repletionem: quare & quæ in carnosa particula. Hæc autem repletio, terminus inuētionis sanationis fuit: & indicatio quæ omnibus idiotis existit nota. Vt autem inueniantur quæ replebunt, artificis est, & ratione indigemus multa, & multis particularibus indicationibus, & methodo rationali certitudinaliter. Particulares ergo indicationes cum quibus inueniuntur quæ replebunt concauitatem vulneris, sunt quatuor. prima sumitur a substantia uulneris. secunda a natura corporis, et particularum. tertia a cōiungatis. sed quarta ab indicationum contrarietate. Talis enim fuit ordo Gal. in tertio therapeu. Substantia enim vulneris secum importat differentiarum propriarum indicationes: de quibus tractatur in fine.

Prima enim intentio seu indicatio inuenitur, quod quia in generatione carnis quæ fit ex sanguinis coagulatiōe materialiter: effectiue vero a natura, semper occurrunt duæ superfluitates: vna grossa, altera subtilis: Si volumus eas extirpare tanquam res pręter naturā per contrarietatem, nullum erit tempus in quo nō indigeamus vtriusque pharmaci: exiccantis humiditatem videlicet, et mundificantis sordem non simpliciter, sed moderate secūdum primum gradum: maius enim appositum consumeret: & non coagularet materiam carnis, velut sunt thus, & ordeacea farina, & farina fabarum, & orobi, & ireos, & aristolochia, cadmia, & panax, & terra sigillata. Omnia enim talia adinuicem differunt in eo ꝙ magis, & minus: aristolochia enim & panax magis exiccant alijs, & calidiora sunt natura. Ordeacea, & fabarum farina, minus multum exiccant: & minori caliditate participant. Thus autem calidum est moderate: minus tamen alijs exiccat. Orobi vero farina, & ireos in medio aristolochiæ & panacis sunt.

Secunda intētio inuenitur, ꝙ quia corpora & particulæ hæc quidem frigidiora sunt, hæc calidiora, hæc sicciora, hæc humidiora: secundum naturam oportet ea seruare: sicut quod dictum est præter naturam abijcere. Si ergo simile seruat suum simile: sicut & contrarium corrumpit suum contrarium: Calidiora secundum naturam calidioribus indigent auxilijs: frigidiora, frigidioribus etc. Carnē enim quæ super nutritur, similem oportet esse pręexistenti. sicciori igitur existēte priori, sicciorem oportet generare nouam: quare oportet amplius eam siccari: in humidiori vero econtra. Et propter hoc thus in humidioribus naturis desiccat, & carnem generat: in siccioribus humectat, & suppurat.

Tertia vero intentio inuenitur ab annexis. vt primo a complexione innaturali. Si enim inquit Gale. vel secundum aliquam formam vel per ipsum tempus vlcerationis vulnerati caro fiat calidior decente,

E vel frigidior: decebit pharmacum non solum moderate siccare: sed & calefacere, & infrigidare intantum, inquantum & subiecta caro super egressa est ab eo qđ est secundum naturam: vt dictum est supra. Si vero hæc ita se habent, coaspicere oportebit, & consequenter nos aeris crasim. Oportet enim pharmacum apponi in moderatiōibus eius. Et propterea Hippocra. frigidioribus quidem vtitur in calidis humoribus: calidioribus vero in frigidis, seruādo semper naturam.

Sed quarta intentio sumitur a contrarijs indicationibus non quæ fiunt secundum diuersa tempora: de quibus dictum fuit in quodam notabili de indicationibus, supra, in capitulo executiuo primi tractatus. Sed de his quę fiunt secundum idem tempus: vt quādo crasis laborantis est humidior decente, particula vero siccior, vulnus humidius, annexa sicciora: Iudi-

F cabis pharmacum ꝙ desiccet in secundo & tertio gradu. Si autem fuerit econuerso: ꝙ desiccet solum in primo gradu: & hoc est quia in prima multum distat: in secunda parum ægritudo a dispositione membri, ut dicit Auicēna. Vniuersa autem ista (inquit Galenus in tertio therapeutices) per coniecturam sumuntur. Et quod optime de pharmacis cōiecturare potest, qui in ratiocinijs, & exercitatus puta de complexionibus, manifestum est. Vides igitur aperte ꝙ eget consideratiónibus vir debens secundum rectam methodum vlcus sanare. Quia enim inuenta est humiditas existere in passione, siccatiuum indicat pharmacum. Sed quoniam hæc quidem eorum magis exiccantia sunt, hæc autem minus, hæc autem calefactiua, hæc infrigidatiua: ex vlcerum differentia, id quod vtile est assumptū est, & ex laborantis natura, & eorum annexis. Non

G enim faciebat ita Thessalus nec etiam multi qui hodie Thessalum, aut credentes vnam curam omnium hominum ad instar malorum semellatorum, qui secundum prouerbium vna forma calcei omnes calceant, nono therapeutices capitulo decimo, et quinto custodiæ sanitatis capitulo vndecimo. Communis vero practica in talibus vulneribus habet ꝙ restricto sanguine, & loco ab apostemate & dolore securato: lauatur vulnus cum vino calido: deinde ipso exiccato ponitur puluis aut vnguentum carnis regenerantium. Post vero lichinij, aut plagellæ de carpia, & emplastrum aliquod aut vnguentum carnis regenerantium: de quibus in antidotario dicetur copiose. Desuper ponuntur stupatæ siccæ, aut in vino infusę: & ligatur ligatura medicamina tenente: & remutatur bis in æstate: & semel in hyeme.

H *De uulnere cum cutis deperditione.*

De quo in tertio techni ait Galenus, ꝙ quando repletum fuerit quod est concauū, et æquale vlcus existit, alteram intentionem afferre accidit: media enim noua carne stāte inter labia vlceris vniri quidem ea est impossibile. intentionem vero curationis aliam inuenire oportet. & hoc esset operire cute, si esset possibile. Cum igitur generatio cutis sit impossibilis, propter eius duritiem: aliquid simile cuti, caro callosa videlicet, faciendum. erit autem huiusmodi caro siccata. siccantibus igitur & stypticis sine mordicatione pharmacis erit opus ad cicatrizationem: non simpliciter sed extensiue ad tertium gradum.

Sunt igitur in vulnere necessarij tres gradus siccantium

tium scilicet, Regenerantium carnem: quorum siccitas (vt dictum est) ad primum pertingit gradum. Incarnantium quoque siccitas etiam vt dictum est, pertingit ad secundum & tertium. Tertius Cicatrizantiū excedit omnes: eo ꝙ non tantum habet desiccare accidentalem humiditatem quæ influit: sed & naturalē: vt caro fiat callosa ad modum cutis. Et hoc quidem fit per se a stypticis: quæ vtplurimum frigida sunt & sicca: velut sunt galla uiridis, cortices mali granati, fructus spinæ ægiptiacę, & similia quę dicentur infra. Per accidens uero fit a calidis cōsumptiuis, vt sunt calces, alumen, æs adustum, scoria æris, vitriolum: & similia non quocunque modo: sed adusta & lauata: & bene pulverizata in parua quantitate: & non in magna.

### *De cicatricibus reparandis.*

Cicatrices turpes reparātur, vt dicit Rasis, tenues cum diachylon: aut cum lithargyro nutrito: & grossæ & antiquę cum oleo de balsamo: aut ꝙ totum superfluum cum rasorio incidatur, aut cum cauterio remoueatur: & postea cum pinguedine gallinę, aut anatis, et mastiche curetur.

### *De uulnere in quo est caro superflua.*

De quo dicit Galenus in tertio therapeu. ꝙ eius magnitudo præter naturam indicat superabūdantiæ ablationem. a pharmacis autem fit hoc solum, & non a natura. e conuerso inuiscatione & incarnatione: illorum enim naturæ & pharmacorum sunt opera: istius autem solorum pharmacorum siccantium fortiter: velut sunt omnia genera atramentorum, calcantum, vitriolum, spongia, radix asphodellorum, hermodactylorum, stupæ minutim incisæ, albumen, vnguentum viride, etc.

### *De uulnere contuso, & ab aere alterato, doloroso & apostemoso.*

In omnibus autem istis supponitur regimen commune de phlebotomia & euacuatiōe atque diæta: quia omnia ista trahunt materiam ad locum. Etiam & ꝙ corpus non esset plenum, & præparant ipsam ad vlcera maligna.

Curatio eorum localis est prohibere consolidatiua & desiccatiua. Et administrare circumcirca, & non supra locum prohibentia fluxū, de oleo ros. aut myrtillorum, vel de vnguento facto de bolo, oleo, & aceto. Supra vero locum, oleum apponatur lenitiuum, vel lenitiua mollificatiua & maturatiua. Nam secundum Galenum, hoc fuit pręceptum Hippocra. in vulneribus. Si caro aliqua telo, tum contusa tum cæsa fuerit, huic ita medendum est, vt quā celerrime suppuret nā & minus phlegmone vrgebitur. Et necesse est carnes, quæ contusæ cęsęq; sint putrefactas, & in pus versas liquari, postea nouam carnem nasci. Ex quibus duas habemus intentiones in huiusmodi vulneribus.

Prima completur cum calidis & humidis maturantibus, qualia sunt maluæ coctæ, & radices maluauisci, & tetrapharmacum, panis triticeus, et reliqua dicta superius in apostematibus, & inferius in antidotario dicendis: & cum mūdificātibus de farina, aqua, et oleo & melle: aut cum mūdificatiuo de apio: aut cum alijs in antidotario dicendis. Et in omnibus istis concedatur tenta, & intingatur cum melle rosa. aut vnguento apostolorum: & supra vnguentum, aut emplastrū mundificatiuum ponatur stupata sicca, & ligetur ligatura retinente medicamina vsq; ad perfectam mundificationem. A

Deinde sequatur secunda intentio. & regeneretur caro, minuendo & dimittendo tentam, & incarnetur & consolidetur. Si vero caro esset multa dilacerata: et sutura esset vtilis, sutura laxa retinente labia suatur. si etiam vulnus esset alteratum, nisi habeat aliam repugnantem dispositionem: cum scarpello remouendo eorum labia remouentur, & suantur.

Quia contusio in carne sine vulnere exteriori notabili quæ dicitur a Galeno in quarto therapeutices ecchymosis: & ab Auic. in primo canonis fen quarta alfac: est quædam species vulneris, et solutionis continuitatis: pro tanto gratia coniunctionis cum dicto uulnere dicetur quid de ipsa. B

Est enim contusio separatio & dilaceratio facta ꝓfunde in carne musculosa a re contundente, ad quam sępissime sequitur dolor, & effunditur sanguis plurimus. quare aliquoties apostematur: vtplurimum tamen resoluitur, & parit vestigia, & liuores: & quandoq; excoriationes. Iudicatur ꝙ magna concussio est periculosa: & suspecta ad corruptionem membri: & per consequens corporis. Iudicatur etiam ꝙ cutis separata pendens, raro inuiscatur: quare melius est, vt incidatur & exiccetur cum medicinis. aut dimittatur sine ligatura: quia aer adiuuat ad reparandum eam. ut dicit Auicenna.

In curatione eius multæ sunt intentiones. vt ponit Gal. vbi supra. Semper enim vt dicit in multitudine dispositionum primæ intentiones curationum sunt æquales in numero. C

Prima autem intentio est ꝙ materia fluens euacuādo deriuetur: quare dicit Auic. ꝙ non est excusatio a phlebotomia: immo opifices artis prępar ant ad illud, quamuis corpus sit mundum.

Secunda quod dolor sedetur. Et locus prohibeatur cum frigidis & stypticis domesticis, ad quam intētionem Rasis & Lanfrancus acceptant inunctionem cum oleo rosa. & sparsionem desuper pulueris myrtillorum cum mediocri ligatura: vsus tamen communis in principio ponit albumina ouorum cum oleo rosato.

Sed tertia quod post principium resoluatur, si possibile est, vt quando materia est subtilis, aut superficialis, cum aliquo de resolutiuis dicendis: aut si non est possibile, extrahatur cum scarpellis. Et si adhuc non est possibile, regatur regimine superius dicto exiturarum. Resolutiuum domesticum fit primum de vino, melle, & sale. Secundum fit de farina hordei, & calamento, & vino. Tertium fit de cera, & cymino. Quartum fit de floribus chamomillæ, meliloti, & stœchade, cymino, bullitis in vino. Quintum cum maluis, furfure, absinthio, & cymino, aut anetho, bullitis in vino. Sextum fit cum farina hordei, fœnugręci, croco, cum modico de auripigmento, bullitis cum aqua calamenti etc. Et ad hoc faciunt potiones ab intus adiuuantes, ad carminandum & resoluendum sanguinem mortuum: velut sunt bdellium, costus, centaurea cum syrupo acetoso: & alia quæ dicentur infra de casu & offensione: ad quod capitulum pro istis est recurrendum. Quomodo curātur liuores & alia acci- D

dentia, quæ sequuntur: dicetur in suis locis.

*De uulnere morsiuo & uenenoso.*

De huiusmodi vulneribus succincte transeo: quia rarissime accidunt. Et quando accidunt, populares absque chirurgo de alleis & cepis & oleo suas faciunt medicinas: si tamen exquisite volueris istam materiam, videatur Auicenna, Rasis, Rabbi Moyses, & Henricus, qui plenarie de omni veneno tractauerunt: physicum enim magis est quam chirurgum: nisi quantum ad vulnera. Morsura & punctura est duplex, quędam est non venenosa: quædam venenosa. Nō venenosa est vel quasi morsura hominis, canis, porci, equi, pulicum, muscarū: & id genus: venenosa est vt canis rabidi, lacerti, serpentis, scorpionis, apum, et similium.

Quorum curationes in aliquibus conueniunt: in alijs differunt: Conueniunt autem ꝙ non debent desiccari, neque repercuti: immo attrahi, mollificari, & mundificari: & postea incarnari. Differunt tamen in hoc ꝙ in non venenosis sufficiunt domestica attrahētia & maturantia: qualia sunt cępe, allea syluestria, domestica, cocta & pistata: & cum fermento, oleo & sale incorporata. Si autem morsura & punctura fuerint venenosæ: quod cognosces per dolorem, & mordicationem, & mutationem coloris vulneris, & per angustiam, arsuram, & obdormitationem quam sentit in corpe: potes iudicare quod est periculosa. Quia venenum per sui naturam semper petit cordis destructionem: & cum hoc ꝙ non est securus morsus a cane rabido: quoniam licet a principio non sentiat eius vestigium: secundum Gordonium post mensem, annum, immo post septem annos potest apparere. Propterea hydrophobus postquam abhorret aquā, nunquam curatur.

Curationem omnium morsurarum venenosarū ponit Galenus tertiodecimo therapeutices per hæc verba. Cum autem a fera pungente vel mordente, dolorem fieri contigerit: Duplex dolorationis intentio est, euacuare & extrahere venenum, & alterare quod dolorem operatur. Igitur euacuant omnia quæ calefaciunt: & quæ sine calefactione attrahere habent vehementer: quemadmodum ventosæ, & cornua: cum quibus aliqui operantur: quidam autem per ipsum os sugendo cum labijs attrahunt venenum. Adhæret quidem prædictæ intentioni cauterium: & quæcunque pharmaca quæ similiter cauterijs escharam operātur. Igitur omnia hæc quidem euacuant substantiam totam eius quod contristat. Aliud autem genus auxiliorum alterantium qualitatem per contraria inuenitur.

Ex quibus habemus duas intentiones, attrahere venenum, & sanare particulam.

Propter primam laudatur istud emplastrum. Rec. galbani, serapini, opopanacis, assæ fœtidæ, myrrhæ, piperis, sulfuris, ana vnc. 5. calamenthi, mentastri, ana vnc. i. stercoris columbini, anatis, ana vnc. ij. dissoluatur gummi cum vino: & incorporentur omnia cum melle, & oleo antiquo: & fiat emplastrum. Nonnulli vero ad sugendum, cula gallinarum, & aliarum auiū deplumant, & applicant: & si moriuntur, habent signum ꝙ venenum est extractum.

Propter secundum in vtraq; laudatur istud. Reci.

E ceræ, picis nigræ, resinæ, axungiæ montonis, olei antiqui, ana. quartam. i. galbani, vnc. i. fiat vnguentum: & est magistri Dini.

*De uulnere & fluxu sanguinis uenarum & arteriarum. Cap. III.*

Quoniam igitur de vulneribus quæ in carnosis particulis fiunt: plurimus sermo tractatus est: Iam tempus est de his quæ in arteria, & vena pertransire sequentes doctrinam Galeni quinto therapeutices.

Si quidem aliqua arteria vel vena percutiatur magna, hæmorrhagia grauis aduenit confestim: dicendū est de vtrisque in parte, prius quidem de hæmorrhagijs: quia magis infestant: & priori indigent curatio-
F ne: Secundo vero de vulnere quod consequenter est curandum. Effunditur autem secundum eundē Gal. vbi supra sanguis, & tunica eorum diuisa, vel secundum finem apertis & crepatis vasis, vel vt vtiq; dicat quid exudans. Et quia pro duobus vltimis vocantur domini physici: Agetur hic de primo qui cōsequitur vulnus, qui ad chirurgos magis pertinere videtur.

Fluxus enim sanguinis aliquando exit de arteria: aliquoties de vena. Et quandoque exit de vna: quandoque de pluribus. Et quandoque de grossis: quandoque de paruis. Amplius quandoque est cum vulnere in quo non est deperditio substantiæ: quandoq; cum illo in quo substantia est deperdita. Propterea quandoque est cum corrosione: quandoque est absq; ipsa. Item quandoque est actu: quandoque est futurus fieri: quandoque causa apparens, est vt sagitta, uel cor-
G rosio præsens, & non extracta de vulnere. Istæ sunt differentiæ principales, a quibus sumuntur indicationes curatiuæ.

Causæ fluxus sanguinis sunt causæ plagatiuæ, & compressiuæ, atque etiā corrosiuæ. Plagatiuæ sunt res acutæ et incisiuę: vt sagitta, vel gladius: Compressiuæ seu cōcussiuæ, sunt res durę & graues: vt lapides, & massę: Corrosiuę sunt humores acuti velut cholera, & melancholia adustæ. Ex quibus apparet ꝙ nō potest vulnerari vena quin vulneretur caro et cutis: quare restricto sanguine oportet in incarnando ab ipsis sumere iudicationem vt dicetur.

Signa venę & arterię incisę est fluxus sanguinis: uerum cum exit cum saltu, & impetu, & pulsu, & est subtilis, rubicundus: significantur ꝙ exit de arteria. Si autem exit quiete, & est grossus, declinās
H ad quandam nigredinem purpuream: significatur ꝙ exit de vena. Iudicatur per omnes ꝙ omnis hęmorrhagia est periculosa: quia si non restringitur, ducit ad mortem. Sanguis enim thesaurus est vitæ.

Amplius syncopa, spasmus, alienatio, atq; singultus in hæmorrhagijs, mala sunt, vt dicit Auic. Magister Arnoldus dicit mirabile, qđ latitudinalis arteriæ sectio promptius consolidatur quam apertura secundum longum.

In curatione hęmorrhagię Galenus pręcipit duas intentiones: & Auicenna addit tertiam, ut de omnibus trimēbralis fiat diuisio. Q; causæ restringentes san. quædam sunt diuertentes: quędā refrenātes: quædam vero locales: & subdiuiduntur.

Quia diuertentes quæ magis approprientur fluxui venarum

venarum quam arteriarum: quędam sunt sine euacuatione: vt illæ quæ fiunt cum ventosis siccis ignitis, & quæ fiunt cum fricationibus, & ligaturis incipiētibus a propinquiori parte ad remotam: quędam vero sunt cum euacuatione: vt quæ fiunt cum phlebotomia stricta partis oppositæ per locum longinquum secundū lineam rectam vnius diametri: ut de dextra manu ad sinistram: & econuerso. Et de latere dextero capitis ad pedem dextrum: non ad sinistrum. Et de sinistro latere ad sinistrum pedem. Etenim inquit Gale. hæc Hippocra. sunt inuentiones cōmunes omnis immoderatæ euacuationis. Deriuatur igitur ad loca propinqua. Antispasatur autem ad opposita.

Causæ vero refrenantes: quædam sunt refrenantes, ingrossantes, vt lentes, rizum, iuiubæ, cytonia: & omnes fructus styptici qui in fluxibus consueuerunt administrari: quædam sunt stupefacientes: vt aqua frigida potata & proiecta circūcirca, vnde influxit etiā super ea quinto aphorismorum: & omnes res frigidæ in excessu: & aduentus syncopę, in quo propter retractionem sanguinis infrigidatur totum corpus, & restringitur sanguis.

Causæ vero locales licet per Auicēnam ponantur octo modi locales ad restringendum fluxum sanguinis: Ego mihi reduco eos quantum est de præsenti ad quinque. Quorum primus est per suitionem. Secundus per lichinationem. Tertius per totalem venæ incisionem. Quartus per ligationem venæ. Quintus per adustionem.

Primus modus qui fit per suitionē conueniens vulneribus, in quibus non est deperditio substantiæ, cōpletur: ꝙ mundificato bene uulnere a thrombis siqui sunt, vniantur cum manibus labia vulneris: & suantur sutura cōmuni, aut pelliparioꝛum, quando fluxus est impetuosus. Et suendo accipiatur satis profunde de carne. Deinde supponatur puluis constrictiuus, & restrictiuus: & stupatæ balneatæ in medicamine facto de albumīe oui, & puluere illo restrictiuo, de quo fiet sermo infra. Et post ligetur, & situetur decēter. Q̃ autem iste modus sit vtilis, patet: quia per ipsum cōgregantur in idem labia distantia: & infrigidatur locus, et stypticatur: sicut uolebat Galenus quinto therapeutices, et Auicenna in quarto, multoties inquit est necessarium, vt consuas fissuras carnis etc. Et Theodoricus & Henricus hęc consentiunt: Non obstante ꝙ multi dicunt ꝙ Galenus non pręcipit suere venas, neque intestina: quia tanquam dura & exanguia non poterant consolidari. Certe cum reuerentia ipsorum Gale. non inhibuit. sed si tacuit, affirmauit. ĩmo certe textus hoc sentire videtur. Non enim possumus inquit suere arteriæ vel venæ plagam: sicut vtique dicent qui nullā ex plagatorum membrorum substantia, et natura indicationem sumi dicunt. Sed tamen supple per regulam oppositorum, nos qui sumimus indicationem ab eis, suemus eas. Et si non eas separatim suemus, coniūctim cum carne ad modum siphacis: & si non consolidantur secundum primam intentionem: consolidāt secundum secundam: vt superius fuit dictum in sermone communi.

Secundus modus qui per lichinationem qui est cōueniens vulneribus, in quibus est substantiæ deperditio: cōpletur ꝙ locus puluerizetur cū puluere cōstrictiuo: & impleatur decenter cum lichinijs & stupatis **A** balneatis cum medicamine, & ligetur & situetur, vt dictū est. Q̃ autem iste modus sit vtilis, testatur Gale. in pręallegato loco. Obstruetur autē orificium a thrombo: & ab eis quæ extrorsum apponuntur, vt sunt vocata testaricia, id est lichinia, & pharmacorum quæcunque amplectuntur.

Tertius modus qui fit per truncationem venæ, magis est conueniens venis, quę in profundo carnis sunt: et completur secundum Gale. abscindendo totam venam: reuellitur enim ita ad alterutram partem alterutrumqꝫ: & occultatur & tegitur a superiacentibus carne & cute. Et desuper ponantur pulueres, & stupatæ cum medicaminibus ligentur, & situetur particula.

Quartus modus qui fit per ligationem est magis cōueniens arterijs quæ in profundo sunt: & fit secundū Auicen. ꝙ excorietur arteria: & cum vncino trahatur: **B** & cum filo serico inuoluatur, & ligetur fortiter: deinde medicamen incarnatiuum apponatur: & ligetur, & situetur. Vnde Gale. infallacius vero facies, laqueum quidem radici vasis circūponens: radicem autem vasis vocat priorem eius partem quæ hepati copulatur vel corda. horum in collo quidem est quod inferius: in manibus vero & cruribus, quod superius. Hæc autem gerendo carnosanda est citissime plaga, antequam defluat a vase laqueus: nisi enim anticipauerit supnutrita caro cōstringere regionē, q̃ in circuitu in arteria abscissa, fiet emborisma seu aneurysma.

Quintus modus qui fit per adustionem, magis est conueniens venis apertis per corrosionem: & completur cum ferro calido: aut cum medicina adustiua, quæ cum caliditate habeat stypticitatem, velut chalcanthum, & vitriolum vstum, & non vstum: non ta**C**men per calcem, quia non habet stypticitatem. excidunt igitur citius huius escharæ: inhęrent vero corporibus amplius quæ ex stypticitantibus. Et stant vt cooperculum quousqꝫ uena fuerit incarnata. Non enim festinetur casus eschare. multoties enim hæmorrhagia vix detētibilis secuta est in eschararum excidentijs. Et propter hoc dicit Auic. ꝙ pręceperunt vt fiat cauterium cum igne, uel cum ferro vehementer ignito profunde: ita vt facias escharas grossas & profundas: quarum casus non sit facilis. Et propter hoc inter medicinas cauterięantes laudat Theodoricus, & bene, arseni cum sublimatum: quia incontinenti oēm fluxum restringit: & profundam & durabilem facit escharam.

Est autem alter modus specialis restringēdi fluxū: qui licet actu nō sit: aptus est fieri: quando extrahitur infixum quod iam existit in loco. Et est ꝙ preparētur **D** puluilli seu stupatæ rotundæ tres vel quatuor perforatæ in medio infusæ in medicamine: & faciendo intrare stipitem sagittæ per foramen stupatorum, comprimantur per ministrum supra uulnus circa stipitem sagittæ: & tunc per magistrum extrahatur sagitta: & ipsa extracta vniantur & comprimantur plumaceoli supra vulnus: & alij non perforati applicentur.

Isti sunt modi constringendi sanguinem a venis & arterijs vulneratis, qui in sui artificio requirunt aliqua documenta.

Primum est Gal. in quinto therapeu. quod in omnī fluxu confestim apponas digitum ad os vulneris venæ firmans suauiter, & præmens indolorose: simul enim detinebis sang. & thrombum super coagulabis: plagæ autem thrombatio, & testaricia, & coagulatio

sunt de restringentibus, vt dictum est.

Secundum est ꝙ in omni fluxu post appositionem pulueris restrictiui applicentur tres aut plures stupatę infusæ primo in aceto: & aqua expressæ: deinde cum medicamine linitæ: & superligentur.

Tertium est eiusdem, de ligatura: ligetur inquit cũ binda ex tenui linteo. primas quidem ĩmissiones quater vel quinquies stringendo in ipso hæmorrhagunte seu, p̃fluẽte vulnere: deinde ad circumferentias paulatine relaxando: & ita repellitur materia & constringitur vena: vt dicit Auicen.

Quartum ꝙ membrum conuenienter situetur. Vnde Galenus extra prædicta vniuersa hæmorrhagię est auxilium apta figura percussæ particulæ: apta vero fit duas habens intentiones, scilicet indolorationem: & sursum repositionem. Si vero deorsum repens vel dolorosa fuerit, hæmorrhagias mouebit, & phlegmones augebit.

Quintum etiam est Gale. quod de tribus aut quatuor diebus non remutetur: & quando remutabitur, eleuentur caute bindæ & stupatæ & lichinia: & si est necesse, humectentur applicãdo per aliquas horas de primo medicamine, aut albumine oui, cum oleo agitatis: aut madefiant cum vino grosso.

Sextum documentum est ꝙ claudantur oculi patientis: aut stet in loco obscuro: vt non possit videre sanguinem suum: neque inspicere res rubeas: ĩmo semper dicatur sibi quod amplius non fluat quod est ad vtilitatem ipsius: & ita confortatur virtus naturalis per contrariam imaginationem. Et propter hoc dicebat Auicenna, quod grauissimum accidentium animalium mouentium imaginationem est motus sanguinis, & consecutio eius qui pręparatus est ad eum, cum multum intentus fuerit ad considerandum res rubeas. Vltimo dicendum est de medicinis constrictiuis: quarum prima est Galeni in quinto therapeutices. & est quod Recip. thuris partem vnã. aloes partem mediam: misceantur: & puluerizentur: & cum albumine oui incorporentur tanta multitudine vt mel leam substantiam habeat: deinde sumatur cum leporis pilis mollissimis: & in vase vel vena & vlcere apponatur. Et sequitur. hoc pharmaco multiformiter vtor, aliquãdo quidem vt dictum est miscens in aloes duplicatum thus, in mollibus corporibus: aliquando ex ambobus æqualiter in duris.

Secunda medicina accipitur ex datis per Auicen. & est totius communitatis. Re. boli armeni, sanguinis drac. aloes succotrini, ana. partes æquales. fiat puluis: & vt dictum est ponatur.

Tertia est Bruni: & eam accepit a libro diuisionum Rasis, & ab Albuc. quantũ ad calcem: ipsa enim sola restringit sanguinem. vt dicit. Recip. calcis viuæ, sanguinis draconis, gypsi, aloes, thuris, vitrioli, ana. partes æquales. puluerizentur: & cum albumine oui, & tela āraneę incorporentur, & supraponantur.

Haliab. autem multum cõmendat gallam combustam in vino vel aceto proiectam tritamq;: et super arteriam applicatam.

Rogerius in istis pulueribus consolidam addit.

*De cura uulnerum uenarum.*

Restricto sanguine ad curam vulnerum eundum est vt superius fuit dictum. Et licet se- E cũdum Galenum discurabilior sit arteria quam uena. & sup. quam caro: non tamen permutatus est multũ vsus pharmacorum alterutriusque. Sed est idem secũdum speciem in eo quod magis & minus differens: tãto enim indiget siccioribus pharmacis arteria quam vena, & supple vena quam caro: quanto ad naturam siccior complexione. Si nulla ergo est substantiæ deperditio: tentare oportet id consolidare cum sanguinolentis seu consolidatiuis vocatis pharmacis. Si enim fuerit substãtiæ dep̃ditio facta in plagatione, vel secundum casum escharæ in cauterijs, vel quando laqueatur: vtemur omnino pharmacis, quibus vti methodus nos docuit in concauis vlceribus.

*De uulneribus neruorum, chordarum, & ligamentorum. Cap. IIII.*

F VVlnera neruosarum particularum secundum Auicennã in quarto. quandoque sunt puncturæ, quandoque scissuræ: quãdoque vero attritiones, siue conquassationes. Et quæ puncturæ: quædam sunt excecatæ: quædã apertæ. Quæ vero scissuræ: quędam sunt secundum longum: quędam secundũ transuersum. Et vtraque ipsarum: quædam sunt absque deperditione substantiæ carnosæ: quædam cum deperditiõe tali quod neruus apparet denudatus. Et omnino in quibusdam est dolor, et apostematio, occasio spasmandi: in alijs non: ĩmo transiuit: ab istis enim differentijs indicationes sumuntur curatiuæ.

*Causæ.*

Causæ omnium istorum sunt omnia quæcunque apta nata sunt perforare, incidere, et cassare: vt in sermone cõmuni fuit dictum. Ex quibus apparet quod non potest neruus vulnerari quin caro & cutis vulnerentur. & aliquoties venę: ex quibus contingit hæmorrhagia, & complicatio dispositionum etc.

G

*Signa & iudicia.*

Signũ vulnerationis neruorũ, est dolor: et ad hoc adiuuat locus neruosus, lęsio motus et sẽsus. Iudicatur p Gal. in tertio techni. ꝙ uulnus neruorũ, et tẽdonum, chordarũ, sunt magna et dolorosa propter sensum particulæ, & continuationem ad cerebrum: & per consequens apostemosa: & ad spasmum, et alienationem suspecta, vt dicit Auicenna. In vulneribus neruorum, si tumor appareat: & post disparęat: hoc signum est spasmandi, & alienandi: & ideo laxa bona: cruda vero mala quinto aphorismorum. Propterea dicit Galenus ĩ sexto therapeutices. incisio nerui secundum latitudinem non totalis periculosior est totali: eo quia in nõ totali nerui non diuisi portant nocumentum ad cerebrum: diuisi vero non: licet in totali incisione vtplurimum membri perdatur operatio, vt de spasmo superius fuit dictũ. Amplius memoratur ꝙ frigidum magis est uulneribus neruorum mordax quam carnosorum.

H

*Curatio.*

Cum simillimum neruis secundum Galenum in sexto therapeutices, & tendonibus speciem habeant ligamenta seu colligationẽ: curã eandem tolerant: differentem tñ secundũ magis & minus: siccioribus tamẽ

&

& fortioribus pharmacis indiget colligatio præcipue quæ ab osse oritur, quã neruus & tendo: quæ vero in musculis prouenit quantum impericulosior est tendone & neruo, tanto alijs colligationibus fallacior si non bene curetur.

*Curatio neruosarum particularum.*

Cura igitur vulnerum ipsorum easdem intentiones habet, & quasi eodem modo completur, quo & vulnera carnosorum membrorum: nisi quia accidẽs quod est dolor, ita superat intentiones communes & vniuersales: ꝙ oportet ea, cum quibus complentur, durãte dolore, ita mediare, ꝙ taliter succurratur dolori, ꝙ non obliuiscantur intentiones cõmunes & vniuersales superius dictæ: quæ videlicet erant, Prima remouere extranea, Secunda adducere adinuicem labia, Tertia in vnum conseruare. Et quarta substantiam partis custodire. Mediatur autem modus per quod completur secundũ differentias iam dictas a simpliciori quę est punctura incipiendo etc.

*De punctura neruorum.*

Cura puncturæ non indiget vnitione, nec custodia vnitorum, Sed extrahere infixa, si qua sint, & custodire substantiam partis. Quo modo autem extrahuntur infixa, iam superius dictũ est. Custodia substãtiæ præter quod est remediare dolorem: & prohibere apostemationem, quæ possunt esse causa spasmi, vt superius dictũ est: tres vel quatuor habet intentiones. Prima est ordinatio vitæ. Secunda subtractio materiæ antecedẽtis: vt ratione doloris nõ currat ad locum. Tertia est pręmunire corpus a nocumento spasmi. Et istę tres intentiones sunt communes omnibus vulneribus neruorum. Sed quarta quæ proprie puncturæ est, sedando dolorem extrahere ærugi nem a profundo puncturæ.

De prima dicit Auicen. ꝙ oportet vt sit regimen vulnerati neruis subtile ĩ vltimo subtilitatis: iuxta formam dictam superius de vulnere in sermone cõmuni. Et vltra hoc oportet ꝙ stratus eius sit humidus & mollis: & stet in tranquillitate & quiete, vt dicit Gal.

De secunda ait Gale. in sexto: ꝙ oportet absque superfluitatibus custodire vniuersum corpus cum phlebotomia partis oppositæ: etiam si non fuerit corpus plethoricum: propter dolorem vt superius sæpe fuit allegatum. Et cum pharmacia si corpus fuerit cacochymum.

De tertia fuit dictum superius de spasmo: ꝙ quando superuenit ipsis vulneribus, consoletur caput, collum, & dorsum totum cum oleo de lilio, aut oleo cõmuni calido, vt docet Gal. in sexto.

Ad apostemata appropriat Halîab. & Auicen. emplastrum mineralium cum aceto, non pultes putrefactiuas, neque aquam calidam, quæ alios consueuit iuuare phlegmones: eo quia talia putrefaciunt, & deuastant neruos: & allegat eum in tertio catageni: in nostra tamen assummatione non est. Et eius forma est. Recipe calcade. drac. i. & quartam: dragaganthi. viij. drac. &. 5. corticum thuris, vnc. i. &. 5. lezardi galbani, vnc. i. ceræ, vnc. viij. olei tantundem, aceti fortis, lib. ij. & quartam. terantur medicinæ siccæ cum aceto decem diebus: & soluantur ea quæ soluuntur, & infundantur & misceantur omnia in olla, & moueantur motu exquisitissimo donec coquantur. Ego tamẽ eum non assueui: sed illud Gale. & Auicen. probaui bonum: quod fit de farina hordei, & fabarum, & orobi coctis cum aqua cineris. Auicenna ponit in decoctione mel & acetum.

De quarta quę est magis propria puncturæ consulit Gale. in sexto. non pauca pharmaca, quæ in plaga apponuntur ad effluxionem aperiendam ichoribus. Infallacius tamẽ est adaperire cutim cum rasorio: aut cũ tenitemo, & melius, vt dicit Henricus: & post excicare, vt dixit Gale. in tertio techni, cum medicamine leptomere potente pertransire ad profundum perforati nerui: quale est ut ipse eligit in sexto oleum sabinũ non rosa. nec myrtinum, vt multi: quia claudunt: & non diaphorant calidum, non frigidum. Nam secundum ꝙ dictum est in quarto aphorismorum, frigidũ inimicum est neruis. Ad hanc vero intẽtionem etiã per ipsummet Gale. vbi supra eligitur, et per Auicen. cõfirmatur terebinthina atq; resina p se in infantibus, mulieribus, et alijs mollem carnem habentibus: In duris vero cum pauco euphorbio. Et sequitur, ꝙ nos iã composuimus vnguentum ad hanc intentionem per ceram, resinam, terebinthinam, picem, & euphorbiũ: ceræ quidem immittentes partem. i. terebinthinæ, & picis, alterutrius partem mediam, euphorbij partem ceræ duodecimam: & plus, si id volueris facere fortius. Ita autem & propolis: & fęx mellis per se, & cũ euphorbio & sagapeno & opopanace vsus fui in durioribus corporibus molliens ea cum oleo, & terebinthina. Et sulphur non uiuum, nec lapidosum, propter subtilem partem ipsius sperauimus iuuare neruos plagatos in tanto oleo subtilis partis miscentes, ut fiat glutinosum: probatum enim est & hoc experientia. Ex hoc etiam Auenzoar expertus est, vt dicit. De lora calce, quia magis propria est neruis denudatis, dicetur infra. Supra vero medicamina stupata de suaui lana cũ ligatura decente ponatur.

Vnguentu p pũctu neruor.

*De incisione neruorum.*

Scissuræ neruorum vltra tres intentiones dictas indigent alijs tribus aut quatuor intentionibus specialibus. Prima si fuerint sine deperditione substantiæ, quod cum carne suantur. Secunda ꝙ in loco magis dependenti aliqua tenta suauiter apponatur. Tertia ꝙ aliquod medicamen sedatiuum & incarnatiuum proprium neruis superpõatur. Quarta ꝙ cum stupata de molli lana, desuper mediocriter ligetur. Quod aũt sit vtilis talis sutura, ꝑbatur: eo quia per talem suturam congregantur et seruantur in idem labia distantia: & cum hoc custoditur neruus propter coopertura cutis & carnis a frigiditate ipsum dissipante. Et ita vult Auicẽna, dum dicit in quarto, Si autem disrumpatur in latitudine neruus: tũc necessarium est suere ipsum: & si non conglutinatur, & Guilelmus de Saliceto, & Lanfrancus idem testantur, non obstante ꝙ multi dicunt, ꝙ Galenus non præcipit suere ipsos: quia non poterant consolidari: & quia punctura acus erat aduocatiua spasmi. Certe cum reuerentia, Galenus non inhibuit: sed si tacuit, affirmauit: immo hoc certe videtur consentire in sexto therapeutices capitulo quinto. dum dicit, Abscisso vero toto neruo periculum quidem non est aliquod spasmi, oblæsa vero particula erit. sanatio vero corporis erit aliud ab

aliis vlceribus supple similibus. Certū autē est quod alia vlcera suuntur: vt seruentur partes approximatæ. Et hoc etiam designauit, quia in tertio techni nullā fecit differentiam curationis vulnerum neruorum ab aliis nisi de sola punctura. Nec in sexto therapeu. nisi de ipsa, & de vulneribus nerui denudati, & de accidente solius incisi totaliter & non totaliter, & de attritiōe ipsorum. Et ad hoc facit ꝙ cum tali sutura partes neruosæ ventris secundū ipsum conglutinentur. Nec valet quod dicunt de punctura nerui cum acu, quia perforata est: & nō excecata cum pertranseat totam substantiam. Nec quod dicunt ꝙ non consolidātur: quia si non consolidantur secundū primam intentionem: consolidantur tamen secundū secundam: vt dictum fuit supra. Et si dicetur ꝙ nō proficit: quia ita parum postquam incisus est neruus: quia non consolidatur, nisi secundū secundam intētionem, quæ fit per alienam substantiam perdit perforationē continuam: ita ꝙ spiritus non feruntur: & sic perditur motus particulæ: Dico ꝙ proficit ad duo. primo in pueris in quibus consolidantur quasi vere. & si perditur pars operationis, non perditur tota. In iuuenibus vero etiā: & dum magis approximantur partes nerui, minus interponitur de substantia aliena: & ita aliquis spiritus potest elucere: & cum hoc membrū magis decoratur. Ego vidi & audiui in multis neruos & tendones incisos, & eos ita restauratos cū sutura, & aliis auxiliis, ꝙ erat postea incredibile ipsos fuisse incisos. Quod autem debeat poni tenta suauis, patet ꝙ aliter posset includi putredo supra et iuxta neruum, et corrumpere. Et hoc intellexit Haliab. dum dixit. Cum autem vulnus in neruos ceciderit, non oportebit carnem superinducere, id est incarnare penitus, donec multi pertrāseunt dies ꝙ ab apostemate & spasmo fuerit securus: hoc tamen Rasis, de stricto vulnere solum intellexit.

Medicamen autem conueniens talibus vulneribus est vnguentum de vermibus, quod Recip. centaureæ minoris, linguæ canis, lanceolatę, pilosellę, fœ. g. consolidę maioris & minoris, ana. M. i. vermiū terrestriū, lib. 5. olei, lib. i. vini, lib. i. 5. pistentur simul, & nutriātur ita septem dies: deinde pistentur cum eis sepi arietis mundati, lib. i. picis nigrę, resinę, ana quar. i. ammoniaci, galbani, opopanacis dissolutorum in aceto, ana drac. v. bulliantur modicum quousque vinum & acetum sint consumpta: et colentur. Et postquā erit quasi infrigidatum, addatur terebin. quarta. 5. thuris, mastiches, sarcocollæ, ana drac. iij. croci, drac. ij. ducēdo cū spatula, fiat vnguentum. est enim pretiosum. Consimile ponitur a Rogerio: & addit millefoliū: & a Lanfranco. Nihilominus ipse præcipit ꝙ facta sutura per duos dies fomentetur vulnus sutum cum oleo ro. decoctionis vermiū terrestrium: & desuper aspergatur puluis conseruatiuus suturarū. Ego autem addo cum illo puluere tantundem de vermibus dictis desiccatis & puluerizatis. De vermibus ita scripsit Gal. vndecimo simplicium pharmacorum. Terrę igitur intestina siue lumbrici subtiliant: ac neruis diuisis apposita mirabiliter cōferunt. De centaurea minore, dicitur in septimo ꝙ magna & difficile consolidabilia vulnera conglutinat, & sanat: imo testatur Aui. in secundo. ꝙ dicitur ꝙ si ipsa centaurea coquatur cum carne incisa, coniungit eā. Alemani in plaga cum glutino: (vt dicetur statim de ossibus) totum membrū sustentabāt

E vt propter motū non impediretur consolidatio.

*De neruo denudato.*

Si autem neruus appareat denudatus, non oportet huic neruo prędictorum pharmacorum vllum afferre, quæcunque per euphorbium, & ita acria emplastra fiunt. Non enim ita sustineret virtutē ipsorum: sicut per mediam cutem. Optimum tunc est lota calce cum oleo plurimo vti. Optimum etiam est quod per pompholygem: & per thutiam lotam cum oleo rosa. liquefactam. Sint enim ista lauata æstatis hora multoties cum bona aqua. Quęcunque enim ex metallis sunt, lauare oportet uniuersa debentia siccare immordaciter. Bonum etiam est mel mistum cum optimo rosaceo: & terebinthina, resina, atque cera: lauare etiā oportet omnia ista: ex omnibus enim lauatis mū-

F dantur & absterguntur immordaciter acres & mordaces ichores. Si vero qui vulneratus est, fortis fuerit, & vulnus cum putrefactione multa, & cum hoc absque superfluitatibus: tunt possibile est in eo vti aliquibus fortiorum pharmacorū. Sicut aliquoties primo ego feci Polyidę trochiscos soluens in sirio, quod in Asia hepsema, vinum autem coctum apud nos nuncupatur, & tepefaciens in aqua calida, imbuensque lichnia, apposui. Lauare etiā oportet eius ichores cum lana infusa in puro vino cocto calido. Non cum aqua, neque cum oleo: aqua enim putrefacit neruos: et oleū cōmaculat eos. Non enim est idem nudo neruo afferre oleum: & per mediam cutem.

Si est autem necessarium mundificare, suauius mūdifica cum vnguento facto de vermibus: aut cum aliquo mundificatiuo in quo sint mel, & terebinthina, et

G farina hordei, ac fabarum: aut cum vnguento de resina: aut cum aliquo de dicendis in antidotario. Rotlandus cum Rogerio attestatur, ꝙ si capita neruorum incisorum sine tactu carnis cum ferro candenti tangantur, ꝙ optime consolidantur: & ita faciunt chirurgi terræ nostræ.

*De attritione & conquassatione neruorum.*

Quassatio neruorum secūdum Galenum in sexto. quando simul cum cuti quassata fit vlceratio, pharmacis indiget intentionem quidem siccandi habentibus cum quadā cōstrictione. vt esset a principio oleum rosatum cum albumine ouorum: et post sedato dolore, vinum grossum stypticum. Si autē absque vulnere cutis fuerit quassatio: fomētetur frequēter cum oleo calido diaphoretico. Propterea testatur

H Gale. experientia edoctus athletarum in vtroque casu valere cataplasma: quod per oxymel & farinam fabarum fit.

Si vero dolor aliquis affuerit quassationi, de pice liquida miscere oportet: & coquendo bene apponere calida: sicut facit Lanfrancus in pedum contusione et contritione magnis. Idem facio ego. Quando vero siccius vis facere, misce orobinam farinam: et si magis volueris siccare, irim ilиricam. Corporis procuratio cum diæta & purgatione his cōmunis est vt dicit.

*De uulneribus ossium & cartilaginum.* *Cap.* V.

Licet secūdū Galenum in sexto therapeutices omnes solutiones continuitatis ossium secundum linguam

linguam græcorum fracturę vocentur: Nihilominus habet consuetudo latinorum vocare fracturam solutionem ossis quæ fit sine incisiõe: de qua dicetur infra: Incisionem autē, quæ fit cum incisione: de qua dicitur hic. Est enim vulnus ossis, incisio facta in osse cū ense, aut aliquo alio incidente seu perforante. Quæ quandoq; est totalis: quādoq; partialis. Ex quibus apparet q non potest vulnerari, nec incidi os, quin incidatur caro & particulæ superiacentes. quare contingunt sępe accidentia de fluxu sanguinis & dolore, quæ dant indicationem.

Signa sunt manifesta. Gal. indicauit in tertio techni, & sexto therapeu. q fractura ossis vel incisio nō restauratur secundū primā intentionē: secundū vero secundam consolidatur, & ligatur per porum sarcoidē ligantem partes ossis diuisi: excipit tamen os puerile quod secundū primam intentionē cōsolidari potest. Causa vero reddita fuit in sermone cōmuni. Propterea Hippo. in septimo aphorismorū, indicat q in osse denudato erysipelas malum: licet raro accidit secundum Gal. in cōmento.

Amplius recordare q frigidū sūme nocet ossibus denudatis: propterea secundū Rogerium & Lanfrancum incisio totalis magnorū ossium vt adiutorij coxæ, et duorum fociliū insimul, taliter q exeat medulla, est periculosa, & vtplurimū mortificans membrū: & causa est: quia in tali magna incisione inciduntur uenæ & arteriæ, & nerui magni qui portabant vitā mēbro: Nō obstāte Guil. de Sali. qui hoc negat: propter malum intellectū Auicē. in quarto qui dixit, Et quod dicitur de incisione medullæ, q interficit, est intentio cui non est vtilitas: habet enim medulla lenitatē & viscositatem: & non inciditur. Auic. vero hoc intellexit de fractura sine vulnere, qua credo q medulla nō inciditur: licet elongari possit, propter viscositatē eius: sed q non possit incidi in totali incisione ossis quis dubitat? Et forte intellexit q nō moritur: propter deperditionē medullæ: sicut & ego credo. & Albu. testatur de illo iuuene. 30. annorum quem curauit de perditione ossis cruris cum extractiõe medullæ: maxime quia restaurationem habet: sed quia nō homo, sed mēbrū posset mori amputatis vijs per quas venit vita: nō cōsonat cum hoc quod est dictum in sermone cōmuni. Organica enim uidetur incisio vbi multitudo homiomerorum est incisa: quorum vnitio est impossibilis in tertio techni. Summe tamē est cauendum ne extrahatur aliquid ossis læsi cum violentia, neq; subito. Nam quod extrahitur ita, non euacuatur quin faciat accidere fistulam, & timorem spasmi, & permistionis, & febris vt dicit Auicen. in quarto. melius autem est extrahenda aliquantulum dimittere, & naturam cū aliquo medicamine attractiuo adiuuare, vt superius de extractiõe sagittarum fuit dictum: quam ea subito cū violentia extrahere.

In curatione vulnerum ossis de intentionibus cōmunibus specificantur quatuor. Prima est extraneis infixis, et frustulis, si sint, extractis, adducere partes separatas adinuicem: & suere profunde & firmiter uulnus carnis. Secunda eligere cum quibus auxilijs medicabitur. Tertia est ligare taliter q uulnus quando erit necesse, possit mutari absq; quod dissoluatur totalis ligatura & firmatura. Quarta q postquam securatus fuerit ab apostemate, regimen fiat taliter q porus generetur.

A

Quomodo completur primū, dictum est in sermone communi de sutura. Et quod sutura vulneris carnis sit vtilis in proposito, sic probatur. Quia illud quod facit ad appropinquationem disiunctorum & conseruationem adiunctorum & custodiam substantiæ partis, est vtile in proposito vt patet in sexto therapeu. et inferius de fracturis declarabitur magis. sed talis sutura est huiusmodi: quia caro ibi coniuncta tenet propinquatas partes: & stat loco ligaturæ & ascellæ: & est defensorium vt aer non alteret os ipsum, in quo multum est aduertendum. ergo etc. Et Gale. videbatur hoc sentire vbi supra, dum dixit q eorum pharmaca iubet Hippocra. esse sanguinolēta. Melius autem medicamen vulnerum sanguinolentorum est sutura & ligatura. Auicen. autem, Haliab. et

B Albuc. per totum de fracturis cum vulnere iam illud pręceperunt: Guil. etiam de Salicero, & Theodoricus atque Henricus idem voluerunt: Non obstante Lanfranco qui generalem regulam constituit q in vulneribus in quibus ossa sunt vulnerata, nunquā caro debet super os per medium consolidari: nisi os plenarie prius reparetur. Quomodo enim reparabitur os nisi per carnem mediā nescio. nõne nutrimentū a quo fit porus uenit a carne? credebat q nihil nutrit vera nutricatione, nisi veniat a stomacho ad hepar, & ad venas disseminatas per carnem, & dehinc ad ossa, de virtutibus naturalibus per totum. Carne enim dimittendum est repleri vulnus: & ipsa cum desiccatiuis induranda, vt fiat porus: et caro desuper callosa nō alias: quia concauitas incurabilis remanet: vt dicebatur in tertio therapeu. capitulo secundo.

C Secundum completur q facta sutura in loco magis dependēti ponatur tenta, ut si quid remanserit extraneum de frustulis aut de sanie, si generatur, per hūc locum valeat expurgari. Desuper vero ponatur puluis conseruatiuus suturarum, & albumen oui in primis diebus. Et post super incarnatiuum cōmune de puluere illo cum terebinthina insimul incorporato. et deinde de alijs, secundum q videbitur expedire apponatur. & tentula cum melle rosa. in quo sit puluis incarnatiuus cum myrrha, quæ secundum Auicennā cooperit ossa denudata, humectetur. Et si os esset detectum, cū tali puluere & lichinijs bonę carpiæ cooperiatur, & desuper emplastrum & stupata balneata in vino calido applicetur.

Tertium completur, si os est totaliter incisum, q facta sutura totum membrum, vt Rasis præcipit, inuoluatur excepto vulnere cum panno duplicato in primis diebus infuso in albumine ouorum: & postea in

D vino calido styptico: & ligetur cum binda longa et lata secundum membrum: & incipiatur versus finem membri: & voluendo vsq; prope vulnus, faciat eam transire per partem oppositū vulneris. Et deinde ascēdendo versus corpus vertendo bindam uoluendo reueniat inferius quousq; sit prope vulnus. Et tūc faciat eam trāsire per partem oppositam supra aliam, vt veniat ad locum vbi incepit: & ibidem finem suum cū suo principio nodet: & ita remanebit vulnus discoopertum. Deinde ponantur duæ vel tres ascellæ bene politæ & aptatę secundum membrum, coopertæ & munitæ de bono panno taliter sustinendo membrum, q non cooperiat vulnus: et ligentur cum bin-

dello. Et hoc non dissoluatur quousq; sit curatus, nisi dolor aut pruritus seu apostema compellat. Ad quæ quomodo succurratur, in sermone communi fuit dictum. Et vulnus ab extra cum stupatis & bindellis ligetur: et qualibet die remutetur, mūdificetur, et exiccetur: & vt cætera vulnera tractetur.

Nonnulli vero vt supra fuit dictū de neruis in isto casu, & in vulneribus neruorum glottocomion: & instrumētum mechanicum factum cum duabus astellis & ligno rotundo in clausura manus & plato in sola pedis ligando superius apponunt, & ita prosequuntur curam vt prius.

Quartum quomodo cōpletur, dicetur infra: quando tractabitur de fractura, iussu dei.

De duritie quomodo consequitur solutiōes & algebras in sexto de arthretica et passionibus coniuncturarum, et in antidotario dicetur.

## Doctrina secunda. De speciali cura vulnerum prout insunt membris organicis compositis.

*De vulneribus capitis.* *Cap. I.*

QVanquam Galenus & Auicenna, de diuersitate curæ membrorum organicorum extrinsecorum non determinauerint exquisite: nisi de capite & ventre: Nihilominus: quia aliqua diuersitas est in alijs particulis secundum diuisionem datam superius, saltim in ligando, suendo, situando, & aptando instrumenta, & modum applicandi, medicinas inueniēdo: a particulis enim organicis sunt huiusmodi medicationes secundum Galenum in quinto therapeuti. sicut quæ in siccando, a substantia eorum quæ in homiomeris: quatuor enim sunt indicationes quæ a natura particularum sumuntur vt in doctrina secunda tractatus apostematum fuit dictum: Pro tanto, gratia iuuenum, pro quibus est huiusmodi conscriptio, tractabuntur vulnera secundum particulas organicas, ex quo sunt tractata in doctrina præcedenti secūdum homiomeres & consimiles particulas, a capite incipiendo etc.

Caput quandoque contingit vulnerari cum incisione: quandoque cum cōtusione: & vtraque quandoque est absque vulnere et fractura cranei: quandoque cum fractura eiusdem. & quæ cum fractura: quædam est penetrans: quædam non penetrans. & vtraque quædam parua: quædam vero magna. & cum hoc quædam sunt puræ: quædā cum accidentibus de dolore & apostemate & panniculorum læsione compositæ, Istæ sunt diuisiones cōmunes vulneribus capitis. Speciales uero tales sūt vulnera cum incisione cranei penetrantia: quædam sunt sine deperditione substantiæ: quædam vero cum perditione eiusdem. & vtraque istorum: quædam sunt plana & æqualia: quædam aspera & squamosa. & vtraque etiam istorum; quædam sunt in sūmitate capitis: quędam in lateribus. Etiam vulnus cum contusione & fractura cranei penetrantia: quædam est parua talis quod non facit compressionem neque compunctionem supra cerebrum: quædā vero est ita ma- E gna, q; compressionem & punctionem facit in ipso. Istæ sunt differentiæ propriæ vulneribus capitis, a quibus sumuntur indicationes curatiuæ quæ sunt assumptæ ex dictis Pauli sexto libro suo de fractura cranei. Gale. autem non fecit mentionem, nisi de illis, in quibus erat maior diuersitas, scilicet de simplici fractura magna, in summitate capitis & in lateribus facta penetrante: & nō penetrāte: de paruis aūt fracturis non curauit: qa solū erāt forma, et sedes eorū q̄ percusserunt. Et cū hoc determinauit de magnis contusionibus vt videbitur infra. Albucasis vero vltra illas addit vnā in qua facit ingredi laminam ossis ad interiora: & fit in loco concauitas: sicut accidit caldarijs ęris quando occurrit eis percussio: quod plurimū fit in capitibus puerorum. Nonnulli vero ex dicto Auicennæ in quarto volunt dicere quod est alia quæ nō est fractura in parte in qua percutitur: sed in opposita. quæ diuisio est F reprobata in sexto chirurgiæ Pauli. Auicen. non videtur curasse nisi de vulneribus carnis cum incisione & contusione: & de fractura etiam cum incisione & cōtusione cum vulnere carnis & sine ipso: quia per diuisiones communium fracturarum intellexit differentias dictas.

Causæ Vulnerum capitis sunt quæ aliorum vulnerum dictæ superius in sermone communi.

Signa & iudicia fracturarum capitis. Est intelligēdum quod quædam significant fracturam cranei: quædam incisionem cerebri & panniculorum eius: quædam apostemationem: quædam læsionem causatam ex materia descendente & grauante cerebrum & panniculos eius.

G Signa fracturæ cranei sumūtur a multis. Primo sumuntur a consideratione causæ frangentis: vt quia cecidit ab alto: aut fuit percussus cum re forti.

Secundo a consideratiōe quantitatis læsionis: quia magna contusio, aut magnum vulnus.

Tertio a qualitate loci: quia dolet, & sæpe ducit manum ad locum: & cum digitis et probis percipitur tenuitas in cute, & separatio ab osse: & quando sufflat, aut anhelitum retinet, videbitur humiditas pullulari per fissuram.

Quarto ab accidentibus quę occurrunt in hora: vt apoplexia, scotomia, destructio vocis, vomitus etc.

Quinto a consideratione soni: quia rauce sonat, dū eius caput percutitur cum virga.

Sexto a consideratione stridoris dentium: strident H enim dum percutitur filum quod tenent cum dentibus: et dum conantur frangere nodum paleę, aut rem duram, læduntur.

Septimo a cōsideratione encaustri & linimenti mastiches super fissuram: quia remanet nigredo ī fissura. & siccitas in linimento supra locum fissuræ: & hoc est signum certum.

Signa incisionis panniculorum etiam a multis sumuntur.

Primo a dolore: quia statim a principio sequtur scotomia, & vertigo, & similia.

Secundo a colore faciei & oculorū: quia facies rubet, & pustulatur, oculi rubent, eminent, & obscurantur etc.

Tertio ab exeuntibus: quia sanguis exit per nares, aures

aures & palatum.

Quarto a læsione virtutum: quia cum difficultate mouetur, loquela turbatur, angustiatur, est totus pro stratus, et stupidus, febricitat, riget, male dormit, nihil appetit, nauseat, & euomit, male ascellat, & vrinat.

*De signis incisionis cerebri.*

Signa incisionis cerebri sumũtur a multis. Primo ab exeuntibus: quia exit substãtia grossa, glo bosa, & medullaris, non saniosa.

Secundo a læsiõe virtutum: quia perditur ratio, si vulnus est in anterioribus partibus capitis: memoria, in posterioribus: & cum prædictis accidentibus adest stupor & desipientia maior.

*De signis apostematis superuenientis.*

Signa apostematis superuenientis, etiam a multis su muntur.

Primo a tumore: quia inflantur panniculi, & eminent extra vulnus, & rubent, & non mouentur.

Secundo ab oculis: quia rubent, & inflãmantur, & a capite egredi videntur, mobilitantur, & obliqntur.

Tertio a calore: quia febriunt: & inquietantur.

Quarto a virtutibus: quia alienantur, & spasmantur, & febricitant, & phreneticant.

*Signa quod materia quæ descendit infra, lædat, & grauat panniculos & cerebrum.*

Sunt prædicta signa incisionis panniculorum ve nientia paulatine post principiũ.

Iudicia. fractura cranei est periculosa apud omnes. Preterea incisio cerebri, & panniculorum eius corruptio, ac læsio, est mortalis secundũ Hippocratem nisi fuerit parua, exponit Galenus. ut supra de iudicijs in vulneribus fuit dictum. Et ideo accidentia mala, vt febris acuta, tremor, spasmus, alienatio, syncopa, abscisio uocis, egressio, tenebrositas, et rubedo, ac strabositas oculorũ sunt timorosa & mortalia, pręcipue si maneant, & non remittantur.

Amplius dicit Auicenna in tertio. de plaga & incisione capitis: & in vulneribus peruenientibus ad panniculum cerebri, accidit laxitas in latere vulneris, & spasmus in opposito: et propter illud vult dicere Gui lelmus de Saliceto, quod quãdo fit vulnus in dextra, paralyticatur sinistra, et econuerso, quia nerui qui ve niunt ad partem dextram sunt radicaliter in sinistra: & econuerso vt dicit. Considera si litera dicit hoc: & super hoc consule secundum librum Galeni de ęgritudine & symptomate.

Præterea in fractura capitis pericula & accidentia mala secundum Rogerium expectantur vsque ad centum dies: & secundũ legistas & iudices ad quadragintasex, quia talis est vltimus terminus acutarum. Et secundum quatuor magistros ad quindecim qui est cõmunis terminus acutarum.

Pręterea denigratio duræ matris quæ non mundificatur cum melle, significat mortem, inquit Paulus.

Præterea fractura cranei in plenilunio est verenda vt dicit Rogerius.

Præterea in solidatione cranei apparitio carnis rubeæ, bonum.

Amplius, in vulneribus capitis tumor paruus, & A saniei bona digestio, bonum. Tumor vero magnus, pręcipue si cito euanescerit sine causa rationabili, malum. Item in fractura cranei expectatur porus debilis, & rarus ad trigintatres dies.

*De curatione.*

Circa curandi modum est notandum, & intelligendum quod multitudo medicorum discordãtium circa ipsum, ostendit iudicium curationis ipsius difficile esse.

Nam Galenus, Paulus Haliab. Auicenna, Albuca. Rogerius, Iamerius, Brunus, & Guilelmus de Saliceto, uidentur aut saltẽ eis imponitur indifferenter procedere in omnibus fracturis capitis discooperiendo, ruginando, trypanando, & ossa cũ instrumentis ferreis euellendo, fundantes se, vt dicunt, su, per illo com B muni: ꝙ necesse est detegere, et incidere os vt virulẽtia quæ infra craneum coadunatur, conuenienter pos sit mundificari & desiccari.

Alij vt magister Anselmus de Ianua, et aliq Paduani, & fere omnes Gallici, & Anglici procedunt incarnando, & consolidando cum suis emplastris, & potionibus, & bono vino, et ligatura: fundantes se super illo communi. Quod si possumus saniem sine ossium expulsione expellere, melius est: quod facere possumus cum medicinis præcipue: quia secundum modũ illum non generatur sanies: sicut secundum modum aliorum: immo inhibetur: et si generatur, conuenienter cum illis mundificatur, & desiccatur.

Nonnulli vero vt Theodoricus, Henricus, & Lãfrancus, qui inter cæteros melius dicit: nituntur tenere viam mediam: sed differenter. Nam Theodoricus C incarnat recens cum potione & vino cum stupis: Et Henricus sine potione cum suo emplastro. Et ambo antiquas fracturas, postquam transeunt quatuor vel quinque dies, trypanant, & eleuant: vt antiqui. Lanfrancus vero in omnibus procedit incarnando cum lichinijs intinctis in partes duas olei rosa. & vna mellis, & supra mundificatiuum de farina hordei & melle aut de cera & resina cum puluere capitali, exceptis duobus casibus in quibus procedit ruginando, aperiendo, trypanando, & ossa eleuando. Primus casus est quando os pręmit. Secundus quando pungit. Et fundant se cum fundamentis duarum viarum, adden do qđ in operatione instrumentorum possunt sequi multa pericula: propter alterationem quam facit aer: & dolorem, quem facit operatio: & apostema, quod procurat vtrũque.

D Ego autem videns istam discordiam impositã: magistris reddebam me dum eram iuuenis anxium. Postea vero cõsideraui opera, & accusationes, & nouas experientias inuenientes discordes suspectos habui. Quod autem ex dicto duorum vel trium omittatur totaliter sententia bonorum, malum est. Scriptum. n. est in primo de alimentis. Iniustum est vni præ alijs credere sine demonstratione. Et Haliab. in secũdo ser mone partis secundæ libri dispositionis regalis, tutius est vti inuentis quam vti nouis experimentis. In experiendo enim medicamina corporibus hominum, periculum imminet animarum, & in periculis cõmunior & probabilior via est tenẽda. Et propter hoc auxiliante rerum omnium opifice non discedẽdo a via

Galeni quia illa fuit diuini Hippocratis, vt ipse in sexto therapeuti. testificatur, dicens ꝙ in his uulneribus quę in capite sunt, scriptus est liber integer ab Hippocrate, docens omnia quę oportet gerere in eis. Et nos cum hoc compleuerimus, ipsum cōmētabimus. Nec etiam discedam a via Haliab. & Pauli, atque Auicennę: immo eos interpretando, concordabo dicta ipsorum toto posse: cum hoc quod euidenter apparet: Tales enim debent esse demonstrationes medicorum, vt superius in capitulo executiuo fuit allegatum. Nosco quia prolōgare verba estimabor. sed necessarium est quod vbi maius imminet periculum, cautius & longius est agendum.

Et vt non oporteat in cura cuiuslibet differentiæ cōmunia resumere: præmitto nouem documēta huic curationi multum necessaria.

*Documenta nouem necessaria admodum curationi uulnerum capitis.*

Quorum primū per viam notabile est quod vulnus capitis maxime cū fractura ossis multas specialitates & differentias habet a vulneribus aliorum membrorum: tum propter propinquitatem & nobilitatem medullæ cerebralis: tum etiam quia propter eius formam sphericam nō potest vniri: neqꝫ seruari cum ligatura, ut alia membra.

Secundum est quod in vulneribus capitis præcipue notabilibus oportet vt seruentur intentiones cōmunes dictæ superius in sermone communi de phlebotomia & purgatione & ventre, saltem quod semel in die assellet per se: aut cum suppositorio, aut clysteri, aut cum aliquo lenitiuo. De diæta: quod sit magis tenuis. De extractione infixorum, minus molesta. De fluxu sanguinis, quod restringatur. Et de accidentium correctione, & præseruatione, vt dictum fuit, & dicetur.

Tertium est quod in vulneribus capitis, ante omnia remoueantur crines, & radatur caput illud humectando cum aqua & oleo. vt dicit Guilelmus, taliter cauendo quod pilus aqua & oleum in vulnere non ingrediantur. nam consolidationem impedirent: vt superius fuit dictum. Et quod in principio materia & dolor refręnentur, supra & infra vulnus ponendo albumen oui. Et post principium cætera fiant: vt in proprijs locis dicetur. Ad mundificandum & incarnandum. Et in circūferentijs semper inungatur cum vnguento de bolo: aut cum oleo ros. vt dolor & dyscrasia sedentur, & apostematio prohibeatur.

Quartum quod caueatur a frigore: quia vt sæpe audiuisti ab Hippocrate, frigidum inimicum est neruis, ossibus, & medullis: & cum hoc aer offendit: & alterat principalia membra. Et ideo consulebat Guilelmus, quod in hyeme quando præparabuntur, ponantur carbones incensi iuxta ipsos, & clausis fenestris habeatur lumen candelæ: & ꝙ post ligationem cooperiatur caput cum cosa de pelle arietina.

Quintum ꝙ si in eis est facta sanies, remutentur in die semel in hyeme: bis vero in æstate: & ꝙ remutatio et mundificatio cum cotone carpia atque pannis mollibus suauiter & indolorose fiat.

Sextum ꝙ desuper lichinia frustum suauis spongię apponatur. vt per ipsum sugatur et recipiatur sanies,

E ne ad cerebrum descendat.

Septimū quod ligatura conueniens adaptetur ligaturę capitis: vt quando vulnus incarnare volumus, ligatura duorum capitum fiat, quæ saltim est semi incarnatiua: & fit quod habeatur binda plus vnius brachij longa, lata quatuor digitorum: & voluatur tota præterquam duo palmi, cum quibus incipiatur secūdum frontis longitudinem, trahendo versus aurem oppositam vulneris, & aliam partem volutam versus aurem vulneris: aures tamen non cooperiendo, ducendo eam vsque ad caput aliud bindæ: & ibi iuxta aurem circūuoluatur stringendo: & caput palmorum ducatur versus inferius: caput volutum ducatur superius versus caput, reducendo ipsum per partem posteriorem capitis versus caput palmorum: & iterum vt prius eam cum illa circumuoluendo, & reducendo super caput. Et toties illud fiat quod totum sit

F coopertum & bene ligatum: deinde ligant Bononiēses duo capita sub mētone. Parisienses ea suunt in medio frontis.

Si autem vellemus solum tenere medicinam, faceremus ligaturam capitum multorum, quæ fit in capite per hunc modum. habeatur magna pecia linteoli, longa trium palmorum, lata duorum, & incidatur in quolibet latere ad latitudinem trium digitorum, vsqꝫ non remaneat nisi vnus palmus in medio: & tūc vnum de illis capitibus cum alio stringendo secundum capitis circuitum ligetur retro: aliud vero cum alio transeundo per collum, ligetur a parte anteriori sub mentone.

Octauum documentum est quod ad cautelam, si aliqua squama ossi remansit, cum vino administretur audacter: (si non fuerit febris.) illę puluis capitalis de

G pimpinella, betonica, gariophyllata, valeriana, osmūda: et quantum de omnibus tantum de pilosella.

Nonum quod situetur & iaceat vulneratus in principio super partem, in qua minus grauabitur: post vero si facit saniem, super locum vulneratum, vt sanies possit melius excolari. Et his præmissis documentis communibus veniendum est ad curam secundum differentias.

*De uulnere capitis facto per incisionem absque cranei fractura.*

Si est simplex absque deperditiōe substantiæ, suatur, & ligetur: & vt alia vulnera curetur, & incarnetur. Si autem fuerit cum deperditione substantiæ, regeneretur caro, & cutis cicatrizetur

H cum suis lichinijs & proprijs pulueribus, vnguentis, & emplastris: & vt cætera vulnera tractetur.

Quod autem sutura sit vtilis non solum in talibus simplicibus vulneribus capitis, sed in multis alijs non paruis, intellige, sed magnis: probatur ita. quia illud est vtile multis vulneribus capitis, quod facit permanere partes distantes approximatas in idem. Et cum hoc prohibet aeris alterationem, quæ est multum nociua. Sed sutura est huiusmodi ī tertio techni. & therapeutices per totum. ergo etc. Et ista fuit intentio Auicennę in quarto dicentis. In fissuris vero in quibus nō est nisi scissura, si est plurima, suatur. Et quod est fortius, loquitur quando est cranei fractura. vt patet per processum capituli. Et notāter dicit si est necessarium: quia

quia si talis fissura esset in summitate capitis, non sueretur, sed in lateribus bene sueretur, vt dicetur infra. Et hanc talem suturam concedit Guilelmus de Saliceto, Lanfrancus, & Henricus: & in tantum Henricus concessit, φ sibi fuit visum quod Theodoricus eam concesserat, qui contra Auicennam, vna cum appositione olei rosa. penitus negauit, & male: Nam multoties Auicenna, & Paulus concesserunt, & iubent infundere vulnus capitis cum oleo rosa. ad sedandum dolorem, quando vulnera pertingunt vsque ad pelliculam neruosam cooperientem carnem. Et ad mollificandum ossa adhęrentia, vt leuius extrahantur. Et ad reprimendum acuitatem, quando volumus panniculos interiores mundificare cum melle. Nec ratio eorum valet quantum ad suturam: quia ligatura incarnatiua in capite est multum defectiua, vt dicetur. Nec quantum ad oleum rosatum: quia licet vnctuosum maculet vulnera simplicia: nihilominus composita cum dolore, & alijs dispositionibus indicantibus, oleum rectificat & emendat. Medicare enim semper iubet Gal. indicationes aduersantes.

*De uulnere capitis facto per incisionem cum cranei fractura non penetrante.*

Vulnus tale aut est magum: aut paruum. Si paruū quod rimulam vocauerunt multi, eodem modo curatur sicut præcedens siue fractura cranei: quia in tali vulnere pauca generatur sanies. Et propter eius grossitudinem per talem paruam fissurā descendere non potest.

Si vero fuerit magnum, aut est in lateribus capitis: aut in superiori parte: Si fuerit in lateribus, eadem etiā cura curatur vt primum simplex: nisi quod in inferiori parte ponitur tenta: vt si aliqua materia retinebatur in illa fissura, per foramen tentę valeat expurgari. Si in superiori parte: non suatur: sed fiet ibi cura. Galenus in sexto therapeutices dicit. Simplices igitur rupturę vsque ad disploam, id est medium duarum tabularum cranei peruenientes, dictorum rosorum, scilicet ruginorum strictorum indigent: esse autem eos oportet multos quidem quantitatem: non ęquales autem magnitudine: vt non careat vltimo opus. deinde denudato secundum consuetudinem patiente osse, vti primo quidem ampliori: secundo vero post ipm strictiori. Et deinde ita consequenter alijs vsque ad strictissimum: hoc autem utendum in ipsa disploe. Deinde si dolor aliud non requirit, curare siccis pharmacis confestim & vsq; in finem cū ijs quæ vtiq; vocatur cephalica: de quibus in fine capituli fiet sermo cum suis lichinijs, & exiccatorijs, & alijs auxilijs opportunis. Quare autem istud vulnus non suitur. quia existēs in medio capitis non est potens expurgari per se. Et nisi imbiberetur sanies, & cum lichinijs et alijs auxilijs desiccaretur: posset retineri aliqua materia in medio tabularum: & ibi putrefieri, & putredinem in ossibus generare.

*De uulnere facto cum incisione cum fractura cranei: sine deperditione substantiæ usque ad interiorem superficiem penetrante.*

A Tale Vulnus aut habet squirlas, aut non, sed est planum & æquale. Si squirlas quæ possent pungere duram matrem: squirlis & asperitatibus planatis & æquatis cum lenticulari, et alijs instrumentis eodem modo curatur vt immediate fuit dictum. Et hoc est quod dicebat consequenter Galenus in eis vero quæ vsque ad merynga perueniunt, siquidem fuerit sola ruptura & scissura, & non cassatura, prædictis rasorijs vtendum. Et hoc quantum ad illa quę sunt in bregmate, id est in superiori parte. In illis vero quæ sunt in latere, non multum curauit de instrumentis: nisi quod suerentur, & cum tentis mundificarentur. Et hoc in fine capituli narrauit in duobus exemplis. Vidi denique bregmatis quidem os fractum: quod vero est deinceps os vocatum temporis, vbi squamiformes immissiones esse accidit, vsque ad

B multum maximam habens scissuram, quam nos omnino non tangentes: sed solum abscindentes ea quæ bregmatis, curauimus hominem vt adhuc viuat ab annis multis. Si vero os bregmatis reliquerimus, ita putruisset merynx, quæ subiacet antequam fractura porosaretur callūque contraheretur. Galenus dat causam vtriusque curæ. Nam si nullus ex patientibus ichor intus flueret, superfluum esset abscindere os. Modo, quia in tempore quod est in latere ex patientibus ichor non descendebat: & si descendebat, in loco habili erat ad expurgandum: propter hoc nō erat necessarium cum instrumentis abscindere. Sed in bregmate, quia non erat in loco habili ad expurgandum ichores: immo potius ad retinendum: pro tanto fuit necessarium ampliare: & cum lichinijs & alijs auxilijs oportunis ichorem prohibere, & generatum extrahere & desiccare.

C In alio vero exemplo eodem modo fecit: quia dubitabat, quod moueret cerebrum propter duritiem ossis temporis: & per foramen, si ipsum faceret, exiret cerebrum. Et cum hoc quia per latera exeunt multæ explantationes neruorum nobilium.

*De uulnere cum contusione & parua fractura ossis.*

Si huiusmodi fractura est cum squirlis pungentibus, cum lēticulari et alijs instrumētis applanabuntur: & postea supposita prima remutatione in documentius superius dicta pecia panni delicati, aut sindonis mollis, infusa in melle, & oleo rosato, desuper apponatur, ipsam aliqualiter cum cauda probe inter os & duram matrem imponendo, vt

D defendat quod suo motu panniculi non lædantur in osse. Et desuper lichinia delicata infusa saltim primo cum eadem mistura. Et supra ipsam & ipsum os peciam panni etiam infusam: vt inhibeat quod sanies inferius non descendat. Antiqui tamen ponebant peciam vnius ciphi, & erat trupha: quia assistentes qui non erant in secunda remutatione, credebant quod ibidem loco ossis deperditi remaneret: & desuper in vulnere carnis ponātur alij lichinij sicci vel pecia spōgiæ vt imbibat saniem. & desuper emplastrum capitale perforatiuum, vt non includat saniem: & vltimo stupatas bealneatas in vino calido & expressas: & vnam non infusam. Et ligetur ita delicate, quod

ligatura retineat, & non comprimat. Et quando erit bene mundificatum, remoueatur pannus primus: & ponatur puluis capitalis: & continuetur ad incarnandum: et ultimo quando erit incarnatum: puluere cicatriçatiuo claudatur, & cõsolidetur: & in ista operatione satis laudo Henricum.

*De uulnere cum contusione absque fractura cranei.*

Est consilium Auicẽ. ꝙ materia refręnetur a principio cum communi remutatione de albumine oui. Et si vis addere oleum rosa. quia mitigatiuum, bonum est. Post vero resoluatur materia cum vino salito, & melle: aut cũ aliquo ex dictis in capitulo de contusione in sermone cõmuni. Et si fiat sanies, maturetur & aperiatur, vt aliæ exituræ.

*De uulnere cum contusione & parua fractura.*

Est consilium Galeni. ꝙ si fractura est parua, qđ curetur vt præfata cõtusio: eo quia Galenus non faciendo mentionem de differentia, quã vocauit solum sedem eorum quæ percusserunt, tacendo etiam de cura: voluit affirmare quod curaretur vt alia. Tota cura stat ꝙ taliter resoluatur, vt saniem saltim notabilem non faciat.

Auicenna vero in tertio canoñ. de soda a percussione & regimine eius cui accidit commotio cerebri, dicit ꝙ oportet vt sit tota tua intentio in hoc casu, ut dolorem sedes quantum potes, & elonges materiam a loco læso, vt non apostemetur. Et hoc cum euacuatione & attractione ad contrarium cum phlebotomia, & clysteribus acutis, & pilulis cochijs: etiam emplastretur locus in principio cum eo quod confortat, sicut sunt emplastra quæ fiunt ex aqua myrti, & salicis, virgæ pastoris, vel ex oleis myrtino, & liliaceo, & rosaceo. Et ex pul. ro. balaustiarum, cypressi, calami aromatici, lentium, chamomillæ, meliloti, boli armeni, aluminis, myrrhæ, olibani, atque cytonijs confectis cum uino. Et dare in potu stœchadem cum aqua aut melle. Ipsi enim cum eo liberantur: vt dicit.

Et cum egredietur propter percussionem sanguinis ex cerebro, oportet vt patientem potes cum cerebellis gallinarum assatis cũ aqua granatorũ. Et Theodoricus ad hoc facit emplastrum cum baccis lauri, cymino, aniso, sale, mastiche, thure, atque cribratura fur furis, coctis cum vino ꝙ mihi placet in fine. Et in ista fractura potiones possunt administrari conuenientes: quia tanquam per se paruæ aut cum modico auxilio adiuta natura potest eas rectificare.

*De contusione cum fractura magna.*

Si fractura est magna, necessario est eundum ad chirurgiam & dilatationem fracturarum, quod probauit Gale. in sexto, & Auicenna in quarto per tres rationes.

Illud oportet fieri per aperturam: quod nõ potest fieri per ligaturam. Sed prohibitio apostematis & descensus materiei, quæ est principalis intentio in omnibus fracturis conquassatis, non potest fieri in capite ꝑ ligaturam: quia ineptum est propter formam vt ibidem deducitur. Ergo etc.

Pręterea quod minus videtur inesse & inest, & id quod magis. sed minus videtur ꝙ in brachijs: & ĩ alijs ossibus esset necessarium aperire & extrahere ichores quam in capite: & tamen est necesse aliquoties. ergo plus est in capite necessarium propter cerebrum.

E Amplius si esset aliqua excusatio, hoc esset per medicinas. Sed illæ non valent sine ligatura, vt dicit: & est verbum notabile. Necessarium est ergo in magnis contusionibus denudare & dilatare aliquam partem fracturæ, vt possimus abstergere, & leuare a miryngi ichores. Non audiantur ergo verba illorum Theodoricorum, & Ianuensium qui se iactant omnem fracturam capitis cum suis pigmentis & potionibus absque chirurgia et eleuatione ossium curare: quia licet de paruis est possibile vt dixi: de magnis tamen nunquam vidi: neque ratio Conciliatoris valet: ꝙ fortes medicinæ eleuare & extrahere possunt a profundo. Nam tales suspectæ sunt: propter enim nimiã fortitudinem

F specialiter in dispositis, quod vtplurimũ sunt corpora nostra, vt supra quartum Auicennæ dicit Dynus, possunt adducere apostema. Nec illa Henrici ꝙ ipsi possunt curare omnia vulnera absque notabili sanie: quia in magnis contusionibus saniem notabilẽ oportet aduenire therapeutices quarto. Neque ꝙ allegant de natura potenti: hic enim de parua intelligitur materia: quia in magna oportet contra aperire vt in empyimate sub quarta costa: sicut infra dicetur. & magis miror quando dicunt ꝙ vltra quartam diem non valet potio eorum, credebam quod plus valeret post: eo quia vulnus de fluxu et dolore et apostemate est securatum. Neque dicunt quid esset faciendum, si potio non valeret: credo ꝙ facerent, vt de malo nauta dicitur quinto therapeutices, qui propter negligentiã perdens nauem, deinde dans tabulam cuilibet nauigatorum, vt per eam, si possit, adipiscatur salutem.

G Necessario igitur eundum est ad chirurgiam cranei fracturarum: quam Galenus sub quodam epilogo in sexto therapeutices sic ponit. Si vero cum quassatione aliqua sup. magna fuerit, abscindere oportet quod conquassatum est, vel per terebella in circuitu primo perforando: deinde ita vtendo abscisorijs, vel per tortellos mox a principio.

Verum quia breues sermones in practicis non sufficiunt, cõmentando epilogum Gal. faciam duo.

Primo pręmittam octo documenta valde necessaria ad operationem istam. Deinde ponam operationem concordatam per Galenum, Halyabbatem, Paulum, & Auicennam.

Primum documentum est ꝙ non exerceatur operatio in eo in quo virtus est debilis: quia secundum

H Gal. secundo aphorismorum vbi est indigentia, non oportet laborare.

Secundum ꝙ ante omnia pręmittatur, & protestetur de periculo, vt homo euitet sermones stolidorũ. in quarto canoñ. Auicen.

Tertium vt in operatione fugiat cõmissuras quantum poterit: timendum enim esset de casu & læsione duræ matris, vt in anotomia fuit dictum.

Quartum ꝙ caueat de plenilunio: quia in eo cerebrum augmentatur: et ad craneum appropinquatur, in tertio de criticis diebus.

Quintum ꝙ dilatatio fiat magis in loco decliuiori: quia talis est aptior ad expurgandum, therapeutices tertiodecimo.

Sextum

Sextum ꝙ in dilatando non consequatur finis fissurarum, sufficit enim secundũ Gale. auferre tantum de osse quod sanies possit expurgari.

Septimũ ꝙ si os quod debet extrahi, repugnat extractioni: cum oleo rosa. infundatur ad hoc: vt taliter mundificetur, quod indolorose extrahatur.

Octauum quod citius quam poterit, expedias te de operatione maxime in compressione, & punctione panniculorum: quia ad ista citissime consequuntur apostema & accidentia mala: neque in descensu materiei de superius speres alias: expectes in æstate diẽ septimam: neque in hyeme quartam: quia post suspicatur in panniculis esse facta talis impressio, quod operatio non valeret.

Consequenter operationẽ concordatam per Auicennã. inuenio in quarto, qualiter inquit sit curatio, nos dicemus in hoc illud quod dixerunt primi. Inquiunt: oportet vt radatur in primis caput vulneratũ. Et fiant in eo duæ fissuræ secantes se secundũ figuram crucis, aut secundum figuram cifrę de. 7. vt dicit Lanfrancus: & oportet ꝙ vna earum sit sectio percussionis: deinde oportet vt excorientur anguli, & discooperiatur os totum quassatum, in quo debet fieri concauatio. Quod si accidit inde fluxus sanguinis, oportet vt impleatur vulnus cum pannis infusis in aqua & aceto: aut cum albumine oui. Et si non accidit fluxus, impleatur panno sicco tenui: deinde pone super ipsum puluillos in vino & oleo infusos: & administra ligamentum quod conuenit ad illud: ita vt cum fuerit mane, si non acciderit aliquod ex accidentibus malis, tũc incipias cauare os fractum. Et illud est: quoniam oportet ut tu facias sedere infirmum, secundum quod conuenit: deinde oppila aures eius cum lana, aut cum cotone, vt non lędatur ex voce percussiõis: & solue ligamẽtum vulneris: et aufer pannum ex eo: & absterge ipsum. Deinde pręcipe duobus ministris, vt teneant cum pãnis subtilibus angulos excoriatos: vt si pungantur cum filo, poterit hoc facere vnus. & tunc si os fuerit debile, & parum se teneat: separa ipm cum incisorijs & lenticulari: & si est necesse percutere cum malleo, fiat cum facilitate. Si autem os fuerit forte, oportet vt perforetur cum trypanis foraminibus multis vnum prope aliud ad quantitatem tastę, secundum ꝙ volueris expellere de osse: postea cum incisorijs separa cum vno foramine ad aliud foramen, quousq; fuerit separatum os. Et tunc ipsum cum eleuatorio eleua: & ipsum cum digitis, aut paruis tenaculis extrahe. Post vero cũ lenticulari & malleo omnes squirlas & asperitates applana, & vulnus carnis & ossis curentur, ut fuit dictũ de fractura cum ossis deperditiõe.

*De correctione accidentium.*

Si occurreret apostema, quod vtplurimum euenit propter compressionem, & puncturam ossis, & tentarũ & ligamẽtorum, aut propter frigus, aut propter malũ regimẽ: tunc festina ad eleuationẽ & separationẽ causarum. Et subtrahe materiam cũ phlebotomia, & alijs euacuationibus: & mitiga locũ cum oleo ro. calido: aut cum aqua calida decoctionis altheę, fœnugræci, seminis lini, chamomillæ, & similium: & emplastrum de maluis: & hoc multũ laudatur. Si autem nigredo acciderit in meryngibus ex natura medicaminum, abstergatur, & mundificetur cum melle & oleo ros. Quod si acciderit ex seipso, & peruenerit ad oculum cum signis alijs malis: tunc oportet (vt dictum est) ꝙ non confidas de salute infirmi. Nam illa nigredo significat secundum quod dicit Paulus caloris naturalis destructionem. De carne superflua & alijs accidentibus dictum est in sermone communi.

*De medicinis capitalibus fit sermo.*

Medicinæ vulneris capitis in principio quousque ab apostemate fuerit securus, debent se se mitigatiuæ, qualis est mistura trium partiũ olei ros. et vna mellis. Et tamen senex sexto therapeu. oxymel apponebat. Et si dolor non infestabat, ad melius mundificandum debent esse econuerso tres partes mellis vna olei ros. Postquam autẽ fuerit securus ab apostemate, debet esse medicina desiccatiua sine mordicatione: qualis est puluis capitalis, qui fit secundum Gal. de iri ilirica, orobi farina, manna, quæ est thus minutum: aristolo. corticis radicis panacis. Brunus vero addit myrrham, sarcocollam, & sang. draco. Lanfrãcus vero et Gulielmus, myrtillos, et nuces cypressi. Emplastrum capitale de betonica quod ponitur desuper secundũ Henricũ sic fit. Re. succi bethonice, succi plãtaginis, succi apij colatorum, ana lib. i. resinę, cerę nouæ, ana quartam. i. terebinthinæ, lib. i. coquantur primo vsq; ad succorum consumptionem. vltimo addatur terebinthina: & fiat emplastrum. Emplastrum de centaurea quo ego libenter vtor, in vulneribus capitis: sic fit. Rec. centaureę mi. M. vi. temperentur per vnam noctem in vino albo: deinde coquantur ad cõsumptionem medietatis: deinde colentur: & colatura bulliatur vsq; ad spissitudinẽ mellis, de quo recipias, vnc. iij. lactis mulieris, vnc. ij. terebinthinæ, lib. i. ceræ nouæ, quartam. i. resinę, quartam mediam, thuris, mastiches, gummi arabicę, ana vnc. i. fiat emplastrum. Potio ad vulnera quæ in capite dicta est in istius capituli documentis.

*De instrumentis cum quibus fit operatio.*

Instrumenta capitalia sunt sex, & debent esse de qualibet forma tria: maius, minus, et medium. Primo sunt trypana seu trapana, quæ sunt ad faciendum foramina pro ossis eleuatione, & sunt diuersorum modorum. Galenus facit ea ad modum terebelli cum quadam circũuolutione eminente, parum supra eam acutã extremitatem, quæ est in terebella: vt perforando nõ cadat supra durã matrẽ. A

Parisienses ad euitandam multitudinẽ formarum, quæ debent esse secundum spissitudinem ossis, loco illius eminentiæ faciunt trypana forata super acuitatẽ: & cũ vna cauilla mutando per foramina: adaptant ea ad spissitudinem ossis, vt apparet. B

Bonoñ. ea faciunt ad modum lanceę, quia pars acuta potest intrare, & lata prohibet vt contra voluntatem intus non cadat. C

Duo sunt separatoria ad separandum de vno foramĩe ad aliud, & sunt duarũ formarũ: prima gallicana.

Secunda Bononiensium.

Et de eius cauda potest fieri eleuatorium.

Tertio autem sunt eleuatoria ad eleuandum os trypanatum et separatum. D

Quarto sunt rugina ad ampliandũ fissuras: & sunt ad modum ruginæ fuscariorum. E

Quinto sunt lenticularia: & est instrumentũ multũ laudatũ a Gal. quia multũ applanat: & separat asperi-

tates separãdas cũ securitate: propter eminentiã lenticularem quã habet in capite. Et est in forma scindipẽnium cũ lenticula in acuitate sua. F

Sexto est malleus ad percutiendũ retro lenticulare, & debet esse de plumbo, vt in parua quantitate magis põderet, & sonet magis obtuse: vt hic. G




E *De uulneribus faciei & partium eius.* *Cap. II.*

VVlnera faciei vltra intentiones cõmunes quantum ad eius totalitatem nihil habent propriũ: nisi ꝙ quia est membrum decoris, & honoris: ita caute tractentur ꝙ vniones et cicatrices non fiant turpes. Et ideo vbi erit possibile suere eum cum pecijs pãnorum vt dictum est, fiat. vbi autem non erit possibile, et fuerit pars carnosa fixa nõ mobilis sufficienter, suatur cum filo sutura separatorum punctorum: vbi vero fuerit pars mobilis, suatur cum acubus inuolutis remanentibus in loco. Si autem pars fuerit sicca, suatur sutura pelliponiorum. Et vbi erit possibile ligare ligatura incarnante, fiat. Albuc. autem nasum, aures, & labia dum sunt sanguinolenta, & recentia, aut renouata cũ scarpello, aut rasorio: suere præcepit sutura quæ

F dicetur in ventre.

Verum quia facies quodãmodo participat cum capite in rotunditate & figura sphęrica: deficiat ab illa ligatura. Et cum hoc accubitus eam relaxat, necessariũ est eã mediare appropinquãdo melius quod erit possibile ad incarnatiuam. Et propter hoc est consilium omnium operantium, ꝙ vulnerati in facie habeant in capite coffam seu capellinam de panno lineo fortẽ, bene & firmiter ligatam cum capite, in qua omnes ligaturæ consuantur. Etiam est necessarium: quia facies est plurimarũ paruarum particularum: ꝙ loco stupatarum, aliquãdo ponantur pãni duplicati aut triplicati: vt melius applicentur, & leuius remoueantur. Quantum ad suas autem particulas habet proprium.

*Primo de uulneribus oculorum.*

G Vulnera oculorum sunt timorosa, ꝓpter ipsum visum: & propter eorũ propinquitatem ad cerebrum: imo vidi multoties, quod etiam attestatur Beneuenutus, propter vulnera circũstantiarum oculi, sequi oppilationem neruorum opticorum, & catharactas. Quid ergo dicam quando fuerit in substantia oculi: certum est, ꝙ si effundantur humores, sequitur destructio oculi, & ipsius actus. Et si Gal. in quarto de ægritudine & symptomate vidit illum puerum punctum graphio ex quo effusa fuit cõfestim aquosa humiditas, curatũ. hoc fuit de raro contingentibus. & potuit esse secundũ naturam: non obstante ꝙ Rabbi Moyses, quasi deridendo Gal. dicit ꝙ fuit de mirabilibus ipsius: partes enim spermaticæ in pueris quotidie regenerãtur ut videtis. Cura est secundũ Iesum, prohibere materiam ne fluat ad oculũ.

H Et si sanguis non exiuerit, collyrizetur cum thutia & modica camphora. Si autẽ sanguis exiuerit, cũ sedhẽg curetur: quia ad hoc multam habet virtutem. et pone super oculum albumen oui: & ligetur cum instita firmiter. Beneuenutus in hoc casu sũme laudat germina ouorũ agitata & ducta in mortario in forma vnguenti. Et vocat hanc medicinam virtutem a deo datam.

*De intrantibus in oculo.*

Si autem aliquid intrauerit in oculo, & vulneret et doloret, & offendat eũ: quod fit velut fumus, puluis, lapillus, aut palea, siue arista: pręcepit Iesus distillare in oculo lac mulieris vel aquam dulcem pluries: quia mundificat eum, & extrahit omne quod in eo cadit: & si non recedit reuersa palpebras: & si vides hoc, inuolue stillum, aut digitum cum pãno suaui lineo, & absterge illud, & si nimis se teneat, cum pi-

cicareolis

cicatreolis remoueatur. Et distilla in oculo lac mulieris puellam nutrientis.

*Ad tarsen & sanguinem qui infra oculum euenit propter uulnera & percussiones.*

Laudat Iesus instillationem lactis puellæ, & albuminis oui, & sanguinis columbini, qui est sub ala. Et emplastrare oculum cum medulla panis in vino infusa est optimum. Et si non dissoluatur, distilla in oculo aquam ameos & salis gemmæ: & fomenta oculum cum aqua decoctionis hordei, & hyssopi siccę. Et si non recedit, accipe claram aquam, in qua steterit arsenicum puluerizatum, et pone in oculo. Et ex his quæ proficiunt tarse est sief. Quod Recip. sedeng abluti, drac. iij. æris vsti drac. ij. coralli, margaritarum non perforatarum, ana drac. 5. gummi ara. dragaganthi, ana drac. ij. &. 5. piperis grana. xxxij. cerussæ lotæ, drac. i. arsenici ru. sang. draco. croci, catabie, ana drac. 5. fiant sief cum sanguine gallinarum: & vtantur cum lacte puellæ.

*De uulneribus palpebrarum.*

Præcipitur quod suantur cum acubus curuatis: & si fieret sutura cum cauillis, propter motum palpebrarum, magis esset tuta, specialiter quādo area pilorum est incisa: tātæ enim cartilaginositatis est quod difficulter vnitur. & post cum pulueribus, & pannis bene sustinētibus, artificialiter et ingeniose ligetur.

*De uulneribus nasi.*

Nasus quandoque vulneratur: quandoque frangitur: quandoque atteritur, & quassatur. Hic autem proprie agetur de vulneribus et incisionibus: quia plurimum accidunt quam reliqua: gratia tamen cōmunionis dicetur & de aliis vt de capite fuit dictum. Nasus quandoque abscinditur ex toto: quandoque non: sed adhęret: & tenet se cum carne labiorum. Si nasus ex toto ceciderit, amplius non potest reuniri: unitio enim in organicis est impossibilis in tertio techni. Et causa in iudiciis vniuersalibus fuit dicta. Quicquid dicant garrulatores. Si autem ex toto non fuerit incisus, si sanguinolentum est: aut si nō, quod scarificando renouetur vulnus, suatur caute & decenter: eo modo quo dictum est superius de sutura cum filo faciēdo tot puncta quot erūt necessaria. Et si acus recte non possunt bene ad suturam adaptari, calefaciēdo eas in igne curuentur, & imponantur in naribus duæ tentæ rotundæ de stupis: aut cannulatæ de pennis anseris, vt aer & sanies sua possint habere spiramina. Et post ponatur puluis, & applicentur plumaceoli de panno decenter facti vnus in quolibet latere: & alius desuper, qui cōprehendat totum balneatū in prima præparatione cum albumine oui, cum vino albo calido. Et quādo erit necesse, curetur cum emplastro vel vnguento incarnatiuo & consolidatiuo, & ligetur ingeniose.

*Ligatura nasi.*

De ligatura istius particulę multi altercati sunt. Albuca. enim & Auicenna, eam defendere videntur: Lanfrancus et Theodoricus: (vt facit sibi credere Henricus) pręcipiunt ligare cū duabus li-

A gaturis, vnam subtus nasum ad sustinendum, aliam super nasum ad tenendum medicamina. Rogerius & Guilelmus ligant cum vna binda incisa per medium, vnde nasus possit transire ad modum capistri. Henricus totum hoc reprobat. immo dicit quod melius staret sine ligatura: quia si ipsa est strictior, nasum deformabit: si laxior, parū proficit. Et vtraque in somno poterit nocere ex compressione & versione et motu inordinato. Nihilominus in casu cōcedit, quod ligetur subtus: & non desuper.

Ego autem de hac altercatiōe parum curo: quia vt dixi in facie non potest dari certa regula de ligatura in carnatiua: quare quilibet faciat, secūdum quod per suum ingenium melius inuenire poterit: duntaxat quod in capite sit bona coffa, aut capellina, in qua suantur ligaturæ, & quod suendo & ponendo satis de stupis & idoneis

B sustentamentis, vt pręcipit Theodoricus, meliori modo quo erit possibile, adaptetur, vt teneant partes approximatas, et medicamina applicata, sufficit. Si autem nasus esset infrigidatus, & alteratus, consulit Henricus quod cum caliditate naturali pullorum tantum calefiat quod rectificetur. Si autem non potest rectificari, remoueatur, & tardius quo poterit propter diffamiam populi, locus curetur et cicatriçetur. Et stet prima pręparatio per tres aut quatuor dies. Aliæ vero bis in die remutentur. Os nasi infra. 18. dies speratur quod restauretur. In fractura additur quod cum intromissione digitorum, aut alicuius baculi ab intra, nasus sustentetur, & ab extra cum manu altera æquetur. Et post intromittantur tentæ conuenientes & iuxta: & desuper plumaceoli in primis infusi cū albumine oui: Et post cum diachylon, in quo farina volatilis & puluis rub. cum oleo rosa. fuerit malaxata: & caute sustineatur et

C ligetur. Et quando cum fractura fuerit attritio, curetur vt aliæ contusiones. Si autem est cartilaginis separatio, conglutinetur.

*De uulneribus aurium & labiorum.*

Nihil habent proprium: suantur, & ligentur meliori modo quo erit possibile: & vt alia membra carnosa curentur.

*De uulneribus colli, & partium eius.* Cap. III.

Vlnera in collo quædā fiunt in sola carne: quędam vero in ossibus spondylium: quædam in ligamentis lateralibus: quædam vero in venis organicis: quædam in viis ciborum & anhelitus: Propterea quod vltra intentiones cōmunes habent propriam li-

D gaturā. Et aliqua, ppria, pgnostica, & pauca curatiua. Ligatura colli incarnatiua fit cū binda longa duorum capitum, ponendo medium bindæ ab opposita parte vulneris, voluendo collū: et ea ducendo secundū crucem supra vulnus: & postea faciendo transire per subascellas, reducuntur ad collū id reuoluendo: & ibidem suendo. Et si est capellina in capite, suatur cum ea vt eam manu teneat, quod non descendat. Ligaturam medicaminum retentiuam præcipit facere Rogerius ita. scindatur ligatura ab vtraque parte: & duo brachia superiora transeundo super aures ligentur in fronte. alia duo inferiora transeundo subascellas ligentur in pectore. alia vero duo media ligentur per medium colli.

*Prognosticatio.*

Prognosticatur autem & iudicatur de vulneribus colli, per Rogerium: ꝙ si neruus seu chorda incidatur in collo, raro est vt de cætero collum liberum habeat motum. Amplius dicit, ꝙ si vulnus veniat vsquequo exeat nucha, mortale & incurabile iudicatur. Nam passiones nuchæ similes sunt passionibus cerebri: vt in secundo, de vtilitate in anotomia fuit allegatum. Si autem non perueniat ad medullam, licet sit curabile, timendum est propter læsionem neruorum orientium ab illa parte nuchæ, de nocumento sensus & motus neruorum & membrorum, ad quę delegantur nerui, * * & infra de fractura spōdylium dicetur. Propterea vulnera quæ pertingunt ad neruos reuersiuos, perpetuam generant raucedinem. Et si pertingunt ad quendam neruum, qui transit iuxta aures, dicitur ꝙ nũquam generabit homo. De incisione cuiusdam venæ spermaticæ est trupha: vt supra in anotomia fuit allegatum. Propterea vulnera venarum & arteriarum grossarum sunt periculosa: quia propter hęmorrhagiam ipsorum, cito exhalatur spiritus & vita. Amplius dictum est ꝙ uulnus meri & tracheæ arteriæ sunt periculosa: quia habent seruitium vitę ĩmediate necessarium. Et cum hoc sunt difficilis consolidationis: qa sunt transitus aeris et cibi.

*Curatio.*

Curatio autem ipsorum quantum ad vulnus carnis nihil habet proprium. suantur, & cum pul. & vino: & alijs auxilijs curentur. Quãtum ad neruos & chordas etiam suantur profunde: et cum oleo vermium & emplastro curentur.

Quantum ad venas & arterias grossas: suantur: & cum pul. Gale. & pilis leporis cum albumine oui emplastrentur. Et si hoc non valet, excorientur capita uęnarum, & ligentur vt superius de fluxu sanguinis fuit dictum. Quantum ad vias aeris & cibi: suantur: & cum puluere, & cum aliјs auxilijs ab extra tractentur Ab intra dragaganthum, aut diasimphytum ad lambendum inferius tribuatur. Quantum ad nucham, infundatur vulnus cum oleo rosa. calido, & desuper ponatur ĩ principio vitellus oui vsquequo dolor fuerit sedatus. Postquam autem fecerit saniem, mundificetur, & incarnetur cum isto Guilelmi, & Lanfranci. Re. mellis rosa. colati, vnc. iiij. farinæ hordei, vnc. s. terebinthinæ, drac. iij. ceræ, resinæ, ana drac. ij. thuris, mastichis, ana drac. i. myrrhę, sarcocollæ, mũmiæ, ana drac. s. olei mastichis, drac. iij. fiat emplastrum.

## *De uulneribus omoplatarum & brachiorum.* Cap. IIII.

Vlnera istorum membrorum nihil habent p̃prium nisi prognosticationem, & ligaturam, & situationem: & fiunt quandoque in carne: quandoque in ossibus.

*Prognosticatio.*

Iudicatur ꝙ vulnera spatularum, propter neruos qui descendunt ad brachia, sunt suspecta de dolore, & amissione sensus & motus brachiorum. Propterea vulnera plicaturæ cubiti, sunt timorosa: propter venas grossas: quia magnam faciunt hæmor-

E rhagiam. Amplius vulnera cubiti, & omnium iunċturarum, sunt suspecta ad dolorem, & apostemationem, & indurationem seu particularem spasmationẽ, propter infiltrationem ossis & ligamentorum: & propter loci situationem, quia in basso. non enim complete possunt mundificari: & ita materia quæ includitur, remanet, & induratur, & motus perditur iuncturæ. De vulnere ad duos vel tres digitos prope iuncturam, iudicatum fuit supra.

*Curatio.*

Cura enim ipsorum parum differt a cõmuni cura dicta: nisi ꝙ sutura vulnerum humeri indiget fortitudine: et prope cum cauillis: propter magnitudinem & pondus brachij.

*Ligatura humeri.*

F Et ligatura incarnatiua fit cum binda duorum capitum, & ponendo sperã de stupis sub ascella incipiatur per medium bindæ ibidem, & ascendendo, bindam supra humerum voluendo secundũ crucẽ supra vulnus, ligetur: aut suatur sub altera ascella: & toties sic reuoluatur ꝙ sufficiat. Quæ autem est ad tenendum medicamina, fit ad modum vnius manicæ cum duabus vittis ligando in subascella.

Et in vulneribus brachiorum, Oportet quod brachium cum mãtili teneatur in pectore suspensum ad collũ, præter qđ in vulnere cubiti: in illo enim oportet quod brachium situetur secundum rectum: vt nõ disrumpatur vulnus, ligaturæ, & sustentamenta digitorum, & totius manus fiant secũdum ingeniosum arbitrium operantis.

G De mollificatione duritierum quæ remanent post curam vulnerum istorum membrorum, dictum est in parte, in cura sclirosis, & dicetur magis infra.

## *De uulneribus thoracis & partium eius.* Cap. V.

De vulnere thoracis. Magnum est mirabile: quia ita parum de ipsis maxime quantum ad membra continentia, inuenimus tractatum a Galeno neq; ab Haliab. neque ab Auicenna. Quantum autem ad contenta multa dixerunt. Alios autem qui post istos tractauerũt de ipsis, satis inuenimus discordes. Nã Rogerius, Rotlandus, Iamerus, Brunus, Guilelmus, & Lanfrancus, vidẽtur velle saltim in penetrãtibus, quod nullo modo stringantur, neque retineatur sanguis in profunditate eius: sed quod teneantur aperta

H cum lichinijs & tentis, & mundificentur cum vnguẽtis & emplastris & lauamentis attractiuis. Et fundant se, qa si materia retineretur intus, recurreret ad cor, & ad alias ꝑticulas, et interficeretur infirmus. Theodoricus vero & Henricus volunt quod omnino claudatur, & nullo modo ponatur tenta: sed suantur si est necesse. Et quod ad confortandum naturam, detur pigmentum cum pul. quod in vulneribus capitis dare consueuerunt. Et fundant se: quia nisi citissime clauderetur, calor vitalis per pręd icta vulnera exhalaret, & frigiditas aeris confundens ipsum subintraret.

Nos uero excusando Galenũ, et suos seq̃ces, et concordando discordes in hac cura: Quantum est de præsenti, dicemus illud quod euidẽter apparet, a substantia

tia rei incipientes. Vulnera thoracis tam a parte anteriori quam ab alijs partibus, quandoque sunt extra, & nõ penetrantia: quandoque vero penetrantia sunt intra spaciositatem: & quæ penetrant, quandoque sunt simplicia absque vulnere membrorum contentorũ: quãdoque membra vt cor, pulmo, diaphragma, sunt vulnerata. Et vtraque quandoque parum sanguinis cecidit in spaciositatem intrinsecam: quandoque multum. Hæ sunt differẽtiæ a quibus sumuntur in talibus vulneribus indicationes curatiuæ etc.

*Causæ.*

Causæ dictorum vulnerum secundum ꝙ dictũ est in sermonibus cõmunibus, sunt omnia quæ apta nata sunt perforare & incidere, vt sagittæ, telum, et ensis.

*Signa & iudicia.*

Signum ꝙ vulnus thoracis penetrat, est anhelitus per vulnus emissio, maxime quando os et nares infirmi clauduntur, quæ per candelã incensam, aut per lanam seu cotonem carpinatum posita iuxta vulnus, demonstrantur. Non enim cum intromisso est ita secure probatio.

Signa cordis vulnerati, sunt sanguinis exeuntis nigredo, extremorum frigiditas, sudoris copiositas, & syncopa minuta, & locus sub mãmilla sinistra.

Signa vulnerati pulmonis sunt, ꝙ sanguis qui exit, est rubicundus, & spumosus, & æger calefit, & tussit, & pallescit, locus circa latera. Illud autem quod dicit Galenus, de exeundo multum, & absque dolore, intelligitur per os in rupta vena.

Signa diaphragmatis vulnerati, sunt spissus & magnus anhelitus, tussis sonans, & dolorosa alienatio, sputum liuidum, sitis, & cibi fastidium cũ eructuatione, rigor pungitiuus, & locus iuxta falsas costas.

Signa ꝙ sanguis descendit infra, & corrumpitur, & saniatur, iuxta illud Galeni aphorismorum. Si ad ipsum ventrem sanguis effundatur præter naturam, necesse est putrefieri: sunt enim signa grauitas & pondus laterum iuxta falsas costas, & sputum putridum cum tussi multa, & incipit febrire. Et cum his addit Iamerius, & anhelitus qui exit per os et per vulnus, fœtet intolerabiliter: & panni qui imponuntur sanguine coagulato & putrefacto educuntur infecti.

Iudicatur de istis vulneribus ꝙ illa quæ penetrant a parte dorsi, sunt periculosiora quam a parte anteriori: propter venas, & arterias, & neruos, & meri, & tracheam, & ligamenta cordis, quæ iacent a parte illa: & cum hoc læsio nuchæ, quæ non parua computatur.

Iudicatur de istis vulneribus etiam ꝙ quæ non penetrant, non habent periculum. Alia iudicia & causæ eorum, quęrantur in sermone cõmuni.

*Curatio.*

In cura vulnerũ thoracis quę non penetrant, vltra intentiones communes dictas nihil habent proprium: nisi ligaturam.

Ligatura pectoris quæ quidẽ incarnatiua fit cũ binda longa lata incipiendo a parte opposita vulneris ducẽdo reuoluẽdo duo capita supra vulnus secundũ crucẽ: & deinde ducendo &

**A** reuoluẽdo toties qđ sufficiat. Et capita bindę in pte anteriori lõge a vulnere suãtur. Et vt dicit Hẽricus, annectatur fasciola una q̃ trãseat sup humeros, et altera sub coxis. Retentiuam medicaminum facit Rogerius cum binda lata perforata in vno capite: & in altero incisa: ita quod facit intrare humerum per foramen. Deinde circumuoluendo thoracem redit ad humerũ vbi incepit: & cum brachijs bindæ incisæ ligentur in illo humero. Et si posset fieri, vt dicit, sine incisiõe, voluendo thoracem, leuius esset ligatura. Pro apostematibus subascellarum fit cum binda incisa ab vtraque parte, & vna pars ligatur voluendo pectus ab altera ascella, & altera transeundo super humerum secundũ cutem reducitur per partem anteriorem, & posterius ad alteram ascellam.

In cura vulnerum penetrantium, si constat per si-
**B** gna quod aliquod membrum intrinsecum non fuerit læsum, neque quod aliqua materia intus descenderit, siue tenta cũ emplastris & vnguentis incarnatiuis & stupatis balneatis in vino & ligatura & remutatione tarda, vt alia curantur. Et propter hoc Galenus, & alij sequaces, de ipsis, quia nullam habebant diuersitatem ab alijs, non fecerunt mentionem specialem. Et quod in talibus uulneribus non debet poni tenta, nec ipsa teneri aperta ostenditur: quia tenta ponitur vbi necessarium est aliquam materiam congregatam expellere per vulnus: sed in talibus supponimus esse nullam. Ergo in uanum tenta poneretur. Et supposito ꝙ esset aliqua, in parua tamen quantitate: natura eam resoluit & euacuat. Nec de regione dubitetur: quia forti naturæ nihil est impossile: non solum facit transire materias per panniculos: sed per medium ossis, vt di-
**C** cit Galenus septimo aphorismorum. Et si vis eam iuuare cum tua potione, facere potes. Et cum ponere tẽtam procederent nocumenta quæ dicunt alij de debilitate & aeris alteratione, quæ nocumenta reputauit magna Auençoar de squinãtia, quãdo inciditur vuula tractatu quarto.

In penetrantibus vero in quibus membra intrinseca sunt vulnerata: si materia nulla descenderit, eodem modo curantur ab extra, vt dictum est. Sed ab intra oportet quod dentur ad lambendum medicinæ viscosæ & glutinosæ. Et hoc est quod dicebatur quinto therapeutices. Siccare igitur oportet, & tentãdum est omnino per pharmaca extrorsum imposita, & per ea quæ bibuntur ex aqua, & vino subtili. Sunt autem & horum aptissima quod diaspermatõ dicitur, & quod consuetum nobis: quo ad thoracis perforationes sem
**D** per vtimur quod ex casia componitur: & per diasper maton videtur intelligere Auicenna, dyacodion qđ est diapapaueris vel diagragin. aut diasymphitum: per casiam ea quæ ponunt ab extra, vt essent embrochationes cum vino, aut emplastra desiccantia: quale est oleum rosatũ, & maluinum in æstate: in hyeme autem nardinum, et emplastrum quod fit ex chalciti qđ dixit in principio catageni. i. de cõpositiõe medicamẽtorum per genera, credo quod sit diapalma. Unde & in quarto therapeutices, loquens de vlceribus intrinsecis capitulo septimo dicit. Cõmunis aũt i omnibus intrinsecis particulis indicatio est eligere assuetissima animali, cibaria & pharmaca: fugere vero & auertere quæ contraria: vt ęruginem æris, et cadmiam, pom

pholygem quæ est thuchia, & lithargyrum, & cerussam, et similia: quia dictum est in tertio de complexionibus & simplicium pharmacorum: quod ista, licet consolident membra extrinseca: nihilominus irritāt, & aperiunt intrinseca. Eligere vero cibaria siquidem in cicatricem ducere, vel glutinare voluerimus, quæ sunt austera, et viscosa, & immordacia: velut sunt hypocystis, balaustia, galla, cytini punicorum, malicorium, terra samia, terra sigillata, sumac, rosarum succus, & acacia, & similia: dare autem oportet ea per aliquam stypticorum decoctionem vt malorum citoniorum, vel rubi extremitatum, vel vitis, vel myrti, vel per aliquod austerorum vinorum: duntaxat qđ nō sit tempus phlegmonis. Adhuc autem & comeos, quod est gumma arabi. admiscendo.

Si vero expurgare voluerimus, abstergentia dabimus moderata. Ad hæc enim optimum omnium est mel coctum. Et generaliter cum omnibus talibus medicinis admiscendum est mel. deductionis enim eorū organum existit: & est velut vehiculum celeris transitus, cum eo quod non nocet vlceribus. Non obstāte Rotlando & Theodorico, qui de hoc etiam reprehendendo Rotlandum, qui iactauit se curasse partem pulmonis abscisam ab extra cum puluere rubeo: affirmant illud idem vidisse.

Si vero in vulneribus penetrantibus cognoueris per signa dicta, quod materia ad intra descenderit, nō tardes in eius eductione. immo vt cōsulit Guilelmus, de sal. tota intentio tua sit dislocare vulnus, vt manifeste et libere sanguis uel sanies generata intus per ip̄m vulnus possit exire, cum tenta bene facta ampla ab extra, ne cadat intus, et ligata cum filo: vt si caderet, posset extrahi, & infusa in oleo calido. Et post pręcipit Rogerius ꝙ patiens supra discū vertatur hac illac ducendo materiam, & extrahendo per vulnus. Vel secundum Iamerium per tres vel quatuor dies iniiciatur cum clysteri infra pectus certa quantitas vini, vel melicrati, & reuoluendo corpus huc illuc, extrahe liquorem, considerans quantitatem & qualitatem. Et quādo minus inueneris quam miseris, et exiuerit mūdum & clarum sicut intrauit, cessa & consolida tenēs semper cotonem vetustum: vt dicit Albucasis, non in orificio vulneris, vt sugat illud quod egreditur de eo ex humiditatibus. Et fac vt dormiat infirmus super vulnus: vt currat quod aggregatur in eo. Si autem dicit idem Albucasis, præterierint tres dies vulneris: & non acciderit infirmo spasmus neque tremor cordis malus, neque strictura anhelitus, & vides dispositiones eius bonas: tunc scias quod vulnus est sanum, & natura fortis: cui nihil est impossibile: vt supra fuit dictum.

Cura ergo ipsum post diminuendo cotonem siue tentam cum sua curatione.

Si autem per tuum motum, & iniectionem parum facias: vel quod infirmus non possit sustinere tales reiterationes: cura vulnus secundum Guilelmum, diminuendo tentam in ipso, & supra vulnus ad modum emplastri ponatur mundificatiuum: quod sic fit. Rec. mellis rosa. colati, lib. i. myrrhæ, thuris, sarcocollæ, ana vnc. 5. farinæ hordei, farinæ fœnu. ana. qđ sufficit ad inspissandū. Et si vis addere modicū de terebinthi-

E na, bonum erit. Et tunc iudicio meo potes dare tuas potiones factas de centaurea, costo, nepita, gariophyllata, pimpinella, pilosella, summitatibus canabi, teneritatibus caulium rub. tenasceto, rubea, liquiritia, ana. decoquantur cū vino & melle. Et administretur qualibet die de mane vnus paruus gobeletus.

Si autem penetratio vulneris fuerit dubia: nec per tentas infusas in oleo rosa. nec cum aliqua re poterit manifestari, vel quod ipse non potuit lauamentum et expulsionem materię sustinere, & habet grauedinem, & inflationem seu enucham in latere, & alia significantia quod materia super reflexionem diaphragmatis fuerit aggregata: si infirmus fuerit fortis et volens, cōsulit tunc Guilelmus quod facias vulnus nouum cum rasorio in parte inferiori decliui in latere infirmi versus spinam, elongando ab ea secundum longitudinē F costarum, & earum rugationē inter quintam & quartam costam vel inter quartam et tertiam. verum quia diaphragma reflectitur in sua contiguatione cum spina & costis vsque ad tertiam costam & plus, & illa reflexio posset impedire exitum materiæ, & facere medico credere quod non penetrauerit cum rasorio sufficienter: propter hoc melius est quod fiat inter quartam & quintam, quam inter tertiam & quartam. Facta autem incisione procedatur ponendo tentam infusam in oleo ros. calido vsq; ad profundum: Et hoc quousque incipiat saniem emittere. Et facias quod hora mutationis sit breuis & cauta: vt aer non ingrediatur: neque expiratio offendat, & debilitet membra interiora. Cum autem sanies incipit apparere, mūdificetur locus intrinsecus per vulnus nouum, cum vino decoctionis chamomillæ in plus farinæ lupino- G rum, thuris, myrrhæ: in minus mellis rosati, quod sufficit coquantur cum vino: & fiat colatura de qua cum clysteri iniiciatur libra vna, voluatur & reuoluatur infirmus, & reclinetur super vulnus: ita quod prædicta decoctio exeat. Et post ponatur tenta intincta cum melle rosato: et desuper mundificatiuum prędictum. Et ab ista hora dimittatur claudi & sanari vulnus antiquum. Et quod ista cura sit artificialis, probatur per Galenum in quinto therapeutices, qui eam fecit Romæ in quodam rheumatico apostema empyicum in thorace patiente: In quo fuit necessarium aperire: & os costæ putrefactum abscindere. Assueuimus inquit igitur in cura melicratum infundētes per vlcus, aliquando quidem multoties tussire eis inclinatis in patientem particulam iubentes: multoties autem agitare quiescibiliter: aliquando vero cum pyul- H co, id est instrumento, quod pus attrahit, educere qđ intus ex melicrato residuum est. Hoc facto vbi tum pus totum, tum ichores vlceris eluisse confidimus: mox pharmaca iniicimus. Et tunc supple quando erit conuenienter mundificatum, cessabimus & claudemus.

Idē probatur per Aui. in tertio cañ. de empyimate ita dicentem. Quando autē estimaueris in pleuresi materiam plurimam, et non mundificatam in quadraginta diebus, neque in paucioribus, immo facit cadere in phthisim: tunc necessarium est cauteriū fieri cum cauterio minuto, quo perforetur pectus in loco saniei: vt exiccetur materia, & extrahatur paulatim, & abluatur

tur

tur cum aqua mellis, & adiuuetur ad attractionem ad exteriora. Cũq; mundificata fuerit, perueni ad cõ solidandum.

Dubiam autem & suspectam tenet hanc incisionem, & cocturam cum ferro in talibus emissionibus pleuriticis Halyab. in sermone decimo secundæ partis libri dispositionis regalis. Quoniam, vt dicit, ab eiusmodi peccati morte patiens non eripitur, vel in fistulam trãsit, cui nulla occurrit sanatio. Et ideo munias te semper de bona prognosticatione, & magna requisitione, vt in talibus sæpe dictum est. Ipse enim dat vnum modum coquẽdi cum radice aristolochiç longæ, & oleo fortiter incensis, qui non fuit mihi assuetus: hæc tamen probabiliter sunt dicta. Si vero, vt dicit Albuca. excusatur sanatio talis vlceris, tunc scias ꝙ iam facta est fistula, de qua inferius dicetur.

### *De uulneribus uentris & partium eius.* Cap. VI.

Sicut in uentre sunt duæ partes, continentes videlicet & cõtentæ: prout in anotomia fuit declaratum: Ita & vulnera quandoq; fiunt in parte continẽte, quandoq; in cõtentis. Vulnera ergo ventris quãdoq; sunt extra, non penetrantia ad interiora: quandoq; vero ad interiora penetrant: & quæ penetrant ad interiora, quandoq; sunt talia ꝙ nihil procidit de membris interioribus: quandoq; vero procidit zirbus, aut intestina, aut quædam alia. Quæ vero fiunt in membris contentis: quandoq; quidem fiunt in zirbo: quandoque in intestinis: quãdoque in stomacho: & sic consequenter: hæ enim sunt differentiæ a quibus sumuntur iudicia, & curationes.

**Causæ** Istorum vulnerum sunt quæ aliorũ, ensis, lancea, sagitta, & omne illud quod aptum natum est incidere, & perforare.

**Signa & iudicia.** Signum ꝙ uulnus ventris non penetrat, habetur per visum et probam: & quando nihil exit abinde. Signum autem ꝙ penetrat, habetur quando proba intrat profunde: & quãdo exijt zirbus, intestinum, aut aliquod membrum. Signum ꝙ zirbus est extra, & est alteratus: quia videtur substantia eius seposa, et venis repleta, & videtur liuidum & nigrum.

Signum ꝙ intestina sunt vulnerata, est exitus stercoris per ipsa. Signum ꝙ sunt subtilia uel grossa, sumitur a loco. Nam supra vmbilicum sunt subtilia, subtus vero grossa. Signum ꝙ stomachus est vulneratus, est exitus chyli ab ipso, & locus a parte anteriori. Signum ꝙ hepar est vulneratum, est exitus sanguinis, & locus dexter. Signum splenis, exitus fœculentiæ, & locus sinister. Signum uero renum, exitus sanguinis aquosi, & regio ipsorũ. Iudicatur per Gal. sexto thera. ꝙ periculosiores, & difficiliores sunt vulneratiões, et suitiones circa mediũ ventris ꝙ̃ circa latera: eo quia illç partes propter musculos sunt contractabiliores, & intestinorum educibiliores, quam reliquæ. Iudicatur etiam quia nisi cito succurratur ad reducendum, intestina inflantur & ventosantur ab aeris frigiditate, & post cum difficultate reducuntur. Etiã iudicatur per Hippo. sexto aphorismorum, ꝙ nisi cito occurratur egressioni epiploi, siue omenti, siue zirbi: citissime alteratur, & corrumpitur, propter quã causam incidunt de eo illud quod

A denudatum & alteratum est. medici dicunt ꝙ non est verum vt semper: sed vt plurimum secundũ Galenum in commento.

Iudicatur etiam per ipsummet Gal. in sexto therapeu. ꝙ facile sanabilia sunt grossa intestina. difficile vero subtilia. omnifariam vero insanabile ieiunum propter multitudinem, et magnitudinem vasorum, & subtilitatem, & neruositatem tunicæ. sed & cholerã totam synceram suscipit hoc intestinũ, & est propinquius quam alia hepati. Præterea inferiora stomachi, quia carnosa sunt, audere oportet curare. Et quia medicina in loco stare potest. Quæ vero in ore stomachi, in transitu solo patientis tangit partes: & cum hoc sensibilitas ipsius curatiõi repugnat. Iudicia autem alia, & causæ eorum dicta sunt superius in sermone communi.

B **Curatio.** vulnera ventris quæ interius non penetrant, nihil habent proprium nisi ligaturam superius in pectore dictam. Curantur enim ut vulnera carnosa cum sutura. Si indigent & alijs auxilijs incarnatiuis. Illa autem quæ penetrant: a quibus nihil membrorum procidit: neque aliquod ipsorum fuerit vulneratum, eodem modo curantur: nisi ꝙ suturam habent propriam.

**Sutura ventris** quæ quidem sutura a diuersis diuersimode ordinatur: quidam, vt Gal. pręcipit, suere taliter, vt siphac vniatur cum mirace: quia de se sine carne cum sit exangue & neruosum, consolidari non posset conuenienter. Quin propter carnis miracis laxitatem sequeretur ruptura. Et fit ꝙ in primo puncto acus ingrediẽdo per unũ labium non tangat siphac: & post ab intra pungẽdo
C alterum labium penetret per ipsum, & per totum mirac & supra vulnus nodetur. In sequẽti puncto acus ingrediendo per vnum labium penetret totum mirac, & siphac, & regrediendo per alterum labium dimittat siphac, & penetret mirac: & extra nodetur. Et ita per alia puncta procedatur quousque totum sit sutum sufficienter. Alium autẽ modum assignat Gal. & Albuca. eum assumit: & est communis modus leuior, sed nõ securior. Et est ꝙ omnes quatuor margines duorũ labiorum insimul suantur cũ vno puncto & nodo: & fiant tot puncta quot erũt necessaria. Tertium modum ponit Albuca. cum acubus pungendo, vt est dictum: & dimittendo acus, voluatur filum super eas, vt faciunt mulieres in manicis secundum ꝙ fuit dictum superius de sutura sermone communi: ad quam oportet recurrere pro illa sutura.
D Quartus modus est Lanfranci: & eum acceptauit Hẽricus: & est ꝙ figatur acus cum filo a parte exteriori in vno labio: & perforetur totum mirac & siphac. Deinde ab intra in altero labio veniendo extra perforetur etiam siphac & mirac. Deinde per spatium minoris digiti a primo puncto idem acus cum eodẽ filo non inciso non nodato facias secundum punctũ sic. In labio quod fuit vltimo perforatũ figatur acus ab exteriori ad intus: deinde in altero labio figatur ab intra ad extra siphac, & mirac semper comprehẽdendo: & tunc prope acum inuenies extremitatem fili, quam prius exterius dimisisti: tũc nectentur duo capita fili insimul faciẽdo in duobus punctis vnicum nodum in latere: quia sic nunquam transibit filum supra labia vulneris, sed in lateribus solum apparebit. Facta sutura ponantur alia auxilia, & ligetur.

Ligatura vero pectoris hic est conueniens. & ratio ibi accipiatur.

In vulnere ventris penetrante in quo particulæ interiores vulnerantur, & non exeunt. Si vulnus ventris est sufficiens: aut si non est sufficiens, ꝙ cum instrumento proprio, quod dicetur infra, amplietur caute, & extrahantur. Et si sutura indigent ꝙ eis proficeretur, velut est fundus stomachi, & grossa intestina, suantur sutura pelliperiorum: & non cum capitibus formicarum, quam dixerunt quidam experimentatores, vt testatur Albuca. Nam tędiosa est, & inutilis, vt apparet de facto. Nonnulli autem, vt Rogerius, Iamerius, & Theodoricus infra intestinũ ad custodiendum ne fęces putrefaciant suturam, imponunt canulam sambuci. Alij vero, vt Guilelmus narrauit, ponunt partem intestini alicuius animalis, aut partem tracheæ arteriæ, vt dicunt quatuor magistri. quod mihi non videtur rationabile: eo quia natura intenta ad alienorum expulsiouem expellit, & remouet illa de sutura: & ita perit finis pro quo talia applicantur. Melius est enim iudicio meo, quod suto intestino, vt dictum est, & ipso a sordibus mundato, ponatur super suturam ab extra puluis conseruatiuus suturarum, & reducatur infra ventrem per modum qui dicetur. Si vero zirbus exiuerit, & denigratus & corruptus fuerit: laqueo, vt dicit Gal. comprehendantur partes denigratę, & abscindatur pars quæ post laqueum in inferiori fine suitionis ventris, dimittentes capita laquei, & fili suturæ dictæ intestinorum extra, vt possit exire vulnere suspirato. Facta sutura vel in zirbo ligatura, infra ventrem, reducantur vt dicetur. Et incontinenti vulnus ventris, vt dictum est, suatur: & nullo modo apertum teneatur vsque ad membrorum interiorum sanationem: vt præcipiebat Iamerius, & Rogerius. Et in hoc secutus est eos Lanfrancus. Et ratio est, quia nihil magis offendit membra interiora, & calorem naturalem, quam contactus aeris a natura non alterati. Ex hoc enim incurrunt illud accidens perniciosum de dolore, & tortionibus intestinorum: ex quo possunt spasmari, & per consequens mori. Et cum hoc vulnus apertum, ꝙ necessario fuit magnũ ad operationem, præparat intestina continue ad exitum, quod summe nocumentum est vel nociuum, & periculosum. Et talia præparantur ab extra. Ab intra vero dentur sibi ea quæ dicit Auicen. centaurea, & terra sigillata: & ea quæ dicta sunt in vulneribus membrorum intrinsecorum pectoris: quia etiã competebant istis: & cauda equina secundum Gal. in sexto simplicium pharmacorum. In vulneribus intestinorum, & vesicæ a quibusdam multum commendatur. Et clysteria cum vino austero nigro tepido, maxime si perforatum fuerit totum vsq; ad eum qui intra porum, a Galeno in sexto therapeu. in hoc casu præcipiuntur. Et diæta saltim per septem dies sit tenuis: & talis ꝙ non faciat fęces, neque superfluitates putrefactiuas, immo consolidatiuas. Et ad hoc laudant quatuor magistri, & bene, istud pulmẽtum. Re. furfur triticeum, & ponatur per horam in aqua calida: & si esset pluuialis, melius esset: deinde coletur, & apponatur puluis amyli, dragaganthi, gummi arabici, sanguinis draconis, consolidæ maioris, pilorum leporis, & singulis diebus ter vel quater exhibeatur.

E Et si virtus esset debilis, brodium gallinarum coctarum potest dari. Et si in eo ponerẽtur dragaganthum & gumma arabica, quæ saporem non irritant: optimum esset: & aquam decoctionis thuris, mastiches in hoc casu multum laudat Guilelmus.

In vulnere ventris penetrante, a quo procedunt intestina, aut alię particulæ non vulneratæ, aut vulneratæ, & sutę siue ligatæ: vt dictum est, Gal. & Aui. quatuor habent intentiones. Prima videlicet ad proprium locum reponere ea, quæ prociduntur. Secunda suere vulnus. Tertia apponere pharmacum. Consequenter vero quarta prouidere, vt non patiatur quis interiorum tumorem neq; dolorem.

Prima completur si vulnus est satis magnũ, quod cum manibus suauiter comprimendo introducantur. aut per brachia, et pedes eleuando concutiatur: F & sic, vt dixit Rogerius, reducentur. Si autem non possunt per istum modum reintrare, hoc est, quia inflata sunt, vel quia vulnus paruum est: nonne tunc inquit Gal. necessariũ est in hoc de duobus alterum, vel ventositatem euacuare, vel vulnus maius efficere? Melius autem, vt puto, ꝙ prius si possibile fuerit, fomentetur. Qualiter aũt quis fomentabitur? causam a qua ventosatur, interimendo. Quæ est autem hæc? continentis aeris frigiditas. Quocirca & sanatio in calefaciendo est. spongiam igitur oportet mollem aqua calida infundendo calefacere cum ea intestina. præparetur interim autem vinum austerum calidũ. & enim calefacit magis quam aqua: & robur imponit intestinis. Nõnulli quidem, vt Rogerius, & Theodoricus, scindunt porcellos, aut alia animalia per medium: & quanto calidius possunt, super intestinũ G applicant: & toties faciunt quousque intestina sint calefacta, & deinflata, & regrediantur. Halyabbas autem præcipit, vt per extremitates in balneo suspendatur patiens, & concutiatur: aut ꝙ intestina cum oleo violaceo, aut cum axungia porci calida, vt dicit Iamerius, inungantur, & ita regredientur intestina. Si vero & hoc vtentibus manserit inflatum intestinum, præcipit Gal. & omnes, incidere de vulnere ventris tantum quod reduci possit quod procidit. Idonea autem sunt secundum eum ad huiusmodi incisiones vocata syringotoma bicipicia curua, supple & obtusa retro, & secundum finem, & non acuta. Quorum formam describit Albuca. Figura vero idonea laboranti versus inferius quidem deorsum, superius dorsum vero vulneratum locum: vna vero sit in vtrisq; intentio: vt non grauetur ab alijs intestinis illud quod procidit.

H Secunda vero intentio completur, ꝙ per idoneũ ministrum extrorsum cum manibus pellendo comprehendatur tota plaga, & discooperiendo successiue certitudinaliter per medium totum uulnus suatur. Qualis autem erit modus suitionis uentris, dictũ est superius.

Tertia intentio completur secundum Gal. cũ pharmacis sanguinolentis nominatis, quæ & in alijs particulis consolidare uulnera per præcedentia monstrauimus, ut supra: sunt puluis suturarum conseruatiuus: & stupatæ cum uino: & emplastra, & alia auxilia incarnatiua. Ligatio uero, quæ ab extra, ad hæc in his magis est necessaria: quam ligaturam diximus a pectore debere sumi.

Quarta

Quarta pars vero curæ non modicum ab ea, quæ aliorum, abscedit. Oportet enim oleo calido cōmensurare lanam mollem, & infundere totā in circuitu, & cōprehendere quod est inter bubones & assellas. Melius aūt est per clysterē immittere in intestinis aliquod tale. Auicen. vero in tertio cañ. de cura hydropisis aschlitis per incisionē inquit. Et fortasse incisioni succedunt dolor, & punctura: quare oportet, vt administretur effusio olei anethini, aut chamomilini, super puncturam, & super locum incisionis, ponantur emplastra facta cum fœnugræco, & se. lini, & se. althęę, & similibus. Nōnulli vero, ut Henricus, ad delendum tales tortiones perforatiuas intolerabiles, vinum cū sale bulliunt, quibus addunt de furfure tantum ꝙ spissetur: & ponunt in sacco qui omnes partes dolorosas comprehendit, calidum quantum poterit esse. & supra ligaturam applicant. Et cum infrigidatur, cum alio consimili remutant toties faciendo, donec tortiones, & dolores sedentur. De materia, si qua remaneret infra ventris spatiositatem, quæ nō posset exire propter suturam, non est multum curandum: quia non potest esse multa, cum particulæ illæ non sint multum sanguinolentæ. & vt dixit Guilelmus, natura eā resoluet: aut eā ad inguina delegabit. & ibi curetur secundum ꝙ alia apostemata in hoc loco curari consueuerunt. De vulneribus, quæ fiunt in dorso, eodem modo curentur, vt dictum fuit de spondylibus, & nucha superius in collo.

*De uulneribus ancharum, & partium eius.* Cap. VII.

VVlnera ancharum quædam sunt in partibus continentibus: quædam in contentis: quædā vero in extra procidentibus. Quæ autem sunt in partibus continentibus, eundem modum habent curandi quem & ventris superioris. Quæ vero fiunt in contentis, quæ sunt vesica, & matrix, nihil habent proprium a vulnere contentorum in ventre nisi signa: quia iudicia dicta sunt superius in sermone communi. Signum ꝙ vesica est incisa, habetur per exitum vrinæ, & per locum in pectine designatum. Signum matricis etiam denotat locus sub vmbilico, & exitus sanguinositatis. Et curantur vt alia per suturam maxime circa eorū colla: quia magis sunt carnosa. Ideo magis sunt consolidabilia, et in eis possunt fieri iniectiones cum his quæ præcepta sunt lambere in thoracis particulis. Vulnera virgę & testiculorū & naticum, vt alia carnosorum vulnera curantur. Partes autem ancharum male ligantur ligatura incarnatiua. sed tenente medicamina: vt de vlceribus dicetur infra.

*De uulneribus coxarum, tibiarum, & pedum.* Cap. VIII.

VVlnera istorum membrorum parum differūt a vulneribus brachiorum: Nec a vulneribus cōmunibus, nisi in prognosticatione, quę pro maiori parte dicta est in sermone communi. Verūtamē vulnera genuum, & cauillarum: quia habent maiorem ossium ligamentorum, chordarum, & neruorū infiltrationem: & quia sunt in bassiori loco, ad quem promptius descendunt humores: sunt periculosiora. Vnde Auicen. vulnera quæ cadunt in genu apud rotulam, sunt mala: & ad ea quandoq; sequuntur accidentia mala: a quibus parum liberantur. Habent tamen proprium modum ligandi maxime circa pedem cum binda longa lata competenter incipiendo secundum longitudinem lateris cauillæ, transeundo subtus per soleam, & voluendo supra pedem, & retro finem tibię supra talonem: & ita voluendo quousque sufficiat. Nonnulli vero expediendo se, faciūt ligaturam ad tenendum secūdum formam calcaris, & ligant ab opposita vulneris parte: habent etiā modum situandi secundum rectitudinem, quiescendo in lecto, ut verificetur dictum lombardicum. la man al petto, il piede al letto. Sit deus adiutor noster in secula seculorum amen.

## Tractatus quartus, & est de vlceribus. Cuius sunt duæ doctrinæ.

Doctrina prima de vlceribus prout insunt membris simplicibus.

Doctrina secunda in speciali prout insunt membris compositis.

### Prima doctrina quinque habet capitula.

*De ulceribus in uniuersali.* Cap. I.

VLcus secundum intentionem Gal. in quarto therapeu. est solutio continuitatis in carne, in qua consistit vna vel plures dispositiones quę consolidationem impediunt: ex quibus vt addit Auicen. sanies, aut putredo causatur: non enim illud quod addit Henricus in diffinitione, est necessarium. videlicet emittens immundiciem diutius quam per septem dies. Nam tempus nihil facit ad rumbum. Quocunque enim tempore etiam si in prima die inueniatur præscripta dispositio in carne, vlcus est. Neque Gal. loquens de illis septem diebus contra Thessalum dixit, ꝙ vltra hoc sit vlcus. Nec valet quod dixit, ꝙ antiqui dicebant quod omne apostema postquam transit quadraginta dies, transit in vlcus: quia non dicunt in vlcus, sed in fistulam. Nam in vlcere potest transire apostema, vel exitura statim ꝙ apertum est. In fistula autem oportet quod interueniant multi dies, antequam callositas quæ est eius differentia essentialis, sit generata. Est ergo præfata diffinitio bona satis. Solutio enim continuitatis ponitur pro genere: quę autem, & quot sunt species ipsius, superius de vulneribus patuit euidenter. Reliqua ponuntur pro differentia: in carnosis siue mollibus particulis, ponitur ad differentiam corruptionum ossium quę proprie non sunt vlcera: sed corruptiones ac etiam disruptiones, vt ponit Auic. in quarto. alia ponuntur ad differentiam vulnerum. Nam vulnus est solutio per se ipsam sine communicatione alicuius dispositionis antecedēte: neq; sequēte, vt Gal. dicit vbi supra. supple quę faciat, et augeat vlcus, & consolidationē impediat. Nō tñ dico quin possit habere cōpositionē dispositionū sibi propriarum: aut de necessitate consequentium vt magnitudinem, paruitatē, deperditionē substantiæ, et nō deꝑditionē, ęqualitatē, & inęqualitatē, & aliarū: quarū

intentio non multum repugnat a generali, intentioni vulnerum. inquantum vulnera, vt supra in tractatu ipsorum, aliqualiter fuit dictum. Ex quibus apparet ꝙ generaliter vulnera respectu vlcerum sunt simplicia. Vlcera autem semper composita dicuntur: componuntur enim cum dispositionibus quę seorsum per se existere possunt. Saniem, & putredinem addit Auicen. per quæ intelligit sordiciem, squamas, & crustas, quæ in ipsis vlceribus contingere possunt. Species autem vlcerum secundũ Halyabba. sermone septimo partis primę libri regalis dispositionis sumunt suas differentias potissimas a tribus, a quibus perficiuntur & componuntur: a causis scilicet, morbis, & accidentibus. Nihilominus gratia breuitatis non implicando dispositiones, vt primo therapeu. primi faciebãt, vt melius comprehendamus dicta Auicen. qui inter cęteros de vlceribus melius dicit. Dicamus ꝙ species vlcerum sumũtur a duobus, a causis uidelicet, & accidentibus: quia differentię, quę sumũtur a membris cõnotationibus cõmunibus in de apostematibus, & vulneribus satis patent: & in fistula etiam inferius explicabũtur. A causis sumuntur quinque species vlcerum magis tamen propriorum, & saniosorum: scilicet vlcus virulentum, & corrosiuum, sordidum, & putridum, cauernosum, & profundum, fistula, & cancer. Ab accidentibus accipiuntur quædam species communes, quæ aliquomodo in gradu diminuto, cum vulneribus inueniuntur, videlicet vlcus dyscrasiatum, dolorosum, cum apostemate, contusum, cum molli carne & superflua, vlcus cum duritie, tenebrositate labiorum, cum osse corrupto, cum varricibus, aut vlcus difficilis consolidationis, cum proprietate nobis occulta. Vlcus virulentum, corrosiuum, & ambulatiuum, dicitur vlcus ꝙ sui malitia, & acuitate emittendo virulentiam, membrum mortificando consumit, & deuastat. Vlcus sordidum & putrefactum, dicitur vlcus ꝙ sui malitia putrefacit membrum, dimittendo viscositatem, aut carnem mollem, siue crustosam fœtidam, a qua fumus eleuatur fœtidus, & cadauerosus. Vlcus cauernosum, est cuius orificium est strictum, & profunditas lata, & occulta & hincinde deuiando, habet multas vias absq; duritie & callositate. Fistula est consimile vlcus cum duritie & callositate. Cancer est vlcus latum, horribile, sordidum, cuius labia sunt dura & inuersa. Vlcus dyscrasiatum, est vlcus in quo dominatur mala qualitas præter naturam. Vlcus dolorosum est vlcus, in quo sensibilitas rei contrariæ reperitur. Vlcus apostemosum, est vlcus in quo est tumor præter naturam ab aliquo humore procreatus. Vlcus cum carne molli superflua, est in quo caro marcida præter naturam inuenitur. Vlcus cum tenebrositate & duritie, est vlcus durum, liuidum in circuitu, sine fœtore. Vlcus cum osse corrupto, est vlcus residuum habens carnem mollem, in qua facillime penetrat tenta, quæ id asperum inuenit. Vlcus varicosum, est vlcus in quo sunt a parte superiori grossæ, & repletæ venæ innaturales, ipsum vlcus imbibentes. Vlcus difficilis consolidationis cũ proprietate, est vlcus quod sine causa manifesta consolidari non potest.

Causæ vlcerum sunt duplices: antecedentes, & coniunctæ, quia causas primitiuas, vt dicit Dynus super quarto cañ. proprie non habent, cum aduentu primo disrumpendo carnem saniem generare non possint, licet bene consequenter: eo quia antecedentes, & corporeas mouere possunt. Causę antecedentes sunt humorum prauitas, & eorum nimia quantitas potentium corrodere, & corrumpere corporis particulas. Quæ quidem generantur ex malitia regiminis, & ex peccato totius corporis, aut alicuius particulæ: hepatis videlicet & splenis. Causæ vero coniunctæ sunt malitiæ complexionum introductæ in uulneratis particulis ex causis dictis antecedentibus, aut uulneribus, & exituris, ac etiam pustulis apertis. Nam sicut ex formica, & herpesten, ulcus generatur corrosiuum, ita ex carbunculo, & anthrace, sordidum: & ex apostematibus, profundum & cauernosum. Vnde Gal. quarto therapeu. Et tres modi dissanabilium ulcerum uidentur existere, qui ad dyscrasiam subiectæ carnis: & qui ex prauitate influentis sanguinis: & tertius quidem ex quantitate. & quartus qui a dyscrasia: quandoque quidem ex qualitatibus solis, aliquãdo uero cum tumore & materia. & quintum ipse addit in commento sexto aphorismorum ulcera annua: secundum tamen translationem græcam, quæ sunt propter passionẽ ossis corrupti. Et sequitur in quarto therapeu. aliquando autem misceri accidit aliquas prædictarum dispositionum, uel omnes simul: ex quibus multæ fiunt ulcerum species iam superius numeratæ. De simplicibus tamen tractabitur: ut per ipsas compositę habeantur. Causæ autem fluxus, & diriuationis hu. in sermone communi apostematum requirantur. Sanies est humiditas alterata, & putrefacta, generata a sanguine, uel a carne contrita, uelut cinis a lignis per calorem naturalem extraneatum. Dicitur alterata quia secundum Gal. quinto simplicium pharmacorum triplex est alteratio. vna fit a calore naturali in cibo laudabili: alia fit a calore extraneo in materia putrefactibili: tertia fit a calore misto in materia mediocri, a prima alteratione fit materia nutrimentalis: a duobus alijs fit sanies. Dicitur autem fieri a sanguine uel a carne contrita, qui quidem sanguis, quando uenit ad ulcus, conuertitur, ut dicit Auicen. ad corruptionem: propter debilitatem membri, ob quam attrahuntur ad ipsum superfluitates membrorum uicinantium, aut propter unguenta mollificantia, & lenientia ipsum cum humiditate, & unctuositate sua. & ista est causa saniei principalis, coadiuuans dicebat Dynus super locũ. Et tunc quia superfluitates attractæ, ut testatur idem, non regi possunt perfecte a calore naturali: contingit ꝙ in ipsis efficitur calor extraneus: propter quod in illis aliquis modus putrefactionis efficitur: ex quo contingit quod in saniem conuertatur: & ita habetur causa materialis: Et ideo in tali conuersione caliditas semper agit: & extraneatur: & fit pugna cum materia quousque sanies sit facta. Et dicitur per Gal. in commento secundi aphorismorum quod fit sanies de humore inflammato, uelut cinis de lignis. Et hoc dicit aphorismus Hippo. circa generationem saniei, magis accidunt dolores & febres, quam facta sanie. Sanies autem sumitur dupliciter: proprie pro illa quę est alba leuis, carẽs fœtore horribili, laudata in sermone cõi apostematũ: large, pro oĩ humiditate extra naturam alterata. Et de ista dicitur ꝙ quædã est subtilis,

quæ

quæ dicitur virus, quædam grossa, quæ dicitur sordes, quædam mediocris, quæ simpliciter sanies nuncupatur. Est autem sciendum, ꝙ sanies ista quædam est pauca: & ista contingit in vulneribus concauis, & alijs inquantum sunt vulnera. alia est multa, quæ quidem contingit in vlceribus, & propter hoc dicebat Henricus & bene, ꝙ oportet quod sanies vlcerum sit plus debito. Ex quibus potestis iudicare, ꝙ sanies est superfluitas mediocris ex mediocritate humorum generata in seminalem, & albam qualitatem mutata, vt dicebat nouus commentator super tertio techni. Alba enim sunt membra, quæ saniem generant, & sperma, vt experientia longæ lotionis carnis ostendit. Virulentia est superfluitas subtilis ex superfluitate humorum aquosorũ generata. Quæ duplex est: calida, & frigida, serosa, & rubicunda.

Sordes est superfluitas grossa ex humoribus grossis generata. Quæ triplex est, quædam spissa, inæqualis, & coagulata alba: quædam nigra: alia vero velut fæx cinerosa.

Squamæ sunt superfluitates duræ paruæ in corporibus, ad modum squamarum piscium, de humorum nitrositate circumcirca vlcus generatę. Crustæ sunt ex eisdem, nisi quia sunt spissiores & grossiores, & super vlcera generantur.

Signa vlcerum habentur ex eorum diffinitionibus datis. Signa matericrum influentium dicta sunt in apostematum doctrina. Quotiescunque vides vulnus, & exituram emittere saniem illaudabilem, & plusquam debeat: reputa illa ad vlcus deuenire. Iudicat Hip. in sexto aphorismorum, ꝙ vlcera quęcunque annua fiunt, aut lõgius tempus habent, necesse est os emitti, & cicatrices concauas fieri. Et ex commento Gal. clarius tamẽ in translatione arabica habetur, ꝙ vlcus ex sui diuturnitate, et recidiuantia, pessimitatẽ ostendit. Omne præterea vlcus secundum Auicen. in primo cãn. fen quarta. quod cito reuertitur, postquam carne repletum est, & consolidari debet: est in semita peruenindi ad fistulam. Iudicat etiam Halyabb. octauo sermone partis primę libri dispositiõis regalis. Quodcunque autem vlcerum simplicium siue compositorum. si. 28. transiuerit dierum spatium, fistula deinceps vocatur non vera, sed similitudinarie: vt ipse in sequentibus exponit, & infra de fistula ostendetur. Amplius Auicen. in quarto iudicat, ꝙ vlcera dura tẽdentia versus viriditatem & nigredinem, sunt mala. Significatur enim ꝙ in eis calor naturalis est destructus. Præterea dicit ꝙ vlcera frigida sunt alba, & mollia quiescentia propter medicinas calefacientes, et calida ad rubedinem decliuia, frigore delectantur. Et tactus super ipsam multum attestatur. Sicca & hũmida etiam suis effectibus cognoscũtur. Amplius vlceribus malis quandõ associatur color corporis sicut albus purulentus, aut citrinus: significatur ꝙ hepar, & sangis suus sunt corrupti. Præterea vlcera quæ proueniunt successione egestionum, sunt malæ curationis. Vlcera in circuitu deijciẽtia pilos, sunt mala. Et renascentia ipsorum sunt bona. Et dicitur ꝙ Hippo. in libro de signis mortis velocis, dixit ꝙ cum sunt homini vlcera leuia, & apostemata, & destruitur eius ratio, moritur. Amplius vlcera, quæ in successione virulentiæ generant saniem laudabi-

A lem: sunt bona. Significat enim ꝙ natura est fortis, et materia obediens.

Iudicia saniei dicta sunt superius ex dictis literę Auicen. satis intricate concluditur, ꝙ vlcera extremitatum lacertorum dorsi, & coxarum, & brachiorum, ac etiam membrorum intrinsecorum, & penetrantia ad ea: sunt periculosa. Amplius in vlceribus in quibus ante perfectam mundificationem administrãtur nascentia carnis, generatur caro mala, & superflua. Præterea vlcera rotunda sunt tardæ consolidationis, & ideo pueros sunt interficientia. Et in eis consulitur ꝙ cum cauterio eorum forma rectificetur. Amplius ulcera colon, idest extremitatum, adducunt apostema in locis glandosis, & maxime quãdo corpus est plethoricum. Transeunt enim materiæ, quæ influunt ad vlcera, & propter spongiositatem earum partium, recipiuntur, & incuneantur ibi-
B dem. Præterea quando medicamina conferunt in vlceribus, aut saltim non nocent, significatur ꝙ sunt conuenientia, quando autem nocent, & addunt in humiditatem: tunc sunt inconuẽnientia, & oportet addere in virtutem desiccantium. Quando autẽ addunt in caliditate, & rubore oportet minuere caliditatem, cum infrigidantibus. Quando vero addunt in frigiditatem, & obfuscationem: tunc diminuas infrigidantia cum calefacientibus. Quando autem addunt in molliciem vlceris: tunc oportet styptica addere. Quando autem corrodunt, & profundant vlcus: tunc eius abstersiones frangere conuenit. Et non faciat te errare medicamẽ abstersiuum, magis quam oporteat: quia corrodendo membrum, addit in humiditate, & virulentia: & tu credendo ꝙ sit ex vlce-
C ris malitia, addis in eo: & ita vlcus efficitur profundius, & calidius simile apostemoso: quare infirmus sentit mordificationem. Præterea de rebus magis nocitiuis vlceribus est dies meridionalis, & humiditas aeris cũ caliditate. Et ob hoc dicitur ꝙ ulcera tibiarum in Auinione difficilius curantur, quam Parisius. Cuius contrarium de vulneribus capitis, propter frigiditatem, & siccitatem cerebro summe nociuam in dictis regionibus inuentam.

Amplius scire debes, ꝙ sicut iudicia vulnerum cõmunicantur istis: ita & ista illis: & ideo recurrendum est ad ea in sermone communi vulnerum tractatus.

Cura vlcerum concernit duo, scilicet vlcus inquantum vlcus: & vlcus ut tale ulcus compositum cum sua causa, aut suo acciden-
D te, aut in tali membro seu quacunque alia dispositione. Inquantum autem ulcus est ulcus, requirit desiccationem, secundum ꝙ deducitur per multa dicta Hippo. in quarto therapeu. Et licet in hoc conueniant ulcera cum uulneribus, nihilominus differunt in maiori desiccatione. Nam ulcera maiori indigẽt desiccatione quam uulnera, cum maiorem habeant humiditatem. Et ideo intentiones cum quibus complentur, in tractatu uulnerum specialiter concauorum requirantur. Inquantum uero tale ulcus compositum cum sua causa, aut altera dispositione generãte, et augente ipsum, requirit ablationem causę, & dispositionis generãtis, & augẽtis ulcus ipsum: ut deductum est per totum quartum librum. Et ista non est cura ulceris proprie: sed illius dispositionis. Et in hoc cura ulcerum cõuenit cũ cura apostematũ.

Et ideo quod hic deficit, in tractatu apostematum, & in sermone accidentiū vulneris requiratur. Duplex igitur est intentio talium dispositionum secundum Gal. in principio quarti therapeu. vel abscindere finaliter a corpore huius dispositionis, vel vincere nocumentum quod ab eis est. Et hoc est dicere, ꝙ cura est duplex curatiua, & pręseruatiua. Sed hāc quidem cum parua omnifaria existit dispositio, possibile est operari. Magna vero existente non conuenit vlcus in cicatricem ducere, antequam illa sanetur.

Cura ergo vlcerum vt talia vlcera composita cū dispositionibus, tres, vel quatuor habet intentiones speciales, prima vitā ordinat, secunda materiam antecedentem adæquat, sed tertia accidentia & dispositiones coniunctas rectificat, & quarta rectificatis dispositionibus curam vlceris reducere ad curam vulnerum concauorum præcipit.

Prima & secunda intentio complentur secundum naturam materiæ, quæ peccat, & quæ in corpore generatur: euacuando diuertendo cum phlebotomijs, purgationibus, diætis, cauterijs, vomitibus, & alijs diuersionibus, & intercipiendo fluxum ligando, epithemando, vngendo cum bolo armeno, & alijs infrigidantibus, & stypticantibus: de quibus omnibus in tractatu apostematum sufficienter fuit data doctrina. Ita autem dicit Gal. in quarto therapeu. in fluētibus ad vlceratas particulas prauis humoribus curatio quidem quæ est ut vlceratur, hic dicetur. Quæ vero vt cacochymia, uel plenitudinis, in proprijs illarum ratiocinijs iam est dicta superius in tractatu apostematum: & specificat modum de utroque. Quando igitur paulo amplior, & non multo prauior fuerit eo, qui secundum naturam est, qui influit ulceratis humor, prohibere ipsum & repercutere conuenit stypticando, & infrigidando eas, quæ sunt ante vlceratas particulas. Oportet autem & superligationem supra repulsiuam incipere quidem a patiente, deduci vero versus sanam, sicut in fracturis iussit Hippo. talis enim ligatura constringit meatus, per quos materia ad particulas influitur. Ad eas ꝟo & in vlceribus ipsius afferemus pharmaca siccantiora his quæ simplicibus, scilicet vlneribus offeruntur, ecce differentiam. Nequeunte vero a pharmacis detineri, et compesci influxione (ecce bonam practicam,) causam eius scrutando, illam oportet abscindere prius. Si igitur propter imbecillitatem aliquam suscipientis rheuma particulæ hoc accidit, hæc quoque sananda, erit autem hoc harum particularum vlceratarum propria quædam sanatio. Si vero propter multitudinem, vel cacochymiā totius corporis, vel alicuius superiacentium particularum, illa prius corrigenda. Imbecillitas quidem particulę dyscrasia fuit, quo modo autem curatur dyscrasia, statim dicetur. Quomodo autem curatur particula, vel vniuersum corpus mittens materiam, quæ influitur, in apostematibus superius fuit dictum.

Tertia intentio quæ corrigit, & rectificat accidentia, & dispositiones coniunctas completur secundum naturam illorum accidentium seu dispositionum componentium ipsum vlcus. Oportet autem secundum Gal. in eodem quarto doctrina prima, capitulo primo. Non enim omnium simul dicere oportet methodū curationis: sed vniuscuiusque seorsum.

E

*Et primo de uulnere dyscrasiato.*

De quo sequtur statim in litera. Carnis igitur ipsius sanabis dyscrasiam. Si quidem arida, & dura & sicca appareat, fomentans eucrata multoties aqua rectificabis carnem, in singulo vero vsu intentio sit tibi fomentationis. Quando videbis primo in ruborem & tumorem eleuatam particulam ascendere, diaphoraret enim quod attraxisti, si fomentares amplius. & consulit aquam non vinum, quia virtus pharmaci in vlceribus talibus debet esse humidior quam in sana carne, cū soluta est. Si vero humidior ea, quæ secundum naturam caro appareat: contrarium faciendum: intendendo quidem pharmacorum virtutem versus siccius, aqua vero omnino nō vtendo. sed si lauare volueris vlcus, vinum vel oxycratum, vel coctio cuiusquam herbæ austeræ præparetur. Secundum hoc autem, & calidiorem decente carnem infrigidandum: frigidiorem autem calefaciēdum, prout etiam dictum fuit superius de vulnerum dyscrasia.

F

*De ulcere doloroso.*

Clamat Gal. per totum ꝙ nihil magis acuit rheuma, & prosternit virtutem, & impedit rectam operationē, quam dolor. Et propter hoc consulit Auicen. ꝙ oportet in vlceribus dolorosis, quæ sunt vehementis doloris, vt sit occupatio in primis in sedando dolorem, & illud cum mollificatiuis, quæ tu scis proculdubio. Et quamuis sint contraria vlceri, veruntamen cum nō sedatur dolor, non pręparatur nobis curatio. Copiam vero medicinarum sedantium habuistis superius in tractatu apostematū & vulnerum, adhuc habebitis in multis locis.

G

*De ulcere apostemoso.*

Dicit Auicen. oportet vt sis adiuuans in prohibendo apostema, quoniam non est possibile cum apostemate, vt curetur vlcus. Et si non est tibi possibile, vt prohibeas, cura ipsum quodcunque fuerit, curatiōe sua cum obseruatione ipsius ulceris. Curatio apostematum dicta est superius in tractatu apostematum, & etiam de vulnere sermone communi.

*De ulcere contuso.*

Dicit Gal. ꝙ in quibuscunque ulceribus caro cōtunditur, oportet eam putrefieri, & in saniem cōuerti, & deinde nouam generare. Ista enim secundum Auicen. indigent in primis, ut mollificentur & humectentur, prout dictum fuit de apostematibus superius, & uulneribus contusis.

H

*De carne superflua in uulneribus.*

Et fortasse dicit Auicen. oritur caro mala: quare est necessarium, ut corrodatur cū medicamine acuto, & liniatur de foris cum infrigidantibus, deinde eradicetur cum eo quo eradicatur eschara, deinde curetur. Et ad talem carnem corrodēdam sunt boni cortices asphodelorum, & unguentum apostolorum, & ægyptiacum, & alia, quæ dicta sunt de carne superflua in uulnerum tractatu, & dicentur inferius ualde prompte.

De

*De ulcere cum duritie, & tenebrositate labiorum.*

Inquit Auicen. ꝙ quando corrumpitur quod est in circuitu vlceris, & viridescit, et nigrescit, cura id cum scarpellatione, & sanguinis extractione: & etiam cum ventosis: deinde adhære eis spongiam siccam: & postea medicinas exiccantes. Si vero ad amplius dispositio extenditur, dicit Gal. in quarto therapeu. ꝙ scrutatio debet fieri: vtrũ abscindendum sit totum, quod est præter naturam: an curandum in tempore, sup. cum medicinis acutis. Et palam est quoniam & laborantis hoc casu animo oportet uti. Quidã enim in tempore ampliori curari volunt absque incisione: quidã vero quodcunque sustinere prompti sunt, gratia citæ sanationis. Nihilominus ipse dicit inferius: etenim promptissimum est scindere: maius vero, & artificialius est sanare pharmacis.

*De ulcere cum uaricibus.*

Consulit Gal. in eodem quarto, ꝙ prius sanemus eas, consequẽter debemus sanare vlcus. Cura tamen earum in tractatu apostematum, superius est dicta.

*De ulcere cum osse corrupto.*

Vnde & Auicen Et si in vlceribus superueniũt ossium frusta, & pãniculi, aut alia: ne properes in extrahẽdo ea. Sed fac illud quod diximus superius in vulnerum ossium capitulo. Si autem os est corruptum, est consilium ipsius incidere carnem, & detegere ipsum os quantum erit possibile: & hoc cum rasorijs, aut cum corrosiuis: vt dicetur infra de tibia vlcerata. Et ipso discooperto: si fuerit possibile auferre, quod est super ipsum cum fricatione, faciemus. Et si nõ, incidemus, & faciemus illud cuius est expositio in capitulo corruptionis ossis, in quo dicit. Curatio corruptionis ossis est eius fricatio, & eius abscisio, & ferratura. Nam necesse est radere & cauterizare perueniendo ad vltimũ corruptionis eius: vt cadant cortices per se, aut cum auxilio medicaminum: ad quod laudat Auicen. istud: quod Re. aristolochię, ireos, myrrhę, aloes, corticis plantę opoponacis, cambil adusti: & est terra rubea minuta, vt arena, ęris, corticis pini, ana: aggregẽtur, supple cum melle, & fiat emplastrum. Est enim mirabile, ut dicit. faciens cadere cortices ossium, & nasci desuper carnem bonam. Et certe Lanfrancus in isto casu laudat cauterium actuale post omnem rasuram, & bene dicit: quia si corruptio ossis est ex humiditate contaminante ipsum os: nihil eam ita cito & infallibiliter desiccat, & prope & longe sicut actualis ignis. Post cauterium vero iubet ipse Lanfrancus infundere locum cũ oleo ros. calido. Ego autem post cauterium oleũ ros. cum albumine oui per tres dies pono: et per alios tres cum vitello oui: & post butyrũ cum melle ros. & desuper vnum de mundificatiuis vsq; ad ossis exfoliationem continuo: & post cum puluere emplastri dicti incarno & consolido.

Q; si corruptio peruenerit ad medullam: tunc dicit Auicen. ꝙ non est excusatio: quin assumatur illud os cum medulla sua, sicut narrat Albuca. qđ fecit in corruptione ossi cruris iuuenis. 30. annorum: & si est

A de illis quę possunt ferrari, secures te de loco cum tenta vsquequo inueneris adhærentiam carnis cum osse: quia illic est terminus: & seca audacter. Si vero fuerit caput coxæ vel anchæ, & sicut spondyles dorsi: tunc fugere ab eius curatione melius est propter nucham.

*De ulcere difficulter curabili cum proprietate nobis occulta.*

De quo dicit Auicen. ꝙ non sunt putrida, neque corrosiua, neque ambulatiua: sed sunt vnius dispositionis, plana, claudentia, & recidiuantia sæpe. In quibus sunt necessaria medicamina cum proprietate fortiter desiccantia: secundum ꝙ sunt scoria æris, & flos æris adustus, & scoria ferri, glutinum auri, colcotar, dragagantum, cum alumi-

B ne & gallis quæ prohibent materias currere ad membrum. Et de istis facit cerota & vnguenta & pulueres Gal. in quarto catageni: a quo accepi vnam formam: quam Auicen. narrat. Et Brunus eam confirmat. Reci. climiæ, aluminis, glutinis auri, ana partes octo, floris æris, corticis æris vstorum, ana partem .i. gummi cypressi partes quatuor, ceræ, olei ros. aut myrtini, ana quod sufficit, fiat vnguentum. Et ita tertia intentio completur.

Quarta intẽtio quę locum vlceratum sanat: postquam dispositio repugnans consolidationi fuerit ablata, & rectificata completur cum eisdem intentionibus & modis qui dicti sunt superius, ꝙ curantur vulnera concaua in quibus substantia fuerat deperdita. Quis enim non nouit inquit Gal. in quarto. quoniam omne vlcus male morigeratum, mox

C & concauum seu excoriatione fiens. Et ꝙ talia vlcera in fine ita debeãt curari, testatur idem Gal. in quarto. dum dicit. Nulla autem harum curationum quæ supple tractantur in quarto, est vlceris: sed dispositionis generantis vel augentis ipsum. Et subdit inferius longe, quod post illas curatio est vlceris quæ dicta est in tertio libro. videas ergo aperte quantam cõmunitatem habet cura vlcerum cum cura vulneris, & etiam apostematum. Non ergo mireris si Gal. in multis cõmiscuit doctrinas.

*De ulceribus proprijs saniosis, & primo de ulcere uirulento & corrosiuo. Cap. II.*

Vlcera uirulenta a corrosiuis non differunt: nisi secundum magis & minus. Nam in princi-

D pio, dum non emittunt nisi solam virulentiam, dicuntur virulenta. Postquam autem augetur acuitas, & malitia, & corrodendo augmentatur capacitas siue eschara, dicitur corrosiuum. Et si incedit hinc inde non multum in carne profundando, dicitur ambulatiuum. Si autem in tantum augmentatur malitia ꝙ consumit membrum, dicitur manducans. Et dehinc transit ad lupum & ad cancrum.

Causæ istorum vlcerũ sunt praui humores cholerici, acuti, & mortificatiui, qui propter sui adustionem quandam fraudulentiã adipiscuntur, quæ vtplurimum veniunt post formicas, & pustulas pruriginosas, & post vulnera cũ mordicatiuis irritata.

Cura istorum stat in debita diæta, et purgatione, sicut est dictum superius de herpe

ſten & formica. Vnde Gal. quarto therapeu. contra Theſſalū. Age igitur ſicut opere multoties uidimus, ita & ſermone hominem formemus ſanatione vlceris male morigerati egentem. ſiquidem aliquis ſcalpens aliquam particulam per quam erigatur confeſtim veſica, deinde virus, et rurſus ſcabioſa fiat illa eadem particula, & erupta ueſica ulcus mali coloris inęqualiter rodēs fiat. & hoc in tribus vel quatuor diebus a principio cōcidat. dicat mihi aliquis Theſſaliorū, quomodo oportet ſanare huiuſmodi vlcus. Ego enim aio male morigeratū omnino exiſtere ipſum, & propterea ſcrutabor confeſtim totius corporis diſpoſitionem qualis ſit: inueniam enim tum ex ſymptomatibus ipſius vlceris, tum ex ſignis, quæ totum corpus oſtendit, qualis maxime ſit ſpecie, qui abundat humor, & hūc euacuabo pharmaco mox. Nam vt dixerat, prius conſultum eſt ab omnibus fere antiquis quicunq; ratione aliqua, & methodo de cura vlcerum ſcripſerunt: ꝙ abſcindere oportet operantes eas cauſas prius. Et non ſolum in vlceribus eſſe puto neceſſarium: ſed in omnibus ægritudinibus ſimpliciter, quorum efficiens cauſa adeſt, ab illa incipiēda eſt curatione. Nam cōmunis eſt admonitio, tertiodecimo therapeu. capitulo vltimo, ꝙ quia euaporatiua pharmaca multitudine exiſtente in toto corpore particulis quibuſdam ablatis, attrahendo ad inſtar ventoſæ implerent magis ꝗ̃ euacuarēt. nullo vti audeas euaporatiuorum auxiliorum anteꝗ̃ euacuatione totius corporis, aut partis ſuperiacentis ſuperabundantiam mittētis vtaris. Et de hoc fuit cañ. concluſus tertio techni. Vnum commune habes pręceptum. Efficientem vnamquanq; earum cauſarum oportet abſcindere prius, deinde ſic venire ad eam dyſcraſiam, quæ facta eſt ex illa ægritudine. Facta ergo euacuatione, ſicut fuit factum in illa muliere romana patiente formicam: ueniendum eſt ad diſpoſitionem factā: quam ſi vides calefactam, ipſam infrigida cum frigidis, & ſiccis ſtypticantibus, & deſiccantibus, lauādo vlcus, & totam particulam cū aqua aluminoſa. nam illa abluit, repercutit, & deſiccat, vt dicit Auicen. aut cum aqua plātaginis & roſ. aut cum aqua ferrata, aut cum aqua decoctionis cyperi, aut myrabolanorum, cypreſſi, plantaginis, pſidię, balauſtiæ, & conſimiliū. Et in circuitu pro defenſione ponatur, ut dictum eſt, vnguētum de bolo. Et in medio vlceris ponatur aliquis puluis deſiccatiuus, de lethargyro, plūbo vſto, tutia, antimonio, ære vſto, corallo, hæmatite, ſpodio lotis, atq; pſidia, myrabolanis, & cōſimilibus, & plagella de carpia linita cum vnguento albo. Raſis autē cum vnguento de ſexta parte lethargyri in quo conueniunt omnes: aut cum diapompholygos, quorum formę dicentur infra in antidotario. Et deſuper plumaceolum effuſum in oxycrato: & poſtea ligetur ligatura exprimēte, de qua mentionem ſuperius audiuiſtis. Ego autem in talibus vlceribus cōſueui poſt lotionem abſq; aliquo ponere laminam plumbi tenuem, in qua virtus argenti viui cum aqua plantaginis ſit infixa, & ligare ligatura exprimente: quod nō eſt fas loqui propter idiotas. Tu autem videas in nono de ſimplicibus pharmacis, capitulo de molybdo, ideſt plūbo, & intelliges incredibilia de eo. De aqua aluminoſa rationabilia addiſces, ſi legis primum librum libri allegati: de ligatura alias mirabilia ſunt tibi dicta. Si autem corroſio vltra applicata augetur,

E & augmentetur, purga et repurga, et conſumatur, et deſiccetur materia coniuncta corrodens cum cauterio actuali, ſi vis, quia pretioſius eſt: aut plumaceoli cum puluere aut trochiſci aſphodelorum, aut calidicon, & ob hoc encauſtrum eſt vtile. Et ſi eſt neceſſe cum arſenico ſublimato, in parua tamen quantitate, ſecundum ꝙ dictum fuit in tractatu apoſtematum de eſthiomeno. Et locus in circuitu ſemper defendatur cum frigidis. Et ſi corroſio ita ambularet, quandoq; eſt neceſſarium, vt dicit Auicen. incidere membrum.

### *De ulcere ſordido & putrido.* Cap. III.

Iſta etiam duo non differunt, niſi ſecundum magis & minus. Nam dum vlcus non habet niſi ſordem & ſaniem groſſam & viſcoſam: dicitur ſordi-

F dum: poſtꝗ̃ autem augetur ipſius malitia, ita ꝙ putrefacit, et mortificat carnem dimittendo ſarra, a qua eleuatur fumus fœtidus, et cadauerofus: dicitur putridum fraudulentum. Et ſi ambulat eius malitia, tranſit ad eſthiomenum, & ad hominis mortem.

Cauſæ iſtorum vlcerum ſunt humores ſanguinei groſſi praui & ebulliētes: ex qua ebullitiōe adepti ſunt venenoſitatē, quę vt plurimum veniunt poſt carbunculos, & anthraces, & apoſtemata, & uulnera male tractata.

Cura talium vlcerum ſtat in diæta, & euacuationibus talibus, ſicut ſuperius fuit dictum de carbunculis, & puſtulis cruſtoſis, & putrefactis. Vnde Auicen. in quarto horum malorum vlcerum curatio melior eſt cum mundificatione cor-

G poris, aut ipſius membri ſi corpus fuerit mundum, cum eo ꝙ mūdificat ipſum ſolum cum ventoſis, aut ſtaraxaconibus, & ſanguiſugis, & epithemationibus rectificātibus oppilationem: & rectificatio ſanguinis cum debita diæta. Et poſt ad vlcus deueniendum eſt, ita ꝙ primo ſordes lauetur cum hydromelite, aut cum aqua maris: deinde mundificetur cum vnguento apoſtolorum, aut cum vnguento ægyptiaco. Et deſuper præcipit Lanfrancus mundificatiuum factū de ſucco abſinthij, melle roſ. farina hordei, de myrrha: & circumcirca ſemper vnguentum de bolo, & deſuper ſtupatam de oxycrato. Si vero ſordes conuertatur in putredinem & corruptionem, lauetur locus cum oxycrato, aut cum aqua cineris ſeu ſaponis. Et emplaſtretur cum carne piſcium ſalitorum, & farina orobi, & ariſtolochia nō rotunda ſed longa, vt

H dicit Theodoricus, & ſquilla coctis cum vino & miſtis cum melle. Et ad eandem intentionem Auicen. dictat iſtud medicamen expertum, & illud Brunus concedit. Reci. draganti tub. vnc. i. calcis viuę, aluminis, corticis granatorum, ana drac. vi. thuris, gallarū, ana drac. iiij. ceræ, olei, ana, quod ſufficit fiat vnguentum. vitrioli partes. xij. colcotar. x. draganti. 14. coquantur cum aceto, & fiat ex eis linimentum. Et ſemper vnguentum de bolo ponatur in circuitu: & deſuper ſtupata cum oxycrato. Et quando huiuſmodi vlcera ſuperfluunt in corruptione, fit neceſſarium ſecundū Auic. vt eleuentur corruptiones cū cauterio actuali ignito, aut cū medicamine acuto, aut cum inciſione, vt non remaneat niſi caro ſana cognita per bonitatem coloris & ſanguinis eius. Et medicamen quidem actuum, quod non habet par in hoc caſu, eſt

arſenicum

arsenicum sublimatum: vt dictum fuit superius in esthiomeno, & in glandulis. & dicetur infra: in quo pro ista materia est recurrendum. Et fortasse fit necessarium, vt dicit hic, & supra Aui. incidere membrũ, vt saluetur corpus a putrefactione sua.

## De ulcere profundo & cauernoso. Cap. IIII.

VLcera talia sunt cum orificio stricto, & profunditate lata occulta, vnica vel pluribus, recta vel torta absq; duritie & callositate. Et in hoc differunt realiter a fistula: non obstante quod idiotæ omnia talia vlcera fistulas dicunt: quod tamen non est verum, vt dicetur.

Causæ istorum vlcerum sunt apostemata, & vulnera male curata: quando enim sanies magis stat in exitura q̃ debeat, aut in vulnere ꝓfundo, quod non potest per orificium mundari, quia superius est, et fundus inferius, et tardatur contra apertio: sanies conuertitur ad nitrositatem, & malitiam: et ita contaminantur parietes cauernæ, ꝙ non possunt incarnari & cõsolidari: & fit sinus talpus, seu cauerna. Ad quam propter hoc quia debilitata est particula, trahuntur superfluitates a membris vicinantibus, & ab vniuerso corpore, & efficitur vlcus dissanabile.

Significatur natura cauernæ cum tentis, & probis de argento, plũbo, de radicibus, & cereis candelis, & cum iniectionibus coloratis. Significatur materia exiens per colorem, quando est similis loturæ carnis: et per subtilitatem, ꝙ est calida: & per albedinem & serositatem, ꝙ est frigida. Indicatur ꝙ talia vlcera conglutinantur per bonitatem, & paucitatem eius quod currit: & per priuationem doloris, & tumoris in secundo ad Glauconem: & per oppositas conditiones, quod non conglutinatur indicatur.

Cura istorum vlcerum stat in bona conuenienti diæta, & purgatione secundũ materiam humoris peccantis, dicta superius in tractatu apostematum: deinde veniendo ad particulam, si tu potes cum vnguentis, & emplastris mundificatiuis, & desiccatiuis siue incarnatiuis, & bonis pressuris, & stupatis infusis in vino styptico, & decenti ligatura curare locum, facias & tentes. Et ad hoc laudatur vnguentum apostolorum, nigrum, diapalma in secundo ad Glauconem. Si autem non possit, eo quia figura non est apta, immo radix fundi est inferius, & orificium superius: si est tibi possibile, vt alteres situ: sicut in eodem secundo ad Glauconem narrat Gal. ꝙ fecit de illo qui habebat vlcus profundum in brachio, & in coxa, taliter eleuando particulam ꝙ radix sit superius, & orificium inferius, facias. Si autẽ non potest fieri: tunc melius est, ꝙ aperiatur in radice, aut incidatur secundum totum cauerna, vsq; ad profundum. Et tunc cum lichinijs, aut cotonibus taliter mũdificetur, & desiccetur ꝙ incarnetur: & sanetur secũdum ꝙ dictum fuit superius de profundis & concauis vulneribus: ad quæ est pro ista materia recurrendum. Est tamen aduertendum, ꝙ anteq̃ fiat incisio, sanies in loco congregari dimittatur, vt parietes cauernæ attenuentur, & tasta melius intromittatur. Secundo ꝙ tasta, quæ infigetur, sit lenis, & cum aliquo vnctuoso inuncta, vt sine dolore intromittatur. Tertio ꝙ tasta vel aliqua proba quæ intromittetur, sit ꝑforata in cauda ad modum acus: per quod possit poni cero factus de canabo, aut de aliquo gracili bindello, aut de cordula quæ intromittetur. Et facta incisione sedetur dolor, & fluxus sanguinis cum albumine oui & alijs, quæ videbuntur opportuna. Et post inungatur, & remutetur cero, suendo, aut ligando aliũ cum illo, aut lichinia linientur cum aliquo mundificatiuo: & desuper, & in circuitu ponantur, quæ superius sunt dicta. Si autem non est tibi possibile, vt facias incisionem, consulit Auicen. ablutionem cum clysterijs secundum modum Albuca. si confidit, ꝙ adhæreant primo cum mundificatiuis: deinde cũ incarnatiuis. Et ad mundificandum Gal. in secundo ad Glauconem præcipit melicratum solum: & post cõcedit vinum cui quandoq; mel coniungit ad expurgandum quidem, & mundificandum eos, qui circa eum liquores: melius est melicratum, vt dicit: ad futuram vero conglutinationem, vinum. & desuper spongiam nouã in vino infusam. Alij vero, vt Aui. præcipue si malitia fuerit notabilis, lauant cum aqua cineris: aut cum aqua maris, & cum aqua aluminosa: quæ cum hoc quod est lauatiua, est prohibitiua eius, quod attrahitur ad membrũ. Albuca. pręcipit immittere vnguentum ægyptiacum dissolutum cum aqua & melle. Nõnulli vero, vt Lanfrancus, & Henricus, si vlcus fuerit calidum, & virus, vt lotura carnis rubeum, lauant cum aqua & melle, & decoctione hordei, lenticularum, ros. balaustiarum. Et si vlcus est frigidum, & virus aquosum, lauant cum vino, & melle, decoctione absinthij, marrubij, pimpinellę, atque myrrhę. Ad incarnãdũ vero inquit Aui. ꝙ oportet ꝙ medicinæ fiant currẽtes lauatiuę cũ viscositate adhęrente, & inijciantur in eis cum clysterijs, & immittantur cum lichinijs & tentis. Et nos quidem iam experti sumus, inquit Auicẽ. emplastrum apostolicon, idest apostolorum, & centaurea: quando cum ea impletur, & est mirabilis valde. Post autem iris illyrica, & symphyton addit Gal. deinde farina orobi & similia. Et desuper ponantur emplastra, & panni liniti cũ aliquo, qđ habet rectificare illa, vt diapalma, & emplastrum nigrum, vel flauum cum gallis, & mel coctum cum puluere thuris, myrrhæ, & aloes, vel quędam horum, vel omnia simul: & vinum stypticum grossum. Et postea ligetur, vt docet Gal. in secundo ad Glauconem. & Henricus istam ligaturam approbat valde. & licet litera Gal. ibi sit satis intricata: nihilominus assumatur, sic ꝙ post expulsionem, & mundificationem materiæ ponatur super totam cauernã emplastrum incarnatiuum de dictis perforatũ quantum tenet orificium vlceris: et super illud orificium reponatur illud quod amotũ est de perforato: & postea ligentur stricte cum binda concernente vtraque extrema cauernæ, incipiendo a fundo ipsius vsque ad orificium relaxãdo: postea ligetur orificium cum paruo emplastro cum vno bindello: ita ꝙ prima ligatura non soluatur vsque ad complementum incarnationis. Sed secũda de tertio in tertium diem remutetur. Communiter ligatur cum ligatura exprimente cum ingenio, ꝙ cũ ipsa & bonis pressuris cõstringas per totum fundum. De tenta hæsitant multi, ut Henricus, & magister meus Bonoñ. ꝙ solida non ponatur: quia saniẽ in loco retinet. sed canulata aut duplicata, ut sanies cõtinue ualeat exire. Et spõgia super orificiũ ponatur, ut sanies trahatur exterius sugẽdo.

## De fistula etc. Cap. V.

Fistula est vlcus profundum, & cauernosum cũ callosa duritie a parte interiori, a quo procedit utplurimum sanies virulẽta manans, et hoc est quod dicebat Gal. in de tumoribus præter naturam. Est autem & fistula strictus, & longus sinus, quæ sicut alÿ sinus coercetur, & rursus abscedit ob influxum superfluitatum quemadmodum illi. quandoq; enim clauditur, & nihil emittit. quandoq; aperitur, & emittit: & hoc secũdum diætam, & purgationem. Et ideo sanies virulenta non est essentialis differentia ipsius: sed callositas dicta, cum forma fistulari. Neq; obstat qđ dicit magister Arnoldus, ꝙ quandiu sanies fistularis aquosa, vel glutinosa, seu prauæ qualitatis extiterit, fistula viua manet: quia non conuertitur. ꝙ si nõ manat, fit extincta: licet ipse suggesserit, ꝙ quãdiu uixerit fistula, nunquam poterit obturari: quia hoc est verum perfecte. Sed quoniam ad tempus, & imperfecte posset exiccari & claudi: non putauit Gal. neq; Albuca. dum dicit. Et est in quibusdam horis humiditatem emittens: in quibusdam vero horis abscinditur humiditas ab eadem. Illud idem Halyab. tenuit atq; Brunus. Iamerius & quatuor magistri de duritie, de qua reprehendit Rogerium, & Rotlandum Henricus, non dubito, quoniam ipsi intellexerunt ipsam: quia cum consumentibus carnem duram iubent eam curare. Et glosatores ipsorum ita glosauerunt. Fistula quędam est in carne, quędã in venis, quędam in neruis, quædam vero in ossibus. Amplius quædam est recta, quædã obliqua, siue torta, & quædam est vnius sinus & orificÿ, quædam multorum. Et quædam est in iuncturis, quædam in oculis, quædam in faucibus, quædam in pectore, quædam in verendis. Et sic consequenter. Ab istis enim differentÿs sumitur prognosticatio, & indicatio curatiua.

**Causæ fistularum** sunt ea quę vlcerum cauernosorum: quia quancunq; fistulam præcedit vlcus cauernosum, & ab illo oritur. verum humores qui currunt, & corrumpunt locum, sunt peiores ĩ fistula ꝗ̃ in vlcere cauernoso. Est enim illa materia phlegmatica, & melancholica. vt dicit Guilelmus de saliceto: in qua adustio adducit acuitatem & venenositatem. Et propter hoc dicebat Arnoldus, ꝙ humiditas dominans, & ancillans frigiditas, supple corrupta fistulæ viam præbet.

**Signa & iudicia.** Signa fistularum sumuntur a substantialiter inhęrentibus, ut ab illo corio calloso, & a forma fistulæ instrumentalis: & ab accidentibus & effectibus, vt a virulẽtia, & horribilitate, quæ aliquando currit ab ipsa: & a dolore, qui paruus est nisi sit iuxta neruum. Significatur ꝙ est in carne ex grossa & viscosa & turbida & cruda humiditate, quę currit ab ipsa. Q; si in neruo, ex dolore & tenuitate eius quod exit. Q; si in venis, ostenditur per exitum sanguinis et fęcis. Q; in osse, ex tenuitate & subtilitate eius qđ exit, vt ponit Aui. Et ad hoc iuuant probationes cum tentis, & probis, & lotionibus coloratis. Et locus & tempus faciunt ad hoc: quia si est iuxta neruos & ossa: cõsiderare possumus ꝙ inficit ea. Etiam si transiuit annum, ꝙ est in osse. si vero non, ꝙ est in carne vel in neruo. De corruptione ossis quomodo cognoscitur: dictum est supra.

E Iudicatur ꝙ fistula ex toto genere difficilis est curationis, maxime profunda, & tortuosa, massata, & antiquata: & quæ plures habet concauitates. Præterea fistula, quę est in membro nobili, et prope ipm, & quæ ad interiora penetrat, ad pectus, ventrem, & vesicam, vel ad aliquam de costis, vel de spondylibus, vel aliquam iuncturam, puta manus, vel pedis: suspecta est, & malæ curatiõis. Et occupatio in ea est, vt dicit Albuca. labor, & ignorantia.

**Curatio.** Fistula duo habet regimina. vniuersale videlicet, & particulare: vniuersale regimẽ tres habet intẽtiones. prima uitã ordinat. secũda materiam peccantem euacuat. sed tertia membra interiora confortando, et desiccãdo fistulam ad consolidandum adaptat.

Prima intentio completur cum debito regimine
F secundum materiam ordinato.

Secunda completur cum euacuationibus materiæ appropriatis, de quibus duabus superius in tractatu apostematum specialiter frigidorum satis plenarie fuit dictum.

Sed tertia cõpletur cum potionibus ad fistulã probatis quarum ista est mihi magis dilecta. Reci. agrimoniæ partes. iÿ. plantaginis partes duas: foliorum oliuę partem vnam: scindantur minutim, & pistentur, & cum vino albo coquantur: & fiat colatura: de qua quolibet die in aurora cyathus unus administretur.

Item ad idem. Reci. osmundæ partes tres, gentianę partes duas, centaureę partem vnam. coquãtur cum vino albo: & vt supra administretur. Est enim efficax in ossium expulsione.

Regimẽ autem particulare tres uel quatuor habet
G intentiones. Prima strictum orificium ampliat: secũda fistulam aufert & mortificat: tertia locum mundificat. sed quarta locum mundificatum incarnat & sanat.

Prima completur ꝙ postquam erit bene certificatus de semita & profunditate: per foramen imponatur tenta de radice gentianæ, aut mali terrę, aut bryoniæ, aut dragonteæ, uel de frustis spongiæ, bene torta & aptata: quia de medulla sambuci, & ebuli non placet mihi, eo quia in extrahẽdo sępe frangitur. Immo ex hoc consulo ꝙ tentæ ligentur cũ filo, ut si adhærerent, aut profundarentur nimis: possint extrahi sine fallacia: & fiant grossæ, & longæ, secundum foraminis quantitatem. Et ꝙ stet per duodecim horas, post autem remoueatur tenta. Et si foramen est sufficienter ampliatum: completa est prima intentio. Et
H uenit secunda, quæ est mortificare fistulam. Quæ quidem secunda intentio completur uno de tribus modis. uno modo sine incisione per immissionem acutorum, & corrosiuorum. alio modo cum incisione, & cauterięatione. tertio modo cum incisione, & callositatis euulsione. Primum modum docet Guilelmus facere cum impositione tentæ, trochiscis asphodelorum: et Rogerius cum tenta de calce et sapone, aut cũ tenta linita de arsenico quæ non fallit. Si autem fistulæ essent diuersæ cauernæ: tunc oportet distemperare talia acuta medicamina cum aceto, aut aliquo liquore, & inÿciantur cum instrumento taliter ꝙ ueniant ad omnes profunditates, & claudatur foramẽ ꝙ morentur infra, quousq; suam fecerint operationem. Et hoc est quod dicebat Arnoldus, fistula tortuosa, & intricata nunquam permittitur, nisi felleis aut

aut nitroſis liquoribus imbibatur. Ad hoc enim multum valet aqua fortis alchimiſtarum ſaltim prima. Omnes enim fiſtulas mortificat & diſrumpit.

Cum inciſione & cauterio completur iſta ſecunda intentio ſic. ꝙ impoſita taſta lignea vſq; ad radicẽ fundi, ſcindatur tota cauerna ab orificio vſq; ad fundum, eo modo quo dictum eſt ſuperius de vulnere, & vlceribus cauernoſis, & ſtatim propter fluxum præparetur cum albumine oui, & tentis dilatantibus labia vlceris. Et poſt in craſtinum cauterizetur locus cum cauterio actuali: aut cum potentiali facto de puluere aſphodelorum, aut arſenico. Auicen. vero hoc facit cum argento viuo ſublimato taliter, ꝙ nihil corruptum, & calloſum neque præter naturam remaneat in vlcere, quin ſit totum deſiccatum eiectum, & conſumptum. Et in circuitu frigida ſemper apponãtur, vt dictum eſt. Quomodo autẽ ſeparatur os corruptum, ſuperius fuit dictum. Signum autem, ꝙ acuta medicina ſuam perfecit operationem, eſt vlceris tumefactio, vt dicit Rogerius, & trium dierũ mora, vt habet vſus. Cum autem fiſtula cauterizata, & deſiccata fuerit: ſuccurratur cum medicamine mitigatiuo, ſicut eſt in primis diebus oleũ cum ouo: deinde cum butyro, aut aliquo vnctuoſo quouſque ignis, & eſchara cadat, & in ſaniẽ cõuertatur. Cumq; ſanies quæ prius erat indigeſta, egreditur digeſta, & minorata: ſignum eſt ꝙ fiſtula eſt mortificata. Et hoc bene dicebat Arnoldus. Ex quacunq; ſui parte fiſtula ſaniem puram, & perfectam emiſerit, ibi eſt fiſtula iam extincta.

Cum inciſione ſine cauterio completur iſta ſecunda intentio, ꝙ facta inciſione vſq; ad fundum, vt dictum eſt, auferatur cum raſorio tota caro in circuitu, calloſa, et putrefacta taliter ꝙ locus remaneat purus, quod apparebit per præſentiam carnis bonæ, vt dicit Auicen. Et iſta eſt vera mortificatio, & curatio fiſtulæ, & ſi per iſtos modos non curantur, remittantur ad ſanctum Eligium, vt dicunt gentes. Non obſtante, ꝙ Lanfrancus promittit eam curare cum agrimonia & ſale, quod tamen in opere non inueni. Et ſi eſt inuentum in vlceribus cauernoſis, ꝙ fiſtulas recẽtes dicit Auicen. ſatis fuit etiam, ꝙ cum pater noſter colligeretur: & ita completur ſecunda intentio.

Sed tertia intentio quæ eſt mundificare locum, & quarta, quæ eſt locum mundificatum incarnare & ſanare, complentur vt iam dictum eſt de aliis vlceribus cauernoſis.

*De cura palliatiua.*

Quando autem fiſtula eſt in tali loco, ꝙ non poteſt curari: & quando eſt in mẽbris ſublimibus, & in vicinitate neruorum & venarum, vel ſi æger eſt debilis, & non poteſt ſuſtinere pœnam, vel propter timorem eſt magis decliuis, vt remaneat cum eo ægritudo, vel forte, ꝙ per eius curam peior ægritudo ſequeretur, vt in fiſtula longaonis, inuoluntarius fæcis exitus: tunc neceſſarium eſt ipſam palliare cum diæta, & purgatione, & diuerſione materiæ ad partem minus nobilem. Et mundificare ipſam a carne fraudulenta & vnctuoſa. Deinde repleatur cum exiccatiuis domeſticis, & cooperiatur cũ diapalma, aut emplaſtro nigro: quoniam ipſa remanebit quieta tempore longo: duntaxat ꝙ caueatur ab aqua, & a ſitu doloroſo, & a motu laborio-

A ſo. Et iſtam palliationem ponit Auicen. & Arnoldus ſuper eam ratiocinatus eſt, dum dixit meatus innaturalis, qui diu manauit, vt in fiſtulis antiquatis, obturari nequit abſq; timore grauioris incommodi, niſi manatio conſueta ad proxima deriuetur.

*De cancro ulcerato.* *Cap. VI.*

Cancer ulceratus eſt ulcus apparens, rotũdum, horribile, fœtidum, cum labiis groſſis, duris, et nodoſis, inuerſis, ſubleuatis, et cauernoſis, habens colorem liuidum & obſcurum, & in circuitu venas ſanguine melancholico plenas. Et videtur ſecundum Auicen. ꝙ nominatur cancer propter vnam duarũ rerum, aut propter ſuam tenacitatem cum membro: ſicut tenacitas cancri cum eo ꝙ venatur, aut propter formam ſuam, quia rotunda: & venas emittit in cir-
B cuitu, quæ ſunt ſicut pedes cancri, & colorem habet obſcurum, vt cancer. Et Henricus addit, ꝙ corrodẽdo perambulat, vt piſcis ille. Species & differentiæ cancri ſumuntur a tribus, ab eſſentia ægritudinis: a materia ex qua fiunt: & a membrorũ natura. Per primũ dicitur ꝙ cancer alius eſt ſuauis, paruus, non multum doloroſus. alius magnus, & violentus, vehementis doloris. Per ſecundum dicitur, ꝙ quidam eſt ex melancholia aduſta de ſe. & quidam ex melãcholia aduſta ex aliis hũoribus, maxime ex cholera aduſta. Per tertium dicitur, ꝙ quidam fit in membris ſimplicibus, vt in carne, uenis, neruis, et oſſibus: quidam in compoſitis, vt in facie, qui communiter, Noli me tangere vocatur, in coxis, lupus: in medio corporis, cingulus, vt dixit Rogerius. nõ obſtante ꝙ Brunus, & Theodoricus dicunt, quod nullus antiquorum,
C ita nominauit.

Cauſatur cancer vlceratus a non vlcerato, & ab vlceribus irritatis, et indocte curatis. A cancro non vlcerato cauſatur cancer vlceratus incidendo, ſicut ſuperius de apoſtematibus melãcholicis in cancro fuit dictum. Ab vlceribus & vulneribus cauſatur cancer, quando propter irritationẽ cum acutis aduruntur, & commouentur humores praui melancholici, et fluunt & trahuntur ab vniuerſo corpore, & a vicinantibus membris in loco, & putreſiunt, & calefaciunt: ac acuitatem & venenoſitatẽ acquirunt, ex quibus generatur, & augetur mala diſpoſitio, & efficitur cancer. Cauſæ autem primitiuæ mouere poſſunt antecedentes: & ex eis vel ex illis cõiunctæ fiunt, vt ſæpe dictum eſt.

D Signa cancri ſumuntur a ſubſtantialiter inhærentibus, vt a ſubſtantia dura labiorũ, & vlceris, a figura lata, rotunda, cauernoſa, & reuerſata, & ab efficientibus, & ab accidentaliter inhærentibus, ut a uirulẽtia horribili et fœtida, et tali, ꝙ nõ poteſt ſcriptura denotari. Sed qui uſi ſunt, ſtatim a longe eam percipiũt. Et cum hoc ſi lauatur cum lixiuio, efficitur cinericius & uiſcoſus. Et ultra cũ paruis corroſiuis irritatur, & eius augmentatur malitia, ut ponit Lanfrancus & Henricus. Iudicatur de cancro ulcerato, ꝙ iudicatum fuit ſuperius de non ulcerato. Et ultra hoc dicitur, ꝙ eius diuturnitas, & perſeuerãtia arguunt malitiam, & difficultatem eius magnam. Et propter hoc dicebat Albuca. ꝙ quando antiquatur, & eſt magnus, non oportet ut appropinquetur ei. Ego autem, ut dixit, non curaui aliquem, neq; uidi aliquem ante me, qui perueniret ad illud. Et ideo

Gal. in commẽto quibuscunq; in sexto aphorismorum, dicit ꝙ non cures cancrum, nisi ad magnam instantiam, & requisitionem. Amplius cancer, qui est antiquatus, & in membro habituatus, & qui est infiltratus in venis, neruis, & ossibus, & qui est absconditus, & in interioribus profundatus, & qui est in loco vbi non potest totus comprehendi, & qui est in persona debili, et timorosa: melius est quod pallietur quam si curaretur. Curati enim citius pereunt: nõ curati & palliati longum tempus perficiunt, vt in sexto aphorismorum in capitulo de non vlcerato cancro fuit allegatum. Et propter hoc dicebat Auicen. illud mirabile ꝙ de vlcerato efficiebatur nõ vlceratus aliquoties. Quia si curatur in vno loco, sæpe in alio mutatur. Vltimo iudicat Guilelmus de Saliceto, ꝙ cãcer est languosus morbus, quia quanto magis palpatur, magis indignatur. Quare consulit, ꝙ non nisi leuiter tãgatur, & ꝑpter hoc Noli me tãgere vocatur.

Cura cancri vlcerati duo habet regimina. vniuersale videlicet & particulare. vniuersale regimen tres habet intentiones. prima vitam ordinat. secunda materiam antecedentem euacuat. sed tertia membra interiora confortando adaptat.

Prima & secunda intentio complentur cum debito regimine, & conuenienti purgatione, de quibus superius in de apostematibus melãcholicis fuit dictũ.

Sed tertia intentio completur cum potionibus, & suspensionibus ad hoc probatis, & forte ꝙ magis facit cõfidentia quam proprietas. Et de his sunt omnes herbæ capillares, & præcipue citarac, et herba Roberti, & scrofularia: quæ propter hoc herba cancrosa nominatur, quæ sunt optimæ ad faciendum potiones. et centinodia laudatur ab Arnoldo. Et cancri fluuiales summę valent: & smaragdus, & sapphirus deportati valent ad cancrum, vt dicit Albertus. Theriaca, & carnes therorum summe conferunt, quia expellunt omnem venenositatem ad cutem. Regimen particulare duas habet intentiones secundum Gal. in commento præallegato, & secundo ad Glauconem. prima vt si est in loco possibili, totaliter eradicetur. secũda ꝙ si est in loco nõ possibili, quod pallietur, quæ loca superius, & in primo commento nominantur.

Modus autem extirpandi est duplex: vnus fit cum incisione, & expressione, et cauterizatione: alter sine incisione cum corrosione. In incisione caueas, ꝙ totus cum radicibus suis comprehẽdatur, & incidatur: alias nihil valeret, immo esset nouissimus error priore peior. Et post incisionem hinc inde exprimatur, ut sanguis melancholicus extrahatur, & post cum ferro ignito cauterizetur.

Secundo extirpetur cum corrosione, & mortificatione forti, quæ simul totum extirpet. Nã forti ægritudini fortis debet applicari medicina: iuxta doctrinam Hippo. primo aphorismorum. ad quod arsenicum sublimatum par non habet, vt supra in esthiomeno, & glandulis fuit dictum, & infra dicetur. Prima enim die dicit Theodoricus & bene, cancrum, lupum, esthiomenum, noli me tangere, fistulam, et omnes tales pessimos morbos occidit, & extirpat. Caueat tamen de loco, & quantitate: in utroq; enim modo semper defendatur locus cum vnguẽto de bolo. et post operationem, quam, ut dictum est, cognosces per loci inflationem, & per trium dierum stationem. mitigetur dolor, & procuretur casus escharę, vt di-

E ctum est de fistula. Mortificato cancro, quod cognosces per bonitatem carnis, & carentiam virulentiæ, & fœtoris: curetur vlcus more vlcerũ concauorũ.

### *De cura palliatiua.*

Quando autem cancer est in tali loco, ꝙ non potest totaliter comprehendi, vt qui peruenit ad interiora, aut est iuxta principalia mẽbra, aut in locis venis intricatis: vel æger est debilis, & non potest, vel timorosus, et nõ audet sperare curam, aut ex ipsius cura sequeretur peior ægritudo: tunc bonum est ipsum mitigare & palliare, & hoc cũ diæta, & purgatione & diuersione materiæ ad partẽ aliã, & infrigidare & desiccare ipsum cũ aqua solatri, et cũ unguẽto albo, de lethargyro, et de thucia, et plũbo vsto, & diapompholygos, & alijs mineralibus lo-

F tis, et aquis, et succis cãphoratis ductis in mortario de plũbo, & cũ ligatione laminæ plumbeæ, & alijs, quę dicta sunt in vlcere virulẽto, & in cancro apostemoso non vlcerato. Quantam autẽ uirtutem habet plũbum in dispositionibus cancrosis nouit ille qui nihil ignorat. Nonnulli vero palliant cũ herba Roberti, & scabiosa, cerfolio, caprifolio, tassobarbasso, puluere stercoris humani, & anethi combustorũ. Multi vero mitigant eius fraudulentiam, & lupacitatem cum pecia scarlati, & cum appositione carnium gallinarum. Propter quod dicit populus, ꝙ ob hoc dicitur lupus, quia in die comedit vnam gallinam, & si eam non haberet, comederet personam: quicquid sit talia temperata sunt, & si non prosunt, nocere multum non possunt.

## G Doctrina secunda de vlceribus prout insunt in membris compositis.

### *De ulceribus capitis, ut est talparia, & testudinaria.* *Cap. I.*

RVrsus igitur ad methodum redeamus, ostendentes quantum communis vlcerum cura permutatur secundum speciem in vnaquaque animalium particula. Quatuor enim sunt indicatiões, quæ ab his sumũtur, vt in doctrina. 2. tractatus apostematum fuit dictum, quæ licet secundum homiomeras particulas sint dictæ, nihilominus secundum organicas sunt dicendæ a capite incipiẽdo. Et qui bene vult perscrutari, inueniet ꝙ vltra intentiones communes

H dictas in sermone cummuni de vlceribus, est differentia specialis indicationum ipsius in prognostico, & modo curandi. Quãtum ad prognosticum, scimus ꝙ si vlcera capitis perueniunt vsque ad craneũ, & ad menyngas intrinsecas, vt in talparia, & testudinaria passione sæpe contingit: non modicum in operando infertur periculum maxime iuxta commissuras. Et ideo consulit Rogerius potius talem curam relinquere, quam opere prosequi. Et hoc considerans, vt superius dixi vna cum Lanfranco, in talibus plus consului palliare quam curare. Nihilominus Rogerius quantum ad modum operandi in casu in quo patiens affectaret, & requireret curam, pręcipit vt cutis tota radicitus separetur, & craneum infectum trapanetur & eleuetur, & a dura matre separetur: & post cum pannis & lichinijs in melle ros. infusis, & alijs au-

xilijs

xilijs mundificetur, & incarnetur, prout superius in de vulneribus capitis fuit dictum, & faciebat ita magister meus Bonon. & ego feci in illo Greco, qui fistulam, & corruptionem ossis in capite retro aures patiebatur. Iamerius autem qui talia in capitulo fistularũ reponebat: post trypanationẽ, & depurationem ossis talem puluerem consulebat. Reci. ranæ aquaticæ combustæ, vnc. 5. gallarum, saluiæ, & addatur myrrhæ, ana drac. ij. fiat puluis. & supra vulnus diapalma, aut emplastrum nigrum sufficit in hoc casu.

### De ulceribus faciei. Cap. II.

Facies secundum ꝙ continet multas particulas, diuersas habet vlcerum species. In genis, oculis videlicet, & auribus, ore & consimilibus. in primis dicendum est de his quæ in tota facie, & maxime in genis iuxta nasum venire consueuerunt.

### De noli me tangere.

Contingit sæpe post formicas & erysipelata mala, & alia vlcera, & pustulas male curatas in facie, maxime in lepore, genis, & labijs, accidere vlcus corrosiuum, serpiginosum, horribile, fœtidum, et virulentum qđ noli me tangere nuncupatur vulgariter: & est de genere cancri, ex cholera bis adusta, vt superius fuit dictum, generatum.

Signa sunt corrosio mordicatiua cũ ardore, & pũctura, uirulẽtia fœtida, et sordicies mala. Vnde eius eradicatio est difficilis, & cõtagiosa: dũ enim magis tangitur, magis multiplicatur: & ob hoc noli me tangere dicitur. et cum hoc facies, propter sui debilitatem materias faciliter recipit.

Cura eius vltra regimẽ vniuersale de dięta, & crebra purgatione dictis in apostematibus, et pustulis cholericis, et vlceribus virulentis est, ꝙ lauetur locus cum oxycrato, aut cum aqua aluminosa, et per aliquos dies attentetur: si poterit desiccari, & sanari cum vnguentis ad vlcera virulenta. Quia talis fuit intentio Iamerij: & si non possit, desuper apponatur in plagella linimentum Theodorici factum de succo linariæ, & plantaginis cum sale gemmæ. Et propter mordicationem circumcirca panni infusi in oxycrato, aut in succo alicuius herbæ frigidæ applicentur: et ter in die naturali remutetur per tres dies. Et post si morbus fuerit extinctus, & locus cum melle, succo apij, & farina hordei fuerit mundificatus: quod cognosces per carnis bonitatẽ, si incarnetur & consolidetur cum vnguentis vlcerum virulentorum. Si autem morbus non est extinctus, curetur ut dictum est de cancro vlcerato: sicut facit Rogerius & quatuor magistri. Attendendo ꝙ corrosiua, & cauteria caute ducantur: locus enim sensibilis est, & tenuis, & ossa spongiosa, & cartilaginosa, & faciliter alterabilia: ita ꝙ quando ab vtraq; parte perforantur, in perpetuũ non consolidantur, vt in sexto aphorismorum superius fuit allegatum. Et propter hoc ad ista extinguenda aqua fortis cum pecia securius adaptatur.

### De ulceribus, & cancrositatibus, uesicis ruptis, & eleuatione uueæ oculorum.

Quia vlcera oculorum vltra hoc ꝙ aliquando ꝑueniunt a vulneribus: utplurimum tamen ab apostematibus, exituris, bothoribus, & pustulis seu vesicis efficiuntur: pro tanto non est mirũ,

A si Iesus illa vocauit vlcera: Auicen. exituras: Azarauius pustulas. Et licet ipsi numerauerũt septem species eorum distinctas, uel secundum cortices cornee, vel secundum situm superficialem & profundum: nihilominus, quia nõ multum diuersificant intentiones curatiuas, de præsenti, vt consulit Lanfrancus, omittantur. Sed, si placet, comprehendantur omnia vlcera oculorum, vt quasi dictum fuit de ophthalmia in tribus speciebus, in paruis virulentis, in maximis & cancrosis, in mediocribus & sordidis. Quorũ quidem omnium causæ, (vt dixit Iesus) sunt humores acuti, mordicantes, qui fluunt ad oculos.

Signa vlcerũ oculorũ, sunt dolores, et lachrymarũ effluxiones, & ophthalmici rubores. Et quãdo aperitur oculus, si sunt in coniunctiua, pũctus apparebit rubeus. Si in cornea, albus & nebulosus. Vlcera autem coniunctiuæ sunt rubea: corneæ vero alba, propter ipsorum corpora, vt dixit Iesus, & Aui. ꝙ manifestat cornu nigri rasura. & hinc est ꝙ multi decipiuntur, ut dicit Gordonius, credentes ꝙ sit ab illa propter additionem, & applicando consumptiua deuastant oculum, & tamen est albedo: propter cauationem cornee. Iudicatur de vlceribus oculorum, ꝙ si malignantur, ducent ad disruptionem corneæ, & ad exitum, & eleuationem vueę: & per consequens ad oculi deperditionem.

B

Iudicatur etiam ꝙ ad vlcera sequuntur cicatrices albæ, indelebiles: eo quia cornea est membrum spermaticum: cuius consolidationes non sunt secundum primam intentionem. Sed per medium extraneum consolidantur, vt iam superius fuit dictum, & dicetur. Amplius multa iudicia vlcerum, cõmunium hic habent locum: quare ad ea habeatur recursus. Amplius consulitur operãti: ꝙ si cum vlceribus fuerit ophthalmia notabilis, rheuma, & dolor capitis: non fatiget patientem quousq; illa fuerint sedata. Amplius consulitur ꝙ antequam ista passio prosequatur, ad capitulũ de ophthalmia recurratur: quia in multis communicant intentiones vlcerum & ophthalmiarum.

C

Curatio vlcerum oculorum secundũ Gal. in quarto meamir, indiget hac eadem secundum genus, quę & alia vlcera: propter tamen naturã particulæ, oportet pharmaca esse immordacissima, mundificantia, replentia, & ad cicatricem ducentia, inter quę laudatur, quæ per thuciam, & consimilia lota misceantur ei, & succi non solum immordacitatem habentes, sed & uehementissimos dolores mitigare potentes: sicut est succus mandragorę. Sordidis vero existentibus miscere oportet aliquod abstersiuorũ, quale est cerotum cum aliquibus metallicis abstersiuis. Et quia talia vlcera in curando quatuor habent intentiones: pro tanto cura vlcerum oculorum quatuor habet intentiones. prima sit in vita: secunda in materia antecedenti, & fluenti: tertia sit administratio intentionis circa vlcus. sed quarta accidentium correctio.

D

Prima & secunda intentio complentur secundum ꝙ superius fuit dictum, ꝙ complentur in ophthalmia: hoc tamen addito ꝙ non iaceat, neq; dormiat super latus, in quo est vlcus, vt sanies non corrodat tunicas oculi, neq; clamet, neq; sternutet, neq; euomat. Omnia enim ista ducunt materias ad oculum: tota autem tua intentio sit diminuere, diuertere, & prohi

bere materiam rheumatizantem, vt non veniat ad oculum, & sedare dolorem.

Tertia intentio cõpletur, vt si pustula non est aperta, ꝙ distilletur in oculo aqua fœnugræci, aut meliloti: qa aperiunt vlcus festinãter, vt dicit Iesus, post mũdificetur vlcus cum hoc, quod lauat quasi abstergit saniem, velut distillatio syrupi ro. summe enim laudatur a Rabbi Moyse. 22. parte libri sui. Et post mundificationem, repleatur concauitas cum his quæ faciunt carnem nasci, vt est sief album, in quo est opiũ cum lacte mulieris, aut albumine oui, si dolor adsit. Si vero dolor fuerit repressus, utatur sief albo in quo est chimia, quod Auic. lubans vocat. Et sief de thure laudatur ad hoc in quinto therapeu. quoniam maturat, et mundificat materias grossas, ut dicit Iesus: quorum formæ, & receptę in capitulo ophthalmiæ, & in antidotario inuenientur: sief etiam de plumbo laudatur in fine, et ab Heben Mesue, Alcoatim, Azarani: replet enim, & consolidat vlcera oculorum: cuius forma recipitur a Rasi. Reci. plumbi vsti, antimonij, thuciæ ablutę, chalcucecaumenu: quod est ęs vstũ, gũmi arabici, dragaganthi, ana drac. viij. opij, drac. 5. fiant sief cum aqua pluuiali.

Sed quarta intentio completur secundum naturam accidentium. De dolore satis est dictum in ophthalmia.

*De ruptura corneæ, & exitu uueæ.*

Quod si propter corrosionem rumpatur cornea, et procidat extra vuea: ita ꝙ sequatur eleuatio: manifestum est secundum Gal. vbi supra, quoniam & propter seipsam, & propter illud quod procidit: repercussiuis, et stypticis indiget pharmacis, & bona strictura compressis, & ligatura. Et ad hoc est mirabilissimus sief de hæmatite: & ipsemet hæmatites cum albumine oui in cote fricatus: qđ Reci. lapidis hęmatitis abluti, drac. iiij. cerussę, climię, ana drac. ij. æris vsti, amyli, gummi arab. dragaganthi, opij, ana drac. i. fiant sief cum succo foliorum oliuæ. Et quandoq; est necesse quando eleuatio fuerit magna, stringere cum lamina plumbi. Et si ægritudo fuerit antiqua, de vno, aut duobus annis, non appropinques ei: quia non habet curam, vt dixit Iesus. Et si volueris oculum decorare, liga eminentiam cũ filo serico, & infrigida, & conforta oculum vsquequo cadat ipsa et filũ. De cicatrice et uestigio quod remanet post illa, inferius dicetur.

*De fistula in lachrymali domestico iuxta nasum.*

Fistula in lachrymali fit vtplurimum ex apostemate paruo dicto garab. qui ex humoribus malis nascitur ibidem, & maturando tantum tardatur ad aperiendum, quod sanies cõuertitur ad nitrositatem, & vlcerat locum, & indurat intrinsecas circumferentias, & corrumpit, & contaminat os ipsum. Et aperitur quandoq; ad exteriora: quandoq; uersus interiora oculi sub lachryma: & quandoq; ad vtranq; partem. Et quandoq; aperitur versus calamos narium: quædã est in carne: quædam in osse.

Causę eius sunt humores grossi, qui, ut dictum est, in longitudine, maturãtur in loco, & eũ corrũpunt, ad quã corruptionẽ sequitur debilitas: quare attrahuntur humores praui, acuti, nitrosi, ad locũ,

E & vlcus faciunt fistulosum.

Significatur fistula oculi ex apostemate quod præcessit, & ex duritie, & forma callosa, & profunda, & ex sanie serosa, & glutinosa, quæ exit per foramen, maxime quando comprimitur, & oculi sunt rubei, & ophthalmici, & tactu probe certificatur: quia si est in osse, sentitur asperitas: si uero in carne, mollicies & lenitas. Iudicatur quod fistula lachrymalis, est difficilis curationis propter carnositatis subtilitatem: & magis propter oculi propinquitatem: sensibilissima enim est particula.

Et sępe ita appropinquatur apertura de lachrymali, ꝙ rumpitur area palpebræ, & consumitur caro ipsius: quare in perpetuum fluunt lachrymæ, & locus non consolidatur, sed efficitur deformatus.

F Cura fistulæ lachrymalis duo habet regimina, vniuersale, & particulare. Vniuersale regimen dictum est in capitulo de fistula in communi.

Particulare regimen tres habet intentiones. Prima est repercutere, & resoluere, & maturare secundum sua tempora, et aperire apostema quãdo nõ est apertum. Secunda mũdificare quando est apertũ. Tertia mortificare fistulam quando est confirmata.

Primum completur prout de ophthalmia dictum est, cum repercussiuis & resolutiuis & maturatiuis. Et proprie maturatur cum emplastro facto de farina hordei, & conchylijs, croco, aloe, & myrrha confectis cũ opopanaco in aceto dissoluto: maturat enim, & per se rumpit apostema. Et si non aperitur per se, non expectetur maturatio, sed cum lanceta longa lachrymali aperiatur.

G Post autẽ apertionem venit secunda intentio, quæ completur facta bona expressione, & expulsione saniei, & lotione si est necesse cum aqua ruthę mellita cum tribus auxilijs.

Primum est Auicen. de lanugine arundinis inuenta in interiori parte eius, & proprie apud radicem: & congregetur tantum de ea, ꝙ possit impleri tota profunditas: & cooperiatur cum diapalma, aut cum aliquo appropriato emplastro: & remutetur bis in die. Et quando erit satis mundificatum, consolidetur.

Secundum auxilium est Rasis, ꝙ imponatur per foramen, collyrium factũ de thure, sarcocolla, aloe, sanguine draconis, balaustij, antimonio, alumine, æquales partes: & de flore æris quarta pars vnius partis: & cũ aqua pluuiali fiant sief. Et proprie dicit Auic. quando dissoluitur cum aqua gallarum, & inijciantur duæ aut tres guttæ: & iaceat ad partem aliam. Et bis aut ter in die remutetur; & sic per hebdomadam cõtinuetur. Istud enim collyrium est tantæ virtutis, ꝙ fistulam oculi sanat, vt dicit Rasis: aut ita retardat, quod videtur sanata.

H Tertium auxiliũ est Guil. de Sali. ꝙ elargato foramine, mundificetur cum vnguento viridi facto de flore æris, alumine, & melle: aut cum puluere asphodelorum: & post mundificationem cum consolidantibus sanetur. Et si ista non valent: accedat tertia intentio, quæ est mortificare fistulam: quæ elargato foramine, & certificato de fundo, vt dictum fuit de fistula in communi, completur dupliciter: vno modo per incisionem & cauterizationẽ: alio modo per corrosionem. per incisionem fit, quod cum lanceta forti, aut cum rasorio scindatur secundum rectum a lachrymali

lachrymali quantum est possibile elõgando, vsq; ad fundum. Et tunc impleatur uulnus cum tentis infusis in albumine oui: & in crastinum remutando inspiciatur os: & secundum quãtitatem contaminationis cauterizetur cum cauterijs claualibus, rotundis præcustodiendo oculum cum canula, vt Alcoatim, vel cũ pasta, vt Iesus: aut cũ cocleari argenteo seu æreo, vt Theodoricus. post cauterizationem sedetur dolor, & arsura, & casus escharæ, et exfoliatio ossis procuretur, ut est dictum in communi. Per corrosionem curatur, ꝙ imponatur tenta intincta in aliquo caustico, & præmuniatur oculus cum frigidis. Primus autem modus magis placet mihi, & Lanfranco: quia cauterium cum ferro melius mensuratur, quod non accedat ad rumpẽdum lachrymale quam cũ medicina. Et postquam erit mortificata fistula, quod cognoscetur, vt dictum fuit superius, curetur & consolidetur. Modum autem curandi, & perforãdi cum subula ad calamos narium non laudat Heben Mesi neq; ego in eo inueni effectũ. Nam satis cito post impletur foramen ossis: & nihil est quod currere possit ad nares: deriuatio autem materiæ ad calamos nariũ, quam laudat Arnoldus, cum caputpurgijs, est mihi dilecta. Et si non potest aliud fieri, palietur, ut dictũ est superius: & cum tali collyrio quod laudat Theodoricus. Reci. climiæ ablutæ, & sedenegi abluti, ana drac. ij. cineris fornacis in q̃ purgatur æs, drac. iij. myrrhe, aloes, memithe, croci, opij, ana drac. i. confice cũ vino, & administretur cum albumine oui.

*De ulceribus & polypo quæ fiunt in naso etc.*

Vlcera quæ fiunt in naribus: quædam sunt sine carne superflua: quædam vero cum carne superflua. Et quę sunt sine carne superflua: quędam sunt virulenta: quædam sordida: quædam vero corrosiua: & quæ sunt cum carne superflua, quædam sunt quorum caro est mollis, pendens, & quasi separata quæ apud Gal. dicuntur ozæna, apud Aui. allharbat: quædam sunt quorum caro est dura nõ separata, neq; pẽdens, sed adhærens, quæ dicitur a Gal. polypus, ab Auicen. cancer.

Causæ autem vlcerum nasi sunt humores acuti & putridi a capite descendẽtes, qui si propter adustionem adepti sunt grossitiem, germinant polypum. Si vero sine adustione, ingrossantur, per fricationem illam carnem mollem efficiunt. vnde Gal. in tertio meamir, ozænæ ex influxu humorũ acutorum, et putridorum fiunt. polypus grossorum humorum est germen. Dicitur autem polypus ad instar illius piscis sic nominati, quia multos habet pedes. Et ideo ab Auenzoar multipes nominatur: quia firmiter loco adhæret in quo est, vel assimilatur carni eius, vt dicit Gal.

Significantur istæ passiones aperiẽdo nares cum instrumento dicto speculum ad solem cum visu, vt dicit Halyabbas, & tactu: dicitur autem polypus secundum Auicennam, & Lanfrancum a carne illa superflua: eo quia caro illa est mollis, pendens, de colore & substantia pulmonis, indolorosa, non adhęrens, nisi secundum radicem: & vtplurimum venit post ægritudines catarrhosas. Polypus autẽ est durus, siccus, dolorosus, vmbrosus, horribilis, & fœtidus, venenosus, non pẽdens, sed firmiter naribus adhærens: & vtplurimum incipit per se a

A pustula cicerali, & paulatine augmentatur, & crescit vsquequo ad palatum perueniat. Vlcera nasi non sunt negligenda: quia ad polypum sunt via, vt dicũt omnes. Polypus enim ex toto genere est perniciosus, nam est de genere cancrorum absconditorum. Iudicatur ꝙ melius est non curare quam curare, vt dicit Hippo. Sufficit enim ei via blanditiua sine incisione, & corrosione, vt dicit Auicen. Caro autem addita cum qua nasus est tractabilis, & boni coloris, absq; timore curetur, vt dicit Brunus. Ex quibus apparet quod illa distinctio quam ponit Rogerius, et multi alij, ꝙ polypus quidam est curabilis, quidam non curabilis: non proprie accipit polypum: sed large, pro quacunque carne in naribus præter naturam exorta.

B Cura communis vlceribus & polypo supposita vita, & purgatione dicta superius in materijs acutis, & melancholicis est, secũdum Gal. vbi supra, siccare, & roborare caput: qualiter autem oportet roborare caput totum, vt nulla ab eo superfluitas in inferioribus partibus fluat vel influat: dictum est multoties supra in ophthalmia, & dicetur in rheumatibus oculorum. Et sequitur ꝙ postquã per illa feceris caput robustum, ad curam ozænæ, & vlcerum inuenies, intentionem habens siccare patiẽtem particulam per pharmaca permistæ virtutis repercutientis videlicet, & diaphorantis, vnde in quinto therapeu. Naribus vero multo quidem siccius q̃ oculis: minus vero quam auribus oportet esse pharmacum. Et propter hoc si vlcera sint virulẽta: vnguenta alba cum plumbo vsto sunt eis propitia: vt Halyabb. ponit. Si autem sint sordida & crustosa,

C lauentur cum vino, & melle decoctionis chamomillę, meliloti, nasturcij, ellebori, atque myrrhæ. Et si est necesse, cum lixiuio, deinde cum vnguento apostolorum mundificentur. & sic imponatur tenta de radice acori infusa diu in oleo iuniperi in quo scamonea fuerit dissoluta: optime mũdificat & sanat. Et vnguẽtum quatuor magistrorum est speciale in hoc, qđ fit de menta, agrimonia, oculo Christi, & berbena, tritis cum axungia porci. Et postea cum vnguentis albis dictis consolidentur.

Si autem fuerint corrosiua, cum medicamine Gal. in tertio meamir. quod Auicen. recipit de tribus generibus malorum granatorum austerorum dulcium & acidorum incipiendum est: fit autem secundum ipsum per hunc modum. Incidere ea oportet recentia & matura, & pistare diligẽter, vt exprimi possint

D succi ex eis: quæ reponere oportet in vase de piltro, vel de vitro: parum coquendo ipsum, si nimis est humidus: qđ uero relinquitur ex eis solidũ, et grossum, reiteratur fortiter, ut ex eo possint lichinia fieri, quæ in naribus ponantur: & quando illud in lichinijs faciendo erit consumptum, accipe de succo quem seruasti vtendo eo, vel cum penna, vel cum lana circũ apposita graphio. Approbate autem operatur prædictum collyrium.

Et si dictus succus desiccaretur: postquã esset puluerizatus insufflando posset apponi, & frequenter fiat, vt nunquam sit particula patiens sine ipso. Si autem istud non valet, recurrendum est ad trochiscos andaron, et calidicon, dissolutos cum vino dulci, aut aceto si passio fuerit dura: & post mũdificetur: vt dictum est, & consolidetur. Et si vlcera essent vehe-

mentis doloris, curentur cum unguentis dictis in qui
bus modicũ de opio ponatur. Et si ad esset caliditas,
oleum rosatum, aut nenufarinum præcepto Halyab
batis respiret, & supra, & iuxta nasum sandali, me-
mitha, portulaca, & similia cum aqua rosata, & ace-
to ponantur. Vlcera autem sicca, & rhagadiæ seu
fissuræ, cum cera, & medulla cruris vituli, & muci-
lagine seminis citoniorum, dragagãtho, oleo amyg-
dalarum curantur.

Caro autem superflua quæ est leuis non fraudulen
ta, neq; cancrosa, secundum Albuca. per istum mo-
dum inciditur. oportet ut facias sedere infirmum in-
ter manus tuas oppositum soli, & aperi nares eius: &
extrahe carnes ad exteriora, et incide qđ cõprehendi
sti cũ spatumine subtili acuto a parte vna donec scias
ꝙ tota caro iã est ablata. Q. si remaneat ex ea aliqd,
cuius abscisio non est possibilis, rade illud cum facili-
tate, donec non remaneat ex eo aliquid. Si autem do
minatur tibi sanguis, aut apostema: abscinde eam cũ
eo qđ scis. Et si non est tibi possibile incidere quod
est in altum in superioribus ossibus narium, quod co
gnosces faciendo sugere acetosum, aut aliquod tale
si non venit ad os: tunc intromittas sugendo per na-
res, & spuendo, vt faciunt pueri in scholis: aut cũ acu
plumbea filum nodosum vsquequo perueniat per
os: deinde serrando tantum ducas quousque caro
fuerit incisa & consumpta. Deinde extrahe filum,
& intromite cũ tenta vnguentum ægyptiacum quo
usq; fuerit consumptum qđ remansit. Et si cũ illo vn
guento liniretur filum, bonum esset. Nonnulli ve
ro vt quatuor magistri quando eis non est possibile
totum consumere vsq; ad radicem: scindunt nasum
in latere vsq; ad os: deinde incidũt illud superfluum,
& cauterizant: deinde bene & firmiter suunt. Ego ta
men non consulo ꝙ suatur quousq; fuerit securus, ꝙ
sanguis sit restrictus, & radicitus totũ euulsum: quia
ita parum nõ potest remanere de radice quin redeat:
& ita pro nihilo operatio esset facta. Et post renouan
do labia, vtiliter potest sui. Alij vero, ut Rogerius,
imponendo ferrum calidum per cannulam, carnem
illam incidunt. Ego tamen vidi sæpissime ꝙ illa cãnu
la sic caliditatem cauterij recipiebat, ꝙ patiens opera
tionem non poterat sustinere: et quando munitur cũ
pannis, est ita impedita, quod cum difficultate opera
tio perficitur. si autem patiens ferrũ calidum timue-
rit, iubet ipse Roge. stuellum, vel tentam intinctam
in ruptorio apponere. & post casum escharæ, vt cæ-
tera vulnera sanare. In omni tamen casu circumcir-
ca infrigidantia, & prohibentia, & sedantia dolorem
apponantur. Et tentæ plumbeæ cãnulatæ quãdo erit
necesse, imponantur.

*De fluxu sanguinis qui a naribus fluit.*

Scripsit Gal. in tertio miamir, ꝙ Heraclides Ta
rẽtinus thrombos auferens, primo
tentam inunctam cum lycio in aqua dissoluto, ad re-
stringendum imponebat, & apprehendendo narem
cum digitis ab extra sic cõprimebat quousq; restrin-
gebatur. vel thus, et alia auxilia quę ad plagas, in suc-
co polygoni: (& est virga vel bursa pastoris,) infu-
sum lichiniũ vngens imponebat. Cõfert etiam, vt di
cit, frontem infrigidare spõgijs in aceto acerrimo in-
fusis. Et partes capitis eleuatas tenere, & brachia, &
manus, & bubones, & testiculos, genua, & pedes cõ
E trahendo ligare, & fricare. Ita enim sanguis diuerti-
tur, & dimittit nares. Et dare in potu infrigidantia: &
nares pãnis oppilare frequenter, et in ore tenere aquã
frigidam pluuialem. In quinto. vero therapeu. non
laudat stypticantia circumcirca quousq; diuersio sit
facta: quia capiti nocerent aperte. Iubet enim ad alia
conuertere prius puta phlebotomia, vel ventosa in
hypochondrio, & occipitio, & fricatione, & ligatio-
ne talium, & extremorum.

*De alcola, & ulceribus oris.*

Vlcera quæ fiunt in ore, recipiunt easdem diuisio
nes quę ĩ naribus, hoc addito, ꝙ cor-
rosiua, quædam sunt in lingua: quædam in gingiuis,
quædam in osse mandibulæ: vnde sicut vlcerationes
quæ fiunt superficietenus in ore, Galenus nominauit
F in sexto miamir, aphthas: & Auicen. in tertio alcola.
Nonnulli uero in gingiuis cancrositates habentes qđ
caliditatis igneæ: ita & illas quæ in ossibus, fistulas di-
cit Cõitas: & quæ carnium sunt additarum, ficus, &
hæmorrhoides.

Causæ istarum passionum sunt tales, quæ & na-
riũ: nisi ꝙ in pueris vtplurimum
accidit propter lactis malitiam, & eiusdem malæ di-
gestionis.

Signa significantur ex visu & ex tactu, & ex co
lore iudicatur hu. ex quo
fiunt. rubedo sanguis. citrinitas cholera. albedo phle
gma. nigredo melancholia. Vlcera oris vtplurimum
succedunt pustulis, bothoribus, & apostematibus
quæ in ore fiunt. Iudicat Gal. vbi supra ꝙ vlcera
oris sunt difficilia: quia sunt in locis calidis, & humi-
G dis, in quibus citissime multiplicatur putrefactio, &
corrosio. Et cum hoc appositum pharmacũ nõ mul
tum potest manere in loco: profundantur enim sta-
tim a saliua.

Cura etiam quodammodo consimilis est eorum
quæ in naribus: nisi ꝙ phlebotomia
venarum linguæ, est eis multum iuuatiua, ut fuit di-
ctum in squinantia: & cum hoc propria habent phar
maca. In uirulẽtis autẽ bothoribus sufficiunt phar
maca quæ moderate siccant: sicut diamoron, & ba-
tifructus, & corticis nucum uiridium succus: &
cypressi poma ut in quinto therapeu. dicitur. Auicẽ.
uero addit lentes, sumac. Cõitas autem plantaginis
aquam, & ros. caprifolij, & consimilium. In putri
dis laudatur uinum mellitum, decoctio chelidoniæ,
cypressi, ciperi, mẽtastri, galliæ, croci, atque myrrhæ.
H In corrosiuis uero alumen, & uitreolum, unde Gal.
in sexto miamir. Ego autem in paruulis lentem cum
pauco pane, & medulla ceruina, aut uitulina do, &
fructus stypticos cum cibo eis permisceo: uelut sunt
cytonia, & mespila: aliquando de lactucis, endiuia,
portulaca administro: & facio eis colluere moderate
styptica: sicut sunt sumac & rosæ. Consequenter cos
cum diaphoreticis linio. In maioribus chalcanthum,
& uinum stypticum addo. Et si aphta fuerit sordida,
mel adiungo. Et si corrosiua, æruginem æris, & com
moderatum pharmacum cum oleo, & calidicon fa-
cio: sicut cerotum cum ærugine æris ulceribus conca
uis tempero. Si igitur huiusmodi ulcera corrosiua
& cancrosa fuerint, in gingiuis ipsis prius fricatis, &
expressis a sanguine malo, lauentur sæpe cum aceto
squillitico decoctionis foliorum oliuę: deinde linian
tur

tur cum tali medicamine. Reci. vtriusq; aluminis, salis adustorum, gallarum, psidię, cupularum glandiũ, cinnamomi, gar. aristolochiæ, saluiæ, ros. ossium dactylorum, tibiarum cancrorum adustarum, ana partem.i. puluerizentur: & cum aceto dicto, & melle misceantur: & fiat linimentum: aut in puluere applicetur in loco. Et si ista non valent, trochisci asphodellorum, aut calidicõ, siue andacaron, aut aqua fortis apponatur. Et si necesse fuerit, locus cũ cauterijs actualibus cauterizetur. Si autem ossata fuerit fistula in gingiuis, remoueantur dentes, & foramen dilatetur. Et si cum vna gutta aquę fortis, aut arsenici sublimati, & repressi non potest fistula mortificari: quantum erit possibile os discooperiatur: & quod corruptum fuerit, cum acu argẽtea, aut ænea, vt ponit Rogerius cauterizetur, & vt fuerit necesse, postea procuretur, & si nõ potest bene mundificari per partẽ superiorẽ, cõsulũt multi q cõtra aperiatur p inferiorẽ partẽ: difficile tamen est ad consolidandũ, propter saliuam: & quia apertura quæ ab intus, & extra non inuenit locum in quo appodiet se, sicut fundamentum in terra in primo prognosticorum. Verũ quia dolor consequitur ista vulnera, & impedit operationes, quæ in eis fiunt, præcipitur q sedetur cum oleo ros. intus, & exterius applicando. Gal. autem in sexto miamir, consulit oleũ lentiscinum cum retinetur in ore: repercutit enim intristanter absq; asperatione, & diaphoratim mordaciter. Quando autem dolor fuerit sedatus, & cancrositas & fistula mortificata, & conuenienter mũdata: tunc procedatur ad incarnandum, abluendo os cum vino, & melle decoctionis thuris: & cum linimento facto de aloe, myrrha, sarcocolla, mastiche, thure, sanguine draconis, & melle ros.

Carnem autem additam si dura & cancrosa est, non tangas curando, sed palliãdo. Si vero mollis fuerit, & bene tractabilis fuerit: incide eam, & cauteriza: si fuerit necesse: & secundum modum dictum in naso. Et si posses eam ligare cum filo circa radicem, esset via securior: propter sang. & infirmi timorem.

Fissurę labiorum corriguntur cum vnguẽto dicto in naso, aut cũ oleo qd' erit a nucleo nucis dũ cõburitur: applicatũ enim mirifice sanat eas, vt dicit Rogerius. Albu. vero si cũ his non sanantur, iubet eas vsq; ad profundũ cũ paruo cultellari cauterizare: & postea eas curare, donec sanentur.

*De ulceribus aurium.*

Vlcera aurium easdem distinctiões, causas, & signa habent, quæ & nariũ, et oris: pharmacis tamẽ indigẽt siccioribus, in quinto thera. ut euidenter declarauit in ulcere, qd' curabat quidam sapiẽtissimus Thessalinus. vnde ĩ tertio miamir, quęcunq; quidem recẽter patiũtur vlcera aurium, et sine dolore, curat glaucium, quod est sief memithe, solũ tritũ cũ aceto: & quæ vocantur a medicis diamyrrha & diacroca. Quę vero cũ dolore trochis. Andromachi. Si vero hęc comitantur: scoriam ferri cũ aceto liniens vtplurimum in sole, aut in igne cum sartagine vtere cõfidenter. Si igitur auris indiget lotione: lauetur cum oxymelite, aut cum vino, & melle, & aqua ferrata. Si fistula est, aut caro addita: procedatur vt superius est dictum. In omni tamen casu, sedetur do-

A lor: sicut supra de apostematibus fuit dictum.

*De ulceribus quæ in collo, & per consequens de his, quæ in dorso.* Cap. III.

Vlcera quæ in collo, & quæ in dorso fiunt, nõ habent ab alijs diuersitatem nisi in prognostico: quia sunt periculosiora, ppter venas, & arterias, & neruos, & vias aeris & cibi. Et quæ sunt in dorso, periclitantur propter nucham.

*De ulceribus quæ sunt in omoplatæ, & brachijs.* Cap. IIII.

Vlcera istarum particularum nullam habent diuersitatem ab vlceribus aliarum particularũ: nisi in prognostico, & modo ligandi: de quibus satis

B fuit dictum in cura vulnerum ipsorum.

*De ulceribus quæ sunt in pectore.* Cap. V.

Vlcera quæ sunt in pectore, quæ non penetrãt, curãtur, vt alia. Quę vero penetrant, in genere fistularum reponuntur: ad quæ vt dictum est, non ualet curatio. Sufficit enim q pallietur. Cura enim palliatiua, aliquando fit curatiua. Et est supposito bono regimine, vt superius de vulneribus pectoris fuit dictum: si consideretur q materia congregetur intus, & cadat, & impediat membra anhelitus, & q possit per illum locum expurgari, elargetur foramẽ, si sufficiens non est ad imponendum cãnulam clysteris cum tenta de gentiana bene ligata, vt non cadat intra. Et postea mundificetur inijciendo melicratum, vt docet Gal. sexto therapeu. aut vinum mellitum:

C aut aliquod de lauamentis dictis in cura vulnerum pectoris, ad quam pro ista materia est recurrendum. Et desuper ponatur mundificatiuum de melle cocto: aut de his quæ trahunt materiam a fundo, & ab vlcerum concauitatibus, dictis in vlceribus cauernosis: ad quæ etiam pro ista est recurrendum. Præter quam in hoc q medicinę acutę velut est flos ęris, in istis ulceribus non inijciantur. Si autem non posset expurgari conuenienter, aperiatur inter quartam & quintam costam: prout in illo capitulo fuit dictũ. Et procuretur illud vlcus cum vnguento apostolorum, aut aliquo mundificatiuo: vlcus antiquum superius consumpta callositate fistulari cum cauterio consolidari permittatur. Potiones in isto casu sunt laudatę de quibus copiam superius habuistis, vnam tamen approbat Henricus quam vidit per quendam

D magistrum administrari: & multos curare, quæ fuit de radicibus cardonis fullonum trita, & cum melle mista, data mane & sero in quantitate nucis communis. Vnde Auerrois ĩ quinto Colliget carsof. i. cardo fullonum est calidum in secũdo, siccum in tertio. mũdificat omnem putredinem per vrinam, cocta cum vino, & remouet ascellarum, & a toto corpore fœtorem. & generaliter habet resistere a tota specie omni putredini: & est medicina cibalis & saporosa.

*De ulceribus uentris.* Cap. VI.

Vlcera vẽtris quæ nõ penetrãt, curãtur ut alia. Quę vero penetrãt, in genere fistularũ reponũtur, ad quę parũ valet curatio. Sufficit enim, vt palliẽtur cum bono regimine, & conuenienti potione, &

mundificatione cum emplastro mundificatiuo, & consolidatiuo.

*De ulceribus ancharum, & partium eius.* Cap. VII.

In anchis aliquoties sunt vlcera in membris continentibus: aliquoties in contentis: quandoque uero in membris procidentibus, vt in virga & oscheo & ano: vlcera vero quae fiunt in membris continentibus, eodem modo curantur vt vlcera ventris. Quę vero in membris fiunt contentis, chirurgorum non sunt speculationis. Quae autem fiunt in procidentibus, vt in virga, et in matricis collo, sunt excoriationes, calefactiones, vlcera virulenta, putrida, & corrosiua, & cancrosa. In ano rhagadiae, vlcera, fistulae. In vtrisque haemorrhoides, carnes additae, ficus, & condylomata.

Quorũ causae sunt humores mali corrupti, & apostemata, & vulnera male curata, fricationes, & tactus inordinati.

Signa autem eorum visui & tactui sunt manifesta, & instrumentum dictum speculum secundum Auicen. ad hoc multum iuuat. Iudicantur per Gal. in nono miamir. & per Auicen. in tertio, ꝙ ulcera istorum membrorum, sunt difficilia. quia sensibilissima sunt hec membra: ac etiam superfluitatum exitus, quę per seipsa, & maxime cum cholera mordaces sunt, & cum hoc medicamina apposita, non habent tempus sufficiens: quia facillime cum extractionibus cadunt, & cum hoc sunt calida & humida ab aere protecta, ad quae festinat putrefactio, & additur quod propter verecundiam non monstrantur, quousq; fuerint malignata. Et deteriora sunt illa, vt dicit Auicen. quae fiunt in lacerto qui est in radice virgę, & in ano, & quae profundantur interius, ꝙ̃ sint in manifesto.

Curatio. vlcera sine phlegmone in pudẽdo et ano secundum Gal. in fine. 6. therapeu. cataplasmate mollificatiuo nullo egent: sed pharmaco cicatrizante non tali, sicut alia vlcera: sed intantum siccius in virtute, inquantum sunt & hę particulę sicciores carne. & quae sunt apud balanum seu glandẽ plus quam circa totum pudendum, quod quidam decredens coactus vti talibus in tribus diebus sanatum est vlcus de quo fuit magis dolens, quam admiratus: eo quia praua fuit nutritus haeresi dogmatum: propter quod si fuerit sola excoriatio & calefactio, sufficit lauare cum aqua ros. & plantaginis, & ad vltimum cũ aqua aluminosa, & ponere vnguenta alba maxime camphorata: aut corticem bugiae siue balaustiae: aut fungum bdegaris puluerizata: & exiccare cum pannis delicatis. Si autem fuerint vlcera recentia virulenta, et quodam modo corrosiua: in his aloe sola bonum est pharmacũ. Et assimilatur ei plumbum vstũ, clymia abluta cum vino, & thucia, lithargyrus, & cerussa: & fortiora his aes vstum, & pini cortices, & lapis haematites. Et medicamen compositum a Gal. cõsuetum: quod fit per chartam de pãno combustam, alumẽ combustum, & cucurbita sicca adusta. Et medicamen Auicennę ad ea expertũ, quae indigẽt exiccatione vehementi cum incarnatione. Reci. thuciae, aloes, sarcocollae, thuris, lapidis haematitis, corticis

E cannae combustę, gallarum, balaustiarum, acatię: puluerizentur: & cum oleo rosato fiat vnguentum. Et si vlcera fuerint versus partem interiorem virgę, praecipit Auicenna ꝙ praedicta cum iniectorio intromittantur.

Si autem fuerint antiqua, & putrida & cancrosa: lauentur, & epithementur cum collyrio tali: quod Lãfrancus ponit in parte. Reci. vini albi lib. i. & aquę plantaginis, & aquae ros. ana quartam. i. auripigmenti, drac. ij. floris aeris, drac. i. terantur subtilissime, & misceãtur cum aliis, et fiat collyrium. hoc enim mortificat, desiccat, & sanat. Et fortius illo sunt trochisci asphodelorum, & aldacaron, & arsenicum non deficit. Si autem fiãt maligna, ita ꝙ locus denigretur: tunc melius est vt penitus locus niger abscindatur, et post cauterizetur: & cum aliquo caustico maxime ar
F senico ponendo inter viuum & mortuum, vt dictũ fuit de esthiomeno, separetur. Et post loco mundificato, caro generetur, & consolidetur. Si tamen in istis vlceribus fluxus sanguinis accideret: cum pulueribus & auxiliis restrictiuis communibus, aut cũ illo quatuor magistrorum facto de alkanna, & filtro cõbusto, & de plumis gallinae combustis, non poterat restringi thrombis omnibus bene remotis, ponatur arsenicum: quia non fallit, duntaxat ꝙ cadat supra venam apertam, in quo casu si medicamina non poterant super locum attingere, praecipiunt praefati magistri incidere pellem: & tunc auxilia applicare. Qđ ego facio inuite: quia male postea consolidatur, & praeputium cadit, & congregatur: & facit tumorem sub virga quod est valde taediosum: propter quod Iudęi circuncisi ab huius poena sunt securi. Nihilominus
G secundum Gal. in decimo therapeutices qui non habeat nisi vnam viam, licet sit fallax, velit vel nolit, oportet ꝙ transeat per illam. In omnibus casibus intendatur ad dolorem, & ardorem cum populeone, cum succo solatri misto cum pauca farina hordei, aut cum albumine ouorum, & oleo violato, vt ponit Rogerius: & si sanguis non dubitatur, cum balneo decoctionis maluarum & similium. Et prohibeatur materia cum vnguento, de bolo armeno, & infrigidando partes vsque ad inguina cum oxycrato, & succis frigidis: & vt propter apostemationem non claudatur foramen virgę, ponatur in eo tenta de cera vel de panno delicato, & ligetur locus, & sustentetur cum sacculo & ligamento.

Rhagadiae autem & ficus quae veniunt in virga et matrice, et carnes super
H fluae, curãtur vt quae in ano, de quibus dicetur infra.

Grossities quae sub virga efficitur propter incidere praeputium, ligetur & incidatur: & post, si est necesse, ꝑpter hęmorrhagiã cauteriçetur.

Foramina quae veniunt in praeputio, & in virga per vnde saepe venit vrina, male consolidantur in sexto in alio. 26. aphorismorum.

Curatio. quia communiter ad haemorrhoides sequitur fluxus, & vlcera, immo sunt vlcera, & fluxus, aut causae ipsorum, vt innuebat Gal. sexto aphorismorum: pro tanto dicetur de ipsis in hac doctrina.

Haemorrhoides sunt tumores & inflationes dolorosę, generatę ex fluxu humorũ in capitibus venarũ haemorrhoidum.

hæmorrhoidũ. Et propter hoc bene dicebat Lanfrãcus, ꝙ hæmorrhois erat nomen commune membri & ægritudinis. In ano autem terminantur quinque venæ, quæ hæmorrhoides nuncupantur, vt in anotomia fuit dictum. Et passio & membrum sic dicitur ab hæmorrhois græce, quod est fluxus sanguinis latine, quia ab illis sanguis exit: & expurgatur saltim vsque ad capita venarum, & saluatur quantum ad surdas: aliquando naturaliter, aliquando præter naturam: loquendo de naturali secundũ quid, non vt in fluxu menstruorum, qui simpliciter ad salutem totius speciei ordinatus est, sed partis vt in corporibus melancholiam habentibus. Nã illa præseruat ab ægritudinibus multis, non obstante ꝙ Gal. dixit in sexto de accidenti & morbo, ꝙ omnis fluxus sanguinis est præter naturam. menstruorum commensuratorum supple excepto. Intellexit enim hoc in tertio eiusdem libri aperte dispositionis non naturę regulariter operantis, & sanguinem malum expellentis. Hæmorrhoidum multæ sunt species & differentiæ: quædam enim sumuntur ex parte materiæ, quædam ex parte loci, quædã ex parte annexorum. Ex parte materiæ sumuntur differentię: quia ab omnibus humoribus excepta cholera possunt fieri. morales fiunt a sanguine grosso. verrucales a melancholia. vesicales a phlegmate. vuales ex mediocribus humoribus. Et nominantur ita a similitudine rerum a quibus sumũt nuncupationem, vt habetur ex dictis Auicen. in tertio canonñ. sui.

Ex parte loci quędã sunt manifestę, quędã occultę. Ex parte annexorum, quia quædam sunt surdę nõ fluentes, quædam autem sunt apertæ, & fluentes.

Causa hæmorrhoidum secundum Rabbi Moysen dicitur abundantia sanguinis grossi melancholici vtplurimum: vt raro tamen aliorum secundum ꝙ dictum est: in naturam tamen melancholię approximatorum. Ingrossantur enim, & aduruntur humores ex malo regimine: dein de sua ponderositate ad inferiora descendunt: & replent uenas illas, quæ sunt in margine ani, & calefaciunt & dolorant, ex quibus inflantur, & crepantur, & faciunt fluxũ. Et eas excitant malę materiæ acutæ, currentes ad locũ: aut acutæ medicinæ, velut aloe & scamonea, & cõsimiles istis, vt Hebẽ Mesue dicit etc.

Signa hæmorrhoidum habentur per visum et tactum, & ad hoc multum iuuat instrumentum dilatatorium speculum dictum: maxime in occultis, quia cum ipso aperitur, & dilatatur anus.

Hæmorrhoides consueuerunt sequi dolores, & grauitates ancharum, & dorsi, & faciei coloratio mala. Et vtplurimũ veniunt periodice de mense in mẽsem: vel de quarta anni vel de anno. Iudicatur ꝙ si currrunt moderate, conferunt, & bene ferunt: & tũc non sunt restringẽdæ, quia præseruãt corpus a lepra, mania, strãguria, & ab ægritudinibus melancholicis. Si autẽ superfluant: et nõ conferant, restringãtur: quia male tolerat patiens: & adducunt hydropisim, aut phtisim. Et in hoc sequitur documẽtum Hippo. 6. aphorismorum. Hæmorrhoidas antiquas habenti sanari, nisi vna relicta fuerit, periculum erit hydropisim, aut phtisim fieri. Iudicatur etiam, nisi cito occurratur dolori hæmorrhoidum, cito apostemãtur, & cito apostema ad fistulam conuertitur.

A Regimen hæmorrhoidum est duplex: vniuersale & particulare. Vniuersale regimẽ habet tres intentiones. vna est in vita, ꝙ non generetur sanguis grossus melancholicus, secunda est in materia antecedenti. ꝙ si generata est, domestice expellatur. tertia est in potionibus, & antidotis proprie talibus ab intra datis, quæ eas desiccant, & sanant.

Primum completur cum debita administratione sex rerum non naturalium, & trium eisdem annexarum. Quas pertractare exquisite esset longum, alterius enim speculationis est. Et cum hoc magister Arnoldus & Rabbi Moyses multa & diffusa dixerũt de ipsis: sufficit quantum est de pręsenti, scire ꝙ secundum Rabbi. 14. sunt cibi a quibus debent caueri patientes hæmorrhoides: videlicet acetum, fabę, lentes, gryssæ, caules rubei, dactyli, pisces grossi, carnes bo-
B uinæ, & caprinę, & sallitę, carnes auium aquaticarũ, capita animalium, caseus antiquus, panis açymus & male coctus, sal, & omnia acuta salsamenta: & omnia quæ dicta fuerunt superius in apostematibus melancholicis. Et cũ hoc sũme caueat a cõstipatione vẽtris.

Secundum completur per acceptionem interpolatam diacatolicon aut diacasia, aut pilularum de bdellio, quæ secundum Rasim, Re. myrabolanorum belliricorum, chebulorum, indorũ, ana drac. iiij. serapini, drac. iij. nasturcij, drac. ij. liquiricię rasæ, drac. i. bdellij, drac. xv. cum succo porri, fiant pilulę, dosis sit drac. ij. vsque ad. iij. verum Auic. dicit ꝙ non conferunt in non habentibus periodos.

Tertium completur cum tali electuario probato. Re. myrabolanorum indorum, belliricorum, emblicorum lauatorum cum aqua buglossæ vsquequo di-
C miserint eorum amaritudinem, drac. v. radicis tassibarbassi, drac. ij. çinçib. cinnamomi, galãgę, nucismuschatæ, olibani, ana drac. i. ameos, spicæ, squinanthi, ana drac. 5. scoriæ ferri præparatæ & coctæ cum aceto, vnc. i. penidiarum lib. 5. panis çuccari lib. ij. aut plus, si fuerit delicatus, fiat electuarium.

In regimine particulari hæmorrhoidum secundũ magistrum Arnoldum duo intẽduntur. primum est si nimis fluant, quod restringantur. secundum est ꝙ dolor pro toto posse sedetur.

Primum completur cum tribus. primo ꝙ vitẽtur acria & acuta, & inflammantia, vt ira, coitus, & exercitium forte: Et ꝙ vtatur delectabilibus, stypticis, nõ ante cibum: sed post, propter ventris constipationẽ, vt sunt pira cocta, & similia, amylũ, & rizum, ac hordeũ tunc sunt electa, & pedes, et auriculę porcorũ, et
D vinum grossum, & stypticum, & aqua ferrata.

Et si fuerit ęstas, potest uti mane et sero syrupo ros. aut myrtino, & citoniorũ miua. si vero hyems, laudantur sibi in ieiunio radices trypherũ, aut radices tassibarbassi coctæ in syrupo ros. & hoc est secundum.

Tertiũ est vt applicẽtur exterius styptica aliqua, uidelicet in ęstate fiat sacculus ex tribus partibus ros. et vna myrtilloru m, & bulliant vnico feruore in aqua: deinde exprimatur, & supra applicetur. In hyeme uero saluia con qua ssabitur, & fricetur cum multo oleo ros. & in sacculo ponatur, & applicetur, aut desuper ambobus sedeatur. Rasis tamẽ in restringẽdo pręcipit administrare trochis. de charabe cum sumac. Et super hepar ponere emplastrũ de spica in capitulo de debilitate hepatis positum. Præcipit etiã hic Auic. ꝙ fiant ventosæ in spatulis, & applicentur intus, &

extra lichinia de pilis leporinis, & tela araneæ, & puluere facto ex aloe, thure, sanguine draconis, balaustijs, & consimilibus incorporatis cũ albumine ouorum. Et atramenta sunt, quæ retinent sanguinem incisionis, vt dicit ipse.

Secundum ꝙ intenditur completur cum mitigantibus dolorem. mitigatur enim dolor secundũ magistrum Arnoldum multipliciter, secundũ ꝙ a multis causis causatur: quandoque enim causatur propter sanguinis euacuandi retentionem, quandoque propter excrescentiæ impulsionem, quãdoque propter earum inflationem, quandoque propter siccitatem & duritiem egestionum: quando autem causatur dolor propter sanguinis retentionem. Mitigatur dupliciter, vno modo ad perfectam curam: alio modo ad remedium tantum.

Cura vero perfecta est, vt causa doloris abscindatur perfecte, quod fit, si sanguis qui superfluit, sensibiliter euacuetur: & per illas partes maxime per quas natura consueuit: & adhuc conatur euacuare scilicet per hæmorrhoides. Et ideo festinandum est, vt illę aperiantur. Et hoc fit tribus modis. vnus est cũ phlebotomo vel lanceta. alius cum sanguisugis appositis cum canna. tertius est cum medicinis. Et melior medicinarũ est foliũ ficulneæ, quod debet prius vna pars cõteri cum alia quousque lac effluat, & postea cum eis fricentur hæmorrhoides, donec aperiantur. Et eodem modo fricantur cum rotulo cepæ: aut aloes succotrinum cum felle bouino superponatur. Aut secundum Auicen. sumantur pulpæ colocynthydos, drac. iij. amyg. amararum, drac. iiij. fiant ex eis lichinia longa, & retineantur in ano: & sint hęc de quinque in quinque horis. Si vero tardatur apertio, est consilium Arnoldi, ꝙ aperiantur venæ quæ apparẽt grossæ, supra dorsum pedis, & de vtraq;, vnc. iij. sanguinis extrahantur. Et si de illa nequit fieri, consulit fieri de basilica. Ad remedium faciẽdum sunt in proposito calefactoria mollitiua, quæ suauiter & insensibiliter detumescere faciunt, superfluitatem sanguinis resoluendo. fiunt autem hæc calefactoria secũdum eundem Arnoldũ duobus modis: vno modo ut medicinę coctæ in aliq̃ olla sub sella perforata ponãtur, et sedẽdo in sella recipiatur vapor per inferiora. Alio modo vt medicinæ cum aqua decoctionis earum ponantur in gandali vel concha, & sedeatur ibi: vel immergatur spongia in illa aqua, & exprimatur, vel fiat sacculus, & applicetur. Medicinæ vero quæ bullientur in aqua, erunt folia linguæ canis, vel maluarum, vel bismaluæ. M. ij. violarum. M. i. meliloti, parietariæ tantundem, fœnugræci, lib. 5. Rasis autem ad hoc laudat cepe album coctum, & tritum cum butyro vaccino, vt mollefiat: & tepefactũ superponatur. Auicẽ. laudat melilotum, & lentes excoriatas coctas, & cum vitello oui, & oleo rosato mistas: & quandoque vt dicit, ponitur diachylon mollificatum cum oleo rosato aut adipe anatis cũ aliquãtulo croci, & opij. Halyab. facit emplastrũ de chamomilla, meliloto, porro cõmuni, radicibus bismaluæ cuiusque fasciculum, et trita in aqua fortiter, decoquere iubet donec dissoluantur: postquam in mortario terantur, & oui vitellus super misceatur: deinde farinæ fœnugræci, seminis lini, bdellij in adipe gallinę calefacti, semis partem, misceantur, & terantur omnia, & fiat emplastrum, & sit molle. Rabbi Moyses

E dictat butyrum coctum, et despumatum ductum ad solem in mortario de plumbo quousque nigrescat, & est valde mirabile: vt dicit in sedatione doloris, & vocat hoc succum plumbi. Et si miseretur oleũ chrysomelorum in quo resolutum esset bdellium, fieret gratum Auicen. Et axungia gallinæ, & anatis in hoc casu ab omnibus conceduntur. Guilelmus de Saliceto dictat vnguentum ad hoc, quod Reci. olei ros. vnc. iiij. cerussę, vnc. i. lithargyri, vnc. 5. cerę, drac. ij. opij, scrop. i. corticis mandragorę, drac. 5. fiat vnguẽtum. Ad vltimũ, si dolor est nimis infestus: succurrendum est cum probata medicina Alexandri, quæ mihi in tenasmis, & ad omnes dolores ani multos honores dedit. Et Lanfrancus etiam idem inuenit, vt dicit, quod Re. thuris, myrrhæ, lycij, croci, ana partẽ. i. opij, partes duas. terantur et conficiantur cum vitel-
F lo oui, & mucilagine psyllij, & oleo ros. et fiat linimẽtum: de quo inungatur lichinium, quod ponatur infra, & plagella ab extra.

Quando autem dolor causatur propter excrescentiam, si sint vuales quæ ex retentione generantur sanguinis, proficiunt remedia prius dicta. Si sunt verrucales, proficit vitellus oui cum oleo violaceo agitatus in æstate: in hyeme vero cum oleo amygdalarum, aut butyro, aut aliqua mucilagine misto. Si morales, exiccatiua sine mordicatiõe prosunt, velut puluis factus de folijs tassibarbassi, vel plantaginis, vel radicis cannarũ adustæ adiunctis cerussa & lithargyro, et cum istis eisdẽ potest fieri vnguentum qui vult. In alijs etiam & in istis si non mitigantur, oportet ire ad earum ablationem. Veruntamen si antiquæ sunt, semper vna debet remanere aperta, propter docu-
G mentum dictum, quod conuenienter potest fieri cũ aloe misto cum vno ficu super ipsam applicato, & cum hoc in regimine semper debet esse sobrietas. Et non auferantur omnes insimul, sed successiue: & est magis dilectũ magistro Arnoldo, vt auferantur paulatim cũ suauibus corrosiuis, qualia sunt ea quæ sunt de natura salis, ut sal gemma, & sal nitri, fæx vini adusta, incorporata cum melle. Nõnulli, vero, vt Rasis, Auicẽ. & Halyab. acuta medicamina, vt trochis. diabardich, quod est de viridi ęris, & calidicon, apponere præcipiunt. Rogerius vnguentum ruptorium cũ capsula apponit desuper. Auicen. vero & Albucasi & Bruno cũ secta sua magis videtur placere, ꝙ cum ferro calido vel frigido incidantur. Et si essent occultæ: docent eas cum ventosa, aut cum conamine exprimendi extrahere, & eas cum digitis vel panno ca-
H pere, & tenere quousque operatio sit completa. Ipsi etiam vna cum magistro Arnoldo docent eas cum filo ligare, & continue taliter stringere quousque per se cadant.

Quando autem dolor fuerit propter inflationem earum, tunc secundum Arnoldum sufficit quod lauentur cum aqua tepida decoctionis seminum frigidorum cucumeris, cucurbitæ, & portulacę, & liniantur cum albumine oui, & succis vel aquis frigidis, & mucilagine psyllij: vel inungantur cum populeone seu cum ceroto Gal. Quando autem contingit dolor propter duritiem fæcum: vtatur rebus lenitiuis, & detur in principio prandij, vnc. i. de casia fistu. In actu etiam assellandi immergantur inferiora in aqua decoctionis maluarum: & inungatur anus cum oleo rosato tepido, & hoc est probatum.

De

### De ficu quæ fit in ano

Ficus, atrices, & cōdylomata, quę in ano, virga, et matrice fiūt: sic curātur, ut ponit Theodoricus, cum millefolio, parietaria, cum pauco sale pistata, & quotidie apposita ligentur, & incidantur, & vrantur cū cauterio actuali, vel potentiali, vt de hæmorrhoidibus fuit dictū. & dolor sedetur: sicut & illorum sedatur.

### De fistulis quæ fiunt in ano.

Fistulæ quæ fiunt in ano, quædam sunt penetrantes infra spatiositatem intestini longaonis: quædam vero non sunt penetrantes, sed tendentes ad alia loca. Et quæ penetrant ad intestinum, quædam profundātur vltra tres digitos versus medium musculorum ani: quædam penetrant citra versus marginem ani. Illæ vero quæ nō penetrant ad intestinum, sed tendunt ad alia loca, quædam incedunt in carne ancharum, & marginis exterioris ani: quædam versus ossa ancharum, & caudæ versus vesicā, & radicem virgæ. hæ enim sunt differentiæ, quæ faciunt diuersitatem in opere.

Causæ istarum fistularum sunt quę aliarum, apostemata videlicet, & hæmorrhoides, et vulnera male curata: quando enim sanies permittitur in locis illis calidis, & humidis, citæ putrefactionis, vltra debitum stare, corrodit illa, & alterat, et facit sinum & fistulas.

Signa fistularum istius loci sunt præcessiōes causarum dictarum, & durities, atq; nodatio, & ingrossatio, quæ accidit prope anū. Et quandoque aperitur, quandoque clauditur, a qua exit virus aquosum siue serosum. Significatur esse profunditatis cū proba de plumbo, aut de radicibus petroselini, vel de costa maluæ seu præuenchę. Signum autem ꝙ penetrāt ad intestinum, habetur per exitum fæcis, & ventositatis per foramen fistulæ, & cum proba immissa per ipsum foramen fistulæ, & digito pręparato per rasuram vngulę, & inunctionem cum aliquo vnctuoso immisso per anum, quando se adinuicem absque medio obuiabunt. Significatur ꝙ est in corpore musculorum, per priuationem operationis ipsorum, non enim sufficienter possunt continere fæces, neque digitum stringere immissum per anum. Signum ꝙ tendit ad vesicam, habetur per nocumentum vrinandi. Q; vero incedat ad partes ossium, proba manifestat. Iudicatur per Auicē. quem in hoc sequitur Lanfrancus, ꝙ si fistula ani nō magnum facit tædium, dimittatur & teneatur munda cum pannis lenibus, & cotono suaui, & lauamentis, & collyrio Rasis dicto ad fistulas oculorū, & emplastro nigro, nam eius cura est multum tędiosa. Et forte ꝙ patiens propter ipsam non minus uiuet: immo siue forte magis: cū ipsa stet in loco hæmorrhoidum, & est velut emunctorium. materia enim emunctoriorum naturalium vel factorum ex naturæ assuetudine absque graui periculo, non potest prohiberi. Propterea vult Albucasis, ꝙ fistula, quæ penetratur ad vesicam, & ad ossa ancharum, & caudæ, non curetur: quia curatio earum non est nisi labor infirmorum, & fatuitas stultorum medicorum. sufficit enim eam palliare. Infiltratæ enim & ita profundatæ sunt cum illis particulis, ꝙ nequit homo venire ad radicem. Amplius est intentio omnium, ꝙ fistu-

A la penetrans supra medium musculorum ani, non curetur: eo quia peior ægritudo quæ est exitus inuoluntarius egestiōis, sequeretur: Melius ergo est ꝙ pallietur. Cęterum fistula quæ non penetrat, sed incedit in carnem iuxta anum & anchas, & quæ penetrant non multum elongando ab ano, potest curari sine timore, vt dicit Rasis.

Istæ fistulæ sicut & aliæ, duplex habent regimen, vniuersale, & particulare. vniuersale dictum est superius in capitulo de fistula in communi. Particulare dicendum est hic.

Cura igitur fistulę nō penetrantis, sed in carne incedētis, curatur elargato foramine cum tēta de de gentiana per incisionē cauernæ, & cauterizationē cū cauterio actuali, vel potentiali, ut dictū est de alijs: nisi ꝙ iste locus ꝓpter eius naturā indiget maiori in-
B frigidatione & prohibitione ꝗ̄ alia. Brunus autem & Theodoricus magis cōmendāt in ista fistula cauteriū actuale quam potentiale: est enim in vltimo iuuamēto, & non adducit materiam in loco. Penetrantes autem fistulæ secundum Rasim non sanantur: nisi cū ligatione, & extractione cum falce: deinde curantur, vt dicit, cum medicamine incarnatiuo. Et causa est secundum Brunum & Theodoricum, quia aliter illę humiditates, quæ congregabantur in cauernositatibus, non poterant euacuari, neque desiccari: immo ipsæmet fæces adunato foramine, eas expurgant, & mundant. Modus autem ligationis secundum Albuca. est ꝙ per foramen fistulæ intromittatur acus plumbea in capite: cuius sit chordula cerissina de tribus, aut quatuor filis: postea cum digito præparato intromisso in ano plicādo caput ipsius acus ducatur
C per anum, & extrahatur extra acus, & filum remaneat, & ligetur stringendo qualibet die taliter, quod totum illud spatium a transitu fistulæ, vsque ad anū sit incisum. Et tunc super ipsum mitigantia dolorem sunt apponenda. Et si patiens non potest attendere dolorem, tunc consulit Rogerius ꝙ ligetur in capite fili paruum bindellum de panno linitum cum aliquo corrosiuo, & extrahendo filum seu chordulam, dimittatur bindellus, et ligetur, non tamen stricte: tunc desuper apponantur mitigantia ardorem. Modus incisionis cum falce est, ꝙ extrahatur cum chordula immissa extra quantum erit possibile intestinum cōprehensum per ipsam chordulam: & post intromittendum instrumentum positum ab Albucasi bene scindens, totum illud quod comprehensum est cum chordula scindatur: ita ꝙ chordula expediatur. Vel
D aliter secūdum magistrum meum intromittatur per foramen chordulæ instrumentum, quod est curuatum, & cauatum ab vna parte: & desuper cum cultellari ignito totum comprehensum incidatur, sic ꝙ chordula, & instrumētum expediantur. Inciso quod apprehendebatur cum chordula de intestino, & viuificato foramine innaturali cum naturali, mundificato loco ab eschara si qua fit: incarnetur locus cum fomentatione vini, & vnguento apostolorum, & emplastro nigro, & puluere incarnatiuo, si est necesse, vt dicebat Rasis. Nō obstante ꝙ Brunus, & Theodoricus volunt ꝙ post incisionem, oportet ꝙ fistula mortificetur, & callositas illa destruatur. Ad nullā.n. necessitatē video ꝙ ꝓficiat remotio callositatis, īmo expedit ꝙ remaneat, & procuretur maior: Tota.n. intentio debet esse post incisionē, ꝙ totū foramē co-

rietur, & cicatriçetur, sicut est intestinum, vt superfluitates non cadant super carnem nudam, & dolorem inferant in ea.

*De rhagadijs.*

Ad rhagadias quæ in ano, virga, & matrice: supposita diæta remollitiua, confert fomentare locum cum aqua decoctionis maluarum, & radicis eius, atque seminis lini. Et inũgere cum vnguento Rasis, quod suscepit Lanfrācus. Re. olei rof. vnc. iiij. ceræ, vnc. iij. cerussæ, vnc. 5. plũbi usti, drac ij. amyli, dragaganthi, ana drac. i. opij, cāphorę, ana drac. 5. albuminis ouorꝝ quinq; nũero. fiat unguẽtũ.

Ligaturæ istarum partium sunt plurimum ad tenendum medicamina: & fiunt in passionibus ani, & inguinum cum brachali, & binda pẽdente bifurcata. In bursa testiculorum cum eossa. In virga cum sacculo ad brachale ligatis.

*De ulceribus coxarum, tibiarum, & pedum.* Cap. VIII.

VLcera quæ in istis particulis fiũt, vt in alijs, neque alium modum curandi specialem habent quam alia, excepta ligatura, quę in coxis incipit in genu, in tibia super cauillam: & indigent maiori quiete propter promptitudinem descendendi humores ad ipsas. Bene tamen est verum, ꝙ cancros qui in huiusmodi particulis fiunt vulgus, & etiã Rogerius in coxa lupos vocat: In tibijs vero cangrænas: Lanfrācus vero esthiomenos vocat. Et facit differentiam inter ipsas, & malum mortuum, quæ est fœtida scabies, de qua dicetur infra. Non est tamen curandum de nominibus: vt sæpe dixit Gal. Quicquid sit, si talia vlcera cancrosa non curantur cum aqua aluminosa, & plantaginis: vt supra dictum est: placet mihi ꝙ, vt dicit Lanfrancus, cauteriçentur totaliter cum cauterio cultellari: & cum ipso eorum forma rotunda reducatur ad longam, vt citius consolidetur: & post mitigetur ignis cum ouo, & oleo rof. & maturetur, & mundificetur eschara cum emplastro de apio: & defendatur locus cum vnguento de bolo, vt semper est dictum. Si vero os fuerit contaminatum, & super ipsum aliqua eminentia apparuerit: consulit Rogerius ꝙ munitis circunferentijs cum aliqua pasta, vel panno cerato, vel diachylon, vel aliquo emplastro frigido adhærente, caro superposito impleatur de aliquo caustico: & stet a mane vsq; ad sero vel ecõuerso. Et postq; caro fuerit denigrata, & mortificata: ad extinguẽdum ignem desuper ouum cum oleo rof. si vis appponatur: & procuretur cum butyro, et caulibus pistatis, ꝙ caro mortificata cadat. Et postquam ceciderit: os abradatur, & remoueatur quousque remaneat mũdum. Et si est necesse, cauterizetur & tractetur, vt supra dictũ fuit, de osse corrupto. Et post vti cætera vlcera curetur: in casu tamen, ꝙ totum os esset mortificatum, & tabefactum, dimittatur: quia incurabile est, vt dicit. Caue tamen de quantitate corrosiui seu caustici, quia pericula vidi: a quibus nos liberet omnium Deus liberator. Amen.

E Incipit liber quintus de algebra, & extensione, & restauratione ossium fractorum & dislocatorũ. Cuius sunt duæ doctrinæ,

Doctrina prima est de restauratione fracturarum.
Doctrina secũda de restauratione dislocationum.

## Doctrinæ primæ sunt octo capitula.

*De restauratione fracturarũ uniuersaliter.* Cap. I.

FRactura ossis, idest catagma, vt dictum fuit superius in de ossium vulneribus, apud Gal. in sexto therapeu. dicitur secundum linguam Græcorum quęcunque solutio continuitatis facta in osse. F Secundum autem linguam nostram dicitur solutio in osse facta, non a quacunque re, sed a contundente, vt vera sit prima differentia solutionis ossis, ꝙ quædam est incisa: quædam contusa: non accepta a causa efficiente, sed a dispositione derelicta propter verba Gal. in quarto therapeu. A causis enim procatarcticis seu primitiuis tanquam a non entibus nõ suscipitur indicatio curatiua: sed solũ significatiua. sola vtique dispositio derelicta, & natura particulę sunt principaliter illa quæ curam iudicant: dispositio vero includit essentiam rei, & sua accidentia seu dispositiones consequentes. Et secundum hoc dicitur ꝙ fractura quædam est simplex, quædam composita: simplex secundũ Gal. in capitulo pręallegato, quædam est virgalis seu trãsuersalis, quædam est scissuralis seu G longitudinalis. Et quælibet istarum, vt dicit Lanfrancus, quædam est completa in qua rotunde frangitur totum os: quædam incompleta in qua non frangitur nisi medietas, aut aliqua pars sola. Et iterum quælibet istarꝝ, quędã est ęqualis et plana, quędã inęq̃lis, squirrosa, & frustulosa. Et adhuc quęlibet istarum, quædã est in osse uno, quędam in duobus associatis. Composita vero quędam est cum vulnere, quędam cum dolore, quædam cum apostemate, quædam cũ equitatura, & nodatione ossis male consolidati: & sic de alijs. Quæ autem sumũtur a natura particularum, secũdum Albucasim, quędam sunt in osse nasi, quædam in osse mandibulæ, quædam in furcula, quædã in brachijs: & sic consequenter. A talibus enim differentijs sumuntur intentiones curatiuæ.

H Causæ fracturarum sunt quę et aliorum vulnerũ, omne quod aptũ natũ est cõtũdere & frãgere ossa, vt est casus, & percussio.

*Signa & iudicia.*

Signa autem fracturarum secũdum Halya. octauo sermõe partis primæ dispositionis regalis sensui patent. fractura quidẽ si manus fiat proxima, & tangat membrum fractũ, partes inueniet ossis adinuicẽ separatas variasq;, & membri figuram inęqualem. Et secũdũ Rasim & Aui. palpando cũ manu, crepidatio auditur in osse. Et dolor dũ tangitur, & impotentia sustinendi, super hoc attestatur. Et causæ quæ faciunt fracturam ad hoc dant iuuamentum, vt dicit Auicen. Verum in longitudinali non inuenitur grossities naturalis in substantia ossis, vt dicit Lanfrancus, sine pręsentia aliorum, vt dicit Rasis. Est tamen

tamen ibi dolor: & quædam inæqualitas. vt ostendit sensus. Alias autem differentias ostendit sensus, et pręsentia singularum. Iudicatur per Auicen. vltra indicia data superius in de vulneribus ossium, ad quod capitulum in multis pro ista materia est currendum, Q; fractura transuersalis integra, malæ pręparationis est: quia cum difficultate remanēt ossa secundum cōtinuitatem naturalem: & ideo sæpe in ipsa accidit ossium superequitatura: & maxime quando est in vnico osse non associato, vt in coxa: vel in ambobus associatis. Amplius fractura quæ est prope iuncturã, difficilis est: quia male potest ligari, & vtplurimum in ea motus remanet difficilis & durus. Præterea fractura cum dolore & apostemate & cassatione carnis & frustulis, est mala: quia non potest bene restaurari, quousq; illa fuerint correcta: fractura autem cũ vulnere & disruptione etiam est difficilis: quia oportet dimittere foramen pro vulnere præparando: & bindæ & hastellæ deficiunt: quare male potest membrum in sua æquatione seruari. Fractura autem quanto magis moratur ad restaurandũ, tanto deterior est: quia induratur & implentur spatia aliena substantia: & ita in restauratione indiget magna extensione. Magna autem extensio suspecta est ad spasmum, vt ponit Auicen. Amplius fracturæ diuersificantur secũdum spatium & terminum in quo morantur ad conglutinãdum & sanandum: vt craneum in. 35. diebus: os nasi in. 18. diebus: costa in. 28. & sic de alijs, vt dicetur infra. Et ætas etiam in hoc addit, & minuit, vt Iamerius dicit. Præterea inquit Auicen. & Halyabb. in nono sermone secundæ partis: quod causæ, quare ossa retardantur ad consolidandum, sunt multitudo embrocationis cum aqua calida & mutatio crebra, & in motu festinatio, & sanguinis uiscosi paucitas: aut nimia strictura prohibens membrum nutrire: aut frustorũ ossium præsentia. Et propter hoc dicit Aui. ꝙ restauratio cholericorum & conualescentium, & etiam senum, minoratur: immo dicit Albu. & Iamerius ꝙ in decrepitis nō fit restauratio. Et de illis quę significant restaurationem membri, est æqualis compositio ad socium sibi comparē comparata, & delicia, et apparitio sanguinis, quem expellit natura cum studio ad fracturam. Et ideo dicitur inflatio membri sine magno dolore post præparationē primã, et deinflatio post tempus reparationis, est bonum signum.

Curatio generalis fracturarũ sequitur intentiones generales vulnerum superius in de vulneribus dictas. Et prout habetur à Gal. in sexto thera. & ab Auic. in primo & quarto, Quatuor sunt principales intẽtiones. prima est ossis ęquatio. secunda ipsius æquati conseruatio. tertia est cum poro ligatio. & quarta est accidentiũ correctio. Verum anteꝗ̃ procedatur ad ostendendum quomodo dictę intentiones complentur: pręmittantur sex documenta, quæ sunt necessaria ad operatiões pręfatas.

Primum documentũ est, ꝙ ante oĩa præparentur necessaria ad reductionem. primo locus aptus. secundo ministri conuenientes. tertio albumina ouorũ in bona quantitate, & oleum ros. & pãnus infusus in eo magnus secundũ quantitatem membri fracti. quarto filũ, & bindę tres latæ & longæ secundũ membrum, de vna aut duabus brachiatis, in oxycrato infusæ, & expressę. quinto stupatæ leues bene & ęqualiter factę secundũ quantitatem membri, infusę etiam oxycra- A to, & expressę, vt consulit Rasis. sexto hastellæ planæ et leues de abiete, uel de ligno a vaginis spatharũ, aut de cornu, aut de ferro siue corio lōgę secũdũ mẽbrũ ad tres uel q̃tuor digitos ultra fracturã, ut dicit Albu. & plus, si est necesse: dũtaxat ꝙ nō tangãt, neq; offendãt iuncturam: grossiores in medio ꝗ̃ circa extrema: tot quot sunt necesse ad inuoluendum totum membrum: de vna tamen ad aliã digiti vnius sit latitudo: & ꝙ cooperiãtur de pãno, & liniantur cũ albumine oui. septimo ꝙ si est necesse, habeãtur cãnuli cũ chordula ligati singulariter tot quot sunt necessarij secundũ longitudinẽ membri, & cum chordula ligētur hastellæ: & cũ cannulis voluēdo stringatur ad sufficiētiam. & postea per omnes cannulos virga parua intromittatur: vt reuolutionē et stricturã suã non perdant. octauo ꝙ habeatur cunabulũ aut suspensoriũ: B in quo mẽbrũ firmiter et plane situetur. nono lectus de almatracijs, in quo iaceat. & si est necesse, sit perforatus, ad assellandũ. decimo chorda pendens supra lectum: aut aliud ad appodiandũ & iuuandum se cum voluerit assellare, aut se erigere, & gyrare.

Secundũ documentum est de ęquatione ꝙ in tempore æquationis sint duo ministri: & vnus teneat, & trahat membrum ab vna extremitate: et alter ab alia directe, vt eminentię non frangantur. Et si cōuenienter cum manibus non possunt extendere membrum fractum, ꝙ circũ ĩmittant laqueos vel organa qualia Hipp. nos docuit, vt vbi supra dicit Gal. Organa autē illa credo sint corni lignei cũ columnis sicut dicit Albu. aut facti ad modum spingularũ, vt habebat ille de limello: & extenso membro cum manibus magister tractando ipsum secundũ longitudinem cũ fa- C cilitate ducat ad contrarium, quæ egressa sunt exemplo vtentibus eo ꝙ sanũ est, vt vbi supra dixit Gal.

Tertium documentum est ꝙ conseruatio quæ fiet per ligaturam, & per situationem, fiat faciliter & indolorose. Eliget, inquit Gal. vtiq; quis extendere, & plasmare, & superligare, & deponere secundum modum, & figuram indolorosissimã. Nihil enim est causa magis destructionis membri ꝗ̃ dolor qui peruenit ex strictura, & inepta repositura. Et aduerte ꝙ ex hoc multa membra vidi esthiomenari & corrumpi: de quo etiam Rasis operantē incantat. Ligatura enim quę quidē remissa est, non tenet ossa: quę vero fortiter est restricta, dolorem operatur, & vitam nō permittit venire in membro. fiat ergo mediocris. terminus autem eius est bona toleratio, vt dicit Rasis: & dictum est supra. Tres autem bindas cōsulit Hippo. in D ligando fracturam. prima enim de loco fracturæ ascēdendo, quæ est materiei descensus prohibitiua. secunda a dicto loco descendendo quæ est materiei expressiua. custodiunt igitur simul, & roborant quod fractum est: & absq; phlegmonięatione seruant istę duę primę bindę, vt dicit Gal. multis inuolutionibus cōtinentes fracturam versus sanum: quãtum fuerit necesse super possidentes: non tamen sufficiunt: nisi sit tertia quę ad custodiam spleniorum, idest plumaceolorum fuit adinuenta: vt autem non phlegmonięet, iubet vti ceroto: loco cuius oleum ros. ponitur. si tamen fuerit cum vulnere, austerum & nigrum vinũ. Et est consilium Rasis, ꝙ circa diem septimam strictior ligatura incipiatur, in principio tamen & fine laxior fiet timore apostematis a principio: & vt melioretur nutritio in fine. Apta enim situatio dupli-

citer præparatur, vt ponit Gal. vno modo ex cōmuni intentione ꝙ sit indolorosa: alio modo ex natura particulæ & consuetudine: & concordantur isti modi adinuicem: quia naturalis & consueta figura particulæ indolorosa est maxime. Et de hac positione sum me incantant patientem, ꝙ caueat eam. Et ob hoc inuenta sunt cunabula, & suspensoria, & instrumenta mechanica ad firmius & tutius tenendum ipsa.

Quartum documentū est ꝙ a principio apponantur hastellę leues, aut aliquę loco earum nō ad restringendum, sed solum ad sustinendum vsque ad diem septimum: quando transiuerit tempus apostematis: & tunc ponantur hastellæ bonę, & sufficientes ad restringēdum & sustinendum, & continuentur vsque ad finem, ꝙ porus sit bene firmus: & non fiat festinatio in remouendo, vt dicit Auicen. Vnde Gal. in sexto. Appareāt uero iam omnia modo nihil impediat phlegmone libera, ac quam pro naturali habitu nōnunquā magis gracilia, tūc licebit ferulas circūponere & soluere ex maiori interuallo: ante vero quando phlegmōes dominabatur ittēio, licet supple esset bonū ad sustinēdū ponere, tñ nō erat tutū eas premere.

Quintum documētum est de tempore remutationis ꝙ remutatio non fiat, si constat ꝙ fractura sit bene rectificata, & nihil sinistrum contingat, vsque ad 10. vel. 15. vel. 20. dies, quanto enim tardius soluitur. tanto melius, dicebat Rasis. Si autem dubitaretur de rectificatione, infra septimum diem vel. 10. remutari potest: quia adhuc non generatur porus. Et si aliquid est ad rectificandum: tunc potest rectificari. Si autem accideret dolor, aut apostema, seu pruritus, infra tertium diem fiat remutatio: & ita voluit Auicen. vnde Gal. vbi supra. verum litera est intricata, & forte in exemplis Græcorum male inuenta: quia illud solueretur intra acus est negatiue. Soluere autem iubet Hippo. per tertium: si fastidium, aut pruritus, aut trāspirationes male detentæ particulæ innascantur. Si vero illa nō fuerint: non licet soluere frequenter, sed expectare. Vnde post principium, ac uero & post septem non licet soluere plurimum, nisi particula indigeret extrahere ichores. vel si porosatio nō fieret bene: quod cognoscitur circa tempus prædictum: & tunc est soluendum: & ita intellexit Brunus, & Theodoricus, & omnes practicantes.

Sextum documentum est de generatione pori: qđ postquam incipit generari, uersus. 8. diem regimē ingrossetur. renutricare enim dicit Gal. oportet corpus cibarijs euchymis & nutritiuis: ex quibus generari cōsueuit humor non solum benignus, sed etiam viscosus. ex quo oportet magis generari porum, velut dicit Aui. vt est risum, & frumentū coctū cum aqua, & pedes, ventres, et capita animalium decocta, & vinū stypticū, grossum. Et caueat ab omni eo quod subtiliat & adurit sanguinem, sicut vinum subtile, allia, atque cępe, & sinapis, & species, ira, & coitus, & similia. Vnde Rasis. oportet in eis regimē subtiliare a principio per aliquot dies: & vino nullo modo approximare præsumant: & ventrem solui, & phlebotomari, si fortes fuerint, vt prohibeatur apostema: postꝙ autem erit securus de apostemate, ad regimen quo consueuerat vti, reuertatur.

Expeditis documentis veniendū est ad prædictas quatuor intētiones quomodo in summa cōplentur.

Prima quę est ossis æquatio, completur cum debi-

E ta membri extensione, & ossis depressi eleuatione, & eleuati depressione indolorose quousꝙ capita ossiū ad naturalem situm reducantur.

Secundum completur cum bona & decenti ligatura et appodiatura. Et licet modus apud diuersos sit diuersus: quia aliqui immediate super fracturam vngunt, & ligant vsque ad quintum vel sextum aut septimū dies, non hastellant. nōnulli immediate a principio emplastrant: & numerum plumaceolorum de stupata, vt Theodoricus: aut de pannis, vt magister Petrus de Argentina applicant: & desuper ligant, & hastellant. Et vtrobique periculum: quia dormiēdo membrum posset torqueri. Et supra tot plumaceolos debita non potest fieri ligatura.

Ego tamen mediando plus vere ad modum Gal. Albuca. Auicen. Halybba. declinando iuxta documenta prius data, istas duas intentiones cum tribus ordinibus compleo. In primis respicio vt conseruando dolor sedetur. In secundo conseruando, ut porus generetur. Et in tertio, vt conseruando membrum confortetur, & ad suos actus reducatur.

F

Primus ordo sic completur, ꝙ fractura æquata dū adhuc tenetur membrum extēsum per ministros cū ligamento longo lato secundum naturam membri: vt immediate, vt Rogerius, aut mediante aliquo panno, aut leuissima stupata, vt Lanfrancus, duntaxat ꝙ non sit adeo grossa ꝙ impediat decentem ligaturam infusa in mistura albuminis ouorum, & olei ros. incipiendo super fracturam descendendo & ascendendo de parte sana satis capiendo: plus tamen supra fracturam stringēdo, plane & indolorose ligetur. Et desuper ligaturam filtrum, aut pannus duplicatus, aut

G stupata infusa & expressa quæ comprehendat totum membrum, vt hastellæ non offendant ipsum, suatur, & apponātur desuper hastellæ de ligno, aut de corio secundum naturam membri factæ cū stuellis aut bindello ligentur: & ad quiescendum in loco firme tranquillo cum suis appodiamentis situetur. Et in crastinum patiens si est necesse & possibile phlebotometur: & regimē subtile sibi iniungatur. Et de uentre in primis diebus, præcipue si fractura in membris fuerit inferioribus, non curetur: et non remutetur usque ad 10. uel. 15. dies: nisi fractura fuerit male pręparata: aut aliud occurrat quod instet. Et tunc post tertium uel quartum diē dissoluatur, & reparatis reparandis, ut prius pręparetur, & ita completur primus ordo.

Secundus uero completur ꝙ post. 12. uel. 15. diem quādo materia pori incipit uenire, qđ percipitur per

H sedationem doloris & aduentus apostematis, & per bonam membri colorationem, & ligaturam: dissoluatur: & membrum cū aqua calida lauetur. Et si aliquid est ad reparandum, reparetur: & emplastrum factum de farina uolatili, & pul. rubeo cum albuminibus ouorum extensum in panno desuper apponatur, & ligetur: & omnia alia fiant vt in prima præparatione: nisi aliquantulum plus stringatur: & ab inde regimen ingrossetur. Et si est necesse uenter leniatur: & ita remutetur de septimo ad nonū, aut plus quousque os sit bene cum poro ligatum: quod scitur per tactum, & deinflationem, & tempus suæ firmationis aduentum.

Et tunc incipiendus est tertius: & est de tertio in tertium membrum cum uino salito decoctionis rosi. & absinthij in uase arboris quercus lauetur: & cum bona

bona stupata infusa in illo vino, & expressa cum dua bus aut tribus hastellis ligetur: & tunc membrum ad operatiões solitas: paulatine, et caute reducatur: & in fine si est necesse, cũ dialthęa, et oxycrato dulcoretur.

Sed quarta aut quinta intentio completur secundum ꝙ accidentia occurrunt: vt si est dolor aut apostema ante omnia: immo si esset ligatum, dissoluatur: & cum lana & oleo & aceto & alijs conuenientibus remedijs sedentur: & nõ ligetur, neque hastelletur, nisi ad sustinendum membrum, & tenendum medicamina, quousque fuerint sedata. Et tunc ad præparandum redeatur prout dictum est. Si autem pruritus superuenerit, dissoluatur ligatura, & cum aqua sallita membrum embrocetur, aut cũ vnguento albo, aut populeone inungatur, & ligetur vt prius.

Si vulnus fuerit factum a principio aut post propter extrahere frustula, ipsis extractis, suatur, vt dictum fuit in de ossium vulneribus supra, ad quod est recurrendum pro huiusmodi fracturis: &, ut dictum est, præparetur. Et quãdo faciet saniem, foramen per vnde possit vulnus mundificari quando erit necesse, dimittatur. Si fuerit porus paruus, cum fricationibus, & embrocationibus, et emplastris piceis, & laxa ligatura nutrimentum ad locum trahatur. Si nimius, cum lamina plumbi & ligatura constringatur. Si os fuerit male consolidatũ, & fuerit recens de. 6. mensibus, mollificetur cum balneo & emplastro de bismaluis & consimilibus per. 15. dies, vt dicit Iamerius: & extẽdendo cum vittis ab vtraꝗ parte impinguendo cum genu refrangatur, & incontinenti ęquetur: &, vt dictum est, præparetur. Et multoties est possibile ꝙ leniendo orosbot æquatur fractura, cum eo quod scis, inquit Auicen. in quo pondus cum pallula vidi vtile. Si autem fuerit antiqua, & porus induratus, iuxta consilium omnium peritorum dimittatur: melius enim fuisset illi sapienti de quo loquitur Halyab. in tertio techni, viuere cum sua claudicatione, quam in talibus tortoribus mori. Verum si multum infestetur, et aliter non potest fieri, consulit Aui. ꝙ incidatur caro, & orosbot fricãdo separetur. Si fuerit attritio, & timetur membri corruptio, scarpelletur: &, vt dictũ est, de esthiomeno, regatur. Et si remanserit duricies, curetur, vt in sexto de arthretica, & passionibus iũcturarum, & in antidotario dicetur. De trãsuersalibus sufficiãt. De longitudinalibus eodem modo est procedendum. premere autem oportet magis eas secundum fracturam, & pellere intus magis illud quod abscessit, vt dicit Galenus.

### *De speciali reductione fracturæ cranei, ossis nasi, mandibulæ, ossium capitis, & faciei.* Cap. II.

DE cranei fractura & de naso dictũ est superius in tractatu tertio de vulneribus. In fractura mandibulæ conueniunt omnes Halyabbas, Albuca. & Auic. ꝙ si fracta fuerit, cum digitis tuis positis infra os patientis reducatur ad schema suum: quod cognoscitur quando dentes partis sanæ coniunguntur cum dentibus alterius directæ: & tunc ligatis dentibus infirmis alijs sanis cum filo bene cerato, aut de argento vel auro apponantur: & desuper auxilia dicta in communi sermone: & desuper loco stuparum plagellę de pãno multiplicatæ: & post hastellam de solia corij. Et ligetur ligatura incipiẽte retro collum, & veniente supra mandibulam, reuertendo sub auribus

A retro. caput reducendo ligetur in fronte. Et si sint necessarię plures reuolutiones, fiant per eũdem modũ, donec ligatura bene fuerit firma. Cibaria sua sint sorbilia, ne ipsum grauent in masticãdo. Tempus autem suæ firmationis est fere. 28. dierum secundum Auicen. & Albuca.

### *De fractura colli & spondylium dorsi.* Cap. III.

INquit Paulus, ut dicit Auicẽ. & Halyab. idem affirmat, ꝙ ossibus spondylium raro accidit fractura, sed plurimum attritio. licet contrarium dicat Albuca. Verum Paulus & Halyabbas intellexerunt in rotunditatibus ipsorum. Albuca. vero in alijs eorundem. Quicquid sit, si nocumentum peruenit ad nucham & neruos procedentes ab ea, producunt ad paralysim, vt dicit Albuca. manuum, si superiorum: pe

B dum, si inferiorum. & aliquando sequitur mors, vt dicit Auicen. quare oportet vt præmittamus sermonem in perditione. Et si accidit egestionis inuoluntaria egressio, aut non potest mingere quando desiderat: scias ꝙ est mortale, vt dicit Albuca. Non ergo labores in curatione eius. Si vero nõ accidit aliquid ex illo, curatio eius erit in sedatiõe doloris & apostematis cum oleo ros. & vitellis ouorum assatis: & sedatis illis pone super ipsos aliquid de emplastris confortantibus et desiccantibus, et stringe locum cum ligamento. Et præcipe infirmo quietem & situm super partẽ in qua minus dolet. Si vero frangitur postremum ossis caudæ, intromitte pollicem manus sinistræ in anum, et ęqua os fractum cum manu altera, secundũ ꝙ fuerit possibile: deinde pone super ipsum emplastrum, & hastellas, & stringe cum ligamento.

C

### *De fractura furculæ, & ossis spatulæ, seu omoplatæ.* Cap. IIII.

FRactura furculæ pectoris aliquando est ad exteriora, aliquando ad interiora: & quæ ad exteriora, est facilis reductionis: quæ vero ad interiora, difficilis. In illis quę ad exteriora non oportet nisi modicum trahere humerum, & fracturam premẽdo intus ducere, & auxilia dicta ponere, & stupatam: aut pannos plicatos, & hastellam de sola duorum digitorum in latitudine, & octo in longitudine: & ligare ligatura longa transeundo sub titillicis, in quibus fit pila de lana, aut stupis: & toties voluatur quousꝗ locus fuerit bene firmatus: & suspẽdatur brachium ad collum & quiescat. Et uideatur continue, id est quotidie ꝙ ligatura non relaxetur, & semper refirmetur,

D vt dicit Albuca. Si autem fractura fit ad interiora, applicato genu in medio spatularum, vt faciebat magister meus Bonoñ. trahantur fortiter humeri ad posteriora: & tunc cũ manu reducatur fractura, vel extendatur patiens ad terram, vt Auic. & retro scapulas ponatur puluinar seu carellus rotundus, aut gibbosus: et premantur ad terrã fortiter humeri: & tunc cum manu reducatur fractura. Et si nõ reducitur, vnge manum, aut corium cum aliquo visco, ut fit de costis: & violenter eleuando manum, aut corium, reducatur. Et si faceret nocumentum anhelitui, & ꝙ aliter non posset fieri vel reduci: capiatur caute sine hoc ꝙ disrumpatur siphac cum vncino: & trahatur extra, vt fit in extrahẽdo ossium frustula, & emplastretur, & ligetur, & sustẽtetur, vt dictũ est supra. Tẽ-

pus suæ firmationis est.24.dies vt dicit Albuca.

*De fractura ossis adiutorij, & brachij, & totius manus.* Cap. V.

OS adiutorij cum frangitur secundum plurimũ declinat ad exteriora, vt dicit Aui. Circa quã fracturam est intelligendum præter vniuersalia: ꝙ licet Albuca. ponat duos modos reductionis & ęquationis, quorum primus mihi est difficilis, secundus facilis, quia concors est cum omnibus, nisi in hoc ꝙ loco hastellarum pręcipit vt brachium ligetur cum adiutorio taliter ꝙ uola manus iungatur cum humero: nihilominus melius est, vt post reductionem factam suauiter indolorose trahendo adiutorium cum brachio & cubito per vnum ministrum: altero firmiter tenente partem superiorem & humerum: fractura cum manibus æquetur, & ligetur, & quinq; aut sex hastellis hastelletur. & ad collum cum gausape sustentetur: ita ꝙ brachium plane supra ventrem iaceat: & cum pressuris, & pannis ita appodietur, quod nõ torqueatur. Remutatur autem de quarto ad septimum, & firmatur in quadragesima.

*De brachio & focilibus eius.*

Accidit quandoque in brachio, vt frangantur focilia duo simul: quãdoq; vero alterũ solum. Et fractura focilis inferioris maioris est vehementior, & turpior, quam superioris minoris, vt dicit Auic. & Albu. illud idem. Circa quam fracturam concordant omnes, ꝙ siue vnum os sit fractũ, siue ambo: extendatur per duos ministros, vnus trahat versus cubitum, alter versus manum: & medicus cum suis manibus suauiter æquet, & restauret, & liget: & alia fiãt quę dicta sunt in capitulo vniuersali. Brachium quando alterum os frangitur, cum minori sufficit hastellatione: quãdo autem ambo franguntur, quinque aut sex hastellæ requiruntur. Situatur iuxta ventrem. suspenditur ad collum. firmatur in.38.

*De rasceta & digitis manus.*

Ossibus rascetæ parum accidit fractura: quoniã ipsa sunt dura valde: sed separatio. Quare consulit Albuca. ꝙ extendatur manus supra tabulam, & comprimendo & plasmando reducantur, & emplastrentur, & ligenter, & hastellentur conuenienter: & vola & manus cũ stupis, aut pãnis impleatur, & digiti vnus cum alio ligentur. remutetur de quarto in quartum. Firmatur in.20. diebus.

*De fractura costarum & partium eius.* Cap. VI.

INtelligẽdum est ꝙ fractura furculę, & costarum, & ossium thoracis in multis conueniunt differentijs, & causis, signis, & iudicijs, & in modo curandi. Nam sicut dictum est de furcula: aliquando franguntur ad interiora: aliquando ad exteriora: aliquando vero costæ plicantur, & non franguntur.

Signa autẽ sunt cõmunia et ulcera: ꝙ quando frangũtur, aut plicãtur ad interiora: accidũt accidentia pleuresis de nocumẽto anhelitus, & sputo sanguinis, & tussi: quare est multum periculosa.

Circa curam ipsius est aduertẽdum ꝙ licet Haly. & Aui. Albu. et multi alij diuersimode, et sine distinctione tractent de fractura costarum: quia Albu. Aui. & Halyab. cum lana et oleo puluillis

E & ligamentis. Rogerius æquat & reducit cum manibus suis linitis aliquo uisco in balneo aut iuxta ignem firmando cũ apostolicon, in alio cum applicatione. Iamerius idem: nisi ꝙ in quatuor primis diebus emplastrat cum melle, & cymino, bacis lauri, pulegio, & costo. Quem modum etiam, vt affirmat Theodoricus, sequebatur Hugo magister suus. Brunus autẽ cum distinctione illam quæ ab extra, æquat cum manibus: & emplastrat, & hastellat vt conuenit. ad illam quæ ad intra declinat, fomentat cum oleo & lana in parua. in magna aperit & trahit. Guilelmus de Saliceto cum manibus ęquat, & cum albumine ouorum, & farina, & alijs glutinatiuis emplastrat. Lanfrãcus procedit vt Rogerius: nisi ꝙ præcipit vt patiens tussiendo iuuet extrahere costam ad extra. Ego autem de tali fractura supposito regimine vniuersali de F phlebotomia, & ventre, & diæta, & potione carminante materiam congelatam, vt est brodium cicerũ, distinguo, vt Brunus, ꝙ ipsa: aut declinat ad extra, et tunc comprimendo cum manibus æquo: & cum emplastro de albuminibus ouorũ, & farina, & alijs glutinatiuis & bonis stupatis, & hastella, solea & lõga binda locum firmo: & in fine cum dialthęa, & oxycrato dulcoro. aut ad intra declinat: & tunc vt Rogerius, Iamerius, Lanfrancus, in balneo vel iuxta ignem manibus linitis cũ terebinthina, aut aliquo visco, & applicatis super partem depressam trahendo cum adiutorio tussis & retentione anhelitus patiẽtis, eam cum omni ingenio eleuo: & si necessarium est, ventosam appono: aut aperio vt dicit Auicen. Et super partem in primis tribus aut quatuor diebus ad sedandum dolorem & prohibendum apostemationem oleum ro- G satum, & albumina ouorum cum stupis applico: & leui ligatura solum ad retinẽdum medicamina ligo. Post vero cum emplastro de farina fabarum, & melle ipsum rego. In fine cum dialthęa & oxycrato dulcoro. Remutatur de quinq;. firmatur in.20.

*De fractura ossis anchæ & coxæ.* Cap. VII.

OS anchæ raro frangitur. Sed quãdoq; finditur, & cõminuuntur extremitates: & quandoque impellitur ad ventrem: et accidit propter hoc dolor, & stupor in coxa. & ex hoc sequitur diminutio in coxis: & est res satis difficilis ad reducendum. Et in reducendo oportet extendere coxas, & pellere ancham: & sicut erit possibile, reducere: & postea emplastrare, & ligare.

H *De coxa.*

Cum coxa frangitur, necessaria est extensio fortis, vt dicit Auicen. propter quam fracturam & omnium aliorum membrorum est intelligendum ꝙ de causis, & etiam de regimine in genere est recurrendum ad sermones vniuersales superius dictos: nisi quantum est de fractura coxæ, parum denudatur a claudicatione, vt dicit Auicen. In speciali tamen est sciendum, ꝙ fere omnes cõcordant, ꝙ eodẽ modo est procedendum in regimine ipsius, vt in adiutorij fractura: propter quod oportet vt fortius extendatur. Et ideo præcipiunt eam extẽdere per duos ministros cum ligamentis ligatis super, & subtus fracturam: etiam præcipiunt, vt ligetur fortius, et hastelletur cum.6. vel.7. hastellis: quarum exteriores volebat Guilelmus esse longiores et fortiores, licet secũdum

dum Albu. sufficeret cum tribus: quia crus loco hastellarum præcipiebatur ligari cum coxa, vt calcaneus perueniret ad nates, quod mihi nõ placet. In modo tamẽ situandi sunt diuersi. Nam aliqui, ut Rogerius, Albuca. & Guilelmus, situant eam in lecto plano, & appodiant ipsam hinc inde cum pannis & stupis, quod nõ laudo. Alij, vt magister Petrus, cũ sustẽtamentis factis de paleis longis secundum longitudinem pedis inuolutis cum linteamine & sutura, desuper ligãt cum tribus aut quatuor vittis. Alij vero, vt Auicen. & Brunus., & sentiebat Rogerius, cum duabus hastellis lõgis vsq; ad pedes ligatis etiam cum vittis. Nonnulli, vt Lanfrancus, et multi moderni, in capsula seu canabulo vsq; ad pedes ponunt. Quicquid autem diuersificent, omnes intendunt coxam fractã æquatam taliter situari: vt sine molestia quiescat, & non moueatur, neque declinet ad aliquam partem. Et ideo incantant operãtem. Rogerius vt secundum longitudinem sanæ teneatur infirma. Et ad maiorem cautelam Rogerius situabat in lecto stricto perforato: vt sine eleuare de situ posset assellare: & ligabat coxam, & tibiam in tribus aut quatuor locis cum sponda lecti, & pedem ad columnam, vt non posset eam patiens ad se trahere, vt Theodoricus. Ego autem eã ligatam cum hastellis longis vsq; ad pedes firmo, aliquoties cum illis appodiamentis de paleis, aliquoties cum capsa. & ad pedem ligo pondus plumbi trãseundo chordam super paruam polegeam: ita ꝙ tenebit tibiam in sua longitudine. Et si est aliquis defectus in æquatione, trahendo paulatine rectificabit. Remutatur de. 9. & vltra. Firmatur in. 50. diebus.

### *De fractura genu & tibiarum, totiusque pedis.* Cap. VIII.

ROtula genu raro frangitur, sed plurimum cõuertitur. Et oportet in restauratione eius, ut dicit Halyab. fragmenta cum digitis adunare, & secundum suam figuram adęquare, & emplastrare, & ponere hastellã rotũdã de sola: deinde ligare vt cõuenit.

### *De tibia.*

Tibia quandoque frangitur secundum duo focilia: quandoque secundum alterum: quandoq; in maiori, & tunc declinat ad posteriora: quandoq; minori, & declinat ad anteriora & interiora. Et fractura focilis maioris est deterior minore, quia maior sustinere potest tibiam: quando autem franguntur ambo, est deterius. Fractura tibię vult Albu. & Halyab. ꝙ ita regatur, sicut fractura brachij, nisi ꝙ præcipit quod situetur inter duas tabulas secundum longitudinem totius tibiæ, aut in cunabulo: quod idem facio, & quando est necesse, ingenia de coxa sibi approprio.

### *De calcaneo.*

Calcaneus non frangitur: quia os durum est, & protectum a ligamentis.

### *De rasceta pedis.*

Rasceta pedis etiam raro frangitur, & quãdo frãgitur, difficilis est curationis, ut dicit Auicen. & sæpe adducit accidentia mala, de qua dicit Albuca. ꝙ restauratur ponendo pedem supra terram, & calcando cum pede tuo emplastretur, &

A ligetur cum hastella lata secundum ventrem, & solam pedis: & compleantur concauitates, vt de manu fuit dictum.

### *De articulis digitorum.*

Digitorum pedis fractura æquatur sicut & digitorũ manus, vt Halyab. dicit.

## Doctrina secunda de restauratione dislocationum. Cuius sunt octo capitula.

### *De dislocatione in uniuersali.* Cap. I.

DIslocatio, vt dicit Aui. est egressio ossis ex loco suo naturali, in quo est coniunctum. Circa quam est intelligendum
B secundum intentionem eiusdem in libro primo, ꝙ coniunctio ossium adinuicem est quadruplex: vna est serratiua, vt in commissuris cranei: alia infixiua, vt in fixione dentiũ: alia est appodiatiua, vt in tabula pectoris: quarta est ligatura, vt pyxidis & vertebri. Circa quam coniunctionem proprie accidit dislocatio. Circa vero alias non, sed motio siue apertio: quæ non proprie, sed large dicitur dislocatio, vt dicit Lanfrancus. Dislocatio autẽ quædam est completa, in qua totaliter exit os a sua coniunctura, quæ dicitur vera dislocatio: Quædam est incompleta, in qua non exit totaliter, quæ dicitur ab Auicen. declinatio, & cõtorsio: Quędam non exit a iunctura, sed elongatur ligamentum, quæ dicitur gahen, & elongatio ligamenti: ita voca-
C tur in quarto cañ. in duobus locis. Modi dislocationum sunt etiam quatuor, anterius, posterius, interius, & exterius. Et cum hoc quædã est simplex: quędam composita cũ fractura, vulnere, dolore, & apostemate: quædam cum duritie. Ab istis enim differentijs sumitur indicatio curatiua.

Causæ dislocationum quædam sunt extrinsecæ, vt casus, & percussio, ac inepta extẽsio: quædam intrinsecæ, vt humor mucillaginosus, continens iuncturas.

### *Signa & iudicia.*

Signorum enim quædam sumuntur a substantialiter inhærentibus, vt a compositione peccantis, quæ habet eminentiam, & concauitatem ab alia præter solitum: quædam ab accidẽ-
D taliter inhærentibus, vt a dolore, & ab operationis & motus difficultate, quæ quidem signa per comparationem ad suam sanam comparẽ iuncturam trahũtur, vt dicit Auic. Iudicatur per Hippo. & Gal. sexto aphorismorum, ꝙ quicunq; a dislocatione molestantur & restaurantur, & rursus resilit, his mucillagines sunt in iunctura: tabescit crus, & claudicãt, nisi vrantur. Et licet ista non sint recte verba Hippo. ita tamen exponit Gal. modum vrendi dat Albu. cum instrumento circulari. Iudicatur per Aui. ꝙ dislocationes compositæ cũ vulneribus, dolore, aut apostemate, sunt difficiles, & periculosæ. Ita ꝙ aliquoties cogunt remanere particulam incuruatam sine reductione, vt dicebat Gal. in quarto therapeutices.

Præterea dislocatio antiqua & indurata, est difficilis, & quasi impossibilis ad curandum. Et ideo quã-

to citius erit possibile, festinetur ad restaurandum. Amplius dislocationes diuersificantur secundũ iuncturas in quibus fiunt: quia quędam est facilis dislocationis, & facilis reductionis, vt in iunctura poplitis propter leuitatem ligamenti: quædam difficilis, vt in iunctura cubiti, pedum, & digitorum: quædam mediocris, vt humeri, anchæ etc. Amplius dislocatio in qua franguntur margines cõcauitatis ossium, sunt pessimæ.

Ad vltimum iudicatur reductio, quando auditus est strepitus ossis intrantis, & videtur figura naturalis comparata suo pari, vt dicit Iamerius.

Curatio generalis dislocationum prę missis aliquibus documentis dictis in doctrina fracturarum communibus omnium restaurationum fracturæ & dislocatiõis: habet quatuor intentiones. prima est iuncturæ reductio. secunda est iũcturæ reductæ firmatio & conseruatio. tertia est ab apostemate, & dolore defensio. sed quarta est accidẽtium correctio.

Prima completur cum extẽsione iuncturæ, & impulsione eminentiæ, & concauitatis repletione sua, & indolorosa secundum ꝙ erit possibile.

Secunda completur ꝙ inuncta iunctura cum oleo rosa. & applicato panno gracili applicentur stupatæ, aut panni multipliciter plicati in albuminibus ouorum infusi, & si est necesse hastella de corio superapponatur, & ligetur cum bindis in oxycrato infusis latis, & longis iuxta particulæ quantitatem, vt specificabitur infra: & situetur membrum quietius, & indolorosius quo erit possibile, de quarto ad septimum remutando. In secundis remutationibus embrocando, si est necesse, cum aqua calida. in prima si fuerit recens nequaquam, quia adderetur in apostemate sicut de pannis calidis dicit Auicen. & emplastrando cum farina volatili, & puluere rubeo cum albuminibus ouorum incorporatis, & strictius ligando tunc, vt dicit Rasis.

Tertia intentio completur cum phlebotomia, & purgatione si est necesse, & bona diæta a principio subtili: & sedato dolore & apostemate ingrossetur, prout est dictum superius in fractura: & in fine confortetur cum embroca aquæ decoctionis rosa. absinthij in osse arboris quercinæ ponẽdo spadagrapum, aut oxycroceum, reducendo membrum suauiter ad pristinas suas actiones.

Sed quarta intentio completur secundum accidẽtia. Si est dolor & apostema, ꝙ prius sedetur quam reducatur, quia propter tractionem timẽdum esset de spasmo & accidentibus malis, & hoc cum lana infusa in aqua calida & oleo: & postea reducatur vt dicit Albuca. Si fuerit cũ vulnere, primo reducatur dislocatio, post curetur vulnus, & suatur si est necesse: & quando faciet saniem, dimittatur sibi foramẽ ad expurgandum. Si vero componatur cum fractura, pręparetur primo dislocatio, et postea fractura, si est possibile: si vero non est possibile, præparetur fractura: & quando porus erit firmus, præparetur dislocatio. Et si est dislocatio antiqua, & fuerit ibi durities, embrocetur cum aqua decoctiõis maluæ, bismaluæ: & inungendo cum dialthęa, & emplastrando cum diachylon magno, aut cum lana succida infusa in mucilaginibus, & cum corticibus radicis bismaluæ coctis & pistatis, & cum axungia impinguatis, & loco

E bene mollificato reducatur iunctura, & sanetur. Et si est sanatio, & motus difficilis aut nullus remanserit, curetur, put in sexto de arthretica, & passionibus iuncturarum, & in antidotario dicetur.

### De dislocatione mandibulæ. Cap. II.

MAndibula quandoq; mollificatur, quandoq; spasmatur, quãdoq; dislocatur. Et eius dislocatio quandoq; est ad anteriora, & tunc os remanet apertum sicut in mollificatione: quandoq; ad posteriora ecõtrario eius quod accidit apud mollificationem, vt dicit Auicen. & tunc dentes inferiores subintrant superiores, vt dicit Lanfrancus, neque os potest aperiri, sicut neque in spasmo.

Signa dislocationis vltra signa uniuersaliter data, sunt, quia nunquã dentes superiores cum inferioribus possunt adæquari. Iudicatur per Auicen. & Halyab. ꝙ nisi cito reducatur, induratur, et adducit febres, dolores, & fluxum cholericum, & accidentia mala, donec in decimo interficiat patientem.

Reducitur quando est ad posteriora, vt teneat caput eius vnus minister, deinde intromittat restaurator pollicem suum in os, & alios digitos sub mandibula, vel cuneum de ligno, si non potest ponere digitos: & tunc trahendo fortiter mandibulam, impellat sub auribus os in locum suum. Si vero fuerit ad anteriora, secundum Guilelmum & Lanfrancum ponant bindam satis fortem sub mentone, quæ totum ipsum mentonem comprehendat: & tũc vnus minister quando tu posueris cuneum infra os magis retro quod potueris, trahet fortiter capita bindæ per partem posteriorem tenendo genua super patientis humeros patiente iacente supino, vt docet Iamerius. Et sic restaurabitur Deo dãte. Post vero restaurationem ponãtur emplastra & peciæ consuetæ, & ligetur ligatura conueniente dicta in fractura. & remutetur de quarto in quartum. Infra. 13. diem consueuit firmari. Iaceat in puluinari firmo: vtatur sorbilibus, vt nõ oporteat eum masticare. Si autem diu steterit dislocata, & fuerit dura: balneetur, & mollificetur cum aqua calida, & oleo, & aliįs conuenientibus, ut dictum est, et reducatur. Et si accidentia mala superueniant, occurre eis secundum ꝙ erunt de dolore, radendo caput, & inungendo ipsum & retro aures, & per collum, & subascellas cum oleo rosa. calido: & cura eum.

### De dislocatione colli, & spondylium dorsi. Cap. III.

SPondylia colli vt dorsi, & quandoq; dislocãtur complete: quandoq; incomplete. Et eorũ dislocatio, quandoq; est ad intra, quandoq; ab extra, quãdoque uero ad latera. & quandoq; fit in spondylibus superioribus: & facit squinantiã strumosam in quarto interiorum: quandoq; in inferioribus: quandoq; in medįs, & facit gibbositatem.

Signa dislocationum sunt ad oculum manifesta, & ad tactum. Iudicatur ꝙ omnis dislocatio spondylium est periculosa, & suspecta ad reducendum propter nucham & neruos, maxime quæ ad interiora fit: quia non potest conuenienter pertractari. Iudicatur etiam ꝙ dislocatio spondylium superiorum nocet transglutioni,

medio

mediorum respirationi: inferiorum vero egestioni & vrinationi.

Modus rectificandi fuit apud Albu. Halyab. et Auic. satis longus, in summa tamen in dislocatione spondylium colli trahatur caput caute cum manibus aut cum binda, vt dicit Iamerius, cuneo imposito inter dentes per mẽtonem, aut per pilos, aut per aures ad superius humeri cum pedibus impellantur inferius, & eminentia comprimatur, in alijs corpus extendatur. Et cum omni ingenio ab vtraque parte trahatur vel cum fascijs cũ coluna & cauillis, vel poleilhis, vel curuo, et consimilibus ingenijs: & eminẽtia cum manibus aut pedibus, aut cum tabula supposita comprimatur. Modus firmãdi, & cõfortandi, et remolliendi vt in alijs exerceatur, nisi ꝙ hastelletur, & iaceat desuper, vt comprimatur. & remutetur de quinto in quintum diem, quia in. 20. firmatur diebus.

De gibbositate humerali dicetur, dum de proprijs passionibus dorsi inferius tractabitur.

*De dislocatione humeri, & partium omoplatæ. Cap. IIII.*

LIcet Auicen. non ponit nisi duos modos dislocationis humeri, videlicet ad partem inferiorẽ domesticam versus titilicum, quia fit vtplurimum: & ad partem exteriorem syluestrem, vt parum: nihilominus ponit Albuca. & quasi omnes, ꝙ aliquãdo, sed raro dislocatur ad pectoris partem: ad superiorẽ autẽ partẽ nequaꝗ̃, ꝑpter additamẽta: quæ sunt hic.

Significatur dislocatio istius iuncturæ secundum omnes per signa cõmunia, quæ sunt eminentia, & profunditas, seu concauitas insolita, & motus difficilis, aliquando & impossibilis, quæ cum suo compari possunt comprobari. Et per propria, ut profunditas, seu cõcauitas, & bassitudo magna in humero, & rotũditas eminens ad modum oui in subascella, & manus ad caput non potest eleuari. In inferiori dislocatur, & eminentia anterior, & concauitas retro. Et manus distensa remanet retro in anteriori, & eminentia posterius manus non potest a latere separari in posteriori. Iudicatur ꝙ aduertendum est bene ad istam dislocationem: quia sæpe propter inflationem & apostemationẽ aut cõtorsionem, decipitur homo: ut Rasis recitat, & audiui de facto in filia Regis Franciæ.

*Curatio.*

Ista dislocatio præcipue quæ est ad inferius, reducitur per quinqꝫ modos.

Primus competit in leuibus, & est ꝙ, extendatur brachiũ, & imponatur pugnus, aut digitus, aut summitas humeri tui sub ascella: deinde trahẽdo inclinetur, & trahatur brachium ad inferiora, & reducetur.

Secundus modus est in fortibus, ꝙ ponatur glomerus firmus subascella: & trahatur superius fortiter cum mãdili: aut impingatur cum pede fortiter ad inferius brachium trahendo, & reducetur.

Tertius modus est ꝙ posito glomero transuersetur barra subascella, & eleuetur per duos ministros, & trahatur fortiter brachiũ ad ĩferiora, & reducetur.

Quartus modus est ꝙ posito & eleuato patiente supra vnam sellam patiens ponat subascella in vno gradu scalæ glomero immisso: & tenendo & trahen-
A dò fortiter brachium per ministrum remoueatur sella de sub pedibus eius, & reducetur.

Quintum de manubrio, nõ intelligo, verum Halyab. Albu. Aui. Brunus, Theodoricus oẽs istos modos ponunt. Rogerius tñ qui mihi satis placuit in hoc casu, nõ ponit illũ de pugno, & de pede cũ pila, & illũ de barra loco scalę: addit tñ in illo sellam sub pedibus. Iamerius solũ ponit illum de pila et pede. Modũ cũ pila & mantili posuerunt Guilelmus, et Lanfrancus. Illæ autẽ dislocationes cũ extensione & manuũ compressione, aut cum mantili, vt ponit Lãfrancus, reducuntur. Et si non poterit reduci: quia diu stetit, et indurata est: fomẽtetur, & mollificetur cum remollitiuis diu, & postea reducatur. Reductione facta suppositis vniuersalibus superius dictis, placet mihi, ut Rogerio, ꝙ in primis tribus diebus, propter do-
B lorem præparetur cum panno subtili, & stupatis infusis in albumine oui: & post cum emplastro de farina & puluere rubeo. Et ligetur ponẽdo pilam de stupis, aut panno subascella: & ligetur bene & firmiter cum binda latitudinis quinque digitorum, & longitudinis duarum brachiatarũ a duobus capitibus inuoluta per medium, incipiẽdo super pilam sub ascella, deinde ambo capita voluẽdo, & cruciando super humerum ducantur ad aliam subascellam, & reducantur iterum super humerum cruciando, & reducendo super pilam. & iterũ & toties voluendo quousqꝫ bene firmetur, & suatur. Et vbi indigebit maiori firmitudine, resuatur: & sustineatur cum mantili ad collum: remutetur de. ix. in. ix. diebus: aut quando inflatio quæ prouenit ex restrictorio, fuerit depressa. Firmatur in. 20. diebus: & post locus dulcoretur cũ dial-
C thęa, aut cũ aliquo sparadrapo, aut emplastro. Partes humeri parum dislocantur, sed separantur, potissime furcula pectoris, quia in humeris non sunt alia ossa ꝗ̃ spatula recipiens cum duobus rostris, & furcula claudente, & adiutorio intrante, vt dictum fuit in anotomia. Separatio autem furculæ cum constrictiuis dictis curatur.

*De dislocatione cubiti. Cap. V.*

CVbiti dislocatio secundum Auicen. quandoqꝫ est parua, quandoqꝫ vero magna. Et secundũ Albuca. & omnes alios quædam est ad partem anteriorem, quædã vero ad posteriorem. Rogerius tamẽ nõ curauit nisi de illa quæ fit ad partem anteriorem: quia illa vtplurimum accidit.

Signa vero talis dislocatiõis vltra communia de eminentia & concauitate, sunt arcua-
D tio lateralis, & difficultas in motu, & applicatio impossibilis ad humerum. Iudicatur ꝙ cubitus difficulter dislocatur, & difficulter reducitur propter infiltrationem ligamentorum, & ossium varietatem. Amplius raro dislocatur focile superius, quia non habet diuersitatem magnam: inferius autem vtplurimum, propter additionem recepti nõ transuersantẽ.

*De regimine & cura.*

Intelligendum est ꝙ ultra duos modos quos ponit Auicen. in anteriori dislocatione percutere humerum cum vola manus, & cum altera impellere eminentiam ad locum debitum: in posteriori trahere fortiter brachiũ, & percutere posterius cubitum inunctis manibus cũ oleo vehemen-

ter abstergendo donec ingrediatur. Ponit Rogerius modum de talone & scaffa. & Lanfrancus eum appropriat ad anteriorem, posteriorem vero ipse curat cum extensione & suspensione, aut deportatione põderis alicuius. Ego autem reduco anteriorem cum genu, posteriorem vt Auicen. ponit. Et eodem modo faciebat Romanus & Boemus restauratores fortunati. Modus autem cum scaffa, et cum calcaneo, & cum genu appropriantur ad anteriorem dislocationem. Et intendunt quãdo brachium trahitur impellere rotundum adiutorij ad concauitatem focilis, a quo exiuit, & subito plicare brachium versus humerum, & fiunt ita. Scaffa binda longa ligata super eminentiam, & dum extenditur brachium, ipsa cum pede ligata ad modum strẽbæ, aut per aliquem ministrum ad posterius tracta, subito per magistrum ad humerum brachiũ plicatur. Modus cum pede. Brachiũ per planũ extenditur: & dum trahitur eminentia cũ calcaneo premitur: et brachium ad humerũ plicatur.

Modus cum genu. Brachium extẽditur: & dum trahitur eminentia cum genu impellitur: & brachiũ ad humerum plicatur.

In his omnibus confert brachium duplicare et extendere, & aliquid ponderosum subleuare, & subleuatum deportare, vt dicit Iamerius. De firmando procedatur vt in adiutorio: nisi ꝙ brachium suspensum ad collum paulatine constringatur quousque manus adhæret humero. Et de quarto in quartum remutetur in iuncturam qualibet vice eleuando & deprimendo. In. 15. diebus firmatur.

*De dislocatione rascetæ manus & digitorum.* Cap. VI.

Ista ossa rascetę & digitorum faciliter reducuntur: duntaxat ꝙ fiat recenter: possunt autem dislocari ad quancunq; partem, præcipue tamen ad anteriorem & posteriorem. Significatur enim per communia signa.

De regimine ipsorum est intelligendum ꝙ tota intentio stat in bene extẽdendo, & plicando, & erigendo hincinde iuncturam, & comprimendo eminentiam. Et si per hoc non possunt rectificari, docet Albu. comprimere eminentiam cum manu supra tabulam. In firmando non est aliud faciendum quam in alijs: nisi ꝙ hastellẽtur cum ligno, aut solea: et remutetur de quarto in quartum. Firmatur secundum Iamerium in. 22. diebus, & postea, vt dictum est, dulcoretur.

*De dislocatione sciæ, aut coxæ.* Cap. VII.

Intelligendum est circa modos dislocationis coxę ꝙ auctores sunt multum varij super ipsos. Nã Albu. non ponit nisi tres modos scilicet ad interiora, ad exteriora, & ad posteriora: Brunus, Theodoricus, & Lanfrancus sequentes Auicen. ponunt quatuor, & comparando dicunt ꝙ vtplurimum accidit ad exteriora, vt raro ad interiora. Guilelmus de Saliceto est eis oppositus in comparatione: quia dicit ꝙ vtplurimum dislocatur ad posteriora, nunquam tamen ad exteriora propter os ad ligamentum anchæ. Verum quia omnes modi curandi quasi concurrunt in duobus modis rectificãdi scilicet ad interius et posterius, ideo non est multum curandum.

E Circa signa est intelligendum ꝙ vltra signa communia inter omnes Auic. melius specificauit propria signa. Ex quibus verbis vna cũ hoc quod dixit in secundo §. illius capituli, habetur ꝙ in dislocatione ad interius, & anterius tibia infirma est longior alia, & calcat de toto pede, & non potest iũgi cum alia, neque plicari: quia caput coxæ intrauit in inguen, & inflauit eam, et in ea apparet concauitas in parte exteriori. In dislocatione ad exterius & posterius econuerso, tibia est breuior: & non calcat de calcaneo, neque de alia potest separari: & est concauitas in inguine, & eminentia extra.

Circa modum reducendi intelligendum ꝙ licet auctores ponant multos & diuersos modos reducendi hos modos dislocationis: nihilominus omnes ad vnum communem modum, & F duos proprios reducuntur, vnde communis modus secundum Albu. ad omnes modos est multum vtilis, quando ignoratur proprius modus dislocatiõis. Et est ꝙ teneatur patiens per humeros fortiter aut ligetur per humeros per radicem coxæ cũ fascia ad columnam cum corio, & trahatur etiam cum manibus per inguen: & ab alia parte per partem genu trahitur fortiter coxa, & vice vna taliter fit extensio, ꝙ quasi eleuetur patiens a terra, & tunc tantum coxa ad eandem partem moueatur quousq; sit reducta.

Primus modus proprius ad dislocationem ad interius, & anterius est, ꝙ, vt dictum est, patiens trahatur: & dum eminentia apud inguen cũ calcaneo impellatur coxa, per genu ad interius ducatur.

Secundus modus proprius ad dislocationem ad exterius & posterius est, ꝙ eodem modo patiens tra-

G hatur: & dum eminenia extra cum genu impellatur coxa, per genu ad exterius trahatur. Perfectio reductionis per longitudinem comparis sanæ manifestatur, vt dicit Rogerius & Iamerius imitator ipsius. Ingenium ad extendendum iuncturam sic alias feci: extendebatur mensa longior patiente, & in quolibet capite firmabatur columna, postea cum mantili transeunte per inguina subtus dorsum, & supra ventrem ligabatur ad columnam. & cum alio mãtili ligata coxa supra genu voluendo totam tibiam vsque ad calcaneum ad aliam ligabatur columnam: & cum caulis positis inter mantile & columnam torquendo trahebatur ad quamlibet partem. Circa modum firmandi non est aliud faciendum quam in alijs: nisi ꝙ ligatur infirmus incipiendo supra eminẽtiam ad partem oppositam transeundo ante & retro per renes

H ad partem sanam. Et in interiori ponitur pecia de pãno, aut stupa supra inguen: & ligatur cum tibia sana. Et quando est antiqua, cum stremba pes suspenditur ad humerum, vt dicit Auicenna.

Et in exteriori ponitur hastella lõga usque ad calcaneum. Et quando est antiqua, ligatur pondus trium aut quatuor librarum in coxa comprehẽdẽdo tibiã, & pendeat cum polhia. Mutatur de quinto in quintum. Firmatur in. 30.

*De dislocatione genu, & rotulæ pedis, & partium eius.* Cap. VIII.

Genu est velocis dislocatiõis. fortasse enim dislocatur absque causa pręter deambulationem velocem: aut lubricat parũ sicut canalis. Multoties dislocatur absq; causa præter saltum. Et genu quidẽ dislocatur

catur ad omnem partem nisi ad anteriorem propter rotulam & adiutorium eius.

Curatio. Sedeat infirmus super sedem propinquã terræ: & eleuentur pedes eius parumper: deinde extendat vir fortis manum suam desuper, & de subtus extensione forti: & reducat restaurator iũcturam ad dispositionem suam secundum iudicium dislocationis vniuersalis: et liget eam.

*De rotula.*

Quando accidit rotulę dislocatio, oportet vt ponatur pes plane in terram, & reducatur rotula: deinde impleatur curuatura geniculi pannis prohibentibus duplicationem: & ponantur super eũ hastellę resistentes ei in parte ad quam declinat. Cum ergo stringitur, & adhæret, nõ duplicetur genu cum festinatione: sed paulatim, donec alleuietur bene. Dicit Auicen. ꝙ duplicetur paulatim: quia dicit Lanfrãcus & Iamerius, ꝙ non est ingenium faciendi stare firmam rotulam post reductionem, ꝙ̃ duplare crus cũ coxa: & ideo ligata teneatur per horam.

*De pede & digitis eius.*

Circa dislocationem pedis est sciendum, ꝙ pe faciliter dislocatur, & faciliter reducitur: sed difficulter firmatur propter multitudinem ossium componẽtium iuncturam: & potest dislocari ad quancunq; partem, præcipue ad exteriorem & interiorem. Cuius signa sunt eminentia, & concauitas insolita, dolor, & priuatio motus. In reductione eius non est aliud: nisi ꝙ patiente bene firmato, & tibia extẽsa pes trahatur, & moueatur ad quãcunque partem fortiter: & eminentia cum manibus comprimatur, quousq; reducatur, firmetur, & hastelletur: mutetur de quinq; in quinq;. quiescat per 30. aut. 40. dies, vt dicit textus. Sępe .n. in reductione partium pedis erratur. Et deus per sui gratiam ab omni errore nos eximat.

## Tractatus sextus de omnibus ægritudinibus quæ non sunt proprie apostemata, neque vulnera, neq; vlcera, neq; ossium passiones, pro quibus habetur recursus ad chirurgum: & habet duas doctrinas.

Doctrina prima est de prędictis ęgritudinibus quę sunt communes toti corpori.

Secunda erit de his, quę appropriãtur in membro.

### Doctrina prima habet octo capitula.

*De gutta, & dolore, ac duritie iuncturarũ. Cap. I.*

ARthretica siue gutta est dolor iuncturarum ex fluxu humorum in coniuncturis generatus. Certum enim est secundum Gal. in cõmento illius. 6. aphorismorum, Eunuchi non podagrizant. ꝙ defluente aliquo humore ad iuncturas, illa passiõ fit. Si igitur, vt sequitur in litera, nunquam flueret illuc materia, nunquam passio esset: & accipit hic speciem pro genere, pro arthretica podagram, vt supra aphorismum præfatũ dicebat Albertus Bonoñ. Est enim

A arthretica apostema sumendo apostema large q̃d in disgregatiõe fit articulorũ secundũ Halyab. in nono sermone partis primę libri dispositiõis regalis: nõ obstãte ꝙ multi dicũt, vt põit Rasis. in libello suo de dolore iuncturarũ, ꝙ talis passio potest fieri ex mala cõplexione sine materia. Est tamen hoc raro, vt dicit Auicen. Et cum hoc talis dolor nõ est gutta proprie, sed large & improprie: vnde Gal. in decimo miamir. materia abũdans quæ facit arthreticam, sciaticam, podagram, rheumatizando comprehendendo, & implendo iuncturam et ligamenta lata de foris extendit omnes neruosas particulas: quare infert dolorem, & nõ spasmum, vt dicebat idem Gal. in cõmento, quicunq; podagrici, sexta aphorismorum. 49. Gutta autem & arthretica idẽ sunt, vt dicit Gordonius. Sed dicitur gutta a fluxu, arthretica ab arthro, quod est

B articulus: quarum species sunt sciatica in scia, & podagra in pede, & arthretica in scia, & ĩ pede, & in alijs iuncturis per Gal. in miamir loco præallegato. Chiragra proprie nõ est arthretica: sed inflatio manuum de materia phlegmatica, de qua in de apostematibus dictum est supra. Neq; etiam tumescentia genuum quę in pueris ex indigestione multoties aceruatur, est arthretica: vt dicit Gal. in commento. Infans nõ podagrizat. de nominibus tamen non est curandum. Et cum hoc tales differentiæ non multum faciunt ad curam: nisi in sciatica, propter materiæ situm. A materia enim, & a symptomate doloroso sumuntur potissimæ intentiones curatiuæ. A materia, quia quædam est gutta frigida: quædam calida. A dolore, quædam est clamosa & molestissima: ut dicebat magister Paulus: quædam satis tolerabilis & quieta.

C Causæ passionum iuncturarum sunt quæ apostematum generales, vt causæ rheumatis, & speciales vt primitiuę, antecedentes, & coniunctæ, vt supra de apostematibus fuit specificatum. Membra enim mandantia, quantum ad phlegma, sunt cerebrum, & stomachus: quãtum vero ad choleram & ad alias superfluitates, hepar & venę. Et propter hoc dicebat Aui. ꝙ horum quidem humorum plurimum est superfluitas digestionis secundæ & tertię. Membra autem recipientia sunt iuncturæ. Et istas causas distinguebat Auic. in tribus. In causas materiales, quas efficiẽtes vocabat, Et in causas instrumẽtales, quæ sunt latitudines meatuum per quos materia transit facillime, Et in causas patientes, quæ sunt debilitates iuncturarum per naturam, vt quia de genere guttosorũ: aut per accidens, vt est casus, & percussio & regiminis malitia.

D Primum cõcipitur a verbis Hippo. in sexto aphorismorum. Mulier non podagrizat nisi menstrua ei deficiant: tunc enim retinetur materia multa: & potest podagrizare, vt dicit cõmentum, Ecce causam materialem. Secundũ accipitur pro illo, eunuchi et pueri non podagriçant: quia non coeunt: neque dilatant meatus per vnde materia faciliter transeat, Ecce causam instrumentalem. Tertium cõcluditur in pręfato cõmento, dum dicit ꝙ necessarium quidẽ oportet habere pedes, & super iuncturas imbecilliores, si debet quis capi podagra: quemadmodum cerebrũ, si debet quis epilepticus esse. Est ergo secũdũ Gal. in miamir vbi supra: aliquando vbi peruenit humor sanguineus: vtplurimum autem phlegmaticus, vel mistus ex phlegmatico, & cholerico, vel cũ his san-

guineo: raro tamen fit a melancholico, vt dicit Aui. Nam splenetici & melancholici raro fiunt rheumatici, & econuerso. Auicen. imponit Hippo. Et rarius ex humoribus corruptis: rarissime ex omnibus mistis secundum proportionem suam in corpore, vt dicit Rasis. Et mutatio subita passionis ostēdit materias istas cum ventositate associari, vt in quodam regimine papali dicebatur. Et plurimum istæ passiones sunt compositæ sine proportione dicta: raro tamen simplices. Nam humor crudus sine cholera ad iuncturas currere nō posset, vt Rasis in libro innuebat diuisionum. Curæ autem simplicium sicut de apostematibus dicentur, vt per eas compositę habeantur.

Signa guttæ clamosæ non oportet describere. nā satis eam describūt infirmi. Signa autem guttæ calidæ & frigidæ, licet habeantur per signa apostematum calidorum & frigidorū superius in de apostematibus dicta: nihilominus Gal. in miamir. dat octo modos cognoscēdi materiam ipsarum, ex colore, ex tactu, ex applicatis, ex præcedenti diæta, ex complexione, ætate, regione, & tempore. Aui. autem addit ad istos modos modum doloris, diuersitatem durationis, & consuetudinem, & iudiciū vrinæ & aliarum superfluitatum. Consideretur igitur, vt dicit Gordonius, in primis locus si rubet, dolet, calet, si delectatur frigidis, et tristatur calidis: si præcessit diæta calida, & eius complexio, & ętas, & alia particularia conueniant in caliditate: satis videtur probabile ꝙ gutta sit calida. Si tamen sit ecōuerso, ꝙ est frigida. attamen in his sæpissime facit errare: & ponit difficultatem tam in significando quam in curando cōpositio materierum, situs, & natura applicatorum, vt dicit Rasis, & Auicen. Vltra ista signa inuenitur secundum prædictos viros: ꝙ gutta vtplurimum incipit a podagra: & pręcipue circa articulum maiorem, & latera pedis: & sciatica communicat anchę, & vsq; ad calcaneum extenditur. Iudicatur per Hippo. in sexto aphorismorum, quod quæcunq; podagricæ ęgritudines fiunt: hæ defluētes in. 40. diebus desistūt: sicut enim, vt ibidē dicit Gal. terminus phlegmonū particularum carnosarum est. 14. ita & neruosarum 40. eo quia natura substantiæ carnis est rarior quam substantia colligantię: materia enim quæ est in carne, cito congregatur, & cito resoluitur: quæ tamen est in colligatione, econtra, vt dicit textus. Et inde est ꝙ tumor, & varices apparere in gutta, dicitur esse bonū: contrarium vero malum, vt dicit vulgus: & est: qm̄ tunc materia dimittit particulas neruosas, & conuertitur ad carnosas. Ægritudines iuncturarum quatuor habent tempora, & sequuntur motum suarum materierum, sicut alia apostemata: & terminātur vtplurimum per resolutionem, aut per petrificationē, proprium autem earum est, vt dicit Rasis in diuisionibus, qđ nō faciunt saniē, sicut reliqua apostemata.

Iudicatur etiam per ipsum Hippo. in sexto aphorismorum: quod vere & autūno mouentur vtplurimum: in vere propter abundantiam humorū in hyeme generatam; autūno, propter eorum malitiam & latitudinem meatuum in ęstate factam. aliquoties tamen mouentur in hyeme, propter frigiditatem comprimentem. Et in ęstate, propter caliditatem dissoluētem, ut in tertio aphorismorum notatur. Amplius dicit Auicē. ꝙ dolores iuncturarum sunt ex summa ægritudinum quæ hæreditantur; quoniam sperma

E est secundum complexionē generātis. Amplius sicut dolor iuncturarum quādo indocte repercutitur, est timorosus de reditu materię ad membra principalia: ita ipsa gutta securat patientem a multis nocumentis, vt in septimo therapeu. & quarto sanatiuorū deducitur euidēter. Inter dolores iuncturarum, sciatica est peior secundum Auicen. Præterea dolores iuncturarum sępissime commouent febres: & febris, & colica commouent eos: vt dicit Auic. Amplius dicit Auicen. ꝙ omne membrum in quo est dolor iūcturæ, & diuturnatur: macrescit, & attenuatur, vt in gibbo & vulneribus iuncturarum manifestatur: & hoc est propter virtutis debilitatem Præterea scias ꝙ ægritudines iuncturarum, postquam impressæ fuerint in membro, licet actus afflictionis earum remoueri possit: aptitudo tamen semper remanet. Nā om-

F nis immoderata qualitas diu existens in mēbro, actū ipsius debilitat: vt dicit Auicen. Et hinc est ꝙ velociter fiunt recidiuæ. Et non obliuiscaris, dicit Rasis in diuisionibus: quoniam dolor iuncturarum, quādoq; perducit ad asthma, paralysim, apoplexiā, & ad turbationem sensus: quandoq; ad mortem subitam.

In curatione guttæ ad duo communiter intendūt doctores, et tertium addebatur in illo regimine papali. Primum est ad præseruādum antequam veniat. Secundum est ad curandum dū actu infestat. Sed tertium ad resumendum cum iam afflictio cessauit.

Regimen præseruatiuum tres habet intētiones. Prima est ut materia nō generetur. Secunda vt generata expellatur. Sed tertia vt membra mandantia & recipientia rectificentur. Prima completur secundum ꝙ

G est materia calida vel frigida: & cum debita administratione sex rerum non naturalium: & trium quæ in generalitate sui sunt illis annexæ. Et sunt aer, cibus, & potus, inanitio, repletio, somnus, & vigilia, motus, & quies, & animæ accidentia. Ac etiā obuiatio rerū ab extra, balneum, et itineratio sub diuo. Secunda cōpletur cum debitis phlegmonijs, & euacuationibus. Sed tertia requirit confortantia & desiccantia membra illa. Regimen autem curatiuum in afflictione quatuor habet intentiones. Prima est in vita quæ sit tenuis. Secūda in materia antecedente, ꝙ euacuetur, diuertatur, & fluere prohibeatur. Tertia in materia coniuncta, ꝙ repercutiatur, euaporetur. Sed quarta in accidentibus ꝙ sedentur.

Regimen vero resumptiuum tres habet intentiones, prima est in vita, ꝙ paulatim reducatur ad regi-

H men sanorum. Secunda ꝙ si aliquid de materia derelictum fuerit: cū diureticis, & theriaca finiatur, & cōsumatur. Sed tertia ꝙ iuncturæ cum balneo & vnctione vulpina & consimilibus liniantur, & confortentur. Verum quia ista magis pertinent ad dominos physicos: nec in ea chirurgi vocantur, nisi pro manuali operatione: et aliquādo in afflictione, in qua vocantur omnes etiam empirici: exquisitam pertractationē de modo, & qualitate complendi prædictas intentiones omittā: superficialiter aliqua tāgēdo.

Quantum enim ad regimen præseruatiuū pro prima intentione complenda quæ erat de vita, ꝙ materia non generetur præcipue frigida, assumauit magister Arnoldus. 10. aphorismos extrauagantes: qui gratia suæ excellentiæ hic inserātur. Quorum primus est de aere. Pedes podagricorum aer offendit excellenter

lenter infrigidans, & faciens æstuare. Secundus de cibo & potu, lactens porcellus, et fluuiales aues, nec nõ vetustissimæ gallinæ, proditionaliter feriunt inferiores iuncturas. Tertius. pisces belluales, & anguilæ iuncturis semper aduersantur. Quartus. minas infert iũcturis & capiti qui lac animalium cum vino & cibis sumit. Quintus. potus qui non spectat ad iudicium veræ sitis, iuncturis ministrat grauamina læsionis. Sextus. sicut auarus vẽter opprimit omnes artus, sic quotidiana largitas fouet eos. Septimus. omnis fatiga deambulatio, & pedum suspensio lædit iuncturas. Octauus. in dormentibus nimis lædit articulos decubitus resupinus. Nonus. extremis artubus excitat iracundia tẽpestatem. Decimus. passibilitas iuncturarum & maxime pedũ nequit vsum nocentium in quantitate notabili tolerare. Ex dictis etiam Gal. super illo aphorismo. Eunuchi non podagrizant. cõcluditur ꝙ crapula, ebrietas, indigestio, ac exercitij & purgationis consuetæ omissio, & immoderatus coitus, innumerabiles faciũt podagricos.

Pro secunda intentione complenda quę erat materię generatę expulsio, adducit præfatus Arnoldus iuxta aphorismum Hipp. phlebotomiam, & pharmaciam in vere et autumno, aut antequã incidat passio, esse faciendã. Quomodo autem fit phlebotomia & pharmacia: satis in de apostematibus fuit dictum, & dicetur infra. Verum pro ipsis purgandis diacartamũ, quod phlegma & choleram conuenienter purgat, sub hac forma præfatus Arnoldus ordinauit. Re. pul. dragaganthi frigidi, vnc. i. carnium cytoniorum confectarum cum zucha. unc. ij. zinzi. albi. hermodactylorum, ana drac. iiij. medullę cartami, drac. vi. diagridij, drac. iij. turbit electi, vnc. i. mãnæ granatę, mellis rof. dispumati, ana quartam. 5. panis zuchari, vnc. xvi. fiat electuarium. dosis, drac. iiij.

Pro tertia vero intentione cõplenda quæ erat mẽbrorum confortatio, quantum ad iuncturas: assumauit idem Arnoldus alios decẽ aphorismos. Quorũ primus est. Interius a lutosis pedibus nunquam deest robur prosperitatis. Secundus. saluia parum cocta et crebro sumpta in fine refectionis ministrat ineffabile iuuamentum neruis & omnibus iuncturis. Tertius. flores amygdalarum, nec non myrti, & chamomillę, melilotum, atq; rosę semper prosunt iuncturis. Quartus. acorus, & edera non arborea, sed terrestris specialiter iũcturis omnibus amicantur. Quintus. nux indica iuncturis & neruis præ cæteris terrę nascẽtibus multipliciter est amica. Sextus. qui sæpius calcat vuas, aut musto recenti balneat pedes suos: rarissime podagrizat. Septimus. verbena gestata recens trita, calumnias pedũ iuuat viribus occultis. Octauus. cœleste signũ dolorẽ pedum effugat in æternũ. Nonus. additur a Rasi ꝙ nulla medicina in conseruatione a dolore iuncturarum est ita iuuatiua: sicut vrinæ prouocatio: quod Halyab. concedit in sermone primo libri secundi regalis dispositionis. Et Auicẽ. in tertio præcipit: ꝙ si dimittunt vinum, diureticis vtãtur. superfluitates enim secundæ & tertiæ digestionis purgant diuretica, vt mõstratur euidẽter: aqua ergo ciceris conuenienter domino nostro papæ administrabatur maxime in præseruatione.

Quantum autem ad membra mandantia administrare præcipiuntur in illo magno regimine electuaria, dragethæ, emplastra, & alia auxilia confortantia:

A & hoc de regimine præseruatiuo.

Quantum autem ad regimen curatiuum afflictionis pro prima intentione complenda quę erat in uita: præcipit Auic. & quasi omnes, vt auferatur vinum, & subtrahantur carnes, maxime in gutta calida: vtantur melicrato. & si esset cũ diureticis gratũ esset Auic. Et si illa diuretica essent domestica, & post principiũ: sufficeret mihi. & magis si materia partes superiores obtineret. Si autẽ a vino nõ posset abstinere, sit grossum a principio cum multa aquę quantitate: post vero subtile. Vtatur auenato, hordeato, et cõsimilibus, secũdum ꝙ dictum fuit, in de apostematibus supra.

Pro secunda intentione quę erat diuertere, & prohibere fluxum: concedũtur vomitus, et clysteria acuta, in quibus sit benedicta, et purgatio cum diacartamo: & phlebotomia de parte cõtraria si adsit plethora, aut sanguinis abundantia: tutius tamẽ fit post principium, vt dicit Aui. imo qd' mirum est, eam a principio penitus inhibet: quod verificatur in casu in quo abundat cholera aut phlegma: ut in de phlebotomia dicit Arnoldus. Et constrictio cum auxilijs conuenientibus, non supra locum apostematum, sed a parte a qua venit materia, vt dicit Rasis.

B

Pro tertia intentione circa materiam coniunctam, est necessarium, ut in alijs apostematibus fuit dictum, ꝙ in principio procedatur cũ repercussiuis: præterꝗ in sciatica, non quibuscunq;, sed domesticis, ne materia retrocedat ad membra principalia, aut induretur, & fiat inobediens resolutioni, vt dicit Auic. & cũ mistis inæqualiter repercussiuis in augmento: & cum æqualiter mistis in statu. & cũ puris resolutiuis in declinatione: talis quidem fuit voluntas Gal. in tractatu

C sæpe dicto. Et licet auxilia cõmunia quæ in vtraq; materia complent intentiones prædictas, posita sint superius in tractatu apostematum, & etiam infra in antidotario aliqua ponentur: nihilominus gratia manifestę doctrinę hic aliqua formentur. Et sæpe fiat mutatio de vno ad aliud eiusdẽ rationis: quia natura gaudet: & quod proficit in vna hora, nocet in alia, vt dicit Auic. Auxilia quæ complent intentiones in materia frigida. primo repercussiuorum eliguntur duę formæ. Quarum prima est Auicen. quod Reci. sauinæ, nucum cypressi, ossium adustorum, ana. partes æquales. aluminis partem vnam, dragagãthi sextam partem illius. glutinis piscium quantum sufficit ad aggregandum: & fiat emplastrum. Secunda est Rasis Reci. olei nardini, styracis, myrrhæ, aloes, acaciæ, secundum ꝙ tibi uidebitur. commisceantur cum aqua

D gallarum coctarum, vt dicebat in de iuncturis. & fiat linimẽtum. Auxilia resolutiua trium aut quatuor eliguntur formarũ. prima est Aui. quod Re. stercoris bouini calidi quantũ volueris: & calidũ applicetur Halya. aũt addit cũ isto de stercore caprino, & cinere cauliũ cõmuniũ incorporando cũ melle. Et consulit ꝙ ante emplastrationẽ lauetur locus cum aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, anethi, maioranę, centaureæ, et consimilibus. Secũda forma est Rasis. in Almansore. R. ammoniaci, bdellij, styracis cum uino ueteri dissolutis, añ. par. i. fœnugręci, se. lini, añ. par. 5. cõmisceãtur cũ oleo costino, & fiat emplastrũ. Ad eandẽ intẽtionem magister Dynus, Re. aloes, vnc. i. myrrhæ, vnc. 5. salis, drac. ij. croci, drac. i. farinę lupinorũ, vnc. i. furfuris subtilis, vnc. ij. mellis lib. 5. aquę cineris quod sufficit ad coquendũ. fiat emplastrum.

In resolutione etiam istius materiæ confert aqua ardens, & oleum benedictum, & distillatio dicta in capitulo de paralysi. In materia calida auxilia repercussiua sunt trium formarum. Prima est Auicen. cū aquis endiuiæ, rosarum, plantaginis, solatri, decoctionis sandal. cum modico de aceto: aut oleum ipsorū: aut cerotum de oleo rof. & cera lauatum: aut mucilago psyllij: aut albumen ouorum in quibus infundantur panni, & sæpe renouentur, & applicentur. Secunda forma est Rasis, in de iuncturis. Re. sandali. ru. boli armeni, memithe, psidiæ, ferruginis, opij, ana cō fice cum aceto & aqua rof. aut succo coriādri. Tertia forma est ibidē. Re. ossium cōbustorum lauatorū & desiccatorum, zurunge quod creduntur hermodactili, amyli, cerussæ, ana partem vnam. cōfice cum aqua rof. camphorata. Ad eādem intentionem magister Dynus. Re. rof. vnc. ij. farinæ hordei, vnc. iij. farinæ lentium, vnc. vi. coquantur cum oxycrato: & addendo modicum de oleo rof. applicentur.

Auxilia resolutiua sunt etiā triū formarū. Prima est Auic. Re. aloes, myrrhę, croci, ana dissoluantur cū aqua caulium, aut endiuiæ iuxta caliditatis formā: & si addatur farina hordei, melius erit. Secunda est Gal. in decimo miamir. Re. aloes, vnc. i. succi centaureę, vnc. 5. floris lapidis asij, alumīs scissi, añ. drac. ij. thuris, myrrhę, opij, mādragorę, ana drac. i. aggregētur cum vino dulci, & dissoluantur cum lacte, & vngatur locus cum penna. Tertia forma est Rasis. Re. mucilaginis psyllij, & se. lini, & fœnugræci, & farinæ amborum: ceroti facti cum oleo chamomillæ. aggregentur & liniantur. Et consulit ꝙ ante linitionem fomentetur membrum cū aqua calida, & dimittantur medicinæ per decē horas. In materia autē mista oportet miscere medicamina. Et licet prędicta possent misceri secundū cōiecturam: nihilominus assumo ad resoluendum hic materialia aliqua electa per doctores. Primo Rasis. in diuisionibus iubet accipere micam panis siliginis, & vitellos ouorū, atq; crocum confectū cum lacte & sapa. Secundo Auenzoar. Re. farinæ hordei lib. i. cineris nucū cypressi quartā. i. conficiantur cū oleo & aqua. Tertio Albu. 23. parte antidota. Re. farinæ fœnugræci, se. lini, anethi, chamomillæ, añ. drac. x. bdellij, styracis liquidę, ammoniaci, galbani, ana drac. v. olei de lilio quod sufficit, dissolutis gū mis cum aceto, fiat emplastrum. Item Aui. Re. farinę fœnugręci lib. i. coquatur cū oxymelite: & fiat emplastrum. Itē vrina cocta cū sale ponitur a vulgo. Item succus ebuli inspissatus cum oleo rof. ponitur in regimine papali. Ad eandē intētionem dictauerūt experimentatores generosi vnguentum de limacijs, de serpētibus, de ranis, tartucis, de uulpe, vespertilionibus, et consimilibus. Et fiunt simpliciter coquendo ea cū aqua sallita, & cōgregatur pinguedo aut ponendo cū sale in olla perforata cū alia integra de suptus, & sepeliendo in fimo, & qđ distillatur seruetur. Cōpositę autē fiūt. primo. n. G. in fine catageni ponit vnguentū de ranis & tartucis. Re. olei radicis cucumeris agrestis lib. ij. olei maioranæ, & alcannę, cerę, terebinthinę, galbani, medullę ossium cerui, ana quarta. i. ranarum. iij. numero, sanguinis testudinū. ij. numero, balsami, drac. ij. coquendo ranas & sanguinē testudinum cum oleis colentur: & tunc reliqua misceantur: et fiat unguentū: est enim ualde pretiosum. Vnguētum de vulpe secundū Heben Mes. R. vulpē integrā

Vide Gal. septimo libro, ī Acopis Asclepiade ī Acopo a flauio Clemēte cōfecto. diuersa enī est confectio.

E interioribus euulsis: & coque in vase terreo cū aqua sallita vino & oleo adiunctis, saluia, rore marino, iunipero, anetho, origano, & maiorana vsq; ad aquę et vini consumptionem: & ꝙ vulpes sit ita cocta, quod caro ab ossibus separetur: & postea in torculari exprimatur & coletur. & fiat vnguētum. Vnguentū de vespertiliōibus secūdū Rasim. R. vespertiliones septē numero, pone in caldario, & cooperi cum aqua pluuiali, & coque vsq; ad medietatē: postea cola: & pone tantūdē olei rof. & superiora salicis: & coque vsq; ad cōsumptionē aquę, & cola: et fiat vnguentū. Hal. autē de istis faciebat balneum: & in decoctione addebat rapas, porros, & cæpas, erucā, caules, fœniculū, & apiū. Et inde est ꝙ ego de pręcepto Isaac facio eos lauare cum brodio raparum. Vnguētum de ansere a Tadeo Bonoñ. Re. anserē pinguem deplumatam & F mundatā ab interioribus: et farciatur cū carnibus gatorum pinguium salitis cum sale cōmuni, & sale nitro, sale armenico, et sale gēma, atq; alumine, añ. unc. i. et addatur euphorbij, assę fœtidę, castorei, añ. unc. se & ad lētum ignē assetur: & quod distillauerit retineatur, & fiat vnguētum. In farsimēto istius anseris posset poni iua arthretica, pes columbinus, pes coruinus, hermodactyli. Theodoricus etiā addit parietariā, rutā, marrubium, radicē cucumeris agrestis, folia ederę, & gummā eius: & tunc distillatio eius est magis pretiosa in materia frigida, & antiquata. Emplastrū de formicis probatū per Rasim in matetijs calidis maxime. R. terrę formicarum cū ouis et totū unc. iij. farinę hor. et fabarū, añ. unc. i. ro. unc. 5. maluę, mādragorę, añ. drac. vi. coque maluas et mādragorā in tribus lib. aquę vsq; ad medietatē: et cola: & cōfice reliquas me G dicinas in mortario pulcerizatas addēdo tria albumina ouorū, & duos vitellos: & vtere. In sciatica autē cōpetunt oīa dicta: duntaxat ꝙ fortificētur cum sinapi, & oleo ipsius, & fermēto, & similibus: quę a ꝓfundo materiā extrahunt: & ad istā intentionē fiunt ventosę, rubificationes, & vesicationes cum alleis, & cantharidibus, & plāta lupina, & marrubio cilio. & cauteria potētialia: & etiā actualia, punctualia, oliuaria, et circularia, circūcirca iuncturā: & in medio ipsius, vt docet Albuca. & dicetur infra. Et fluere permittūtur per. 40. dies, qui est terminus arthreticarū, vt dicunt quatuor magistri, cum tentis & folijs caulium ederę vsq; quo sit curatus: & sic perficitur tertia intentio.

Sed quarta intentio, quæ erat accidentium correctio, completur secundum ꝙ sunt accidentia, potissime duo, dolor videlicet, & durities.

H

### De dolore iuncturarum.

Dolor autem in gutta sedatur dupliciter: veridice cū euaporatiuis superius dictis: & palliatiue cum narcoticis. Et quia difficile est sigillatim cum istis in tali dolore operari. pro tanto est tutius miscere ambo. Et ad hoc eligantur quatuor auxilia. Primum est Rasis & Auicen. & id acceperunt in miamir a Gal. Re. micam panis albissimi, & misce eam in lacte vaccino donec fiat sicut vnguentum: & pone decimam partem opij, & croci quartam partem ipsius opij, & conficiendo fiat sicut linimentum, apponatur, & sępe remutetur. Ad idē. Recipe ceroti rof. librā vnā, opij, croci, ana drac. ij. misceantur, & applicentur. Ad idem ponit Lanfrancus amylum, & camphoram confectos cum aqua rof.

In

In regimine illo papali. Reci. capitum papaueris al. cũ seminibus & corticibus suis, hordei mundati, ana par te .i. seminis hyoscyami par. ij. illius bulliant in lib. i. aquæ vsq; ad consumptionem medietatis: deinde colentur: & in colatura addatur mucilaginis psyllij, fœnugræci, se. lini extracti cum aceto quantũ est de colatura olei ros. cum albuminibus ouorum quantum est medietas: & fiat linimentũ, in quo infundatur pannus lineus, & frigidum applicetur: & quam cito cale fit renouetur.

Amplius secundum intẽtionem Hip. & Gal. quinto aphorismorum aqua frigida multa infusa super articulos dolorem ipsorum soluit obtundẽdo sensum: torpor enim mediocris dolorẽ sedat, vt dicit textus.

*De duritie iuncturarum.*

Durities iuncturarum cõsequens arthreticas, q̃ licet rarissime curetur iuxta illud Ouidij. Soluere nodosam nequit medicina podagram: Nihilominus emendatur cum medicinis mollitiuis & resolutiuis domesticis & caute, iuxta doctrinam datam in capitulo de sephyros & sclirosi, & infra in antidotario dicendam. Et etiam Rasis. in de iũcturis, vbi ponit modum de euaporatione cum marcasita ignita in aceto extincta dictat ad hoc in speciali istud emplastr. Re. ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, sulphuris, nitri, sinapis, pyrethri, añ. par. i. lithargyri quantum de omnibus: coquatur lithargyrum cum oleo: & gummę dissoluãtur cum aceto, & bulliantur. & fiat emplastrum: & superponatur loco prius cum aliquo mollificatiuo. Ad quam intẽtionem & ad spasmum dictat tale vnguentum. Reci. bdellij cum aceto & modico de rob, & de melle dissoluti, drac. 30. olibani, opopanacis, ammoniaci, myrrhæ, ana drac. i. & .5. olei chamomillę. vnc. iij. olei antiqui, pinguedinis gallinæ, anseris, aquilæ, vel anguillæ, ana vnc. i. pinguedinis vituli, vnc. ij. confice. & fiat vnguentum.

Ad eandem etiam intentionẽ valet diachylon paruum, & magnum Heben Mes. quorum formæ dabuntur infra. Galenus vero testatur indecimo simplicium pharmacorum, q; caseus antiquissimus coctus cum iure tibiæ sallitæ porci, rumpendo cutem cum virulentia extrahit lapides gypsεos, & mollificat duritiem iuncturarum. ipse autem, ut dicit, probauit in multis. Rasis autem hoc recitando nasturcium addit. Durities autem quæ consequitur algebras, & alias solutiones iuncturarum & neruosarum particularum, etiam est difficilis curatiõis, maxime quando est desiccata & marasmata taliter q; fricando non rubescit, vt dicit Rasis. Et illa in qua nullus, aut paruus est sensus, est iam suspecta. Et tempus ad operandum si meliorari debet, requirit longum, nihilominus si consideratur in loco aliqua materia, curetur cũ incisiuis, vt dicit Auicen. Et de curationibus bonis post mollificationem est vaporatio cum lapidibus ignitis & extinctis in aceto, & resolutio domestica cũ emplastris & vnguentis dictis in capitulo de sclirosi: ad quod capitulum pro talibus dispositionibus semper est recurrendum. Si autẽ nõ est ibi materia: aut est pauca desiccata: procedatur ita. In primis embrocetur particula eã flectendo, & extendendo diu cum aqua mucilaginosa decoctiõis corticis radicis althęæ, & radicis vlmi, chamomillæ, meliloti, fœnugræci, se. lini, & similiũ. Aut cũ aqua decoctionis capitum, & pedum montonũ, aut cum musto, aut cum sanguine calido alicuius animalis. Deinde inũgatur iuxta ignẽ moderatum cũ isto vnguento. Re. dialthęę lib. 5. olei laurini, olei mastichini, olei de lilio, olei mustellini, olei de been, olei nucis indicę. añ. quartã. 5. axungiæ, struthij, aquilę, anguillę, marmoranę, casonis, anatis, gallinæ, axungiæ asini, medullę cruris vituli & cerui, añ. unc. i. bdellij, hyssopi humidę, styracis liquidę, ana vnc. 5. pinguedinis testiculorum castorei, drac. ij. cerę qđ sufficit. fiat vnguentũ. Deinde applicetur istud emplastrum. R. cerę, picis, diachylon, ana quartam. i. axũgię asini, quartam. 5. laudani, hyssopi humidę, galbãi, opopanacis, ammoniaci, bdellij, styracis calamitę, mastichis, sarcocollę dissolutorũ cũ vino. añ. vnc. i. axungię vrsi, struthij, aquilę, anguillę, fęcis olei de lilio, terebinthinę, ana vnc. 5. farinę fœnugręci, & se. lini, croci, ana drac. ij. fiat emplastrũ. Et genera diachylon sunt ad hoc propitia: & aqua sanguinis humani septies distillata est ad hoc per alchimistas, et p̃ Henricũ laudata. Plura alia ĩfra ĩ antidotario ponẽtur. Et ĩ hoc ligaturæ et ĩstrumẽta mechanica mlťũ auxilianť.

*De lepra.* *Cap. II.*

Lepra est maximus error virtutis assimilatiuæ, qua forma corrumpitur in toto, ita habetur ex verbis Gal. q̃tum ad primã partem in sexto. & q̃tũ ad secundã in secundo de ęgritudine et symptomate. Et intelligo errorẽ virtutis assimilatiuę ĩmediate: quia mediate potest esse causa error digestiuę & sanguificę in hepate. Et ideo Auic. vocat errorẽ virtutis hepatis causam efficientẽ antiquiorem: quãdo. n. hepar labitur ad caliditatem: & sic aduritur sanguis, et pręparat ipsum ad melancholiã. Et talis sanguis quando venit ad membra tertię digestiõis, inueniens ea debilitata a mala complexione frigida et sicca introducta a causis suis, vt statim dicetur, nõ potest eum cõuertere ad colorẽ, neq; ad carnem bonam vniformem & rubeam, cõuertit ad colorem & carnẽ granulosam nigram & horridam. vnde in primo de virtutibus naturalibus assumatur. Cum virtus digestiua erat in disseminando, causatur hectica: quando in uniendo, hydropisis: quando in assimilando, lepra. Est enim lepra morbus & accidens secundũ Gordonium qui sequendo Auic. valde bene tractauit istam materiã. Morbus cõsimilis officialis & cõmunis. Morbus cõsimilis est: qa est mala cõplexio frigida & sicca ęqualis & diuersa in parte & in toto. Officialis: quia est corruptio figuræ, quę est propria differẽtia ipsius vt dicetur. Cõmunis, quia cũ sit apostema vniuersale, soluit cõtinuum vt apostemata alia particularia. Et est accidens: quia lęsa actio. Dicitur autem lepra a lepore nasi: quia in eo potiora & certiora apparent signa ipsius. Vel dicitur a lupo: quia omnia mẽbra vt lupus deuorat. Corrũpit enim omnia mẽbra ut lupus cãcrosus secundum Halya. in octauo sermone partis primæ libri dispositionis regalis. Et ideo ab Auic. dicitur cancer cõmunis toti corpori. Species & differentię lepręe potissime sumuntur a materia et a symptomate. Et licet secũdum Halya. vbi supra: et forte secundũ Gal. non ponãtur nisi duę species a duabus choleris adustis malis: nihilominus cõmunis schola nostra assignat quatuor species secundũ q; quatuor humores possunt aduri, & in melancholiã conuerti. Elephantiam de melan-

Vox gręca ẽ

cholia. Leoninam de cholera. Tyriam de phlegmate. Et alopeciam de sanguine. Raro tamen inueniuntur singulares: plurimum sunt cõpositæ vt alia apostemata. Et vocãtur ita a proprietatibus talibus, quę in talibus animalibus inueniuntur.

Causæ lepræ sunt triplices, primitiuæ antecedentes, & coniunctiuę. Causæ primitiuæ sunt corruptio aeris, & contactus leprosorum, malitia ciborum, macula generationis. Et adiuuant hęc, retentio superfluitatum melancholicarum, ut hęmorrhoidum, mẽstruorum, uariolarũ, quartanarũ, & debilitas splenis, & hepatis caliditas, ut dicit Auic. Causę antecedentes sunt humores dispositi ad vrendum, & in melancholiam conuertendum. Causa cõiuncta est melancholia sparsa per totũ. Propter qđ sciendum ꝙ, ut dictum fuit de apostematibus, melancholia est duplex, naturalis & non naturalis: de naturali non fit lepra: sed de non naturali: & non de quacunq;, sed de illa quæ facta est per adustionẽ. Ista autem melancholia, vt dicit Auic. aut spargitur per totum corpus, aut ad partẽ. Si ad totum corpus & putrefit, facit febrem: si nõ putrefit, morpheam in cute, & lepram in carne. si ad partem, generantur cancer, & verucæ, et consimilia, vt in sexto de ægritudine & sympto. innuitur a Gal.

Signa & iudicia. Intelligendũ secundũ magistrũ Iordanũ in est circa signa et indicia leprę, ꝙ in Mõtepessulano ipsa lepra hẽt dispositionẽ & actũ. Dispositio seu pręparatio leprę est proprietas in corpore, qua aliquis valde est dispositus ad leprã. Et tales ꝓprietates ꝓueniũt a causis primitiuis: et coadiuuãtibus dictis. Actus aũt leprę est nocumẽtũ virtutis dictæ, qđ ex sparsione melancholię per totũ corpus prouenit. Et iste actus dicitur habere quatuor tempora, principium, augmentum, statũ, & declinationem saltim ad mortem. Principiũ est, quãdo nocumentum tangit membra intrinseca: & tunc apparẽt signa debiliora: lepra enim incipit in interioribus: deinde ꝓcedit ad exteriora. deinde redit ad interiora. & tunc cum venenositate sua interficit. Augmentum est, quãdo apparet in exterioribus: & tunc signa augmentantur, & plurificantur. Status est, quando membra incipiunt vlcerari: et tũc signa sunt manifesta. Declinatio quando membra cadunt: & tunc signa sunt popularia. Signa autem cõmunia oĩum specierũ leprę qdã significant pręparationẽ seu dispositionẽ: qdã ipsius actũ. Pręparationẽ seu dispositionem significãt fœdus color, morphea, scabies, & superfluitates fœtentes, & causæ dispositiuæ dictæ. Actũ autem significantia: quædã sunt vniuoca: quædam ęquiuoca. Vniuoca dicuntur, quę semper significant lepram, et sequuntur eam vel intense vel remisse. Et sunt sex: oculorum & aurium rotunditas, depilatio, & grossicies seu tuberositas superciliorum: dilatatio & tortura narium, ab extra cũ interiori strictura: labiorum fœtiditas: vox rauca, ac si cum naribus loqueretur: fœtor anhelitus, & totius personæ: aspectus fixus et horribilis ad modum animalis saton. Vnde. G. in secũdo de ęgritudine et symptomate. Simatur enim nasus, et labia grossa, et acutę aures apparẽt: & vniuersaliter similes satyris elephantiasim patiẽtes .i. leprosantes fiũt. Satyrus aũt vel satõ ĩ terra arabica est aĩalis horribilis aspectus in quo sunt signa iã dicta.

Æquiuoca dicũtur quę cũ hoc ꝙ inueniuntur in le- E pra, inueniuntur in alĳs ægritudinibus: & ideo non semper significant lepram. Et sunt. 16. Primum est durities & tuberositas carnis specialiter iuncturarum & extremorum. Secundũ est color morpheatus, et tenebrosus. Tertium est casus capillorũ, et renascitio subtilium. Quartum cõsumptio musculorum, præcipue pollicis. Quintum insensibilitas, & stupor, atq; grampa extremorum. Sextum scabies, & impetigines, gutta ros. & vlcerationes in corpore. Septimũ est grana sub lingua sub palpebris, & retro aures. Octauum ardores, & puncturæ acuũ in corpore sensibilitas. Nonum cutis eorum ad aerem ad modum anseris displumatæ crispitudo. Decimũ quando proĳcitur aqua super ipsos videtur vnctuosi. Vndecimum raro febricitant. Duodecimum sunt astuti & dolosi furiosi: & nimis se ingerere volũt super populum. Tertiumde- F cimũ habent somnia ponderosa et grauia. Quartumdecimum habent pulsum debilem. Quintumdecimũ habent nigrum sanguinem, plumbeum, & tenebrosum, cinerulẽtũ, arenosum, & thrombosum. Sextũdecimũ habent vrinas liuidas, albas, subtiles, & cinerosas. Cum istis autem signis examinantur leprosi.

Circa tamen examen, & iudicium leprosorum est multum aduertẽdum, quia maxima iniuria est sequestrare non sequestrandos, & dimittere leprosos cum populo. Nam morbus est contagiosus, & infectiuus. Et ideo medicus debens eos iudicare, sæpe debet eos aspicere, & secum signa voluere & reuoluere, & videre quæ signa sunt vniuoca: et quæ æquiuoca: et ꝙ non iudicet per vnum signum: sed per coucursum multorum specialiter vniuocorum.

In primis inuocando Dei auxilium debet eos con- G fortare, ꝙ ista passio est saluatio animæ: & ꝙ non dubitent dicere veritatem: quia si reperirentur leprosi, purgatoriũ animę esset: & si mundus habet eos odio, non tamen Deus: immo Lazarum leprosum plus dilexit quam alios. Si autem non reperirentur tales, stabunt in pace: deinde faciat eos iurare veritatem dicendi de interrogandis. Et tunc in primis debet interrogare de his que disponunt ad lepram. Si ipse habet aliquid, vt si ipse est de genere leprosorum: aut si est cõuersatus cum eis. & si restricta sunt ei menstrua vel hęmorrhoides. & si regimine melancholico vsi sunt: & quales ęgritudines consueuerunt pati. Deinde inquirat cum notis ipsorum: et cum ipsis de astutia & moribus ipsorum, & somnĳs, desiderĳs ipsorũ: & si sentiunt acuitatem, ardorem, & puncturas in carne: deinde tangat pulsum: deinde faciat sibi facere phleboto- H miam: & consideret substantiam & colorem sanguinis, si est niger, & cineritius. & lauet ipsum: & sciat qualis erit illa caro, quę remanet ĩ colatorio: si est arenosa, granulosa, et thrombosa: quia maximum signũ est. Et si uult probare, in altera scutellari, si sal cito funditur. & si acetum, & vrina cito commiscentur. Et si per modum farinę descendit in plena pelui aqua: potest gratia solennitatis facere. Hoc facto consideret aspectum suum: et dicat sibi ꝙ recedat: et de mane apportet vrinã: & interim cogitet medicus super visis & videndis. Et de mane ipse veniat in præsentia medici: & tũc ĩ primis videat vrinã, et cõsideret si significabit aliqd de dispositiõe leprę. si est alba, subtilis, cinerosa: qa tales sunt vrinę leprosorũ. Deinde cõsideret faciem suã. Supercilia si sint depilata, si sunt inflata, & tuberosa: oculos si rotundos specialiter versus

domesticam

domesticam partem: si eorũ alba sunt tenebrosa. De naso si est tortus, grossus, vlceratus intus. De auribus si rotundantur et curtantur. De voce, si loquitur rauce, et cũ naribus. De labijs & lingua, si sanguinantur, & vlcerantur, & si habet grana. Si anhelitus sit difficilis & fœtidus. Et si eius forma sit diuersa, et horribilis. Et consideret bene ista, quia signa faciei sunt certiora. Deinde faciat ipsum expoliare, & cõsideret in primis colorẽ totius corporis, si ẽ tenebrosus, et morpheus. Deinde substantiã carnis, si est dura, & aspera, tuberosa specialiter circa iũcturas & extremitates: & si est scabiosus, pruriginosus, et serpiginosus, et vlcerosus. Si corium eius crispatur, vt anseris: si musculi sunt cõsumpti. Si patitur dormitationem in membris. Si senserit bene quando pungitur retro talonem et tibiam, & interrogetur cũ quo et vbi. Deinde proijciat aquã super corpus suũ: & videat si est vnctuosum: & si sal adhæret quando proijcitur super ipsum. Deinde redeat ad consideratione faciei, & aspectus: & dimittat ipsum. Pensentur omnia signa, & conferat, & delibe ret bene de signis & cõcordia ipsorum. Et si inueniat ꝙ ipse cum dispositione ad leprã habeat aliqua signa æquiuoca diminuta, domestice & secrete cõminãdus est, vt stet in bono regimine: & habeat cõsilium medicorũ: alias efficeretur leprosus. Si autẽ multa habet signa æquiuoca & pauca vniuoca, cassatus vocatur vulgariter. Et tales sunt acriter cõminandi, ꝙ teneant bonum regimen, & habeant bonum consilium medicorum: & ꝙ stent in domibus & mãsionibus ipsorum. Et nõ multum se ingerant cum populo: quia ingrediuntur lepram. Si autẽ habent multa signa ęquiuoca, & multa vniuoca cum bonis verbis, & consolatorijs sequestrandi sunt a populo: & in malanteria ducendi. Si autem sunt sani, absoluendi sunt, & cũ literis medicorum ad rectores mittendi.

Signa autẽ propria humorũ, habẽtur per signa humorũ dicta in de apostematibus supra: peiores tamẽ sunt humores leoninę & elephantinę quam aliarum. Iudicatur per omnes ꝙ lepra est pessimus morbus: et est hęreditarius, & contagiosus: & est quasi impossibilis eradicationis præsertim cõfirmata. Quomodo. n. inquit Aui. curabitur lepra, cum sit cãcer uniuersalis, quando cancer particularis non curatur? præseruari autem potest, & palliari: curari vero minime. Amplius iudicatur ꝙ inter species lepræ leonina, & elephantia tanquã de pessima materia sunt peiores. Aliæ vero tanquam de magis miti suauiores.

In curatione lepręad tria cõmuniter intendũt doctores. primum est ad præseruandũ dispositos antequam veniat. secundũ est ad curandũ actuales, dum est introducta, sed non est confirmata. tertiũ est ad palliãdũ, dũ est introducta & cõfirmata.

Regimen præseruatiuũ tres habet intentiones. prima est vt materia non generetur. secunda vt materia generata expellatur. sed tertia vt hepar, & cõplexio totius corporis rectificetur. Prima completur cum debita administratione sex rerum non naturalium: et trium non necessariarum quæ sui generalitate annexantur istis, vt sunt aer, cibus, et potus etc. vergentiũ ad temperamentum. Secunda completur cum bina aut trina purgatione in anno. vere tamen potissime & autumno cum diacatholicon, aut pilulis de fumoterræ: phlebotomia, cum debita prouocationę hæmorrhoidum, & cauteriorum in fontanellis bra-

A chiorum, & tibiarum. Tertia completur cum bonis electuarijs factis de diarhodõ abbatis, & bonis epithematibus, pro hepate.

Regimen autem curatiuum quando est actu lepra, non tamen cõfirmata: habet quatuor intentiones. Prima est bonitas regiminis, vt humor lapsus temperetur. secunda est humorum adustorum euacuatio. tertia est impressionis illatę rectificatio. sed quarta est accidẽtium correctio. Primum completur cum debita administratione sex rerum non naturalium, & trium annexarum vergentium in frigiditatem et humiditatem. Secundum completur cum phlebotomia et pharmacia, caputpurgijs, balneis, ventosationibus, & fricationibus, & alijs resoluẽtibus materias ab extra. Tertium completur cum debita administratione serpentium, & potionum, & confectionũ

B de alfilude, de auro, & de talibus cũ similibus confortantibus cor, & rectificantibus naturã. Sed quartũ completur, secũdũ naturã accidentiũ quæ occurrũt.

Regimen palliatiuum quod competit lepræ confirmatę tres habet intentiones. prima est humectare corpus ab intra ne incineretur. secunda confortare cor & alia membra principalia ne dissoluantur. sed tertia est custodire membra ne deformentur.

Primum completur cum debita administratiõe lactis, & brodij gallinarum, & aliorum humectãtium. Secũdum cum lætificãte Gal. & diarhodon abbatis. Sed tertium cum cauterijs factis in locis vbi scitis: & cum gummeris, et alijs decorantibus et solidantibus faciem, et alia membra. Verũ quia ista magis pertinent ad dominos physicos quam ad chirurgos, nisi quã tum est ad iudicandũ, & ad manualem operatio

C nem, exquisitam pertractationẽ, de modo et qualitate complendi prædictas intentiones omittam, superficialiter aliqua tangendo ea in. 8. capitulis tangendo vel assumendo. Primum erit de diæta. secundum erit de phlebotomia. tertiũ de medicinis laxatiuis. quartum de caputpurgijs. quintum de balneis, vnctionibus, epithematibus, embrocationibus, & consimilibus. sextum de regimine serpentium. septimũ de cauterijs. octauum de correctione accidentium.

Diæta leprosorum debet esse, sicut patientium apostemata melãcholica, de qua superius in de apostematibus melancholicis fuit dictũ. Et vltra illa caueant a coitu, & ab omni re, quę potest eorũ calefacere naturam: vt vult Aui. lac etiã, vt dicit, est de conuenientioribus, quibus curatur lepra, & proprie apud constrictionem & difficultatem

D anhelitus & vocis. Et post euacuatiões oportet, vt bibãt id dũ mulgetur, et detur ꝙtitas quę digeratur. Et si posset stare cũ ipso solo, bonũ esset. Et si passio sedaretur, auferatur: totũ aũt regimẽ ipsorũ ꝑcipue in palliãdo ad regimen hecticarũ declinetur, vt volũt oẽs.

Phlebotomia venarum magnarũ nullo modo competit in lepra confirmata: nisi esset magna repletio: aut ꝙ timeretur constrictio anhelitus: sed ventosatio et scarificatio in natibus, tibijs, retro collum, inter spatulas: & apertio venarum paruarum narium, & faciei, bene potest competerę eis: eo quia materia iam exiuit venas: & si est in carne antequam confirmetur, tamen præcipit Halyabbas sermone quarto, partis primæ libri dispositionis regalis, accelerare minutionem sanguinis a duabus venis organicis, & duabus post aures, & quæ frontis, &

a mediastinis: & tantum auferre donec defectus appareat. Rasis tamen a purpurea vena dextri brachij incipit: & post interuallum, a sinistra: & refert, q curauit quendam adolescentem leprosum, in cuius facie nodi fieri incipiebant, & pili defluebant, cui occurrere incepit cum phlebotomia, & vẽtris solutione cũ apozemate de epithymo, & pilulis cholerã purgantibus: & frequenter eum in balneo posuit: & cibaria humectantia dedit: postea quietem per aliquos dies ordinauit: post ad ventrem soluendum redijt: quod toties fecit, donec plusq quadragesies in quinque mensibus ventrem soluit: quibus peractis pili inceperunt nasci, & oculi, & color, & facies meliorari, et prope sanitatẽ reduci. Et recedens ab ipso per alios sex menses dimissa purgatione præter cum sero cum bono regimine, perfecte sanum eum inuenit.

### De medicinis laxatiuis.

In primis digeratur materia cum syrupo de fumo terræ, quod Reci. fumiterræ, quartam. i. buglossæ cum toto, teneritatum lupuli, scabiosæ, lapathij, capilli ve. dianthos, polytrichi, scolopendriæ, endiuiæ nouellæ, cichoreæ, ana quartam. 5. liquiritiæ se. melonum, se. acetosæ, anisi, cuscutę, ana vnc. 5. florum ros. violarum, boraginis, et buglossa, epithymi, ana vnc. i. polypodij quercini, vnc. ij. vini malorum granatorum, aceti passulati, ana quartam. i. panis zucchari lib. i. fiat syrupus.

Digesta materia, purgetur paulatine cũ apozemate laxatiuo facto cum prædictis, addendo succum fumiterræ, boraginis, buglossæ, lapathij, & de sene, & epithymo quantum de polypodio, et de prunis, & tamarindis, ac casiafistula: & non ponatur acetum. Et administretur bis in septimana quarta. i. in quo potest dissolui ad acuendum, drac. i. electuarij de succo ros. Et si vis ponere in prædicto syrupo myrabolanos, præceptũ Heben Mesue facies. Si autẽ vis purgare fortius: fiat hoc cum pilulis de fumoterræ, cuius forma secundum Auicen. Reci. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, nigrorum, omniũ, ana drac. v. aloes succotrini, drac. vij. scãmoneæ, drac. v. sine cessatione conficiantur cum aqua vel succo fumiterræ: & fiant pilulæ dosis drac. i. vel drac. i. &. 5. Si autem vis purgare fortissime, præcipit Auic. hieram Rufi, hieram Logodion, Theodoricon. acuatur cum pulpa colocynthidos, & cũ electuario de succo ros. Cum istis autem medicinis possunt addi, & diminui medicinæ secundum q videbitur, q natura declinabit ad phlegma, vel ad choleram: & secundum tempus, & qualitatem patientis.

### De caputpurgijs.

Post euacuationem vniuersalẽ fiant caputpurgia cum succo vel decoctione sansuci, chelidoniæ, nasturcij, staphidis agriæ, pyrethri, nucismus. piperis lon. in quo addatur modicũ de euphorbio, & de scãmonea, aut de electuario de succo ros. & trajciatur: aut imponatur vna gutta in naribus cum emboto nasali.

### De stuphis, & balneis, fricationibus, & unctionibus, & consimilibus.

Post istas autem purgatiões, fiant stuphæ cũ herbis dictis in syrupo. Et in stupha raso ca-

E pite fricentur, & lauentur, per caput & faciem & totum corpus cum tali decoctione. Re. fumiterræ, lapathij, scabiosæ, chamomillæ, meliloti, staphidis agriæ, sinapis, piperis lõgi, nucismus. sulphuris, nitri, alos, auripigmenti coctis cum aqua & aceto, et facta fricatione liniantur totus cum sanguine leporis. Et in exitu detur theriaca cum vino, drac. i. Et postquam sanguis fuerit desiccatus, redeat ad stupham: & ibidem lauetur cum aqua decoctionis radicis lilij, iarri, & furfuris macri. Et post inungatur totus cum isto vnguẽto. Re. vnguenti citrini lib. i. vnguenti albi lib. 5. pinguedinis serpentis, quartam vnam, olei rosacei, olei myrtini, vnguenti populeon, ana quartã. 5. misceantur & inungatur.

Pro ista intentione inuenirentur multa alia auxilia in morphea, scabie serpigine, & in morbis faciei. Et
F ista talia reiterentur toties, quoties videbit expedire.

### De administratione serpentum.

Et scias vt dicit Aui. q caro viperę, vel thiri & illud ĩ quo est virtus eius, est de melioribus medicinis ei. Et Gal. in vndecimo simplicium pharmacorum per quinq exempla hoc probauit. eligantur ergo serpentes secundum nobilem Gordonium de locis siccissimis cum dorso nigro, & ligentur versus caput & caudam: & cum virgis minutis flagellentur, & subito insimul duo viri abscindãt caput et caudam: & permittantur volutari per terram: & quãto plus volutabuntur, & exibit de sanguine, tanto melius erit. & excorientur & abluantur cum aqua salsa calida: & postea cum uino puro. Et istis serpentibus utatur omnibus modis quibus poterimus cõsiderare: quia breuiter loquendo aliam uiam non habemus
G in curando leprosos per corporis mundificationem, nisi in serpentibus. decoquãtur igitur usq ad ossium separationem cum fœniculo, et anetho, et pane biscocto & modico salis. Et sorbeatur brodium, & comedantur carnes: uel carnes sic præparatę terãtur cũ ala gallinæ, & modico çinçi. & satis de zuccharo, & fiat comestio alba. Vel aliter, q carnes sic præparatę cũ puluere çinçib. coriãdri, & croci ponãtur in pastillo. Vel aliter, q carnes sic pręparatę terantur fortiter, & cum puluere çinçib. nucismus. & zuccharo: & fiat electuariũ. Vel aliter serpẽtes uiui ponãtur in uino tẽpore uindemiarũ cũ epithymo, sene, polypodio, et aniso, fœniculo, & anetho, & quando erit clarificatum, ponatur in alio uase. & erit laxatiuum, si administretur bis uel ter in die. Vel aliter secundum Henricum: ponantur post decolationem in alembico: &
H fiat aqua. Et patientes possunt lauari cum aqua decoctionis ipsarum. Est tamen aduertendum q usus ipsarum facit corpus primo inflare: & postea cadunt squamæ, & pelles: & excoriantur: & deinflãtur: & sanantur. Tempus autem sufficientiæ usus ipsarum est, dum incurrere incipiunt scotomiam, et mutarim ratione: tunc enim cessandum est ab usu ipsarum. Et sal uiperę iuuatiuum est iterum. De his quæ conferunt est, vt dicit Aui. quando bibuntur, aut comeduntur, sunt confectiones bederasuli & alfelude etc.

### De cauterijs.

Circa cauteria est intelligendũ q ipsa non debent fieri, nisi post omnes alias curas: & maxime

& maxime in putrefacta & humorosa. Et licet Albu. ponat. 70. cauteria pro ipsis: quia dixit quod quãto fiũt plura, magis conferunt: nihilominus non sunt cõsueta mihi: nisi cauteria punctalia seu rotunda fontanellarum brachiorum, & tibiarum, & inguinum, & ascellarum, et in summitate capitis, & retro collum ad setonem. Ruptoria fiunt sub mentone & in collo. Et si vẽtosę præcederẽt ruptoria, nõ esset id male factũ.

*Vltimo est dicendũ de correctione accidentium.*

Accidentia quę apparẽt in lepra, sunt multa quę correctione indigent, vt morphea, scabies, pruritus, & serpigo, de quibus dicetur in sequenti capitulo. Nodi, glandulę, atque tuberositates, vlcera, & corrositates, de quibus in proprijs capitulis dictum est supra. Depilatio, pustulatio, oppilatio narium, de quibus dicetur infra doctrina secunda. Raucedo, difficultas anhelitus, de quibus in physicalibus libris satis tractatur. Et ideo correctiões eorum in locis suis requirantur.

*De morphea, serpigine, scabie, pruritu, syronibus, pediculis, & alijs infectionibus cutis. Cap. III.*

INtelligendum quod morphea, & albaras, algada, algasen, pãni, lentigines, sanguis mortuus, gutta rosea, scabies, serpigo, & impetigo, & consimilia sunt infectiones cutis maculosæ: & quia non differunt, nisi magnitudine & paruitate, & in situ & in colore, & aliqualiter in materia: propterea doctores nostri fuerunt ita varij & discordes in differentijs ipsorum: immo, quod fortius est, morpheam albarosan vocauit Halyab. lepram: Nihilominus communis vsus tenet inter nos quod istæ infectiones quandoque sunt planæ: & non habent inæqualitatem, neque vlcerationem: si sunt nigræ, vocantur morpheæ: si albæ, albaras: si rubeæ, gutta .s. ro. si magnæ, vocantur panni: si paruæ, lentigines: si vero non sunt planę, sed inæquales & vlceratę, vocantur scabies, serpigines, & impetigines. Non obstante quod Lanfrancus & Henricus in differentijs istorum multum videntur gloriari.

Non ergo faciunt in opere diuersitatem tales differentiæ nisi in non vlceratis quæ reponũtur sub morphea: & in vlceratis sub scabie & serpigine. Et in syronibus & in pediculis de quibus dicetur. Et licet multa de his dicantur hic in generali: nihilominus aliqua dicentur in speciali in secũda doctrina de dispositionibus faciei.

*De morphea.*

Est ergo morphea cutis plana, defœdatio maculosa. Cuius licet sint tot species, sicut & leprę: nihilominus duę sunt magis famosę, nigra videlicet, & alba. Quarum causæ sunt, albæ, phlegma: nigræ vero, melancholicus humor: vt dicebatur in sexto de ægritudine & symptomate.

Signa sunt satis manifesta. Sed iudicia sunt difficilia. Iudicatur enim per nobilẽ Gordonium, quod morphea antiqua, et quę occupat magnũ spatium, & quæ cum fricatur, non rubet, nec quãdo pungitur, emittit sanguinem, sed aquositatem: est incurabilis: aut cum magna difficultate curabilis: quæ vero est oppositarum conditionum, ad curandum aliquam habet suspitionem.

A Cura morpheæ nigræ, supposito regimine dicto in lepra, oportet secũdum Aui. ut incipiatur cũ phlebotomia, si fuerit illic multitudo sanguinis: & cum euacuatiõe humoris adusti & melancholici cum his quæ in lepra sunt dicta. Verum de euacuantibus sublimibus est aqua casei cum epithymo, sumendo quolibet die, drac. i. cum cado uno aquæ casei: & multoties cum ipso est soluendus, vt dicit Rasis. Et post hoc dicit quod ex semine raphani, & erucæ, & condisi confectis cum aceto locus est epithemandus: ipso tamẽ prius balneato. Halyab. autem iubet conterere cepam: & ad solem cum ipsa cataplasmare. Gordonius præcipit quod fricetur locus cum pãno aspero: & postea quod locus epithemetur cum auripigmento rubeo pistato cum succo fumiterræ: & in crastinum lauetur cũ aqua furfuris. Iamerius hanc morpheam fricat cum memitha. Rogerius recipit tartarum & fuliginem de quolibet, vnc. ij. salis nitri, sulphuris viui, ana vnc. i. auripigmenti, aluminis scissi, vtriusque ellebori, ana vnc. s. puluerizentur omnia, cum succo fumiterræ, & abrotani, & lapathij acuti, atque panis porcini, et sapõe cum oleo in mortario incorporentur taliter, ut fiat linimẽtum: cum quo morpheatus locus epithemetur. Et si ista non valent, scarificetur locus: & cum illo sanguine epithemetur. Aut, ut dicit Guil. de Sali. cãtharides cũ fermento & aceto apponantur: aut mel anacardinũ vt dicunt glossatores Rogerij. Et post vesicationem desuper folium caulis ponatur, & remota cute, si est necesse, ut quando est infectio profunda, corrodatur caro cum arsenico incorporato cum dialthea: et purgata carne locus cum vnguento citri acuato cum lithargyro cõsolidetur. In morphea autem alba supposito regimine dicto in apostematibus phlegmaticis, oportet secundum Auicen. vt deuitetur phlebotomia, & euacuetur phlegma cũ hiera acuata cũ colocynthide, aut cũ pilulis cochijs Rasis. Et post hoc præcipit Rasis, quod fricetur ad solem cum linimento facto ex setaragi quod credo capsiam: & ex rubea: et elleboro, & sinapi, & se. raphani. Auicen. vero vult quod cum alcali & calce coctis cum vrina infantium vsque ad mellis spissitudinem fricetur ad solem, quousque locus vlceretur. Deinde accipiatur pix & cera, atque terebinthina, & cortices nucis adustæ, atque sanguis pulli columbæ, & oleum de alcanna, & vsque ad sufficientiam decoquantur: & continuetur super locũ donec sanetur: & color eius sit sicut color corporis. Theodoricus dicit quod quædam domina Pisana curabat omnes morpheas per istum modum. In primis lauabat locum morpheatum decies cum aqua frigida. Post cum isto vngebat unguento. Reci. cineris serpentis combusti in olla noua bene cooperta, vnc. i. lithargyri vsti, gallarum, radicis flãmulæ, solearum antiquarum, plumarum nigrarum gallinæ, omnium combustorum, ana vnc. s. arsenici, calcis viuæ, argẽti viui, ana drac. ij. conficiantur omnia cum aceto: & fiat sicut vnguentum. Cum quo locus morpheatus inungatur bis vel ter: aut plus sicut videbitur expedire. Post aũt mittatur ad balneũ: & dum intrabit balneũ, liniatur cũ psilothro facto ex q̃tuor partibus calcis & vnius arsenici coctis cũ aceto et aqua. Et postquam sudauerit in balneo aliquãtulũ, lauetur cum aqua, & erit sanatus. Melius tñ videretur quod prius in balneo liniretur cũ illo psilothro: et post in exitu liniretur cũ

illo Vnguento:ipse tamen ita dicit, Si autem cum istis
non curaretur, est intentio doctorũ, ꝙ locus cũ can-
tharidibus & arsenico curetur, pręcipue si infectio sit
profundata, vt dictum est de morphea nigra. Nõ au-
tem cum cauterio actuali:neq; cũ scarificatione:quia
vestigia magis apparerent, vt dicit Auic. Et si cura
non valet, tingatur locus cum ista tinctura Auic. Re.
lithargyri, calcis, gallarum, alcannę, draganthi, añ. cõ
ficiantur cum melle & aceto nigro, & fiat linimentũ
de quo locus liniatur.

*De impetigine & serpigine & assafati.*

Omnia autem ista, vt dictum est, sunt infectiones
cutis inęquales, et finaliter vlcero-
sę non multum profundantes. Et propter hoc Auic.
dicit ꝙ sunt proxima adinuicem: & sunt de summa
bothorum vlcerosorum. Incipientes, paruæ lenes di
uisę in multis locis:deinde vlcerãtur vlceribus squa-
mosis & furfurosis, quandoq; apparentibus: quan-
doq; occultis. Et quæ sunt fixæ, magis proprie dicun
tur assafati & impetigines:quæ vero sunt mobiles, &
serpentes hincinde, serpigines quę vulgariter dicun-
tur derbes, & ignis volagius. Et quælibet ipsarum:
quædam sunt humidæ:quædam vero siccæ.

Causæ autem istarum infectionum:maxime hu-
midarum est humiditas mala cor-
rosiua, quæ permiscetur cũ grosso sanguine, & phle-
gmate salso, verũ in sicca magis prædominatur me-
lancholia. Expelluntur enim huiusmodi materiæ ad
cutim, & corrumpunt eam, vt dicit Auicen. Et talis
humiditas est vehementer ignita:et propter hoc sunt
cum pruritu & ardore: vt dicunt glosæ & Theodo-
ricus. Et generãtur in facie, & capite puerorum pro-
prie. Et multoties apparent in hyeme secundũ Auic.
eo quia frigus coartat & deriuat tales materias ad cu-
tem, vt dicit Theodoricus: & in æstate sæpe propter
calores vehementes, vt dicit Iamerius.

Curatio, quantum ad regimen, & euacuationem
nõ differũt a curatione apostematum, &
pustularum cholericarum melãcholicarum, de qui-
bus satis dictum est supra in de apostematibus, & de
lepra, & morphea. In speciali autem defendit Auicẽ.
omne quod habet dulcedinem superfluam, & pro-
prie dactylos, aut amaritudinem, aut acuitatem, aut
salsedinem, & vtatur humectatione corporis, humi-
ditate æquali, cum balneo & alijs.

Quantum autem ad localia in recentibus laudan-
tur fomentationes cum aqua tepida. Et alterare locũ
cum succo portulacæ, & cucumeris, & mucilagine
psyllij, & saliua hominis ieiuni. in decimo simpliciũ,
& acetositas citri, & gumma cum aceto: & sinapis cũ
aceto sunt optima secundum Auic. & oleum de fru-
mento, oleum ouorum, oleum de serpẽtibus, & oleũ
iuniperi ab Heben Mesue appropriantur: & oleum
de tartaro vulgus tenet supremum. Rogerius lau-
dat saponem & succum chelidoniæ. Et si cum eis ad-
misceretur vnguentum album, pulchrius esset, vt di
cunt glossæ ipsius. Et lotionem cum aqua rof. & suc-
cositate citri in qua sulphur puluerizatum steterit in
vase vitreo ad solem per. 20. dies, laudant Montipe-
dę. Et lac virgineum qđ fit cum aceto & lithargyro,
distillando & miscendo, cum aqua salita laudant Bo-
noñ. Vnguentum album factum de lithargyro, & ci
trinum factum cum oleo de tartaro & succositate ci-
E tri sunt Parisius consueta. Ad antiquas vero pro-
prie ad saffati laudat Auicen. linimentum factum de
cimolea, sulphure, cinere cucurbitæ, pulpa colocyn-
thidos omnium partes æquales cum aceto. Ad idẽ
Theodoricus. Re. succi radicis lapathij acuti quartam
.i. axungiæ antiquæ porci dissolutę lib. 5. argenti viui
extincti cum saliua, quartam. 5. coquatur axungia cũ
succo vsque ad eius spissitudinem:postea miscendo
argentum viuum pistando in mortario fiat vnguen
tum. Ad idem Rogerius. Re. tartari, plumbi usti, fu
liginis cineris, pyrethri, succi cyclaminis. añ. cõfice cũ
oleo, & fiat vnguentum. Henricus testatur ꝙ quic-
dam medicus Parisiensis curauit serpiginem quinq;
annorum cum tali unguento. Re. se. iuniperi cõquas-
sati, vnc. iiij. coquantur cum sufficientia aquæ: & co-
laturæ addãtur axungiæ porci reinfusæ colatæ, vnc.
F sex, terebinthinæ, vncia vna. dissoluantur omnia
simul, & dissoluta ab igne deponatur. Et cum infrigi
datum fuerit, aquositas expellatur:et unctuositas for
titer in mortario agitetur: & addendo sulphuris vi-
ui, unc. ij. fiat vnguentum. Rasis autem dicit, ꝙ an-
tiqua indiget sanguisugis & fricatione, donec exeat
sanguis plurimus, & resoluatur caro mala, & appa-
reat bona. Quæ vero ex ea fortis est, indiget secundũ
Auicẽ. medicamine acuto corrodente, quousq; per-
ueniat ad carnem sanam. Deinde cum vnguentis vl-
cerum, proprie albo, & de lithargyro consolidetur.

*De scabie & pruritu.*

Istæ etiam sunt infectiones cutis vlcerosæ prurigi
nosæ cum squamis & crustis, quę quan-
G doq; sunt cum virulentia & sanie: & quandoq; absq;
ipsa, vt ponit Gordonius. Quarum materia secun
dum Auicen. est sanguis cui commiscetur cholera cõ
uersa in melancholiã, aut phlegma salsum baurachiũ.
Ex prima. n. materia, vt dicit, fit scabies sicca: ex secũ
da humida. Sunt igitur secundũ hoc duæ species sca-
biei humida et sicca, sub qua pruriginem pono. Cum
enim talem materiam natura ab interioribus ad ex-
trinsecam cutem pertulerit, si sub cute permanserit,
& fuerit subtilis, facit pruriginem: si grossa, scabiem,
ut euidẽter ponit Halyab. pte prima, sermõe octauo.
Et ibidem ponitur, ꝙ tales materię fiunt maxime plu
rimum comedentibus: & qui malis vtuntur cibis, sal
sis videlicet, & amaris, dulcibus, & acutis, vt addit
Auicen. & qui balneum dimittunt, & vestes nõ mu-
tant, laborant, & vigilant, et vinum purum potant.
H Addit Rasis. fit autem senibus propter cutis debilita-
tem, & quia in eis salsus humor vtplurimum genera-
tur, & plurimum fit inter digitos: quoniam sunt de-
biliores, vt dicit Auicen.

Significant scabiem secundum quidem Halyab-
batem pustulæ paruæ incipientes: de-
inde vlcerantes. Et significatur natura hu. per calorẽ,
ardorem, pruriginem, & per expulsa. Iudicatur ꝙ
quãuis scabies sit mala per viam signi, potest tamen
esse bona per viam causæ. expurgare enim corpus
ita consueuit natura ad cutim superfluitates repellen
do, vt in quarto therapeu. dicit Gal. Iudicatur ꝙ sca-
bies in decrepitis est difficilis, aut impossibilis cura-
tionis. Iudicatur etiam ꝙ scabies & pruritus indu-
cunt vlcera, impetigines, & ægritudines fœdas. Est
etiam scabies de ægritudinibus contagiosis.

Curatio.

Curatio quantum ad regimen & euacuationem non differunt a curatione prædictarum infectionum. In speciali autem cõmendat Auic. cum proprietate chelidoniam cum laxatiuis. Et aloë de tertio in tertium sumpta, drac. i. cũ aqua endiuiæ, & fœniculi eradicat scabiem, vt dicunt Rasis & Auicen. Et si veniret ex eo intestinorũ rasura, curetur cũ clysteribus opportunis: & si adest repletio, phlebotometur, vt dictum est supra. et scias secundum Aui. ꝙ vẽtosæ in vtrisq; cruribus conferunt scabiei fœdę. Facta autem euacuatione sufficiẽti volunt doctores nostri, ꝙ stuphentur cum herbis positis in syrupo de fumoterræ posito in capitulo de lepra. Et intret stuphã cum istis positis ab Auicen. quæ habent abstergere, et rectificare complexionem cutis, vt sunt malua, sicla, lapathium, acetosa, apium, furfur, farina lẽtium, rіçi, & fœnugræci, melones decocti cũ aqua, & aceto seu granatorũ vino. Et in exitu offeratur theriaca, aut rubea trochiscata. Et postquam sudauerit, & dormiuerit in lecto, alteretur cutis cum oleo uiolato, ros. amygdalarum, aceto, aut granatorum succo. Quantũ autem ad localia: In humida laudant Rasis & Auicẽ. argentum viuum extinctum cum saliua, cachimiam argenti, oleandrum, condisum, alchali, lithargyrum confectum cum oleo ros. & aceto, et ꝙ fiat epithema per totam noctem. In mane vero balneum ingrediatur patiens, & cum aceto, & mossa viridi quercus fricetur: postea cũ aqua calida lauetur. Et his factis aqua frigida super ipsum fundatur, & cum oleo ros. inunctus egrediatur. In sicca & pruritiua concedit Aui. in potu lac vaccinum acetosum, & balneum cũ aqua tepida, & administrationem vnctionum oleaginorũ ex oleis frigidis, & proprie quando ponitur in eis succus apij & aqua ros. & endiuiæ, & acetum cum aloe, & sale armoniaco, & alumine. Et de medicinis quiescere facientibus pruritum, est papauer cum aceto tritum, & cerotum in quo ponitur opium.

Rasis autem in ista scabie, Re. baurac, costi, salis, cõdisi, ana drac. i. styracis, drac. vij. aceti, & olei q̃d suf- ficit. fiat linimentum de quo epithemetur in balneo, & maneat: & postea lauetur. In suis additionibus inuenitur, ꝙ lauare locum cum aqua ros. & aceto decoctionis ros. myrrhæ, sandalis, ru. & parum aluminis, pruritum fortem statim tollit. Vsus autem cõmunis habet vnguenta alba & lithargyca. In vtraque scabie inueniuntur multa communia vnguenta. Primo Gal. in nono simplicium pharmacorum, capitulo de sulphure docebat quosdam amicos suos piscatores sulphur miscere cũ oleo, & melle, & terebinthina, & sanabant scabiem & serpiginem: & ipse etiam non raro. Oportet enim medicinas tales habere virtutem mistam, vt consumant & repercutiant, vt dicit. Et ꝑpter hoc ego in lib. i. terebinthinæ & quarta .i. axũgiæ porci remisceo, vnc. i. sulphuris & aliquoties modicum de argento viuo appono secundum Theodoricum. Re. radicis lapathij acuti, enulæ campanæ, & asphodelorum, ac cicutæ coctæ sub prunis, aut in aqua pistatis, & mistis cum axungia veteri porcina, fiat vnguentum. Ad idem Henricus. Re. olei laurini, axungiæ veteris porcinæ, ceræ viridis, thuris, argenti viui extincti cum saliua, ana partem. i. salis communis tritissimi partes. iiij. conficiantur cũ succo fumiterrę & plantaginis, ana quantum potest imbibi agitando: & si adderetur modicum de fuligine

Immo Gal. dicit, ꝙ scabiẽ, & lichenes sanat eo quia extergit absque ꝙ in p. fundũ repellat cũ mul

A in aceto temperata, conferret ad omnes infectiones. Ad idem magister. Dynus. Reci. succi lapathij, scabiosæ, chelidoniæ, enulæ campanæ, fumiterræ, ana drac. vi. olei communis, vnc. vi. salis cõmunis, vnc. ij. misceantur & bulliant ad succorum consumptionem: deinde coletur: & assumatur illud oleũ, & ceræ, vnc. i. & liquefiant simul ad ignẽ, & deposito ab igne misceãtur donec ęquentur. Et si vis magis desiccare, adde vitrioli, vnc. 5. Et si vis, vt sit magis proprium ad phlegma salsum, adde cerussam, lithargyrum, plumbum vstum, cinerem vitis cum modico de aceto.

tæ aliæ medicinæ quæ huiusmodi affectus curant, mistam habeãt potẽtiã nempe vt digerant pariter & repercutiãt.

Ad idem magister Petrus de Bonanto pro scabie ex phlegmate salso Reci. succi chelidoniæ, succi ederę terrestris, ana lib. i. axungiæ porcinæ. lib. i. coquãtur omnia ad consumptionem succi: deinde cola, & adde argenti viui, vnc. i. incorporando fiat vnguentũ.

B Et post inunctionem folium lappæ inuersæ, aut lilij desuper apponatur. Vnguẽtum sarracenicum contra scabiem & malum mortuum & phlegma salsum: facit enim educere superfluitates per os balneando: & per subascellas resudando, inungendo solum extremitatẽ a genu et cubito in sole, vel ad ignem: duntaxat ꝙ illa hora summe homo caueat a frigore. Re. euphorbij, lithargyri, ana lib. 5. staphidis agrię q̃rtã. 5. argenti viui, quartam. i. axungiæ porci veteris. lib. i. incorporando in mortario fiat vnguentum: de quo inungat se semel in septimana. Est tamen aduertendum ꝙ quia argentum viuum nocet membris principalibus & dentibus atque gingiuis, præcipit Auicẽ. quod vnguenta in quibus ponitur, elongentur quantum poterit a partibus stomachi, & membrorum nobilium. Et Henricus dicit, ꝙ dentes & gingiuæ cum

C decoctione mentastri, anethi, et chamomillę lauẽtur. Nonnulli cum aqua solatri faciunt idem.

*De pediculis & syronibus & suis consimilibus.*

Quid autem sit pediculus, omnibus est notum. Fiunt enim ex materia prędictarum infectionum, minus tamen mala. Et ideo ad eam non festinatur putrefactio virulẽta, neq; vltimata: sed est conueniens, vt sit materia recipiens vitam a creatore suo, vt addit Auicen.

De modo autem generationis non curo: quia physicum est: sed ad generationem ipsorum iuuant res quarum proprietas est mouere materiam ad cutim, vt sunt ficus, & coitus, & dimissio mundificationis, & tarda pannorum mutatio.

Signa materię ipsorum habentur per colorem: vt ponit Gordonius. Iudicatur

D per ipsummet Gordonium, ꝙ pediculorũ multiplicatio a causa tamen intrinseca prætendit morpheam & lepram: eo quia si natura cutis esset fortis, non erraret: sed assimilaret. Error autem assimilatiuæ virtutis, est causa lepræ, vt dictum est.

In curatione enim ipsorum oportet in primis ꝙ corpus mundificetur cum phlebotomia, & hierapicra, & alijs euacuantibus humores putrefactos, & regiminis rectificatiõe, & assumptione medicinarum interficientiũ pediculos, velut sunt allia decocta, & calamenthum montanum, vt dicit Auicen. Et cum localibus & de ipsis fiunt stuphæ, & balnea cum aqua decoctionis aluminis, salis, bletę, tenaceti, cypressi, pini, calamẽthi, lupinorũ staphidis agriæ, et olea & vnguenta cum oleis cartami, rapha-

ni, sumac, acetosæ cum radice sua. Et speciale est ad hoc vnguentum sequens, de quo si inungatur cingulum de lana & portetur nuda carne, interficit pediculos, et prohibet ne amplius generētur. Reci. olei, vnc. iij. ceræ, vnc. 5. argenti viui, vnc. i. miscendo in mortario fiat vnguentum.

Syrones sunt animalia parua facientia vias cauernosas corrodendo inter carnem, & cutem potissime in manibus ociosorum. Et curantur lauando locum cum aqua sallita decoctionis piscium: aut cum succo ederæ terrestris: aut cum aceto misto cum aloe & consimilibus.

De varriolis & morbillis et desudatiōibus & plāta noctis quę sunt bothores parui in membro plurimi sudoris.

Et de essere quę sunt nodationes in carne cū pruritu venientes, quando homo est supercalefactus, & sudando scalpit se, supersedeo quantum est de præsenti: magis enim est physicum quam chirurgicum, & satis ex scientia apostematum potest haberi eorum cura. Quantum autem ad vestigia, infra dicetur in facie de cicatricibus variolarum.

*De extenuatione & ingrossatione corporum & membrorum.* Cap. IIII.

Qvanquam de ingrossatione seu impinguatione, & arefactione seu extenuatione saltim vniuersaliter pertineat ad dominos physicos: nihilominus quia in particulari ingrossatione & attenuatione membrorum chirurghi consueuerunt vocari, pro tanto dicetur quid de ipsis. Quid autem sit ingrossatio & attenuatio notum est satis a Gal. in 14. therapeu. quando enim in tantam carnositatem seu pinguedinem vertitur corpus, vt neq; ambulare possit sine tristitia, neq; tangere anum, neq; calciare, propter tumorem ventris, sed neq; respirare improhibite, dicitur grossum: sicut quando liquefit, & deprimitur, quemadmodum in atrophia & phtisi, dicitur arefactum. Et sequitur ꝙ plerunq; non totum, sed vna particula efficitur talis.

Causæ. & secundum hoc duæ species assignantur: quarum causę principales dicuntur in secūdo de ægritudine & symptomate: multitudo materiæ, indigentia: sicut insuper in grassatis vel colliquatis valde secundum vnam particulam vel corpore vniuerso est videre. Et in sexto de custodia sanitatis adiungitur fortitudo vel debilitas virtutis redditiuæ & nutritiuæ vel ambarum: & ea quæ extrinsecus eueniunt, ad desiccandum adduntur ab Auic. in quarto vt est vsus cibi subtiliantis, & quies immoderata. Nā vt ipse scripsit in primo, dimittentes exercitium incurrunt hecticam. Sopitur enim virtus attractiua in quiete, destruitur labore, ira, angustijs, vigilijs, fame, & dure iacere, vt dicit Rasis. Et ad hoc facit ligatura stricta, & constrictior pororum a calido & frigido & sicco excessiuis facta, vt dicit Aui. aut dolor, & passio iuncturæ superioris: vt ipsemet dicebat de podagra longa, & gibbo, & solutione profunda male restaurata, quod attenuabat membra sequentia, vt in suis capitulis fuit dictum. Oppilātur viæ cibi quodammodo, & debilitatur virtus attractiua.

Iudicia. Iudicatur per Hippo. in primo aphorismorum, ꝙ in gymnasticis quo ad summū euexiæ, idest boni habitus, fallaces sunt si in vltimo fue-
E rint. non enim possunt manere in eodem statu: relinquitur ergo ad peius, ꝙ suffocentur, aut venę crepētur. Iudicatur per Gal. in secūdo techni. ꝙ primas & solidas partes corporum nō est possibile humidiores facere. Et propter hoc dicebat in septimo therapeu. arefacta dispositio insanabilis existit, cum certissime completa fuerit. Et secundum hoc iudicatur, ꝙ licet siccitas sit difficilior ad curandum quam humiditas: nihilominus periculosior est nimia grossities ad sustinendum quam ariditas. Et hoc est qđ dicebat Hippo. in secundo, ꝙ grossi valde secundum naturā cito mortales magis fiūt macris. nam secundum Gal. in commento tales frigidi sunt, & strictas habent arterias & venas. Et propter hoc sanguinem & spiritum omnifariam paucum habent. quare calor innatus in eis parua occasione cito corrumpitur. Et cum hoc secundum Auicen. in quarto sunt expositi apoplexiæ,
F paralysi, pulsui cordis, diarrhoeæ, malitiæ anhelitus, syncopi, & febribus malis, & famem et sitim non possunt tolerare. Optiumm est ergo bene & moderate carnosum esse: nam vita in humido existit, vt dicit Auicen. non aquoso sed vnctuoso, vt dicit glossa.

Amplius iudicat Hippo. in secundo, quę in multo tempore extenuantur corpora, tarde vel pigre reuerti consueuerunt: quę vero in pauco pauce. Et hoc est propter cōsumptarum humiditatum diuersitatem, vt dicit litera. Ex quibus omnibus sequitur ꝙ ariditas longa & habituata, & quæ sequitur solutiones profundas male curatas, nunquam corrigitur: satis autem est si quid prohibeat eas siccari, non cito in secundo techni.

G Cura superfluæ grossitiei duas habet intētiones: prima est diminuere sanguinē, q multiplicatur. secunda resoluere materiam, quæ coniuncta est, & debilitare virtutem ne attrahat ipsam.

Primum completur per Gal. in. 14. therapeu. cum diæta attenuante dicta in libro de subtiliante diæta. Et cum pharmacis vrinam & sudorem prouocantibus, vt sunt ruta, & sua grana, aristolochia rot. gentiana, polium, ac subtilis centaurea, & viperæ combustæ, & ipsarum sal, & acetum ad ista facit, vt dicit Rasis. Et medicinæ laxatiuæ continuæ subducentes phlegma, vt dicit Halyab. in sermone primo, & ieiunia, & acuta exercitia, per Gal. vbi supra.

Secundum completur per balnea naturalia, aut artificialiter constructa similia in virtute tali vtiq; quali fieret misto flore salis cum aqua marina. Et deinde cum aliquo oleorum acutorum inungere: velut est
H oleum cucumeris syluestris, gentianę, aristolo. & consimilibus. Et non comedere in balneo, sed ieiunare: et dormire prius, aut non quiescere.

De ingrossatione particulari mēbrorum quomodo curatur, satis dictū fuit de chiragra, & elephantia, in de apostematum tractatu. In quibus inuenies ꝙ ad istas intētiones dictas adiungitur & tertia quæ est deriuatio materiæ ad illam partem, cum pondere & ligatura ut docet Aui.

In cura arefactionis & desiccatiōis corporis ad tria breuiter intendunt operantes. Primo ad generādū satis de sanguine benigno. Secūdo ad ipsum sanguinem extrahendum ad carnem. Sed & tertio, ad roborandum virtutem nutritiuam, vt sanguis attractus retineatur, & non euaporetur.

Primum completur cum diæta euchyma quæ hecticis

cticis & consumptis potissime ordinatur: vnde.14. therapeu. Quoscunq; enim renutricare voluerimus attenuatos, vinũ quidem dabimus grossum, pachychyma cibaria, & exercitia non acuta, neque fortia, & fricationem moderatam, & simpliciter dicere vniuersa prædictorum contraria geremus.

Secũdum completur in his qui secundum totum picari effugiunt, i sexto de custodia sanitatis, ante balnea manibus non valde mollibus, sicut neq; asperis refricare corpus, vsquequo ad ruborẽ deueniat: deinde fricatio dura non multum: & postea exercitijs commensuratis vtatur: deinde in balneo, non ita prolixe moretur. & postea oleo pauco vngas eum, oleumq; offeras. Nihilominus in.14.therapeu. consulit balneũ, post cibũ, aptũ. Et si oppilationes ex hoc contingerẽt, confestim prçcipit dari cappari ex oxymelite in principio cibi, donec vtiq; desistat grauedo.

Tertium completur in eodem sexto cum eo quod calefacit carnem, & non euaporatur qui deductus est ad carnem sanam vngentibus oleo virtutem habente emplasticam, idest adhæsiuã: vt est oleum cum pice liquefactum. Si vero & ætas concesserit, & frigidis balneis idem homo vtens simul cum prædictis, proficiet multum. In his vero quç difficulter nutriuntur particulæ, & plus quam oportet infrigidãtur supposita remotione causæ velut esset dolor, & constrictio particulæ, & sic de singulis, vsus fuit Gal. in quatuordecimo therapeu. quandoq; & thapsia: quãdoque quidẽ ea quç fit ex melle, superungens particulã. Est autem aptissimum qđ per cerotum, auxilium, vt dicitur ibidem. Euellit enim & hoc particulis quibus vtique supponitur, multitudinem sanguinis: fit autem de pice nigra sola, vel cum resina associata çqualibus partibus dissolutis & distensis super alutam, aut in tela imbibitis. Et non oportet offerre his laborantibus corporibus multoties: sed in hyeme quibus bis: in æstate autem semel sufficit continuãdo per tres aut quatuor dies. & si opportunũ fuerit, per plures. Debet autem præcedere picationem fricatio, & fomentatio, & cum virgulis percussio, donec vtique eleuentur carnes: & non confestim cessare oportet, antequã incipiat diaphorari: & postea pix debet applicari. Et post horam dictã debet cum quadam violentia eleuari. Et postea inungatur cũ oleo piceo: aut cũ aqua frigida infundatur. Et postquam membrum cooper tum per horam quieuerit: sic iterum redeat ad operationem, & toties hoc fiat, donec sit curatũ membrũ. Nihilominus bonum est, vt dicit Auicen. semper membrum exercitare portando, aut trahendo rem difficilem & ponderosam: aut brachium appositum cum fascia ligare: vt nutrimentum non recipiat, sed ad particulam vadat arefactam.

Vltra auxilia hic data, ordinãtur p Rasim. Halyab. & Aui. cibaria, confectiones, potiones, clysteria, balnea ad impinguandum, & demacrandum: quæ quia ad chirurgos non pertinent, relinquantur.

### *De casu offensione & distensione & submersione. Cap. V.*

Licet superius in de vulneribus sit tractatum de contusione carnis musculosæ, & neruorum, & capitis, & oculorum: nihilominus quia casus, offensio, & distensio differunt a cõcussione, sicut propriũ a communi, & magis elongãtur a vulneribus & apo A stematibus quam concussio: pro tanto hic in speciali dicetur de ipsis.

Casus & offensio secundum q dicit Auicen. lędũt & impediunt corpora cum concussione & attritione. & supple aliquoties cum dislocatione et fractura. & differunt, vt dicit glossa in loco: quia casus dicitur quando corpus cadit & percutitur ad terram, aut ad lapidem, aut ad aliquam rem percutientem. Offensio vero dicitur, quando corpus percutitur ab aliqua re exterius obuiãte. Vel aliter q casus est concussio corporis. Offensio solius ventris. Vel dicitur casus respectu exteriorum: offensio interiorum.

Distẽsio est mẽbrorũ tractus cũ fune aut cathena.

Submersio est fumi vel aquç præfocatio. Ad casum & ad offensionem sequuntur multa incommoda, vt dicit Auic. Incisio lacerti cordis & stomachi, B ex quibus moritur statim: & nocumenta egestionis, & vrinæ, & vomitus, atque sanguinis fluxus, strictura anhelitus, abscisio vocis & loquelæ, quæ omnia sunt mala & timorosa propter solutionem continuitatis neruorum pãniculorum atque venarũ: & propter dolorem & nocumenta quæ membris principalibus & necessarijs cõmunicantur. Et sequitur in textu, quod quanto corpus est maius, tanto timor est vehementior. Amplius dicit Auicen. q glandulæ in casibus & offensionibus multiplicantur, & curantur vt superius de glandulis fuit dictum. Iudicia casuum & offensionũ sequũtur iudicia magnorũ uulnerum.

In curatione casuum & offensionum & extẽsionum generaliter est aduertẽdũ, q si cum eis fuerit dislocatio, seu fractura, aut aliqua separatio, seu contusio: q illa tractentur prout dictum est C in capitulis ipsorum.

Quãtum autem ipsa sunt, eorum curatio quatuor habet inter tiones. prima vitam ordinat. secunda materiam vt non fluat, diuertit & euacuat. tertia locum læsum vt materiam non recipiat & apostemetur, defendit & firmat. quarta materiam fluxam carminat & resoluit.

Primum completur cum diæta tenui & sobria, dimittendo carnes, vt dicit Aui. immo in prima die nihil comedat, et parum in secunda & tertia, & vsquequo ab apostemate fuerit securus. Et post ĩgrossetur, et comedat cicera et ribes: ad hoc ut iteriora firmenẽ.

Secundum completur cum phlebotomia & linitiõe vẽtris cum casiafistu. et clysteribus, & id genus. & reubarbarum cum syrupo ro. secundum Rasim in hoc obtinet principatum.

D Tertium q ab intra a principio talis administretur potio. Re. boli armeni, mummiæ, terræ sigillatæ, ana unc. i. fiat puluis de quo drac. i. cum aqua plantaginis quolibet mane usque ad quinque vel septem dies administretur. Et supra locũ vult Aui. q ponatur istud emplastrũ. Re. faseoli, rizi, ana partem. i. boli armeni, sumac, ana partem. 5. aloes, aluminis, gypsi, calcis extinctorum, ana quartam partem illius, incorporãdo cum albuminibus ouorum fiat emplastrum. Communis tamen vsus auctoritate Rasis omnia loca læsa inungit cum oleo ros. aut oleo myrtillorum: & desuper aspergit myrtillos puluerizatos, vt superius in capitulo de contusionibus fuit dictum.

Quartum autem cõpletur q post principium detur talis potio. Reci. reubarbari, costi, radicis ru. centaureç, aristolo. ro. añ, vnc, i, fiat puluis de quo, drac.

administretur quolibet mane per nouem dies cum vnc. i. syrupi acetosi, & aquę anagallidis & consolidę maioris tantūdem. Anagallis enim quod est ipia seu morsus gallinæ in hoc magnam proprietatem habet, vt dicit Guil. de Saliceto.

Ad istam intentionē administrabat magister Americus de Alesto, potionem factam cum vino & melle decoctionis radicis osmundæ, iarri, & caudæ equinæ terrestris in quantitate vnius gobeleti: dum intrabat dormitum: sudando enim tota materia expellitur.

Et pro ista intentione etiam ordinauit stupham & balneum de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, in quibus ponantur cōsolida maior, osmunda, sanamūda, ipia, ebuli, artemisia, absinthium, rosę, chamomilla, melilotū, et pul. qui subtus fœnū reperitur.

Et ibidem cum melle fricantur, aut cū isto vnguento: & est Guilelmi de Sali. & eum acceptat Henricus. Reci. ceræ, vnc. iij. resinæ, vnc. vi. terebinthinæ, vnc. viij. olei cōmunis. li. ij. thuris, fœnugræci, ana vnc. ʒ. fiat vnguentum, de quo etiam omni die inungatur.

Si autem aliquis locus notabiliter sit cōfractus, ponatur desuper faba cocta cum oxymelite: & crocus in hoc est optimus: aut oxycroceum seu apostolicō: aut folia sambuci, ebuli, cypressi, tamarisci, cocta & pistata cum lacte acetoso, vt dicit Auicen. Nonnulli vero in fimo calido eos sepeliunt, & ibidem sudādo iuuantur. Halyabbas & Auicen. eos cum pelle ouina bidente recēter excoriata calida cum sale trito synapizato inuoluunt: fortasse enim si dimittantur, in die secūda curantur. hoc etiam testatur Gal. in libro vndecimo medicinarum.

Si autē offensio in uentre facta fuerit, consulit Aui. emplastrum quod fit de granatis syluestribus coctis cum musco, in quo de laudano & rof. tantundem misceatur, & spicę, mastichis, eupatorij, tertiam partem illius: & olei de lilio quod sufficit: fiat emplastrum.

In distensione consueuerunt operantes iuxta cōsilium Halyab. prius loco cū manibus aut pedibus reformato linteamē lineū infusum in aqua frigida super loca applicare: firmat enim locum: & confortato calore sudant corpora, & sanantur. Et si non proficit, ad curam predictā reducātur.

Siquis tamen ab alto loco ceciderit, & sine voce factus fuerit, & si loquitur, aliena dicit: suspicandum est quod cerebrum, aut aliquod mēbrorum principalium sit læsum. Claritas intellectus sanitatem cerebri demonstrat, vt dicit Rasis. Examinandum tamen prius est si est mortuus vel viuus, tangendo pulsum, vocando ipsum, trahendo pilos & nares, respiciendo pupillas oculorum si mouentur, ponendo flosculum lanæ, aut coti carpinati in ore & naribus, & scutellam aquæ plenam, si mouetur pectus prouocādo sternutationem cū pipere et euphorbio, & id genus. Et si non est mortuus, procedatur ad curam fricando extremitates cum aceto & sale & ruta, prouocando sternutationem & fluxum sanguinis cum setis aut paleis per nares. Et ipso aliqualiter uiuificato, fiāt clysteria, & phlebotomiæ, & alia auxilia dicta superius. Et si cerebrum sit in causa, quęratur cura in capitis cōtusione, & ita de alijs. Si vero fuerit mortuus, nō tāgas: sed fuge, et dimitte ipsum in pace.

Si autem immersus fuerit homo: vult Halyabb. in sexto sermone partis secundæ: ꝙ cum pedibus suspēdatur capite demisso ꝙ aqua ab eo exeat.

E Post hoc acetum decoctiōis piperis sæpe gargarizet. & aquam ciceris aliquibus diebus sorbeat. Si autē in fumo aliquis dissolutus fuerit: si spumauerit, nulla est ad eius salutem via. Cum autem non, oleum violarum gargarizet: & aquam tepidam decoctionis frumenti sorbeat, & calida cibaria pinguia comedat.

*De combustione aquæ uel rei ardentis.* Cap. VI.

Combustiones & arsuras sequuntur dolores, & vesicæ dolores, propter malam complexionē vesicæ, quia caliditas ignea subito attrahit humiditates aquosas ad sub cutim, quæ non potentes ab ipso igne spissata cute exterius exire, remanentes ibidem eleuant ipsam cutem: & faciunt vesicas & inflationes aquosas: quæ quandoq; occurrunt corpori pleno: & adducunt apostemata, & vlcera maligna: quandoq; vero mundo, & tales sunt magis mites.

F In curatione locali combustionis tres intētiones habētur. prima locum vesicari prohibet. secunda vesicas factas curare docet. sed tertia excoriationem claudit.

Prima completur cum infrigidātibus domesticis, vt secundum Rasim sunt panni infusi in aqua rof. super niuem infrigidata sæpe renouati. Et si res magna fuerit, hoc est ꝙ apostemata fuerint, ex latere contrario phebotomia erit facienda: & regimen infrigidandum, & subtiliandum. Auicenna vero oleum rosatū cum vitellis ouorum agitatis super apponit. & foliū, maluarum, siclæ, lentes, rosas cum aqua dulci coctas cum oleo rof. aut bolum ar. cum aceto terram sigillatam seu argillam lithargyrum, atq; cerussam, aquā endiuiæ, solatri, etiam ad prohibendum vesicas cōmen

G dat Auicen. Et aquam oliuarum Halyabbas approbauit. Theodoricus consulit totum membrum balneare cum aceto: & cerotum Gal. de cera & oleo rof. approbatur. Et oleum lauatum laudat Rogerius. & lardum cum folijs sambuci. Ad illud idem populeon cum vitellis ouorum ponunt quatuor magistri. Et si propter dolorē in prædictis adderetur aliquid opij, placeret Alexandro.

Secunda intentio completur aperiendo vesicas cū forpicibus, aut cum aliquo scarpello.

Sed tertia intentio completur cum desiccantibus domesticis, vt secundum Rasim est vnguentum album, in quo sunt albumina ouorum & camphora. Et vnguētum de calce septies aut toties lauata quousque dimiserit acuitatem: quarum formæ in antidotario dicentur. Auicen. vero facit quandam longam

H compositionem de stercore vaccino desiccato, corticе pini, lithargyro, cerussa, bolo armeno, calce abluta, tucia, plumbo vsto, scoria ferri, camphora, et consimilia incorporata cum oleo rof. & medulla, seu pinguedine cerui, quam dicit esse expertam, vbi non est magna caliditas. Et de hoc genere est fimus columbinus in panno lineo combustus, et cum oleo rof. incorporatus; est enim mirabilis, ut dicit. Et pori elixati competunt locis vlceratis. Et si vlcera fiant inobediētia, cura vlcerum malignorum curantur.

*De porris & uerrucęis atq; cornubus* Cap. VII.

Verrucæ secūdum Halyab. sermone octo partis primæ, sunt pustulæ paruæ nimium duræ ac rotundæ in superficie corporis natæ. Quarum quædam dicuntur porrales; quia sunt incisę & ramificatę

ficate ad modum capitis porri. Quædam sunt clauales, non incisæ: sed capitatæ & radicatæ ad modũ claui. Et quædam sunt cornales: quia sunt quædam additiones spissæ vngulares nascentes super iuncturas, & corporum extremitates, vt dicit Auic. vnde Gal. in primo de ægritudine & symptomate & quartodecimo therapeu. Acrochordones, & formicæ verrucales, alphi, & leucę sunt ęgritudines ex toto genere præter naturam. Cuius causa in secundo de ægritudine erat etiam materia pręter naturam quę ad cutim transmittitur: & deponitur a robusta natura. Et hoc est quod dicebat Auicen. in primo ꝙ erant de genere pustularum & bothorum. Cuius causa efficiens, vt in quarto dicebatur, erat natura expellens, & materialis: humor grossus, melancholicus, aut phlegmaticus, salsus in melancholiam cõuersus. Licet Halyabbas velit ꝙ a duabus oriũtur humoribus a phlegmatico videlicet, & melancholico indurato, et nõ putrefacto, vt glossatur in loco. Et fiunt in omnibus membris maxime in manibus et pedibus: et ad magnas sequuntur paruæ non a sanguine fluente extra dũ sanguinantur, vt credit vulgus. Sed quia magis sit causa ad conuertendum complexionem nutrimenti delegati ad naturã suã: q̃re multiplicantur, vt dicit Auic.

In cura istorum tres sunt intentiones. Prima materiam melancholiam, & phlegmaticam iubet purgare. Secũda ꝙ amplius talis materia non generetur, docet custodire. Sed tertia materiam localiter ostendit extirpare.

Primam docet Halyabbas complere cũ decoctione epithymi & agarici, & Auicen. ad sanguinem minuendum festinat.

Secundã complet ipsemet Auicẽ. cum bono regimine bonum chymum generante.

Sed tertia intentio completur vno de duobus modis. primo per pharmaca. secundo per chirurgiã. Per pharmaca resoluitur, & desiccatur materia secundũ Rasim, fricando cum folijs capparis: aut cum xylocaractis humidis. aut secundum Auicen. cum oleo fisticino: aut cum aqua porrorum & sumac. Aut secũdum Guil. cum mediastino cæpe squillitici, mollificatione cum aqua calida præcedente. Et emplastrũ de fimo caprarum cum aceto: & senissam quod est nigella cum aceto: & acetum cum sale, et pentaphyllon cum musto pistatum laudãtur ab Halyab. Henricus autem folia rutæ, millefolij, herbam Roberti tritã super ipsas ligare præcipit. & dicit ꝙ infra tres dies aut quatuor sine dubio curantur. Et ad idem præcipit eas linire per sex dies bis aut ter in die cũ illa aquositate, quæ remanet in potu plumbeo in quo limaces rubeæ cum sale per quatuor dies reconduntur: absq; enim dolore, vt dicit, omnes cum radice cadent.

Per chirurgiam consumit et corrodit eas Iamerius liniendo cum frumento temperato & dissoluto in capitello: aut cum lacte ficuum. Auicen. vero hoc facit cum lacte tithymali: aut cum oleo anacardino: aut ponatur desuper ruptorium de calce & sapone, vt Halyab. aut ipsis apertis cum vngue, aut sagitella, vel cũ cantharidibus, ponatur in fissura modicum de arsenico: quod nõ fallit. Aut, ut ille Gallicus, liniantur cum palea vel stilo in quo sit modicũ de cotone, immersis in aqua forti alkimistarũ de qua dicetur infra. Aut ligentur cum seta, aut pilo, vt præcipit Rasis. Et post cum punctali cauterio cauterizentur: aut cum medi-

A cina acuta, ipsis prius secundum Albuca. in circuitu separatis et radicitus euulsis. Aut cum embula de pẽna dura galli, sicut dicit Gal. aut de ære, vt Albu. per circuitum comprehendatur & euoluatur cãnula donec in circuitu secetur, & eradicetur.

Ad cornu autem qđ est in pedibus, consulit Henricus, ( & ita quidã meus scutifer Parisius me inuito in articulo pedis mei operatus fuit: ) quod radatur et perforatur desuper quantũ erit possibile cornu. Deinde ponatur super ipsum planta de ferro vel de corio, in quo sit foramen secũdum cornu quantitatem: & tunc in illo foramine ponatur vna gutta sulphuris ardentis: & dimittatur extingui in loco. Post desuper ponatur cerotum, quiescat & curabitur. Et hoc est quod Auicen. dicit in quarto. Si accipitur lignum et incendatur in igne donec inflam-
B metur, & approximetur verrucis, exiccabuntur. Et toties vna vice post aliam donec deleantur: deinde consequatur butyrum coctum donec cadant.

*De membris superfluis amputandis: & de corporibus mortuis seruandis. Cap. VIII.*

MEmbra siue particulæ secundum Gal. in primo de ęgritudine & symptomate quę superfluunt: aut sunt de genere eorum quæ secundum naturam, vt sextus digitus, seu articulus. aut sunt ex toto genere præter naturam, vt sunt bocia, & membra mortua, & putrefacta.

Et causa superabundantiæ eorum quæ secundum naturam, est abũdantia materiæ benignę, & virtutis fortitudo, quod in pręgnantibus contingit, vt dicebatur in secundo.

C Causa autem superfluẽtiæ membrorum mortuorũ, accipitur tripliciter, vt in esthiomeno fuit dictũ.

Causæ autẽ mortis totius corporis sunt causæ arefactionis & suffocationis secundum ꝙ probatum est in scientia naturali.

Signa autem particularum superabũdantiũ quæ sunt de genere eorum quæ secundũ naturam, sunt valde nota. Signa autem membrorum mortuorum in esthiomeno fuerunt dicta. Signa & examinatio hominis mortui dicta sunt in superioribus de casu & offensione.

Signa autem hominis mortui ex veneno sibi administrato: habentur per Gal. in sexto interiorum dum dicit. Cũ enim euchymo alicui natura, & diætatione secundum conuenientem modum, repentina superuenit mors, qualis in aliquo deleteriorum, idest vene-
D nosorum pharmacorum venire consueuit: deinde liuidum vel nigrum vel varium vel deficiens vel putrescens statim fœtet: significatur ꝙ venenum sumpsit. Si vero fuerit aliter mortuus, est secundum corruptiones quæ ex corpore proficiscuntur. Iudicatur ꝙ si membra corrupta cito non abscindantur, ꝙ multiplicatur corruptio. Et si venit ad grossa ossa coxę vel adiutorij: non est ingenium in curando, vt dicit Albuca. sed est mors infirmi: quare relinquendus est Deo & sanctis eius.

Est opinio aliorum nõ Galeni. vide ibi.

*Regimen digiti, aut articuli superflui.*

In membris superabundantibus quæ sunt de genere eorum quæ secundum naturã: vt sextus digitus, est canon Gal. in tertio techni quod quæcunq; particulæ superabundant secũdum natu-

ram , causa salubris est eorũ ablatio , generare autem
est difficile . Et nõ est mirum:resecare autem est facile
& est artis.14.therapeu.præcipue quando est totum
carnosum : maior enim difficultas est in ossoso, qui a
iuncturis oritur , vt dicit Halyab.in.9.vel. 4.sermo-
ne secundæ partis.

Modus autem resecãdi est , ꝙ in radice sui ortus cũ
rasorio incidatur & discarnetur. Et post iunctura dis-
iungatur, & ligamentum incidatur, & digitus remo-
ueatur: & statim cũ puluere rubeo & albumine ouo-
rum sanguis restringatur, & aliorum vulnerum cura
sanetur. Nonnulli vero, vt Auicen. facta incisione lo
cum cum oleo feruente adurunt. Nam ex hoc, vt
dicit, peruenit securitas corruptionis, & exitus san-
guinis, & nascuntur supra incisionis locum caro &
cutis fortis & dura.

Regimen in abscindendo membrum mortifica-
tũ, de quo dicunt Albucasis & Auic.
ꝙ si talis malitia nõ potest corrigi cum repercussiuis,
neque cum scarificationibus, & alijs auxilijs dictis in
esthiomeno: oportet ꝙ incidatur illud membrũ vsq;
ad sanum, vt euadat infirmus a morte totius corpo-
ris. Maior enim est mors totius corporis, vt dicit Al-
buca. quam defectus membri. Incidatur ergo : & lo-
cus abscisionis eligatur, si corruptio pertingeret vsq;
prope iuncturam, incidatur in iunctura cum rasorio,
et alijs instrumentis, siue serratione. Si autem nõ est
prope iuncturam , sed elongatur ab ea : incidatur su-
pra corruptum aliquãtulum in loco in quo cum tẽ-
ta intromissa inuenit firmitudinem & dolorem. Et
serretur os cum subtili serra. Et modus est ꝙ inuolua
tur membrum a parte sana , & a parte corrupta cum
ligamentis: & teneatur firmiter per ministros: & sepa
retur caro quę est inter duo ligamẽta cũ rasorio , do-
nec videatur os totaliter a carne liberatũ. Et post mu
niantur labia cũ pãno, vt nõ lędantur a serra. Et tunc
serretur os subtiliter, et pfecte & mẽbro separato cau
terizet sanũ cũ ferro ignito ad hoc apto , aut cũ oleo
feruenti, vt dictum est: & ligetur: & reliqua vlcerum
curatione curetur. Si autem fluxus sanguinis affue
rit, cum pul. ru. & albumine oui & alijs modis dictis
restringatur. Nonnulli vero, ut Theodoricus, me-
dicinas obdormitatiuas , vt non sentiatur incisio, di-
ctant, velut est opium , succus morellæ, hyoscyami,
mandragoræ, ederæ arboreæ, cicutæ, lactucæ. Et im-
bibunt in eis spongiam nouam , & permittunt eã ad
solem exiccari : & quando erit necesse mittunt illam
spongiam in aqua calida , & dant eã ad odorandum
tantum vsquequo capiat somnum. Et ipso obdormi
tato faciunt operationem. Et postea cum alia spõgia
in aceto infusa naribus applicita expergefaciunt , vel
succũ rutæ vel fœniculi in naribus & auribus ponũt,
te ita euigilant eũ, vt dicunt. Alij uero dant opium
ad potandum & male: præcipue si iuuenis est, & per-
cipiat: quia cum magna pugna virtutis animalis &
naturalis audiui ꝙ incurrerunt maniam: & per conse
quens mortem.

Ego autem in tali membri mortificatione interce-
pta ambulatione corruptionis cum scarificationibus
& arsenico, & ponendo defensiuum super partem sa
nam de bolo armeno, et alijs opportunis: inuoluo to
tum membrum mortificatum cum sparadrapo in-
frascripto multipliciter : & ligo ipsum : & præparo
suo modo, vt dicetur de corporibus mortuorum ser
E uandis. Et sic eũ retineo quousque iunctura fit æquli
liquata: & membrum per se cadat : quia honestius est
medico ꝙ cadat per se : quam si incideretur : semper
enim quando inciditur, remanet rancor & cogitatio
in patiente ꝙ posset remanere.

*Regimen custodiæ corporum mortuorum*

Corpora mortua ad custodiendum per aliquod
tempus præparentur dupli-
citer. vno modo secundum doctrinam Rasis , ꝙ cum
clysteribus acutis de colocynthide, baurac rub. capi-
te existente decliui: & postea erecto corpore, & ven-
trẽ premendo, totum stercus egrediatur. Et post cum
alio clysteri de aloe , myrrha, acacia, ramich q̃ est gal-
liamus. & alipta, psidia, nuce cypressi, nucemus. san-
dali, ligno aloes, cymino, et alumine cũ aceto, et aqua
F ros. dissolutis inijciatur, et anus cum cotono & stupis
in eodem medicamine infusis ligetur fortiter cũ mul
tiplici binda: naribus quoque & auribus , & in ore ar
gentum viuum inijciatur: cum hoc enim custoditur
ꝙ non defluet cerebrum eius. Post hoc pręcipit ꝙ to
tum corpus cum prædicto medicamine condiatur.
Et vltimo dicit ꝙ cũ alchitran quę est pix nigra, linia
tur : & vult ꝙ cum ligaturis decentibus omnia fora-
mina & omnes pori corporis constringantur : quod
cõmunis facit vsus per istum modum. Habeatur ma
gna quantitas sparadrapi facti cum pice nigra , resina
colophonia, thure, mastiche, styrace, gumma arabi-
ca, & dragagantho, & puluere iam superius dicto, de
quo fiat magna quantitas ad partem : ita ꝙ inuolua-
tur quęlibet tibia p se vsq; ad nates: et quodlibet bra-
chium vsq; ad humeros: & post totum residuum cor
G poris vsq; ad totum caput: et suatur sparadrapum fir
miter, & suturæ cum pice liniantur : & brachia circa
latera collocentur: & pedes secundum longitudinẽ
inungãtur. Deinde spargatur super totum corpus de
puluere: & loca vacua impleantur cum stupatis inuo
lutis in medicamine secundi clysteris. Et postea insi-
mul totum corpus inuoluatur cum alia quantitate
sparadrapi : & suatur ab opposito suturarum spara-
drapi primi: & suturæ cum pice liniantur. postea ite-
rum superpuluerizetur. Et iterum cũ alio panno ce-
rato inuoluatur, & suatur, & liniatur: postea vero cũ
bindis fortibus firmissime, sicut ligantur ballæ , lige-
tur: deinde cum sindone munda inuoluatur . Et in ca
psa plumbea ponatur bene clausa & linita cum ferro
calido. In qua capsa ponantur herbæ odoriferę, rosę,
maiorana, menta, balsamita: aut in capsa de cypresso,
H aut de nogerio: & firmetur: et inuoluatur cum barris
ferreis in quibus sunt sex annuli ad leuandum & por
tandum. Nonnulli uero cum corio bouino, aut equi
no eos inuoluũt: et talis est primus modus pręparãdi.

Secundo modo præparantur corpora mortuorũ
ꝙ statim per ventrem aperiuntur , & viscera omnia
extrahuntur: & venter cum puluere dicto & magna
quantitate salis & cymini impleatur , & suatur, & vt
dictum est inuoluatur. Et si vis viscera custodire, la-
ua & munda: & sala cum prædictis : & in olla plum-
bea reconde: & in capsa pone. De istis modis primus
est securus pro macilentis & desiccatis , & tempore
frigido. Secundus magis est certus pro pinguibus &
ventrosis. Est tamen cautela Rasis, ꝙ vt corpora nõ
inflentur, super faciem suam iaceant & inuoluantur.
Et si venter esset inflatus , est cautela ꝙ venter in ali-
quibus

quibus locis cum terebello vel grossa subula pungatur, vt aquositas & ventositas valeant exire, vt dicebat Iacobus apothecarius qui multos Romanos pontifices præparauerat. De facie tenenda discooperta vsq; ad octo dies in quibus corpora consueuerunt alterari & putrefieri, voluit ꝙ sæpe liniantur cũ aqua ros. salita: aut cum balsamo de quo multa dicuntur: sed parum quantum ad hunc casum inuenio in auctēticis libris: qđ idē Henricus fuit attestatus. Deus autē aīas nostras custodiat cũ suę misericordie balsamo.

## Doctrina secunda de ægritudinibus quæ non sunt proprie apostemata, neq; vlcera, neq; ossium passiones: pro quibus habetur recursus ad chirurgum: quæ sunt propriæ vni membro. habens octo capitula.

### De ægritudinibus capitis. Cap. I.

Accidunt enim capiti præter passiones communes quamplurimæ propriȩ, vt tinea, alopecia, seu caluicies, & pilorũ deformitas: de quibus est dicendum.

#### De tinea.

Tinea secundum Halyab. sermone octo partis primȩ, vlcera sunt parua quȩ in capite accidũt: quibus est vesica crustosa, quæ species habet multas, Prima est fauosa, de qua exit per foramina subtilis humiditas fauo & melli similis. Secunda est ficosa, in qua continetur quoddam granis ficuum simile: et est rotunda et dura, in summitate cuius est rubor. Tertia amedosa, in qua hũiditas aquæ carnis similis egreditur, per foramina minora quam in fauosa. Quarta vberosa similis mulierum vberibus mamillarum cum rubore, a qua humiditas fluit sanguini similis. Quinta est lupinosa, similis in colore & figura lupinis, a qua quasi cortices, & squamȩ fluunt albȩ & siccȩ. Et sub ista potest comprehendi furfurosa in qua sunt corpora subtilia furfuri similia, quȩ a capite fluũt sine vlceratione. Gal. autem in primo miamir, non videtur ponere: nisi tres species, achorosam, fauosam, & furfurosam. Achor autem, vt dicit, de genere tumorum existens, subtilibus foraminibus perforatis quandam humiditatem subtilem cum pauca uiscositate emittit. Appropinquat autem eis secũdum speciem fauosa, foramina habens maiora, humiditatem emittens melli, quod est in fauo consimilem. Furfurea vero in alio capitulo quasi scalpētibus, furfuribus similia a cuti capitis cadunt multoties. Auicen. vero achores videtur vocare assafaty, amedam, & excoriatiuam thiriam quia progreditur quasi serpēdo per cutem: fursures, quendam modum excoriationis siccæ dicit. De nominibus tamen, vt sæpe dictum est, non est curandum: duntaxat ꝙ res cognoscantur. Quicquid sit, vsus cõmunis habet ꝙ tinea est scabies capitis cum squamis & crustis, & aliqua humiditate, & pilorum euulsione, & colore cineritio, & odore fœtido, atq; horribili aspectu. Cuius generatio est ex humoribus corruptis generatis in vtero: aut post, propter malitiam vitæ.

Hunc decepit dictio [illegible]hor. [illegible]ā dicit Gal. qđ furfura[illegible]io, ex prauis [illegible]chori- bus p- uenit fa[illegible] [illegible]que G. cap. separa- [illegible]um.

Eius enim signa sunt manifesta ex dictis naturalibus & non naturalibus; & contra natu- A ram. Incipit autem, vt dicit Gal. vbi supra cum mordicatione & pruritu, qui cogit scalpere eos: post autē tumor crescit, & foramina secundum ipsum consistunt. Iudicatur ꝙ ista passio est difficilis ad curandum: immo antiqua callosa & squamosa quæ pilos corrodit est tantum laboriosa, ꝙ Rogerius magis eā diligit dimittere, quam prosequi curam. Et cum hoc ꝙ curatur, dimittit escharam & priuationem pilorũ ad opprobrium sempiternum. Et ideo vocat eam Iamerius tineam a tenendo: quia firmiter caput tenet. Vel a verme tineali. nam sicut tinea vermis corrumpit lignum: ita tinea caput. Ad tineā sequitur multiplicatio pediculorum, prætendit lepram. Et sic tinea modus est lepræ.

In curatione tinearum duplex est intentio: & regimen vniuersale, & particulare.

B Vniuersale est in diæta, & debita euacuatione, de quibus sufficiēter dictum est in de apostematibus, & de lepra & scabie. Nihilominus Halyab. concedit vētosam ceruici & phlebotomiam cephalicæ, si fieri potest: & venarum quæ sunt post aures, loco quarum Sarraceni (vt dicit Gordonius, & verum dicit) vtuntur narium scarificatione. & purgationem cum pilulis quæ per aloen & collocynthida & scamoneam assumptas cum succo caulium laudat Gal. vbi supra.

Particulare regimen duas habet intentiones. Prima cacochymiam & scabiem cutis capitis corrigit. Secũda capillos euulsos regenerat. Prima completur in recenti secundum Guil. cum crebra rasione capitis, & lotione cum aqua & aceto decoctionis fumiterræ, bletarum, & chamomillæ, & fricatione cũ aluminȩ fæcis vini. Et postea cum linitione alicuius linimenti de dictis in serpigine aut in scabie: folia enim C salicis in lotione obtinent principatum, vt dicit Aui. Et Gal. in de secretis ad Monteum laudat hoc unguētum cum quo curauit multos homines: vt dicit de tinea, & scabie vlcerosa capitis, et saphati, & serpigine, & pruritu, & capillorum casu, lendibus. & pedicul. Cuius forma Reci. gallarum, drac. ij. granorum harmel quod est se. cicutæ, drac. iij. arsenici rub. aristol. amborum, ana drac. iij. salis ammoniaci, fuliginis furni, sulphuris, amygdalarum amararum, colocynthidis, radicis capparis, foliorũ fici, & oliuæ, radicis cannæ, viridis æris, aluminis iameni. sief memithe, myrrhæ, aloes, olibani, ana drac. i. fellis vaccini, alchitrā, quod est pix nigra, ana drac. i. et. ʒ. terātur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur cum aceto uini donec fiat sicut vnguentum: & ponatur ad solem donec D misceantur: deinde liniatur caput cũ eo. Aliud experimentum est ad achores, & fauum in de facili acquisibilibus a Gal. Re. lithargyri, drac. xvi. foliorum rutæ, drac. viij. staphidis agriæ, drac. iij. uitrioli, drac. ij. cõfice cum aceto, & oleo myrtino. Et si in isto medicamine adderetur cimolea, & charta cõbusta, in libro miamir placeret Gal. Carēs ego inquit aliquādo ruri: eo quod fit ex charta pharmaco, videns in domo patiētis chartau inutilem, petij lucernam. dein de comburēs chartam, & permiscens cum aceto, vnxi patientis particulam: præcipiens homini venire ad me sequenti die. Noueram enim, quod duræ carnis existēs, toleraret pharmacum. Cũq; venit, & paulominus esset curatus, transire quidē ad aliud pharmacum non putaui fore necessarium: illo eodem consulens, vti sanum perfecte vidi factum sequenti die.

Gordonius autem ad hanc passionem dictat istud vnguentum: in quo ego magnam inueni efficaciam. Re. ellebori albi & nigri, sulphuris viui, atramenti, auripigmenti, lithargyri, calcis viuæ, vitreoli, aluminis gallarum, fuliginis, cinerum clauellatorum, ana vnc.ß. argenti viui extincti, viridis æris, ana drac.ij. fiat puluis, qui incorporetur cum succo borag. scabiosæ, fumiterræ, lapathij acuti, aceti, ana quartam.i. olei antiqui.lib.i. bullitis vsq; ad succorum cōsumptionem: & tūc in fine decoctionis ponatur puluis: et projciēdo picis liquidę, vnc.ß. ceræ quod sufficit, fiat vnguētum, quod proculdubio curat omnem tineam, et scabiem, & malum mortuum, & vniuersaliter omnem cutis infectionem: quare in honore, vt dicit, debet haberi: & verum est. Si vero tinea fuerit furfurosa, concedit Gal. in de facili acquisibilibus lauare caput cum aqua salsa, vel cum decoctione lupinorum, vel cum succo portulacę, vel bletæ, vel cucumeris syluestris: & postea inungere cum oleo staphidis agriæ, & gumma, & sapone rutæ agrestis laudatur ab Auicen. & oleum rosatum cum aceto ab Halyabb. Rasis autē dicit, furfures remouentur, continue radendo caput, & singulis noctibus inungendo, & de mane cū aqua calida lauando, ꝙ si nō sufficeret, cum farina ciceris. & se. althææ, & aceto tribus lauetur diebus. Ablutio fortis sic fit. Re. farinæ ciceris, drac.c. farinæ fœnugræci, furfuris tritici, baurac panis, nitri albi contriti, sinapis omnium, ana drac.xv. althęæ, drac.x. misceātur omnia cum aceto & aqua. & fiat lauamentum, de quo semel in hebdomada caput lauetur. Antiqua vero & dura tinea fortioribus indiget medicaminibus: scarificetur ergo secundum consilium Halyabb. cum ferro donec sanguis exeat. Deinde cum farina lupinorum cocta cū aceto cataplasmetur: aut cū epithemate de cantharidibus, quod Re. cātharidum, vnc.i. sulphuris, vnc.ß. corticis nucis, drac.ij. sinapis, myrrhę, ana drac.i. mellis & aceti quod sufficit. fiat emplastrum, & stet per vnum diem. Et postea per quatuor dies cum folijs siclæ & caulium calefactorum caput inuoluatur quousque aquositas sit bene mūdificata, & fœtor sit amotus, & claritas in carne & cute appareat. Et si malitia profundaretur, cum aliquo corrosiuo caro putrida consumatur & mundificetur & consolidetur. Rogerius vero, et sui glossatores, et Iamerius curant antiquam tineam euellendo pillos cum psilothro: aut cum capello piceo: aut cū picecherolis, & lotiōe cū aceto et aqua marina: aut cū vrina pueri. Deinde mūdificata cute Rogerius ponit istud vnguētum. Re. adipis vrsi, adipis vaccę, ana vnc.i. stercoris muris, vnc.ß. pomorum cedri quē iuniperum uocat. unc.ij. aranearū adustarū, drac.i. picis liqdę, olei lucernę, qđ sufficit: fiat vnguētū. Iamerius ad idē. Re. axūgię antiq porci dissolutę cū aqua acetosę, lib.i. olei cōmunis, picis liquidæ, ana lib.ß. succi abrotani, succi mentæ sarracenicæ, succi fumiterræ, lapathij, erucæ, mercurialis, ana vnc.i. aluminis, vitrioli, gummi ederę cōbustæ, fuliginis, salis tosti, tartari, aloes, ana vnc. ß. pistando in mortario, fiat vnguentum. Si autem per se vel ex acuitate medicaminum efficeretur in loco arsura, & dolor: mitigetur cum oleo ros. aut myrtino, aut cum vnguento quod consequenter describit Apollonius. ut in primo miamir narrat Gal. Cotylam olei optimi infunde in olla plumbea, cum pistello plumbeo tere, quousque grossum fecerit & sub-

E nigrum: deinde seorsum teres lithargyri lib.i. cerussæ tantundem, & misce in oleo, & pistando fiat vnguētum. summe enim mitigat. Etiā si corrosiua, aut etiā cancrosa fuerint aut quomodocumq; quid malignę ac male morigeratum habuerint. Et non solum in capite, sed in ano, rugis, & scissuris, & vniuersaliter omnibus doloribus vlcerosis, sicut etiam dictum fuit supra de vlceribus & morbis, confert. Et ita completur prima intentio.

Secunda autem intentio quę est capillos generare, completur cum attrahentibus bonam materiam, & congregantibus eam in loco: sicut dicetur in proxima rubrica.

*De alopecia & caluicie, atque casu capillorum.*

F Passiones capillorum secundū Gal. in primo miamir, sunt totalis deperditio, & coloris mutatio: sicut fit in leuce & alopecia. Et, vt bene videantur causæ istarum passionum, vult Gal. in quartodecimo therapeu. ꝙ dicantur causæ generationis pilorum. Pilus autem est vapor siccus a corpore resolutus, & per poros cutis exiēs ab aere desiccatus. Generatio autem pilorum secundum Gal. ubi supra, est sicut eorum quæ de terra prodeunt: sicut in monumentis de crasibus monstratum est. Causæ vero pilorum quatuor sunt, vt a secundo de complexionibus accipit schola communis Montispessulani. Causa efficiens, est calor naturalis, non multum excrescens, materiam in vaporem resoluens. Causa materialis, vapor ipse siccus. Causa formalis, cutis debita porositas. Finalis vero causa, est decor & vtilitas. Ex quibus potest apparere, qui vult bene G speculari, quare mulieres & eunuchi non habent pilos in barba. & quare non fiunt calui. Et quare facillime cadunt in senibus, debilibus, & consumptis. Et quare in aliquibus crispantur, & coloribus diuersis colorantur. & quare in aliquibus locis habent determinatum augmētum, & multa alia problemata, quæ de pilis consueuerunt dici. Ex prædictis etiam possunt apparere causæ passionum prædictarum. Nam vt ait Gal. vbi supra, sicut plantarum quædam humiditatis indigentia corrumpuntur desiccatę: quædam vero humiditatibus extraneis earum naturæ, approximantibus, eodem modo & pili: vel propter indigentiam humiditatū, a quibus nutriri nati sunt: vel propter prauitatem corrumpi accidit: propter indigentiā autem humiditatū fit caluitium: propter prauitatem alopecia. Et Auicen. addit ꝙ propter laxitatē po- H rorum cadunt capilli: & propter constrictionem excessiuam non ueniunt, factam a frigore excessiuo: aut ab vlcerum præteritorum vestigijs. Alopecia enim dicitur secundū Gal. a vulpibus quibus ista passio cōsueuit uenire. Sicut thiria, seu ophiasis a ꝑgressu per cutem similem serpenti per terram, dicitur.

Signa autem alopecię sunt satis manifesta. sed humores corrupti peccantes significantur per colorem & corporis habitudinem & regimē præteritum. Iudicatur ꝙ depilatio naturalis, vt caluicies & imbarbatio eunuchorū & mulierum, aut accidentalis a causa solidante et cicatrizante cutem: & illa quæ nimis est antiquata: & illa quę est in, consumptis, & hectices vltra secundam speciem, non curatur: in talibus enim mala complexio est adæquata.

Iudicatur per Hippo. in sexto aphorismorum ꝙ

quicūꝗ

quicunque calui sunt, his varices magnæ non innascuntur. Quibus vero caluis existentibus varices magnæ innascuntur, rursus capillati fiunt. In cõmento aphorismi verificatur in caluitie impropria, quæ est alopecia, quæ ex corruptis fit humoribus per transpositionem materiæ ad inferiora. Non autẽ in caluitie propria quę fit propter indigentiam materię. Quis enim, inquit, ignorat insanabilem passionem caluitium existere? quasi dicat, nullus. Amplius eunuchi nõ fiũt calui neque blesi, propter multitudinẽ humiditatis cerebri eorũ, vt dicit Auic. Rursus iudicatur per Gal. in miamir, ꝙ si per fricationem locus depilatus non rubeat, nulla est curationis spes. Si autem rubet, quanto velocius rubescit, tanto velocius curatur: quod etiam dicit Auicen.

In curatione alopeciæ, duplex est regimẽ: vniuersale, & particulare. Vniuersale est in diæta, & euacuatione iuxta naturam humoris peccãtis: de quibus sufficienter fuit præmissum in cura tinearum. In speciali autem iubet Gal. in primo miamir, ꝙ post purgationẽ totius apophlegmatizare. i. a phlegmate caput purgare oportet cũ caputpurgijs & gargarismatibus factis cũ deponentibus phlegma, velut sunt pilulæ diacastoreę dissolutæ cũ aqua maioranæ. Particulare vero regimen habet duas intentiones. vnam cacochymiam cutis capitis corrigere. aliam trahere sanguinem benignum ad locum: et eũ in pilos conuertere.

Prima completur secundũ duas diuersitates ipsarum: in recenti quæ adhuc est in principio secundum Gal. quartodecimo therapeu. prohibẽdo materiam, ne recipiatur in loco. & alterando locum, ne eam attrahat: neque cachectiçetur, id est ne cachexiam inducatur. vel cataplasmetur cum domesticis repercussiuis, qualia conueniunt in simplici casu capillorum: iuxta doctrinam Heben Mesue. ꝙ prælauato capite: aut loco cum aqua decoctionis ros. myrrhæ, & capilli ve. radatur: deinde epithemetur cum hoc. Recip. succi extremitatum myrrhæ: succi oliuarum syluestrium, ana sinc. ij. ros. siccarum, vnc. 5. absinthij, drac. ij. bulliantur hęc omnia in lib. 5. aceti vsque ad consumptionem medietatis. deinde cola, & infunde in eo dum erit calidũ, ladani, vnc. ij. & dimitte per duos dies: deinde infunde super ipsum oleum myrtinũ & vinum stypticũ donec in substãtia mellis redigatur: deinde aromatiçetur miscendo ibidẽ aliptę musc. gallię musc. ana drac. i. confice, & fac linimentũ de quo inungatur per tres dies. Postea laua, & panno aspero exicca: deinde redi ad inungendum vsque dũ appareat sanitas. Et istum processum ad casum capillorũ & initium caluitiei approbauit Gal. in primo miamir. ait enim ꝙ manifestum est ꝙ oportet praecedere remotionẽ omnium pilorũ, & fricationẽ: & postea inungere cũ tali quod habet virtutem attractiuã & congregatiuam, cõmoderate. Quocirca neque acceptauit, neque excogitauit melius esse pharmacũ in casu capillorũ quam id quod est mistum ex ladano & lentiscino. Et si raritas esset in causa, non esset ineptũ myrtinũ pro lentiscino miscere ladano. Miscebat aliquãdo & nardinũ in ętate frigida & hora hyemali: immo Gal. attestatur ꝙ alopecias incipiẽtes multoties sanãt purgationes absque aliquo locali medicamine. Et ad hoc allegat curã quam in illo iuuene exaratore fecit.

A Rasis aũt ad istam intentionẽ Reci. capillorum ve. foliorũ myrti corticũ pini, absinthij assatorũ vt teri possint, ana partem. i. ladani partes duas: myrrhę partem 5. illius: thuris par. iij. illius. puluerizatis rebus cũ oleo raphani et vino veteri misceantur. et fiat linimẽtum, de quo in nocte epithemetur: & de mane caput lauetur: hoc enim caluitium sanat, vt dicit. Ad idẽ Archigenes, ut narrat in miamir Gal. Re. granorũ iunipe ri, ladani, absinthij, capilli ve. ana permisce oĩa cũ vino & oleo myrtino. & dimitte quinque diebus. deinde coquantur vsque ad vini consumptionem: & cola, et unge caput, & laua. In antiqua vero et quę trãsiuit principium, oportet euaporare & resoluere cacochymiã, antequam ad cachexiam ducatur cutis, ut dicit Gal. in. 14. therapeu. et in primo miamir: non cũ quibuscũque calidis: sed cũ moderate calidis, ꝙ non B exiccetur, neque cõburatur cutis. Et cum hac subtili parte esse congruit illud, quod debet vsque ad profundum mergi, in quo est principium radicis pilorũ. Et ad hanc intentionem raso loco, et planato cũ aqua decoctiõis chamomillę, anethi, et stœchados eligit ipse in miamir thapsiam non antiquam, sed recentẽ quam Aui. videtur appellare gummã rutæ agrestis: & dicit sequendo Gal. ꝙ est radix in isto capitulo: duntaxat ꝙ frãgatur caliditas eius cum oleis temperatis: velut dicit Gal. ꝙ est sabinum, et sisaminum: aut antiquum omphacinũ. Post vero thapsiam elegit Gal. sinapim, & nasturtium, & sulphur, & spumam maris, & nitrũ ipsum molle adustum, & elleboros ambos, & semen erucę, & oleum laurinum, & radicẽ arundinis & corticem vtraque combusta, & picem liquidam, & cedream, & stercus muriũ, & adipem vrsi. Et Rasis C vult ꝙ cum cadunt pili capitis vel barbę, locus cum panno aspero fricetur cum de cepis vsque ad incisionem & ardorem loci. Et die illa & nocte sic dimittatur: in mane similiter regatur. Et si locus ampullauerit, vngatur cum adipe anatis vel gallinæ, & non fricetur aliquibus diebus. Et si tunc pili nasci inceperint, radatur sæpe, & fricetur cum panno aspero qualibet die: & oleo isto inungatur. Reci. aquę decoctionis capilli ve. chamomillæ lib. i. olei de been. lib. 5. coquantur ad consumptionem aquæ. & oleum vsui reseruetur. Et ad eandem intentionem ipse facit epithema ad alopeciam mirabile. Reci. spumæ maris, drac. x. baurac, sulphuris quod non tetigerit ignis, gummæ rutæ agrestis, euphorbij, ana drac. ij. staphidis agriæ, cantharidum, ana drac. i. permisce ea cum fęce olei antiqui: & line ex eo post fricationẽ. Et si locus ampullaD uerit, fiat vt supra. Et si causa esset calida, vult Gordonius ꝙ procedatur cum corticibus amygdalarũ, auellanarum, nucum stercoris caprarum assatis puluerizatis: & cum melle et aceto in forma linimenti cõfectis, præcedente rasione & fricatione. Et si prædicta non sufficiunt ad medicandũ cutem iubet Aui. ꝙ si post fricationes dictas cum panno aspero et cepe locus non rubet, ꝙ apponantur sanguisugæ & ventosæ, & scarpelletur locus cum acubus pluribus. & toties iterentur auxilia donec videris per resolutionem & hilaritatem cutis sanitatem loci. Et tũc cessandum est, & traseundum ad secundam intentionem.

Vide cõpositionẽ aliter se habere ibidẽ.

Secunda autem intentio completur cum medicamine Philagij, ut dicit Heben Mesue. quod Re. carniũ limaciarum, & sanguisugarũ, et apum, & vesparũ, et salis vsti, ana partes æquales, pone in vase vitreo ha-

bente foramina multa in fundo eius: sicut cribratorium: & pone sub eo aliud vas vitreum sine foraminibus: & manebit post diem humiditas que conseruetur in vase: & line locum cum ea post fricationem: facit enim pilos nasci, & curat caluitium. Ad eãdem intentionem Rasis Re. cineris abrotani, drac. x. veterum cantharidum, drac. ij. ladani, drac. iij. auellanarum combustarum, drac. ij. galliæ mus. drac. i. terantur cũ oleo veteri: & post fricationẽ inũgatur locus. Ad idem Heraclides Tarentinus secundum ꝙ narrat Gal. in primo miamir ad alopecias diuturnas post fomentationem, rasionem, & fricationem cum frondibus ficus & nitro quolibet die vngebat cum isto Re. eritiorum marinorum cum testis suis, gallarũ, amygdalarum amararum, pilorum vrsi, adianti, radicis amygd. frõdium fici, omnium adustorum, ana drac. ij. stercoris muris, drac. i. cum aceto, & cedrea, & adipe vrsi miscendo fiat linimentum. Et in sequentibus laudat mures adustos, et cortices vitis adustas cũ melle incorporata. Et cum hoc dicit ꝙ cortices auellanarum adustæ linitæ cum melle faciunt alopeciam desistere in decem diebus. Ad eandem intentionem in chartolario fuit probatum istud Re. succi calcidarũ, vnc. i. pul. sanguisugarum adustarum, lacertę viridis adustæ, viride æris, ana vnc. 5. pul. talpæ combustæ, pulueris solearũ combustarum, setarũ porci adustarum, ana vnc. i. mellis quod sufficit ad incorporãdum in forma vnguenti, & inungatur locus singulis noctibus, & mane quolibet lauetur cum vino albo & melle.

*De canicie & pilorum mutatione & tinctura.*

Canicies est pilorum dealbatio. Intelligẽdum tamen ꝙ licet duplex sit canicies, naturalis & innaturalis: hic tamen non agitur nisi de innaturali quę præoccupat senectutem.

Cuius causa immediata secundum Auic. est abundãtia phlegmatis aquosi putrefacti generati ex rebus debilitantibus calorem naturalem, vt sunt ægritudines longę & diuersæ, & stomachi malitia, & angustiæ fortes, & nimia capitis lotio, et coopertura excessiua.

Signa caniciei sunt satis manifesta. Iudicatur ꝙ canicies est mala & suspecta. Nam videtur ꝙ mors capiti vexillum suum applicauit, vt ait Gordonius. Iudicatur etiam per Gal. in primo miamir: ꝙ propter indoctas denigrationes capillorũ cum medicinis cõmunibus quæ vtplurimum sunt frigidæ & stypticæ, non solum vidit in periculo venire multas mulieres: sed etiã mori. Propterea enim quia capita earum infrigidantur: aliquãdo quidem in apoplexiã & epilepsiã: aliquando in maximos catarrhos ĩcurrunt, ut et patiať pulmo, et phthisis ex eo seqtur.

In curatione caniciei duplex est regimen, vniuersale, & particulare. Vniuersale est dięta, et euacuatione phlegmatis, & custoditiua ne generetur. De quibus fuit dictum satis in de apostematibus phlegmaticis supra. Tryphera autem sarracenica & myrobaľ. vt dicit Halyab. in fine techni in retardanda canicie & senectute obtinent principatum. Verũ Aui. consulit ꝙ per annum integrũ sumantur. Et post acceptionẽ tardet cibum vsque ad meridiẽ.

Particulare regimen stat in duobus. primo ꝙ pręparentur pili ad recipiendum tincturam. secundo ꝙ
E detur eis tinctura.

Primum completur secundum Gordonium ꝙ pili lauentur multis diebus cum lixiuio cinerum truncorum caulium in quo sit alumen dissolutum: hæc enim ablutio ratione aluminis præparat pilos ad recipiendum omnem colorem. Ad istam eãdem intentionem dicit Auic. ꝙ radix alcannæ, & indicum sunt radices super quas aggregantur homines in tingendo vel ad denigrãdum vel ad flauum. Secũdum completur cum ad colores appropriatis.

Denigrantia capillos sunt secundum Gal. in primo miamir, Cedrea cum oleo & sine oleo in frigidis & humidis. verum in partibus suis Asiæ dicit ꝙ mulieres rusticæ montanæ addunt picẽ liquidam, & inungunt radices pilorum. Hæc enim pharmaca ita denigrant, ꝙ non nocent: habent etiam
F cum stypticitate aliquam subtilitatem, qua profundatur ad radices pilorum. Et cum hoc dicit ꝙ secundum verba Archigenis nigrificat capillos radix capparis cum lacte mulieris aut asinæ vsquequo tertia pars per decoctionem sit consumpta, in nocte cataplasmata. Et istud est mellius secundum Auic. vel vrina canis cõseruata in quinq; vel sex diebus: vel corticis pruni coctæ ad mellis spissitudinem: vel illud nigrum quod est in medio papaueris rub. cũ oleo myrtino misto, cum quibus vngatur & cataplasmetur. In de facile acquisibilibus addit ꝙ oleum agitatum cum plumbo in vase plumbeo & repositum in plũbo cum quo inũgatur, est bonum. Rasis autem ad hoc dictat ꝙ gallę ad quantitatẽ lib. fricentur in oleo: & cum oleo cocto, & alcannæ & dragaganthi, & ęre vsto, & sale gemma fiat linimentum, de quo liniatur
G caput, & barba prius lauata cum aqua calida: & cum manibus exiccata. & vt nõ desiccetur cũ folijs bletę uel sambuci, vt dicit Halyabbas, cooperta per sex horas dimittatur. Et postea lauetur. est enim optimum ad caniciem denigrandam. Auicen. vero componit olea ad denigrandum & conseruandum de myrobalanis nigris & emblicis & gallis partes. x. laudani partes. xx. foliorum myrti & granorum eius partes. xxx. ponantur per tres dies in tribus libris olei. Deinde coquantur, donec ingrossentur, & fricentur cum eo capilli: subsequenter dicit ꝙ quando ponitur in tinctura pondus. drac. i. gariophyllorum, denigrat valde, & prohibet malitiam eius a cerebro.

*Facientia capillos flauos.*

H Consequenter narrat Gal. ubi supra, ꝙ secundũ Archigenẽ flauos faciunt capillos lupini crudi cum aqua & nitro liniti. Sed flauos & crispos faciunt cum lotio cum spuma nitri & myrrha & radix asphodelorum cocta cum mero. Rasis uero dicit, & Auicen. cum eo, ꝙ fiat lixiuium de cineribus sarmentorum, et temperentur cum eo per noctem vnam lupinorum tritorum, drac. x. myrrhæ, drac. v. alcannæ assatę, drac. iij. postea coletur: & ex hac aqua caput lauetur: supple cum vino: quod toties est faciendũ quousq; sint rufi. Mulieres Montispessulani ponunt flores de stœchade in lixiuia & genestra. Bonoñ. rasurã buxi et corticem citri. Parisieñ. radicẽ gẽtianæ, & radices berberis, & florem cardamomi.

Mundificantia caput sunt lixiuia proprie de cineribus sarmento[illegible] & [illegible] clauellatorum.

clauellatorũ: et cũ albuminibus ouorum & cum sapone, est enim sapo duplex, Sarracenicus qui est mollis. Et Gallicus qui est durus. Sarracenicus fit ex duabus partibus capitelli et tertia olei oliuarum. Gallicus fit ex duabus partibus capitelli, & vna sepi arietini. Capitellum autem fit ex duabus partibus cinerũ stipitum fabarum & tertia calcis viuæ: & infundatur in aqua ad modum laxiuiæ: & coletur: & qđ distillabit, est capitellum.

Auferentia capillos secundum Critonem narrat Gal. vbi supra, arsenici coloris aurei, quod est auripigmentum citrinum, calcis viuæ, ana vnc. 1. amyli, terræ vocatæ a latinis selinusię quod est spuma argenti, vnc. 5. terantur, & incorporentur cũ aqua, & bulliantur. Signum autem perfectionis est si pennam imposueris, & depiletur. Rasis autem in aqua, in qua calx per sex dies de tertio in tertium remouendo calcẽ, infusa fuerit, incorporat arsenici citrini sextam partem: & tandiu in sale dimittatur, donec penna immissa depiletur cum extrahetur. et cum illo loca depilanda fricare præcipit, & depilantur. Aui. sumit calcis viuę partes duas, arsenici tantundẽ, aloes modicum. liniantur cum aqua calida: abradit enim statim. Et vt psilothrũ meliorẽ odorem habeat, modicũ ponatur cum eo de gallia musc. Vsus communis aufert pilos vno de quinq; modis, vt dicit Hẽricus. primo resecando cum forpicibus. secundo radendo cum nouaculis. tertio eradicãdo cum pinceca tolis, aut cũ digitis. quarto cum pice nauali in digitis, aut in panno applicata. quinto cum psilothris dictis. Et modus psilothrorũ est q; sint in stupha: & q; post lõgam fomẽtationẽ cum aqua calida dum psilothrũ erit calidum & spissum sicut linimentum, applicetur super locũ: & stet per spatium dicendi miserere. Et si satis est: quod cognosces, quia trahendo pilos, depilabitur: leuiter fricando & lauando cum aqua calida, remoueantur pili. Et post locus cum oleo ros. inungatur, aut aqua frigida. Et si locus esset excoriatus, cũ in vnguento albo curetur.

*Prohibentia pilos renasci radicitus euulsos.*

Componuntur autem prædicta pharmaca secundum rationẽ, vt dicit Gal. vbi supra per leporem marinũ, & per ranas quæ in viridibus arundinetis seu cannis pascuntur: & cum sanguine tortucę. i. testudinis marinæ, & vespertiliõibus, & ouis formicarum, et gũmi vitis al. atq; bryonię, & vrticę etc. Auic. vero & Rasis ad hoc scribunt hyoscyamum, & opium, psyllium cocta cum aceto: & cimoleam, & cerussam plumbi æqualiter, aluminis mediã partem, trita cũ aqua hyoscyami albi: nonnulli vero laudant limaturam ferri coctam fortiter cum aceto.

## De dispositiõibus faciei et partium, eius in se cõtinens quatuor partes Cap. II.

*Pars prima de uniuersali faciei decoratione.*

Dispositiones quę in facie apparent, quędã sunt naturales, quedã pręter naturam: naturales indigent conseruatione si pulchrę sunt: & decoratione, si turpes: velut esset albedinem custodire, & albiorẽ facere, & rubicundiorem, si licitum fuerit. Quę vero pręter naturã, indigẽt correctione: sicut est pustulatio, & maculatio, et suppilatio. Et hoc intẽdebat Gal. dicere in primo miamir: quando ponebat differentiã inter comaticam & decoratiuã partẽ medicinę. Non tamẽ omnia in omnibus: sed certa ĩ certis, vt dicebat magister Raymũdus de Molerijs in Mõtepessulano. Nã licet decoratiua curatiua sit licita: comatica vero non est licita, nisi gratia honestatis. unde Galenus vbi supra. Quęcunq; in delicijs existẽtes decorant seipsas, nulli earum deprecanti aliquod dare sibi, pharmacum dedi. Quęcũque vero honestiores fuerint, & signa senij et turpiditatis effugiebant, a suorũ maritorũ molestijs eripi desiderantes, aliquibus consului vti.

A

*Ad decorandum & faciendum colorem bonum.*

Color autem corporis secũdũ G. in primo aphorismorum in translatiõe arabica auctoritate Hippo. dominantiã humorum ostendit, si nõ in profundo occubuerit: propter quod est intelligendũ, q; bonus color & floridus, est ab humoribus bonis sanguineis tractis ad cutem. Color autẽ malus a malis humoribus, vt niger a melancholicis: albus a phlegmaticis: citrinus vero a cholericis. Causę autem extrinsecę adiuuant ad mutationẽ coloris, vt secũdũ Aui. calor adustiuus, & dimissio balnei, & vsus aceti, & malarũ aquarum, ad nigredinẽ: frigus, & coitus, & tristitia, & ęgritudines longę, ad albedinem: & comestio rerũ citrinarum, vt cymini, ameos, & rerũ salsarum, ad citrinitatẽ. Et propter hoc vocat Ioãnes de Sancto Amãdo, iuxta doctrinã Aui. q; quędam faciunt bonum colorẽ sumpta interius: quędã vero apposita exterius. Ab intra vero quędã faciũt hoc: quia generant bonũ & subtilem sanguinem. vt oua sorbilia, & brodia bonarũ carnium, vinumq; aromaticũ, & cibi bonę substantiæ. Quędã autẽ quia sanguinem spargũt, & dilatãt ad exteriora: sicut ficus, piperis, gariophyllorum, & croci modestus vsus. Quędã, quia sanguinem mundificant, velut tryphera minor, & myrobal. & id genus. Quę autẽ exterius posita faciũt bonũ colorem: faciunt hoc cũ attractione & abstersione: & sunt linimenta, & ablutiones acceptę ex farina fabarũ excorticatarũ: & cicerũ, orobi, hordei, frumenti, amyli, riçi, & consimiliũ. Ex quibus Rasis. Halyab. Aui. et Açarani, tales cõsueuerunt facere gõmeras. R. farinę ciceris, fabarũ, hordei, amygdalarum depuratarũ, dragaganthi, seminis raphani. anã. distemperẽtur cum lacte: & de nocte facies epithemetur, & de mane cũ aqua calida decoctionis violarũ siccarũ, aut furfuris lauetur. Et si adderetur cũ illis radicis siccę lilij, narcisci, & ireos atque iarri, & q; fierẽt trochisci qui distemperarentur cum lacte, in necessitate esset vtile valde. Ad idẽ Aui. Re. saponis lib. i. ammoniaci lib. 5. resoluãtur in tribus libris aq: deinde proijciatur desuper thuris, mastichis, nitri, ana vnc. 5. mellis, vnc. viij. terãtur omnia in vase vitreato vehemẽter: et administretur de nocte. Ad idẽ Theodoricus facit pulchram dealbationem: præparetur cerussa sic. distemperetur cum aqua lympida per mensem ad solem calidum, ipsam quolibet die colando, & aquam renouando: & in fine dimittatur exiccari. Et talis vocatur cerussa dealbata, et præparata, de qua Reci. partes quinque, margaritarũ, crystalli, vitri, boracis, ana partem vnã, camphorę, sarcocollę, myrrhę clarę, argenti viui sublimati, ana mediã partem vnius. terantur subtilissime: & molliantur supra lapidẽ marmo-

B C D

reum: & incorporentur cum aqua ros. & fiat puluis: aut trochis. & seruentur: & quando erit necesse, distemperentur cum oleo de tartaro: & post liniantur. Ad eandem intentionem est vnguentum citrinũ, & multa vnguenta quæ fiunt cum tela capretorum, & pinguedine columborum. Sed quia malum inferunt odorem, dimittũtur. Modus autem decorandi, est ꝙ facies primitus stuphetur. Deinde lauetur cũ sapone dissoluto in aqua tepida. Et si illa aqua esset de floribus fabarum, aut lilij, aut nenufar, sambuci, aut viticellę, aut lactis distillata: esset melius. Deinde exiccetur: postea liniatur cum aliquo prædictorum: & dimittatur per noctem: et in crastinum lauetur cũ aqua surfuris, aut violarum. et stet modicum facies cũ panno cooperta. Et post si volueris colorare poma maxillarum, liniantur cum aqua aluminis, in qua modicum de rasura brasillij sit temperata. Quando autem remouentur pili, & prohibentur ꝙ renascantur, & quomodo remouentur morpheæ, serpigines, & asperitates, dictum est supra.

Ad maculas lentigines, & pannum remouendũ, liniatur facies cum oleo de tartaro, & de frumento, aut cum aqua gallicana, quam ponit Henricus. Re. tartari calcinati lib. i. mastichis, vnc. i. camphoreæ, vnc. s. pistẽtur cum albuminibus ouorum, & ponantur in alembico: & sicut aqua ros. distilletur. Ad idem diachylon Auic. decoquatur lithargyri, vnc. i. in olei antiqui, vnc. ij. donec dissoluatur: deinde sumatur mucilaginis fœnugræci, mucilaginis sinapis, ana vnc. ij. bdellij, & myrrhę, an̄. vnc. s. projciantur super lithargyrum, & oleum, cocta & agitata vehementer, & fiat vt diachylon. Lac autẽ virgineum, quod fit de lithargyro in aceto albo temperato: & cum filtro distillato cum aqua salsa misto, est optimum in hoc casu. Rasis vero & Auic. dicũt ꝙ si accipiatur argenti viui, drac. i. amyg. drac. iij. & terantur vltima mollitione, donec nihil appareat de argento viuo: deinde projciatur super eo tantundem de se. melonum trito valde: deinde facies liniatur cũ eo omni nocte per septem dies: & in mane lauetur cũ aqua tepida: non est ei par in mundificando supradicta. Si vero cum istis non curentur, ad capitulum de morphea sunt remittendi.

Ad sanguinem mortuum, & liuorem in facie, & in alijs locis: laudat. G. in quinto miamir pyriationem cum spongia infusa in aceto misto calido: quod laudat in principio. Deinde laudat decoctionem ameos, & hyssopi cum lacte & vino. Henricus vero dicit ꝙ si cum succo radicis nappę agrestis misceatur modicum de aloe hepatico, & liniatur locus ter vel quater in die: infra duos dies curatur. Rasis tamen in loco vulneris: vbi neque dolor, neque calor post percussionem remanserit, loco folia caulis vel raphani seu mẽtastri, quod melius est, supponantur. Et locus si non curatur cum arsenico citrino & lapide laçuli & thure et ammoniaco linitis cum succo coriandri, aut apij, multis vicibus epithemetur. Et absinthium cum melle est optimum secundum Aui. aut secundum Dynum, Re. succi maioranę, arsenici citrini, olei chamomillę, cerę, ana partes æquales. fiat vnguentum. Et diachylon etiam laudatur. Cõmuniter tamen locus fomẽtatur cum aqua decoctionis ros. fœnugræci: & emplastretur cum pãno infuso in uino: aut cum farina fabarum cocta, cum

E oxymelite. Et ad citius expediẽdum, ponitur cerussa cum aqua ros. aut vnguentum album.

*Ad uariolas & ad cicatrices ipsarum.*

Ad variolas duplex reperitur regimen. Vniuersale de diæta & euacuatione, quod pertinet physicis. Particulare, quod est quadruplex. primũ quomodo extrahuntur extra, vt materia mala non remaneat intra. Secundum quomodo præseruantur membra aliqua extrinseca vel intrinseca, quæ propter ipsas periclitantur. Tertium quomodo pustulæ rumpantur, postquam sint maturæ. Quartum quomodo consolidentur, vt non remaneant vestigia mala. Primum completur, cum quibusdam potionibus, quæ fiunt de lenticulis, & ficubus, & croco: & cum inuolutione panni rubei, & cautela a frigore

F & vento. Secundum completur: quantum ad oculos, cum collyrio aquæ ros. & croci: quantum ad nares, cum agresta, & aqua ros. quantũ ad guttur, cum diamoron: quantũ ad pulmonem, cum diadragaganto: quantũ ad intestina, trochisci de spodio & id genus. Tertium cõpletur ꝙ pustulę rumpantur, cum forpicibus remouendo modicũ de pelle, ne recludantur. Quartum, ꝙ non scalpent se, & sinapizentur cum farina lentium, fabarũ, lupinorum, orobi, lithargyri, cerussa, & aloe. Post desiccationem, vngatur cum vnguẽto de lithargyro, & cerussa, cathina facto cum oleo de lilio, et axungia asini, aut gallinę. Et cum isto Rasis. Re. lithargyri nutriti, radi. arũdinum, ossium vetustorum, farinę ciceris, rizi, seminis melonum mũdatorum, been, costi, ana. hæc omnia cum mucilagine fœnugræci, et se. lini, cõmisceantur. Et ex his facies

G epithemetur. De cicatricibus vulnerũ in loco vulnerum carnosorum dictum est supra.

*De gutta rosacea & pustulis quæ in facie.*

Intelligendum ꝙ gutta ros. apud Auic. vocatur albedsanem. Et est rubedo extranea similis rubedini cum qua incipit lepra: & vt plurimum apparet in facie, & proprie in naso, & in pomis maxillarum. Quæ quandoque est cum inflatione totius faciei. et tunc dicitur apud Guil. de Saliceto butizaga: & quandoque est sine inflatione: quandoque cum pustulis: quandoque cum crustis: & tunc est de genere assafati. Cuius generatio est ex phlegmate salso, & ex alijs humoribus adustis. Et ꝙ forte eorum fumus, est malus venenosus: quare inflat, & vlcerat partes circũuicinas, vt dicit Guilelmus.

H Signa materiæ ex qua fiunt, habentur per colorem, & formam, & per virulentiam quam emittit: & per res naturales, non naturales, et contra naturam, vt dictum est supra. Iudicatur ꝙ est morbus contagiosus, & signum primũ ad lepram. Cum hoc etiã iudicatur per Rasim. ꝙ multiplicatur ĩ hyeme, et in frigore. Et causa, ut dicit Aui. quia frigus coartat uaporem plurimum. Iudicatur etiam ꝙ est difficilis eradicationis, propter promptitudinem quam facies habet ad recipiendum materias, causa suę raritatis & debilitatis, vt dictum fuit de visceribus supra: immo, quæ est antiqua, nõ eradicatur.

Circa curam duo sunt regimina, vniuersale et particulare siue locale. Vniuersale de dieta & euacuatione fit secũdũ diuersitatẽ materię. Et in diuertendo cũ fricationibus materiam, & vẽtosis cũ

cantharidibus,

cantaridibus, ruptorijs retro spatulas, & collū, & sub mentone, & phlebotomia venarum frontis & nasi. Et applicatio sanguisugarum in loco commendantur. Et purgatio cum electuario de succo rosſ. habet prærogatiuam in hoc. Et diæta subtilis & tenuis, præcipue in vino, quod abstineat se ab eo saltim forti & puro. Et caueat ab omnibus speciebus, & rebus acutis, ut allijs, cepis, pipere, sinapi, ruta, odore sambuci. Etiā caueat ab omni re salita, frixa, & assata cōbusta & melācholica, atq; vaporosa, & a coitu, & ab omni frigiditate, & caliditate excessiua. Teneat vētrē laxū: dormiat capite eleuato. Et breuiter administretur sibi regimen aliarū infectionum, pustularū cholericarum & adustarum, & principij lepræ, vt dicit Auic.

Particulare regimē in recentibus est ꝙ infrigidetur locus: & desiccetur cū repcussiuis. In antiquis, ꝙ corrigatur cacochymia cū resolutiuis. Ad primū confert aqua aluminata, quę fit cū succo agrestę & portulacę & plātaginis, et albuminib. ouorū cū alumine ad modū aquę rosſ. distillatę. Infundātur. n. in ea pāni, & desuper applicentur: et sępe renouentur. In antiq̄ fiat stupha cū chamomilla, meliloto rosſ. viol. et flori bus nenufaris. Et post leuē abstersionē inūgat̄ cū vnguento albo & citrino, in quo modicū de argēto viuo & sulphure & alumine, cum oleo de tartaro sint incorporata. Ad idē Guil. Re. acetositatis citri, vnc. iij. ceruſſæ, quod sufficit ad inspissandū prædictum succū, argenti viui extincti cū saliua, vnc. s. incorporando fiat vnguentū. Theodoricus Re. boracis, drac. ij. farinę cicerū, fabarum, ana drac. i. & s. cāphorę, drac. i. cū melle, & succo cępe fiāt trochiſ. & cū opus fuerit distēperetur, et liniatur. Ad eandē intentionē valet lac vergineum, aqua ro. sulfurata, oleū de tartaro, et de frumēto: & multa alia auxilia dicta superius in ser pigine, et decoratioue. Et si cū istis nō recedit, vesicetur locus cū appositione cantharidum mistarū cū sepo. Et postea cū folijs ficlę locus purificetur. Et deinde cum prædictis desiccetur: & consolidetur.

*Pars secunda de ægritudinibus oculorum quæ superius non sunt tractatæ.*

Ægritudines oculorū quę secundū Gal. in tertio de ęgritudine & symptomate nocēt actioni visiuę secundū oculistas: quędā sunt vniuersales toti oculo, vt apostemata, et inflationes, & mali motus: quædā sunt particulares, vt ægritudines palpebrarū, panniculorū, humiditatum, & spirituū ipsius. Et hoc est quod Gal. in quarto de ægritudine, & symptomate dicebat. In sensitiuis quidē actibus: puta oculorū, triplex symptomatū est differentia. vna quidē in primo organo velut in crystalloyde patiente. Altera in sensitiua virtute a cerebro per neruū opticū descendente. Tertia vero in coadiuuantibus: ut sunt oēs alię particulæ. Et vniuersaliter subdit ꝙ istæ ægritudines q̄dā sunt cōplexionales, quę ut in homiomeribus partibus insunt: quędā cōpositionales, quę sunt vt in organicis: quædam vero cōmunes, quę in vtrisq; fiunt. Et licet istę ęgritudines possint esse in omnibus mēbris: nihilominus propter naturā oculi, quando accidunt in eis suscipiunt quandā proprietatem quę facit magnā diuersitatem in curando. Et ob hoc dicebat Iesus ꝙ quędā erant ægritudines oculorū, quę multum erant cōuenientes alijs membris, vt malæ cōplexiones, solutiones, & apostemata: quædā vero proprię,

A vt lachrymę, pāni, cataractę, et id genus: & inde est ꝙ multipliciter ægritudines oculorum numerauerunt: Nam ipse Iesus numerauit. 92. Auic. vero. 48. Alcoatim. 50. Açarani. 60. Acanamosis de Baldac dicit: ꝙ ipse medicauit. 65. Et attestatur ꝙ Gal. posuit. 105. & Almansor. 65. Beneuenutus, & Hispanus de paucis tractauerunt. Quotquot autem sunt, hic non nisi de magis manifestis agetur, de quibus non fuit dictum supra in apostematibus, uulneribus, et ulceribus: pro q̄bus ad chirurgū habetur recursus cōiter. De manifestis vero quę occultę sunt sensui, pauca hic tāgetur. Nam earū speculatio ad aliam pertinet doctrinam.

Causæ autem ægritudinum & symptomatū oculorum & aliorum membrorum secundū magis & minus sunt primitiuę, antecedentes, & coniunctæ. Quas Gal. in toto libro interiorū. Sym
B pathias & idiopathias, id est compassionales, & proprias vocabat: compassionales quando veniunt ab alia particula: proprias quando sunt propter causam propriam in eadem. Quæ quidem causæ generantur ex humoribus a malo regimine in corpore generatis: & ex ipsorum oculorum debilitate, vt dictum est sępe. Ex quibus apparet ꝙ in ægritudinibus oculorum potest esse fiens, & factū, vt in ophthalmia, & in apostematibus superius fuit declaratum.

Signa ægritudinum oculorum apparētium & aliarum, satis sunt manifesta. Quę vero occulta sunt, maxima indigēt perscrutatione. primo interiorum: quæ signa particulariter infra dicentur. Iudicatur tn̄ ꝙ ipsæ sunt difficilis curationis: eo quia oculus est intricatę cōpositionis: vt dictum fuit in anatomia. Et cū hoc est sensibilissimā
C particula tertiodecimo therapeu. et medicamina quę cōpetunt ei, artificiositatis sunt magnæ: vt in quarto miamir. docet Gal. & Acanamosis illud idem. Et cū hoc multę dispositiones in vnum sępissime implicantur: vt in scabie & sebel: implicationes autem dispositionū curā faciunt difficilē septimo therap. dicit Gal.

Cura ægritudinum oculorum in genere habet quinque intētiones. Prima est in documentis octo ad curam vtilia ꝙ obseruentur. Secunda in materia antecedente generata, ꝙ euacuetur. Tertia in vita, ut amplius materia peccans nō generetur. Quarta in materia cōiuncta, ut extirpetur. Sed quinta in accidentibus, vt mitigentur.

Primū documentum primę intētionis est, ꝙ quando cum ægritudinibus oculorum coniungitur soda, & dolor, aut fluxus: ꝙ illa prius sunt sedanda, ante-
D quam ad curam oculorum ægritudinum accedatur: hoc dicit Auicen. & Iesus. & dictum fuit in vlceribus & ophthalmia.

Secundū est Gal. in tertiodecimo therapeu. ꝙ nulla operatio particularis fiat in oculis quousque corpus & caput non fuerint purgata & rectificata.

Tertium est ꝙ omnis operatio particularis in oculo delicatius & indolorosius quo erit possibile exerceatur. Et propter hoc pręcipit Iesus ꝙ dum aperitur oculus, suauiter palpebra eleuetur & paulatine: & nō subito claudi dimittatur. Et Albuca. ꝙ non attentes operari in oculo, in quo fuerit dolor, aut aliqua fatigatio: quousque sedata fuerit. Et post ad operationē redeas si est necesse.

Quartum ꝙ operationes fiant in loco claro, & nō vētoso: & ꝙ patiens præcipue circa caput stet firme.

et propter hoc Albuca. in operationibus omnibus iubet patientem in sinu uel inter genua medici, uel secūdum Halyab. supinum supra scamnum collocari. Et post operationem in loco vmbroso et oculo coperto cum sindone nigro debet reponi.

Quintum ꝙ in applicando est melius multiplicare vices, quam quantitatem. Quantitas enim nimia bonitatem obtundit auxiliorum: vt Azaramus dicit.

Sextum, ꝙ medicamina oculorum sint bene depurata præparata: & ad vltimum trita & cribrata: aliter plus grauarent, quam proficerent: vt Acanamosalus dicit.

Septimum ꝙ ante operationem medicaminū oculus bene lauetur cum aqua calida, & bene abstergatur, & mundetur cum cotone & stilo inuoluto.

Octauum ꝙ non accedat quis ad operationes, nisi sit subtilis & ingeniosus bene vidēs, & manus habeat firmas: & ꝙ alium viderit operari: & habeat hamos, & acus, stilos, forpices, spatulas, lancetas, rasoria parua, & bene polita, duplicata, & triplicata. & semper cotonis, & clara oui, & aqua rosata prompta sint sibi: & panni pro bindellis, & ligaturis. Operatio enim oculorum est particularis, & non communis, vt dicit Guilelmus de Saliceto.

De secunda & tertia & quinta intētionibus satis dictū est in de apostematibus, ulceribus, et ophthalmia.

De q̄rta vero dicet̄ hic secūdū singulas ęgritudīes.

*Et primo de ægritudinibus totius oculi quæ quatuor numerantur a lachrymis & fluxibilibus incipiendo.*

Lachrymæ licet ueniant per lachrymalia proprie a quodā foramine paruo: & quasi insensibili in fine pilorum, secundum ꝙ testatur Beneuenutus: nihilominus ex eis totus patitur, & inficitur oculus. Et ideo dicit Auic. quod est ægritudo, in qua sunt oculi semper humidi & infecti humiditate aquosa a capite ad oculos descēdēte. Quæ quidem aliquoties descendit per venas exteriores: quandoque per interiores, vt dicit Iesus.

Et causæ sunt repletio capitis & totius corporis: aut oculorū debilitas naturalis seu accidētalis, velut incisio, & diminutio carnis in lachrymali, aut frigus, aut caliditas fortis, atq; animi passiones.

Signa ipsarum sunt satis nota. Materia autem ipsarum cognoscitur per tactum. Nam si sentiuntur frigidæ: significatur ꝙ materia est frigida. Si vero sentiuntur calidæ & mordicatiuæ, & ꝙ adurant partes vicinas, significatur ꝙ materia est calida. Regio vnde veniunt, cognoscitur per modum, qui dictus est in ophthalmia. Abscisio & diminutio carnis lachrymalis est manifesta, & indicatione habetur patientis. Iudicatur per Auic. ꝙ naturales, & quę sunt propter abscisionē carnis lachrymalis, non curantur. Et quæ veniunt a parte intrinseca, difficilis sunt curationis, vt Alcoatim testatur. Et ideo in talibus expedit desiccatio palliatiua cum pulueribus infrascriptis.

In curatione lachrymarum duplex est regimen, vniuersale et particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione dictum est supra in vlceribus, et ophthalmia, & ī fluxibus, rheumatismis. Sed vltra diaolibanū in hoc casu de cera, Beneuenutus & Acanamosal. cōmendant. Diuersio tamen in hoc casu pręrogatiuā habet: & ob hoc laudant omnes cau-
E teria in summitate capitis facta. Cuius modus dicetur infra Gal. tertiodecimo therap. in interioribus lachrymis concedit incisionē arteriarū temporū: in exterioribus venarum. & Albu. & Hal. dant modū: quia tamen opus est difficile, et narratio longa: & etiam dixi aliquid in ophthalmia, omitto eam de pręsenti. Cauteria vero punctalia in fontanellis brachiorū, & setones retro collum sunt mihi in hoc casu magis dilecta. Confortatio & desiccatio cerebri secūdum Gal. hic maxime habet locū, In causa frigida cū ambra & styrace, In calida cū rosis & cāphora. Et Auençoar gloriosus sacellationē, aut sinapizationē supra ꝓrā capitis cū cinnamomo, macis, piperi, corticibus, citri, singulariter, aut cōiuncta cum aqua mentę aquaticę: aut ros. secundū tempus & dispositionē infirmi cōmendat in insistendo rheuma experimento sui: ac etiā pa-
F tris sui. Rabbi Moyses hęc in suis aphorismis acceptat. Interceptio materiæ cum stypticis, vt in ophthalmia fuit dictum, non tradatur obliuioni in hoc casu.

Particulare regimen perficitur in causa calida cum isto alcofol vtili lachrymę & calori. Et ponitur a Iesu Re. sedeng loti quod est lapis hęmatites uel sanguinarius, marcasitę lotę, tutię pręparatę, ana drac. i. margaritarū, drac. 5. sief memithe, aloe, ana scrup. i. terantur & cribellentur: & fiat alcofol. Et si cū eo adderentur ossium myrobalanorū combustorū in pasta, scrup. i. coralli, scrup. 5. melius esset. de pipere in parua q̄titate in hoc medicamine ponunt multi. Ad eandē intentionē Aui. & Heben Mes. tale collyriū approbauerūt expertū ad lachrymas et tenebrositatē oculorū. Reci. succi granatorū acetosorum cocti vsq; consumptionē medietatis lib. 5. aloes, sief memithe, licij, croci, ana
G drac. iij. muschi grana, 16. misceātur & ponātur in vase vitreo ad solē per. 40. dies. Et ad eandē intentionē valet puluis magistri Arnoldi, qui in antidotario dicetur. Et collyria alba cū climia: et id genus. In causa aūt frigida ponit Azaramus galafin. 21. parte antidotarij magni alcofol subtile cōferens ad lachrymas & humiditates & relaxatiōes & grauitates palpebrarū. Cuius forma Rec. capitū viperarum sine sale adustorū, antimonij, tutię albę et viridis, ana drac. ij. camphorę tertiam partē illius. 3. terātur. Et ad istā intentionem valet basilicon, & collyrium de domo, & id genus. Et Brunus purgātia oculos per eductionē lachrymarū pręcipue facta ex aqua agrestę & sumac & myrobalani sunt utilia: et sal ammoniacū, aut sal cōē et odoratio cepar℞, et comestio sinapis educūt lachrymas, & purgāt oculos, vt experiētia docet. Cerebrū
H enim per lachrymas purgatur, vt dicit Iesus, & Auic.

*De eminentia seu ingrossatione totius oculi: & de eius opposita macilentia & diminutione.*

Ingrossatio & eminentia oculorū secundū Auic. fit tripliciter: aut ꝓpter magnā inflationē et repletionē alicuius materiæ: aut ꝓpter vehementē coarctationē ad exteriora: quā vocat Iesus suffocationē, sicut fit cū soda est vehemens: & apud vomitum, tenasmū, & clamorem, & laborē partus: aut propter vehementē mollificationem lacertorū eius. Et minoratio eius fit a causis contrarijs euacuatiuis & consumptiuis, vt in hectica & in febribus vigilatiuis: aut a causis tristatiuis: aut a spasmo.

Curatur autem magnitudo post regimen vniuersale de diæta & purgatione dicta

in

in ophthalmia: & crebra vētosatione retro collum, ligando oculum cū binda & fascijs madefactis in succis stypticis, velut est succus prunellarum, & folia oliuæ: Aut in linimento facto de acacia, aloe, thure, et sarcocolla, vt dicit Albuca. Et lamina plumbi, & ea quę dicta fuerunt in eleuatione vueæ in vlceribus oculorum, sunt valde bona. Et lauare faciem cum aqua frigida salsa, proficit valde, vt dicit Iesus. Aui. autem dicit ꝙ ex medicinis conferentibus in egressione, & eminentia est: vt fiat emplastrum cum farina fabarū, rosſ. thure, & albuminibus oui. Et etiam dicit, ꝙ nuclei dactylorum adusti cum spica, sunt boni.

In macie vero & profunditate oculorum. Si debet curari, proficit regimen hecticorū. Et fomentare oculum cū lacte tepido, & aqua dulci tepida: & vngere caput cum oleo violarum: & fricare, & emplastrare cum frequenti remutatione ex amylo, croco, floribus violſ. cum lacte: & cū medulla bouis proficit valde.

*De strabositate oculorum.*

Strabositas oculorum est visio tortuosa & obliqua. Obliquatur & transponitur humor crystallinus: & per consequens totus oculus uel ad latera, uel ad superiora & inferiora. vnde secundū Gal. in quarto de ægritudine et symptomate. Si apud latera, nil dignum ratione nocet. Si vero sursum & deorsum, duplicia omnia faciunt apparere. Et causa istius est cancellatio idolorum in vnitione, seu cruce signatione (si ita debeat dici) neruorum opticorum. Et ad hoc faciunt subtilitas & mobilitas spirituum, ut deducit Auic. in sexto naturalium, tractatu primo.

Causæ obliquitatis quādoꝙ sunt extrinsecæ, vt assiduitas aspectus ad partē illam ad quam fit obliquatio: ut facit impressio, & impulsio sub oculis facta cum digitis, & oppositio fenestrę, vel luminis, vel picturę ad vnam partem maxime in pueritia. Propter quod debēt nutrices esse cautæ. Quandoꝙ fit ab intra propter spasmum, aut paralysim, ut in soda cōuenit forti, et epilepsia, et tortura. Iudicatur ꝙ in adultis, maxime quādo fuerit a pueritia, & quæ prouenit ex siccitate: non curatur. Quæ autem accidit pueris, rectificari potest per contrariū aspectum, si candela vel aliquid lucidum seu coloratum ad oppositā partē, ad quā respicit, apponatur: & ad rectificandū talē obliquitatē, Iesus laudat aquā pulmōis collyrizatā. Et Aui. sanguinē turturis. In adultis vero si euenerit, ꝑpter spasmū, aut paralysim, aut aliquam ægritudinem: curatione illarum cura.

*Consequenter dicendum est de ægritudinibus partium oculi, incipiēdo a scabie, & ægritudinibus palpebrarum quæ 24. numerantur.*

Aegritudines palpebrarū, licet numerentur multę: nihilominus aliquoties coincidunt in vnū: vt dicemus de pruritu, ardore, rubore, grauitate, inflatiōe, verdigē, nec sulac yere, formica, vlceratiōe et similibus. Oīa enim ista vt plurimū sunt cum scabie: & vltra hoc est in scabie asperitas, & granulositas in intrinseca parte palpebræ cum multitudine lachrymarum: & quadam ophthalmiatione, vt Gal. & Azaramus dicit. Et ideo ponuntur eius quatuor species, quæ non sunt nisi gradus maioritatis & minoritatis: vt de ophthalmia dicebatur.

A Causa autem scabiei est materia salsa nitrosa faciēs prouenire pruritum prius: deinde scabiē, vt dicit Aui. Et plurimū accidit post ophthalmiam & vlcera oculorum, vt Alcoatim dicit. Magnam autē habent affinitatē. Et ideo pro cura scabiei, est recurrendum ad curas ipsorum.

Signa eius habentur per ea quæ dicta sunt in prædicta descriptione, quæ per inuersationem palpebrarum manifestantur. Inuersatur autem palpebra comprimendo palpebrā cum proba lata, aut denario rotundo: & palpebra cum pilis suauiter trahendo inuersetur. Iudicatur ꝙ cum scabie complicantur multę dispositiones. & ideo est difficilis curationis, vt testatur Rasis: vt dicetur de sebel infra.

Cura ipsius duplex habet regimen, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & B purgatione, & deriuatione, et confortatione cerebri, & desiccatione, & interceptione materiæ rheumatizantis fit, vt dictum est in apostematibus, ophthalmia, et vlceribus oculorum.

Particulare præcipit balneum & fomentationē cū aqua ro. extinctionis ferri: aut cum aqua decoctionis rosarum & lentium: & appositio albuminis ouorum cum oleo rosſ. & succo portulacæ aut rostri porcini. Ista aūt remouent pruritū, ut Alcoatim dicit. Brunus autem dicit ꝙ aqua rosſ. cum vino albo in qua sit modicum de aloe hepatico, est bona. Et aq̄ rosſ. in qua sit modicū de cuperosa, aut de viridi æris, aut secundū Alcoatim de alumiue, & croco, est vtilis & pulchra. Et collyrium Beneuenuti. quod Re. tutiæ alexandrinæ, zuc. ana vnc. xij. rosarum rubearum siccarū pul. vnc. i. coquantur ad lentum ignem cum duabus lib. C boni vini vsque ad consumptionem medietatis, coletur & vsui conseruetur. Et si adderetur aliquid de antimonio & ære vsto, melius esset. Et propter inflationem Auicen. præcipit post euaporationem factam cum spongia infusa in aqua calida & pauco aceto, linire palpebram cum aloe, memithe, croco, cum aqua solatri distemperatis. Et desuper ponit Guil. de Saliceto emplastrum factū de farina fœnugræci lib. 5. pul. rosſ. vnc. i. chamomillæ puluerięate, vnc. 5. coquatur cum vino, & colatura inspissetur cum vitellis ouorum. Auicen. vero emplastrum maluarum in hoc laudat: & sanies mundificetur cum zuc. & si cum eo poneretur modicum de tutia præparata, placeret Beneuenuto. Et si de sedeng combusto, confortaret oculū: & hoc laudatur a Iesu. & parui sapphiri, & grana gallitrichi ad istam intentionem infra oculum ponuntur a vulgo ad scabiositatem desiccandā. D Rasis præcipit collyrium rub. leue vtile scabiei leui, sulac, & ophthalmiæ proprie circa finē ipsius. Cuius forma secundum Iesum Reci. sedeng abluti, drac. x. æris vsti, drac. viij. coralli, margaritarum, salis indi. ana drac. iiij. gummi arab. draganthi, myrrhæ claræ, ana drac. ij. sanguinis draconis, croci, ana drac. i. terantur, & mollianttur, & conficiendo cum vino antiquo fiant sief. In magnis & fortibus scabiebus iubet Auicen. post reuersionem palpebrarum, fricationem cū his quę sunt sicut spuma maris, et folia fici aut cū zuc. vt dicit Alcoatim: aut cū siefru. vt Iesus, aut cū uiridi ęris, vt Rasis. vtile scabiei: et sebel, et ungulę, albugini, & tenebrositati. Cuius forma secundū eum R. florū æris, drac. iij. colcotar adusti, drac. ij. arsenici ru. drac. i. baurac, spumæ maris, ana drac. 5. ammo-

niaci cum succo rutæ dissoluti, drac. i. & . 5. & fiat sief. Et si sic non sanatur, radantur granula cum rasorio, aut spatumine rotundo, vt dicit Rasis. et post instilletur in oculo aqua cum pauco aceto: aut aqua cymini masticati: vt oculus non incarnetur: deinde cum pul. citrino dicto in ophthalmia, curetur. Et desup in hyeme cum amygd. amaris. In æstate cum vitello oui, & & oleo viol. emplastretur. Et si adesset calefactio, vult Iesus ꝙ sedetur cum sedeng, et non cum amylo: neq; cum collyrijs albis, de quo satis miror.

*De casu & relaxatione palpebrarum.*

Relaxatio palpebrarum, vt dicit Iesus, est elongatio palpebrarũ superiorum vsquequo non possint eleuari: & forte augẽtur in tantum, ꝙ duplicãtur, & pili intrãt oculũ, & lædunt ipsum. Cuius causa est vt dicit, humiditatum abundãtia: & multoties prouenit, ut dicit Alcoatim, a lęsione lacertorum mouentium palpebras.

In cura ipsius est duplex regimen, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & euacuatione dictum est supra in apostematum tractatu. Particulare regimen. In recenti confert, ut dicit Iesus, ungere palpebras cũ hoc, quod desiccat, et cõstringit sicut memitha, aloe, crocus, acacia, myrrha, & aqua sua. In antiqua vero aut in recenti, si illud nõ proficit, operandum est secundũ Alcoatim, vno de quatuor modis. Primus modus est cum incisione pellis pal. ad formam folij myrti in tãta quantitate quod sufficienter sit eleuata, & fit ꝙ cum digitis eleuetur, & capiatur pellis, & infigantur cũ acubus tria fila vnius palmi: aut cum hamo triplicato cum quibus eleuetur pellis ad sufficientiam: & tunc cum forpicibus incidatur, & statim suatur: deinde cum pul. ru. & albumine oui, & ligatura sutura cõseruetur: & vt cętera vulnera cum diapalma curetur. Secundo modo ꝙ cũ duabus virgis gracilibus ferreis, aut ligneis capiatur illa pellis: et cũ bono filo in capitibus stricte ligetur: et sic ligatum dimittatur quousque pellis mortificetur, & cadat. Tertio modo ꝙ secundum formam & quantitatem dictam palpebra cum cauterio actuali curuo cauterizetur: & post consolidetur: quia in cicatriçando decurtatur. Quarto ꝙ idem fiat cum cauterio potentiali posito in charta bombicina ad formã folij myrti supra palpebram. & teneatur cum digitis tanto tempore quousque æger sentiat caliditatem & mordicationẽ caustici: deinde eleuetur, & cũ butyro arsura sedetur, & moueatur. & postea, vt alia, curet.

*De abbreuiatione & reuersatione palpebrarum.*

Reuersatio palpebrarum est earum separatio taliter, ꝙ oculum cooperire nequeunt. Et est similis oculo leporis, vt Halyabbas dicit: & in ea includitur gesse quæ secundum Auicen. est palpitationis difficultas. Et fit naturaliter ex defectu materię: aut accidentaliter ex mala palpebrarum suitione, & consolidatione, aut ex spasmo lacertorum, aut ex carnositate generata infra ipsas.

In curatione duplex est regimen. Vniuersale, de diæta, & purgatione varia secũdum causas, a quibus fit. Particulare, si fuerit ex siccitate, oportet humectare palpebram, vt dicit Iesus cum oleo & balneo & mucilagine fœnugræci facta cum

E lacte, & adeps gallinæ in hoc experta, vt dicit Auicẽ. Si autem non valet, oportet vt dicit Alcoatim, incidere palpebram, & extendere eam, & ponere in fixura lichinia tenẽtia plagam apertam, taliter ꝙ regeneretur caro & pellis, quantum sufficiebat. Si vero prouenerit a carne superflua, præcipit Iesus eam consumere cum pulueribus corrosiuis, vt est sief viride, & id genus. Nonnulli vero carnem illam consumũt cum cauterio ignito subtili: quod satis laudo: duntaxat ꝙ oculus ex cauterio non lædatur. Et si non prosperatur, oportet, ut dicit, suspendere eam cum duobus aut tribus vncinis: aut cum filo immisso cum acubus, & eleuare eam, & scindere cum spatumine, aut forpicibus, vsquequo sufficiat: et terge sanguinem cũ cotone & panno. Et post incisionem, vt locus nõ incarnetur, ponatur aqua cymini masticati, vt dicit Ha-
F lyab. & supra oculum albumen oui. Et vltimo curetur cum sief rubeo dicto in scabie: aut cum pul. citri. dicto in ophthalmia. Caueatur tamen in excoriando et incidendo a cartilagine: nã malę cõsolidationis est.

*De inuiscatione palpebrarum.*

Inuiscatio palpebrarum est duplex: quędam fit cũ tunicis oculorum: alia palpebrarum inter se. quæ quidem inuiscatio prouenit ex incisione vngulę vel sebel, seu carnis superfluę: uel ex fricatione, & rasura scabiei, & incisione pilorum, quãdo oculus ligatur, & nõ mouetur: aut quando ponitur post operationem aliquod medium, vel aliquod acutum, vt sal & cyminum & huiusmodi.

Cuius cura est secundum Iesum, vt aperta aliqua parte immittatur stilus sub palpebra,
G & eleuetur, & excorietur cum stilo aut penna totaliter. Cauendo tamẽ a cornea: quia ex ruptura ipsius causaretur exitus, & eleuatio vueę. Et distilla in oculo aquam cymini & salis: aut interponat pannum vt Alcoatim: et desuper pone cotonem madefactũ cum albumine oui & oleo ros. Et post diem tertium, cum sief viridi: & post, cũ rubeo et puluere citrino curet.

*De pilis additis infra oculum inuersis.*

Nascuntur pili superflui in interiori margine palpebrarum, pũgentes & lædentes oculum ex multitudine humiditatis putrefactæ. Quorum cura duplex habet regimen, de diæta, & purgatione vniuersale, ut sępe dictum est. Et particulare, qđ uno de sex modis cõpletur. Primus est ꝙ euellantur cum digitis, aut cum pincecarolis. Et post linia-
H tur cum sanguine ranarum, vel limatura ferri cocta cum aceto. Secundus modus est ꝙ ipsis euulsis fricando locum, materia desiccetur cum sief de vitriolo per Iesum dictato vtili, pilis additis sulac, scabiei, vngulę, sebel, albugini, & vstioni: quod Reci. gummi arab. dragaganthi, aloes sucotrini, viridis æris, arsenici rub. colcotar, æris combusti, trium piperum, sedeng, amyli, rubeæ tinctorum, batituræ æris combusti, ana drac. ij. sanguinis dra. acaciæ, ana drac. i. s. tutię, spicæ, lycij, gallæ combustæ, ana drac. i. cathimię argẽti, cerussę, myrrhę, ana drac. i. sarcocollę, ammoniaci, ana drac. iij. dissoluatur ammoniacũ cum aqua rutæ, & succo pomi citri, & alia bene puluerizata misceantur, & fiant sief. Tertius modus est ꝙ ipsis euulsis et palpebra inuersata, locus pilorum cum cauterio subtili, cuius caput sit curuum, cauterięetur. Et post

post supra oculum albumen oui cum oleo ros. mistũ cum plagella cotonis apponatur. Quartus modus est ꝙ conuertantur ad exteriora per istum modum. Imponatur acus subtilis per radicem pili ab interiori ad exterius, & pilus ponatur in foramine acus, & cũ acu extrahatur: aut accipiantur duo capita pili mulieris vel fili serici subtilis, & in foramine acus ponatur & trahantur extra vsquequo faciunt ansam: & in illa ansa ponantur pili, & extrahatur ansa: & pili cum ea: & toties est reiterandum quousque omnes sint reducti, sed non per idem foramẽ: quia nimis esset amplũ: & non posset retinere pilum. Et post est bonum cum visco eos inuiscare vt non possint redire. Quintus modus est vt pili innaturales & curuati, ducantur ad naturales: et cũ uisco de mastiche, thure, et aloe, sarcocolla, & dragagãtho dissolutis cũ albumine oui, cum eis inuiscentur, & vniantur. Sextus modus est ꝙ palpebra abbreuietur secundum doctrinam datam in capitulo relaxationis.

### *De casu pilorum, albedine, & pediculis.*

Casus pilorum est duplex. quidam est simplex & est de genere alopecię: Alter est cum inflatione, & quadam vlceratione: & est de genere scabiei. De primo satis dictum est in alopecia. De secundo in scabie salatina. Verũ Iesus & Alcoatim conuenerunt ꝙ medicamen factum ex partibus tribus ossium dactylorum combustorum, & partibus duabus spicæ tritis & mollitis cum stilo apposito, est conueniens valde. Et ex eis quæ experta sunt apud Auicẽ. est, vt teratur spina nigra & antimoniũ, & administretur cũ radio. Denigrantur pili secundum Iesum, sicut de canicie capitis fuit dictũ. Appropriatur tamen per ipsum inunctio cũ oleo aut pinguedine anseris in plumbo fortiter fricato.

Pediculi curantur etiam, vt dictum est supra. Verũtamen appropriant eis ablutionem cũ aqua maris, & salseis, & sulphureis: & linitionem cũ medicamine facto ex alumine, & staphide agria, & aloe, incorporatis cum oleo & aceto scillitico.

### *De duritie, lupia, hordeolo, grauedine, sulac, & xeruac.*

Ista sunt de genere glandularum, & tumorũ phlegmaticorum induratorum. Et habẽt causas, signa, & quodammodo curam: sicut dictũ est in capitulo glandularum, et lupiarum: debent autem attentari si poteruut mollificari & resolui cum fomentatione aquæ calidæ, & emplastratione cum diachylon: aut cum opopanaco, serapino, ammoniaco dissolutis cum aceto, vt dicit Iesus. Et si non possunt resolui, in paruis post fricationem cum spatumine permittatur aliquãtulum sanguinare: post desicca: et cura. Et si non possunt resolui: videatur ad quam partem magis declinat, interiorem, aut exteriorem: & tunc elongentur quantum erit possibile ab ara pilorum: quia malæ consolidationis est. Et incidatur secũdum rugas et latitudinẽ oculi a lachrymali ad lachrymale quantum erit necesse ad extrahendum, & excorientur ipsa: & extrahantur integre, si est possibile: & suatur, si necessaria & vtilis sit futura. Et si aliquid remaneat, consumatur & mundificetur cum vnguento apostolorum, aut puluere asphodelorum. Et desuper albumen oui apponatur; & pul. rub. si fuerit ne-

A cessarius. Et post cũ diapalma, aut cõsimili cõsolidet.

### *De mora & uerruca palpebrarum.*

Sunt enim istæ excrescẽtiæ pedentes extra cutem, maxime in lachrymalẽ, ut dicit Beneuenutus. Et quando sunt duræ, dicuntur de genere verrucarũ: quãdo vero molles & sanguinolentę, sunt de genere ficuum & hæmorrhoidum moralium.

Cura autem istorum est, sicut illorum cum ligatura & incisione & cauterizatione custodiendo semper oculum ab acuitate medicaminũ. De apostematibus, fistulis, & vlceribus lachrymaliũ: & de carnositate excedente & diminuta a qua fit lachrimarum continuus fluxus, satis dictum est supra.

### *De ægritudinibus coniunctiuæ quæ. 13. numerantur. & primo de ungula.*

B Quia de multis ægritudinibus cõiunctiuæ, vt de ophthalmia & vulneribus & tarse, dictum est supra in apostemaũ tractatu, & de quibusdam alijs ægritudinibus palpebrarum: non dicetur hoc nisi de vngula, & sebel, quæ sunt magis proprie passiones ipsius coniunctiuę. Vngula secundũ intentionem Auicen. est excrescentia: quædam panniculars procedens a lachrymali super coniunctiuã vsque ad corneam & pupillam. Verum tamen plurimum oritur a lachrymali domestico a parte nasi: aliquãdo a syluestri: aliquãdo, sed raro, ab inferiori, aut superiori parte. Et secundum hoc sunt quatuor species earum, vt ponit Acanamosalus de baldac. Alcoatim vero ponit duas. carnosam videlicet, & neruosam. Albuca. cum neruosa quę est similis siphac subti C li, numerat adiposam quæ proprie est de genere macularum: quæ quidem est alba similis humiditati albę vel vini, vt dicetur infra: in qua non capitur vncus: sed abscinditur, dum tentatur eleuari. Et propter hoc dicebat Auicen. ꝙ vngulæ erant variorum colorum: quædam coloris citrini: aliquando rubei: aliquando fusci uergentis ad albedinem supple. Et cũ hoc dicebat, ꝙ quædam erant recentes & lenes, quæ velociter denudantur, et eleuantur ex qualibet suspẽsione: quædam antiquatę & duræ, quæ non sunt facilis separationis.

Causæ vngularum secundum Beneuenutum, sunt humores phlegmatici grossi & viscosi a malo regimine generati.

Signa earum sunt satis manifesta per ea quæ dicta sunt. Verum differentia est secundũ D Iesum inter panniculum & coniunctiuam: quia panniculus suspenditur cum hamo: coniunctiua vero non separatur, nec immergitur in ea hamus. Et inter carnem lachrymalem & vngulam est differẽtia: quia vngula vergit ad albedinem: caro uero ad rubedinẽ: vt etiam dicit Iesus.

Iudicatur etiam per ipsum ꝙ in eleuando vngulam nisi caute agatur, est periculum de rumpẽdo mẽbranam maxime corneam: et in incidẽdo tantum diminuere carnem lachrymalis, ꝙ lachrymæ fiant perpetuæ: & ꝙ vena aperiatur: & fluxus fiat difficilis. vt dicit Acanamosalus. Ergo vt consulit Iesus, oportet ꝙ caute eleuetur quantum salubriter poterit eleuari, & residuum cũ medicinis cõsumatur paulatine: quia nisi tota uel cũ vno vel cũ alio eleuetur, reiterabitur.

Secũdo, vt dicit Iesus, in curatione vngularũ duo

requirãtur regimina, vniuersale, & pticulare. Vniuersale de diæta et purgatione fiat secundum ꝙ dictũ est in apostematibus frigidis, & dicetur in cataracta. Regimen particulare completur in recentibus & lenibus mollificando & resoluendo & abstergendo. fiat ergo mollificatio cum vapore aut balneo aquæ calidæ, vt dicit Auicen. Et abstersio cum collyrio experto ꝙ fit de ære vsto, & calcadis, & felle hirci, partes ęquales misceantur: & fiat collyrium: & si cum eo misceretur modicum mellis, esset melius. Ad eandem intẽtionem ponit Iesus sief rusteim vtile vngulæ, sebel, & scabiei, vestigijs, lachrymis, & obscuritati. Cuius forma Re. sedeng loti, æris vsti, cachimiæ argenti, salis indi, baurac, æris viridis, piperis longi, ana drac. iiij. piperis albi, & nigri, spumæ maris, ana drac. viij. aloes sucotrini, spicę nardi, gar. ana drac. iiij. & .s. zinçi. bellirici, ana drac. ij. numerus medicinarum. 15. terantur & cribellentur & molliantur: & fiant sief cũ vino & aqua fœniculi. Et ad eandem laudat Alcoatim sief viride dictum in scabie, & sief de vitriolo in pilis additis. In duris vero & antiquis secundum Auicẽ. est melior cura denudatio vel eleuatio seu separatio. & proprie quando est lenis denudationis, & eleuationis. Nam quæ est alia, perducit ad nocumentum, vt ipse dicit. & modus est duorum modorum ac trium, qui vult maculam adiposam numerare inter vngulas, vt fecit Albuca. Primus modus est cũ ferro, & est secundũ Iesum ꝙ aperta palpebra ꝙ non inuersetur, suspendatur vngula per medium cum vnco: & extẽdatur superius: & si fuerit necessarium addere secundum & tertium vncum, fiat: & ipsa suspẽsa mittatur sub ea lancea aut pluma subtilis, aut plana quæ tutior est. Et, si est necesse, fiat in vngula foramen a latere, per quod ingrediatur pluma: & cum ea excorietur, & separetur leuiter & ingeniose. Et post incidatur cum forpicibus cauendo membranam: & proprie corneam, vt dictũ est, & carnem lachrymalis. Deinde distilletur in oculo sal & cyminum madefactum, vt non incarnetur. & super oculum ponatur albumen oui cum pauco oleo, vt oculus non apostemetur: et patiens incitetur, vt oculum moueat, vt nõ inuiscetur: & sic per tres dies bis, aut plus remutetur. Post autem curetur ꝙ remansit cum sief supra dictis & clarificatiuis medicinis quæ dicentur in maculis. Secundus modus est cum pilo de cauda equi: aut cũ serico. & est secundum Albuca. & Auicen. qui etiam modum ponunt prædictum, quem modum de pilo acceptat Halya. & Alcoatim, et Brunus. Et est ꝙ aperta palpebra et eleuata vngula cum vncino paucę plicationis vel cum filo in medio eius cum acu imposito & ligato imponatur non per idẽ foramen, sed per alium aliquantulum subtus punctum fili ligati inter vngulam & membranam: quia aliter laberetur vngula a ligamento. imponatur inquam pilus: aut seta cum acu subtili modicum incuruata. Et postea capiẽdo pilum aut setam per duo capita, excorietur vngula subtiliter, primo versus pupillam: deinde versus lachrymale: & post vt dictum est, cum forpicibus incidatur, & vt dictum in primo modo, procedatur. Tertius modus est cũ rasorijs, & est Albuca. proprius in vngula adiposa acceptatus a multis in rasione macularum, vt in eis infra dicetur. Quomodo autem caro in lachrymali, & super coniunctiuã generata remouetur, iam dictum est in palpebra supra.

E *De sebel.*

Sebel secundum Auicen. est panniculus accidens in oculo ex inflatione venarum eius apparẽtium in superficie coniunctiuæ & corneæ. Et inter texturam ipsarum est apparentia: sicut nebula fumosa: & est cum pruritu, lachrymis, vlceribus, & palpebrę grossitudine et scabiositate, ac etiam lucis offensione: & est vt dicit ipse Auicen. duorum modorum: quidam qui venit per venas interiores: quidam per exteriores. Cuius causa est capitis repletio, & debilitas oculi, vt etiam dicit.

Significatur sebel per descriptionem datam. sed eius materia designatur & modus p ea quæ dicta sunt in ophthalmia. Quando enim dicit Iesus apparent in oculo & circũferentijs venæ grossæ, & rub. dolor in fronte & supercilijs, & videtur F quodammodo pannus incorporatus cum palpebra: tunc significatur ꝙ venit ab exterioribus. Quando autem venæ & circũferentiæ non sunt ita rubeæ, & adest sternutatio continua, & proprie quando videt solem, aut lumen, & dolorem in profundo cum pulsatiõe sentit: tũc significatur ꝙ venit ab interioribus.

Iudicatur per Rasim vt dictũ est in scabie, ꝙ sebel, et scabies, graues & mansibiles passiões sunt & vix curabiles. Et per Auicen. dicitur ꝙ sebel est ex ægritudinibus hæreditarijs quæ hæreditantur: & de vno ad alium permutãtur. Iudicatur etiã per ipsum ꝙ plerũq; accidit in sebel ꝙ pupillæ minorantur, & visus debilitatur: & ꝙ omne quod superponitur in eo, infert æstuationem & nocumentum.

In curatione sebel duplex est regimen, vniuersale & particulare. Vniuersale de diG eta, & purgatione, & diuersione materiæ, dictum est in ophthalmia, & in vlceribus oculorum, in scabie, & lachrymis: ad quæ capitula oportet recurrere pro subsidio istius curę. Particulare completur sicut dictum est de vngula, excepto ꝙ quantum ad medicinas Auicen. Alcoatim & Azaramus cõmendant tam quam expertum alcofol factum ex corticibus ouorum recentium gallinarum. x. diebus in aceto temperatorum: & postea in vmbra desiccatorum & tritorum & cribratorum, vt fiat alcofol. Ad eãdem intentionem laudauerunt omnes sief ru. viride rusteim & sief de vitriolo dicta superius. Et pul. basiliconis vtilis sebel, & vngulę, scabiei, et lachrymis. Cuius forma secundum Iesum, Reci. piperis, çinç. myrobal. citrinorũ, indorũ, remotis ossibus, ana drac. v. aloes, sucotrini, drac. i. & .s. spumæ maris, drac. vi. minij, H drac. v. casię lignęę, gar. ana drac. iiij. salis ammoniaci, drac. i. medicinę terãtur, & cribrẽtur, & eis utitor.

*De ægritudinibus corneæ, quæ decem numerantur. Et primo agetur de maculis.*

Aegritudines corneæ etiam multæ sunt, uerum de aliquibus dictum est supra, ut de sanie retro corneam, de bothoribus, ulceribus, rupturis. De maculis autẽ & cataractis hic dicetur. Intelligendum tamen ꝙ macula quam Iesus uocat bothor, est quodammodo genus ad uestigium, seu cicatricem, punctum, albulam, & nebulam, pannum, telam, seu peciam, quam uocat ungulam adiposam. Et Beneuenutus flosculum niuis, squamam seu lenticulam, aut perlam, parum differentes: nisi secundũ magis

gis & minus. Sunt enim omnia albedines quędam sine concauatione & notabili eleuatione in cornea generatæ. Quæ quidem maculæ aliquoties supra pupillam exeunt: & tunc nocet visui. Aliquoties in circuitu corneæ: & tunc non multum nocent. Et quædam earum sunt subtiles, quæ non transeunt superficiem corneæ, quædam vero sunt grossæ, quæ primum aut secundũ corticem transeunt: & quædam sunt planæ: & quædam quodammodo eleuatæ & bothoratæ: ac si in eis esset aliqua materia indurata, & infiltrata.

Causæ earum sunt primitiuæ, vt apostema, vulnus, & percussio, frigus, calor excessiuus. Antecedentes sunt humores grossi in oculũ descendentes. Coniuncta vero causa ipsarum est materia in loco inuiscata & indurata: aut cicatrix quæ post consolidationẽ vlceris in loco remansit. Ex quibus apparet ꝙ duæ sunt species istarum macularum, vna petialis & telaris: alia cicatrizalis.

Signa macularum sunt manifesta ex præsentia singulariũ: quia maculæ sunt extra ad differentiam cataractarum, & saniei, et albedinis crystallinæ, quæ sunt retro corneam: albæ sine concauatione ad differentiam vlcerum quę sunt albę cum concauatione. Nam sicut superius dictum est de vlceribus oculorum, vlcera corneæ sunt alba, coniũctiuæ, rubea. Et etiam sunt sine eleuatiõe notabili, ad differentiam bothorum alborum, qui sunt eleuati, & notabiliter pustulati. Signũ ꝙ materia descẽdit a cerebro, est apparitio quarundam venarum quæ descẽdunt per coniunctiuam ad ipsam. Signum autem ꝙ sit cicatrix, habetur per formam oblongam, & per vlcus, & per ea quæ præcesserunt. Iudicatur ꝙ maculæ cicatrizales, vt in de vlceribus dictum est, non possunt deleri: immo dum magis rodũtur, magis postea augmentantur. Amplius maculæ antiquæ, & in prouectis, vt ponit Alcoatim, & quæ corruperunt substantiam corneæ: non curantur. Membrum enim est spermaticum: & corruptum non generatur homogenie: sed heterogenie: & per alienam substantiam: vt etiam dictũ fuit. Decorari vero & tingi possunt, vt dicetur.

In curatione macularum duo sunt regimina, scilicet vniuersale, et particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione fiet secundum ꝙ dictũ est in apostematibus frigidis, & dicetur statim in cataractis: non obstante ꝙ Iesus dicit, ꝙ purgatio in maculis non habet locum, nec necessitatem nisi oculus calefieret: qđ leuiter contingit in maculis venatis: quarum materia a cerebro descendit.

Particulare regimen in ea quæ recens est, & subtilis, completur lãbendo & abstergendo cum lingua, vt faciunt mulieres, aut secundum Auicen. & Alcoatim, vt oculus suffumigetur cum aqua calida, & vtatur balneo, & collyrizetur oculus cũ aqua papaueris rubei & centaureæ minoris mistis cum melle. Et succus linguæ pascerinæ (quam Dioscorides vocat polygonium, & vulgus hirundinariam) facit mirabilia in isto casu: vt Gordonius testatur. Et puluis nabatinus, quem Beneuenutus facit de zucha, candia aut caffatina, in hoc est pretiosus. nam mollificat & abstergit absq; dolore: & ꝓpter hoc vocatur clarificatiuus: & quãdo miscetur cũ fumo ligni aloes, est multum cõfortatiuus: & si cum eo misceatur spuma maris, sarcocolla, & stercus muris, vt facit Rasis: est magis abster-

A siuus. Et Iesus ponit cum eo cortices ouorum pręparatorum, vt docet. Et illa rosa anglicana Reci. cerussę lotę partes duas, floris æris partem. i. terantur contritione vltima: & ponantur in vase æneo mũdo cum vino albo, & succo rutæ, & chelidoniæ, & dimittatur per diem, & noctem: deinde cum panno distillando coletur. & fiet aqua, quæ in oculis ponatur. & tutia alexãdrina cum camphora & modico de çinçib. & pipere pulueriçata & mista ab Acanamosi laudatur. In macula vero grossa & antiqua si fuerit venosa, consulitur quod præmissis vniuersalibus, colligantur illæ venæ: & super coniunctiuam incidãtur: & reliqua fiant quæ dicta sunt in eleuatione vngulæ. Et postea etiam aliæ grossæ in quibus non sunt venę, fortioribus indigent medicaminibus. Quare oportet ꝙ primitus mollificentur cũ euaporatione decoctionis paleæ hordei, viol. chamomillæ, meliloti, maluarum, & fœnugræci. Et cum aqua decoctionis prædictæ oculus fomentetur: deinde abstergatur cũ pulisto. Re. ossis sepię, drac. i. çinçi. al. drac. 5. pipis, scrup. i. fiat puluis bene subtilis: & supra maculam modicũ cum proba lata ponatur, & clauso cum palpa digiti super palpebrã aliquãtulum fricetur. Et oẽs medicinæ eradicantes vngulam, sebel, & scabiem, sunt maculis cõuenientes. Et propter hoc dicebat Iesus, ꝙ intentio tua sit quando volueris eradicare albedinem et bothor, ꝙ post egressum balnei vtaris sief viridi dicto in scabie. & post hoc cõfectionẽ muschati. Cuius forma minoris R. stercoris lacerti, drac. iij. nitri, drac. v. spumæ elgagner, corticis oui struthij, ana drac. iij. margaritarũ non perforatarũ, tutię, coralli, ana drac. ij. et. 5. viridis ęris, drac. i. vsneę, drac. 5. muschi grana. ij. summa medicinarum. x. terantur, & vtantur. Ad eandem intentionem conueniunt Rasis, & Auicẽ. & Açaram in confectione de massacumia: & eam acceptat Lanfrancus pretiosam super alias. Cuius forma secundum Heben Mes. Re. massacumie, & est uitrum male coctum secundum Dynum: loco cuius accipitur rascatura uiridis uasorum ultramarinorum, stercoris lacerti, spumæ maris, baurac, zuchari tabarçet, ana partes ęquales. terantur subtilissime, & ponantur in una lib. aquæ decoctionis fœniculi, chelidonię, acori, ana unc. i. tantum decoque quousq; redeat ad unc. iij. conterantur insimul, & conterendo exiccentur: et fiat alcofol, & utatur. Et si in macula fuerit tumefactio, & aliqua materia inclusa: tũc in ea cõferunt medicinæ quæ resoluunt bothores & saniem retro corneam: de quibus fuit dictum supra: & medicinæ quæ sunt ad cataractas: & in hoc habet prærogatiuam balsamus: & si cum hoc ponatur puluis auri triti, facit cõsilium Alcoatim in antidotario suo. Et fimus hirundinum confectus cum melle est in hoc certus, ut dicit Açaramus. & Iesus idem concessit. Et si macula est adiposa, et uenalis: confert radere ipsam cum rasorio uice post uicem: ut docet Albuca. in capitulo ungularũ: et est ꝙ aperta palpebra accipias spatumen subtilem, et rade cum eo ungulam uel maculam illam cũ subtilitate: deinde appone collyria abstergentia et sedãtia supra dicta. Et toties reitera operationem super illud, donec remoueatur totum eius, nisi contrarius sit tibi in oculo dolor, aut apostema. Et tũc primo curentur illa. & post reiteretur operatio donec sanetur. In casu autem, in quo prædicta non conferunt, consulitur decoratio & tinctura per magistros. Ad quod

Iesus commendat lac asinarum, & istud alcofol. Re. gallarum, acacię, ana partem .i. calcāthi partem .5. fiat alcofol. Et ad idem florum malorum granatorum, calcadis, acaciæ, gummi arab. ana drac. i. gallarum, drac. ij. antimonij, drac. iij. terantur. & fiat sief cum succo florum papaueris.

*De cataractis & gutta serena.*

Cataracta est quædam macula pannicularis infra oculum coram pupilla, quæ visum prohibet ex humiditate extranea descendente in oculum diuturnitate temporis frigiditate oculi congelata. Quæ quidem humiditas, quia aliquando descēdit de humoribus ipsius oculi, maxime albugineo vt innuebatur in quarto de ægritu. & symptomate, dicitur fieri de causa priuata: aliquando vero descendit de stomacho & cerebro in forma fumi seu vaporis, & post infra oculum in aquam cōuertitur: dicitur in quarto interiorum fieri de causa cōmunicata. Vtrum autem ista humiditas congregetur inter corneam & vueam, vt probat Iesus: vel inter albugineum & crystallinum, vt innuebat Gal. quarto vtilitatum, nō curo determinare ad pręsens. Intelligendum tamen ꝙ cataracta secundum tria sua tempora, tria sortitur nomina. Quantum ad sui principium, dicitur imaginatio seu phantasia: quia facit apparere in aere diuersas res, quæ non sunt. Quantum ad suum medium, dicitur suffusio, & aqua descendens, & quodammodo gutta. eo quia uidetur infra pupillam, ut nebula aquosa. Quātum ad sui finem, dicitur cataracta: quia prohibet visum, ut cataracta molendini: et cataracta cœli prohibet solem. Ipsa etenim cataracta secundum Gal. vbi supra, prout dicit etiam Auicen. diuersificatur quandoque in quantitate, quandoq; in substātia, quandoq; vero in qualitate. Secundū quantitatē vero, quia quādoq; est ita magna, ꝙ occupat totam pupillam, & prohibet totum visum: quandoq; uero nō occupat nisi partem: & tunc res videntur diuersarū formarum, lunares, fenestratę, oblongæ, & id genus. in substantia uero sumit diuersitatem: quia quandoq; est subtilis & mobilis: & tūc videntur res obumbratæ, ac si pannus esset super oculum. Et aliquando videntur res similes cordis, pilis, muscis, & radijs descendentibus & ascendentibus, & lacerantibus secundum ꝙ materia mouetur: quandoq; vero est ita grossa, quod formę rerum non apprehenduntur. In qualitate etiam diuersificantur: quia quandoq; est cineritia: quandoq; cœlestina: quandoq; alba: quandoq; citrina: quandoq; nigra & serena. Auicen. vero ponit sex varietates colorum cataractarum: quia diuidit albam in margaritalem & gypsealem. Beneuenutus septem quia addit viridalem. Alcoatim ponit decem: quia addit rubealem, & argentinam, & vitrealem. Iesus ponit duodecim: q̄a addit similē argento viuo, & liuidā. Acanamosis nō ponit nisi q̄tuor humores.

Causæ istarum cataractarum quædam sunt primitiuæ, vt casus, & percussio, febris, dolor capitis, frigiditas nimia, & oculi debilitas. Quædam sunt antecedentes, sicut mali fumi vaporosi a malis humoribus & grossis cibis, & male digestis eleuati. Quædam vero coniunctæ: & istæ sunt materiæ existentes in oculo.

Signa cataractarum confirmatarū satis sunt manifesta, ex dicta descriptio-

E ne. Distinguitur tamen cataracta a gutta serena: quia in cataracta videtur macula infra pupillam, & apprehenditur. & ideo dicitur serena: vel enim spiritus visibilis non venit propter oppilationem nerui optici, vt in quarto dicitur interiorum: vel si venit, cataracta est nigra, & non apprehenditur, vt Beneuenutus testatur. Signa vero cataractarum non confirmatarum, sunt conturbatio pupillæ, minoratio visus, & apprehensio idolorum, et phantasiarum dictarum in aere. Signa vero distinctiua propter causam priuatam habentur in quarto interiorū. Et sunt tria in summa. Primum quidem quia imagines quæ in cacochymia ventris fiunt, vtrisque oculis æqualiter contingunt: quæ vero propter causam oculi, in altero solo. Secundo vero secundum tempus. Si enim trium vel quatuor mensium aut ampliorum steterit, & ni-

F hil appareat nebulosum in oculo, a ventre procedit. Si vero apparuerit aliquod nebulosum, ab oculis venit. Tertio propter periodū. Si nō continuatur phantasia, sed aliquādo interpolatur, maxime post bonas digestiones & assumptionem hierarum, & sentiunt hora aduentus, mordicationem in stomacho: a uentre procedit. si uero non interpolatur, neque per bonum regimen, neque per euacuationes: non secundū compassionem, sed secundū dispositionem propriā scire oportet hæc cōtingentia in oculis. Et ad hoc adducit testimonia quorundam quos curauit per literas in alijs regionibus. Signa quando uenit post cerebrum infectum & turbidum, sunt febres phreniticæ, scotomiæ, dolores fortes in capite, et læsiones operationum hegemonicarum, id est principalium animæ, ut Gal. ibidem. & in tertio de ægritudine & sympto-

G mate declarat per exempla. Iudicatur ꝙ gutta serena nō curat: quia est oppilatio nerui: aut materia mala & inepta ad operandum. Iudicatur ꝙ cataracta quæ non dilatatur clauso alio oculo per aliquam fricationem & compressionem, neque sufflationem aliquam, & nihil videt: est nimis dura et antiquata: quare nō est subijcibilis acui: neque potest deponi bene. Et si deponitur, statim reuertitur & reascendit. Iudicatur ꝙ cataracta, quæ cum dilatatur per fricationem, non constringitur, sed remanet sparsa, & uidit adhuc formas rerum, & non transit tres aut quatuor aut quinque annos, sicut dicit Acanamosis, est nimis tenera: & non est confirmata. Et ideo non est subijcibilis acui neque operanda: quia non posset duci cum instrumento. instrumentum enim transiret per eam, sicut per aquam non bene gelatam. Iudicatur ꝙ ca-

H taracta quæ est boni coloris aerei uel cœlestini cū quadam albedine, & reducitur ad formam suam, quando dilatatur, & uidet aliquam claritatem uel translucentiam: est mediocris, & satis confirmata: quare est obediens, et subijcibilis ad operandum. Iudicatur etiam ꝙ cataracta cuius pupilla per fricationem neq; per sufflationem, neque per alterius oculi clausionē, non dilatatur: non est acceptabilis: quia est cum oppilatiōe nerui optici: & posito ꝙ deponeretur, nō uideret aliquid. Iudicatur per Beneuenutum, ꝙ cataracta nigra serenata & citrina, & cuius pupilla est tota dilatata: non est laudabilis. Iudicatur per Alcoatim ꝙ cataracta quæ fuerit in homine habente oculos malos, aut habente dolorem in capite, aut in oculis, uel tussim, uel sternutationem, uel rheuma, uel uomitū, aut aliquam infirmitatem molestam: non est operanda,

da, quia periculum est de cōmotione accidentis, & reditione cataractę. Iudicatur etiā per Iesum et Alcoatim, ꝙ cataracta, quæ fuerit a casu, et percussione, nō est laudabilis: quia humores oculorum sunt transfusi et resoluti. Et ideo post depositionem parum aut nihil vident. Nō securus te in opere cataractarum: quia medicinæ in eis parum proficiunt: & operatio cum acu est satis deludosa: præcipue quando non est bene indicata. Propter primum dicit Gal. in quarto miamir, ꝙ promissiones omnium ipsarum medicinarū sunt magnæ: operatio vero ipsarum aliquando quidem nulla: aliquādo valde parua. propter hūc sermonem omnes valentes viri operationem cū ferro cursoribus dimiserūt. Iudicatur tamē per Auic. ꝙ quando succurritur aquæ, in principio sui confert in ea regimen: & hoc probat per hoc, ꝙ vidit in quodam homine de his qui habent memoriam & intellectum: qui curauit seipsum cum euacuationibus, & abstinentia, et administratione collyriorum subtiliantium et resoluentium. quando autem est confirmata, non est cōueniens, ut dicit, nisi cura cum instrumēto. Tempus congruum ad deponendum cataractas debet esse clarum, serenum, quietum, septētrionale, nō meridionale, vt dicit Iesus, hora tertia mēsis Maij uel Septembris, vt dicit Acanamosis: eo quia tunc non sunt nubes, neque tonitrua, neque caliditates, neque frigiditates intensæ quæ lędant patientes. Instrumētum cum quo deponitur cataracta, arabice dicitur el madac, latine acus. Et debent esse mediocriter subtiles, & longæ extra manubrium ad longitudinem vngulæ pollicis: & manubrium debet esse leue, aptum ad tenendum. Et licet Beneuenutus eas eligat de argēto, & Acanamosis de auro: plus mihi placēt de bono ferro tractabili, & non frangibili.

In curatione cataractarū duo sunt regimina. vniuersale videlicet et particulare. Vniuersale regimen habet diætam, & euacuationē. Dięta autem ipsorum est duplex. vna ante confirmationē. alia post cōfirmationem & operationem cum ferro. Ante autem confirmationem siquis vult eam curare cum medicinis: oportet ꝙ teneat bonam diætam, & bonum regimen in sex rebus non naturalibus, & tribus non necessarijs, quæ sui generalitate sunt illis annexæ, declinantes ad caliditatem & siccitatem cum subtiliatione: vt est aer, cibus, & potus, inanitio, & repletio, somnus, & vigilia, motus, & quies, et animę accidentia, obuiatio rerum ab extra, balneatio, & ad solem & ad lunam statio: hæc enim sunt res a quibus est impossibile hominem egredi in toto tempore vitæ suæ. Verum quia de ordinatione istarum rerum quantum ad istum casum præcipue quantum ad cibaria Gal. fecit libellum specialem de subtilianti dięta vocata: & magister Arnoldus etiam fecit de hoc tractatum: & ego pro illustri Ioanne Rege Boemiæ, & cum hoc domini physici in hoc sunt vocandi: & satis dictum est de hoc in apostematibus frigidis: de exquisita ordinatione supersedeo quantum est de pręsenti. In summa tamen dico ꝙ est cauendum a cibarijs, quę in se istas tres aggregāt proprietates. Quarum prima est humorositatem et cruditatem, vt sanguis generatus ab eis non sit phlegmaticus: Secunda grossitiem et vaporositatem, vt non offendant stomachum, neqꝫ caput: Tertia est, constrictionem: immo laxent ventrem, vt materiam vice post vicem non continuent.

A Et propter hoc frigidus & humidus aer, & panis crudus, & azymus, & legumina, caules, caseus, fructus, carnes grossę & viscosę, & pinguedo: Insuper pisces, & potus aqueus, turbulentus, crapula, & indigestio eis a cōmunitate medicorum inhibentur. Rasis tamē in speciali dicit, ꝙ acuta quoque sicut cępe, et allia, sinapis, & eruca atque porri, nocumētum in capite adducūt, & oculos obscurant propter caliditatē quam habent vaporosam, vt Auenzoar dicit. Iuuant autem tales abstinentia maxime serotina, et sobrietas in potu, & vsus fœniculi de quo dicit Democritus, vt Auic. testatur, ꝙ reptilia venenosa cæcata in terra tēpore hyemali dum egrediuntur de cauernis in vere, comedunt & fricant oculos cum ea, & recuperant visum. Et comestio herbæ adil. quam credo euphragiam, in hoc mirabile dat iuuamentum, ut dicit Hebē

B Mesue: & brodium raparum in quo columbi ablatis capitib us sint decocti, laudātur ab Auenzoar experta. & hepar hircinū assatum comestum, & liquor collyrizatus valet in nyctylope quę ex humiditate vicinante isti casui, vt in miamir, & vndecimo medicinarum dicebat Gal. Et si lardatur cum pipere longo & sale nitro, melioratur eius effectus secundū Auicē. Et exercitare oculos in legendo literas non subtiles, et in respiciendo quid de picturis, proficit et corroborat visum, vt dicit Rasis. Et submergere oculos apertos in aqua decoctionis croci confert, vt dicit Auenzoar. & probatum est miro modo. & sicut Aui. apertis oculis ingredi & submergi in aquam claram viridem: & stare per horam in visus cōfortatione laudat proprie in iuuētute & æstiuo supple tempore: ita ego in disgregatione aquæ idem, duntaxat ꝙ aqua nō sit

C frigida, & sit in vase viridi, aut citrino: & inspicere fortiter in oculis asini syluestris disgregat aquam, vt dicit Auenzoar. & speculū de chalybe laudāt ad hoc perspectiui. Et magister Arnoldus dicit, ꝙ herbarum viriditas, aquarum paruietas, gēmarum pretiositas, intuitum refocillant: & per consequens aquam digerunt & resoluunt: & fricatio pedum, & lotio capitis atque pectinatio, materias ab oculis & a capite euacuant, & diuertunt, vt idem dicit. & frequens inspiratio pueri, qui semē fœniculi, aut aliquod acutum masticauerit, in oculis aquam digerit & consumit, vt docet experiētia manifesta. Vsus vero seminum subtiliantium aquam consumit & dispergit, Et ideo drageta consulebatur per Thadeum de semine fœniculi, anisi, ameos, sileris montani, çinç. cubebarum. gar. piperis longi, nucis muf. radicis chelidonię, euphragiæ,

D rutæ, betonicæ, hasceregie, & id genus. Et de his potest fieri puluis aut electuarium. & vti mane & sero modicum sine potu. Euacuatio autem fiat prædigesta materia cum aliquo cōuenienti & approximato cum hierapicra, aut pilulis cochijs siue aureis. Deinde purgetur caput cum pilulis diacastoreis dissoluta vna cum succo maioranæ: & hoc est quod Auicē. dicebat. In præcedentibus vero aquam, oportet vt incipias & corpus mundifices, & proprie solum. Deinde venias ad mundificādum caput cum gargarismis & caputpurgijs, & masticationibus. Et oportet vt illud fiat frequenter valde secundum ꝙ dicit. Nā scriptum est patientem in oculis a diarrhœa accipi bonū est. Regimen autem quod competit in cataracta cōfirmata, est ꝙ in casu in quo erit suspitio, ꝙ non fuerit b ne firma, vtatur piscibus & cępis & allijs: & alijs re

bus prohibitis superius. vt in ea addatur, & firmior fiat. et hoc est etiam qđ dicebat Aui. & quādo voluntas adest, ut fiat cura cum instrumēto, permittitur habenti aquam, vt nutriatur piscibus recentibus & cibis hum ectatiuis: deinde fiat cura. Sed regimen qđ competit post depositionem cataractę, est quies, silētium, & obscuritas. & iaceat in lecto capite eleuato. & parum comedat: & quæ comedit sint mollia, quæ non indigeant masticatione, vt pulmenta, oua sorbilia: & aqua sit potus eius, vt dicit Iesus, aut vinum acerbum, ut Alcanamosis. Particulare regimen in principio antequam aqua sit congelata, fiat cum medicinis subtiliatiuis, incisiuis, & consumptiuis. Et incipiat primo secundum Auic. a lenitiuis, sicut fœniculus cum melle, & oleo. & si oleum esset balsamus, esset spes in illo. & Gal. in miamir. & .14. therapeu. appropriat collyrium de myrrha, in quo recipitur libanotum, galbanum, crocus, & similia. Et Rasis commendat collyrium de fellibus. Re. fellis gruis, accipitris, aquilæ vel hirci, vnum vel duo vel plura in vase æneo desiccatorum partes decem, colocynthidos, serapini, euphorbij, ana partem .i. terātur: & cū aqua fœniculi, & rutæ fiat collyrium. Ad eandem intentionem dictat Iesus sief quod Re. fellis vaccæ vnum numero, assæ fœtidę, drac. i. balsami, drac. 5. dissoluātur in vase vitreo, & permittatur desiccari: et fiat sief. Et ad eandem intentionem valet sief burud de succo rutæ & fœniculi & basilicon. & aqua magistri Petri Hispani, & omnia talia, quę visum acuūt et cōfortāt.

Regimē autē particulare post ꝙ cataracta est confirmata & bona, & subijcibilis indicata: est ꝙ clysterizato patiente & phlebotomato, si videtur expedire, & constrictis temporibus, & fronte cum aliquo emplastro constrictiuo, vt aliqua occasione non moueātur humores, neque descendant ad oculos: & ipso ieiuno existente, & consolato, sano, omni alia passione priuato, die pulchra, in tertijs, luna crescente, non in ariete peragrante, altero oculo ligato, constituatur in loco bene claro a parte lucis, super scamunum bene firmatum equitando, & retro ipsum sit bonus minister, qui teneat sibi caput bene firme: Et tunc operator postquam masticauerit semen fœniculi, vel allia, vel aliquod acutum coram patiente, sedeat aliquantulum altius patiente in eodem scamno, tenendo patientis manus subtus genua eiusdem patientis. Et operator amplexetur genua patientis cum tibijs suis: & tunc aperiatur patienti oculus cum altera manu: operatur enim dextrum oculum cum sinistra manu: & sinistrum cum dextera: & aperto oculo insuflet in eo ter vel quater, vt cataracta motum cum calore recipiat. Deinde præcipiat patienti vt uertat oculum versus nasum: & teneat ipsum firmum. Et tunc in nomine domini intromittat retornando acum per medium coniunctiuæ, deuiando venulas ipsius, impingendo & perforando intus quousque percipiat acum esse in vacuum: & post vertat acum versus corneam: & quando videbit acum intus per corneam, impingat eam vsque ad medium pupillæ, & aliquantulum plus: et tunc quodāmodo plicando cataractam, reponat & trāsponat eam inferius. Et hic tantum eam teneat cum acu quantum diceret pater noster ter: aut vnum miserere. et si cataracta resurgit, toties eam cum acu capiat, ꝙ inferius remaneat. Cauendo tamen de dilatatione vueæ & tactu crystalli-

E ni. Et postquam bene firmata fuerit, & non resurgit: extrahe acum, voluēdo sicut eam intromisisti: & tūc ad extollēdum artem tuam, obumbrato oculo cum caputio suo ostende sibi signum solum semel, & dicas quid est. & tūc deo benedicto, ponatur super oculum albumen oui cum cotone: & ligentur ambo oculi, vt vnus alium non moueat, & quiescat: et ducatur caute ad propinquum lectum, et vt est dictum, regatur. Prima die nihil comedēdo. Et nō remutetur vsque ad crastinum, vel ad tertium diem, vt dicit Iesus: & tunc remutetur vt prius. & sic bis in die, sine hoc ꝙ aperiatur oculus, remutetur vsque ad nouem dies: et tunc lauato oculo suauiter cum aqua frigida, paulatine ad suas redeat operationes. & si cataracta resurgeret post primam remutationem & sedationem laboris, iterum deponatur si est possibile per eundem formen:
F & per eundem modum. Iesus autem & Auicenna eam transponere præcipiunt inter corneam & vueam quod est mihi, & Alcoatim, & Beneuenuto difficile: & aliqui ex Græcorum antiquis, vt recitant Albucasis & Auic. faciendo foramen subtus corneam cum acu canulata, eam sugendo extrahebant: quod non laudo, quia forte cum acu egrederetur albugineus, & esset error nouissimus peior priore.

*De ægritudinibus aliarum particularum intrinsecarum oculi, ex quibus prouenit debilitatio, & nocumentum in uisu.*

Debilitas et nocumētū in visu a particulis intrinsecis prouenit vno modo a mala dispositione pupillæ: quia nimis ampla. & dicitur ab Auic. alintisar: quæ semper est nociua. vt dicitur in quarto
G de ægritudine & symptomate: aut aliquando est nimis stricta: & dicitur constrictio, quæ a natiuitate laudatur. post vero vituperatur, vt dicit ibidem. Secundo puenit causa humoris albuginei: quia nimis grossus, aut subtilis in substantia, aut alteratus in colore: et hoc est causa multarum phātasiarum similium suffusionibus. Tertio causa crystallini propter easdem dispositiones, aut propter ipsius transpositionē. Quarto causa vitrei, propter etiam easdem dispositiones. Quinto causa spiritus non quia multus, & subtilis: etenim tunc longe subtilia videt & discernit: sed quia paucus & subtilis, & tunc discernit prope: & non videt longe: aut quia grossus & multus, & tunc longe videt, & male discernit: aut quia paucus & grossus, et tunc neque longe uidet, neque longe discernit: prout hęc leguntur in quarto de ęgritudine & symptomate. ex grossitie humorum & spirituum prouenit ny-
H ctylops, quæ est male videre post solis occasum, ut dicit Rasis. propter autem subtilitatem & paucitatem alihahar, quæ est videre de nocte, & non de die, vt dicit Auic. Sexto modo prouenit nocumentum propter neruū opticū: quia ē dyscrasiatus vel oppilatus.

Et causa istarum dispositionum aliquoties est priuata in substantia particularum congesta. Aliquando cōmunicata a capite vel stomacho vel vapore toto. Et sunt vtplurimum repletionales, quæ proueniunt a crapula, indigestione, et a cibarijs grossis, & ventosis in cataracta specificatis, & a dormitione nimia, maxime post comestionem immediate, & a dormitione capite inclinato, & toto calciato, & longa mora in tenebris, & a vento frigido, fumo, puluere, & consimilibus. Aliquoties sunt inanitionales, vt

a nimia euacuatione & ventosatione retro collum, a coitu, labore, fletu, a longa ægritudine, ab igne, & nimia inspectione claritatis, et solis et lunæ, & ab vsu salis, & piperis, & fortium specierum, & id genus.

Signa debilitatis sunt nota patienti: sed ex quibus prouenit, altioris est speculationis.

Curatio specialis & exquisita ad dominos physicos pertinet: quia in talibus non cadit operatio manualis. In genere tamen si debilitas prouenit propter res inanientes, confortetur oculus cum quiete, & ocio, & cibis humectantibus, & balneis, & fomentationibus factis circa oculum cum aqua tepida & lacte: & si fuerit propter res replentes, intendatur ad diætam tenuem: & ad purgationes dictas in cataracta, & ad clarificandum oculos cum collyrio de fellibus auium viuentium de rapina, & balsamo. Nihilominus gratia doctrinæ ponā hic tria auxilia ad prędictas tres intentiones complendas mihi multum cōsueta. Quorum primum est Heben Mesue electuarium alasit. i. boni saporis, educens superfluitates a toto corpore maxime a capite, cōfortans visum, & omnes sensus, retardans caniciem, & iuuentutem conseruans, Reci. corticum myrobalanorum citri. chebulorum, emblicorum puluerizatorum, & cū oleo amygdalarum fricatorum, & post desiccatorum: deinde cum aqua zucharata tantum lauentur quousque suam deposuerint amaritudinem, ana vnc. i. turbit albi & mūdati, vnc. ʒ. masticheș, liquiritiæ, zinzib. galangæ, cinnamomi, ligni aloes, gariophyllorū, piperis, cubebarum, macis, pilorum spicæ, se. fœniculi, ana drac. ʒ. zuchari tabarzet quartam. ʒ. pinearum purgatarum, vnc. ʒ. mellis antoracei dispumati qđ sufficit. fiat electuarium, de quo post mediam noctem semel aut bis in septimana detur, unc. ʒ. Secundum est confectio eiusdem, addens in visum, & conferens tenebrositati eius. Re. eufragię, se. rutę, ana drac. vij. & ʒ. siseleos, calamēthi, pulegij, zinzi. cubebarum, nucismus. ana drac. v. crystalli, margaritarum, ana drac. ij. scebrā, mastiches, serpentis combusti, ana drac. i. & ʒ. croci. drac. i. balsami grana. v. panis zucharati: quod sufficit. fiat electuarium, de quo detur quolibet mane, vnc. ʒ. Tertium est collyrium burud Ioannis Heben Mesue & cōmunitatis, acuens & conseruans visum. Re. succi fœniculi lib. ij. succi rutæ lib. i. vini malorum granatorum lib. ʒ. mellis quartam. ʒ. piperis lōgi, aloes sucotrini, salis armoniaci, ana drac. ij. tutiæ præparatæ, drac. i. misceantur puluerizata in phiala vitrea ad solem per tres menses, abijciatur fęx, et conseruetur. Ad eandem intentionem sunt aqua fœniculi, rutæ, chelidoniæ, euphragiæ, berbenæ, & aqua pretiosa magistri Petri Hispani, & cōsimilia. Et si ista non valent, ad ocularios vitri, aut berillorum est recurrendum.

*Pars tertia de ægritudinibus aurium.*

Ægritudines auriū quæ paria nocumēta actioni auditiuæ faciunt, sicut & ægritudines oculorum visiuæ: surditas videlicet & grauedines atque præterauditiones, vt per Gal. in tertio de ægritudine & symptomate dicebatur: sunt secundum eundem Gal. in quarto, quędam in proprio organo ipsius auditus, quod est porus neruosus: quædam in coadiuuātibus particulis, quę sunt foramē, et anfractus, et sub-

A stantia auriculę: quædam in virtute a cerebro descendente. Et istæ ægritudines sunt aut secundum dyscrasias maxime frigidas, vt dicit Aui. aut secundum vnionis solutionem præcipue vlcera. aut secundum abstractionem ab intrinseco factam ab apostemate, vel aliquo humore vel ventositate seu sanie, sanguine, vel sorde, verme, seu verruca, aut carnoso vel pāniculoso germine supernutritis: & etiam ab extrinseco, velut aranea, pulex, aut lapillus, seu nucleus, & granum. puluis, seu aqua subingressa.

Ex quibus apparet manifeste q; causæ ægritudinū aurium, quædam sunt primitiuæ, vt casus, percussio, & regiminis malitia: quædam antecedētes, vt mali humores vaporosi. Causę coniunctę sunt res, quæ in auribus aggregantur. Et ista quando sunt ex natura particulæ, dicuntur proprie tales & priuatæ: quādo autem veniunt aliunde, velut a stomacho
B seu a capite: sunt compassionales & communicatę: & tales suum habent fieri, & factum esse, vt de oculis dicebatur.

Signa passionum aurium quæcunque in ipsis quæ videntur cōcauitatibus auriū fiunt, logica non indigent cognitione: in quarto interiorum: quę autem non apparent, per nocitum auditum apprehenduntur. Nam qui non audiunt paruas voces, neque vix magnas: subsurdi sunt: aut paulatine surdi perficiuntur: vt in tertio miamir dicit Gal. Qui autem apprehendunt sonos phantasticos, pluuiosos, & clangorosos seu sibilosos: tinnitum, & præteraudítiones, seu permutationes auditus patiuntur, vt dicit Gal. & Aui. Causa a qua fit, designatur a suis symptomatibus. Vt si est ab apostemate, est cum febre &
C dolore & extēsionibus & grauitatibus atque pulsationibus, & alijs accidentibus dictis superius in aurium apostematibus. Si vero fuerit materia frigida: sentitur grauitas cum frigiditate. Et si calida: ardor & punctura: et antecessit fluxus sanguis, aut febris cholerica: cuius materia ascendit ad aures, vt in quarto dicebatur aphorismorum. Si est a ventositate: est cum sono & tinnitu. Si ab vlcere: est pruritus dolorosus. Si vero fuerit a verruca, aut re aliqua ingressa: scitur per patientem, & per inspectionem ad solem, trahēdo aurem, & ampliando cum speculo, aut alio instrumento. Si fuerit vermis: sentitur eius motus infra aurem. vel si fuerit aliud animal, per eius motum scitur. Locus significatur: quia secundum Gal. in quarto interiorum, siquidem sola patiatur, proprium sonum pati cogitamus: cum alijs autem faciei particulis, cere-
D brum patitur cum eo. Et ad hoc iuuant sanitas transitus foraminis & propinquum tempus & alleuiatio post bonas digestiones & euacuationes: addit Auicē. vt de oculis dicebatur. Iudicatur per Auic. q; surditas naturalis a quacunque causa pręterquam ab opplatione superficiali extrinseca, & illa quæ est accidentalis chronica duorum annorum, & quæ est ex cicatrice, vel apostemate indurato: nō curatur. Etiam iudicatur q; surditas accidentalis non antiqua, quæ quādoque interpolatur & alleuiationem habet: potest curari. Præterea innuit Hippo. in quarto aphorismorum, q; quibuscunque surditas fit, felleis egestionibus superueniētibus quiescit. Intellexit autē hoc Gal. de accidentali quæ fit in febre ex cholerae ascensione.

In cura surditatis & nocumenti auditus duplex assignatur regimen, vniuersale & particula-

re. Vniuersale regimen de diæta, & purgatione, & doloris sedatione, secundum quod fuit dictum superius in de apostemate aurium completur.

Particulare regimen concernit duo. primum octo documenta, multum necessaria ad istam operationē complendam.

Primum documentum est quod nihil particulare fiat in aure, specialiter acutum & dolorosum, antequam corpus sit euacuatum. Secundum quod omnes operationes aurium, quæ præcipue perueniunt ad intrinseca, fiant suauiter et indolorose, propter neruum interius complantatum. Tertium quod omnia quæ ponentur in auribus, sint tepida, non calida, neque frigida in excessu. Quartum quod sint liquida, vt melius intrent & euacuentur. Quintū quod iniecta non stent infra aurem, vltra tres horas. Sextum quod postquā fuerint iniecta, iaceat super partem sanam, & cooperiatur foramē auris cum lana aut cotone. Septimū quod nihil imponatur quousque impositum fuerit extractum vertendo se super partem ægram, & mundando cum proba inuoluta pāno aut cotone, & adiuuando cum tussi, & sternutatione, et inunctione atque forti spuitione. Octauum quod medicator auriū habeat instrumenta apta ad suam operationem, velut sunt stila curatiua, & leuatoria, vncinum paucæ curuationis, canulas fugitiuas: & habeat lanam, cotonem, spongiam, pannum et viscum, et cætera necessaria ad operationem suam.

Secundum quod concernit regimen particulare, est quod cura localis ordinetur secundum diuersitatem causarum surditatis & nocumenti auditus.

*De apostemate & ulcere.*

Si causa surditatis & nocumenti auditus fuerit ab apostemate & vlcere, curetur prout dictū est superius in capitulis suis.

*De surditate & tinnitu propter humores frigidos & uentosos.*

Si autem in causa fuerint humores frigidi vel ventositas, primitus suffumiganda est auris cū traiectorio, aut cānula suffumigatoria, et olla stricti orificij in qua iubet Gal. ponere consilio Apollonij vrinam bouis cum tertia sui parte de aceto: & parum quid de myrrha cōtrita. & canna stuphæ circūuoluatur cum lana, aut panno, vt non offendat aurem: neque circūferentias eius. Cōmunis tamen vsus facit suffumigationem cum vino albo decoctionis rutæ, calamenthi, hyssopi, sansuci, centaureæ, betonicæ, foliorum & granorum lauri, stœchados, anisi, marathri, spicęnardi, & id genus. Post stupham, eligit injcere intra ipse Apollonius adipem anseris, fel bouis, & oleum laurinum in æqualibus portionibus mistis. Vsus autem cōmunis immittit olea calida, velut chamomillinum, anethinum, amygdalarum amararum, costinū, nardinum, raphaninum, fraxininū, & aquam distillationis eius. Insuper aquam semperuiuę in omni casu ab aliqbus laudatur. Et fortius ponit fel accipitris, balsamū, & succū raphāi depuratū.

Rasis ponit & Heben Mesue cōcedit sief. quod Re. pulpæ colocynthidos, drac. ij. succi absinthij, aristol. ana drac. i. costi, baurac, ana drac. ʒ. castorei, scrup. i. fiant sief cum felle vaccino, & dissoluatur quādo erit necesse cū oleo amygdalarum amararū. Auic. dicit

E quod est expertū. R. castorei, drac. iij. nitri. dra. i. et. ʒ. ellebori, drac. i. fiat trochis. cū succo raphani. Et ambulare per loca arenosa confert eis, vt dixit Alexander: & clamare, & excitare eos cū voce clamosa, est vtile, ut dicit Aui. Vnde in tertio miamir, intellexit Gal. quod aures quæ patiuntur dolorem, egent quiete: motu vero vehementi & transmutatione in contrariam dispositionem, quæ patiuntur surditatem.

*De surditate propter sordiciem.*

Mollificetur cum aqua calida mellita. Et curetur cum stilo curatorio: aut intromittantur lichinia linita cum melle, aut oleo chamomillæ, & pice: aut cum nasturtio de baurac.

*De aqua ingressa in aure.*

F Ex eis autem quę ad hoc cōferunt secundū Auic. est vt cum embula vel cānula sugatoria puerorum, sugatur tantū quod extrahatur. Et post cum oleo amygdalarum dulcium infundatur. Aut in capite exteriori cotonus, aut aliquod inflammetur: & virtute caloris ignis extrahetur. Aut frustulum de spongia ligata cum forti filo immittatur. & postquā imbiberit quid de aqua, extrahatur.

*De lapillo uel nucleo uel bestiola & quocunque ingrediente aurem.*

Consulit Albuca. quod si res fixa est, intromittatur modicum de oleo violarum. & post prouocetur sternutatio, aut tussis, seu fortis expuitio, aut super pedem a parte auris saltatio, aut cum palma cōtusio. Et ista valent ad omne quod aurem ingreditur: & ad hoc iuuat elargare & trahere aurem cum omni ingeniositate. Et si hoc non valet, liniatur stilus aut proba cum aliquo visco, & imponatur & extrahatur: & si hoc nō valet, extrahatur cum pincecarolis, aut cum vnco lato paucę plicationis. & si non potest, sugatur cum cannula in circuitu cum oleo, & cera bene clausa. Si ergo non egreditur cū istis ingenijs: tunc festinetur ad incidendum antequā accidat apostema, aut spasmus. & incisio eius sit secundum lunarem formam in radice auris vsque ad lapidem. Et ipso extracto, suatur: & modo aliorum vulnerum curetur. Si autem fuerit granū, aut res quæ postea ingrossatur, vult etiam Albuca. quod si non potest extrahi cum ingenijs dictis, quod cum aliquo spatumine subtili frustatim incidatur: deinde cum pincecarolis et ingenijs extrahatur. Et si fuerit bestia, et non potest extrahi viua, cum pincecarolis & ingenijs dictis: vult idem Albuca. in diuisionibus, quod distilletur in aurem aqua in qua dissoluta fuerit aloe, aut succus absinthij, aut calamēthi, aut acetum forte: & ipso mortuo extrahatur cum ingenijs iam dictis, aut cum impletione aquæ, aut impositione pilorum, vt dicit Brunus, aut saliuę, vt Auicen.

*De panniculo, uerruca, seu carne aurem oppilante.*

Panniculus extrinsecus cū spatumine incidatur. Verruca & caro superflua remoueatur cum ligamine: aut cum spatumine spinoso apprehendēdo eam cum vncino, aut cum cauterio actuali vel potentiali. Et post imponatur tenta linita cum vnguēto viridi aut cum aliquo leui corrosiuo. In oppilatiōe vero intrinseca difficile est ingenium: verum

rum Albuca. iubet eam aperire cum cauterio radiali. Et caue ne vulneres neruos.

*Pars quarta de ægritudinibus narium.*

Ægritudines multæ accidunt in naribus quæ destruunt, debilitant, aut permutant actionẽ odoratus & respirationis: quarum quædam in proprio organo consistunt: quędam in coadiuuantibus: quædam vero in ipsa virtute, velut sunt dyscrasiæ, vlcera, fœtores, attritiones, apostemata, operationes humorales, carnosæ, polypodales, corizæ, sternutationes, ac etiam sanguinis fluxus: quæ aliquando causantur in ipsis particulis: aliquoties progrediuntur aliunde. Verum quia maior pars istarum passionum pertinet ad physicalem doctrinam, & etiam de multis ipsarum est dictum superius: hic non tractabitur, nisi de oppilatione cathesiali, & de fœtore.

*De oppilatione in cathesim.*

Oppilatio cathesialis secundum Aui. est oppilatio hũoralis seu carnosa, aut crustosa inter viam nasi & gutturis generata. Cuius significatio est: quia semper vult homo screare: & quando claudit os, non potest anhelare per nares: & facit quendã tinnitum, & voluntatem nauseandi.

Eius curatio particularis est suffumigare, & sugere sæpe aquam decoctionis chamomillæ, meliloti, hyssopi, sansuci, & similia: & iniicere infra nares cum emboto nasali pilulas diacastoreas dissolutas cum succo sansuci, aut cõfectionem Rasis. ad hanc intentionem expertam, & ab Heben Mesue sublimatam. Re. nigellam in aceto tribus diebus temperatam exiccatam, & vt alcohol puluerizatam: & conficiatur cum oleo veteri: & per nares facta suffumigatione, & aqua ore repleto, capite retro inuersato, aliquæ guttæ instillentur, & sugantur vehementer donec egrediatur humiditas plurima, quod in tribus diebus tribus uicibus fieri conuenit. Et post quãlibet vicem os cum aqua calida est lauandum. Et si ex his dolor & ardor sequeretur, oleum de sem. cucurbitæ immittatur: & caput cum aqua calida infundatur. & fit fortior secundũ eum, si addantur colocynthis, & elleborus, & cyclamen, & sal ammoniacum, & cõficiatur cum melle gruis & urina cameli, aut eius supple simili. Et multoties, vt dicit Auicen. indiget dispositio operatione & rasione cum radio: aut supple cum filo nodato introducto secundum doctrinam datam in vlceribus narium. Et tantum radere donec mundificetur. Et quandoque egreditur cum rasione res plurima, de cuius sũma miratur homo: & si aliud non potest fieri, amplietur cum intromissione tentarum subtilium de gentiana, aut radice acori, vt faciebat magister Petrus de Bonanto.

*De fœtore anhelitus.*

Fœtor anhelitus est corruptio aeris exeũtis a naribus & ab ore. Quæ & aliquando fit propter causam priuatam in loco, velut sunt corruptiones, & putrefactiones vlcerum nariũ, & gingiuarum, dentium, & membrorũ propinquorum: aliquando fit propter causam coniunctam deA legatam a stomacho, cerebro, & pectore, vt in quarto de ægritudinibus dicebatur. Significatur autem ꝙ venit a pectore, quando sputum est saniosum. Q̃ autem a stomacho, quando non est continuus. sed maior apparet ante cibum quam post. Q̃ a cerebro, quia ore aqua impleto percipitur fœtor. Et cum hoc est continuus, & percipitur per patientem.

Materia ipsius designetur calida per ardorem & puncturam: frigida per priuationem eorundem. Iudicatur ꝙ fœtor anhelitus est vituperabilis, & præcipue medico damnosus. Iudicatur ꝙ fœtor anhelitus propter stricturam foraminum colatorij, est incurabilis. Et ideo simici, vt plurimũ sunt tales. Iudicatur etiã ꝙ fœtor anhelitus & eius perceptio in similitudine odoris piscium, in febribus acutis: est malum signum. B

In curatione fœtoris anhelitus duo sunt regimĩa, vniuersale & particulare. Vniuersale de diæta, & purgatione fiat secundum naturam humorum a quibus procedit putredo. Communiter tamen cauendi sunt ab omni re putrefactibili, vt est malus panis, & mala caro, blænosa, & viscosa, & paludosa: & malum vinũ, grossum, dulce, & pisces, & lacticinia: & fructus molles, horarij, vt cucurbitæ atque caules maxime, attriplices, & substantia leguminum, & omnia brodia, & soppæ, & allia, & cepę faciũt malum anhelitum. Bona sunt eis omnia acria, & acetosa, velut granata, & arancia, & acetum, & omnia sicca, vt perdices, & auiculæ paruæ, & ea quæ reprimunt vapores post cibum, vt citonia, pyra, & C coriandrum præparatum, vt dicit Arnoldus. Insuper vtantur apio. nam secundum Rasim eius comestio frequẽs omnibus alijs melior existit. Et rami myrti cum passulis mundatis sunt ad hoc pretiosi, vt dicit Auicenna. Et saluia, & maiorana inter herbas obtinent principatum. Et bonę confectiones velut aromaticum Heben Mesue: quod quasi est rosata nouella: & bonæ dragetæ in quibus semina sint cum aceto præparata de garioph. cinnamomo, cypero, ireos, foliorum nardi, aliptico, calamo aromatico, citro, folijs lauri, & myrti, xyloaloe, sandal. ros. zucha. ros. in tabula sunt pretiosæ. Expulsio superfluitatum & sobrietas vitę, parua dormitio, exercitium pedum, crebra lauatio est necessaria in hoc casu. Purgatio cũ hieris, & cũ myrobalanis est propria: et phlebotomia si est necessaria. Et diuersio & euaporatio cum cauterijs supra coronalem, laudatur. Regimen particuD lare concernit occasiones vnde habet ortum. Si fœtor procedit ab aliquo membro, curetur illud. Si ab aliqua passione, curetur etiam illa: vt si fuerint vlcera, aut excrescentię pustulę, aut oppilatio: curetur vt in proprijs capitulis dictum est. Commune tamẽ est omnibus fœtoribus, mundificare & abstergere, ac etiam aromatiçare nares, & os, & vias anhelitus cum quibusdã appropriatis. Et ad hoc laudat Heben Mesue collutionem post collutionẽ & suctionem cũ vino odorifero: deinde cũ vino decoctionis myrti, cyperi, calami aromatici, xyloaloes, ro. myrrhę, salis gẽmę. Et Ras. põit galiã, spicã, gar. Et urina asinorũ est suprema in hoc, vt ponit Hebẽ Mes. & intromissio tentarum factarum cũ pul. hierę pic. dra. iiij. calami aromatici,

myrrhę. gari. ſpicę, folij, ſquinanthi, darſini, ana drac. ij. conficiantur cum vino bono, eſt optima, vt dicit. Et ſi aliud non poteſt fieri, pallientur cum pilulis de gari. Auicē. Cuius forma Reci. garioph. galangę, ana vnc. 5. pyrethri, drac. iij. aloes, drac. ij. ſinapis. drac. i. muſchi, camphoræ. ana drac. 5, fiāt pilulæ cum vino, de quibus quolibet mane tranſglutiantur duæ, & alię duę in ore teneantur. Gordonius addit in eis maioranam, baſiliconem, nuceſmuſ. cinnamomum, lignum aloes, loco aloes & ſtyracē calamitam, atque ambrā: et eas conficit cū aqua roſ. Odorem vini palliat maſticatio cyperi: Ceparum, & alliorum ruta, vt Raſis teſtatur. De polypo & fluxu ſanguinis, in de vlceribus eſt dictum.

*Pars quinta de ægritudinibus oris, & partiū eius.*

Quemadmodum dicit Gal. in quarto de ægritudine & ſymptomate in prædictis conſtitutio particularum oſtendit cauſas ſymptomatum: ita & in ore. Cognoſcentibus nobis ꝙ in ipſo ſunt duæ principales particulę cōplentes duos actus, ad quos ordinatum eſt, lingua uidelicet guſtationi, & dentes maſticationi: reliquæ vero ſunt coadiuuantes: & cum hoc adeſt virtus eius a cerebro deriuata. Quæ quidem ſymptomata, vt aliarum actionū, triplici differentia ſunt partita: in actione debilitata, et ablata, ac etiam permutata ſeu corrupta ex ægritudinibus homiomeribus, organicis, et communibus utrique, quę ſolutiones ſunt imparitatis, ſecundum magis & minus varietatis ſaltim debilitationis & ablationis, non autem permutationis, vt Gal. & Auicen. & doctor ſubtilis declarāt in pleriſq; locis. Quarum quidē cauſæ, aliquando ſunt priuatæ: aliquando vero communicatæ, vt de alijs dictum eſt & dicetur.

*De ægritudinibus linguæ.*

Aegritudines linguæ impedientes eius actū, ſunt dyſcraſiæ, vlcera, alcole, apoſtemata, inflatio ſeu magnificatio, ranula, & ſubcarnatio, ſpaſmus ſeu curuatio, paralyſis ſeu mollificatio, & balbuties. Et licet quamplurimę iſtarum ægritudinū pertineant doctrinæ phyſicali: nihilominus quia pro ipſis ad chirurgos aliquoties habetur recurſus: dicetur quid & de ipſis aliquibus, non apoſtematibus, & vlceribus, & alcolis: quia de ipſis ſuperius fuit dictū.

*De inflatione & magnificatione linguæ.*

Quæ quidem ſi fuerit ex calidis humoribus, ſuppoſita bona diæta & purgatione cum pilulis cochijs, conſulit Gal. 14. therapeu. gargariçare ſuccum lactucæ. Cum enim ipſo ſolo curatus fuit, vt dicit, homo quidam, vt non vltra alio indigeret medicamine: nihilominus diuerſio materiæ cum ventoſis retro collum, & phlebotomia venarum linguæ conſuetæ, ſunt mihi in hoc caſu. Si vero euenerit ex humoribus frigidis & groſſa ventoſitate: volunt Raſis & Auicen. ꝙ materia educatur per os, ſaliuando cum fricatione ſalis ammoniaci, & ceparum: & ꝙ lauetur os cum aceto. Et ſi cum eo iungeretur çinçi. & piper ad reſoluendum: eſſet melius. Et in hoc caſu deſiccare caput cum deſiccantibus rheuma, eſt valde vtile.

E *De ranula & ſubcarnatione.*

Ranula ſecundū Aui. eſt quędā carnoſitas oblōga ſub lingua impediens eius actū ad formā ranæ, aut alterius linguæ generata. Et oportet in curando ipſam vt experiatur ſecundum Auicen. ſi poterit conſumi cum medicinis ſtypticis & reſolutiuis, velut ſunt cortices granatorum cum origano et ſale, dragaganthum vſtum, & hermodactyli miſta cum albumine oui detenta ſub lingua eſt expertum pro infantibus, vt dicit. & poſt iſta eſt tranſeūdum ad fortiora, ſicut eſt fricatio cum ſale ammoniaco: aut cum flore æris, & dragantho: aut cum trochiſ. aldarō, aut calidicon: & caueatur ne aliquod iſtorum ad inferiora deſcendat. Et ſi non poteſt curari cum illis, non erit excuſatio ab operatione manus, vt etiam ipſe dicit. Quam operationem Albuca. ita ponit: oportet ut

F aperiatur os infirmi coram ſole, & conſideretur ranula: & ſi eſt nigra, aut fuſca, & dura, & ſine ſenſu: non tangatur: quia cancroſa eſt. Si vero non fuerit talis, ſed alba, & bene tractabilis: tunc capiatur cum vncino, & ſcindatur cum ſpatumine ſubtili, & liberetur ab omni parte, & extrahatur. Q; ſi ſuperuenerit ſanguis, abſtergatur cum ſpongia. et, ſi eſt neceſſe, ponatur çegi quod eſt vitreolum: & dimittatur operatio quouſque fuerit reſtrictus. Et tunc ſi operatio nō eſt completa, redeatur ad ipſam vſque ad ipſius complementum: deinde colluatur cum aceto per vnum vel duos dies. Et poſt dicit Guil. de Sali. cum vino decoctionis myrrhæ colluatur, donec fuerit ſanatus.

*De ſpaſmo & filo contrahente linguam.*

G Spaſmus eſt retractio & curuatio linguæ ad ſuam originem, qua impeditur eius actus. Cuius cauſa eſt humiditas replens: aut ſiccitas inanitis aut ligamentum retrahens.

Cura autem humiditatis replentis eſt euacuatio, vniuerſalis & particularis. Vniuerſalis ſit cum pilulis cochijs. Particularis cum caputpurgijs, & maſticationibus, & collutionibus cum calamentho, origano, ſinapi, & fœnugræco, pipere, & pyrethro, & alijs quæ dicentur ſtatim in paralyſi. Ad quod etiam conferunt vaporationes radicis colli cum eis quæ ſunt ſicut chamomilla, melilotum, ſtœchas, & anethum.

Cura autem ſiccitatis & inanitionis, eſt bona humectatio, & reſumptio cum laudabili cibo: et cum temperatis collutionibus, et inunctio-

H nibus colli & capitis cum oleo nenufarino, et viol. et cum infuſione aquæ calidæ & lactis & ſimilium.

Sed cura fili ſeu ligamenti contrahentis linguam, eſt inciſio per latitudinem, donec ſoluatur lingua a retentione ſua, vt dicit Albuca. & ponatur lichynium per aliquos dies cum vitreolo, vt non reconſolidetur. Et ſi dubitatur propter venas, conſulit Auicen. ꝙ intromittatur filum cum acu: & ligetur donec per ſe rumpatur. Aut ſecundum conſilium Lanfranci cum raſorio argenteo ignito incidendo cauterizetur.

*De paralyſi & balbutie.*

Balbuties licet poſſit venire a ſpaſmo, vlceribus, et ab alijs paſſiōibus linguæ: vt plurimū

tamen

tamen venit a paralysi: & ab humiditatibus in neruis & musculis, & substantia linguæ imbibitis.

Cuius autem causæ & signa sunt quæ paralysis cō munis: & cum hoc adest fluxus salivalis absque vouutate: neque directe potest loqui: neque pronunciare: vt Gal. declarat in illo aphorismo. Trauli a diarrhœa maxime capiūtur longa. Iudicatur communiter ꝙ balbuties occidentalis præco nizat paralysim. Iudicatur ꝙ sicut febris curat spasmum, ita & balbutiem ex humiditate. Iudicatur etiam ꝙ naturalis balbuties & paralysis chronica nunquam perfecte curantur: nihilominus in pueris cum peruenerint ad adolescentiam, sæpissime rectificantur, vt dicit Auicen.

Cura autem eius licet in genere sit ea, quæ paralysis communis: nihilominus in ea præter viam & purgationem, sunt tres speciales & potissimę intentiones, vt Heben Mesue ponit. Prima est in diuersione materiæ. Secunda in desiccatione cerebri. Sed tertia in consumptione humiditatis coniunctæ. Prima completur cum clysteribus acutis, & fricationibus, & ventosationibus retro collum. Secunda completur cum emplastris desiccantibus supra totum caput cum his quæ sunt velut sinapis & stercus columbinum, milium, & sal torrefactum, baccæ lauri, anisum, marathrum, piper, gar. & alia quæ confortando caput desiccant rheuma. & cauteria supra caput & lateribus & retro spondyles colli, sunt laudanda. Et hoc emplastrum supra collum ad confortandum neruos præcipit Halyabb. Reci. chamomillę, meliloti, maioranę, çinçi. cuiuslibet, drac. v. sinapis, pyrethri, fol. lauri, añ. drac. iij. opopanacis, castorei, añ. drac. ij. terantur oīa: & cū cera & oleo sambucino fiat emplastrū. Et ad eandē intentionē valet vnguētum factum cū oleo costino, nardino, rutacino, castorino, & oleum benedictum in hoc est supremū. Et oleum terebinthinæ, & distillatio dorsalis Hebē Mesue, dicta in paralysi superius, est in hoc pretiosa. Tertiam rem complent gargarismata & collutiones oris, ac fricationes linguæ cum eis quæ dicentur graduando res procedendo a debilioribus ad fortiora. Et incipiatur ab oxymelite squillitico: quoniā sublime est gargariçando. & quandoque confortant cum his, quæ sunt sicut halhasce, quod est stœchas, vel hyssopus hortulanus: & cortices capparis, pyrethrum, çinci. & tria pipera. Et oportet vt istam gargarizationem præcedat eductio humiditatū phlegmaticarum, fricando linguam cum eo quod est sicut sal ammoniacum, & çinçi. & cæpe. Et postea erit operatio collutionis melior. Ad eādem intentionem expertus est Heben Mesue, gargarisma quod dissoluit phlegma aggregatum in radice linguæ: cuius forma Reci. origani, sansuci, hyssopi, pyrethri, çinçi. trium piperum, cinnamomi, costi, sinapis, nigellę: & conficiantur cum oxymelite squillitico: et rob quod est vinum coctum, et gargarizetur diebus continuis. Lāfrancus narrat ꝙ ipse restituit loquelam cuidam dominæ cum ficubus mundis, & melle, & sex granis clari & lucidi euphorbij insimul in corporatis & confectis. de quo ponebat sub lingua paruæ fabæ quantitatem. Rasis confectio medicaminis ad paralysim & grauitatem linguę, Re. salis ammoniaci, pyrethri, staphidis agriæ, sinapis, piperis, acori, æquali mensura. A terantur, & fricetur cum eis lingua subtus, & supra in die multoties. Halyabb. iubet eam fricare cum hierapicra, sinapi, pyrethro contritis: & acorus secundum testimonium Dioscoridis, & secūdum omnem modum administrationis, est medicina propria mollificationi linguæ atque paralysi: & saluia, ruta, calamenthum, herba paralysis, rosmarinus, se. basiliconis, & cauliculi agrestis summam in hoc habet proprietatem. & detentio sub lingua pilularum factarū cum castorio, & assafœtida, et terebinthina est ad hoc suprema, vt dicit Auicen. Et ad hoc pilulæ diacastoreæ appropriantur & theriaca: & confectio anacardina per omnes commendantur. Et assiduatio loquendi, & fricatio linguæ cum sale gemma festinat loquelam puerorum, vt dicit Auicen.

B

*De passionibus dentium.*

Passiones dentium numerantur ab Halyabba. in sermōe nono, primę partis libri regalis dispositiōis, quinque vel sex, ut dolor, corrosiō, congelatio, dormitatio, limositas seu fœtiditas, casus seu cō motio. Apostema proprie non patiuntur, sed rem quæ apostemati similatur, vt dicit Auicen. & intelligitur per illam corrosio, aut putredo, vt tenet schola nostra communis. Vtrum autem habeant sensum, & percipiant dolorem: Gal. in quinto miamir, & Auicen in tertio canonis videntur tenere ꝙ sic. Halyabb. dicit expresse ꝙ nullum sensum habent per se: sed ratione nerui qui ad ipsos de tertio pari neruorum cerebri delegatur. Et ita declarat se Gal. in sextodecimo de vtilitate particularum. Ex quibus apparet ꝙ non apostemantur proprie, neque dolent nisi ratione gingiuarum et neruorum adhærentium eis. C

Causæ autem passionum & nocumentorum dentium est mala complexio, et solutio continuitatis, & apostemata. Quæ quandoque, fiunt propter causam priuatam existentem in dente, aut in membris adhærentibus eis: quandoque propter causam communicatam a cerebro, aut a stomacho, aut aliunde deriuatam: & ita in talibus passionibus inuenitur fieri & factum esse. Et istorū est causa triplex. Primitiua, vt casus, et percussio, & malitia regiminis. Antecedens humores superflui. Coniuncta, ipsamet dispositio in dente facta.

Signa passionum dentium satis sunt manifesta. Omnibus enim euidenter apparet quando perforantur, & corroduntur, & nigri fiunt, & teruntur: aut quando neque calida, neque frigida tolerant: aut quando ex altero illorum accidit dolor, vt in quinto miamir dicit Gal. Et ad hoc iuuant nocentia, & conferentia, tempus, & regimē præteritum, & relaxatio patiens, vt supra dictum est de gutta. Iudicatur ꝙ inter passiōes corporis totius de qua minus plangitur homo, dolor dentium est grauior. Iudicatur etiam ꝙ inflatio genarum in dolore dentium, est bonum signum: eo ꝙ significatur ꝙ materia dimittit neruum & ligamentum: & conuertitur ad loca carnosa: vt de gutta etiam dicebatur. D

In curatione passionū dentiū datur duplex regimē: uniuersale uidelicet, et ꝑticulare. Vniuersale regimē in genere duas habet intentiones: vnā in vita: aliā ī euacuatiōe. specificat cū eo vita in

sex secundũ Aui. Primo quidẽ ꝙ nõ utantur putrefactibilibus, uelut sunt pisces & lacticinia. Secundo ꝙ euitentur res excessiue calidę: & etiam frigidę, pręcipue immediate vnum post aliud. Tertio ꝙ non masticentur res duræ, vt ossa: & viscosæ, vt ficus: & confectiones de melle. Quarto ꝙ non vtantur cibarijs, de proprietate quorum est nocere dentibus, ut sunt porri. Quinto ꝙ dentes non curentur exquisite, neqꝫ acerbe. Sexto ꝙ fricentur cum melle & sale adustis. Et si cum eis adderetur acetum, omni esset complementum, vt declarauit Halyabb. in sermone quinto secundæ partis dispositionis regalis. In purgatiõe appropriatur hiera, et phlebotomia de cephalica, & venarum labiorum & linguæ, & diuertere cũ fricationibus, & uentosis, et caputpurgijs, & desiccatione rheumatis, & confortatione capitis, vt dictum est sæpe. & educere phlegmaticas humiditates cũ pyrethro, mastiche, & consimilibus sæpe dictis.

Particulare regimen concernit duo. Primo tria documenta ad operationem dentium necessaria. Secundo operationẽ ipsam iuxta passionũ diuersitatẽ.

Primum documentum est ꝙ istę operationes sunt particulares maxime appropriatæ barbitõsoribus & dentatoribus. Et ideo medici istam operationem dictam eis reliquerunt. Tutum autem est vt tales operationes per medicos dirigantur.

Secundum documentum est, ꝙ oportet medicum consulentem in talibus: ꝙ sciat ꝙ consilia dẽtium secundũ Auicẽ. fiunt multipliciter: videlicet per collutiones, & per gargarismata, masticationes, impletiones, vaporationes, linimenta, fricationes, suffumigationes, cauterizationes, caputpurgia, distillationes in auribus, & per manuum operationes, vt in suis locis dicetur.

Tertium documentum est, ꝙ secundũ Albu. oportet dentistam esse munitum de aptis instrumentis, videlicet rasorijs, raspatorijs, & spatuminibus rectis & curuis, & leuatorijs simplicibus, & cum duobus ramis, tenaculis dentatis, & probis diuersis, cãnulis, scalpris, & terebellis, & etiam limis, & multis alijs in hoc opere necessarijs etc.

*De dolore dentium.*

Si quidem dolor fuerit cum cõmunitate alterius membri: tunc curetur prius illud membrum. Si autem fuerit propter apostema gingiuarũ: purgata materia & diuersa, in primis repercutiatur materia calida cum frigidis & stypticis, velut est secũdum Heben Mesue, retentio aquæ calidæ, cum aceto in ore, aut aquæ ros. aut plãtaginis. Et si poneretur cũ eis modicum de camphora, melius esset. Et huius quidem intentionis est oleum de rosis, aut myrtinũ, aut omphacinum in ore retẽtum. Cum autẽ transit principium, addantur cum dictis aliqua resolutiua, sicut est mastiche, & vuæ passæ. Et si dolor vehementior fieret, addatur cum eis quid opij, aut aliorum narcoticorum, si fuerit necesse. In causa uero frigida in principio ponatur oleum ros. cum mastiche: deinde vinũ aluminatum: deinde decoctio hyssopi, calamenthi. Si vero materia tenderet ad maturationem, iuuetur cum decoctione vuarum, ficuum, se. lini, ac fœnugręci: deinde aperiatur: & cum melle ros. & vino mundificetur: secundum ꝙ dictum est in vlceribus oris. Si uero causa fuerit in radice ipsius dentis, in eius ner-

E uo vel ligamẽto, & fuerit cum materia: purgetur materia, & resoluatur cum eis quæ dicta sunt & dicẽtur: & proprie in calida cum oleo ros. & chamomillæ & anethino. & in frigida cum oleo de been, & nardino. Et si fuerit vẽtosa, carminetur cum decoctione cymini, & bacarum lauri, semine cicutæ, & galbano, & serapino. Si autem dolor ille esset sine materia: alteretur calida cum frigidis: et frigida cum calidis in principio dictis, et etiam dicendis. Et humida cum sale, & alumine, & gallis assatis desiccetur: & sicca cum butyro & adipe arietino humectetur. Si autem non esset remedium cum dictis, cauterizetur cum oleo calidissimo, immergẽdo probam inuolutam cum cotone, aut pãno in eo, et denti sępissime applicando: aut cauterizetur cum ferro ignito: aut cũ instrumentis extrahatur. Et quia medicinę dentium a multis multę ponuntur,

F cum distinctione narrabo mihi magis probatas ad sedandum dolorem per uiam alterationis & resolutionis: & alias per viam stupefactionis. Medicinę autẽ dentium secundum Gal. in quinto miamir, siue repercutere quis, siue diaphorare voluerit, fortissimæ debẽt esse. Et propterea plures ipsarum cum fortissimo construuntur aceto. Nec ualet quod dicitur, ꝙ acetũ nocet dentibus: quia quãdo miscetur cum aliquibus calidis, perdit illud nocumentum. Et propter hoc dicebat Auicen. in tertio de curationibus capitis, ꝙ acetum erat commune omnibus materijs: eius enim infrigidatio possibile est vt leui causa frangatur: et remaneat eius profundatio & incisio: hoc quidem est cum administratur in materijs frigidis. In materijs autem calidis non eligatur super ipsum. Quod etiam in principio simplicium pharmacorum est probatum. & in

G primo miamir, concessum. Et ideo Archig. vt narrat Gal. in quinto miamir, ponit primam medicinam ad dolorem dentium acetum calidum cũ galla, in materia intellige calida. In frigida vero a quacunque euenerit occasione, Re. parietarię, mercurialis mediocriter ustorũ, drac. xvi. salis, drac. xi. aluminis usti, drac. v. extremitatum organi, ireos, piperis, pyrethri, costi, sinapis, ana drac. iij. siseleos, hyssopi, mentæ siccæ, ana drac. ij. cornu ceruini vel caprini, amomi, vel cinnamomi, ana drac. i. fiat puluis de quo fricentur radices dentium & gingiuarum humidarum: non autem siccarum. Aduersarium autem siccis est, ut dicit. Rasis autem ponit confectionem medicaminis valentis ad dolorem dentium cum caliditate. Re. seminis portulacæ, coriandri, sumac, lẽtium excorticatarum, sandali citrini, ros. pyrethri, camphoræ, omniũ, ana partes æquales. fiant trochis. cum succo solatri: & lini dẽ-

H tem dolorosum cum vino dissoluto in aqua ros. vt Heben Mesue dicit. In materia autem frigida ponit in radice dentis theriacã de quatuor speciebus. Cuius forma. Reci. piperis, assæ fœtidæ, opij, myrrhæ, castorei, partes equales: conficiãtur cum melle. Halyabbas in causa calida imperat acetum cum aqua ros. aut sumac: & modico camphoræ. In frigida acetum decoctionis spolij serpentis: & si cum eo adderetur çinçi. pyrethrum, piper, & sal: fortius esset. Alexãder: modus cõfectionis de allijs cito sedans dolorẽ dentiũ. Re. allij spicas. v. olibani, drac. i. &. 5. myrrhæ, drac. i. bulliãt in vino ad formam liquidi mellis, & tepidum teneatur in ore: ĩmo testatur Hebẽ Mesue, quod Gal. dicit ꝙ si teratur allium: & ponatur in radice palmæ manus quæ sequitur dolorem, sanat dolorem eius, & expertum

expertum est. Auicen. autem concedit acetum decoctionis colocynthidos, aut aristol. aut pyrethri, assamfœtidam, sinapim, cortices capparum, cortices pini, mentastri, nigellam, condisi, et similia, & vitellum oui assatum calidum, & panem calidum supra dentẽ applicatum. & aqua ardens in hoc est optimum: & vaporatio ante cibum duabus horis aut quatuor horis cum sale & milio, aut cum oleo calefacto laudat Auicen. & emplastrationem cum his quæ sunt sicut malua, anethum, & chamomilla, se. lini, atque fœnugræci. Et laudat etiam suffumigationes cum granis colocynthidos, & granis sinapis, & se. cepæ, & ruta, et similibus. Et concedit vna cum Rasi distillationem in aure quæ sequitur dolorem cum aliquo oleorum sedatiuorum, velut est oleum amygdalinum, sambucinum, castorinum, & id genus. Medicinæ autẽ stupefacientes quæ ponuntur in magna necessitate, sunt secundum intentionem eandem Auicen. sicut Reci. seminis hyoscyami albi, opij, styracis, galbãi, omniũ, ana drac. ij. piperis, assæfœtidæ, ana drac. i. conficiantur cum sapa coagulata: & super dentem ponantur dolorosum: aut sumatur opij, & castorei partes ęquales, & distemperentur rof. & injciatur in aurem quæ sequitur dolorẽ. aut vinum decoctionis radicis mandragoræ, aut hyoscyami teneatur in ore. & quandoq; dantur in potu narcotica philonium: aut teneatur in ore vt dormiendo & quiscendo maturetur ægritudo: frequens etiam retentio aquæ frigidæ in ore stupefacit dolorem, vt dicit Auicen.

*De dente commoto & debilitato.*

Quandoque commouetur dens propter causam primitiuam ex casu seu percussione: & quandoque ex humiditate lubrificante neruum et ligamentum: & quãdoque propter siccitatem & carentiam nutrimenti: quandoque propter corrosionẽ & diminutionem carnis gingiuarum. Quæ autem ex siccitate fit & priuatione nutrimenti vt in senibus, & phthisicis, nõ curatur. In alijs vero cum resumptiuis adiuuatur. Et cum hoc vitet masticationem præcipue rei duræ cum illo dente, & minoret locutionẽ, & non tangat, neque cõmoueat eum. Et si fuerit propter corrosionem, curetur corrosio. Quæ autem venit a casu & percussione, facta phlebotomia: & in facta ab humiditate mollificante, purgatione & eductiõe humiditatis salliualis cum mastiche & pyrethro narrat Gal. consilio Archigenis ꝙ ponatur in radice eorum alumen cum thure, & cinnamomo, cypresso. Rasis autem Reci. balaustiarum, rosarum, gallię, cyperi, sumac, ana partem unam, aluminis partem mediã: liniatur super gingiuam. Et in alio loco addit acaciã, hypocystida, myrobalanos: et aspergere iubet cũ aceto: & facere trochis. et fricare dentium radices. Qđ si non valet, cum sanis aurea cathenula, vt docet Albuca. ligentur. Et si ceciderint, aliorum dentes, aut de osse vaccæ fabricentur: & cũ cautela ligentur, & vtitur eis tempore longo.

*De putredine, uermibus, & corrosione, ac perforatione dentium.*

Et habet duplex regimen. Vniuersale de diæta, & purgatione, et confortatione cerebri prout dictum est in dolore. Particuiare, ꝙ

A lauentur cũ aqua ardẽte, aut vino decoctionis vtriusque mentæ, vtriusque saluiæ, vtriusque calamenthi, & piperis, seu pyrethri. Et post repleatur cum gallia, & cypero, mastiche, myrrha, sulphure, & camphora, calamo aromatico, assafœtida: & id genus: si autem ista nõ valent, buccelletur cum scalpro & lima: et fiat sibi via: ut in foramine nõ retineatur cibus. Et si istud non valet, cauterizetur: & si est necesse, extrahatur: sed cum cautela, ꝙ foramen prius fortificetur cũ panno, aut cotone impleatur: eo quia taliter tenaculæ eũ frangerent, & radix remaneret. Si autem in foramine fuerit vermis, post lotionem dictam, suffumigetur dens cum semine porri, & cepæ, & semine hyoscyami confecto cum adipe caprino: & fiant pilulæ quælibet vnius drac. & vna qualibet vice ponatur.

B *De limositate & fœda coloratione dentium.*

Supposito regimine vniuersali abluatur os cum vino decoctionis mentastri, & piperis. Et post isto medicamine vtatur per modum dentifricij. Reci. ossis sepiæ, concularum marinarum albarũ, porcellanarum, spumę maris, cornuum vstorum, nitri, aluminis, salis gẽmæ, sulphuris vsti, radicis ireos, aristol. radicis cannæ adustę, fiat puluis de omnibus: aut de quolibet singulariter. Ad eandem intentionem magister Petrus aquam probatam sic facit. Re. salis armoniaci, salis gemmæ, ana lib. 5. aluminis zucharini quartam. i. pulucrizentur, et ponatnur in alẽbico vitreo: & fiat aqua de qua dentes cum pecia de scarlato fricentur. Et si istud non ualet: quia fuerint ibi limositates induratæ: cũ raspatorijs & spatuminibus radantur.

C *De stupore & congelatione dentium.*

Vinum calidum aut aqua ardens in ore teneatur: aut cum sale asso dentes fricentur: aut nuces seu auellanæ assæ calidæ superponantur: & similia calefaciẽtia: aut proprie talia velut portulacæ, & se. eius masticetur.

*De eradicatione dentium.*

Cum ergo dicit Albuc. feceris posse tuum in medicando cum medicinis dentes, & non proficit: certifica te de dente doloroso: vt non sis delusus: & capias bonum pro malo. Et tunc posito patiente in loco claro inter genua tua, discalcia radicem dentis circumcirca, & commoueas eum cautelose & complete: vt non accidat patienti praua infirmitas D de oculo, aut de osse maxillę: & post accipias eum cũ tenaculis: & eradica, & extrahe eum cum radicibus suis, aut cum tenaculis similibus illis cum quibus dolia ligantur: aut eum eradica cum leuatorio simplici, aut bifurcato. Et si aliqua radix remanserit, perquiratur cum instrumentis, & extrahatur. Et post os cũ vino & sale lauetur. Et si vis addere alumen vel vitriolũ propter sanguinis fluxum, facere potes. Et vltimo cum vino, myrrha, & thure fixura incarnetur. Si autem dens vltra naturam fuerit augmentatus, cũ lima caute ꝙ nõ cõmoueatur ęquetur, et applanetur.

Multæ autem medicinę ponuntur ab antiquis, quę extrahunt dentes: aut eos alleuiant extractioni cum ferro: sicut lac tithymali cum pyrethro, & radix mori, & capparis, et arsenicũ citrinũ, in radice dentis im-

posita: aut aqua fortis, aut pinguedo ranarum nemoralium, & arborearum: multas tamen dant promissiones, operationes vero paucas.

*De passionibus labiorum, gingiuarum, gargarionis.*

In labiis & gingiuis accidunt nodi, carnes additæ, apostemata, bothores, fissuræ, atq; vlcerationes, de quibus dictum est supra in locis suis. Restat dicere de quibusdã passionibus gargarionis, quæ actum transglutionis & inspirationis impediunt.

*Et primo de inflatione & casu uuulæ etc.*

Secundum qđ Gal. dicit in sexto miamir, carnosa quædam pellicula in alto oris apparet, cum aperit aliquis plurimum os, & linguam depressit a Græcis posterioribus cionis, idest columella, dicta, a nobis autem dicitur vuula nuncupationẽ accipiens non a substãtia, sed a passione simili vuæ quæ in ea contingit. Est enim vuula passio sicut vua in extremitate illius columnæ ingrossatio: & in eius radice subtiliatio cum quadam relaxatione, ex qua impeditur actus respirationis & transglutionis. Raro autem hæc passio fit in ipsa cioni de: phlegmonen autem patitur multoties.

Et causa huius passionis est materia calida, aut frigida, descendens a cerebro per modum rheumatismi.

Cuius signa satis sunt manifesta per descriptionẽ dictam: & probatur per oris operationem & linguæ compressionem. verum caliditas materię per ruborem, & ardorẽ cognoscitur: frigiditas vero per dictorum priuationem.

Iudicatur per Hippo. in tertio prognosticorum: q eius incisio est periculosa, pręcipue quãdo phlegmonem patitur: & est tota æqualis: quia ad eius incisionẽ sequitur sanies vel fluxus sanguinis, quæ possunt esse causa suffocationis & mortis. Quando autem liuescit & albescit, & est inęqualis, et radix subtiliatur, & extremitas ingrossatur: tunc incidendo tantus non est timor. Caueatur tamen, vt dicit Albuca. q si fuerit nigra aut fusca dura & sine sensu, cum ferro non tangatur: quia periculosum esset super infirmum de incancerando ipsum. Est tamen necessariũ quando est magnificata, & cũ medicinis nõ curatur: q incidatur: ad hoc q suffocatio repẽtina euitetur. De duobus enim malis minus est eligendum: vt dicunt philosophantes: & in de vlceribus virgæ superius in quarto therapeu. fuit allegatum. Qui non habet ad salutem, nisi vnam viam, licet sit fallax, velit vel nolit oportet q transeat per illam. Consulitur tamen per Halyabb. q non scindatur tota: quia nocumentum fieret patienti magnum, circa pectoris officia. Quinque enim habet iuuamenta vuula: vt in de voce, & vndecimo de vtilitate particularum habetur.

In curatione vuulæ regimen est duplex, vniuersale & particulare. Vniuersale de diępta & euacuatione, & diuersimode est dictum in squinantia, hoc addito q ad materiam rheumaticam desiccandam, & ipsam vuulam relaxandam, cõceditur per Rogerium & suos magistros maxime in pueris, q supra molle capitis ponatur in quãtitate vnius denarij de scarlato, in quo sit modicum de pice, thure, et

E mastiche: In adultis consulit Heben Mesue, q trahantur pili vsquequo cutis dislocetur: aut q fiat cauteriũ in sũmitate capitis: ut in rheumate est concessum. Mulieres tamen eam cum manibus sub gutture impingendo relaxant.

Particulare regimẽ fit dupliciter: vno modo cum medicinis: alio modo cum instrumentis. Cum medicinis, cum materia est calida, iubet Rasis q gargarizetur aqua ros. cum aceto. Aut q applicetur cũ cochleari in ea cum quadam eleuatione ipsius, puluis factus de ros. sandal. balaustijs cum modico camphoræ. Si autem fuerit frigida, iubet gargarizare almuri, et syrupum acetosum, sinapim, sal ammoniacum, et alumẽ. Rogerius ponit cinnamomũ, piper, pyrethrum, gallas, balaustias. Gal. autem in sexto miamir narrat optimum medicamen Asclipiadæ ad cioidas relaxatas.

F Reci. rosarum siccarum mensuram vnius manipuli: spicæ celticæ vna cum terra adhærente mensuram alterius: nidi hirundinis, drac. iij. myrrhæ, drac. viij. gallarum viridium. xv. numero. terantur: et fiat puluis qui insufflãdo cum cãnula: aut cum digitis seu cochleari applicentur: habet enim prædictum medicamen in se mistam virtutem diaphoreticam, & repercussiuam moderate, vt deducitur ibidem. Ad eandem intentionẽ valent multa auxilia, quæ dicta sunt in squinantia.

Cum instrumentis autem inciditur vuula tripliciter. Vno modo secundum Albuca. q sedeat patiens coram medico in sole: & aperto ore & compressa lingua cum paleta ad hoc apta apprehendatur cum vncino: & tunc cum forpicibus obtusis, aut cum spatumine falci simili incidatur. Deinde aqua cũ aceto de-

G tur sibi ad gargariçandum: & si poneretur galla, alumen, aut vitriolum propter sanguinem: melius esset. Et si sanguis superflueret, ponãtur ventosæ retro collum: vt dicit Auicẽ. Et administrentur trochis. de charabe cum aqua plantaginis: & stet infirmus iacens super faciem suam, vt expuat, & sanguinem expellere possit. Et si sanguinis aliquid descenderit, curetur cu ratione sua.

Secundo modo inciditur cum ferro calido: & fit secundum Heben Mesue, q habeatur cannula: in capite cuius in altero laterum sit fenestra in qua includatur vuula: & post per cannulam intromittatur ferrum ignitum ad modum scalpri factum, & cauterizando incidatur.

Tertio modo inciditur cum cauterio potentiali. & fit secundum Albuca. q postquam vuula fuerit com-

H prehensa in fenestra dictæ cannulæ imponatur cum proba inuoluta circa caput cum panno aut cotone aqua fortis: aut medicamen acutum factum cum calce, & sapone: aut arsenicum dissolutum cum aliquo liquore. Et teneatur supra vuulã ad medietatẽ vnius horæ vsquequo ipsa sit alterata: & post gargariçet oleum ros. aut aqua ros. quia infra dies tres cadet, vt dicit Auicen. Caueatur tamen ne aliquid medicinarum acutarum descendat inferius: neque tangat alias partes: quia læderet eas. Post autẽ incisionem & mundificationem, cum vino, thure, myrrha sanentur.

Quartũ modum aliũ assignat Albu. cũ suffumigatione aceti decoctionis calamẽthi, hyssopi, rutæ, abrotani, & chamomillæ in olla cooperta et lutata: in cuius coopertorio applicetur cannula dicta fenestrata. Verum

rum quia iste modus non est mihi consuetus nisi aliquoties proresoluendo, ipsum omitto.

*De inflatione & magnificatione amygdal.*

Ingrossatio & magnificatio amygdalarum & faucium eodem modo curantur cũ medicinis: sicut & vuulę: & sicut apostemata squinantica superius curantur. Si autem sic non curantur, necessarium est vt incidantur: quia impediunt anhelitũ & transglutionem, ut Halyab. dicit. Consilium est tamen Albu. ꝙ sicut dictũ est de vuula, si sunt fusci vel nigri coloris, & duræ sine sensu, non tangantur cum ferro. Et quando sunt albæ & molles & bene tractabiles: ꝙ coram sole ponatur caput infirmi in sinu medici: & aperto ore prematur lingua cum paleta ad hoc apta: & capiatur vna de amygdalis cum vnco, & trahatur modicum ad exteriora, & cauendo a panniculis & particulis adiacentibus cum forpicibus obtusis, aut instrumento falci simili incidatur: & post vnã ad aliam pergatur. Et dicebat Halyabbas, & facta incisiõe gargarięetur aqua rosa. & acetum, & reliqua fiãt, quæ dicta sunt in vuula.

*De eius medela si aliquis impediens transglutiuerit.*

Si os aut arista infixa sunt in gutture, si ad sensum videntur, cum tenaculis curuis ad hoc appropriatis, compressa lingua capiatur, & extrahatur. Si autem nõ potest extrahi, cum virga plumbea modicum curua inferius impingatur, vt dicit Albuca. Si autem non potest videri, vult Albu. ꝙ dentur sorbitiones viscosæ, vt cum eis sorbendo & transgluttiendo descendat: & gargarięare sappã aut decoctiones ficuum confert: & inungere collum cũ oleis calidis viol. amygdalarum, et butyro, laudatur. Et si nõ descendit cum hoc, detur sibi ad transglutiendũ bucella panis sicci, aut frustum napi: & descendet. Et si non valet, prouocetur sibi vomitus omni die potando vnc. i. nasturcij contriti cum aqua calida. Ipsum enim vomẽdo expellit quod retinetur, vt dicit Aui. Et si hoc non valet, ligetur frustum carnis bouinæ male coctæ, aut spongiæ, cum filo forti, & semitransglutiatur, & subito extrahatur: & egredietur quod retentum est siue sit panis, siue arista, siue phlegma inuiscatum. Quod si durum aliquod fuerit magnitudinem habens: tunc premantur spatulæ, & collum retro fortiter percutiatur. Quod si sanguisuga fuerit, patienti allia & acetum forte dentur. vt Halyab. pręcipit. Et si aperto ore videtur, cum forpicibus educatur, ut dicit Auicen. & Albuca. aut cum assa suffumigetur, aut cum cannula fenestrata comprehendatur, & cauterięetur.

*De ægritudinibus colli, & gibbositate dorsi. Cap. III.*

Ægritudines colli proprie sunt squinantiæ & & botium: de quibus in de apostematibus dictum est supra: attributæ tamen sunt ægritudines gargarionis iam dictę. Restat ꝙ quia cum collo numeratur dorsum & spondylia, ꝙ de gibbositate dicatur, quæ proprie est passio dorsi: quamuis etiam aliquando fiat in thorace. Est enim gibbositas eleuatio spondylium ad extra, ex qua curuatur homo, & lęditur in motu.

A Cuius causa est aliquando primitiua, vt casus & percussio. Et proprie dicitur dislocatio spondylium vnius aut plurium de qua dictum est supra. Aliquando causatur ab aliqua causa intrinseca, vt ab humiditate cruda viscosa lubrificante, aut ab aliqua ventositate percutiente, aut ab aliquo apostemate impellente, aut a tussi molestante, aut siccitatę contrahente.

Significatur ꝙ gibbositas est ex casu et percussione, indicatione patientis. Significatur ꝙ est ex siccitate, per corporis siccitatem, & per febrium consumptiuarum præcessionem. Significatur ꝙ est ex humiditate lubrificante, per regimen, & per tactum humidum & mollem. Significatur apostema, per dolorem & calefactionem. Significatur ventositas, per pręsentiam doloris motiui cum

B extensione absque febre. Iudicatur etiam per Hippo. in sexto aphorismorum ꝙ quicunque sunt hybi, idest gibbi ex tussi, & asthmate, ante pubescentiam (dicit græca translatio, & non iuuentutem, vt arguitur) pereunt: & causam reddit Gal. in commento licet intricatum sit commẽtum in græca translatione: quia propter debilitatem eorum non possunt sustinere molestationem stricturæ pectoris consequentẽ gibbositatem: & non solum ante pubescentiam: sed in omni tempore si molestantur a tussi vel asthmate, gibbosi & habentes pectus strictum, periclitantur, vt notatur ibidem & primo epidimiarum libro. Iudicatur etiam ꝙ quando gibbositas curatur absque mundificatione, transit quandoque ad coxam & ad neruos: & facit accidere nates gibbosas, & paralysin, vt dicit Auicen. Iudicatur amplius per ipsum

C Auicen. ꝙ cura habentium gibbositatem, subtiliatur propter illud quod facit gibbositas de oppilatione quorundam meatuum in quibus penetrat cibus. Iudicatur per Rasim, ꝙ gibbositas completa & confirmata, non curatur. Cætera indicia in dislocatione sunt dicta etc.

In curatione gibbositatis siccæ intendatur humectationi cum cibis & potibus nutritiuis, & balneis, & inũctionibus, & clysteribus humectatiuis, sicut est oleum violaceum, amygdalarum, radicis altheææ, & maluæ, seminis lini, lac, atque triparum brodium, & cætera quæ in hectica, & spasmo sicco administrantur. Si autem fuerit ex materia, aut apostemate indurato: curetur cum his quæ in sclirosi seu sephyros fuerunt dicta. Si fuerit ex tussi: sedetur tussis cum lenitiuis. Et si causa fuerit humor

D crudus mollificans, aut grossa ventositas: duplex cõuenit regimen. Vniuersale de diæta & euacuatione: sicut dictum est de paralysi & spasmo humido. vt dicit Auicen. & sicut dictum est in apostematibns phlegmaticis & gutta. Particulare intendit resoluere materiam & confortare locum. Et ideo oportet ꝙ auxilia sint cum caliditate stypticitatem habentia moderate, velut sunt nuces cypressi, & folia eius, & folia lauri, sauina, calamus aromaticus, enula campana, acorus, & similia: de quibus possunt fieri embrocationes, vnguenta, & emplastra. Et Auicen. facit istud medicamen. Re. sauinam, seham quod est absinthiũ secũdũ Serapionẽ, & stœchada: secundũ Rasim, enulã, pyrethrũ casiã ligneã, nucẽ cypressi, sansucũ, cordumenum, squinanthũ. decoquatur cum aqua et oleo vsq; ad consumptionẽ aquæ, & colẽtur, & rei-

terentur herbæ aliæ cum illo oleo, & tantundē aquæ: & post consumptionem coletur: & super colaturam ponatur castorium, euphorbium, & ammoniacum. & fiat vnguentum. Et si cum istis adderetur ruta, sisymbrium, spica, & acorus, styrax, & bdellium: fortius esset. & si loco aquę poneretur vinum, adhuc fortius esset. Et de isto unguento potest fieri emplastrum cum cera, pice, & terebinthina. Verum de consilio Auicē. est ꝙ post balneum & embrocationes tractetur & reducatur illa gibba cum manibus vngendo cum prædicto vnguento: & post emplastretur cum emplastro: & desuper ponatur plumbū, aut hastella ad hoc præparata, melius quam erit possibile: & ligatura reducente ligetur. Ad vltimum si prędicta nō sufficiunt: cauterizetur cum cauterio circulari. vt docet Albucasis.

*De ægritudinibus omoplatæ & brachiorum.* Cap IIII.

IN omoplata non sunt ægritudines propriæ nisi quantum ad brachia & digitos. Nā aliquoties inuenitur digitus superfluus, de quo quomodo debet remoueri, dictum est in de membris superfluis extirpandis. Quādoque vero fit inuiscatio digitorum, quorum curatio est incisio & separatio cum rasario: & postea cum petijs interpositis, & vnguentis desiccatiuis fiat consolidatio separatorum.

*De unguibus.*

Nonnunquam accidit vnguibus attritio & concussio: quandoque ex attritione sub ipsa fit sanguis mortuus aut sanies: quandoque in eis accidit gibbositas & curuitas: quandoque fissura: quandoꝗ vero coloratio fœda, & maculosa.

Curatur attritio secundum Auic. cum folijs myrti, & granati. deinde liniatur cum basilicone, aut cerotis lenibus de adipibus cōmunibus. Sanguis autem mortuus, aut sanies si est subtus eas, resoluatur cum adipe caprarum, & sulphure, vt dicit Halyab. Et si non potest resolui: findatur vnguis cum facilitate fissura obliqua. vt dicit Auicen. & egrediatur quod est sub ea. Gibbositas & curuitas earum corrigitur supposito regimine & purgatione melancholię, ꝙ primo mollificentur cum adipe ouium: aut cū diachylon. Deinde erigantur donec æquentur, vt dicit Rasis. Et si est necesse, quia pungunt, scindantur, & lamina plumbi superponatur, vt premat carnem, & teneat vnguē eleuatum. Si fuerit scissura & corrosio, cum diachylon & oleo amygdalarum cum mastiche & oleo de been, & vuis passis a granis suis mundatis. Et consilio Halyabb. cataplasmentur: & cepa muris assata cum oleo omphacino laudatur ab Aui. Vngues vero fœdas & maculosas rectificat Rasis cum eruca & aceto. Et Auicen. laudat gluten piscium: & se. lini cum nasturtio: et proprie cum arsenico rubeo. Si autem prædicta non possunt corrigi cum medicinis, & nocet notabiliter: auferatur vnguis. & de medicinis fortibus ad eradicandum est oleum cum opopanace, & serapinum, vt dicit Aui. Aut secundū Halyab. sume uisci quercini par. i. cāntharidū partes quatuor, thapsiæ dimidiā partem. i. confice & appone. et si cum eis poneretur arsenicum & acetum, esset melius. Aut cum spatumine discarnetur. Et postquā ceciderit, oportet secundum ꝙ dicit Auic. ꝙ ingenietur

E donec magnificetur: & non tangatur. Sed custodiatur cum pileo de ære, aut de argento perforato: vt habeat respiramentum. Infra enim mensem nascetur vnguis bona.

*De ægritudinibus pectoris, & mamillarū.* Cap. V.

PEctus ab extrinseco nō habet ægritudines proprias, nisi quæ mamillarum. Mamillæ autem quandoque patiuntur apostemata: quandoque congelationem lactis: de quibus dictum est in de apostematibus supra: quandoꝗ enim habent exuberātiam lactis: & quandoꝗ paucitatē: de quibus tractant physici. Gratia tamen doctrinę Gal. in de facili acquisibilibus docet attrahere lac dando in potu vinum dulce decoctionis raphani & radicis fœniculi cum furfure. Et id docet extinguere fomentando mamillas

F cum aqua marina: & alijs quę possunt desiccare et stypticare. Quandoꝗ patiuntur nimiam augmentationem: quandoque nimiam papillę profundationē: de quibus ad chirurgos sæpissime habetur recursus. Vt autem nimis non crescant mamillæ in iuuenculis, non tangantur: neque fricentur: sed teneantur bene strictæ. Et liniantur cum aqua frigida & aceto: Et si in illo dissolueretur argilla, aut terra molaris, bonum esset. & si poneretur alumen, & gallæ & psidia: fortius esset. Et secundum Gal. vbi supra qđ acceptat Rasis, si accipiatur cyminū puluerizatum & cū aqua & aceto puluerizetur: & superligetur per tres dies. & per alios tres emplastretur cū radice lilij, melle: & aceto, ligando: & hoc faciendo ter in mense: summe valet. Si hoc tamen in viris accidit, oportet eas iuxta

G consilium Albuca. incidere super & subtus sectione lunari vna uel duabus sectiōibus si est necesse. Et post excoriando incidatur, & extrahatur illa pinguedo, et suatur: & vt cętera vulnera curentur. Quādo autem papillus est ita profundatus ꝙ puer non potest eum comprehendere: ponatur ventosa parua aut cupula glandium calefacta: aut cum cannula sugendo exterius extrahatur.

*De ægritudinibus parietis uentris.* Cap. VI.

PAries uentris nullam patitur ęgritudinem propriam nisi augmentū seu vmbilici eminentias quia de hydropisi dictum est supra. Eminentia vmbilici seu hernia ventralis quasi sequitur iudicium herniarum testiculorum: sicut dictum fuit de illis in parte: & dicetur in sequentibus. Quod quædam est zirbalis: quædam intestinalis: quædam aquosa: quædam

H ventosa. & vltra hoc. quædam est emborismalis sanguinea propter rupturam alicuius arteriæ seu venæ ibi sanguinem mandantis.

Causa talium eminētiarum & signa sunt quę herniarum & emborismi. Indicatur tamen ꝙ in emborismali cum ferro non tangatur: timor enim magnus induceretur super infirmum: vt dicit Albuca. Et non solum in hac, sed in omni hernia ventrali & vmbilicali est periculum operando cum ferro. Melius enim videtur mihi ꝙ præseruentur cū emplastris, et ligatura: quā ponere se in periculo incisionis. Nam loca illa male coniunguntur propter naturam musculorum. immo sunt aptissima ad prohibendū, & ad procidentiam intestinorū quæ difficilia sunt ad relocādum: vt sexto therapeu. dicebatur.

Curatio tamen eſt duplex, vna cum medicinis: alia cum ferro. Cum medicinis autem curatur et præſeruatur, vt dicit Raſis. ꝙ ſumatur thus, et conficiatur cum albumine oui & cum cotone vel ſtuppa inuoluatur, & ſuper vmbilicum ligetur. Et ſi adderentur gallæ, pſidia, acacia, alumen, antimonium, charabe, & ceruſſa, & alia quæ dicentur in ruptura inguinali: eſſet melior cura. Et cyminum & bacæ lauri reſoluunt ventoſam, & ſulphur, & alia quæ dicta ſunt in hydropiſi & hernijs: curant aquoſam & ventoſam et carnoſam. Cum ferro curatur zirboſa & inteſtinalis ſecundum Albuca. & Halyab. & Auicen. ꝙ erigatur patiens coram medico, & retineat anhelitum, vt exeat quãtum poterit eminentia. & tunc ſignetur in circuitu eminẽtiæ cum incauſtro, & reſupinetur patiens, & reuertantur inteſtina & zirbus ad intus: & incidatur in circuitu ſignati ſecũdum primam partem: deinde cum vncino forti affixo in medio circuli ſignati & inciſi eleuetur totum mirac, & ligetur cum forti filo: aut ſuatur, vt dictum fuit in ſutura uentris bene et fortiter, cauendo ne comprehẽdatur aliquid de inteſtinis. Et ſi ad maiorem ſecuritatem infigãtur duæ acus in crucem, & ſub acubus fiat ligatura in quatuor partibus: firmius ſe tenebit prędicta ligatura. Et ſic dimitte cum ſedantibus dolorem, donec cadat per ſe. Et poſt ut alia uulnera ſanetur. Verũ tamen ipſi propter periculum inteſtini pręcipiunt ꝙ poſt primam ligaturam aperiatur medium eminẽtiæ. & cum digito perquiratur de inteſtino ſi eſt reductum. Tædioſa vero eſt operatio, & ego nunquã feci eam. quare eam ſubtilitati operantis derelinquo.

### *De ægritudinibus ancharum & partium procedentium ab eis.* Cap. VII.

ÆGritudines partium ancharum, quæ proprie pertinent ad chirurgos, ſunt ruptura in didymo, lapis in veſica, paſſiones virgæ, vt priapiſmus, clauſio præputij, & circũciſio, caſtratio, hermaphrodita, paſſiões matricis, velut clauſio, et eius amplificatio, tentigo, & extractio fœtus, & ſecundinæ & molæ, ægritudines ani, & eius clauſio, & exitus, & etiam matricis exitus.

#### *De ruptura didymali.*

Ruptura ſecundum intentionem Gal. in primo & ſecundo de ægritudine & ſymptomate, eſt inflatio hernialis in qua inteſtinũ aut zirbus diſlocatur: & egreditur ab interioribus ad carnem miracis: proprie in didymo & oſcheo ſeu teſticulorum burſa: Et ſæpius in ea deſcendit monoculum inteſtinum, quoniam eſt ſolutum non ligatum: vt dicit Auic. Cuius tres ſunt ſpecies: vt teſtatur ipſemet Gal. in de tumoribus pręter naturam, epiploalis, & zirbalis. alia eſt inteſtinalis: & cum his compoſita ex ambabus: & quælibet iſtarum quandoque eſt parua, quæ non tranſit inguen. & talis vulgariter dicitur relaxatio. Aliquãdo uero magna: quę vſq; ad oſcheũ ſeu burſam teſticulorum deſcendit: et talis dicitur crepatura ab Halyabbate ſermone nono partis primę.

Cauſæ autem immediatę rupturarum, ſunt ſciſſura aut dilatatio: ut dicit Auicen. quę ſępius contingit: vt Gal. in ſecundo de ægritudine teſtatur. Sciſſura autem proprie, quæ fit a caſu, & percuſſiõe, aut motu, et conamine laborioſo, aut clamore valido, aut coitu inordinato. Dilatatio autem fit propter humiditatem lubrificantem & mollificantẽ: vt dicit Halyabbas: aut propter debilitatem eorum: vt Auicen. Et iſta poſſunt moueri in corpore a cauſis primitiuis iam dictis: vt vult Albuca. adiuuante repletione & vſu cibariorum groſſorum humidorum & ventoſorum, vt Theodoricus.

Signa autem communia rupturarum ſecundum Auicen. eſt additio ſenſata & apparens deſcendens, ſeu diſcenſus rei alicuius in didymo proprie apud motum et compreſſionem anhelitus, et tuſſis & reuerſio cum reſupinauerit, aut cum digitis compreſſerit locum: vt dicit Raſis. Signum autem proprium eius quæ eſt propter dilatationem meatus eſt, ꝙ apparet paulatim in inguine: deinde de oſcheo deſcendit abſque motu laborioſo. Signum autem ꝙ propter ſciſſuram eſt, ꝙ ſubito & cum dolore venit, & multoties deſcendit ad alium locum quam per didymum inter carnem miracis, aut ad burſam teſticulorum, aut ad coxam, & iuxta vuluam, & ſuperiora vẽtris, vt in vmbilico dictũ eſt de ruptura vẽtrali.

Significatur autem ꝙ illud quod deſcendit, eſt inteſtinũ, quia reducitur cũ velocitate & quadam gurgulatione.

Significatur quod eſt zirbus, quia non reducitur ita velociter, neq; cũ aliqua gurgulatione.

Iudicatur quod qui habet rupturam, non viuit ſine periculo: quia ſi contingeret ꝙ inteſtina caderent in oſcheum cum fęcibus induratis, nunquam retrocederẽt, & ita patiens moreretur: vt ego vidi. & Albuca. teſtatur. & ideo eſt ſecurum ꝙ faciat ſe curare: aut nunquã dimittat regimen neq; bracale. Indicatur per Aui. ꝙ fiſſuralis ruptura nõ curatur per deſiccantia: nã aliquo modo, vt dicit Halyabbas. ix. ſermone partis ſecũdæ. Dilatalis vero aliquando curatur per deſiccantia, proprie quando eſt tenera, & recens, et in pueris. Non tamen quando eſt dura & antiquata & in ſenibus. Qui autem eam dicũt ſanare in quadam ętate cum medicis deceptores ſunt, vt dicit Theodoricus: neq; ego nunquam vidi ſaltim magnam et completam. Et propter hoc miror de Lãfranco, qui dicit ſe curaſſe cum medicinis vnũ ſexagenarium & alium quadragenarium de magna & completa ruptura. Indicatur amplius ꝙ curatio rupturarum cum inciſione, licet ſit poſſibilis: eſt tamen ambigua & periculoſa: vt dicit Albuca. de ſpaſmo, propter dolorem: de fluxu ſanguinis, propter inciſionẽ: de lęſione inteſtini, propter corroſionem: de amiſſione generationis, propter teſticulum. Et ideo dicit Lãfrancus ꝙ multi ſapientes, quamuis curam ſcirent, ſe intromittere recuſarunt. Cauendum tamen eſt ꝙ non attentetur cura per inciſionem in homine debili & ſene & male complexionato & tuſſiculoſo. Sufficit enim tales preſeruare cum medicinis, & dimittere eos viuere cum ſua claudicatione. Cauendum etiam eſt: vt dicit Brunus et Guilemus de Saliceto. ꝙ non attentetur cura per inciſionem niſi per hominem qui viderit eam per bonum magiſtrum facere. & cum hoc habeat bonum ingenium, & iuxta ſe habeat inſtrumenta ad hoc apta, velut raſoria, & ſpatumina, uncos groſſos et ſubtiles, cauteria diuerſa, acus, ſtuppam, cotonem, oua, pannum, pul. ru. & omnia neceſſaria in hoc caſu. Tempus cõueniens iſti ope-

rationi est ver & autūnus. Cōsilium etiam Gal. est q̄ antequā attentetur ista operatio, corpus sit bene mūdificatum cum clysteribus & medicinis.

Curatio rupturarum fit dupliciter. Vno modo cū medicinis. Alio modo cum chirurgia, & manuali operatione.

Curatio aut saltim præseruatio cum medicinis intendit desiccando aggregare scissuram & dilatationem cum tribus. Primo si patiēs est repletus, q̄ euacuetur. Secundo vt repletio & materia replens ad generandum inhibeatur. Tertio vt fissura seu dilatatio cōstringatur. Primum completur per phlebotomiam si est necessaria: & per medicinas quæ purgādo & laxando cōstringunt: sicut sunt myrobalani, et pilulæ ipsorum. Secūdum cōpletur per debitā administrationem sex rerum non naturalium, & trium quæ sui generalitate sunt eis annexæ, vt sunt aer, cibus, & potus, inanitio, & repletio, somnus, & vigilia, motus, & quies, & accidentia animę, obuiatio rerum extrinsecus occurrentium, balneatio, & sub diuo statio, declinātes ad caliditatem & siccitatem temperatam cum quadam subtiliatione & carminatione ventositatum & proprietatum consolidandi & aggregandi dilatata & disiuncta. Et quia de istis satis dictū est in de apostematibus phlegmaticis & aquosis, atque ventosis, et satis dearticulatum fuit in quodam tractatu quem de ruptura feci: pro tanto de exquisita ordinatione prædictarum rerum supersedeo de præsenti. In summa tamen vult Auic. q̄ rupti dimittant repletionem et cibaria inflatiua: vt fabas, faseolos, lētes, & olera: vt exemplificat Rasis, dimittant etiā fructus recentes, rapas, panem crudum, & azymum, carnes porcinas, & pisces, caseum, lac: non potent aquā puram neq; vinum nouum. Aqua ferrata & vinum grossum stypticum competit eis. Balnea aquarū dulcium nocent eis. Auster, & pluuia grauant ipsos. Nō saltent, neq; clament: non coeant, neq; bracale dimittant: teneant ventrem lenem cum suppositorijs, clysteribus, casiafi. tamarindis, aut diacatholicon. Sobrie & quiete viuant, maxime in brodijs, offis, & potu. In omnibus cibarijs ponant saluiam: post eorum comestionem vtantur drageta seminum in qua sit nasturcium & coriādrum: & id genus. Tertium completur per reductionem intestini cum manu, & clysteri, & balneo, & ventosis, & emplastratione cum lenitiuis, & euaporatione cum pannis calidis, & suspensione & eleuatione cum tibijs vel per tibias & anchas si est necesse. Et ipsis reductis fomētetur locus cū aqua, uino, et aceto decoctionis gallarum, nucum cypressi, & aluminis: deinde apponatur desuper emplastrum in loco, in quo apparebat eminentia extensum in aluta ad formam scuti. Et remutetur de.ix.in.ix.diebus. Et in eleuatiōe emplastri teneantur digiti supra locū: & mirac non eleuatur propter adhęrentiam emplastri. Et fiat remutatio de mane antequam surgat de lecto. Et post emplastrum ligetur cum bracali artificialiter facto de panno triplicato cum scuto paruo secūdum inguinis quantitatem: & habeat bindellum ligatum retro & subtiliantem ante, aut ecōuerso: & ligetur stricte. Et si bracale eū excoriaret, defendatur cū pannis & cotone & vnguento albo. Et quando voluerit assellare, portetur, & teneat manum desuper, et non coartet se nisi minus q̄ poterit. Quolibet autem mane administretur ei potio sua consolidatiua cum
E vino grosso. Et ita quiescat per.50.dies. Et postea incipiat incedere paulatine, & non dimittat bracale de alijs.50.diebus.

Emplastrum cōstrictiuum rupturæ in quo omnes conueniunt, est de pelle arietina. Cuius forma: Re. picis naualis, vnc.v. colophonię, vnc.iij. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, masticհes, terebinthinę, ana unc.i. boli ar. sang. dra. gypsi, thuris, sarcocollæ, aloes sucotrini, mummiæ, arist. centaureæ vtriusque, consolidæ, sumac, berberis, nucis cypressi, gallarum, psidie, uermium terrestrium ana, vnc.ij. sang. humani, vnc.i. glutinis piscium, visci quercini ana, vnc.i.&.5. pellis arietinæ coctæ cum aqua pluuiali & aceto vsq; ad dissolutionem lib.5. dissoluātur gummæ cum aceto: & conficiantur omnia cum glutinis liquefactis: & fiat emplastrum.

F Emplastrum aliud Rasis & Auicen. & id acceptat Brunus & Theodoricus, & est de pulueribus. Re. nucis cypressi, acaciæ, gallarum, balaustiarum, ana drac. v. dragaganthi, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, gummi ara. ana drac.iij. san. dra. boli armeni, aluminis, aloes, & mummiæ, ana drac.ij. puluerizentur subtilissime, & cum aceto incorporentur, & fiat emplastrum, & applicetur cum pāno aut stuppa. Potio ruptorum fit de tribus consolidis, sigilli sanctæ Mariæ, vtriusq; lateæ, vtriusq; plantaginis, valerianæ, pimpinellæ, ana vnc.i. nuc. cypressi, nucis muscatæ, cinnamomi, reubarbari assi, fructus tamarisci, se. nasturcij, cymini præparati cum aceto, coriandri, ana drac.ij. sang. drā. thuris, mastiches, mummiæ, terræ sigillatæ, boli ar. picis, sarcocollæ, dragaganthi, ana drac.i. fiat pul. de quo vtatur de mane, drac.i. cum quar.5. vini grossi. Est
G etiam alter modus curandi rupturas in magno secreto mihi per quendam virum magnum reuelatus. Et est q̄ supposito bono regimine, vt est dictum, iacente & quiescente patiente per.xxx.dies & reductis intestinis, accipiat quolibet mane & sero vnum scropulū, quæ est tertia pars vnius grossi, de limatura chalybis cum vino decoctiōis hepaticæ terrestris, & super locum rupturę per.50.dies de tertio in tertium remutando ponat emplastrum factum de diamāte grosso modo puluerizato, & cum apostolicon malaxando incorporato. Et post per alios.50. continuet emplastrum dictum de ruptura, & ligetur cū bracali dicto. Et iussu Dei erit curatus. Fundamētum istius curę est tota spes: quia in primis.15. diebus adamas attrahit in loco rupturæ limaturam. Et in alijs.15. diebus emplastrum. Et ideo reperitur super locum nodosa carno-
H sitas, quæ est signum perfectæ curationis.

### *De cura per chirurgiam.*

Modus autem curandi cum operatione manuali intendit incidere carnem & didymum totaliter aut secundum maiorem partem: et postea consolidare, et in meatu carnem generare duram & callosam, vt nihil descendere possit. Et talis intentio cōpletur per diuersos diuersimode. Primus modus est cum incisione rasorij: vt ponitur ab Albu. & Halyabbate, Rogerio, et a suis magistris, & a suo sectatore Iamerio, & a Bruno, & Theodorico, & ipsum Guilelmus acceptat. Et fit q̄ īuersato patiēte supra discum aut supra bancum & bene ligato & reductis intestinis findatur didymus secundum longitudinem, & discarnato didymo, et testiculo eleuato versus ventrem

trem suatur, & ligetur firmiter didymus, ita alte sicut erit possibile. Post incidatur, et proijciatur testiculus, & ad maiorem securitatem cauterizetur pars didymi ligata, & reponatur interius: & capita filorum remaneant extra. Et cũ albumine oui in primis, & post cum curatione aliorum vulnerum curetur. Secundus modus est cum cauterio actuali: et ponitur etiam ab Albuca. & Aui. & a Rogerio, & sectatoribus suis, & a Bruno & Theodorico. Et fit ꝙ collocato patiente modo dicto, & ducto testiculo vsq; super os pectinis, signetur locus secũdum quantitatem testiculi cũ incaustro, & reducto testiculo per medium signi trãsuersaliter cauterizetur cum cauterio recuruo toties, quousque ad os pectinis perueniatur. Et post cum albumine oui & cura aliorum vulnerũ curetur. Tertius modus est cum cauterio potentiali: & ponitur a Theodorico & operatus est per magistrum Iohannẽ de Crepatis Bononię, & per magistrum Andream in Mõtepessulano, & magistrum Petrum de Orliato in Auinione, & per me secundum ꝙ dicetur in sequentibus. Quartus modus est cum ligamento: & ponitur a Rogerio. Et fit ꝙ cum acui imponatur cordula sub didymo secundum transuersum per medium loci signati: & paruo ligno supposito ligant totũ didymum cum ligno, & stringendo quotidie non cessant, donec cordula libera exeat, et didymus cum carne fuerit incisus. Quintus modus est per eleuationẽ didymi & cauterizationem ossis pectinis: & ponitur a Lanfrãco, & prosequitur a magistro Petro de Dya. Et fit ꝙ incisa carne miracis apprehensa cum tenaculis latis, eleuant didymum. Et cum ligamẽto eum denudant, & cauterizant subtus didymum firmiter os pectinis. Et postea vt cætera vulnera curãt. Sextus modus est cum filo aureo: & eum facit magister Berãdus Metis. Et fit ꝙ incisa carne miracis ligant didymum aliquãtulum stricte cum filo auri, & suunt vulnus, & dimittunt intus filum. Et ita longitudine constrictionis corrugatur, & cõstringitur didymus. De istis modis videtur mihi ꝙ primi quatuor sunt completi & absque fallacia. Alij vero non sunt cum securitatis fiducia. Qđ probatur ita: quia illi modi sunt perfecti & absque fallacia, in quibus non potest reuerti ægritudo: & illi non, in quibus potest reuerti. 14. therapeu. vt in proœmiali capitulo superius fuit allegatum: Sed per quatuor modos primos nullo modo potest reuerti ægritudo: & cum alijs duobus potest reuerti: quia per primos modos destruitur tota uia, et loco ipsius fit medium alterius generis in quo nullũ est foramen: vt patet per operationem ex facti euidẽtia: in duobus alijs remanet via cum foraminibus: licet strictificata: non tamen indilatabiliter, sed dilatabiliter, cum sit carnosa magis quam ossosa. Sequitur ergo conclusio ꝙ primi quatuor modi sunt pfecti: alij duo imperfecti. Bene tamen credo, ꝙ in parua ruptura bene valerent, et forte in magna ad tempus: sed nõ semper. Vt etiam valeret cauterium didymi cum cauterijs punctalibus triplicatis: ut docet Albuca. ꝙ post escharam dimittatur ita grossa, & dura cicatrix, ꝙ in loco stat scutalis strictorij. Et ista fuit intentio Theodorici & antiquorum omnium, ꝙ non valet operatio nisi peruenerit usque ad pectinis ossa: taliter ꝙ tota uia sit adnihilata: et si ipsi propter saluationem testiculi operantur fallaciter, nõ habent excusationem. Cum uno enim testiculo uidi multos generare: & cũ

A hoc de duobus malis minus malum est eligẽdum. Et credo bene ꝙ aliqua virtus sustentatiua remanet in testiculo saltim spiritualis & influxiua secundum partium vicinarũ traditionẽ: vt de transglutitis in quinto therapeu. dicebatur. Remanet autem vtplurimum cum quadam desiccatione, ut experientia docet. De illis autem quatuor modis credo ꝙ præfati magistri reputauerũt securiorem illum de cauterio actuali: illum autem de rasorio non faciunt, nisi in magna ruptura. Et hinc fuit ꝙ Auicen. de ipso non facit mẽtionem. immo, quod est fortius: dicit ꝙ nullo modo approximetur huic ferrum. Verum quia ignis est terribilis, & multi in opere infirmãtur prę timore ipsius ignis: elegi mihi illum de cauterio potentiali, in quo summe est cauẽdum, ꝙ homo sit dominus de corroliuo. Plus enim valet multiplicare vices quam quan

B titatem: Et arsenicum in hoc obtinet principatũ. Operatio enim ipsius, vt de scrofulis dictum fuit, est fortis & valida: & si indocte applicatur, commouet feb. & accidentia mala. In parua enim quantitatem facit operationem magnam, maxime iuxta membra principalia. Et ideo oportet ꝙ defendatur bene cum aceto & solatro & alijs infrigidantibus rebus, & cum bona diæta, ac si haberẽt feb. Et eius operatio durat per tres dies: & propterea sufficit ꝙ de tertio in tertium remutetur: & si ipsum corrigeretur, aut cũ opio, aut cum solatri succo, aut cauliũ, vt dicetur, tutius esset. Et modus medius operandi cum ipso talis est. supposita diæta bona & purgatione, resupinetur patiens, & reducatur intestinum, & radatur tota inguinis pars illa, deinde adducatur testiculus superius quantũ erit possibile supra os pectinis, et signetur cum incaustro

C aut carbone circuitus testiculi, & reducto testiculo in bursa ponatur ruptorium ad quantitatem vnius partis castaneę: quod fit de calce viua & sapone molli cũ modico de saliua super locum signatum in medio ossis pectinis prope virgam ad digitum vnũ, & circunda eum cum aliquo circulo de pãno incerato, aut de aliquo glutinoso frigido taliter, ut non transeat vltra signatum, & ligetur: et firmetur cum bona binda voluente anchas & dorsum ad modum bracalis: ut non moueatur de loco vbi ponitur, vel vbi positum est. Et dimittatur ibi per vnum diem naturalem. In crastinum soluatur ligatura, & remoueatur causticum, & inuenietur eschara nigra: et tunc incidatur per medium vel in medio secundum transuersum ad quantitatem vnius grani hordei vel siliginis: & fiat cauerna vel fouea in qua ponatur quãtitas medij grani fru

D mẽti, arsenici puluerizati repressi cum succis aut cum opio tantundem quantum erit arsenicum per se: aut inuoluto cum modico cotone madefacto cum saliua: deinde cooperiatur cum cotone, aut carpia: deinde inungatur circũcirca cum populeone. Et desuper totum ponantur panni infusi & expressi in aqua & aceto, aut cum ouorum albumine. Et ligetur cũ binda scutali in bracali simplici de duabus telis suta, & post firmata retro in bracali: & iaceat supra dorsum in lecto de mataratio. Et licet qualibet die possint panni renouari, & semper probari ꝙ intestinum sit reductum: corrosiuum tamen nõ remoueatur de duobus aut tribus diebus usquequo dolor fuerit quietatus. Et tunc corrosiuum remutetur iterum augmẽtando foueam magis lacerando quam incidendo, propter sanguinem: et ponatur de puluere vt prius. et remouea-

tur de eschara in circuitu quantum erit possibile: vt libere videatur, & operetur in profundo: & ita continue fiat quousque caro miracis tota sit corrupta vsque ad didymum. quod cognoscitur per inflationẽ bursę testiculorum, & per dolorem partium posteriorum, & ꝙ in fissura videbitur substantia alba, & erit didymus ita strictificatus, ꝙ digitus nõ poterit intrare per bursam ad didymum, ut solebat: neque ex tunc intestina possunt descendere, si incidere vellet. Et hoc communiter est factum in duabus septimanis. Post vero, si placet, procuretur casus escharæ & carnis cum axũgia porci, aut butyro, seu aliquo vnctuoso per vnam septimanam. Et quando ceciderit eschara, videbitur didymus albus ad modum vnius canalis. Et tunc facta proba intestinorum, & munitis circunstantijs carnis, vt non tangantur a corrosiuo, ponatur de puluere arsenici magis depressi et in minori quantitate cum cotone super didymum. Et defendatur, ac etiam mitigetur cum fortioribus, vt est oleum papaueris, hyoscyami, mandragoræ: eo quia didymus est magis sensibilis, quã caro, & maiori indiget mitigatione: & magis cauta operatiõe propter venas et neruos quę sunt in eo. Et ipso ita præparato stet vsque ad secundam remutationem. Et tunc findatur secundum longum: & in fouea imponatur de pul. cum cotone: & hoc ita cõtinuetur quousque totus didymus, aut maior pars eius sit corrupta: quod communiter erit in duabus septimanis. Et cognoscetur per maiorem tumorem testiculorum, et maiorem dolorẽ dorsi et partium posteriorum. Et si necessarium est propter magnitudinem didymi, vt melius corrodatur, facere duas aut tres fissuras, fiant secundum lõgitudinem, in quibus ponatur de corrosiuo cum cotone semper. Et si tunc consideraretur, ꝙ aqua descendisset in oscheum, imponatur proba per medium didymi versus bursam, & ab ipsa cum manu eleuata aquæ extrahãtur. Et post procuretur casus escharę, vt dictum est. Et quando locus erit mũdatus, & apparebit caro rubea: incarnetur locus, & curetur curatione vulnerũ aliorũ. Et postquã erit uulnus incarnatũ, incipiat incedere paulatine, & portet bracale & ligaturã p. xxx. dies. Magister autẽ Petrus qui in mei pręsentia curauit. xxx. nullũ faciebat quiescere: sed ire per villã cõtinue, vt obliuiscerentur molestiam corrosiui: quod nõ laudo nisi intestinum penitus esset retẽtum. Et in operando licet incideret in circuitu escharam, quantum sibi erat possibile, nullo modo procurabat casum ipsius vsque in finem quę cadebat per se, nihil ponendo in foramine a principio usque ad finem nisi carpiam cum pannis & ligamine. Erat enim intentio sua ꝙ eschara defendebat carnem a corrosiuo: quod non reputo securum: quia stante eschara, satis est difficile scire quando erit realiter operatio in didymo: quando autem est remota eschara, tactus & oculus testificantur veritatem: tẽpus vero totius suę operationis erat octo septimanarum. Ego vero abbreuiaui sibi cã de tribus septimanis saluo pluri. Si semper remanet eschara carnis. Verum post ipse audiens ꝙ ego ad maiorem certitudinẽ in cura domini Ludouici de Brissiaco Dalphinatus Viennẽsis, post primam didymi aperturam posuerã cauterium curuũ cultellare, ipse vsus fuit a principio totalis operatiõis in qualibet remutatione: vel de tertia in tertiã cũ cauterio. Et dicebat ꝙ iuuabat ad tria: ad fluxum sanguinis, & ad profundãdum magis sine

E abscisione escharę: quia cauterium consumebat eam: & cum hoc dicebat ꝙ dolorem corrosiui mitigabat: quod nõ multum improbo nisi quantum ad hoc, ꝙ non est artificiale neque honorabile operationes perfectas commiscere, in commento primi aphorismorum. Nihilominus tãtum est periculum in operatione, ꝙ de omnibus se debet homo iuuare de his quę iuuare & nocere non possunt: præsertim quia eschara defendit ꝙ cauterium non sentitur: duntaxat ꝙ fiat caute ꝙ patiens non videat. Si vero accidentia mala superuenerint: ita sunt corrigẽda in cura. In primis si nimis est positum de corrosiuo, aut si nimis molestaret: lauetur, & fomentetur locus cum oleo ros. Si bursa testiculorum est inflata & dolorosa: mitigetur cum emplastro maluarum & furfure: aut maturetur cum radice maluauisci, semine lini, & axungia porci,

F gallinæ, anatis, & consimilium. Et si faceret saniẽ, aperiatur in bassiori loco, & mundificetur, & sanetur vt alia vlcera. Et si cõtingeret fluxus sang. restringatur cum pul. rub. & albuminibus ouorum, et cum vitriolo: aut cũ puluere ipsiusmet arsenici, et dimissione operis vsquequo sit restrictus. Et si superueniret febris, regatur cum syrupo ros. & nenufarino, et vocetur physicus. Si tussis, detur diadraganthi, aut penidiæ: & inungatur pectus cum butyro, & oleo violaceo. Si esset cõstipatus, detur cassia fistula, aut fiant clysteres & suppositoria. Si superueniret fluxus ventris, dentur trochis. constrictiui, & id genus etc.

*De lapide in uesica.*

Licet secundum Auicen. in tertio, renes & vesica communicent in generatione la-

G pidis, necnon aliæ particulæ multæ & iuncturæ Gal. testante. 14. therapeu. & primo elementorum: quandoque & intestina primo & sexto interiorum: aliquãdo pulmo interiorũ quarto. & Colliget tertio: nihilominus & hepar, vt de ipso et de alijs mentionem facit Halyab. ix. sermone partis primæ: Nihilominus chirurgus directe non habet cõsiderare de lapide renum nec aliarum intrinsecarum particularũ cum non contingat ipsum curare beneficio chirurgiæ: vt Brunus, Theodoricus, & experiẽtia docet. Gratia tamen communis necessitatis, & proprię aliquid de vtroque dicetur. Generantur autem secundum Halyabbatẽ vbi supra, lapides in corpore humano suo modo, sicut lateres efficiuntur extra in furno & in caldarijs balneorum ex materia grossa & viscosa materialiter coadunante meatuum strictura eam seruante instrumentaliter, et a caliditate loci effectualiter: quod plane decla-

H rat Gal. primo alimẽtorum. Crudo inquit chymo assumente quid uiscosum, quãdo meatus qui secundũ renes strictiores quidem extiterint natura, moram faciens ibi, quod grossum & viscosum est, paratũ est generare porum, qualis adnascitur uasis, in quibus aquã calefacimus. & qualis etiam circũnascitur secundum plurimas partes aquarum calidarum: facit autem hoc maxime & renum ipsorum complexio, quando velut igneũ & pungitiuum quod secundũ ipsos fuerit in ea: euaporato enim a tali calido vniuerso leptomeri coagulatur reliquum de grossa et viscosa materia. 14. therapeu. his autem duobus maximis viris attestantur Auicen. in tertio canoñ. et Alexander secũdo suę practicæ. Auerrois tertio Colliget. Non obstãte Serapione in quarto breuiarij sui dicente, ꝙ caliditas

tas commoderata cũ materia grossa est sufficiens causa generatiõis pororum: quam cõmoderationem intelligo non in natura: sed in egressione a natura: habet enim gradus multos egressus a naturalitate. de differentijs febrium primo. Et propter hoc, sicut caliditas innaturalis excessiua multum, in iuuenibus renum est causa subitæ generationis lapidis: Ita & caliditas innaturalis excessiua non multum, in senibus & in vesica in diuturno tempore habet lapidẽ generare: vt in primo canone dicitur. Senioribus autẽ dyspnoeæ tertio aphorismorum. Et certe sexto epidemiarum ita intellexit Gal. Tantum enim facit debile agens in multo tempore: quantũ forte in pauco. in de sim. phar. et de ægritudine & symptomate quartis. Est ergo supercaliditas ignea secũdum gradus suos causa effectiua generationis lapidum. Grossities tamen materiæ est causarum maior: vt dicebat valens Serapio vbi supra: et ita nulla est contradictio inter doctores, vt apparet.

Causatur autem materia ipsius secundum Auicen. a crapula, et indigestiõe, et regimine grosso: vt infra dicetur de dięta. Causa autem retentionis materiæ est debilitas expulsionis, & viarum oppilatio. Causa autem caliditatis excessiuæ, est labor renum, & vesicæ, & calefacientium vsus.

Signa lapidis renum secundum Halyabbatẽ sunt egressus paulatinus vrinæ turbidæ & arenosæ arenulis rubeis: cum quodam ardore: & dolor mansiuus renum, & ilium: qui multoties pertingit ad testiculos, crura, & pedes cum quadam obdormitione a parte renis infirmantis. Si autem mingitur retentũ quid lapidosum, per naturã, aut per propria pharmaca: quomodo vero relinquitur ultra? Digestio enim habetur et curę principiũ, sexto ĩteriorũ.

Signa autem lapidis vesicæ sunt dolores vesicæ, pruritus virgę, & maxime circa caput ipsius. Et sępissime eius erectio & declinatio, vrinæ cruditas, albedo, & tenuitas, arenarum albedo, et vrinandi difficultas. Et cum hoc si dubitatur, resupinetur patiens, & eleuatis coxis cõcutiatur & minget. Aut catheter quod est immissorium, in virgam intromittatur, & lapis tangatur, & retrocedet, & minget. Hęc enim omnia notitiam dant lapidis, & vias curationis ostendunt: vt in primo interiorum deducitur in exemplum, adhuc patiente bene curuato. & cum altera manu pectine bñ impincto: si digitus ĩ ano ponatur, sentietur lapis durus non mollis, & retrocedet & minget. Et cum hoc dicit Auic. lapis in vesica quãdoque perducitur ad tenasmonem & exitum lõgaonis. Et quoties mingit lapidosus, statim mingere desiderat. Dolor renum in principio multum assimilatur dolori colico, ꝓpter qđ doctores inter ipsos multã fecerunt distinctionem. Nihilominus quia secundum illud non est magna differentia auxiliorum: puta mitigatiuorum: licet in hoc ꝙ post differẽtibus indigeant, non est multum in hoc insistendum. interiorum sexto.

Differunt autem lapides renum & vesicæ: vt etiã ipsemet dicit Auicen. nam lapis renum leuior est, & minor, declinans ad rubedinem: vesicæ vero durior, & maior valde, declinãs ad albedinem. Iudicatur per Hippo. in sexto epidemiarum. Nephriticos non vidi sanatos supra. 50. annos. & sexto aphorismorum. Nephritici & qui circa vesicam dolent, laboriose in senibus sanãtur; debiles enim sunt; & ideo

A cum his passionibus commoriuntur, vt dicit Gal. in commento. Iudicatur per Gordonium, ꝙ qui habent vrinam grossam & arenosam, raro incurrunt lapidem. Sed si subito efficitur tenuis: significat lapidẽ generatum cum alijs signis. Amplius dicit Auic. ꝙ lapis renum & vesicæ est ex his quæ hæreditantur. Propterea dicit ꝙ senibus plus aduenit lapis renum quam vesicæ. Et infantibus & qui sequuntur eos, contrarium: vt maxime tamen euenit inter infantiam & pubertatem. Amplius dicit ꝙ parum accidit lapis mulieribus in vesica, et lapis renum: vt dicit. Et etiam est de ęgritudinibus habẽtibus paroxysmum, & spatium eorum est de mẽse ad annum. Amplius dicit ꝙ lapis paruus in vesica magis est promptus ad retinendum vrinam: quia figitur citius in meatu: quam magnus qui velociter remouetur a meatu. Qui ha-
B bet lapidem in renibus aut vesica, non viuit sine periculo. nam si retinetur & claudit meatus, ducit ad hydropisim et ad mortem. Et in renibus nõ debet incidi, in vesica est periculosa incisio de spasmo & fluxu sang. & fistulatione. Et propterea periti istam operationẽ cursoribus reliquerunt. Amplius dicit Albuca. ꝙ lapis magnus non potest incidi sine periculo vesicæ: paruus autem propter periculum non comprehendendi eum. Si ergo incidendus est, mediocris est incidendus. Caueat quicunꝗ, vt non intromittat se de incisione lapidis nisi sit expertus, & hoc viderit a bono magistro: vt dicunt Brunus, Theodoricus, & Guil. Et habeat instrumenta ad hoc apta, rasorium, & vncinum grossum cauatum, & tenaculas longas, filum, & acum, cotonem, & pannos, oua, puluerem ru. & omnia necessaria in promptu. Ca-
C ueat etiã ne incidat hominem antiquum, debilem, & cacochymum, timidum, & dolorosum. Ætas melior ad incidendum est. 14. annorum: vt dicit Lãfrancus. Tempus congruum ver & autũnus.

Curatio lapidis est duplex: secũdũ ꝙ lapis est quidam qui rumpi potest cũ medicinis. Quidam qui non potest rumpi: immo oportet ꝙ incidatur saltim in uesica. aut transponatur: vt dicitur in tertio techni. Est tamen consilium Rasis, ꝙ experiatur cum medicinis longo tempore antequam accedatur ad incisionem.

Duplex est autem curatio cum medicinis: quædã est præseruatiua: quædam proprie curatiua de mente Rasis in libro experimentorum. Stat enim præseruatiua intentio in prohibitione causarũ. puta grossorum humorum, caliditatis loci, & constri-
D ctionis uiarum: licet Gal. videatur in sexto epidemiarum ꝙ exclusa prohibitione caliditatis, vbi non multum excedit, vt dicit: aliæ duę prohibitiones sunt sufficientes defendere renes & vesicam a calculo. Optimum inquit est humores quidem subtiles esse, & corpora renum mollia apud exitum. Et si vtraque hæc custodierit, nunquam generabitur lapis. Nũc autem istæ duæ intentiones perficiuntur vnico genere pharmaci vel diętę: puta attenuantibus in sexto sanatiuorum. Ego enim, inquit de subtiliãti dięta, nephriticos vidi nõ paucos. alios quidem omnino cessare in attenuante diæta: alios vero moderatiores apparere. Et causam illius denunciat in libro de euchymia, subtiliatiuorũ pharmacorũ opus est deobstruere strictos exitus, & incidere & subtiliare & expurgare id quod adhæret grossum & viscosum ex humoribus. Verũ

in eorum approximatione est prçuidẽdum: nam de-
bite approximata curant a calculo: indebite vero, la-
pidem creant, iuxta illud problematũ prima. & quar
ta de generatione animalium. si tantum facit plus nõ
facit aut magis contrarium. E t istud regula qualitas
& quantitas, non omittendo tempus auxiliãdorum
in primo ad Glauconem, & tertio tehni. Altera igi
tur pars præseruatiua istius accidentis quæ per diætã
stat in debita administratione sex rerum non natura-
lium, & trium quæ sui generalitate sunt illis annexæ:
vt sunt aer, cibus & potus, inanitio & repletio, mo-
tus & quies, somnus & vigilia, & accidentia animæ,
obuiatio rerum ab extra, & balneum, & sub diuo sta
tio, declinatio ad caliditatem & siccitatem cum subti
liatione. verum quia Gal. quãtum ad cibos eam per-
transtulit in libro de subtiliante diæta: pertractationẽ
exquisitam omitto de præsenti. In summa tamen di-
co, ꝙ dimittantur omnia quę possunt lapidem gene-
rare, velut sunt, vt dicit Rasis. et Aui. cibi grossi, qua-
lis est panis azymus & crudus, carnes vaccarum &
auium paludosarum, & pisces, & fructus grossi, ace-
tosi, & virides, caseus proprie humidus, et omnis res
ex lacte cõdita, et aqua turbida, et vinũ grossum, atq;
turbidum. Et generaliter omnes res grossæ & visco-
sæ, & difficilis digestionis, & omnis repletio, & vita
crapulosa. Et ita assummabat Rasis in libro diuisio-
num, quod Halyabbas in primo secundę partis con-
cedebat. Custodia, inquit, a lapide est ꝓpter dimisio-
nem ciborum viscosorum, & assiduationem seminũ
mundificantium renes, & abstinentiam a somno su-
per collum, & longitudinẽ strictur ę cinguli, & a mul
titudine equitationis, & labore dorsi. Et ꝙ vtatur
vomitu cum est repletio. Et Hermes dixit, vt Arnol-
dus et Cõciliator testantur, ꝙ imago Leonis sculpta
in auro purissimo sole existente in leone, luna Satur-
num non respiciente, nec ab eo recedente, in bracali,
aut in zona uituli marini, aut leonis portata prę seruat
a calculo. Et sigillatũ olibanum, aut sanguis hircinus
præparatus cum eadem figura, et hora dicta pulueri-
zatum datum cũ vino statim lapidem frangit, et min
gere facit. Quæ vero per pharmaca fit, stat in recto
vsu euacuantium, & lauantium poros. Euacuantur
enim si sunt plethorici cum phlebotomia basilicæ &
saphenarum, si est necesse. Si vero adest cacochy-
mia, purgatio bina est necessaria, per vomitum uide-
licet & secessum. Vomitus autem non solum diuer-
tit: sed euacuat materiam antecedentem phlegmati-
cam generatam in stomacho, quæ in diurno accessu
ad renes parata erat lapidem causare. Istum vomitũ
Hippo. semel in mẽse decernit quinto vtilita. Gal. te-
stante, & Auicen. in plerisq; locis. Per secessum ve-
ro fiat euacuatio in vere & in autũno: vt quando est
necessitas prædigerendi materiam phlegmaticam, cũ
simplici oxymelite in tertio regimenti: aut cum squil
litico seu diuretico: vt Heben Mesue ponit. Et si for-
tius vellet cum syr. radicum. v. herbarum capillariũ:
atq; saxifragię, tribuli marini, & campestris, clauella-
rię, calamenthi, hyssopi, granorum iuniperi, bacarũ
ederę, se. fœniculi, apij, petro. ameos, dauci, cum se-
minibus frigidis maioribus, nardo, squinãtho, aut flo
ribus chamomillę, genestrę, cum aceto squillitico seu
passulato: & de melle vel zucha. ad libitum fiat syru-
pus: quod cum aqua cicerum administretur. Digesta
materia euacuari potest cum pilulis de agarico: aut
E cum benedicta, seu cum diacatholicõ. Post autem
euacuationem eundum est secure ad lauantia & ape-
rientia meatus. Sunt autem duplicia in genere phar-
maca ad hoc apta. Quædam autẽ sunt moderatę vir-
tutis, velut ficus, amygdalæ, fistici, fructus capparis,
passulæ, & similia quę in pluri vsu & in principio tu-
te possunt administrari, de mẽte Gal. nono therapeu.
& alimentorum secundo: eo ꝙ non habet virtutem
properantem intempestiue cibum ad hepar & mem
bra vrinatiua. Et eodem modo possunt administrari
cressones. nam virtutem habent diaphoreticam, vri-
natiuam: atque lapidis vesicæ frangitiuam in octauo
pharmacorum. Et vrticas laudat Aggregator: & hoc
Auenzoar confirmat. Alia vero sunt magis violentę
virtutis, velut sunt pulegium, fœniculum, ius cicerũ
nigrorum, & similia quæ in raro vsu, & correcta, &
F longe a cibo debent administrari, ne adurendo sang.
& renes calefaciendo, lædant. Et ne velocitate latio-
nis cibũ indigestum deducatur ad hepar, & loca vri-
natiua: vt est de mẽte Gal. quarto. & sexto sanatiuo-
rum. Huius autem intentionis est pureta cicerum
magistri Arnoldi quæ remollita per noctem in dulci
aqua cum eadem de mane duobus feruoribus bulliã
tur cum pauco petroselino: et addito modico de pul.
nardino, et croco, et vino albo colato administretur.
Multi vero addunt de gramine mundato: alij de cy-
mino in hyeme: nonnulli in ęstate succum limonum:
aut arantiorum, & se. melonum. Mundificat enim ta
lis pureta venas capillares hepatis, et renum meatus:
et ita prę seruata calculo, vt affirmat. Ad istã etiam
intentionem fiunt vina diuretica in quinto sanatiuo-
rum cum betonica et cestro quod saxifragiam vocãt
G Latini: quidã vero studiose immittunt spicam nardi:
alij vero alia quædam vrinationem mouere queun-
cia. Composita autem pharmaca ad hanc intẽtio-
nem, sunt diacalamenthum, & diaspoliticum in quar
to sanatiuorum qđ Auic. in quinto, & Serapio in se-
ptimo breuiarij diacyminum vocant. Interim autem
caliditas locorum potest corrigi cum oleo ros. viola
ceo, & scorpionũ: & epithemate sandalino: et aqua-
rum frigidarum a nimio excessu cauendo. Tẽpus
autem iam est aggredi curatiuam descriptionem cũ
medicinis. Per medicinas autem easdem hæc curati-
ua intentio completur: quæ & præseruatiua, Gal. in
introductorio testãte. Quæcunq;, inquit, sanãt passio
nes iam fientes, hæc & antequam fiant prohibent con
sistere. Et quarto sanatiuorum. eadem est custodia fu-
turorum laborum & correctio iam generatorum: li-
H cet gradualitas varietur: fortioribus tamen indiget la
pis vesicæ quam renum: vt dicit Auicen. Ante om-
nia igitur in actu curatiuo incipiendum est a clysteri
lenitiuo. Post hoc dolore infestante præparetur bal-
neum eucratum, in quo decocta sint mollientia tem-
perate rarificantia, & dolorem sedantia: qualia sunt
secundum Arnoldum lingue canis. M. iiij. berulę. M.
ij. senationis. M. i. apij. M. 5. leniter quassata bulliantur
vnico feruore in aqua simplici: deinde totum in con
cha projciatur: & addatur vini albi lib. i. & cum fue-
rit citra tepidũ, sedeatur sic, ꝙ aqua fere attingat vm-
bilicum: hoc enim notabiliter operatur mitigãdo do
lorem, & vias atq; meatus dilatando, & lapidem edu
cendo. dum tamen approximetur moderate. Post
hoc autem vt tutius pharmacis comminuentibus ma-
xime fortibus vti possit, laudo lenitiuam euacuatio-
nem

nem materiæ antecedentis qualis est cassiafistula: aut diachatholicon: silendo pro tunc de medicinis attractiuis: vt consulit Auicen. Euacuato & linito ventre, danda sunt comminuentia lapidem. Et melior hora approximationis eorũ est in exitu balnei: de quorum catalogo est decoctio cicerum, & decoctio graminis in sexto simplicium. Et quæ non sunt multum calida cum hoc ꝙ incidere possunt, meliora sunt: quemadmodum exemplificatur in quinto eorũdem radic. sparagorum, & rubus, ac betonica, polium, & rubea, & vitrũ combustum quod summe in hoc cõmendauit magister Bertutius Bonoñ. Auicen. vero enumerat radic. costi, radic. rubi, se. altheę, radices tribuli, apiũ, cardum, scolopẽ. capillos veneris, uirgam pastoris, pẽtaphyllon, polium, chamæpityn, radicẽ raphani, & acori, & cyperi, grana piperis, & lapidem iudaicum, cinerem scorpionis, leporis, & sanguinem hirci, & fimum galli atq; columbi: & scarabeos exsiccatos, & cantharides: multi vero commendant grillos et cicadas. Caueatur tamen in istis ꝙ sint bene correcta, & quantitas sit parua: quia vlcerant vesicam. Et ex istis possunt fieri composita, duntaxat (ut docet Auicen.) ꝙ in composito aggregentur quinq; virtutes: mollificatiua videlicet, & penetratiua, et moratiua, confortatiua, & comminutiua, velut ipse ordinat syrupum ad hoc iuuatiuũ, quod Re. miliј solis, drac. v. capilli veneris, drac. vij. petroselini, drac. iiij. ficuũ alb. vij. numero decoquantur cum. vij. libris aquæ donec remaneat lib. i. & bibatur lib. s. post exitum a baln. Et nobilis Serapio dictauit expertum & sublime medicamen ad frangendum lapidem. Cuius forma Reci. se. melonum mund. miliј solis, dauci, vitri combusti, ana partes æquales. terantur, & cribellẽtur, & dentur ex eo, drac. ij. cum aqua decoctionis ciceris nigri. Dominus Napulio Cardinalis, ꝓ ista dispositione vtebatur tali aqua. Reci. philipendulę lib. vi. radic. acori. lib. iij. saxifragiæ cum radic. quantum de omnibus. conquassentur, & ponantur in alembico, & fiat aqua, detur. vnc. i. Auẽzoar vero vir magnæ experientię facit hoc electuarium. Reci. lapidis iudaici, gũmi cerasorũ, lapidis spongiæ, corticum melonum, liquiritiæ, ana vnc. iiij. auellanarum, vnc. i. dauci, vitri vltramarini combusti cum akitram aut alhasce. ana drac. x. pinearum mũdatarum, amygda. excoriatarum ana drac. vi. syrupi de liquiri. quod sufficit. fiat electuariũ. & in qualibet lib. ponantur, drac. ij. optimi balsami qui ĩ hoc, ut dicit, est de melioribus medicinis. seruetur in vase vitreo. Dosis est omni mane, drac. vi. cum syrupo violaceo et quadruplo aquę calidæ. Magister Arnoldus pro isto casu hanc medicinam domino de Bellioco dictauit. Reci. miliј solis, ameos, anisi, marathri, carui, dauci, petro. apij, cymini, anethi, leuistici, cardamomi, piperis longi, sileris montani, se. papaueris, se. melonũ, se. maluæ, granorum iuniperi, bacarum ederæ, se. spargi, nucleorum persicorum, ana. p. i. radic. saxifragię çinçi. galangæ, cinnamomi, spicæ nardi, calami aromatici, liquiriti. rasę, cyperi, acori, sandal. al. rub. lapidis iudaici, lapidis spõgiæ, rasurę eboris, maxillarum luciј, ana partem mediam: cicadarum præparatarum quartam vnius partis: san. hirci secundum doctrinam Alexãdri preparati partes. ij. fiat pul. de quo detur de mane drac. i. cum vino albo. Rasis autẽ talem confectionem ad hoc dictauit & est fortis. Reci. se. melonũ car-

A pobalsami, se. raphani. dauci, petroselini, ana partẽ. i. corticis radicis capparum, corticis radicis opopanacis, amygdalarum amararum, bacarum lauri, squinanthi, cyperi, spicæ, casię l. scolopeñ. harmel. gentianæ, aristolochię rot. asari, cordumeni, bdelliј, ammoniaci, serapini, myrrhę, piperis, acori, ana partem mediam. dissolutis gummis in vino subtili fiant pilulæ. dosis, drac. s. cum aqua ciceris. Et quandoq; fortificatur illud medicamen cũ balsamo. balsamus enim frãgit lapidem, vt testatur Gal. sexto simplicium. Et Auicen. dat fortius medicamen quod expertum est, ut dicit. Reci. cineris uitri, cineris scorpionum, cineris radicis cau. communis. cineris leporis, lapidis spõgię, san. hirci, cineris corticis oui, lapidis iudaici, gummi nucis, acori partes ęquales: petroselini, dauci, pulegiј, gummi ara. seminis altheę, piperis, ana partem. i. & s.
B conficiantur cum melle, et conseruentur. dosis sit vsque ad drac. iij. cum aqua decoctionis tribulorum, & cicerum nigrorum. Et herbæ & radi. diureti. cum pauca quantitate cantharidum syrupatæ, laudantur a Guil. de Saliceto. Et aqua illarum distillata erat consueta magistro Odoni de Lugduno. usus autem communis cum vino calido lithontripton administrat. Post autem administrationem medicinæ frangentes & educentes lapidem laudantur: & innunctio cum oleo scorpionum, quoniam, vt dicit Auicẽ. in quinto canoñ. scorpiones in suis naturis sunt lapidibus generatis in renibus & vesica sicut carnes viperę venenis reptilium venenosorum. Et emplastra fiant desuper, vt dicit & præcipit Thadeus cum senationibus, parietaria, foliјs cucumeris syluestris, maluarum, caulium, porrorum, morsus gallinæ & id genus. Aut cũ
C cerato sedatiuo dolorum, ut ponit Theodoricus. Re. olei chamomillæ, vnc. ij. olei ros. vnc. i. vitellorum ouorum crudorum, vnc. iij. conficiantur: et cum pãno applicentur. Et commotiones per equitationẽ, & assensiones & ventosationes ab ilio vsque ad vesicam. Et euaporationes cum oleis calidis rutæ, castorei laudantur ab Auicenna.

*De arte mingendi cum medicinis.*

Prouocatur vrina denegata cum prouocantibus dictis maxime in quibus cantharides ponuntur iuxta doctrinam Gal. tertio pharmacorũ & complexionum. Et Rasis nono Almansoris in balneo administratis & cum embrocis, emplastris, vnctionibus, & humectationibus applicatis supra pecten, virgã, et perinęum, & in virgã, et in uesicam in-
D tromissis proprie qñ causa denegationis est in vesica. Et magister Iordanus faciebat iniectiones, & syringationes infra vesicã cum balsamo: & Theodo. cũ petroleo: Aui. cum oleo scorpionũ. & nõnulli cum stercore colombino in lixiuio dissoluto aut colato. Aliј vero prouocant vrinam denegatam inungendo pecten, & renes cum axungia cuniculi aut cum galbano posito super caput virgæ, aut alliјs aut cepis: aut fiat suppositorium de sale gemmæ: aut imponendo pediculum seu cimicem in foramine virgæ. Item radix raphani & lapathiј, petroselini, & vrticę cocta cũ vino & cum oleo frixa, & super pecten applicata cõmuniter laudantur in vrinæ prouocatione. Et si cum medicinis non potest mingere: recurrẽdum est ad instrumenta, vt statim dicetur. Nunc iam vereor vlterius ampliare sermonem in medicinis. hora autem est

transire ad actum curatiuũ cum manuali operatione.

*De cura cum manuali operatione.*

Duplex autem est cura quæ per actum manualẽ fit. quædam est palliatiua: quædã vero proprie curatiua. Palliatiua proprie habet locũ quando lapis est nimis magnus: ita ꝙ non potest duci ad collum vesicæ: in quo salubrius potest fieri incisio cum sit carnosum: vesica vero est neruosa & locus vrinę, et non consolidaretur: immo ipsius incisio est mortalis, Hippocrate in sexto aphorismorum testante: aut si est in antiquo aut in corpore non potente neq; volente sustinere incisionem. Et completur ꝙ patiens ponatur in balneo mollificatiuo: deinde cum cathetere, idest intromissorio aut argalia seu syringe inũcta cum butyro aut aliquo suaui oleo intromissa per virgam impingatur de collo vesicæ vsq; ad fundum ipsius: aut cum digitis præparatis & inunctis intromissis per anum, idem fiat. remanere enim potest in fundo per. 40. annos, vt dicit Theodoricus, aut p longum tempus, ut dicunt alij. Est autem catheter intromissorium longum & subtile sicut proba. in fine cuius potest esse nodulus, vt intrinsecus non offendat. Argalia seu syrinx est cannula illiusmet longitudinis & gracilitatis forata in puncta & in lateribus. in summitate eius est lata ad modum emboti: in qua potest ligari bursa corij seu vesica porci vel arietis: et quædam est cum vite: quædam sine vite: aut ad modum clysterum.

*De arte mingendi cum instrumentis.*

Modus autem mingendi cum instrmentis est secundum Halyab. nono sermone partis secundæ: & secundum Auicen. & Albuca. ꝙ posito patiente super sedem & ipso balneato aut fomentato cum aquis & oleis, intromittatur instrumentum, deinde per uirgam extensam uersus ventrẽ suauiter vsquequo sit prope anũ: deinde declinetur virga cum toto instrumento versus inferius, vt dirigatur instrumentum versus uesicam, quæ facit hic reduplicationem, donec sentiatur eum cadere in uacuum. & tunc intelligatur esse in vesica. Et si cum isto instrumento fuerit virgula, aut filum lanæ: extrahatur & egredietur tunc vrina & humor ille, siquid impediebat vrinam. Q₂ si propter fricationem lęsa fuerit via, & euenerit sanguis, collyrium album cum lacte mulierum immittatur.

*De incisione lapidis.*

Curatio vero lapidis per incisionem fit secũdum præfatos magistros: & illud quidẽ ego vidi: ꝙ in primis euacuentur intestina cum clysteri. Et in crastinum ieiuno stomacho patiens faciat vnum saltum uel duos: vt lapis descendat. Et tunc situato patiente reuerso super discum vel super genua alicuius fortis ministri, curuentur coxæ, & ligentur fortiter cum collo, & teneantur ampliatæ, ne possint se mouere hora operationis: & tunc impresso ventre super vesicam cum pugno et impositis digitis per anum, vt dictum est, ducatur pro posse lapis ad collũ vesicæ inter anum & testiculos, & tũc secundum incessum rugarum loco remoto aliquantulum a parte sinistra a cõmissura: quia in ipsa est locus mortalis, vt dicit Auicen, incidatur cum rasorio vsq; ad lapidem

E tantum ꝙ lapis cum vnco concauo possit extrahi cũ facilitate: & ipso extracto & purificato loco, suatur vulnus: et super ipsum pul. rub. ponatur & albumen oui: & ligetur firmiter: & collocetur in lecto: & non soluatur vsq; ad tertium diem: vt præcipit Rogerius: & cum diapalma, vt cętera vulnera, curetur. Ita autem curatur in viris. In mulieribus vero raro accidit lapis in vesica: & quando fit, per impositionem digiti in matricem, vt dictum est, curatur. Nonnulli vero ut Rogerius post incisionem ponunt vitellum oui in hyeme, & albumen in æstate. Et quatuor magistri. farinam cum stuppis. Tempore autem curæ parũ potent, & vinum non album, sed rubeum, stypticũ cum aqua ferrata lymphatum: & comedant sobrie, & cibaria electa paucarum superfluitatum. Si autem contingit ꝙ lapis propter eius paruitatem venerit ad

F virgã: ligetur versus vesicam, vt non recedat: & postea sugendo extrahatur, aut tenaculæ longæ & graciles imponantur, & capiatur, & extrahatur: : aut gracile terebellum, vt dicit Albuca. imponatur: & cum illo frãgatur: & frustatim extrahatur: aut virga in parte inferiori ubi magis eminet lapillus, incidatur secundum longum: & extrahatur, & suatur: & postea ligamentum remoueatur: & vt supra curetur. In omnibus tamen apostematio prohibeatur. Et si dolor infestaret, consulit Auicen. ꝙ ponatur in balneo eucrato, & inungantur cum oleis lenificãtibus, quale est chamomillinum & anethinum: & super vulnus butyrum tepefactum. Et si videantur mala accidentia euenire: sit deus auxiliator.

*De passionibus uirgæ: & primo de infrigidatione, & malefactione.*

G Ista enim sunt peccata quæ contingunt in mẽbris generatiuis: maxime in viris. Nam sicut sterilitas maxime contingit ex parte mulieris, (vt tenet Serap̃. in quarto breuiarij.) ita infrigidatio & malefactio quæ est priuatio coitus a parte virorum: eo quia in mulieribus non priuatur coitus: nisi propter vuluę oppilationem. In viris vero priuatur propter malam complexionem frigidam, quę aufert erectionem: et propter malam complexionem abbreuiantẽ & adnihilantem uirgam & testiculos. Propter autem malefactionem contingit in vtroque. Differt autem infrigidatio a malefactione: quia realiter infrigidatio concernit complexionem: malefactio animum & complexionem: licet vulgariter dicatur ꝙ infrigidatio fiat propter naturam corporis: malefactio vero

H propter rem diuinam: vt quando aliqua facinora sunt facta. aut mala fuerit cogitatio inter virum & mulierem.

Signa autem infrigidationis & malefactiõis propter peccata corporis sunt manifesta, quando est castratus, quando virga est breuis, & nihila, & male composita: quando est frigida, & paralytica, sine pilis, rugosa, & male colorata: ꝙ si comederet omnes species totius mundi & pigmenta, & fricaretur, & calefieret cum omnibus calefacientibus, et excitantibus quæ possent fieri: non erigeretur, neque exiret in actum coeundi.

Signa autem quãdo est propter rem diuinam aut malum animum, sunt: quando omnia stant bene: & tamen nõ potest exire in actum debitum coeundi præcipue cum vxore: licet possit cũ

alijs:

aliis: & quod reducitur ad actum per orationes & remotiones maleficiorum & malarū cogitationum. Iudicatur per Gal. auctoritate Platonis in cōmento illo. Mulier si non conceperit. quod qui nō potest coire et generare, non iungat se cum muliere: deluderetur enim natura, & perderetur genus. Iudicatur etiā quod si tales essent cōiuncti per formā, quod fiat diuortium per iustitiam. Verum quia iustitia consueuit cōmittere examē medicis: pro tāto ponitur hic modus examinādi. Et est quod medicus habita licētia a iustitia examinet primo complexionem & cōpositionem membrorū generatiuorum: deinde habeat matronam in talibus cōsuetam: & præcipiatur quod iaceant insimul per aliquos dies ipsa matrona præsente cū eis. Et det eis species & pigmenta: & eos calefaciat: & inungatur cum oleis calidis: & fricet iuxta ignem sermentorum. et iubeat eos confabulari et amplecti. Deinde quod uiderit referat medico: & quando medicus fuerit bene informatus: corā iustitia cum veritate deponere potest. Caueat tamen vt non sit deceptus: quia multæ fraudes in talibus cōsueuerunt committi: et maximum periculum est separare quos Deus cōiunxerat: nisi iustissima causa requirente.

*De priapismo.*

Priapismus est inuolūtaria uirgę erectio. Et in hoc differt a satyriasi, in qua est volūtas et desideriū illius. Causa autem eius secundū Gal. 14. therapeu: est ventositas vaporosa in neruo cauernoso introducta a cibariis ventosis & a frigiditate cutim densante exire prohibita: fit etiam quamplurimum secundū mentem eius sexto Interiorum ab arteriarum virgæ dilatatione. Et signa distinctiua ponūtur ibidem: nō tamē est multum in hoc insistendum. Sed eius cura fit supposito regimine vniuersali quod in densatione fomentetur locus cū ruta, et agnocasto. In operatione infrigidetur cum succis frigidis & cāphora & ceroto Gal. & appositione laminę plumbi.

*De calefactione & fœtiditate in uirga, propter decubitum cum muliere fœtida.*

In primis lauetur cū oxycrato: et deinde cum vnguento albo camphorato, vt pustulæ vlceratæ curentur.

*De præputii clausura.*

Curatur secundū Haliab. & Albuca. aperiendo cū vngue aut cum spatumine: deinde ponendo tentā cannulatā de ligno, aut de plumbo, vt possit vrinare linita cum butyro, aut oleo amygdalino.

*De circuncisione.*

Circuncisio secundū legem fit iudeis & sarraceni & aliis: quæ multis est vtilis: propterea quod nō congregantur sordities in radice balani, quæ calefaciunt ipsum. Et tunc cum vnguibus trahatur pręputium quantum erit possibile, & cauendo de balano incidatur: & post cum pulueribus ru. aut cum cauterio sanguinis restringatur: et more aliorū vlcerū sanetur.

*De castratione.*

Castratio fit secundum Albuca. secundum duos modos. Aut per attritionem, aut per scissuram. In illa quæ fit per attritionem, oportet quod sedeat infirmus in aqua calida donec mollificentur testiculi eius. Et postea cum manibus comprimantur, et

A conterantur donec resoluantur. Per scissuram fit secādo cutim, & apprehendantur testiculi, & ligentur, & incidantur, & extrahantur: deinde suitur cutis, & curatur vt cætera vulnera.

*De mollificatione oschei & elongatione eius.*

Incidatur quod est nimium, saluando testiculos: & suatur: & vlcerum aliorum curatione curetur, & sanetur.

*De hermaphrodito.*

Hermaphroditus est natura sexus duplicata: & est secundum Albuca. in viris secundum duos modos: quia quandoque est vulua pilosa inter testiculos duos: quandoque in spatio quod est apparens subtus. In muliere autem est vna species in qua supra vuluam apparet virga & testiculi, & multoties curantur per incisionem, vt dicit Auicen.
B Non autem illa quæ facit vrinam: vt dicit Albuca.

*De passionibus matricis.*

Multis modis clauditur matrix, vt ostendit Albuca. Curatio est vna tantum incisio, si fuerit caro addita cum rasorio, aut ligamine cū filo. Si autem fuerit pellis, cum vnguibus aperiatur, aut rasorio. & tenta cannulata de ligno, aut de plumbo linita cum butyro, aut oleo vt mingere possit: aut solida de pāno ad modū paruæ virgæ ponatur: & sępe eam remutet: aut coitu utatur vt nō reclaudatur.

*De amplificatione matricis.*

Amplificatio. cōstringitur matrix secundū Auic. ut pulueris corticis pini ptes. iiii. aluminis partes duas. ciperi partē. i. decoquātur cū vino
C styptico et madefiat ī ipso pānus lineus, et applicetur.

*De tentiginæ matricis.*

Tentigo. Quandoque illa additio carnosa quæ vocatur tentigo, in vulua crescit in tantum, quod facit displicentiam et nocumentum. Et cura eius est secundum Albuca. quod incidatur cum ligamento, aut rasorio: & non vsque ad fundum timore sanguinis: deinde aliorum vulnerum curatione curetur.

*De extractione fœtus.*

Fœtus naturaliter egreditur super caput suum facie versus terram euersa. Omnis autem alter exitus est innaturalis, & difficilis. Fit etiam difficilis partus propter pluralitatem fœtuum. Nam aliquoties sunt duo: & secundum Auicennā quinque vel plures: secundūm vero Albuc. plures quā
D septem: quia decem vt dicit. Et quia istud negocium exercetur per mulieres vt plurimum, non oportet in ipso multum ımorari. Incantandę tamen sunt obstetrices, quod si forma exitus sit naturalis & difficilis, cum fomentationibus et inunctionibus mollificātibus partes illę mollificentur. Et quod mulier iuuet se cum expressione & retentione anhelitus, & prouocatione sternutationis cum puluere piperis, aut euphorbii, & id genus. Et buthormare & agrimonia ligata in coxa facilitant partum, vt dicunt experti.

Si vero forma exitus non est debita & naturalis, quod toto posse eleuando coxas mulieris, reducatur ad naturalitatem.

Et si a casu fœtus esset mortuus: quod cognoscitur per minorationē māmillarū, & per ımobilitatē fœtus, qui ante mouebatur, per frigiditatem ventris, per fœto-

rē anhelitus, per profunditatem oculorū, & mortificationem labiorum & totius faciei, per inflationē vētris, & per præcessionem alicuius acutę ęgritudinis aut offensionis: Tunc obstetrix debet attentare cum manibus inunctis: et locis illis cum mollificantibus, mollificatis, fomētatis, & pessarizatis, et prouocatiōe sternutationis, & medicinis prouocantibus abortum, velut est castoreum, et myrrha, cū ruta, & similia: si poterit eum extrahere: si nō: intromittatur instrumentū dictū speculum factū cum vite torculari: et aperiat matricem quantum erit possibile: & postea cū manibus & vncinis & tenaculis integrum aut frustatim extrahatur, & nō remaneat. licet Albu. dixit se vidisse mulierē quæ super impregnata, est super fœtum mortuū dimissum. Et post longum tēpus per apostema umbilici exiuerunt ossa: & sic longo tēpore vixit. Est tamē cautela: ꝙ si in capite fœtus mortui, aut in pectore seu uentre vel in secundina fuerit aqua tumore exitū impediens: ꝙ cum vngulis, aut spatumine incidatur: & aqua extrahatur: & sic melius exibit. Si autē contingeret mulierē ipsam esse mortuā: quod cognoscetur per signa dicta superius de mortuis: & suspicaueris ꝙ fœtus esset viuus: quia vetat lex regia mulierē pręgnātem humari, quousque fœtus exiuerit, tenendo mulieris os et matricem apertam ut volunt mulieres, aperiatur mulier secundū longitudinem cū rasorio in latere sinistro: quia pars illa est magis libera quā dextra, propter hepar: & digitis ītepositis extrahat̃ fœtus. Ita. n. extractus fuit Iulius Cęsar: vt ī gestis legit̃ romanorū.

*De extractione secundinæ.*

Extractio secundinę: quando retinetur secundina: tunc secundū Albuc. oportet vt præcipias infirmæ, vt iuuet se cū sternutatiōne & retentiōe anhelitus super os & nares: & si nō egreditur, suffumigetur matrix cum emboto decoctiōis calamenthi, rutę, centaureę, chamomillę, anethi, & cassię ligneę, et id genus: & prouocetur sternutatio: & dentur prouocātia abortum. Et si non egreditur, pręcipiatur obstetrici, ut submergat manū suā in oleo sisamino, aut in mucilagine althęę. Et intromittat eam ī matrice, & capiat eā suauiter. Et si fuerit annexa, extrahatur qđ erit possibile extrahi: & reliquum cū remollitiuis vt est iniectio vnguenti basilicon, sanetur. ipsum enim putrefaciet eam post dies: et egredietur etc.

*De mola matricis.*

Mola enim est frustum carnis ī matrice generatū, & generatur duobus modis, vt dicit Auic. Vno modo ex multitudine materierum effusarum cum uehementia caliditatis. Et secundo modo in coitu, in quo matrix comprehendit aquā mulieris, & extēdit eam cū nutrimento. Et propter defectum virtutis masculinitatis non concipit. sed illam carnem generat. Cuius signum est: quia non habet motū per se vt fœtus, & extrema sunt ei mollia: & transiuit tēpus partus. Et curatur cum mollificantibus sternutationibus & prouocātibus abortum, & cum pessarijs, et alijs instrumentis, & operationibus, cum quibus extrahitur, secundina etc.

*De exitu matricis & longaonis.*

Fomentetur locus cum vino styptico: et post sinapiçetur cum puluere de radice consolidę, mastiche, in plus sang. draco. bolo arme. mūmia,

E myrrha, nuce cypressi, balausthijs, et alumine, ac certusā in minus: & de eodē puluere cū albuminibus ouorum fiat emplastrum: & cum plagella de cotone ligetur: et quiescat coxis eleuatis: & comedat cibaria delicata, ne exprimere se cogantur.

De hæmorrhoidibus & attricibus fissuris & vlceribus ani & matricis dictum est supra sufficienter: & cū hoc capitulum septimum finit.

*De proprijs ægritudinibus coxarum & tibiarum, & pedum.* Cap. VIII.

IN tibijs seu pedibus magnis pręter ægritudines cōmunes accidunt multæ ægritudines, ꝓpriæ, de quibus fuit dictū supra, vt elephantia, varices, claui, ęgritudines vnguium, et id genus. De malo mortuo posset homo dicere filaterias multas: sed generaliter curatur
F sicut scabies, de qua dictum est supra, cum nihil sit quam fœda & arida scabies. et si habet quid corrosionis pro qua dicatur cauerna, vel vlcus fœdum: dictū est etiam supra. Nihilominus causa collationis, in malo mortuo seu phlegmate salso post vniuersale regimen laudatur lotio cum aqua fabrorum, & aceto decoctionis fumiterrę, lapathij, et chelidoniæ. Et post liniatur cum linimento facto de succo mali terrę, bryonię decoctione cum oleo rosa. aceto & sapone molli. Deinde inungatur cum vnguento facto ex axungia porci antiqua dissoluta cum aceto per nouē dies: acetum de tertio in tertium renouando: & ex vnguento albo, sulphure, alumine, bolo ar. & argento viuo pistatis in mortario plumbeo.

*De dolore & mula quæ in calcaneo accidunt.*

G Quandoque ista accidunt ex obuiatione calciamēti: quādoꝗ ex frigore. Et sanat ipsum, vt dicit Aui. embrochatio cū aqua frigida plurima facta, & epithema de memitha, & bolo ar. resoluto: & cū doctrina data per eum in quarto. ad excoriationē calciamenti. Et dicta superius superficialiter de contusiōe carnis. Haliab. aūt pręcipit pōere coriū ochreę pulverizatum: aut una cū Gal. II. pharmacorum, pulmonē arietis seu porci cōbustum & puluerizatum: & sedato dolore gallā & acaciam cum aceto distemperatā. Vsus autem cōmunis ad sedandū basilicon pōit: ad desiccandū vero vnguentum albū. Hora enim est dare quietē huic sexto. Ille qui dedit motū corporibus, quietem veram det animabus.

## Tractatus septimus qui antidotarium dicitur, duas continens doctrinas.

H Prima est de vniuersalibus antidotis seu auxilijs. Secunda erit de particularibus.

### Prima habebit duo capitula.

*De phlebotomia, uentosis, & sanguisugis, etc.* Cap. I.

DEceret prolongare sermonē, si de antidotis cū quibus ducitur finis intētus in chirurgia ad loca subiecti, tractarem exquisite: maxime cū per totum librū tractando modum ducendi finem illū, per curatiuas intētiones exemplificādo multa & magis ꝓpria sint inserta. Et qui nō erit cōtētus, et plura habere voluerit, q̄rat, & accipiat in toto continente: & in antidotairo

tidotario magno Azaramij: in quibus mille milia au- A
xiliorum antiquorum inueniet aggregata. Empirias
et incantationes parum acceptaui, de quibus in gilber
tina et thesauro pauperum copia inuenitur multa. Ve
rūtamen vt non videar exire tramitem aliorum: bre-
uius quam potero aliqua, magis tamē cōmunia & mi
hi vsitata rememorabo. Et non displiceat reiteratio:
quia multoties repetita prosunt vtilia. Et cum hoc se
corrigi possunt duplicata. Verum quia phlebotomia
inter omnia est magis cōmune & generosum auxiliū,
(Nam inefficax omne reliquum in ægritudinibus san
guineis fit ab ea in. ix. therapeu.) incipiendum est ab
ipsa. Phlebotomia est incisio venæ euacuans sangui-
nem & humores cum sanguine in eis decurrentes. Ita
describit eam Arnaldus in libro de opere particulari,
in quo opus phlebotomiæ adducit in exemplum. Et
ideo dicebat Auicenna in quarta primi ꝙ erat euacua B
tio vniuersalis multitudinē euacuans. Et in prima ter
tij, ꝙ erat cōmunis humorum euacuatio. Et Gale. se-
xto aphorismorum. quibuscunq; phlebotomia etc.
Phlebotomia nanq; cōmune auxilium est ægritudi-
num plethoricarum. Et est secundum Rasim in quar-
to Almanso. multum conferens in sanitate conseruan
da, & ad ægritudines curādas, si fiat vt oportet. Si ve
ro fiat aliter, est causa debilitatis virtutis, & generatio
nis hydropisis, & aliarum malignarum ægritudinū,
& anticipatiōis senectutis. Phlebotomia enim magna
fuit vt probat Gale. in libello de phlebotomia in illo
romano qui in oculis patiebatur: ita ꝙ ex hoc Erasi-
strateus qui inhibebat phlebotomiam, sanguisuga vo
cabatur. Est enim securius auxilium quā pharmacia:
quia hoc bonum maxime in phlebotomia existit, vt
dicitur ibidem: quia quando volumus eam sistere, si- C
stimus: quod semel autem ad ventrem transglutitum
est, operatur: neq; possumus sistere, vt volumus.
Circa hoc generosum auxilium Gale. in libello prę
dicto de phlebotomia querit quinq; problemata. Pri
mum, qui sunt qui euacuatione indigent. Secundum,
qui cum phlebotomia. Tertium, qui sunt illi qui pos-
sunt eam sustinere. Quartum, per quas venas est faciē
da. Quintum, de mēsura phlebotomię. Deinde deter-
minat de tempore. Et alij doctores de regimine ipsius
addiderunt.
Primum autem requiritur per vtriusq; repletionis
pręsentiam. secundum vasa videlicet, & virtutē, ꝓut
in libro de multitudine, & quarto sanatiuorum est di
stinctum. Quæcunq; enim repleta euacuare oportet
vt in aphorismis clamat Hippocratis doctrina: siue sit
de parte sanatiua, siue de pręcustoditiua: vt in nobis D
absq; causa non conteratur sermo sicut dicit Galenus
in commento.
Secundum ostenditur per venarum repletionē in
cōmento. dolores oculorum, & quarto sanatiuorū,
& vbiq;, si est ex omnibus humoribus æqualiter, siue
ex sanguine abundāte: ꝙ faciēda est euacuatio ꝑ phle
botomiam, eo quia venæ loca sunt sanguinis & alio-
rum humorum maxime naturalium, vt in anotomia
fuit dictum. Sex enim sunt intētiones propter quas
fit vtilis phlebotomia. Prima est ad euacuandum. Se-
cunda ad diuertēdum. Tertia ad attrahendum. Quar
ta ad alterandum. Quinta ad pręseruādum. Sexta ad
alleuiandum. De prima dixerunt methodici & alij
plurimi, vt deducitur in quarto therapeutices, ꝙ eua-
cuatio pro obiecto solum respiciebat plethoricum cō
cursum, de quo ibidem reprehendit eos Gale. & in li-
bello allegato de phlebotomia. ꝙ phlebotomia non
solum fit propter multitudinem: sed propter passio-
nis fortitudinem sine multitudine, incipiēte phlegmo
natione propter percussionem, vel dolorem, vel im-
becillitatem particularum. ista enim operantur phle-
gmonationem absq; ea quę secundum corpus multi-
tudine. Fortitudinem autem passionis vocat triplici-
ter: aut propter principalitatem passæ particulæ: aut
propter magnitudinem dispositionis: & tertium pro
pter ipsius malam morigerationem. De secunda di
cebatur in libello dicto: ꝙ assumitur phlebotomia ali
quando vt euacuatiuum: aliquādo vt antispasticum,
idest diuersiuum auxilium: vt in fluxibus ipse decla-
rat ibi: & in quinto therapeu. hęmorrhagizante nare
dextra, in dexta manu: altera vero, in sinistra. Et hæc
est Hippocratis in quinto aphorismorū cantilena po-
steriora capitis dolentibus quæ in fronte recta vena in
cisa iuuat: non solum vt commentat Gale. ingeniatur
Hippoc. euacuare vbi oportet euacuare: sed cum an-
tispasi. De tertia dicitur in eodem libello ꝙ si men-
strua prouocare velimus, venas inferiores aperimus,
vel suras scarificamus tempore assueti motus. De
quarta dicebat Gale. in nono therapeutices, & in com
mento. 23. primi aphorismorum exeuntia nō in mul-
titudine coniectari, ꝙ phlebotomia vsq; ad lipothy-
miam refrigerationem totius habitus confestim ope-
ratur, & extinguit febrem ac si occidisset eam. De
quinta ostēdit i eodē libello, Et in. 6. aphoris. cōmēto
illius aphorismi. Quibuscūq; phlebotomia cōfert: ꝙ
phlebotomia multos paratos incidere in ægritudini-
bus, pręseruat ut non cadant in eisdem: quod declarat
de paratis ad spuendum sanguinem, ad peripleumo-
niam, squinantiam, synantiam, et epilepsiam, apople-
xiam: qui faciēdo phlebotomiam in vere fuerunt prę
seruati ab eisdem. Etiam in casibus, et percussionibus,
& vulneribus pręmittitur phlebotomia: vt aduentus
phlegmonis, ut dictum est, prohibeatur. Melius est. n.
anticipare phlebotomiam, quam multitudinis expe-
ctare symptomata. De sexta loquitur Gale. in. xi.
therapeu. capitulo. 15. versus medium: igitur quidem
optimum, vt dictum est, venam incidere non solum
in synochis febribus: sed in alijs omnibus quę in putre
dine humorum, quādo vel quæ ætatis vel virtutis nō
prohibuerint: alleuiata enim quę dispensat nostra cor
pora natura, & deponet quod aggrauat eam velut ali
quod onus, dominabitur reliquo facile. itaq; & dige-
ret quod digeri potest: & extrahet quod extrahi po-
test, recolens propriarum actionum.
Tertium, qui sunt illi qui eam possunt sustinere cō-
cluditur in eodem libello, ꝙ sunt habentes uirtutes ro
bustas venas, grossas & amplas, habitudinem nō mul
tum macilentam, & colorem non album, & carnem
non mollem. Contrarie autem dispositi nequaquam
salubriter eam sustinere possunt. sanguinem enim mo
dicum habent, et facile euaporabilem carnem: & secū
dum istam rationem infantes non sunt phlebotomā-
di ante quatuordenalem ætatem: neq; senes vltra. 70.
annos, nisi pręsente magna necessitate: & tunc cū prę-
uisione et cautela. Et secundum ipsum met Gal. vt as-
mitur per Rabbi in principio ad Glauconem, ꝙ insue
ti phlebotomari non sustinent phlebotomiam, neq;
habentes stomachum debilem, neque corpora diar-
rhæis occupata, neque crapulam seu indigestionē pa-

tientes quæ secundũ ventrẽ vt etiam in.xi.therapeu. dicebatur. Et Hippo.prægnãtes excipit saltem quãtũ ad extremos uel postremos mẽses. Quicquid sit, tñ significatio in prohibendo phlebotomiã quę sumitur a virtute, omnes alias superat in.ix.therapeu. Multi enĩ propter debilitatẽ virtutis in phlebotomijs perierũt. Cõmune autẽ est in vtroq; opusculo, custodire virtutẽ. Et hinc est ꝙ omnia illa quę debilitant virtutem, prohibent phlebotomiã, vt fluxus ventris, ac purgatio alia, nimius sudor, colica, spasmus, tremor, longa ægritudo, superfluus coitus, nimiũ balneũ, angustiæ, solicitudines, vigiliæ, labores, & id genus. Rasis autẽ quarto Alman. addit ꝙ q multa carne & nimis rebus dulcibus vti cõsueuerunt, phlebotomari optime possunt. Qui vero passi sunt abstinentiam, & interiora habent debilia, & qui phlegmatici sunt, & ægritudines cõsueuerunt habere frigidas, ac qui habitant in regiõe & aere calidissimo ac frigidissimo: nõ debent phlebotomari. Ebrius & fastiditus nõ phlebotomẽtur donec omnino ista ab eis fuerit remota, nisi ex tarditate phlebotomiæ magnus ĩmineret timor in septimo Alman. Particulariter autẽ & exquisite omnes significationes cõcedentes & denegantes phlebotomiã pertractauit optime magister Arnaldus in libello suo superius allegato de phlebotomia per cõsideratiõnẽ rerum naturaliũ & non naturalium & cõtra naturã docendo eas mensurare & ponderare: & de eis facere vnũ capitulum, et dare magis instantia secundũ possibilitatẽ alias non negligendo, vel per quantitatem phlebotomiæ uel per alias eas corrigendo secundũ quod dicetur. De pharmacijs infra quia tamen istud est magis phisicum, quã chirurgicũ, dominis physicis dimitto quantum est de præsenti.

Quartum per quas venas est phlebotomia facienda est notificatum per vniuersum tractatum. In summa tñ ponit Haliab.in.ix.sermone partis secũdę libri regalis. ꝙ uenę q̃ minuũtur ĩ hominibus, sunt.xxxiij. quarum duodecim sunt ĩ brachijs, duæ: scilicet medianę: duę cephalicę: duę basilicę: duę ascellares: duę cubitales: duæ seynales. In capite sunt.xiij. duæ post aures: duę in angulis oculorũ: duę organicę: duę verticis: & vena frõtis: vena puppis: vena nasi: duę venæ sub lingua. In pedibus sunt octo: duæ in genibus: duæ saphenæ: duę sciaticę: duę pectinis pedis. Albu. vero non ponit nisi.xxvi. quarum decem sunt in capite, & decẽ in brachijs, & sex in tibijs & pedibus. Gal. aũt in libello sępe allegato dicit ꝙ venæ q̃ phlebotomantur secundũ cubitum, sunt tres: quæ intus, q̃ extra, & quę intra. Illa autem quę intus, partibus a collo inferius cõfert: quę vero extra, ĩ his q̃ supra: media uero iuuat utraq;. Venę uero q̃ ĩferius, sunt duę. s. illa quę est secũdũ inguina. i. plicaturã genu. alia secundũ suras & cauillas, quæ ꝓpter passiones renum, matricis, & vesicę phlebotomantur. Ita etiã & secundũ oculos tm̃ phlebotomare, passiões oculorũ iuuãt. Et quæ secundum linguam, phlegmonis pharyngis cõferunt: aliarum tñ cõmunium præcedente phlebotomia. Cõueniens. n. est vniuersales euacuatiões pręcedere particulares: vt clamat tota ista doctrina. Arterias aũt multi dubitauerunt incidere propter periculũ sanguinis, et aneurismatis seu emborismatis. Verũtamen Gal. per rationẽ motus in passionibus spumosis præcipiebat incidere ea quę secũdũ tempora et quę post aures. Et per somnium habuit eas quę extrema manu sunt ĩcidere. To-

E talem aũt incisionem earũ minus verebatur, quã secundum partẽ phlebotomiã. Cõmunis autẽ in his omnibus sermo est: qm̃ incipientes phlegmonas antispastice cõuenit euacuare: perfectas vero & diuturnatas ex ipsis ꝑticulis euacuare cõuenit, si est possibile. si uero non est possibile, ex proximis in quinto therapeu. Et hæ erant duę Hippo. intentiones cõmunes. Omnis ĩmoderata euacuatio deriuatur & euacuatur ad loca propinqua: antispatur ad opposita & longa, capitulum libelli de phlebotomia seruando, ꝙ omnis antispasis fiat secũdũ cat euthy seu ixin. i. rectitudinẽ, nõ transcendendo duas diametros vt in fluxibus nariũ, hæmorrhoidum, & menstruorũ. declaratur de superiori ad inferius, & de dextro ad sinistrum, de anteriori ad posterius. Euacuatio vero & deriuatio ad proxima, vt de hepate ad manũ dextram: & de splene ad si-

F nistrã. Intelligendo sane de splene quantum ad materiã grossam ipsi paratã nocere, quæ magis stat & euacuatur per partẽ sinistram: Non autẽ quantum ad directionem uenarũ: cum nulla quę dirigatur ad manũ, oriatur ab eo: vt in anotomia clare manifestatur. Et intelligitur euacuatione deriuatiua & assumptiua: quia de antispatica quæ competit durante & timente fluxum, semper fit per oppositam partem. Et ita intelligitur dictum Auẽzoar in suo teysir libro primo: tractatu.xvi. de pleuresi, ꝙ fiat phlebotomia ex basilica brachij oppositi: quamuis vt dicit quidam nouus medicus nostri temporis, videatur ꝙ sit fienda minutio ex eadem parte ęgritudinis, inducendo super hoc verba logicalia & sophistica: qđ mihi nullatenus videtur esse rationabile, neq; verum: ĩmo credo certissime ꝙ facere illud omnino est mors infirmi. Timore tamen se-

G curato de fluxu, fiat de eadẽ parte sicut præcipit Hippocrates in secundo regimenti. Quando dolor ad spatulas ascendit, & quarta therapeu. &.xiij. & vbiq;. Et ista fuit intentio Auic. dum dixit ꝙ in principio morborum repletionalium, penitus dimittatur phlebotomia scilicet euacuatiua & deriuatiua seu assumptiua ꝑ eandem partem: quæ non debet fieri nisi post statum, dum maturatio apparuerit: quæ autem fieri possit, & debeat antispatica, & subtractiua per partem oppositam & longinquam, non negat: ĩmo concedit in principio apoplexiæ, synantiæ, & in magnis apostematibus ꝑnitiosis, & fortibus doloribus. Et si est necesse vsq; ad syncopem exclusiue: ut tenet schola nostra cõmunis: hoc tamẽ non debemus facere nisi constet nobis de uirtute. Redeundo ad propositum licet Auicenna magis specificauit ad quas ægritudines singu-

H lares incisiones venarum competunt & conferunt: sufficit tamẽ chirurgo in genere quod dictum est per Galenũ. Albuca. vero triplicem tradit modum incidendi venas cõmunes, per longitudinem: uenas particulares, per transuersum: arterias per ligaturam & cauterium: vt dictum est ĩ tractatu. Et dat tres formas phlebotomorũ cum cultellari, quę est lanceta cõmunis: cum murtino, quæ est lata lanceta: cum frixorio, quod est instrumentum equorum: & hoc sufficiat de quarto problemate.

Quintũ de mensura phlebotomię dicitur, ꝙ nõ potest dari certa regula: cũ oĩa medicinalia sunt coniecturatiua, vt dicitur in libello, et tertio therapeu. Nihilominus mẽsura regulatur secũdũ Arnaldũ seq̃ndo doctrinam Hippo. ꝙ quæ egrediuntur, nõ quantitatẽ solũ, sed & tollerantiã cõiecturare oportet, addẽdo cõ-

plexionẽ

plexionem temporis, regionis, ætatis, ægritudinum
in quibus curā dare oportet. Sunt enim inter ista po-
tiora ad mēsurandum quantitatē phlebotomiæ, quā-
titas ægritudinis, & virtus. Nam si necessitas est ma-
gna, & fortis est virtus: fiat magna in vna vice & vs-
que ad syncopem dictam. Si vero virtus fuerit debi-
lis, non fiat tanta insimul: sed per sedationes & vices
diuidatur. Attendere autem debet vel oportet debi-
litatem per pulsum: quemadmodum Gal. assueuit in
phlebotomijs semper tangere ipsum. & quando per-
cipiebat inæqualitatem & minorationē, statim iube-
bat constringere phlebotomiam. Sanguis autem, dū
exit, est attendendus: quoniā si mutatur in meliorem
dispositionem, illico est constringendus: vt in primo
regimēti dicebatur. Magna phlebotomia apud Gal.
& Auic. confirmantem est dc. vi. lib. minor de media
lib. media & communis de vna lib. Et secundum Da
mascenum consulitur, quibus in iuuentute semel tan
tum in anno phlebotomari consuetudo affuerit, vbi
in ętate quadraginta annorum erūt, tertio quoq; an-
no semel. In. 50. aut. 60. sexto quoq; anno semel con
ferendum est: ulterius uero ex toto dimittendum est.

Sextum est de tempore phlebotomię. vbi sciendū
secundum doctrinā Aui. ꝙ phlebotomia habet duas
horas scilicet necessitatis, & electionis. hora necessita-
tis est in qua fieri oportet, & quæ tardari non potest:
& in qua res prohibitoria non attenditur absolute &
omnino: licet aliqualiter, vt dicit Arnoldus, & bene.
si illud prohibens magis nocumentum faceret, quam
iuuamentum. Et tunc illud nocumentum corrigere-
tur: aut ad aliam euacuationē permutando: vt in pue
ro pleuretico fieret scarificatio, loco phlehotomię.
Nō obstante ꝙ Auenzoar filium suum trium anno-
rum phlebotomauerit, & euasit per hoc a morte: vt
testatur Auerrois in septimo Colliget: nō tamen hoc
laudat. Et si fecit, erat forte magna synocha: & consta
bat sibi de virtute: & si fuit sanatus, hoc fuit de raro
contingentibus. Omni enim hora diei & etiam no
ctis præsente forti ægritudine, & robore virtutis, ex-
ceptis īfantibus potest fieri phlebotomia: vt dicit G.
in libro præallegato. Hora autem electionis attendi-
tur penes radicem inferiorem & superiorem quæ in
corpore agunt: vt in tertio de creticis dictum est per
Gal. Radix autem inferior attenditur secundum Gal.
& Aui. ꝙ in vētre sit digestus cibus, & exterius sit ex
pulsa superfluitas a secūda hora diei vsq; ad tertiam,
& dies sit quieta, & luminosa non turbata, neq; plu-
uiosa: vt dicebat socius cōcordantiarū: tēpus verna-
le, vel autumnale: & si declinaret ad hyemem, ꝙ eli-
geretur dies austrina, & consimilia. Radix superior at
tenditur ꝙ luna habeat bonam lucem in. 7. 9. aut. ij.
die ascendendo. 17. 19. 21. descendendo, euitando cō-
iunctionem & oppositionem. Et sit in loco & signo
bono, libera a malis: vt in tractatu de astronomia de-
claraui. In casu tamen in quo secundum te qui debes
aliquantulum astrologari, non conuenirent ambę ra
dices in vnum et idem, non obstante ꝙ causa prima-
ria plus influat quam secundaria: eo tamen, quia ra-
dix īferior est effectus superioris: & cognitio effectuū
est nobis medicis certior quam causarum: et cum hoc
idem est iudicium ex secūdis stellis & primis: siue sint
cometæ siue quæcunq; aeris impressiōes, per quas in-
tellexit Hipp. cœleste signū: pro tāto melius est ꝙ te-
neatur certum, et dimittatur incertum. Anxionalis et

A dubia est scientia iudiciorum: et ob hoc sonlēnes phy
sici, vt Aui. & Auer. in medicina in ipsa non multum
curauerunt. De diebus vero ægyptiacis licet non sit
multum curandum: nihilominus propter gentiū ima
ginationem, & locutionem, obseruantur. De illis ver
siculis, Luna uetus ueteres, iuuenes noua luna reqres,
non multū curo. Magister tamen Arnoldus in suis
aphorismis deducit ꝙ circa mediū tertiæ quadrę me-
lior absolute est phlebotomia: eo quia tunc humidi-
tates non nimis sunt cōdensatæ, neq; rheumatizātes.
Neq; de horis motoris humorum, quam secuti sunt
multi Salernitani, præfatus magister curauit: bene ta-
men voluit ꝙ paruæ venæ, quia melius apparent ho
ra vespertina quam matutina, in hora illa phleboto-
mentur. Etiam vult ꝙ in hyeme phlebotomentur si-
nistræ venæ: in ęstate, dextrę: eo ꝙ hūores quos quę-
B rimus in illis tēporibus euacuare, promptius in parti-
bus illis situantur. Vnde versus: Ver, æstas dextrū: au
tumnus hyemsq; sinistrum.

De regimine phlebotomię quod erat septimum, cōsi
derantur tria. Primo de regimine phlebotomatoris.
Secundo de regimine phlebotomati. Tertio de regi-
mine & iudicio sanguinis extracti. De primo osten
dit Gal. & Halyab. affirmat in nono ꝙ phlebotoma-
tor debet esse iuuenis, aptus, & bene vidēs, & in phle
botomando consuetus: et ꝙ sit munitus de bonis lan
cetis diuersarū cuspidum, & ꝙ fricato loco, & a par-
te superiori cum instita ligato, auisata et inuenta bene
vena: cum pulpa indicis, tenendo lancetam cū duo-
bus aut tribus digitis, suauiter aperiat eam, nō totali-
ter perforando, sed aliqualiter eleuando, vt nō læda-
tur arteria, neq; neruus. Et facta euacuatione sufficien
C ti, & disligato membro, diligenter claudatur vulnus
cū cotone & ligatura. Sit tamē munitus semper phle
botomator de cotone et bindis et pulue. rubeo pro-
pter hęmorrhagiā si accideret: vt dicit Aui. Regimē
phlebotomati tripartitū est, in regimine ante phlebo
tomiā, & in actu, & post actum. Antequā fiat phle
botomia, regatur phlebotomādus si suspicetur ꝙ san
guis est grossus, aut tempus est frigidū: ꝙ debet mo-
dicū præambulare, aut in pręcedenti die balneum in-
trare, pręcipue in phlebotomia paruarū venarū ma-
nus & pedis. Et si venæ nō bene apparerent, cōsulit li
ber Elhādi per diē & horam præsentē locū venarum
emplastrare cū fermento. Et si dubitaremus de uirtu-
te, danda est ante phlebotomiā vippa in vino. Et se-
deat si est fortis: si debilis, iaceat aliquātulū eleuatus.
In actu vero phlebotomię, debet remouere zonam,
D & lapides, si portat in bursa: aut in annulis, quę habēt
virtutem sanguinē retinendi. Et facta apertura teneat
baculum in manu: & ducat digitos, & tussiat, & per-
cutiatur modicū cum manu per spatulas. Et si tēpus
est frigidum, aut suspicatur sanguinem esse grossum,
fiat larga plaga: & in oppositis stricta: Verum secun-
datio largam etiam requirit: subtractio & antispasis
& debilitas virtutis strictam & cum apophorasi. Nō
tamen ęst mirandum si apophores & stricta plaga fa-
ciunt apparere pulchrum sanguinem: quia, vt dicit
Auicen. talis plaga interdum clarum sanguinem &
subtilē fluere facit, & spissum & turbidū retinet. De-
bet etiā esse parata aqua frigida, & vocet, & fricetur,
& cętera fiant quę in syncopi sunt dicta. Post vero
phlebotomiam si est calefactus, detur granatum cum
aqua frigida: vt dicit Gal. Si vero non est calefactus,

dentur folia saluiæ in vino madefacta: vt dicit Arnoldus. Et reponatur in lecto iacente, vel iacendo reuersus ad partem non phlebotomatam modicum declinando: & claudantur ostia, ne exuberans claritas offendat visum: vt idem cõsulit Arnoldus. Post autem vnam horam comedat moderate, & non ingurgitet se: ut non more gallicano iterata procuretur phlebotomia: ut idem dicit Arnoldus. Et cibus sit bonę substantiæ, & qualitatis, vt bonum sanguinem generet, & prauum, si remansit, rectificet. Potus autem augeatur respectu cibi: non respectu consuetudinis: ut dicit Ioãnes de Sancto Amãdo. Si dormire cõsueuit, post duas aut tres horas modicũ dormiat auctoritate Gal. nono therapeu. sit tamen cautus in custodiendo venam. Immediate tamen post phlebotomiam dormire prohibet Auicen. ne ex motu humorum ad extra propter phlebotomiam, & ad intra propter somnũ, in mẽbris fiat confractio. Et tale regimen per tres dies ad minus teneat phlebotomatus. De iudicio & aspectione sang. post phlebotomiam multi tractauerunt, maxime Gordonius, & Henricus qui in hoc sequitur eũ: & dixerunt multas filaterias, quę non sunt in usu, quas dominis physicis dimitto quãtum est de præsenti. Sufficit enim chirurgo lætificare phlebotomatum. dicendo ꝙ fuit bona. Nam si sanguis extractus est bonus, signum est, ꝙ ille qui remãsit, est melior: si autem est malus, bonum est ꝙ exiuerit. Sanguis bonus est ille: qui in substantia non est nimis grossus, neque subtilis: sed est frangibilis, competẽter temperatus, in colore rubeus, purus, in odore & sapore amicabilis. Sãguis malus est ille qui deuiat ab isto: vt ille qui declinat ad subtilitatem, & citrinitatem, et amaritudinem, & odorem habet acutum, dicitur cholericus. Qui vero ad grossitiẽ, & nigredinem, aut citrinitatem, & ad acredinem, et odorem habet acetosum, est melancholicus. Qui vero ad viscositatẽ, & albedinem, & saporem, & odorem habet dulcem & aquosum, est phlegmaticus. Qui vero multum habet de aquositate & vrina, significat multitudinem potus, aut renum debilitatẽ. Qui vero est granulosus & cinerosus, significat lepram. Et modus lauãdi in capitulo de lepra fuit dictum. Color niger & viridis, cinerosus & pauonicus, est malus: quia significat corruptionẽ humorũ, & promptitudinem ad febrem, & apostemata & ad pustulas malas. Et spissitudo & fortitudo illius cutis superioris quę cum difficultate rumpitur cum virgula, cum qua semper debet fieri proba: significat promptitudinem ad oppilationes. Color autem seposus aliquando significat frigiditatem: aliquando adustiones: vt dicunt. Distinctio tamẽ habetur per corporis habitudinem. Et humor qui non potest coagulari, significat innaturalitatẽ. et qui potest coagulari in debito tempore saltim mediæ horæ quando est infrigidatus, est naturalis auctoritate Gal. i de cholera nigra. In his enim omnibus consulendum est ꝙ vocentur domini physici qui ordinẽt eis bonũ regimen & purgationem decẽtem. Alias status eorũ est periculosus.

*De uentosis.*

Ventosatio est appositio ventosarum per quam materia intercutata euacuatur. Est autem ventosa instrumentum pyxideum cum orificio stricto & ventre spatioso. Et secundum Albuca. fiunt ex cornibus, & ex ære, atque vitro: et aliquãdo

E cum scarificatione & aliquando sine illa: & quando fiunt cũ scarificatiõe, extrahũt materias sensibiliter. Illa vero quæ absque ipsa, insensibiliter. Et dicit Auicẽ. ꝙ ventosæ magis extrahunt sanguinẽ subtilem quã grossum, & superficialẽ magis quam profundũ. Vnde Halyabbas in nono sermone partis secundæ faciẽs comparationem inter phlebotomiam & ventosam ac sanguisugas: quas hirudines vocat: dicit ꝙ phlebotomia magis euacuat a profundo: sicyia, idest ventosa, quæ confinia sunt cuti: hirudines, quæ inter corporis profundũ & cutim, extrahũt. Et propter hoc phlebotomiæ fortior est euacuatio quam sicyiarum: sicq; & hirudinum quam sicyiarum. Et quia in conseruatione sanitatis, & curatione ægritudinis in multis subueniunt, duntaxat ꝙ fiat vbi & quando oportet. & post vniuersales euacuationes, de ipsis duo inquiruntur.

F Primo propter quid fiunt. Secundo quomodo fiunt. Primo dicitur ꝙ principalis intentio vẽtosarum cum scarificatione est euacuare sensibiliter, & tenere locum phlebotomiæ: quando ipsa propter aliquid prohibens fieri nõ potest: vt in pueris añ. 14. annos, & senibus vltra. 70. & sic de aliis. Et illud fuit consilium Gal. in commento regiminis acutorum. et hinc est ꝙ Auicen. vocat eas vicarias venarum. Ad quam vtilitatem complendam, licet consuetę sint poni per operationes in multis locis: Nihilominus loca quinq; uel sex sunt magis in vsu. Primo ad euacuãdum materiam a capite et a partibus eius iubet eas ponere in fontanella colli. Et illic tenent locum cephalicæ. Et ideo valent ægritudinibus oculorum, & infectionibus faciei, et fœtori oris. Secundo ponuntur in medio spatularum ad euacuandum materiam quę

G in membris cõtinetur spiritualibus: et tenẽt locũ medianę. Et ideo ualent ęgritudinibus pectoris, asthmati, pleuresi, sputo sanguinis. Tertio ponuntur super renes & anchas ad euacuandum materiam, quę est in membris nutritiuis, & tenent locum basilicæ. Et ideo valent ad oppilationes, & apostemata, & dolores hepatis, renum, & scabiei, & totius corporis. Quarto ponuntur in medio brachiorum propter guttam & partium illarum dolorẽ. Quinto ponuntur in medio coxarum & tibiarum, & iuxta cauillas, & tenent locum saphenarum. Et ideo prouocant menstrua, & sanant stranguriam, & dolores matricis, & vesicæ, et conferunt podagræ & vlceribus malis. Sed ventosarum siccarum sine scarificatione intentio principalis est attrahere: propter quam vtilitatem complendam ponuntur in vndecim locis. Primo ponuntur

H super hypochondria ad reducendum & diuertẽdum san. a naribus in quinto therap. Oportet autem quãdo fluit ex dextra nare, in hepate firmare: quando vero ex sinistra, super splenẽ. Secundo ponuntur sub mamillis ad distrahendum & diuertendum fluxum menstruorum: unde in quinto aphorismorum. mulieri menstrua si uelis retinere, sicyiã maximã ad mamillas appone: non in ipsis mamillis: sed sub eis exinferioribus partibus, vt dicit cõmentum. Nonnulli vero & tertio ponunt ventosas super proram capitis ad eleuãdum uuulam & sistendum rheuma. Attrahitur enim materia de profundo ad exteriora, quod est consilium Gal. tertiodecimo therapeuticę. Et propter istam intentionem sæpissime ponuntur in apostematibus emunctoriorum: in quibus toto posse præcipit Auicenna, extrahere materiam. Et si non

cum

cum alio, saltim cum ventosis, ponuntur etiam secũdum Gal. vbi supra in coxis ad menstrua prouocanda. nec non & prope apostemata iuncturarum, vt apostema remoueatur, & elongetur de iunctura. Quarto ponuntur ventosæ in paralysi super originẽ neruorum ad calefaciendum ipsos in tertio canonis, capitulo de paralysi: & tertio interiorum de quo contra Archigenem probat Gal. ꝙ cerebrum sit principiũ uirtutis animalis. Quinto ponuntur supra ventrem in colica, vt euaporando ventositatem sedetur dolor vndecimo therap. Dolor demũ qui ex spiritu ventoso fit, præcipuam sanationem habet per sicyã cum copiosa phlebotomia: siue fit secundum intestina, siue secundum aliam particulam. Sexto ponuntur super matricem & intestina ad reducendum ea in locis suis iuxta cõsiliũ Aui. in tertio canoñ. in capitulis scitis. Septimo ponuntur ventosæ in plicatione costarum & consimilium ossium ad reducendum, & rectificandum ea. Octauo ponuntur super vias & poros per quos transit vrina de renibus ad vesicam, ad faciendum descendere lapidem ad vesicam: vt in tertio canoñ. consulit Auicen. Nono ponuntur super aures et foramina vlcerum profundorum ad extrahendum si quid alienum fuerit in ipsa. Decimo ponuntur supra collum ad ampliandum viam hanelitus, & cibi in squinantia. Vndecimo ponuntur supra morsuras & pucturas & pustulas venenosas, vt extrahatur ab eis venenum.

Circa secundum quomodo fiunt & circa regimen ipsorum sunt tria consideranda: videlicet qd sit faciẽdum ante operationem: quid in actu: quid vero post actum.

De primo est Aui. intentio ꝙ uẽtosatio, secundum qđ dicunt antiqui, fiat electiue in plenilunio & nõ in defectu lunę. Nã, vt ipse dicit, & Gal cõcedit in tertio de criticis, & Albumasar probat in magno introductorio, luna augmẽtata in lumine augmẽtat, & trahit humores ad superficiẽ corporis. Et ipsa diminuta, humores diminuit, & ad interiora claudit: & cũ hoc est bonum ꝙ dies sit australis ab hora secũda vsqꝫ ad tertiam. Præterea est intentio omnium operantiũ ꝙ ante ventosationem per horam vnam balneetur & fomentetur cum aqua calida locus ventosandus: quod verificat Auicen. si sang. fuerit grossus. In sanguine autem subtili non est necesse: nam timendum esset de nimia resolutione & debilitate. Est etiam præuidendum ꝙ nunquam fiat scarificatio nisi præcesserit appositio siccæ ventosæ: eo quia oportet sanguinẽ ante trahere quam euacuare. Circa autem vẽtosationẽ est sciendũ ꝙ uentosę quę apponuntur sunt duorum modorum, vt dictum est: quædam sunt de cornu quę applicantur suggendo: quædam de vitro quę applicantur igniendo. In primo applicatur cornu cũ foramine, & sugitur, & trahitur cum ore aer, & attractionẽ aeris sequitur eleuatio carnis: vt natura repleat vacuũ: quod semper euitat, vt philosophi probauerunt. In secundo modo ponit infra uentosam parum de stuppa sicca carpinata: & cum candela incensa inflammatur, & subito applicatur. & consumpto aere natura, vt succurratur vacuo, trahit carnem, & materia in carne cõiunctã. Albu. aũt assignat alium modũ applicandi ponendo modicũ de candela ignita in uirgula existente in medio ventosę. Post vero applicata semel aut bis ventosa sicca, ubi est necesse, in spa-

A tio cõprehenso fiant multę scarificationes ordinatæ, & secundũ cutem, profundę cum pilo aut rasorio. Et statim post exsiccato loco, cũ spõgla reapplicetur vt prius vẽtosa. Et stet ibi per mediam horã quousqꝫ sanguine fuerit semiplena: & ipsa remota, & euacuata, et mundata per eundẽ modũ iterum applicetur, & stet plus. Et post alia quousqꝫ fuerit sufficienter euacuatio facta de media libra vsqꝫ ad lib. i. secundũ tenorẽ virtutis, & quantitatẽ repletionis. Et post primã appositionẽ si non sanguisugat bene fricetur locus scarificatus cũ orificio ventosę: aut cũ percussione unguiũ: aut iterũ scarificetur quousqꝫ bñ fluant. Cauendũ est tamen ne applicetur supra mamillas: neqꝫ supra mẽbra mollia, quia tantę carnis substantia subintraret, ꝙ ventosa nõ posset remoueri sine difficultate. Modus tamen remouendi est ꝙ fomentetur locus circũcirca

B cũ aqua calida, & taliter ducatur, vt aer possit aliquater subintrare, et ipsam eradicare. Et etiã cauẽdũ, ꝙ nimis nõ continuentur iuxta mineras uirtutũ: quia retro collũ, nocent memorię: retro spatulas, cordi: et in dextro hypochondrio, hepati. Et ideo aqua rosata est in eorum facie spargenda: aut uippa seu mala granata sunt eis danda: ducendus est sanguis in actu ventosandi a circunferentijs ventosæ cũ manibus suauiter versus ventosam. Facta autem ventosatione exsiccetur locus, & inungatur cum oleo ros. aut aliqua axungia sedatiua. Et regatur, vt phlebotomatus.

*De sanguisugis.*

Sanguisugatio est extractio sanguinis cum sanguisugis. Quid sint autem sanguisugæ, est notũ, ꝙ sunt quidã vermes nigri ad for-

C mã caudę muris cũ lineis citrinis secundũ dorsum, & quadã rubedine circa vẽtrẽ. Et illę sunt meliores quæ in aquis bonis reperiuntur. Caueantur tamẽ illæ quæ sunt horribilis coloris, et habẽt caput grossum, et quę in malis aquis fuerint nutritæ: quia venenosę sunt. Circa quod auxiliũ inquiruntur duo. primo quibus subueniunt ęgritudinibus: secundo quomodo applicãtur, et regãtur. De primo dicit Albuc. ꝙ sanguisugæ nõ administrantur in pluribus nisi in quibus nõ est possibilis positio ventosarum, ut esset labium, nasus, & gingiuę, & sicca denudata carne, sicut digiti & iũcturę. Et Aui. vult ꝙ sunt vtiles serpiginosis, & vlceribus malis, non supra, sed circũcirca: & multoties ponũtur super apostemata emunctoriorum, & difficilis maturationis: vt dicebat Theodoricus. Nonnulli vero ponunt ipsas ad hæmorrhoidas aperiendas.

D Magis enim trahunt à profundo, quam ventosæ, vt supra per Halyabbatem fuit allegatum. De secundo est dicendum ꝙ tales euacuatiões particulares nõ fiant in corporibus plenis: nisi sufficiens præcessit euacuatio. Post hoc autem est intentio Auicennæ, ꝙ non administrẽtur dũ recẽter sunt captæ: seruẽtur in aqua munda per diem, vt euomant qđ in earum existit uẽtribus. Et post fricetur locus, & laueť donec rubeat, aut liniatur cum aliquo sanguine, aut scarificetur locus modicum: & ab eo aliquis sanguis fluat. Et applicentur cum manibus, aut cum canna. Et ponantur duæ, vel tres, vel quot erunt necessariæ ad extrahendum tantam sanguinis quantitatem, quantam erit necesse. Et postea quando erunt ingrossatæ, cadent per se: aut infundantur capita eorum cũ aceto, aut cũ sale trito, aut cum aloe, aut separentur cũ filo,

aut pilo equino uel consimili. Et post esset vtile sugere locum, & lauare cum aqua & aceto. Et si sanguis multiplicaretur, emplastretur locus cũ bolo armeno, & gallis, seu balaustijs, & alijs quae sanguinem restringunt. Et regatur post, vt phlebotomatus. Et si modicum post de theriaca administretur propter earum venenositatẽ, esset bonũ: vt dicit Arnoldus.

*De medicinis purgantibus humores.* *Cap.* II.

QVanquam Gal. in multis locis, & non minus in tertio techni, & in commento illius quarti aphorismorũ. Qualia oportet etc. numeraverit multos modos euacuandi, velut sunt per phlebotomiam, per pharmaciam secessiuam, atque vomitiuam per nares, per palatũ, per tussim, per vrinas, per matricem, per hæmorrhoidas: nedum & per exercitia, fricationes, sudores, & balnea: & secundum accidens per incibationes: Nihilo minus quantum est de præsenti, non fiet memoratio nisi de illa quę per secessum, vomitum, & quę cum clysteribus: quoniam de illa quæ per phlebotomiam dictũ est supra. Isti enim duo sunt modi euacuationum qui magis occurrunt in arte chirurgicali. Et de istis pauca dicẽtur: quia magis pertinet ad dominos physicos quam ad chirurgos, nisi essent misti. Multa enim pericula imminent in medicinis laxatiuis: vt Heben Mesue ostendit, qui de eis euangelice tractauit. Medicina autem purgatiua secundum intentionem Gal. in de pharmacijs & per totum, est quæ cacochymiã euacuat. Vnde in cõmẽto illius primi aphorismorum. In perturbationibus. Purgatio est euacuatio eorum quæ contristãt secundum qualitatem. Medicina autem ventris solutiua ad sanitatis conseruationem si vtatur, vt oportet, maximum præbet adiutorium in quarto Alman. Et bene dicit vt oportet: quia vbi nõ oportet, vel secundũ quantitatẽ, uel secundũ qualitatẽ, vel tẽpus, solutionẽ tantam facit, vt dicit Haly. in secundo sermone secundę partis libri regalis, ꝙ perit homo, aut malam in eo facit infirmitatẽ. Omnis enim medicina purgat, & inueterat: vt dicit Aui. in fen tertia sui primi. Ad ægritudinum autem curationem est vna trium rerũ medicatiõis: vt totus testificatur cœtus medicorum. Est ergo, pharmacia utilis et necessaria. Circa quod generosum auxilium sex inquiruntur problemata. Primum qui sunt cum medicina purgandi. Secundũ qui sunt illi qui illam sustinere possunt. Tertium cum quibus pharmacijs est facienda. Quartum de mensura. Quintum de tempore. Sextum de regimine. Primum autem inquiritur per Gal. in libello de pharmacijs contra Asclipiadicos & Erasistraticos ostendens ꝙ omnes humores superflui præter sanguinem per pharmaciam sunt purgandi, singulariter & electiue, et non omnes indistincte. Soli enim humores tristantes sunt purgandi: & non alij in commento præallegato primi aphorismorum, & hoc ipse declarat ibidẽ dicens: Phlegmate superabundante hoc euacuãdum est. Cholera vero xantha vel nigra molestante dimittendum quidem est phlegma: tristans autem cholera euacuanda. Et si serosum quid fuerit illud, euacuandũ est et nõ aliud. Si vero sanguis fuerit, qđ superabũdauerit: illius faciẽda est euacuatio, per phlebotomiã, vt superius est ostensum. Et idem dicebat in de vsu pharmacorum per hæc verba. oportet primo tradere cholericis quod cholerã purgat, phlegmaticis qđ
E phlegma, hydropicis quod aquam, melancholicis qđ choleram nigram. Si vero extra hoc purgas, conuenientia purgas, & dimittis inconuenientia. quare ad vtrasq; peccare est: vniuersaliter igitur dicendum, ꝙ humores naturales dicta nutritione superabundantes per phlebotomiam sunt euacuãdi: innaturales uero per pharmaciam. Medicinam autẽ mox sanguinis eductiuam: licet non sit in rerum natura: possibile est inuenire: vt in libello de pharmacijs narratur de quodam iuuene qui porcellum de suburbio portabat de casu eum super herbas quasdam applicans, videns sanguinem de eius hepate emanare, considerabat ꝙ sanguinem euacuabant illæ herbæ: deditque aliquibus gratia experientiæ qui deperditi fuerunt. dixit ad certũ ꝙ nullũ alterũ docuerat. Et sic per pręsidem fuit condẽnatus. Ita quidem, vt dicit, licet talis
F medicina in rerum natura sit: tacere tamen de ipsa rationabile est. Sicut alia venenosa tacẽtur ab hominibus habentibus intellectum. Quatuor enim sunt intentiones propter quas dantur pharmaca laxatiua. Prima est propter cacochymiam expurgandam. Secunda propter ægritudinis fortitudinem. Tertia ad distrahendum. Quarta ad alleuiandum. De prima cantat Hippo. illam communem cantilenam secundi aphorismorum. A plenitudine quæcunq; ægritudines fiunt, euacuatio sanat. Duplex est autem plenitudo in quanto & in quali, in libro de multitudine, & vbique. Quæ vero est secundum quantitatem, phlebotomia sanat: quæ secundum corruptionem purgatio per pharmaciam in commento, vbicunq; cibus præter naturam intrat in secundo aphorismorum: & in sexto. Quibuscunq; phlebotomia et pharmacia cõ
G fert. De secunda allegatur illud quarti therapeu. Q; secundum eũdem modum sicut phlebotomia fit nõ solum propter multitudinem sanguinis: sed propter fortem ægritudinem: ita & purgatio propter multitudinem alicuius alius humoris, & fortitudinem ægritudinis. Et ad hãc intentionem adducit dicta Hipp. in libro de vlceribus, qui non solũ considerauit ad multitudinem: sed ad ægritudinis fortitudinem in purgãdo vt in triplici ægritudinum fortitudine exemplificauit: propter principalitatem particulæ, vt in capite vel ventre percussio: propter magnitudinem dispositionis, vt in vulneribus ita magnis ꝙ sutura indigeant: & propter malam morigerationem, vt in articulis quassatis & in quibuscunque sphacelizein, idest corrumpere periculum est. De tertia dicitur, ibidẽ ꝙ non solum indigent laborantes purgatione, vt tri-
H stantem superfluitatem euacuent: sed vt antisprent & euacuent. Si enim, inquit, rheuma feratur sursum, inferius purgabimus. si deorsum, superius antispando. Iam autem cessante & firmato rheumate: per particulam eandem aut proximam euacuare melius. Et est verbum notabile. De quarto ad alleuiandũ datur sæpissime medicina purgatiua incipientibus ægritudinibus iuxta doctrinam Hippo. in secundo aphorismorum minorando supple & non eradicando, vt vult Auicen. in quarto de curatione feb. putridarum. Natura enim alleuiata facilius digeret residuum: vt dicitur in commento, & in de phlebotomia fuit allegatum vndecimo therapeu. supra.

Ad secundum qui sunt qui purgatiões cum medicinis conuenienter tolerare possunt. Respondet Hippo, in secundo aphorismorum,

ꝙ illi

psilli qui circa vmbilicum & pecten habent spissitudinem: fortes enim oportet esse: vt dicit Gal. in commẽto, particulas inferiores ad bñ purgandã materiã per ventrem inferiorem: quemadmodum qui habẽt partes superiores fortes, non læduntur a vomitu. Et propter hoc dicebatur in quarto aphorismorum, ꝙ phthisicos nõ duces ad superiores purgatiões: sed macros supp̄. secundum membra carniformia: non tamen secundum radicalia et spermatica: vt ibidem notat Albertus Bonoñ. In talibus enim est aptitudo vomendi vtplurimum propter choleram quæ in eis generatur: vt dicitur in commento. Sunt etiam apti ad purgationes secũdum Rasim in quarto, corpora quæ in regimine sunt peccantia per multam & inordinatã comestionem, & quæ pauco vtuntur exercitio, pharmaciis indigẽt, in primo de custodia sanitatis, et in tertia fen. primi. Et qui eam assueti sunt, melius eam tolerant: & propter hoc dicebat Gal. de vsu pharmacorum: quando igitur debes alicui tradere medicinam, interrogare ipsum oportet, si consueuit bibere eam: & qualiter se habet venter cum eis. Nam si cõsueuit, melius tolerat: si non consueuit, scire oportet qualiter assellabat, dũ erat sanus. Et si in sanitate, aut quando cõsueuit recipere medicinas, uẽter eius fuerit obediens, & bene solubilis, leuioribus & minoribus indiget pharmaciis: si vero durus & inobediẽs, fortioribus. Tales enim conditiones tolerant medicinas. Cõtrariæ vero dispositi, nequaquam. Et ideo non sunt pharmacandi nisi cum prudentia. Primo habentes ea quæ circa vmbilicum tabefacta & macra, fallaces sunt ad inferiorem purgationem secundum Hippo. vbi supra. Secundo corpora sana non habent purgari: quia cum medicina operetur per similem saltim in forma proportionali: ut nostra tenet schola: nõ inueniens malum humorem nocitiuum, cõuertit se ad carnẽ, & hũiditates radicales: & eas colliquat, & molestat, vt dicit Commẽtator. Tertio etiam nõ sunt purgandi, qui malo vtuntur cibo. Intellige conuersio in habitum: sicut in lepra confirmata: declarat magister Albertus in qua pharmacia angustiat, & exoluit accipientem. Sed si mali humores in habitum corporis nondum sunt conuersi, non est inconueniens purgare: immo necessarium. Quarto non debent purgari crudi & indigesti iuxta Hippo. primo aphorismorum. digesta pharmacare, & mouere, non cruda, neq; in principiis, eradicando supp̄. quicquid fiat alleuiando, vt dictum est, nisi lasciuiant, & materia sit furiosa. Et licet Gal. in commento non dicat materiã furiosam, nisi a motu: nihilominus schola communis accipit furiosam a parte quantitatis loci et accidentis. Et propter hoc dixit synochã cum colica, causon, squinantes, & anthrax, materias crudas euacuare iubet. Materiæ enim motæ & transfluentes de una particula ad aliam, ut nõ faciant impetũ ad membra principalia, sunt euacuandæ citius ꝙ homo poterit. Illæ autem quæ non sunt firmatæ secundum aliquam particulam, non oportet mouere antequam digerantur, vt dicit Cõmentator: sed postquam sunt digestæ nisi natura sit sufficiens ad expellendum. Tunc enim debemus eam auxiliare, alias dimittatur ipsa operari. Quia (secũdum Gal. in primo interiorũ:) solæ enim illæ passiones indigẽt exteriori auxilio: quarum propter magnitudinem nequit dominari natura. Et Auicenna in quarto de cura febrium putridarum aucto-

A ritate Hippo. Medicus est adiutor naturæ non impediẽs eam. Et ideo dicebatur in tertio techni. omnium natura operatrix: medicus vero minister. Quinto non sunt purgandi inaniti, neq; debiles: quia vbi indigentia, non oportet laborare: vt dicit Hippo. & Aui. dicit ꝙ omni euacuatiũi annexus est casus virtutis. Sexto præparati ad fluxum, vt trauli qui cito a diarrhœa capiuntur, in sexto aphorismorum. Septimo pueri & senes non sunt purgandi per pharmaciam. pueri, quia propter fortitudinem sufficientes sunt ad expellẽdum superflua per insensibilem resolutionẽ: vt dicit Ioannes de sancto Amãdo, & sunt resolubiles per naturam. senes, quia debiles. iuxta illud Gal. in quinto de custodia sanitatis neq; aloe neque hiera, vt quidam concedũt, debet dari senibus supp̄. in uia cõseruatiua: vt dicebat magister Paulus: in uia autem cu-
B ratiua non negat: immo concedit iam imminente necessitate ibidem. Et secundum illam rationem omnia illa quæ debilitant virtutem, prohibent pharmacias, vt sudores, balnea, coitus, & alia euacuatio, & id genus. Octauo non debes dare purgationem secessiuam apostemate aut excoriatiõe in ano existente. tertiodecimo therap. ventre aut intestinis incipientibus phlegmonẽ pati, subductiuo non cõuenit vti. Nono laborantibus non conuenit nec competit, quia satis in eis consumitur humor. Et cum hoc habent conclusiones effrænes, & brutales, & barbarinas, in septimo Colliget qui ex fortibus ægritudinibus euadunt sine medico & medicina. Decimo prægnantes nõ sunt purgandæ: quia propter commotionem & delacerationem ligamentorum abortirent, nisi expediat propter materiam venenosam, de quo esset timendũ
C ꝙ reperet ad membra principalia, et interficeret matrem & fœtum insimul: aut quando est materia faciẽs abortum: et tunc securius fit a quarto vsque ad septimum mẽsem. Et certe non cum quacunq; medicina, sed cum suaui & lenitiua. Et propter hoc reprehensio Auer. contra Hippo. habet suum intellectum, vt notatur in aphorismo illo. Non tamen vult Gal. ꝙ tales indicationes cum necessitate penitus cassent pharmaciam. Sed, ut dictum est, de phlebotomia ꝙ secundum eundem Gal. in octauo therapeu. oportet exercitatum mente de ipsis facere unum capitulum adinuicem omnes, videlicet indicationes comparãdo, & si aduersantur dicit in septimo ꝙ nõ oportet alterius extremitatem cupientẽ alterius obliuisci penitus, sed amborum semper reminiscentem & inquãtum possibile est miscere eas: aut minuendo quantitatem, aut
D speciẽ medicinæ: aut ad aliud genus euacuationis mutando intendere.

Ad tertium cum quibus medicinis faciẽda est purgatio, nõ cum atrocibus, sed cũ familiaribus et correctis, vt dicit Gal. in de vsu pharmacorũ. Iuxta quod est intelligẽdũ, secundũ intentionẽ Heben Mesue, & Auicẽ. quatuor sunt modi medicinarum laxatiuarum. Vnus & proprior modus est habens proprietatem attractiuam, vt scãmonea, & turbit. Alius modus proprietatem habet compressiuã, sicut myrobalani. Alius proprietatẽ lenitiuam, vt tamarindi, casiafistula. Alius modus habens proprietatem lubrificatiuam, vt mucilago psilliĳ: Veruntamen quia exãpliare singulariter de istis nimis esset lõgum, dimitto dominis physicis exquisitam ipsarum pertractationem quantum est de præsenti. Gratia tamen fa-

miliaris doctrinæ eſt ſciendum iuxta doctrinam Heben Meſue, ꝙ medicinæ magis vſuales ſimplices euacuantes choleram ſunt Scãmonea. cuius doſ. eſt. a. v. gra. vſq; ad duodecim. Reubarbarum a. drac. ij. vſque ad quatuor. Aloe a. drac. i. &. 5. vſqne ad. ij. Myrobalani citrini. a. drac. iij. vſque ad vnc. i. Luppulus, fumus terræ, violæ, aquæ caſei, ſuccus roſarum, pruna, tamarindi, & caſiafiſtula, vſque ad vnc. i. et. 5. Compoſitę ſunt electuarium de ſucco roſ. cuius doſ. eſt vncia. 5. Dyaprunis, & diacytoniten laxatiuum, quorum doſ. eſt vnc. i. Diadactylatum cuius forma erat ſemper apud me. Reci. dactylorum enucleatorũ quar. i. elixentur in aqua decoctionis aniſi, marathri, & ameos: deinde piſtentur fortiter, & colentur, et cũ quar. i. zuchari coquãtur, donec ĩcipiat inſpiſſari: qđ cognoſces per inuiſcationem cum digitis: deinde deponatur ab igne: et ſcãmoneę groſſo modo tritę unc. i. miſceatur: & cũ ſpatula agitando recondatur. doſ. eſt vſque ad drac. i. Medicinę ſimplices euacuantes phlegma ſunt turbit. cuius doſ. eſt drac. ij. Agaricus drac. i. &. 5. cartamus, vnc. 5. colocynthis. a. ſcrup. i. vſque ad. iij. myroba. kebuli, vnc. i. Compoſitæ ſunt hierapicra G. cuius doſ. eſt drac. iij. Blãca, vnc. 5. Bñdicta, vnc. 5. Pilulæ cochie, drac. i. &. 5. Diacartamus, cuius forma ſuperius in gutta fuit poſita, drac. iiij. vel v. Pilulæ etiam de agarico. quarum forma ſecũdum Heben Meſue eſt talis. Re. agarici, drac. iij. radicis lilij cœleſtis, praſſij, ana drac. i. turbit, drac. v. hierępicræ, drac. iiij. colocynthidos, ſarcocollæ, ana drac. ij. myrrhæ, drac. i. confice cum rob. doſ. drac. ij. Hierapicra qua ego vtor ſuper omnes, nobilis medicina ſumitur a Gal. in ſeptimo therapeu. & quarto miamir: & continet centum partes aloes, et de cinnamomo, et de xylobalſamo, caſiaſi. aſaro, ſpica, croco, et maſtiche, ſingulorum ana partes. vi. ut qui uellet facere vnc. ij. de aloe, poneret de qualibet ſpecie ſcrup. 5. & in vnc. i. gra. v. Auicẽna uero & Heben Meſue ad pondus omnium ſpecierum ponũt pondus duplicatum de aloe. Antidotarium vero commune, ſolum vnicum pondus: & eſt debilior. nõ obſtante ꝙ hieram acuunt cũ turbit, agarico, & colocynthide: quia tamen ponuntur in parua quantitate, non multum vigorant eam. Et ideo conſueui vigorare eam cum tantundẽ de ſcãmonea, quantum eſt de altera medicinarum. Et quandoque facio de ipo pilulas cum ſucco abſinthij: quandoque do eam in puluere cum aqua hordei mellita. doſ. eius eſt a drac. i. &. 5. vſque ad drac. ij. Medicinæ ſimplices euacuantes melancholiam ſunt, Sene. cuius doſ. eſt ĩ puluere, drac. i. In infuſiõe, vnc. i. Epithymus, vnc. i. Eſula vſque ad vnc. i. cũ cuſcuta. Myrobalani indi. Polypodium vſque ad vnc. i. Lapidis lazuli, drac. i. Volubilis, Luppulus, ſine mẽſura. Cõpoſitæ ſunt diaſene, drac. v. catarthicum imperiale, drac. v. hiera Rufi, drac. iij. hiera Logodion, unc. 5. Theodoricõ, drac. vi. Et puluis meus cõmunis: q Re. liquiri. drac. ij. pulueris ſtomachi confortatiui, unc. 5. epithymi, vnc. i. ſene ad pondus omniũ. fiat pul. doſ. drac. ij. Humores aquoſas euacuat tartarum, ſuccus ireos. cuius doſ. eſt vnc. 5. ſuccus cucumeris agreſtis: panis lacticiniorum quem conficit Circainſtans cum farina hordei: & ſocius ille ſuper vinum, vnc. 5. dabat radẽdo: & faciebat mirabilia. Euacuantes autem humores omnes eſt tabula mea quã recepi a magiſtro Stephano Arnoldi in Montepeſſulano. cuius

E forma Re. conſeruæ uiolarum, boraginis, ana drac. ij. conſeruæ bugloſſę, cortic. citri cõditi, ana drac. i. zinzib. albi, drac. 5. pulueris diadragagãthi frigidi, drac. ij. diagridij, drac. iij. turbit, drac. iiij. ſenæ, drac. v. panis zuchari, vnc. x. fiat electuarium in rabula. cuius doſ. eſt vnc. 5. Ad eandem intentionẽ eſt diacaſiaſ. magiſtri Tadei. Et eſt quaſi diacatholicon. Re. caſiaſ. lib. i. tamarindorum recẽtium quar. i. mannæ granatæ quar. 5. ſenę, polypodij, ana vnc. ij. eſulę, vnc. i. diagredij, unc. 5. aniſi, marathri, ſeminis melonũ añ. unc. 5. cinnamomi, drac. ij. ſyrupi viola. ſyrupi roſ. ana qđ ſufficit fiat electuarium. Doſ. ſit vſque ad drac. vi. Caſiaſi. ſimplex datur communiter in colatura, vnc. i. large diſſoluta cum aqua prunorum, viol. etc.

De menſura euacuationis quod erat quartum dirigit medicũ Hippo. in primo apho-
F riſmorum et in quarto, ꝙ quãdo euacuantur quę peccant, & debent euacuari, patientes bene ferunt, & eis confert: contraria vero, importune. Quãtitas autem humoris peccãtis & virtus ęgrotantis ſunt regula totius menſuræ. Et ad hoc contemplare tempus, regionem, & ætatem: vt ipſe dicit. Somnus autem & ſitis ſunt ſigna perfectę euacuatiõis in quarto aphoriſmorum: & mutatio egeſtionum niſi ad malum terminetur. In ſecundo eorundem & ſexto epidemiarum allegatur a Raſi. Tutius tamen eſt infra ſubſiſtere, quam totum exquiſite euacuare: & melius eſt multiplicare vices quam quantitatem. Et cauſam reddit Aui. quia illud parum quod dimittitur, natura, multoties reſoluit. Coniecturatur parua quãtitas expulſorum de tribus lib. magna de. xij. communis de. vi. et. viij. De tempore euacuandi, ſicut dictũ fuit de phlebotomia,
G eſt ſciendum ꝙ hora eſt duplex; ſcilicet neceſſaria, & electa. Hora neceſſaria non habet tempus: ut quando materia eſt bene digeſta, aut ſi eſt furioſa, aut magna, aut in loco periculoſo, aut faciens in corpore talia accidentia, ꝙ non det inducias, vt etiam ſuperius fuit dictum. Hora electa eſt poſt digeſtionem. Et ideo euacuatio non competit incipiẽtibus ægritudinibus. vnde Commentator. Nulla euacuatio quam natura facit in principio, eſt laudanda: quanto magis ars quæ imitari debet naturam: regulariter tamẽ operantem ſaltim in affirmatiuis, vt dicit Albertus. Natura enim primo digerit: poſtea diuertit & expellit: vt ibidem dicit Cõmentator: niſi per modum alleuiationis: per quem modum præcipit Hippo. Incipientibus morbis ſi aliquid videtur mouẽdum, ꝙ moueatur. In ſtatu vero ſilendum eſt. Tempus vero declinationis eſt
H eligendum in bona purgatione. Et ſecundum etiam tẽpora anni eligitur per ipſũmet Hipp. in ſexto tẽpus veris. Et Gal. in cõmẽto extẽdit ad autumnum. Tempora autẽ exceſſiue calida et exceſſiue frigida, ſunt euitãda: quia ante Canem et poſt Canẽ qui ſunt. 40. aut. 50. dies ortus Caniculæ ſecundũ Gal. de vſu pharmacorum: & ſecũdo alimentorum: quorũ Romani accipiũt. 28. a fine Iulij &. 20. in principio Auguſti, moleſtę ſunt pharmacię. in quarto aphoriſmorum. Et nõ quolibet anno, ſed ſecundum quod conſuetum fuit ægrotare: dicẽte doctore ſubtili in ſexto Collectorij. Et ego dico ꝙ illi qui vtũtur potionibus in ſeptimanis annorum, aut in medietatibus ipſorum, rectius faciunt quam illi qui omni anno purgationem exercẽt: quia nos videmus ꝙ ægritudines vtplurimum non accidunt hominibus: niſi in circuitibus determinatis: aut

aut circa ipsos. Est ergo in quolibet indiuiduo multũ considerandum. Quantum autem ad horam diei habet communis practica dare colaturas in mane: pilulas de sero: electuaria in media nocte: quorum causę apud physicos sunt notae. Aerẽ oportet eligere pręcipue in hyeme austrinum: vt dicit Auicen. Et si esset pluuiosus, placeret socio concordantiarum. Eligendum est etiam, ꝙ luna habeat satis de lumine, vsque ad plenilunium: vt dicit Ioannes de sancto Amando: eo quia tunc humores in maiori sunt motu & praeparatione: quod est necesse in pharmacando: Et sit in signis hũidis: vt sunt Cãcer, Scorpio, Piscis, libra: a malis etiã nõ aspecta a Ioue, vt in centiloquio dicit Ptolemaeus: & causę notę sunt apud astrologos. & ĩ meo libello de astronomia satis fuit tractatum de hoc.

Vltimum est de regimine. Regimen autem purgationis est tripartitum: videlicet in regimine ante administrationem: & in actu administrationis: & post actum. Antequam autem administrentur medicinę praecipit Hippo. fluxa facere corpora. i. digerere materiam, & aperire, & mollificare vias: vt Gal. in cõmento dicit. Digeritur autem materia cholerica cum rebus frigidis, & aperitiuis: vt sunt herbae. 5. capillares, endiuia tenella, scariola, cichorea, rostrũ porcinum, acetosa: semina frigida maiora & minora: vinum malorum granatorum, acetum, & aqua. Cõposita sũt oxyzachara, et syrupus acetosus. Cuius forma secundum magistrum Arnoldum est haec. Re. capilli ve. adianthos, polytrichi, ceterac, scolopẽdrię, endiuiae tenellae, cichoreae, scar. lactu. rostri porcini, ana. M. i. quatuor seminum frigidorum, maiorum & minorum, ana vnc. 5. sandal. drac. ij. ros. viola. florum nenufar, ana unc. i. succi granatorum quar. i. panis zuchari. lib. i. fiat syrupus, et detur mane & sero lõge a coena. v. cochlearia cum septem aquae calidae decoctionis prunorum. Digerit phlegma cum radic. v. calamentho, pulegio, hyssopo, maiorana, satureia, menta, seminibus anisi, marathri, carui, pipis, zinzib. spicae, melle, & aceto squillitico. Composita sunt oxymel diuret. & squilliticum, & compositio syru. mei. Cuius forma Re. radic. fen. petro. apij, brussi, sparagi, graminis exfoliati in aceto per diem vnam temperatorum, ana quar. i. hyssopi, calamenthi, origani, chamaedryos, abrotani, ana quar. 5. se. anisi, mara. carui, ameos, ana vnc. 5. zinzib. zedo. spicae nardi, ana drac. ij. florum anthos, florum saluiae, ana vnc. i. aceti, radicum praedictarum quar. i. & . 5. mellis lib. i. fiat syrupus: detur cum aqua cicerum vt supra. Digerunt melancholiam boragines, buglossae, fumus terrae, scolpen. cetrac. adianthos, thamariscus, thymus, epythimus, cappares, vinum aromaticum, balneum aquae dulcis. Composita sunt syrupus de liquiri. syruptus de fumo terrae, & syrupus de buglossa. Cuius forma est haec. Reci. buglossę cum toto lib. 5. fumi terrae cum floribus rubeis, summitatum lupuli, teneritatum salic. ana quar. i. medullę corticis fraxini, thamarisci, scolopendrię, capilli ve. & melissę, ana quar. 5. seminis melonum, cuscutę, seminis vrticae, ani. marathri, ana vnc. 5. liqui. rasae, calami aromatici, been albi & ru. ana drac. ij. corticis citri, spicę nardi, añ. drac. i. florum absinthij, florum genestrae, ana vnc. i. vuarũ passarum mundatarũ, vnc. ij. aceti squillitici quar. i. vini aromatici qr. 5. mellis lib. i. fiat syrupus: detur, vt supra cũ aq̃ boraginis. Et ad summũ, ĩquit Aui.

A naturã mollificare antequã venter soluatur est cõpetẽs regula in soluendo. Regãtur ergo interim ꝙ potẽt syrupum, caulibus & iuribus mollificantibus, nisi ex natura haberent bonum vẽtrem, aut essent parati ad fluxum. Et cum hoc consulit Auicen. ꝙ si fuerit constipatus cum fęcibus induratis, ꝙ praemittatur clystere mollificatiuum. In actu autẽ administrationis pharmaciae cauẽdum est, ꝙ eam retineat, & non euomat, ad minus quousque facit aliquam operationem. Et hoc cum fricationibus extremitatum, & masticatione pomorum, et odoratione crustarum in aceto infusarum. Et etiam cauendum est, ne superdormiat, nisi medicina fuerit in solida substantia. tunc enim dormiendum est vsquequo incipiat operari. Postquam autem incipiat operari, non dormiat, nisi vellet eam restringere. Est etiam consilium Auicẽ. ꝙ post acB ceptionem medicinae quiescat: vt ipsa a natura comprehendatur vsquequo incipiat operari. Et tunc moueatur & intendat paulatine maxime si medicina ad operandum fuerit pigra iuxta doctrinã Hippo. quarto aphorismorum. Cum quis biberit elleborum, moueatur. Consulit tamen Auicen. ꝙ si medicina accepta non operatur, si non facit nocumentum, ꝙ dimittatur. Si autẽ adesset aliquid timoris, melius est ꝙ fiat clystere, quam si daretur iterum medicina. Nam, vt dicit, duas medicinas uentrem soluentes in eadem die administrare timorosum est, & extra rectitudinem. Post autem operationem medicinę ad lauandum stomachum, & intestina consulit Gal. in septimo therapeu. potare vnum haustũ ptisanae. Parieñ. tamen dãt aquam trumelli bouis. Montispeden. aquam pulli lauato stomacho & intestinis. Consulit Ioannes de San C cto Amando antequam cõmedat transglutire aliquẽ succum stypticum, vt os stomachi calefactũ per medicinam confortetur. Commestio autem pharmacati debet esse moderata, & euchyma de bonis gallinis & caponibus, & minor solita: vt proportionetur patienti per euacuationem debilitato iuxta doctrinam primi aphorismorum: & secundi regiminis acutorũ, & secundum quod erat materia, quae peccabat, ordinetur qualitas. nam post euacuationem & abscisionem causae alteranda est dyscrasia quae remansit, in tertio techni.

*De uomitu.*

Vomitus est purgatio facta per os cum medicina vomitiua. Et valet ad conseruationem sanitatis: iuxta illud quod dicit Gal. in quinto de vti D litate particularum. Bene igitur antiqui medicorum vomitus post cibaria singulo mense facere consulebant. Hi quidem semel sufficere existimantes: hi autem bis facere dignificantes. Valet etiam ad aegritudinum curationem dicente Auicen. ꝙ valet chronicis passionibus epilepsię, manię, leprę, podagrae, sciaticę, & passionibus renũ, et vesicę. Et est auxiliũ euacuatiuũ & diuersiuũ, principaliter purgãs stomachũ, & ꝑ consequens alias partes. Possunt autem tolerare eũ habentes partes superiores fortes, non debiles, & pręparati ad phthisim: praeparant autem ad vomitum cibaria multa, & diuersa, dulcia, & pinguia, & nauseatiua: velut sunt ficus, porri, cępę, fabae, carnes porcinae, ptisana, & vini multa potatio. Prouocatur vomitus tripliciter, debiliter, fortiter, et fortissime. Debiliter prouocatur cum vno hausto aquae calidae &

olei: & tactu digitorum aut pennæ vnctæ immissæ infra palatum. Fortiter cum decoctione seminis attriplicis, seminis raphani, seminis erucæ, porri, cepe, aut per decoctionem raphani, intra quā steterit per duos dies sub terra elleborus, aut per comestionem eiusdē raphani rotulare. Fortissimus fit cū vomitiuo Nicolai. Cuius forma est hæc. Reci. tapsiæ, vnc. iiij. croci, drac. i. nucis vomicæ, vnc. 5. catapuciæ, vnc. ij. cum succo asari, & mellis fiant trochisci, drac. vnius, dentur distemperati cum aqua tepida. Datur post cibum iuxta meridiem: & ligentur oculi. Et postquam cōpleuerit operationem suam, lauetur os & facies cum aqua & aceto, & post horam comedat cibaria leuia & confortatiua.

*De clysteribus.*

Enema aut clystere fuit assumptum a ciconia aue pro dolore ventris assumente aquam maris cum rostro & inijciēte sibi retro: vt recitat Gal. in introductorio medicorum. Et est notabile auxiliū: vt dicit Auicen. ad expellendum superfluitates quæ sunt in intestinis primo: & totius corporis consequēter. Et propter hoc supplet vices medicinarum: habet enim securitatē: quia nō transit per os, neque per nobilia membra: & expellitur satis ad votum. Valet autem in passionibus intestinorum, & renum & mēbrorum superiorum. Et est triplex. mollificatiuum, mundificatiuum, & constrictiuum. Mollificatiuū seu lenitiuum sic fit. Reci. aquæ decoctionis maluarū, aut furfuris, matrisuiolarum, aut ficuum lib. ij. olei cōmunis lib. i. salis, drac. ij. fiat clystere. Mundificatiuum fit cum. ij. lib. aquæ decoctionis maluarum, mercurialis, brancę vrsinę, foliorum siclæ, ana. M. i. ficuū pinguiū. xv. numero, anisi, marathri, asari, ana vnc. 5. Dissoluantur in ea casięfist. mundatæ, vnc. i. hierępicrę Gal. benedictæ probatæ, ana vnc. 5. mellis quar. i. olei lib. 5. salis, drac. ij. fiat clystere. Constrictiuum fit. Re. plantaginis. M. ij. rosarum. M. i. balaustiarum, vnc. i. fiat decoctio vnius lib. in qua dissoluantur pulueris ru. vnc. 5. sepi hircini, quar. i. albuminis ouorū triū in numero. fiat clystere: et in parua quantitate inijciatur: fieri autem potest omni hora. Eligibilius tamē fit ante commestionem. Stet patiens dum recipiet eū, dimissa zona curuus sup genua sua, & teneat os apertum. Et post iniectionem fricetur sibi venter, & vertat se super locum dolorosum, & sustineat ipsum per vnam aut per duas horas: imo quātum erit possibile.

*De suppositorijs.*

Suppositoria fiant ad modum cādelarum vnius digiti de melle cocto cum sale trito, & inungantur cum oleo. & si cum eis incorporetur modicum de stercore muris, fortiora essent. fiunt aliquando de sapone duro: aliquando de lardo indurato: nonnunquam cum mercuriali trita, aut fructu cucumeris asinini depilato. Caueantur tamen in ano vlcerato: purgant enim & attrahūt fęces intestinorum: vt in de colica Auicen. ponit.

*De cauterijs & formis eorum.* Cap. III.

CAuterizatio est operatio manualis cum igne facta artificialiter in corpore humano ad vtilitatem determinatam. Ignis autem secūdum omnes doctores est duplex. actualis qui subito operatur cū in-

E strumentis metallicis ignitis: aut cum radic. aristolo. seu asphodelorum summe calefactis: aut cum sulphure intenso: aut cum aqua seu oleo bullitis: & non a casu, sed scienter applicatis. Alius est potentialis qui non apparet sensualiter in hora: sed post deductionē potentiæ eius ad actum. quod fit cum medicinis causticis, & rumpentibus. Et quædā imprimunt fortiter et faciunt escharā: ut est calx uiua cū sapone. mel anacardinum: quædam leuiter & non faciunt escharam: sed vesicant, vt cantharides, & flāmula, atque panis lupina. Cauteria tamen actualia sunt securiora quā potentialia: eo quia secūdum Albu. actio ignis actualis est simplicior, & minus lędit partes vicinas & membra principalia quam actio ruptorij quæ mēbris principalibus multum est suspecta: nisi esset in casu in quo patiens propter eius pusillanimitatem non esset ausus

F attingere ignem. Aut in casu in quo vellemus facere cauteria ad euacuandum & deriuandum. Tunc enim ruptorium propter dolorem, & escharam grossam quam dimittit debilitando locum maiorem prouocat fluxum. Et licet Auicen. dicat ꝙ cauterium actuale melius fit cum auro: hoc habet verum in membris teneris, velut sunt oculi: vt dicit Arnoldus. In alijs autem securius fit cū ferro, ut dicit Albu. eo quia igneitas in ferro melius potest mēsurari quam in auro, aut in argento propter eorum colorem: nisi fieret per aurifabrum in hoc assuetum. Cauteria secundum Albuca. competunt in omnibus dispositionibus: præcipue tamen humoralibus & maxime frigidis & humidis: calidis autem humoribus licet non contrarientur per se: contrariantur tamen accidentaliter per remotionem causæ. Calidis autem & siccis naturis in mate-

G rialibus non sunt utilia: immo in eis faciunt multa mala, vt tenet Albuca. Brunus, Guil. Lanfrancus, & Henricus, & eorū sectatores. Et quamuis fit valde vtile medicamen secundum Albuca. & Auicen. & de ipsis multa tractauerunt Albuca. Hippo. vt testatur Halyabbas in nono sermone partis secundæ: Nihilominus modernis temporibus non habet tantum vsum, quantum habebat antiquis temporibus: vt dicit Henricus: eo quia communiter exercentur per idiotas & operantes imperite, & absque purgatione: propter quod læduntur quamplurimum. Et ita arguēdo per fallaciam accidētis huius, magisteriū negligitur: sicut & multa alia, ut Albumasar de astronomia probauit. Cauterium vero est necessarium auxilium in conseruando sanitatem, & extirpando ægritudinem: tenet enim locum vniuersalium euacuationum, vt phlebo-

H tomiarum, et purgationum in hominibus qui eam sustinere non possunt. Et cum hoc reliquias prædictarū euacuationum corrigit, & emendat maxime in ægritudinibus fortibus, & malignis, in quibus solum fieri consueuit: vt Rabbi in sexto epidemiarum allegauit. Et propter hoc dicebatur antiquitus vltimum instrumentum medicinę non vltimitate finis sed ordinis: quia post diætam, & pharmaciam, & phlebotomiam debet fieri cauterium vbi conuenit. aliter faceret multa mala. Vniuersalis autem euacuatio debet præcedere particularem in ordine operationis rectę. Et quia istud auxilium est ita generosum, circa ipsum inquiratur tria. primo quare fit. secundo quomodo fit. sed tertio regimen ipsius. Propter autem primum est sciendum ꝙ cauteria fiunt propter vtilitates generales & speciales. Vtilitates generales cauteriorum præcipue

cipue actualium sunt sex. Primam ponit Auicenna ad confortationem membrorum. Calefacit enim cauterium actuale, & desiccat membra quæ vtplurimū a frigido hebetantur. Et propter hoc dicebat Hippo. auctoritate Gal. quarto therapeu. Siccū sano est propinquius: humidum vero non sano. Secundam ponit ipse Auicen. ad prohibendum ne corruptio multiplicetur in membro. Et isto modo pręcipitur a Gal. in secundo ad Glauconem, & ab Auicē. in quarto, ꝙ fiant in circuitu esthiomenorum, & in vlceribus spōte dilatantibus, & in ossibus corruptis. Tertiam ponit idem Auicen. ad resoluendum materias coartatas in particula: & isto modo pręcipiunt Albuca. & Haliabbas ꝙ fiant in guttis, & in cephaleis, & in fortibus doloribus. Quartam adaptat idem Auic. ad restringēdum sanguinem. quam appropriabat: Gal. in quinto therapeutices dum dicit. adinuenerūt ea quę ad vocatam escharam operantur: velut sceptum quoddam ad restringendum fluxum sanguinis. Operantur autē ipsam per ignem: aut per similem igni pharmaciam. Quintam appropriat magister Arnaldus ad euacuandum & diuertendum fluxus inueteratos oculorū & totius corporis: & isto modo fiunt setones, & cauteria retro collum: & in fontanellis lacertorū: ubi lacertus a lacerto distinguitur: aut sub eis ad duos vel tres digitos iuncturarum maxime iuxta venas, quæ diriguntur ad membra illa. Sextam ponit Gal. ad intercipiēdū: & isto modo pręcipit cauterizare venas temporum, vt non fluat ad oculos materia: et in ruptura, ꝙ intestina nō descendant et in vicinitate vlcerū malorum. Et de hoc fecit aphorismū Arnaldus. Manatio quæ diuerti nequit ad exitum naturalē aut supp̄. habituatum: vicinis cauterijs adducitur cōpetenter. Septimā ostendit vsus ad extirpandū superflua: & isto mō aperiuntur apostemata: resecātur glandulę. exstirpātur carnes viuę & mortuę, et id genus. Vtilitates autem particulares licet ponātur. 56. ab Albuc. & . 20. ab Haliab. et multa a Bruno, Rogerio, & suis glosatoribus, Ac etiā a Guil. Lanfranco & Henrico, secundū qꝫ ea in diuersis pręcipiunt facere locis: Nihilominus moderni operatores non faciunt ea, nisi secundū octimembrē diuisionē. Primo in capitis sūmitate in loco ubi ꝑtingit digitus medius extēsa manu de naso a radice palmę superius. Cōsulunt Albuc. Haliab. Brunus, Guliel. Lanfrancus & Rogerius cū suis glosatoribus cauteria rotunda cū oliuari ad euaporandū cerebrū, & diuertendū materias quę ad ꝑtes rheumatizant subiectas. Et aliqui profundant ea vsq; ad os. Nōnulli radunt aut exfoliant primā tabulam cranei, ꝙ nō multū approbat Albuc. Et ideo valent talia cauteria manię, epilepsię, & capitis dolori, fluxui oculorū, phthisicis, & oībus rheumatismis. Fiunt etiā in cornibus capitis & occipite cauteria cū eodē instrumento ad calefaciendū et cōfortandum caput in paralysi, tremore & spasmo: & ꝓpter lepram palliandā. In facie autē quę est secunda particula: fiunt multa & diuersa cauteria propter speciales vtilitates. Fiūt. n. in palpebris ad corrigendū & eleuandum palpebras, cū myrtillino. In loco pilorum ad claudendum porros pilorū euulsorum vt nō renascantur: & hoc cū actuali. In lachrimalibus ad cōsumendum carnem superfluam, cū cultellari paruo. In cantho iuxta nasum pro fistula, cum actuali & canna. In tēporibus ad claudendum venas

A pro rheumate oculorū, cum cultellari. In naso ꝓ polypo cōsumendo, cum actuali & cānna. In labijs pro fissuris, cum cultellari paruo. In dētibus pro dolore & putrefactione ipsorum, cū actuali & canna. In vuula pro ea incidenda, cum incidente & cānali cochleata. In collo fiunt cauteria ad setonē cum tenaculis & acu cetoneata retro in fossa ad diuertēdum materias oculorum: vt solus dicit Lanfrancus. licet alij non dixerunt. innuerunt tamen præcipue glosatores, qui uiderunt quendam medicum maxime approbatum per cauteria rotunda ibi facta & longo tempore dimissa aperta, curare maniacos, scotonicos, & vertiginosos. Galenus etiam in tertiodecimo therepeutices: dixit ꝙ ventosa secundum occipitium facta nobile est auxilium rheumatis oculorum, quanto magis cauterizatio. Et ob hoc ī rheumate oculorum in prędicto loco B cauteriū cum setone facere cōsueui. In parte autē anteriori in collo sub mentone cōsulunt quatuor magistri cauterium ad setonē, ꝓpter euacuare naturā guttæ rosaceę & aliarū infectionum faciei & oris. In omplata, in fontanellis brachiorū ad tres digitos de iunctura vbi lacertus a lacerto manifeste distinguitur, cum clauali rotundo, cum resta & plata perforata, ab intra fit cauteriū pro ægritudinibus faciei, & partis anterioris colli. In mēbris thoracis, & ab extra ꝓ ægritudinibus totius capitis & partis posterioris colli. In mēbris thoracis sub furcula fit cauterium rotundum aut ad setonem pro asthmate & ægritudinibus gulæ et sub ascellis, eodem modo. Pro ægritudinibus humerorum, & pro mundificando cor, & palliando leprosos. In empyimate etiam quandoq; fit apertura cum ensali cultellari inter costas ad attrahendum sanguinem: est ta- C men periculosum de fistula aut de morte propter debilitationem cordis ex aere siue alteratione subintrante: vt dicit Albucasis. In ventre in parte anteriori supra stomachum fiunt cauteria rotunda aut ad setonē, quæ conuenientius se tenent aperta propter ægritudines stomachi, & supra hepar & supra splenem propter dolores illarum partium, & subtus vmbilicum propter aquam hydropicalem. Et Albuca. & Haliab. faciunt ea cum claualibus duplicatis: aut triplicatis. In anchis fiūt cauteria in inguine propter rupturam. In pectine ꝓpter vesicas. Retro propter renes & gibbositates cum rotundo aut clauali restato. Et in bursa testiculorum cum setone, propter herniam aquosam & ventosam. Octauo fiunt cauteria in fontanellis sub genu ad tres digitos vbi lacertus a lacerto distinguitur cum clauali rotundo arestato, cum plata pro- D pter purgationem totius corporis & morbo tibiarū: Plures autem alias vtilitates speciales faciunt cauteria in prędictis locis quæ superius ī singulis capitulis sunt explicata. Vtilitates autem cauteriorum potentialium sunt quasi eędem sicut & actualium: excepto ꝙ non confortant sed debilitant. Et ideo magis appropriantur ad euacuandum & deriuandum humores, & aperiendum apostemata, & fluxum sanguinis restringendum, quam actualia. Particulares vero eorum vtilitates assumuntur a locis in quibus fiunt. Cōmunius tamē ponūtur caustica in locis carnosis: quia trahunt a profundo magis quam actualia. Membris tamen principalibus magis sunt molesta. Vesicantia vero in locis ponuntur intercutaneis vt sub mentone, retro collum, & tota facie, & in cauillis pedum

et manuum: non enim extrahunt nisi humorem inter cutaneum: vt videtur ad sensum. E

Propter secundũ quomodo fiũt cauteria est sciẽ. ꝙ cauteria actualia fiunt cum instrumentis præcipue metallicis. Potentialia vero cum medicinis causticis.

Instrumenta autem quibus fiunt cauteria actualia apud antiquos erant diuersa. Moderni vero ea retraxerunt ad certum numerum: vt Guil. de Saliceto ad sex, uel ad octo: Lanfrancus ad decem: Henricus ad septem. Ego vero cõmunia cauteria faciebam cum sex formis: specialia uero cauteria faciebam cum proprijs instrumentis formatis iuxta intentionem quam complere habebam: fiant autem de qualibet forma tria instrumenta paruum, magnum, & medium.

Prima forma est Cultellaris ad formã cultelli facta: & est duplex, Dorsalis scindẽs ab vna pte, Ensalis scindens vt ensis a duabus. Et cum isto inciduntur carnes superfluę & aperiuntur apãta & rectificãtur vlcera. F
Cuius forma est talis. A B


Secundum instrumentũ est Oliuare nõ ad formam folij oliuę: vt putauerunt Gulielmus & Lãfrancus & Hẽricus sed oliuarum ossibus simile: vt dicit Halyab. in nono sermone partis secundæ de coquendis capitibus. Qđ eius operatio etiã ostendit: fiunt enim cũ oliuari: in sũmitate capitis: vt docent pręfati magistri: Et iuxta iuncturas propter earum dolorem & super neruos: vt nõ profundetur in eorũ substantia dũ cauterizantur, ꝑpter putrefactionẽ: Et super ossa propter magis desiccare dum cauterizantur propter corrosionẽ.
Cuius forma est talis. C

Tertium instrumẽtum est Dactylare ad similitudinem ossium dactylorum factum: et ualet ad omnia ad quę oliuare: sed ipsum meliorem formã relinquit post se: quia oblongam. & est grossius quam oliuare. Et ideo est præcipuum in vlceribus & ossium & corruptionibus. G
Cuius forma est talis. D

Quartum instrumẽtum est Punctale habens cuspidem gracilem & rotundam cum quo cauterizatur sola cutis. Et est duplex, cum resta & plata: vt non transeat vltra cutim cum quo fiunt cauteria quæ cõmuniter vocantur ad nodulum in fontanellis brachiorum et tibiarum. Aliud est planum longum ad modum radij cum cannula vt non offendat latera, cũ quo cauterizantur membra, vt fistula lachrymalis, polypus infra nasum ' & dentes.
Cuius forma prima est forma primi. E F
Forma secundi est talis. G
Cannula est talis. H

Quintum instrumẽtum est cauterium subtile cum quo ponuntur setones cum tenaculis latis & perforatis: valet autem istud cauterium vt punctalia ad nodulum: sed sunt leuiora & durabiliora: eo quia nodulus egreditur: & cadit sępe, & indiget ligatura tediosa: seto autem non.
Cuius forma est talis. K
Tenaculę sunt tales. in forma vt hic. I

Sextum instrumentum est Circulare cum quinque additamentis ad faciendum quinque cauteria ad nodum cum plata quinq; foraminibus perforata super sciam in dolore ipsius & supra humerum et supra gibbositatem humerosam & dolorosam.
Cuius forma est talis vt hic. L M.




Modus autẽ faciendi cauteria actualia, est ꝙ inquiratur bene locus vbi debent poni, & exiccetur, & signetur, & applicata plata aut cannula frigida, si debẽt poni: aut sine ipsis vbi non est necesse: firmiter patientem tenẽdo: & ignita cauteria bene duo vel quot erũt necessaria vsquequo rubeant: quia tunc erunt meliora: tradantur magistro caute quod patiẽs non videat: & imprimantur: & teneantur cum quadam reuolutione, vt non adhæreant carni: fortius tamen in osse: leuius in neruo, vsquequo perdant rubedinem. Et toties reiterentur, quousque habuerit intentum: & postea regantur. H

Medicinæ vero cum quibus fiunt cauteria potentialia, sunt ruptoria: quorum aliqua post se dimittunt escharã, vt calx uiua, et sapo mollis, ęqualiter de quolibet, drachma. i. vel quantum sufficiet ad operationẽ mista recenter antequã sint infrigidata: vt dicit Albucasis addendo quid fuliginis: ut dicit Henricus: aut salis alkali: vt pręcipit Halyabbas. Et de saliua põit vulgus:

gus: et ꝙ statim applicetur in loco signato infra circu-
lum factum de tela cerata: aut de panno in albumine
oui infuso: aut in aliquo glutinoso frigido: & ligetur
firmiter a. xij. horis vsq; ad. 18. dimittatur: & postea re
moueatur & regatur. Medicinæ autem rumpentes
quæ non faciunt escharam sed vesicas, sunt canthari-
des mistæ cum fermento, aut cum aliquo sepo, vel fo
lia flamulæ, uel panta lupi, vel marcilium pistata, et su
per locum applicata in quãtitate vnc. 5. vsq; ad vnc.
i. & ligentur non stricte: & dimittantur ab octo ho-
ris vsque ad. xij. Et postea remoueantur: & vt opor-
tet regantur.

De tertio qđ est de modo regendi cauteria, est sciẽ-
dum ꝙ eorum duplex est regimen: ante actum vide-
licet, & post actum. Ante actum ipsius omni tempore
potest applicari vt dixit Albuca. duntaxat ꝙ corpus
sit mundum & non repletum. Communis autem est
admonitio ĩ quarto & tertiodecimo therapeutices, et
ubiq;, ꝙ nullum euaporatoriorum nominatorum au
xiliorum vti audeas antequam euacuatiõe totius cor
poris vtaris. Et si non dicitur: semper tamen intelliga-
tur. Admoneatur etiam patiens ante cauterizationem
de bonitate et securitate cauterij, ad hoc ꝙ ipsum me-
lius sustineat. Et si necesse est, teneatur firme ꝙ ligetur.
Post vero cauterizationẽ in primis tribus diebus po-
nantur super locum & circũcirca albumina ouorum
cum oleo rosa. agitata. Et post casus escharæ cum bu-
tyro lauato addita modico frumenti farina: aut cũ ali-
quo vnctuoso non salito: aut cum aliquo dulci matu
ratiuo procuretur. Et postquã ceciderit eschara, mun
dificetur, & curatione vlcerũ curetur: nisi ipsum vel-
let tenere apertum propter euacuare humores & fu-
mos vaporosos: aut propter cõsuetudinem longam,
ob quam non esset securum claudere ipsum absq; alia
euacuatiõe ęquipollente. periculum enim esset ꝙ hu-
mores qui consueuerunt exire, retẽti currerent ad ali-
quod membrum: et ꝙ inducerent maiora mala: vt in
de vlceribus est dictum: & in prologo istius libri prę-
missum. Et vt etiã notatur in primo sexti aphorismo-
rum, Hæmorrhoidas antiquas habenti. In casu tamen
in quo esset necesse post clausionem ipsum reiterare,
in eodem loco potest reiterari: aut in suo cõsocio mẽ-
bro, aut in alio sibi proximo: iuxta illud Arnaldi. Ma
natio innaturalis quę diu manauit, obscurari nequiuit
absq; timore grauioris incõmodi, nisi manatio cõsue
ta ad proxima deriuetur. Cauterizatus a die cauteriza
tionis vsq; ad septem vel nouem dies ꝙ igneitas sit re
frenata, regatur regimine ĩfrigidatiuo. Post vero vsq;
ad complementum suę operationis confortetur vir-
tus, & ordinetur regimen ad oppositum suæ causæ.
Tempus autem cõmune tenẽdi ipsum apertum secũ-
dum Rogerium & suos magistros est. 40. dierum aut
trium mensium: nam ille est terminus vltimus aposte
matum in sexto aphorismorũ, & in secundo progno
sticorum. Vltra autem illud tẽpus debilitatur locus, et
habituatur cacochymia: & cum hoc virtus in eo con
fortans est euaporata vt dicit Henrieus. Teneatur au-
tem apertum cum tentis & nodis de cera simplici: aut
in aqua malaxetur euphorbium seu scamonea, uel co
locynthis seu elleborus secundum naturam humoris
quem uolumus purgare. aut cum piso, aut cum nodu
lo de ligno hederæ, aut de gentiana. Et de super ponũ
tur folia caulium, aut hederę subtus pannos aut supra

A pannos triplicatos aut retriplicatos: & aliqua plata de
corio: aut de ære aut argẽto ligata. Et potest bis in die:
aut toties quoties placebit, remutari. In cauterio au
tem potentiali ante actum, est necessaria melior eua-
cuatio quam in actuali: cum sit maioris læsionis vt di-
xi: non est tamen necessariũ ꝙ ligetur patiens: sed per
quiratur locus, & signetur, & vt dictũ est, applicetur.
Et post actum, regatur vt de cauterijs alijs est dictũ.
Vesicantia vero requirunt custodiam maxime vesi-
cæ, quę consueuit lædi ex cantharidum applicatione:
quæ cum balneo cõsueuit corrigi, vt inferius dicetur.
Eleuatæ autem vesicæ incidantur, & aperiantur cum
forficibus, aut cum acu. Et post desuper folium caulis
& paui applicentur: & sicut placebit, remutentur. Et
quia non faciunt escharam, sed vesicã: infra septimam
diem vel octauam desiccantur & consolidantur.

B *De operationibus & artificio præparandi antidota quæ in arte competunt chirurgiæ.* Cap. IIII.

Necessarium & valde vtile est sæpissime medi-
cis maxime chirurgis vt sciãt adinuenire & cõ
ponere ac etiam administrare auxilia infirmorum: eo
quia multoties cõtingit eos operari in locis in quibus
nõ reperiũtur apothecarij: aut si reperiuntur nõ sunt
ita boni neq; omnifarie fulciti. Vel sunt multi paupe-
res qui non possunt emere res proprias & pretiosas,
quare cũ cõmunibus oportet pertransire. Et propter
hoc data est doctrina, & modus cognoscendi simpli-
ces medicinas a Gal. in primis libris simpliciũ pharma
corũ, per substantiam, saporẽ et odorẽ, & id genus, et
conficiendi cõposita, in decẽ septem libris. de cõposi
tione medicinarũ: quorum decẽ dicuntur almyamir,
C & septem catageni, vt Haliab. in fine techni testatur.
Ita enim refert Gale. ipsummet aliquoties fecisse: vt in
sexto myamir, in agro existens carens dyamoron, in
quodam in gargarione patiẽte adinuenit dianucum.
Et. xi. therapeu. accepit absinthium, in paupere men-
dico apostema in hepate patiente, qui oleum non po
terat emere nardinum. Ego etiam nunquam cõsueui
exire extra ciuitates, nisi mecum portaui bursam cly-
steriorum, & aliqua communia. Et quęrebam herbas
per campos, cum modis dictis ad cito subueniendum
infirmis. Et ita reportabam, laudem, lucrũ, & amico-
rum copiam. Et interim propria ordinabantur et pro
curabantur. Porro est etiam vtile scire multas me-
dicinas, quia nõ omnia in omnibus locis reperiuntur:
vt in myamir superius de apostemate aurium fuit alle
gatum. Et quod confert vna hora non confert alia, &
D quod vni proficit nocet alteri. Et totum hoc est pro-
pter diuersitatem particularum complexionum gen
tium & auxiliorum, qui certis literis non possunt de-
notari, vt septimo therapeu. dicebat. Propter hoc
est scieñ. ꝙ operationes chirurgicalium distinguũtur
secundum virtutes, quę sunt in eis, et eas habent effice
re ĩ corpore humano, quæ triplices numerãtur a Gal.
& Auer. in quinto, Quædam sunt primæ quæ dicun-
tur complexiones, & qualitatiuæ, quæ a qualitatibus
dependent elementorum sicut sunt illę, quæ dant, &
faciunt caliditatem, frigiditatẽ, siccitatem, ac humidi
tatem. Quædam sunt secundæ, quia sequũtur primas
dictas, quę suo modo dicuntur substantiales: sicut illę
q̃ habent repercutere, attrahere, resoluere, remollire,
maturare, mundificare: cõsolidare, regenerare, ac etiã

& dolorem sedare. Quædam sunt tertiæ, quæ hæc facere habent in determinatis particulis, quę suo modo dicũtur specificæ seu formales, vt medicinę laxatiuę, & vrinatiuæ, ac etiã illuminantes visum, acuentes auditum, & id genus. Quæ quidem operationes secundum mentem Auicēnæ in secundo canonis, quandoque fiunt per medicinas suo modo simplices velut sunt rosa, chamomilla, atque plantago: quandoq; per compositas, velut sunt vnguenta, olea, emplastra, aquæ, epithemata, pulueres, & consimilia. Laudabilius tamen est operari cum simplicibus siquis potest, quam cum compositis: eo quia cum compositis concurrere multa possunt: quæ multoties in vnum non possunt concordare, vt in tertio therapeu. ostendebatur. Et propter hoc dicebat magister Arnaldus, q̃ potēs medicare cum simplicibus, dolosé aut frustra quęrit composita. Cogit tamen ut dicit aliquando necessitas, componere medicinas, quando non inuenitur simplex potens vtiliter complere intentiones propositas & conceptas.

Concipiũtur autem intentiones secundum eundē Arnaldum ex membris & ex morbis aut ex medicinis secundum nobilitatem, aut etiã diuersitatem conditionis eorum, situs etiam & compositionis. Ex morbis secundum compositionem quam habent in se & respectu causarum & accidentiũ. Ex medicinis, quando sunt debiles horribiles, aut nimis fortes. Et q̃a optime ista pertractantur per Auicennã in quinto, & per Serapionem in septimo, & per translatorem Antidotarij Azaranij parte prima, et per Iohãnem de sancto Amando in suis aureolis, non curo in his elongare sermonem. Nihilominus prępatantur medicinæ, & mũdantur, decoquuntur, & aduruntur, conteruntur, et id genus de causis certis de quibus. Sera. sermone euãngelico tractauit.

*De præparatione medicinarum simplicium.*

Causa autem quare mundantur simplices medicinæ est, vt remoueantur ab eis extranea. Et lauantur omnes, vt magis sint mundæ & puræ. Aliquæ vero vt abijciatur fæx & sordities ab eis. Nonnullæ vero, vt remoueatur acuitas, & acquiratur frigiditas.

*De mundificatione herbarum.*

Exemplum mundationis & depurationis habetur in herbis & radicibus, quæ quomodo mundantur, & depurantur notũ est omnibus. Exemplum lauationis, vt abijciatur fæx & sordities, est oleum & cera.

*De lauatione olei.*

Lauatur oleum dupliciter: vno modo cũ clepsydra habente duo foramina, vnũ in summitate, aliud in profundo: & impleta secundũ medietatem aqua calida & oleo claudãtur foramina, et agitetur fortissime, vsq; quo oleum & aqua sint bene mista. demum post quietationem aperiatur foramen fundi, quousq; aqua fuerit extracta: & demum ponatur tantundem de alia aqua, & fiat vt prius. & toties reiteretur, quousq; oleum fuerit albificatum. Aliter autē lauatur magis leniter in pelui, scutella, vel olla: ponitur in scutella cum tantundem aquæ calidę, et agitatur cum spatula tantum donec albificetur: deinde põatur in sole quousq; separetur oleum ab aqua:

E deinde colligatur oleum de superficie aquæ cum alio cochleari, & reponatur. Et si sufficiēter fuerit mũdatum, bene: & si nõ, iterũ ponatur de aqua vt prius, & secundo & tertio, donec albescat.

*De lauatione & dealbatione ceræ.*

Lauatur & dealbatur cera, fundendo ipsam cum aqua & ipsam eleuãdo cum lapide, aut cum uitro rotundo in ea ĩmerso. Et post ĩmergatur in aqua frigida, & separetur a lapide, toties sic faciendo donec tota cera sit extracta. Et postea appõatur ad solem, eam sæpe vertẽdo, donec sit alba perfecte. Aliter & magis leuiter accipitur cera, & coq̃tur in aqua, & postea expellitur illa aqua, et ponitur alia: & fiat ita sæpe donec fiat alba.

*De lauatione terebinthinæ.*

F Lauatur terebinthina vt magis suauis pro neruis efficiatur, ĩ scutella cũ aqua frigida, & tantum cum baculo ducatur, aquam sæpissime mutando, donec sit alba.

*De lauatione butyri.*

Lauatur butyrum antiquũ, vt salsedo remoueatur, & in mollificando efficacius efficiatur, in scutella cum aqua frigida, & tantum cum baculo ducatur, donec fiat album.

*De lauatione calcis.*

Lauatur calx, vt eius acuitas remoueatur, & efficiatur desiccatiua, ĩ bacino cũ aqua frigida, cum baculo eam miscendo: & postquam cõquieuerit, illa aqua expellatur: & alia imponatur: hoc septies vel nouies aut toties faciendo, donec aqua ad gustum suauis & dulcis reperiatur.

G *De lauatione & præparatione thutiæ & consimilium.*

Prępatatur thutia primo adurẽdo, vt conteratur facilius nouies eam igniendo in carbonibus incensis, & nouies eam extinguendo in aceto, vel in aqua pluuiali, vel in aqua rosata, seu fœniculi, vel maioranę: secundum illud ad quod voluerit eam applicare. Post vero lauetur, & depuretur, vt suauis & frigida efficiatur, cõterẽdo eam grosso modo: & in panno & in pelui cum aqua frigida tantum fricando ducatur, quod subtile ipsius in aquam transiuerit: & illud grossum de panno abijciatur: deinde cribelletur in aqua, & subito colando cum alio panno mutetur in alio vase: & illud grossum quod remanserit in fundo, abijciatur. & hoc bis vel ter faciat, quousq; nihil remãserit grossi. post dimittatur residere, quousq; descẽderit in fundo: & tunc aqua illa cum illa viriditate, quæ cũ illa supernatat, abijciatur, & alia aqua ponatur, toties reiterãdo, quousq; aqua dulcis et suauis efficiatur. tunc desiccetur, & seruetur.

H

Exemplum combustionis, ut facilius fiat contritio, est thutia. Sed vt remoueatur desiccatio & consolidatio est in subtilibus corrosiuis, velut ponit Gale. in tertio therapeu. & quinto & nono simplicium pharmacorum, de cuperosa & viridi æris.

*De combustione cuperose: & consimilium.*

Igniantur supra crucibulum aut testam cũ carbonibus insufflatis, donec inflãmentur, & fundãtur, & ampullentur: & hoc tm̃ fiat donec color fuerit mutatus in rubeum seu citrinum, & quieuerint ampullæ,

ampullę, & infrigidetur, & reseruetur.

Exemplū decoctionis, vt virtus in colatura tradatur, est in syrupis & oleis & infusionibus, in quibus virtus traditur in decoctiõe. post syrupãtur, & oleantur, & clysterizantur, & gargarizãtur, & embrochantur. Etiam decoctio fit quandoq;, vt virtus nõ necessaria separetur, et necessaria remaneat: vt in caulibus & lentibus euidēter ostēdit in tertio pharmacorū G.

Exemplum contritionis ut res sint permansibiliores supra locum, & magis efficiantur deficcãtes, sunt in lithargyro, & centaurea, & in conterendo est iudicium & terminus, vt dicit Auicen.

*De præparatione medicinarum compositarum.*

Compositę autem medicinę pręparantur & conficiuntur secundum Iohannem de sancto Amando, & magistrum Stephanum Arnoldi de Montepessulano, diuersimode propter diuersas vtilitates, & in forma oleorum, vnguentorum, emplastrorum, epithematum, & id genus.

*De oleis.*

Oleum est humiditas liquida et vnctuosa. Et fiunt secundū doctrinã Heben Mes. & Azaranij tripliciter, videlicet per expressionē, vt oleum oliuarū, de quo dicit Gal. in secundo pharmacorū q͂ est sicut materia recipiens omnes virtutes: & oleū nucum, & amygdalarū, myrtinum, lininū, laurinū, muscellinum, & oleum de ouis, & de frumento, & consimilia. Fiunt etiã alio modo per decoctionē ad ignē vel ad solem, vel infra terrã calidam, vt oleum rosarū, chamomillę, de lilio, & similia. Fiunt tertio modo per sublimationē, vt oleum benedictum, & oleū de terebin. de tartaro, de fraxino, et iunipero, & id genus. Causa quare fiunt olea, & virtutes ponuntur in eis, est duplex: vna est, vt oleum profundius perferat virtutē: secunda est, vt oleum dulcoret acuitatem rerum cum quibus fiunt. Est tamen intelligendum q͂ quando fiunt olea ex oleo oliuarum, frigida, debent fieri cum oleo omphacino, quod est oleū oliuarum viridium & immaturatarum: quando calida, debent fieri cum oleo dulci & maturo.

*De unguentis.*

Vnguentum est res unctuosa, nõ fluida, sed permanens. Et fiunt secundū doctrinã cõmunē uno modo sine igne, pistãdo in mortario: et isto modo fit vnguentum albū & omnia vnguenta mineraliū. Et ad quamlibet vnc. de subtilibus pulueribus ponitur, lib. 5. olei. de aqs, succis, aut aceto quãtum de mineralibus. Alio modo fiunt cū igne, fundendo in oleo ceram, & pinguedinē: & vltimo quando erit tepefactū, pulueres bene triti misceãtur. Et ad quãlibet lib. olei ponitur de cera, quar. i. puluerū, q͂r. 5. in ęstate: ĩ hyeme vero est minus necessariū de cera. Et tertio modo fiunt cum axungijs & herbis pistãdo eas: et postea insimul coquēdo: & colatura est vnguētum, & ponitur tantū de herbis, quantū de axungijs. Causa quare fiunt vnguēta, est ut sua materia maneat in superficie: & non fluant, neq; se nimis profundent. Sunt enim media inter olea & emplastra.

*De emplastris.*

Emplastrum est cõfectio cerotaria per decoctionē solidata & indurata. Et fiunt tri-

A pliciter. Vno modo quãdo sunt mineralia, decoquūtur primo cum oleo vsq; ad spissitudinē, postea adduntur mucilagines, vt in diachylon: & sine mucilagine, vt emplastrum nigrū. Alio modo fiunt sine mineralibus, vt oxycroceū cum gūmis, cera, pice, & terebin. et aliquibus pulueribus per istum modū: contritis gūmis, & per noctem in aceto vel vino temperatis, in mane liquefiant ad ignē, & dissoluuntur vsq; ad consumptionem vini vel aceti. & colatis addatur pix: deinde cera, vltimo terebin. & in descēsu ab igne ponantur pul. semper cum spatula ducēdo. & proijciantur in aqua frigida, & post extrahatur, & cū manibus inunctis cum aceto, aut oleo malaxãdo extrahatur ab aqua: & fiant magdaliones. Signum autem decoctionis emplastrorum, est vt gutta ipsorū proiecta in aqua frigida vel in marmore, coaguletur: &

B digitis non adhęreat malaxando. Fiūt etiam & tertio misto modo cum mineralibus, gummis, & pul. ut in apostolicon est videre. Causa vero quare fiunt emplastra, est vt virtus diutius maneat in membro.

*De pultibus & cataplasmatibus.*

Pultes & cataplasmata sunt quasi idem: nisi quia in pultibus non intrant nisi farinæ cum aqua vel succis & oleo, seu melle. In cataplasmatibus ponuntur succi, & herbę. Et fiunt ad maturandum: et tunc debent esse viscosę. aut ad resoluendum: & tunc debent esse absq; notabili viscositate: eo quia viscositas notabilis claudendo poros, retinet calorē, & spiritum & materiã, quę ambo faciunt ad maturationem cū prohibitione resolutiõis, ut dicitur in quinto pharmacorum, & dicetur infra: Nihilominus multoties

C emplastra uocantur. Causę ipsorum sunt leuitas pręparandi, et vtilitas simplicium, quę aliter nõ haberēt tantam virtutem.

*De embrochis & epithematibus.*

Sunt enim ista liquores simplices atq; compositi cum quibus particulariter fomentantur, & balneantur membra, aut in quibus infunduntur spongiæ, aut panni, & expressi super particulam ponuntur: & sępe remutantur. Et causæ talium sunt facilitas calefaciendi, & infrigidandi, & humectandi, & resoluendi cum profundationis virtute.

*De alijs modis.*

Plures sunt alij modi componendi auxilia vt distillationes aquarum causa decoris, &

D sinapizationes, & linimenta, & alia quæ magis fiunt ad apparentiam & votum infirmorum, quam ad existentiã: vt dicit Henricus. Stabilis medici est stare in certis & probatis. vagãtis animi peregrinare per multa: vt dicit Arnoldus. Et si aliquoties congruum inuenitur, fortunæ magis attribuendum, quam rationi, in tertio therapeu. Cognitorem enim oportet esse medicum propriarum naturarum in quibus operatur, & cum quibus, vt dicitur per totum.

*De antidotis localibus apostematum. Et primo de medicinis repercussiuis & modo repercutiendi. Cap. V.*

QVia inter operationes secūdas chirurgicales, repercussio est magis necessaria: cum ipsa prohibeat augmentū apostematis, & ipsius sania-

tionem: quę valde sunt suspecta ad dolorē et febrem: & per cōsequens ad vlcerationem & fistulationē: vt in de iudicijs apostematū superius dicebatur: nō obstāte vulgari opinione ꝙ in sanatione a periculo corpus magis securatur. Pro tanto prius dicendū est de medicinis repercussiuis. Medicina repercussiua, vt dicebatur in de apostematibus supra, dupliciter accipitur, cōmuniter seu large, & proprie seu stricte. Cōmuniter dicitur de omni medicina quę refrenat, et cōpescit, infrigidat seu īgrossat, oppilat, et cōfortat. Et licet doctores vt Halyab. Serapio, & Aui. sępe vnū capiāt pro reliquo: nihilominus differunt inter se: quia medicina & refrenatiua, & cōpescitiua est illa quę facit sistere materiā cum infrigidatione: & talis dicitur ingrossatiua apud Halyab. & Aui. velut est semperuiua, lactuca, crassula, vmbilicus veneris, lentigo, aqua oculi arboris tremulę, aqua frigida, camphora, et acetū. Oppilatiua medicina dicitur illa, q̄ sui viscositate & grossitie, claudit poros mēbrorū, & impedit trāsitū materierum, ut est farina volatilis molēdini, amylū, glutinum, & genera gūmarū: & omne illud quod est frigidū, viscosum, sine mordicatione. Medicina confortatiua est illa quæ temperat essentiā & complexionē membri, taliter ut prohibeat ipsum a superfluitatū receptiōe, vt oleum rosatū, & myrtinum, mastiche, myrrha, coriandrum, sandali, berberi, absinthiū, marrubiū, centaurea, poma cypressi, fructus tamarisci, atq; crocus. Proprie autem dicitur medicina repcussiua, repulsiua, seu cōstrictiua, & est secūdū Gal. in quinto et nono simpliciū pharmacorū, capitulo secundo, quę impellit versus profundum humores, ad quos appropinquantur. & est duplex, frigida & calida: cum stypticitate et grossitie substātiali: velut sunt Frigidę vt solatrū, plantago, folia vitis, virga & bursa pastoris, rosę, balaustię, hypocistis, memitha, acacia, agresta, sumac, berberis, myrtillus, pira coctana, nespila, glādes, gallę, bolus armenicus, argilla, cimolea, terra sigillata, & sanguinarius lapis. Calidę vero sunt alumen, sal, nuces cypressi, squināthū, blacta byzantia, & lupinorū farina, et styptica vina, & artificialis cōpressura, & ligatura. Cōpositę vero fiunt ex supradictis simplicibus multiformiter secūdū quod dictū est in singulis capitulis, de phlegmone & erysipelate ac de alijs apostematibus: ultra quę gratia plenarię doctrinę ponuntur tres formę quæ competunt in principio omniū phlegmonū, & calefactionū: quia repercutiēdo infrigidant, & materiā intercipiunt, & corruptionē, prohibent ambulare, & locū apostematū cōfortant. Quarū prima est oxycratū Gal. in secundo ad Glauconē qđ fit de aqua & aceto in forma potabili mistis. Secunda est linimentū de bolo totius cōitatis, & id ponit Gal. in. ix. pharmacorum. qđ Re. boli ar. partē. i. terræ sigillatę partē. 5. olei rof. partes tres. aceti vel succi herbarū frigidarum partem. 5. illius: puluerizatis rebus subtiliter oleū et acetum miscendo successiue & paulatim diu in mortario ducendo, fiat linimētū. Tertia forma est cerotū Gal. in primo simpliciū pharmacorū: quod Re. olei rof. cerę qđ sufficit: fiat vnguentū: & nouies cum aqua frigida lauando infrigidetur. Quarta forma est vnguentum de myrtil. & est Guilelmi de Saliceto. Re. olei myrti. lib. i. cerę albę quar. 5. myrtillorum pul. vnc. i. fiat vnguentū. Modus autē repercutiendi est ꝙ euacuato corpore si est possibile, ꝙ seruatis cōditionibus iā su-

E perius dictis, applicentur repercussiua simplicia, vel composita secundū quod exigit materia, si est calida, frigida: si frigida, ecōuerso: si mista, mista supra & circūcirca locum: magis tamen a parte a qua venit materia, renouando sępissime, & cōtinuando vsq; quo materia sit fluxa, & locus alteratus nō ad liuorem & duritiem: sed ad colorē & substantiam naturalem: & tunc erit cessandum, & procedendum ad resolutionem vel ad maturationem, secundum quod dispositio apostematis requirit.

*De medicinis attractiuis & modo attrahendi.*

Ad hoc enim inuentę sunt medicinę attractiuę, vt attrahant materias de membris nobilibus & profundis ad ignobiliora et manifesta: sicut in apostematibus emunctoriorū & creticorum & venenosorum. & in sciaticis passionibus, & in spinis, & sagit-

F tis, & alijs infixis extrahendis maxime quādo sunt in periculosis locis ad incidēdū, aut patientes sunt timidi ad sustinendū. Tunc enim trahere debemus et si nō cum alio: saltim cum vētosis, et suctionibus, vt iubet Aui. Et pro tanto post repercussiua quibus sunt contraria, in quinto pharmacorū dicetur de ipsis. Medicina attractiua secundū Halyab. est quæ a profundo corporis trahit ad superficiē. Et debet esse cōplexionis calidę & substantię subtilis, vt velocius & vehementius valeat profundari. Et secundū Gal. vbi supra, est duorum modorū: quędā est quasi per se nota: quædā ex putredine accidēte habet generationē. p se nota, sicut est diptamū, et sordicies alueorū, thapsia, & serapinū, ammoniacū, & si quę alia similia his, vt sunt euphorbiū, allia, cepę, porri, napi in nono simpli-

G ciū, capitulo secundo. Ex putredine vero quæ ex fermento acri fiunt, & quæ ex stercoribus existunt: non parua tamen in eis est differentia. Nam stercus quidem columbarum sufficienter est attractiuū. Alia vero ab hoc ęqualiter destiterūt, versus calidius, stercus anseris: versus frigidius, stercus galli: deficit autē ab hoc stercus hominum vel porcorum. Est autem & aliud quoddam genus attractiuorum quę a qualitate substantiali euellunt materias, vt sunt laxatiua, theriacalia omnia: quorum speculatio magis physicis quam chirurgis est nota. Auicen. vero videtur ponere attrahentia ranas combustas, aristolo. radic. cannæ. Et ideo Ioannes de sancto Amando ex secundo cañ. multa alia exempla cōgregauit, vt calamenthū, pulegium, maxime ceruinum secundum Aristotelē octauo de animalibus, narciscus, centinodium, pyre-

H thrum, costus, piper, lapis, spumæ maris. Ex quibus possunt componi diuersa medicamina, vt in de vulneribus, ingenio attrahendi fixa compositę sunt duæ formæ. Et gratia manifestæ doctrinæ ponatur alia quæ est mirabilis compositionis & mirabilium virtutum, & ponitur ab Auicen. in quinto canonis ad Andromachū relata. Sugit enim & extrahit ossa corrupta, & spinas, & furunculos, & sciaticæ passioni cōfert. Reci. granorum inuentorum in palma, baurac rub. i. salis ammoniaci, aristolo. creticæ, radic. cucumeris asinini, gummi albotim, quæ est terebinthina, omnium, ana drac. xx. piperis nigri, & albi, ammoniaci, amomi, xylobalsami, omniū, ana drac. x. thuris masculi, myrrhę, resinę siccę, quæ est colophonia, aldabar dicitur, stellio et lacerta de cuius capite ad hāc intētionem scribitur in vndecimo pharmacorū, ana drac.

drac.x.lactis arboris mori, drac.x.ceræ, drac.xxx.
adipis capræ, drac.xv.fęcis olei de lilio quantū ſuffi-
cit.fiat emplaſtrū. Ad eandē intentionem fit empla
ſtrum apoſtolicon antidotarij Nicolai. Modus au
tē vtēdis iſtis attractiuis eſt, ꝙ iuxta ignem inungatur
ſuauiter ꝑticula cū oleo de lilio: deinde ſugatur locus
ab aliq̄ vili perſona: poſtea medicamē apponat̄, & cū
lana ſuccida carpinata leuiter cooperiatur: & cū bin-
da fiſſa i medio ſecundū crucē, ut nō cōprimat locū,
ſuauiter ligetur: & ſemel in die ſufficit vt remutetur.

*De reſolutione & modo reſoluendi.*

Quando autē materia non eſt tota repercuſſa: aut
nō debet repercuti: aut eſt in loco tracta,
propter cauſas ſuperius dictas: tunc auxilia debent
adhiberi reſolutiua, vt dicit Henricus, & Lāfrancus,
aut caraxatones: aut vtrūq; ſimul: vt in tertio techni
teſtatur Gal. Medicina aūt reſolutiua aut diaphore
tica ſiue rarefactiua aut euaporatiua, quod quaſi idē
reputo quātū eſt de pręſenti, eſt illa cuius proprietas
ſecundū Aui. eſt ſeparādi & ſubtiliandi materiā: & fa
cere ipſam euaporare, & aperiendo poros extrahere
eius partē poſt partem: donec aſſiduitate ſui operis to
tū extrahatur, & euacuetur. Et propter hoc oportet
ꝙ ſit calida, et ſubtilis ſubſtātię, et nō nimis acris: acria
vero ſunt hęc, & inferētia horrorē, & deſinātia malū
in quinto pharmacorū. Medicinę vero reſolutiuę:
quędā ſunt ſimplices: quædā vero cōpoſitę. Simpli-
ces ſunt, velut chamomilla quæ inter cęteras obtinet
principatū. Et ideo Ægyptij ſapiētes in ſacrificijs eam
dedicauerunt in tertio pharmacorum: vnde in quin-
to eorundē. Inter reſolutiua cōceditur eadē chamo-
milla. Et cū hoc althęa, & oleū ex ipſa factum: nō mi-
nus aūt quod ex cucumere aſinino fit. Sed et antiquū
oleū, & de kerua, & raphaninū ex eadē ſunt ſpecie. Il
la autē quæ frigida fluxa reſoluūt: oportet ꝙ ſint ab-
ſtergētia, et exſiccātia: ut dicit Aui. melilotū, anethū,
malua, bleta, parietaria, fumus terræ, caules, vrtica,
ebuli, & ſambucū, furfures, hordei, fabarū & orobi
farina, & panis groſſi medulla. Addit Lanfrancus &
Hēricus, cyminū, hyſſopum, calamenthum, ac origa
num, ſpicā, & coſtum, myrrhē, & maſtichē, in contu
ſionibus vſus concedit cōmunis. Ex iſtis aūt com-
poni poſſunt auxilia infinita oleorū, vnguentorum,
& emplaſtrorū: vt in forma oleorū eſt oleum chamo
millæ, oleū anethi, de lilio, de amygdalis: nec non &
oleū coſtinum, nardinū facta ſimpliciter: aut cū addi
tione aliorum ſecundū formā in antidotario Heben
Meſ. & Azarami nobis dictā: unguenta enim fiunt ex
iſtis ſecundū formā dictā. Specialiter Hēricus in ma
terijs calidis. R. olei chamomillę, vnc.ij. cerę, drac.ij.
axungię anatis, et gallinę, ana drac.i. chamomillę, ane
thi, ana drac.ij. bulliantur, & colentur, & fiat vnguē-
tum. In materijs aūt frigidis Guil. hunc cōſueuit. R.
ſe. fœniculi, aniſi, anethi, ana drac.ij. farinæ lupinorū,
vnc.5. farinę fœnugręci, & ſe. lini, ana vnc.i. coquan-
tur in aqua. et cocta cōtundantur: & cum modico de
aceto & oleo, fiat emplaſtrū ſeu cataplaſma. Plura
alia inueniuntur in de apoſtematibus cōmunibus, &
proprijs oculorū, et in ſquinantia, atq; cōtuſionibus,
& gutta. Et breuiter omnia mollificatiua, & matura-
tiua in materijs ſubtilibus, & paucis efficiuntur reſo-
lutiua, vt habet experientia, & Lanfrancus & Henri-
cus hoc etiā teſtantur. Modus aūt reſoluendi eſt ta-
E lis ꝙ cum aqua decoctionis materierum reſolutiua-
rum locus fomentetur vſq; quo inflari incipiat, & ru-
bere, & tunc tuā applica medicinā: & bis in die remu
tetur. Cauendum tamen eſt de indocta reſolutiōe, ꝙ
non extrahatur ſubtile, & petrificetur groſſum, & co
gatur medicus ad mollitiua tranſire.

*De mollificatione & modo mollificandi.*

Cum igitur materia per indoctā reſolutionē indu
ratur, tūc ad medicamina remollitiua
eſt trāſeundū. Medicina tamē mollitiua duplex dici-
tur, cōmuniter videlicet et proprie. Cōmuniter &
large dicitur medicina mollitiua quęcunq;, cuius ꝓ-
prietas eſt quācunq; mollire duritiē. Durum autē
tripliciter dicitur in quinto pharmacorū, congelatū,
extenſum, et ſiccum ſimpliciter aut cōpoſite. Pro-
F prie vero dicitur medicina mollitiua, quę habet mol
lificare durum per congelationē. Cum igitur durum
per cōgelationē in qua fuerit aliqua materia replens,
velut eſſet hūor indocte tractatus, in frigidū & groſ-
ſum cōuerſus, indigeat ad ſanationē calefacere, & de-
ſiccare: neceſſariū eſt ꝙ eius medicina ſit calida & ſic-
ca: non tamen fortiter & velociter: ſed ſufficit ſecun-
di quidem vel tertij quinque gradus calefacientium,
primi autē deſiccātium. Et ideo quandoq; ab aliqui-
bus cōceditur humida: modicum enim ſecundū Gal.
acceſſerunt neque a ſiccantibus neque humectātibus.
Et ſi quid viſcoſitatis & emplaſtrationis haberet, me-
liora eſſent: nō tamen quātum ſuppuratiua, quia tan-
to minus euacuatiua. Si tamen a frigiditate & ſiccita-
te ſimul indurata ſunt: calefacere quidē & humectare
cōgruit, ſecundum menſuram exceſſus. Si autē a re-
G pletione ſola, euacuare expedit qd̄ replet, & extēdit.
Si autē ſola ſiccitate, humectare, vt ſuperius dictū eſt,
in duritie iuncturarum: & dicetur in medicinis alge-
brarum. Exempla autē mollientium propriarum,
in quīto pharmacorū &.14. therap. ſunt adeps capri
nus, proprie hircinus, & gallinę: ſed hi quidem ſunt
debiliores. Fortiores eis ſunt, adeps anſerinus, & tauri
nus, & medulla ceruina, & poſt vitulina, & porcina
recens & ſine ſale. Ex eodē genere cum prędictis ſed
fortius ſunt ammoniacū, ſtyrax, galbanū, atque bdel
lium. Meliora autē ſunt quę ſunt noua. Ex hoc genere
etiā eſt oleum nouū & non minus antiquum, & con-
fectum cum lilio, & nimirum radic. althææ & cucu.
aſinini: & multæ aliæ plantæ decoctæ in oleo, aut in
aqua remollitiuorum ſunt, & ſylueſtris maluę frōdes
crudę, & etiam coctæ. Hæc autem & alia multa ſim-
H plicia inueniuntur. Compoſita enim ſunt multa-
rum formarum. Prima eſt emplaſtrum Gal. in libro
catageni, quod Reci. terebinthinę, ceræ, ana quar.iij.
galbani, baurac, ana vnc.i. thu. quar.5. medullæ oſſiū
cerui, vnc.ij. ſorditiei alueorū, unc.i. et.5. olei laurini,
ſepi vitulini, ana drac.ij. miſceātur. & fiat emplaſtrū.
Secunda eſt Auic. quod Re. ſtercorum caprarū, vnc.
ij. radic. cucu. aſinini, ficuum ī maturarum, ana vnc.i.
ſtaphidis agriæ, bdellij, farinę fabarum, amygdalarū
amararum, ana vnc.5. fæcis olei antiqui, quod ſufficit
fiat emplaſtrum. Tertia eſt diachylon cōmune et ſe
cundum Raſim cum radicibus ireos multum in ſcru
fulis appropriatū, quod Re. lithargyri, lib.5. olei con
munis, q̄r.iij. mucilagi. althęę, & fœnugręci, an̄. quar.
ij. &.5. fiat emplaſtrum cū cuſtodia lithargyri: et una-
quaq; lib. malaxetur cum oleo de lilio, vnc.i. radicis

Guid. m ij

ireos puluerizatę, vnc.ij. Quarta est diachylon magnum ab Heben Mes. expertum, ad mollificandũ & resoluendum omnem duritiem. Re. lithargyri triti & cribellati, vnc. vi. olei hircini, olei chamomillæ, olei anethi, ana vnc. iiij. mucilaginis althęę, et fœnugræci, & seminis lini, & ficuum, & succi ireos, succi squillæ, hyssopi, hu. glutinis alcamb: & viscus est cum quo capiuntur aues, ana vnc. vi. &. 5. terebin. vnc. i. &. 5. rasinæ pini, ceræ citrinę, ana vnc. i. cõficiantur sicut decet. Et qui vult addere bdellium, serapinum, ammoniacum, ana vnc. i. erit diachylõ gũmatum. Quinta et multę alię formę auxiliorum talium sunt dictę in apostematibus frigidis, & in glandulis, & dolore iuncturarũ: quare si est necesse ibi capiatur. Modus autẽ remolliẽdi est, ꝙ stuphata particula & bene balneata cum decoctione prędictorum remollitiuorum in aqua, aut in oleo, cum flosculo lanę succidę: quia hyssopus humida summe valet in hoc, ut dicit Gal. fomẽtetur particula. & deinde applicetur medicamẽ, et cũ cõsimili lana carpinata cooperiatur, & ligetur. & de die in diem, aut quãdo est necesse, remutetur. Cauendo tamẽ, ut dictum est, a superflua resolutione, ꝙ nõ extrahatur subtile, et grossum petrificetur: et a superflua humectatione, vt nõ corrumpatur, & putrefiat particula. Et propter hoc quando videbitur expedire, addas vel minuas resolutiua, & humectatiua vt iubet Auicen.

*De maturatiuis & modo maturandi.*

Porro si apostema videtur procedere ad exituram & saniationem, quod potest dignosci per signa in de apostematibus dicta: tunc trãseundum est ad suppuratiuã medicinã. Medicina autẽ suppuratiua aut maturatiua: nõ tamen aperitiua, vt dicit arabica translatio, est illa quæ facit caliditatem similẽ caliditati mẽbri, in quo est apostema, præter quod cõsumit aliquid de humiditate ipsius. Et licet conseruet & nõ alteret membrum: alterat tamen materiã suppurãdã: cum nihil aliud sit suppuratio in quinto pharmacorum, quã trasmutatio, non illa quę fit a calore naturali in cibo laudabili: nec quæ fit a calore extraneo in materia putrefactibili: sed illa quę fit a calore misto in materia media quæ est sanies. Quid autẽ sit sanies, & quomodo generatur, et inducatur, in de apostematibus & vlceribus in capitulis primis est dictum. Cum igitur natura humana sit calida & humida, & cõtinue quid ab ipsa resoluatur: constat ex his ꝙ oportet medicinã suppuratiuã esse ca. & hu. cum quadam emplastratione & viscatione. Sed calor naturalis est qui maturat & digerit: non tamẽ tantum quantum mollitiua: sed minus a primo videlicet vsq; ad secundũ gradum: & in hoc stat differentia ipsarum. Nã suppuratiua saluant humiditatẽ, mollitiua uero eam minuũt: vt dicit Gal. vbi supra. Quorum exempla in quinto simplicium pharmacorũ, & secundo ad Glauconem dat. Gal. ex embrocis fomentis aquam tepidã, et oleũ tẽperatum ex cataplasmatibus farinam frumenti cũ aqua & oleo cõmensurate coquentes: et panẽ ipsum: coqui autem & hunc oportet cõmensurate. Nã multum coctus, est exiccatiuus, & difficile maturabilibus conuenit phlegmonibus: qui vero minus, in valde calidis & ebullientibus. & si cum eo ponitur oleũ, maturatiuior efficitur: & si purus magis suppurat: furfureus & hordeaceus desiccatiui sunt, & magis resol-

E uunt. panis etiã purus medius est inter farinã frumenti & hordei. Ad hoc igitur aspiciens & ischadon. i. ficuum siccarum decoctionibus ipsarum miscebis panẽ vel farinam: ita igitur & adeps porcinus, & vitulinus, & pix, & resina cum aliquo oleo & cera quæ in basilicone ingrediuntur incorporata. Si autẽ materia esset grossa, & frigida: cepę coctæ, atq; allia, cortex maluauisci, & radix lilij cum fermento seu pasta, atq; farina fœnugræci cũ axungijs eliguntur. Et diachylon etiã est ad illud. Vsus tamen cõmunis vltra dicta utitur radice bryoniæ, et lapathij, malua, senetiõe, branca vrsina, violaria, caulium fol. vuis passis mundatis, semine lini, melle, butyro, & axungia recentibus. Ex quibus secũdũ diuersitatẽ materierũ componuntur sub formis diuersis maturatiua multa: vt in calidis materijs fieri possunt multę formę. Prima

F est de maluauisco pręparato cũ axungia porci seu butyro: præparãtur autẽ radices maluauisci secundum Guil. Lanfrancũ ita. accipiũtur radices lauatæ, & abiecto trunco cordoso intrinseco, optime coquantur cum aqua dulci, et pistentur. fiant magdaliones, et seruentur. Secunda forma est mea. Reci. farinæ frumenti, lib. i. aqua zafranatæ decoctionis ficuum, lib. ij. coquantur vsq; ad spissitudinẽ: & impinguentur cum axungia, butyro, aut oleo, & fiat emplastrum. Tertia & plures formæ in capitulo de phlegmone & erysipelate inueniuntur, & infra de sedatione doloris emplastrum Iamerij, Rogerij in maturando laudatur. In materijs autẽ frigidis, possunt etiam fieri multę formę. Prima etiã est de meis. R. ceparum coctarũ, alliorum coctorũ sub prunis, ana lib. i. vitellos ouorum coctorum numero quinq; radic. lapathij coctæ, lib. 5.

G farinę fœnugręci quar. i. fermẽti. quar. 5. axungię porci, lib. i. incorporentur. & fiat emplastrũ. Aliæ multæ formæ inueniuntur in apostematibus frigidis, & glandulosis: & ideo ibi quærantur. Modus operandi, est ꝙ fomentetur particula cum aqua decoctionis prędictorũ, & lana succida: deinde applicetur emplastrum tepidũ, & cooperiatur cum stuppis, aut lana, aut folijs caulium, & suauiter ligetur super locũ apostematis, incidendo bindam per transuersum, cruciãdo vt acumen apostematis non comprimatur: & nõ nisi semel in die remutatur.

*De mundificatiuis, & modo mundificandi.*

Maturato apostemate, et aperto cũ lanceta, aut cũ cauterio actuali seu potentiali: aut in quocunq; loco uulnerato, aut cõtuso, aut alterato, in

H quo sanies aut sordes existat: vtẽdum est mundificatiuis, abstersiuis, et lauatiuis. Est ergo medicina mũdificatiua tanquã genus ad abstersiuã & purgatiuã, et nõ ad corrosiuã, vt dicebat Lanfrãcus & Henricus: quia ipsa nõ mũdificat saniẽ, sed crustas, et carnẽ corrodit, & euellit. Medicina aũt mũdificatiua abstersiua est quę separat sordes, et sanies de loco, ĩ quo sunt, & eas ad superficiẽ extrinsecam educit. Et licet utrãq; conueniat esse calidã: nihilominus abstersiuã lauatiuã vtplurimũ oportet esse dulcẽ, vt est mel, & farina fabarũ, hordei, atq; terebin. & gũmarũ genera multa. expurgatiuã vero amarã velut est orobus, atq; lupinus. plurima tamen inueniuntur facientia vtrũq;, vt sunt amygdalę, & orobi, atq; semẽ vrticę. Est autem ex hoc genere squilla, & iris & spuma nitri, stœchas, abrotanũ, & alia multa: ex quibus possunt componi multæ

multæ formę diuisę secūdū naturas in debilibus, mediocribus, et fortibus. Quarum prima est cōmunitatis, quę cōpetit apostematibus nouiter apertis: quia suauiter mūdificat, & mordicationem sedat. Et est de farina frumenti, aut hordei, siue speltæ cū vitellis ouorū incorporata: & si adderetur modicum mellis, melius esset. Secunda forma etiam est cōmunitatis. Re. farinæ frumenti, hordęi, atq; speltæ, quar. i. coquatur cū duabus partibus aquę, & vna mellis ros. & fiat emplastrum: & si adderetur modicū de terebinthina lauata dum deponitur ab igne, pro locis neruosis vtilior esset. Tertia est Gal. in secūdo ad Glauconem, & est incarnatiua. Reci. mellis cocti lib. i. thur. vnc. 5. myrrhæ, drac. ij. fiat emplastrū. Quarta est de apio, & est Guil. Lanfranci, & Henrici, & Parisieñ. omniū, & est de meis, quia mundificat, & maturat vlcera maligna. quod Reci. succi apij lib. i. mellis quar. iij. farinæ frumenti, uel aliorū quar. i. coquantur ad ignem vsq; ad spissitudinem: & fiat emplastrū. Et si adderetur de succo absinthij, nō permitteret vlcus infistulari, neq; incāchrenari. Et si vlcus supercalefieret, additio succi plantaginis, aut crassulæ, esset vtilis. Et si adderetur farina lupinorum, aut orobi, seu fœnugræci: vt conceditur a Bruno, et Theodo. fortior esset. Et si terebinthina, ꝓpropriaret eam ad neruos, mira etiam ad fœtorem & corruptionē mundificandam. Quinta est de resina & est fortis, & valde appropriata membris neruosis: & est Bononieñ. Re. resinæ, mellis, terebin. ana lib. 5. myrrhæ, sarcocollæ, farinæ fœnugræci, se. lini, ana. vnc. i. dissoluatur resina cū melle & terebin. & additis pulueribus, fiat emplastrū. Sexta est de ireos, & est Montispesulañ. & extrahit saniē, & expellit eam. R. mellis lib. 5. terebin. quar. vnam, fermenti, vnc. i. radicis ireos, vnc. 5. misceantur. Septima est magistri Dyni, & est mundificatiuū de gūmis pro saniē grossa. Re. galbani, ammoniaci, resinæ, terebinthi. picis, sepi vaccini, ceræ, olei antiqui, ana vnc. i. dissoluendo gūmas cū aceto liquefiant ad ignē, & fiat emplastrū. Octaua est vnguentum apostolorū, quod est propriū ad mundificandū vlcera. quod Re. ceræ albę, resinæ, ammoniaci, ana drac. xiiij. opopanacis, viridis æris, ana drac. iij. aristolo. rotundę, thuris, ana drac. vi. myrrhæ, galbani, ana drac. iiij. bdellium, vi. lithargyri, drac. ix. olei cōmunis lib. ij. dissoluātur gūmę in aceto, & misceantur cū lithargyro, cū oleo decocto: & addatur cera, & resina liq̄facta, & coquātur quousq; incipiat gutta coagulari. Et in deponēdo ab igne, misceantur pulueres: & in fine viride ęris ponatur, & fiat vnguētū. Et si decoquatur vsq; quo ingrossatur, vocatur ab Heben Mes. vnguētū Ceraseos: & a magistro Ansermo de Ianua, et a magistro Petro de Argenteria in Montepessulano, Gratiadei: quia mire rectificat vlcera maligna. Nona forma est vnguentū Ægyptiacū, et ponitur a Gal. & Rasi, & Albuca. & eo vtebatur magister meus Bononieñ. & est de meis: quia de eo semper inueni bonam probam in leniter corrodendo, & optime mundificando. Re. mellis lib. i. aceti, lib. 5. floris eris, vnc. i. aluminis, vnc. 5. coquantur ad ignē donec spissentur et ru. efficiatur. & ex hoc bicoloratū uocatur, propter quod coctū est minus suspectum, quā crudū, quod remaneat totum viride. Vnguenta enim viridia sunt apud vulgum diffamata: Et cum hoc est mirabile: quia post operationē perdit rubedinem, & reducitur ad viriditatem, quam rē

A credunt uulgares ex malitia ęgritudinis fuisse factā. Decima forma est emplastrum rubeum græcum: & est etiam binorum colorum in secundo ad Glauconem. Et laudatur a magistro Dyno, ad rectificandum vlcera maligna, & difficilis cōsolidationis. R. olei. lib. ij. aceti, lib. i. & 5. lithargyri, lib. i. ziniar quod est viride æris, vnc. i. coquatur lithargyrus cū aceto & oleo donec ingrossetur, & tūc ponatur viride æris & coquatur donec inspissetur & rubeum efficiatur, & fiat emplastrū. Vndecima forma est unguentū uiride herbarū. & id cōmēdat magister Dynus: quia plagas ueteres mundificat, & carnē superfluam suauiter consumit, & consolidat, & sanat. Reci. chelidonię, plantag. scabiosę, vrticę, leuistici, centrum galli, gallinę grassę, ana. M. i. conquassentur & cum lib. ij. olei per septem dies temperentur, deinde bulliantur, & exprimendo

B colentur: cui colaturæ addatur ceræ, vnc. iij. terebinthi. vnc. vi. resinæ, vnc. ij. bulliantur donec parum spissentur: deinde tollatur ab igne: & misceātur thur. sarcocollæ, & aloes, ana vnc. i. aristolochiæ longę, florum ęris, ana vnc. vi. misceantur & fiat vnguentum. est enim bonum & probatum. Plura alia ponuntur in de auxilijs incarnatiuis, quæ incarnādo mūdificāt.

*De medicinis dolorum sedatiuis, & ipsarum operationibus.*

Cæterum cum dolor sit accidens, quod magis impedit omnem rectam operationem, tā in apostematibus quam in vulneribus quam aliud: vt dictum fuit per totū: Pro tanto in medio vulnerū & apostematum tractabitur de eius sedatione. Dolor secundū Aui. est sensibilitas rei contrariæ. Et licet

C res cōtraria inferens dolorem secundū Gal. transmutationes naturæ sint a caliditate, & frigiditate, violenta illatione, & ab alijs quę frāgere & incidere uel protendere vel corrodere apta nata sunt: Nihilominus a qualitatibus contrarijs fit per se: a solutione continuitatis, per accidens: prout tenet schola cōmunis Montispessulani. Et ita Gal. non habet reprehensionem ab Auerroi. in tertio Colliget: qui bene legit ī quarto de ægritudine & symptomate: & in de distemperantia inęquali: profundū tamen est hoc mare in quo me nō licet nauigare. Si igitur dolor est sensibilitas rei cōtrariæ: ita secundū Gal. vbi supra: sedatio doloris & delicia per oppositū, est rei conuenientis aut non sentire rem disconuenientē, et contrariā naturę. Et propter hoc apparet euidenter, ꝙ dupliciter sedatur dolor. Vno modo remouendo rem contrariā euacuando vel alterando. Alio modo sensum particulæ tol-

D lendo. Sedans tamen certum est primū, vt dicit Gal. in quinto pharmacorum & Auicen. Ergo necesse est secundum ipsummet Galenum et Auerroim in quinto, ꝙ medicinæ quæ sedant certa sedatione, sint temperatæ similes calori naturali: aut parum plus excedentes. Et cum hoc sint subtilis substantiæ: ita ꝙ possint multiplicare calorē naturalem: & præparare humorem ad digestionem, vt sit facile permutabilis a natura. Et res magis conuenientes ad hoc, sunt pinguedines, & olea, & pinguedo gallinæ, anatis, & anseris, quæ melior est secundum Galenum. de oleis vero oleum de vitellis ouorum, vt dicit Azaramus in antidota. magno: & oleum oliuarum dulce, calidum parum, in secundo pharmacorum. Et generaliter omnes res dulcoratiuæ, & anethum, & semē lini

euacuando sedant dolorem, cum apponuntur super locum: vt ponit Auic. Gal. tamẽ uult in quinto pharmacorum, ꝙ suppuratiua dicta in maturatiuis, quia habent calorẽ similẽ corpori hũano, sint sedatiua doloris: & per cõsequens resolutiua domestica, vt experientia probat. Ex quibus simplicibus possunt cõponi multę formę. Quarũ prima est cõmunitatis. Re. medullę panis albi duri in aqua feruẽti infusę, et ab aq̃ expressæ, lib. i. uitellorũ ouorũ. iiij. numero, olei ros. quar. 5. misceatur, & fiat emplastrum. Secunda est Theodo. & Lanfranci & Hẽrici. R. foliorũ maluarũ. M. iij. coquantur cũ aqua fortiter: deinde incidantur, & pistentur, & cũ aliquantulum de aqua decoctionis misceatur pars. i. de cribratura furfuris, & fiat emplastrũ. Tertia forma est Iamerij multum vulgaris: sedat enim dolorẽ cum maturatiõe, & resolutione. Re. folia maluarũ, maluauisci, brancæ vrsinæ, viol. volubilis, parietarię, hyoscyami, umbilici veneris, añ. M. i. mundentur herbæ a neruis, & coquantur cũ aqua, & terantur, & cũ sufficientia axungiæ porci, aut anatis, sine sale, pistentur: deinde accipiatur colatura, & inspissetur cũ farina frumenti aut hordei: & cũ modico de farina seminis lini, & parũ quid de farina fœnugręci nisi fuerit locus inflãmatus, et cũ alijs terẽdo misceatur, & fiant pultes seu emplastrũ. & si poneretur absinthiũ, esset magis confortatiuũ. Rogerius quasi eandem concedit: tamen in decoctione ponit parũ quid de vino & mellle. Et aliquoties extrahit succum herbarũ, cum quo incorporat farinas. Multæ aliæ sunt formę lenientes & sedantes dolorẽ spatularũ, vẽtris, renũ, & matricis, et locorum neruosorũ: ut est unguẽtũ resumptiuum, quod Re. butyri sine sale lib. i. olei. viol. lib. 5. axungię gallinę, anatinę, anserinæ, asininę, medullæ bouinę, recentiũ, ana vnc. i. cerę, quod sufficit: fiat vnguentũ. Alia forma est cõis. unguentum martiatõ, vnguentũ Agrippę, oleum laurinũ, oleum mustelinũ, et de behen, et nardinum, et similia quę cõfortãt neruos, & indolorant eos. Et qui voluerit plura de dolore apostematũ & vulnerũ ac puncturarũ, vel in dolore iuncturarũ, de ipsis inueniet copiam. Modus sedandi dolorẽ est, ꝙ facta euacuatione proprie per phlebotomiã, si dolor sit fortis: et de materia sanguinea. (Phlebotomia enĩ dolorẽ sedat vera sedatione, cũ causam subito remoueat. Et ita inter doctores non est contrarietas: vt imponebat Henricus,) fomentetur, & balneetur particula cum aqua tepida & oleo per horam. deinde exiccetur suauiter, & medicamẽ applicetur: & leniter cũ stuppa, aut lana carpinata ligetur, & sępe remutetur. Iste est modus vere et essentialiter sedandi dolorẽ. Quando autẽ secundũ certũ & verum modũ nõ poterit dolor sedari, et necessitas vrget: propter symptoma quod virtutẽ potest mortificare, melius est inducere quid nocumenti ad corrigẽdũ, priusquã permittere dolore hominẽ mori, ut in. 12. therap. deducitur euidenter. Tũc enim oportet transire ad sedantia, stupefactiua, quæ nõ vere sed apparẽter sedant dolorẽ. Ac si dicat aliquis hominẽ mortuum nõ sentire dolorẽ: vt dicitur in quinto pharmacorum. Et talia sunt cõtrarijssima his, quæ vere & existenter sedant: frigida enim sunt, & naturę contraria: velut est opium, mandragoræ radix, solatrum, hyoscyamus & papauer: verum siccata sunt saluiora, quã viridia. Et consolata cum croco atq; castoreo, vt in philonio, et opiatis, et suppositorijs, nec nõ

E & in collyrijs, sunt tutiora. Et quãtitas et tempus debent esse opportuna: ut in eodẽ. 12. therap. dicebatur. Et ex hoc fuerunt suspecti trochisci, quos dominus Episcopus Rigens. cõsulit domino Marsilieñ. Episcopo patiente strãguriã dolorosam, medicis, quia mortuus fuit soporatus & obdormitatus: habebat enim talem proprietatem ꝙ vnus sumptus statim sedabat dolorem: quorum forma in toto cõtinente erat talis. R. hyoscyami albi, drac. i. opij, drac. 5. seminis citruli, lactucę, ana drac. iiij. seminis portulacæ, drac. ij. fiant trochisci cum aqua liquiritiæ. Istud idem medicamen reperitur in tertio canoñ. de vlceribus renũ sub hac forma. R. seminis hyoscyami albi sextam partem vnius drac. opij karatem. i. qui sunt. 24. grana hordei in synonymis Mundini, seminis citruli: seminis lactucæ, seminis portulacę, ana vnc. i.

F *De antidotis localibus uulnerum. Et primo de medicinis constringentibus sanguinem.* Cap. VI.

SAnguis est necessarium, quando fluit in excessu, vt restringatur: alias periret homo. Cum sanguis & spiritus sint thesauri & fundamentum naturæ: vt tenent omnes physicantes: sanguis autem multipliciter retinetur, vt supra de vulneribus venarum fuit dictum. Inter quos modos qui per medicinas sic pertractabatur, nunc & dicetur. Medicina restrictiua sanguinis est illa, quæ habet constringere, & sanguinem fluentem retinere. Et hoc facit: aut quia frigida, acuitatem san. reprimendo: aut quia vnit & aggregat orificia venarum: aut quia glutinat, & oppilat porositates membrorum: aut quia desiccat, & vrit, & escharã inducit in membro. Exempla primorum in quinto G pharmacorum sunt aqua frigida, semperuiua, portulaca, tribulus viridis, psyllium, auricula muris, lẽticula aquæ, acedula, & vmbilicus ve. Addit Auicen. exempla secundarum: scilicet plantagines, cauda equina, galla, psydia, grana passularum, reubarbarum, bolus ar. terra sigillata, gypsum, et omnia styptica, & põtica terrestria, & grossa mordicatione carentia. Exempla tertiarum sunt, sanguis draconis, thus, aloe, mastiche, resina, glutina, amylũ, puluis molendini. Exẽpla quartarum sunt calx, arsenicum, cuperosa, vitriolum, & id genus. Ex quibus possunt componi multæ formæ. Prima est puluis Gal. cũ albuminibus ouorum & pilis leporis ad mellis spissitudinem incorporatis. quod. Re. aloes, thuris, ana partem. i. fiat puluis. Secunda est de domo, & dicitur puluis rubeus qđ. R. boli armenici partem. i. gallarum frixarum partẽ aliã H sang. draconis, thuris, aloes, mastiches, ana partem tertiã illius. pilorum leporis minutim incisorũ quartam partem illius. fiat puluis. Tertia est Albuca. & eam Brunus, & Lanfrancus tenent. R. thur. partem. i. sanguinis draconis partem. 5. calcis uiuæ partem terTiam unius. fiat puluis: & est conseruatiuus suturarũ. Quarta est Gal in catag. Reci. balaustiarũ, unc. iij. aluminis, unc. i. cuperosę ustę. unc. 5. fiat puluis. et est experta. Quinta forma est Rogerij & Iamerij eius lectatoris. Re. colophoniæ, quar. i. boli armenici quar. 5. masticbes, olibani, sanguinis draconis, ana vnc. 5. radic. consolidæ maioris. ro. añ. drac. i. fiat puluis.

*De medicinis incarnatiuis & modo incarnandi.*

Tres sunt actus communes in cura vulnerum, & vlcerum necessarij. Primus est incarnare

nare aggregare & cõsolidare, quod idem reputo pro præsenti, labia disiuncta. Et iste conuenit vulneribus inquantum sunt vulnera. Secundus est regenerare carnem, vbi deficit, qui conuenit vulneribus & vlceribus concauis. Tertius est cicatrizare, & ipsam sigillare: qui vulneribus & vlceribus in quibus sola cutis est necessaria, congruit. Et omnes isti actus natura operante cum desiccantibus medicinis perficiuntur: secundum tamen magis & minus: vt supra in tertio tractatu de vulneribus fuit deductum. Nam incarnatiuę siccitate indigent in secundo gradu: regeneratiuę in primo. cicatrizatiuæ vsq; ad tertiũ. In qualitatibus autem actiuis nõ debet esse excessus, nisi dyscrasia requireret ipsum. Et cum hoc nulla indigent mordicatione. & vltra dispositionem vulnerum, recipiunt diuersitatem in gradibus a conclusione totius, et partis, & ab ętate, tempore cõtrariorum indicatione. Et causæ istorum omnium ibidẽ fuerunt assignatę. Est ergo medicina incarnatiua, aggregatiua seu consolidatiua secundũ Aui. quę exsiccat, & inspissat humiditatem stantem inter duas superficies vulneris propinquas: ita vt conuertatur ad congelationẽ, & inuiscationem, & adhæreat vna cum altera. Et ideo indiget quadam stypticitate sicut sunt sang. dra. & aloe, sarcocolla, bolus ar. terra sigillata, nec non cortex palmę, malorum granatorum, arnoglossa, & folia pini, & cypressi, pentaphylon, acetosa, & folia pirorũ syluestrium, flores sorbarũ, & caudæ equinæ rami. pul. molendini, hordeum ustum, terebin. ac etiam lac acetosum, atq; vinum rubeum stypticũ: ex quibus possunt fieri multæ formę compositorũ. Quarum prima est totius cõmunitatis, & fit de terebin. lauata, & rubeo puluere dicto in sanguinis constrictione. Secunda forma est Gal. in catageni, & vocatur emplastrum nigrum: & est de meis. Re. lithargyri partem. i. olei, aceti, ana partes tres. coquãtur per diem integrã ipsum continue ducendo vsq; ad spissitudinem & nigredinem, & fiat emplastrum. Tertia forma est dia palma a libro catageni sumpta, qđ Re. axungię porci seu vituli lib. ij. olei antiqui lib. iij. lithargyri, lib. iij. cuperosę quar. 5. coquãtur ad modum emplastri nigri, & ducatur continue cum spatula de palma viridi aut de cãna, & fiat emplastrũ. Quarta forma est emplastrũ viride magistri Petri de Bonãto, ꝙ. R. plãtaginis, cõsolidę maioris & minoris, betonicæ, berbenæ, pinpinellę, pilosellæ, millefolij: linguę canis, caudę eqnę, ana. M. i. conquassentur et cũ lib. iij. sepi muntonis. coquantur, & colentur: postea addatur resinæ, cerę, galbani, ana quar. iij. sarcocollæ, quar. i. terebin. quar. i. & .5. fundantur, & fiat emplastrum. Quinta forma est emplastrum de cẽtaurea, & eo vtebatur magister Petrus de Argelata. Re. centaureę mi. M. vi. temperẽtur per noctem in uino albo: deinde coquantur ad cõsumptionem medietatis vini: & colentur: & illa colatura iterum bulliatur vsq; quo sit reddita ad spissitudinem mellis: & seruetur. Et quãdo volueris facere emplastrum, Re. terebin. lib. i. ceræ nouæ quar. i. resinæ, thuris, gummi arabici, masti. ana vnc. i. vini dicti de cẽtaurea, unc. iij. lactis mulieris, unc. ij. fiat emplastrũ. Sexta forma est magistri Dyni. Re. betonicę, centaureæ, ana. M. iij. conquassentur: & cum vino albo bulliãtur, & colentur: & colaturæ addatur terebint. lib. 5. resinæ, quar. i. sarcocollæ, vnc. i. cerę. ij. & iterũ bulliantur: & super acetum proijciantur, & congregen-

A tur, & cũ lacte malaxentur, et fiat emplastrum. Septima est vnguentũ Regis Anglię. R. cerę albę, resinę, ana qr. i. olei. vnc. iij. terebint. lotę. vnc. i. thuris, mastiches, ana vnc. 5. fiat vnguentũ. Octaua est emplastrũ quod comes Guil. habuit a Papa Bonifacio: & qđ Papa habuit id a magistro Ansermo de Ianua: ꝙ etiã id dederat Regi Frãcię. Re. pimpinellę, betonicę, melãgianę, berbenę, uermicularis, ana. M. i. bulliãtur in bono uino albo vsq; ad consumptionẽ duarum partiũ: deinde colentur: & vinũ iterum bulliatur: et addatur cũ eo resinę, lib. i. cerę albę, lib. 5. masticnes, vnc. ij. coquantur: & proijciatur super lac mulierũ: & malaxetur, & fiat vnguentũ. Nona forma est vnguentũ glorię, et id faciebat magister Ioannes nepos magistri Ansermi de Ianua, Re. olei bedagaris. lib. i. cerę, quar. i. se. albarũ rof. vnc. 5. fiat vnguẽtũ. Decima forma

B est vnguentũ viride herbarũ totius cõmunitatis. Rogerij Iamerij, atq; Nicolai, et totius sectę tholosinę. R. chelidonię, panis cuculi, quę dicitur alleluia, cetrũ galli, leuistici, scabiosę, ana. M. i. sepi arietini lib. i. olei, lib. 5. cerę, mastiches, thuris, aloes, viridis ęris, ana vnc. i. fiat vnguentũ. Vndecima est emplastrũ de vermibus incarnans, et cõsolidans mẽbra neruosa, et est Lãfranci. Reci. vtriusq; consolidæ, cynaglossę, pilosellę. vtriusq;, plãtaginis, ana. M. i. vermiũ terrestriũ, lib. 5. tetãtur oĩa, & ponãtur in lib. i. & .5. olei cõis per septẽ dies: deinde bulliãtur modicũ, et colẽtur, & exprimãtur: & tunc addatur sepi arietini mũdati, lib. i. picis naualis, lib. 5. picis gręcę, qr. i. ammoniaci, galbani, opopanacis, terebint, ana vnc. i. thur. mastiches, ana vnc. 5. dissolutis gũmis cũ aceto, fiat emplastrũ. Modus autẽ operãdi est, ꝙ post restrictionẽ sanguinis, et secu

C ratione apostematis fomentetr̃ locus, uel uulnus cũ vino rubeo calefacto: deĩde desiccetur. Et post medicamẽ appõatur, et supra stupata balneata ĩ vino rubeo et expssa: et cũ ligatura incarnatiua artificialiter ligetr̃.

*De medicinis regenerãtibus carnẽ, & modo operãdi.*

Medicina regeneratiua carnis secũdũ Auic. est illa cuius ꝓprietas est, vt permutet sanguinẽ vulneri in carnem, ꝓpter quod adęquatur cõplexioni eius, & coagulat ipsum cũ exsiccatione & quadã abstersione non mordicatiua, vt dicitur in quinto pharmacorũ. Et sunt triũ modorũ, debiles, fortes, et fortiores. Debiles sũt olibanũ, mastiche et aloe, colophonia, farina hordei, et fœnugręci, quę debẽt corporibus, & mẽbris hũidis applicari. Fortes sunt aristolo. ireos, farina lupinorũ, et orobi, climia quoq;, et

D cuperosa adusta: in parua tamẽ quãtitate posita, quæ debẽt in corporibus & mẽbris siccis applicari: vt supra in vulneribus cõcauis fuit dictũ. Fortiores sunt, quę in vlceribus ꝓfundis sunt apta, velut cẽtaurea, et poliũ, glutinum, limacię vstę, plumbũ, & antimoniũ adustũ, et id genus. pix etiã, et resina carnẽ regenerãt, & myrrha generat carnem super ossa denudata. Ex quibus simplicibus possunt fieri multę formę cõpositorũ. Quarum prima est vnguentũ Basilicon dictũ a Gal. tetrapharmacum. R. picis nigrę, resinæ ceræ, sepi vaccini, olei, ana quantũ vis fundantur: et fiat vnguẽtũ. Et si poneretur de olibano, dicitur maius ad Hebẽ Mesue. Et a Gal. Macedonicũ. Secũda forma est unguentum fuscũ secundũ Nicolaũ, quod in apothecis inuenitur factũ. Tertia forma est vnguẽtũ aureum Heben Mesue, in quo vt sit aliquantulũ mundificati-

uum,modicum addo de melle.Reci.ceræ,vnc.v.resinę quar.i.terebinth.lib.i.mellis quar.5.mastiches,thuris, sarcocollæ, myrrhæ, aloes, croci, ana drac.ij.fiat vnguentum. Quarta forma est vnguentum viride Gal.cōcessum per Auicen.Re.olei, ceræ ana vnc. vi.liquefian t, & in descensu ab igne, addatur viridis æris, vnc.i.ducendo,& permiscendo fiat unguentū. Quinta forma est unguentum de lino,quod Auic.appropriat ad consolidandum. Ego tamen id plus inueni regeneratiuum. Et secundum Heben Mesue Reci. rasuræ panni linei bene mundati partem.5.opopanacis partes.ij.vini,mellis, olei rosa.ana partes.v.lithargyri,aloes,sarcocollæ,ana tertiam partē illius: fiat vnguentum. Sexta forma est emplastrum croceū magistri Petri de Bonato.Reci.seminis fœnugræci quar. i.infundatur per nouē dies in vino albo,donec marcescat: postea tere fortiter, & cola, et adde sepi hircini quar.iij.& insimul conterantur & coquantur: & post mucilago,et pinguedo congregetur quibus addantur ceræ quar.i.resinæ, vnc.ij.fundantur omnia & coquantur: & fiat emplastrum. Septima forma est vnguentum pretiosum acceptū a cartulario meo commune in omnibus vulneribus sanandis.Reci.artemisiæ,scabiosę,absinthij,gallitrychi,tamarisci,apij, berbenæ,lanceolæ,senationis,pimpinellæ,linguę canis,chelidonię,pilosellæ,millefolij,ana.M.i.conterantur omnia mūdata a radicibus, & extrahatur succus: & cum lib.ij.axungiæ porci veteris & lib.i.sepi hircini,& lib.iij.olei,et quar.i.mellis coquendo & incorporando in mortario,fiat vnguentū.Et magister Petrus de Bonanto vtebatur eo: verum addebat in fine decoctionis de thure,mastiche,aloe,viride ęris,qđ sibi videbatur et laudabat id. Octaua forma est emplastrum gratia dei,acceptū a cartulario magistri Petri: & est commune ad omnia vulnera tam in capite quam in quacunque parte corporis: attrahit enim sanguinem & humores viscosos a profundo, & carnem generat,& consolidat.Re.ceræ albæ, resinæ,ammoniaci,ana lib.5. terebinth.quar.i.galbani, olibani,mastiches myrrhę clarę,ana vnc.5.aristolochię rot.drac. ij.terenda terantur,et fundantur in vino albo,in quo decocta fuerit betonicæ,berbenę,consolidæ maio.et mi.centaureæ,pimpinellæ, hypericon,herbæ sarracenicæ, herbæ gratia dei, bauciæ sanabaro, ana.M.i.& post extrahatur, & malaxetur cum lacte mulieris, & oleo ros.& fiat emplastrum. Nona forma est emplastrū Comitis, & id tenebat magister Americus de Alesto.Re.cerę albę,vnc.quatuor,ammoniaci,vnc. ij.terebinthinę, vnc.iij.bulliātur in vino albo,et extrahatur,& cum lacte mulierum malaxando fiat emplastrum. Decimam formam faciebat Comes Antissiodorēsis. Reci.axungiæ porci recentis, ceræ albæ ana quar.i.olei chamomillę lib.5.mastiches,vnc. ij.ambræ grisæ, vnc.ij.fiat vnguētum. Vndecima forma est vnguentum diaireos, & est magistri Dyni de Florentia. Reci.sepi vaccini lib.5.olei ros.vnc.iiij. ceræ,vnc.ij.radic.ireos,vnc.i.thuris,sarcocollæ, mastiches,aloes,aristolo.añ.vnc.ij.terebinth.quar.i.fiat vnguentū.Isto modo utebantur barbitonsores Mōtispessulani. Duodecima forma sunt pulueres varij & diuersi. Insuper puluis Rasis, quod Recip.olibani, aloes,sarcocollę,sanguinis drac.radic.ireos ana.terātur.& fiat puluis. Porro Lanfrancus dictat istum. Reci.thuris,mastiches,fœnugręci ana.fiat pul. Mo-

E dus autem operandi est q̃ lauato vulnere cum vino calido, ponatur puluis aut carpia in vul. & desuper stupata balneata in vino & expressa,et ligatura tenēte medicamina,ligetur: & bis in die remutetur.

*De medicinis cicatrizatiuis,& sigillatiuis,& modo operationis ipsarum.*

Medicina cicatrizatiua & sigillatiua secūdū Auic. est quæ exsiccat superficiem vulneris: ita vt fiat cortex super ipsam custodiens ex nocumētis vsquequo generetur cutis naturalis a natura, non qualis a natiuitate. Et ideo notabili īdiget stypticitate & ponticitate. Et sunt duorū modorum: vt dicitur in quinto pharmacorum: quędā hoc faciunt per se, & proprie, ut gallę et psidia, spina ęgiptiaca, cerussa, plūbum vstū,& lithargyrus, cimolea,bolus armenus, et
F omnis terra maxime abluta secūdum Gal.nono simplicium: quædam hoc faciūt per accidens, vt corrosiua,styptica,adusta,in parua tamē quantitate, sicutęs, & squama æris adusta & lauata, alumen, & cuperosa per idem.& omnia styptica carētia mordicatione per se vel per præparationem,vt centaurea,plantago,& aristolo.adusta,& corium bouinum vetustarum solearum adustarū,& cortices vlmi,& quercus,et scoriā ferri lotam laudat Arnoldus. Ex quibus componi possunt multæ formæ. Quarum prima est forma puluerosa & Guil.de Saliceto,Lanfranci & Henrici.Rec.balaustiarum,aloes,sang.draconis,cathimię argenti, æris vsti & loti, ana partes æquales: fiat puluis. Item Reci.corticis pini, vnc.i.lithargyri, cerussę, ana vnc.5.nucis cypressi,centaureę mi.aristolo.vstę, ana drac.ij.fiat puluis. Et si vulnus esset calidum, ad-
G dit Auicen.sandalos, & nenufar, & ros.siccæ & lanceolata sicca in hoc essent optimæ. Secunda forma est vnguentum album totius communitatis. Re.cerussæ,vnc.i.lithargyri, vnc.5.olei ros.lib.i.aquæ ros. quar.5.in mortario fortiter ducendo, modo ponendo oleum,modo,aquam ros.fiat vnguētum,et est de domo. Tertia forma est unguentum album appropriatum Rasis, quod Reci.olei ros.lib.i.ceræ, vnc.ij. cerussę.vnc.i.camphorę,drac.i.albu.ouorum.iij.numero.fiat vnguentum. Et si adderetur aliquantulum de lithargyro, esset melius. Et si adderetur ei minium, esset coloratum ad colorem rubeum, & isto vtuntur barberij curiæ Romanæ. Quarta forma est vnguētum de calce,et est Auicen.mirabiliter consolidans et desiccans combustiones & vulnera neruorum.Reci. calcis viuæ lauatæ septies in aqua frigida donec ami-
H serit acuitatem, & cum sufficientia olei ros.ducendo in mortario.fiat unguentum. Quinta forma est emplastrū albū de cerussa,in libro catageni, et per Azaramum aliqualiter correctum: & eo vtebatur magister Petrus de Argelata in Auinione.R.ceræ,vnc.iiij. olei ros.lib. 5. terebin. quar.i.cerussæ, vnc.ij.lithargyri,unc.i.thur.aluminis,testarum ustarum limaciarum,ana unc.5.post fusionem olei,terebinthinę,et ceræ.reliqua misceātur in mortario.& fiat emplastrū. Sexta forma est unguētū episcopi Lugduneñ.quod erat de domo: ammoniaci & appropriabat id omnibus vlceribus infistulatis & cancris.Reci.axūgiæ porci mundatæ a penulis,temperatæ in aceto per nouem dies: acetum de tertio in tertium renouando lib.i.argenti viui extincti cum saliua, lib.5.aluminis rochæ quar.5.pistando in mortario per diem integram.fiat vnguentum.

vnguentum. Septima forma est vnguentum azurinum multum vtile in pustulis faciei, & in scabie & serpigine. Reci. axungiæ porci præparatæ, vt dictum est, lib.i. argenti viui extincti quar.i. aluminis quar.5. sulphuris viui, unc.i. bugiæ, vnc.5. indę de Baldac, drac.ij. pistādo in mortario fiat unguentū. Octaua forma est diapompholygos, & laudatur a Theodo. & a tota secta sua: quia curat cancrū, et cāchrenas, erysipelas, & cōbustionē. R. olei ros. ceræ albæ, ana vnc. v. succi granorum rubeorum solatri, vnc.iiij. cerussæ lotę. vnc.ij. plumbi vsti & loti, pompholygos, uel thuciæ, ana vnc.i. thuris, vnc.5. facto vnguento cum oleo & cera reliqua in descensu ab igne in mortario misceantur. & fiat vnguentum. Nona forma est lithargyrus nutritus, & est Rasis. et Auicen. & ferè omnium operantium. Reci. lithargyri bene puluerizati quantum vis, & cum sufficientia olei ros. & aceti tantū ducatur in mortario donec spissetur, & tumescat, & reponatur, & seruetur. Et si adderetur cū una parte sexta pars pulueris facti de ęre usto, antimonio, plūbo vsto, alumine, balaustijs, radic. rubeæ, curcumo, gallis, sanguine draconis, cathimia argenti, serico, uermibus terrestribus siccatis, ana partem.i. fiat puluis, & misceantur in mortario, esset vnguentum perutile omnibus vlceribus virulentis & difficilis consolidationis. Et si fieret in mortario de plumbo, & adderetur de cerussa: esset melius ad omnes dispositiones cācrosas: vt dicit Gal. in prima parte libri miamir. Decima forma est lamina subtilis plumbea quæ secundū magnitudinem vlceris lauato vlcere & circūferentia eius cum aqua aluminis desuper apponatur, & stricte ligetur: facit enim mirabilia in omni vlcere & dispositione cancrosa. Quot enim honores habui cum isto auxilio nouit ille qui nihil ignorat. Sed fingēdum est ꝙ sit aliud artificium magnum in eis propter vulgares quibus non videtur pretiosum nisi sit sumptuosum. Modus operandi est ꝙ antequam vlcus totaliter carne sit repletum, lauetur vlcus siue vulnus cū vino calido decoctionis balaustiarum, aut cum aqua luminosa si est calefactum: & postquā fuerit bene exsiccatum, ponatur medicamen, & cooperiatur cum stuppis balneatis & expressis in eisdē: & ligatura incarnatiua ligetur.

### *De medicinis corrosiuis, putrefactiuis, & causticis, carnem rumpentibus atque cutem.*

Quando autem est aliquod extraneū in ulcere siue apostemate, quod non potest cum maturatiuis & mundificatiuis curari, tunc est necessarium ꝙ exstirpetur cum ferris: aut cū medicinis. Et licet exstirpatio cum ferris est securior, cum cito facta sit, & cito transeat illata impressio, quam cū medicinis quę sunt acutæ, & longo tempore, dolores, & febres inferentes: nihilominus quia multi sunt timidi, & prius vellent mori, quam sustinere ferrum: & cum hoc in aliquibus locis est periculosa incisio: oportet vti medicinis exstirpatiuis quæ a Gal. in quinto pharmacorū vocātur colliquatiuæ: a vulgaribus corrosiuę: de nominibus tamen non est multum curandum, vt idem dicit consequenter. Cuius sunt tres species. scilicet debiles, fortes, & fortissimæ. Debiles dicūtur proprie corrosiuæ: fortes, putrefactiuæ: fortissimæ, causticę et ruptoriæ dicuntur. Et licet omnes sint calidæ & quodammodo terrestres, hæ tamem minus sunt corrosi-

A uæ: putrefactiuæ plus: causticæ vero in vltimo caliditatis & grossiciei ponuntur. Et propter hoc corrosiuæ non agunt nisi in carnem mollem & superficialem: putrefactiuę in cutem & carnem duram & profundam: causticę in carnem & cutem duram & mollem, superficialem, & profundam. Est autem ꝙ quandoque vna facit operationem alterius, & hoc est ratione quantitatis, aut moræ, aut complexionis patientis: & experientia monstrat, & Henricus idem affirmat & dicit.

### *De corrosiuis.*

Est ergo medicina corrosiua secundū Auic. Cuius proprietas est, vt consequatur ex eius resolutione & deuastatione, ꝙ de substantia carnis minuatur. Et hoc faciunt quando caro superflua est in
B parua quantitate, stupæ canabinæ minutim incisæ, et spongia in paruis laminibus incisa, nec non & hermodactyli puluerizati, & alumē, vnguentū apostolorū, et similia. Quādo autē caro est multa: necessaria est cuperosa, viride ęris, & unguentum uiride, & ęgyptiacū, & trochisci de calce, magistri Dyni. Cuius forma, Reci. calcis uiuæ quantum uis. puluerizetur, & pastetur cum melle, & fiant trochisci, & in casula comburantur, & desiccentur. Et hoc idem faciūt trochisc. asphodelorum. Quorum forma secūdum Rogerium est. Reci. succi radicis asphodelorum, vnc. vi. calc. viuæ, unc.ij. auripigmenti, vnc.i. conficiantur, & desiccentur ad solem in mense Augusti: & fiāt trochisci. Ad idem etiam sunt trochisci aldaron qui dicuntur Andromachi, & fiunt secundum Auicen. Reci. corticum granatorum, drac.x. gallarum, drac. viij. myr-
C rhæ, aristo. rot. ana vnc. iiij. draganthi, aluminis iameni, ana unc. ij. zegi quod est uitriolum, unc. iiij. pul uerizentur, & cum uino dulci conficiantur: & fiant trochisci. Ad idem fiunt trochisci calidicon, et sunt Gal. Re. calcis viuæ partem vnam, auripigmenti ru. & citrini, alkali, & acacię ana partem mediam. puluerizentur & conficiantur cū capitello, & fiant trochisc. Capitellum est duplex: cōmune dictum superius de mundificatione capitis: & proprium secundum Dynum aliqualiter per me rectificatum. quod sic fit. Re. calcis uiuæ, salis ammoniaci, ana lib.i. terantur, & pastentur cum lixiuio cinerum truncorum fabarum, & ponantur in olla in fundo minutim perforata: & ponatur alia olla integra de subtus in qua recipiatur capitellum, & sepeliantur in fouea, & dimittantur per septem dies, & colatura erit valde pulchrum capitel-
D lum. Valet autem ad consumendum omnem superfluitatē, cōburit, et corrodit, et eius eschara cito cadit.

### *De putrefactiuis.*

Medicina putrefactiua secundum Auicen. est illa quę corrumpendo complexionem carnis, adducit in ipsam humiditatem fœtidam, & corruptam non escharosam, proprie ad instar carnis cadaueratæ, & esthiomenatæ a superabūdanti frigido, vel calido, sicco, & humido, ut innuit Gal. in quinto pharmacorum. Assimilando uero est quia utrobique est corruptio indolosa, supple quantum ad partē corruptam. ꝙ autem inferāt magnum dolorem in parte non corrupta, non credatis. Et sunt realgar & arsenicum quæ super omnęs in hoc obtinent principatum: oportet tamen ut reprimantur: quia feroces sunt me-

dicinę. Reprimitur autem arsenicum secundum quatuor magistros: ita ꝙ puluerizatur, & cum succo caulium, aut solatri, aut alterius herbę frigidę pastatur, & desiccatur: & hoc fiat ter vel quater: et fiant trochisci. Eodem modo reprimitur realgar secundum Henricum. Eodem modo argentum viuum sublimatum operatur. Ad eandem intentionem fiunt aquæ fortes per distillationem, inter quas ista est melior. Reci. salis ammoniaci, auripigmēti ru. & citrini cuperosæ, viridis æris, ana partem. i. puluerizentur, & ponātur in alembico vitreo bene lutato. & distilletur cum lento igne. Prima aqua quæ recipitur, abījciatur, & post duplētur ignis. Et quando alembicum fiet rubeum, retineatur secūda aqua, et in vase vitreo bene cooperto custodiatur. Est enim tantæ efficaciæ, ꝙ ferrum liquefacit, & perforat: & ideo sola gutta mortificat fistulas, & liquefacit omnes verrucas, & excrescentias. Modus autem sublimandi & distillandi alkimistis dimittatur. Ista autem non debent poni in debilibus & tenerrimis corporibus, neque iuxta principalia membra, neque in mollibus et paruis membris: qualia sunt virga, labia, palpebræ, nasus, digiti, & similia: neque applicentur in magna quantitate: quia melius est multiplicare vices quam quantitatem, vt dictum fuit in glandulis & ruptura. Et debent applicari in puluere aliquoties incorporata cum dialthæa aut vnguento albo: & post appositionem muniatur locus desuper, & circūcirca cum aceto & succis frigidis, & teneant bonam diætam. Et si nimis exacerbaret infirmum, & voluerit remouere, & sedare dolorem: locum cum oleo calido dulci fomenta. Et post operationem quæ durat de arsenico per tres dies, et de aquis minus procuretur casus talis escharę cum butyro, aut aliquo maturatiuo vnctuoso.

*De causticis, & ruptorijs medicinis.*

Medicina caustica sclirotica, & ruptura est illa quæ rumpit, & adurit cutim, & carnē, & complexionem ipsorum. Et ipsa deuastat, & mortificat, indurat, & in carbonem reducit absq; dolore magno: ꝓpter quod earum operatio dicitur lēta in quinto pharmacorum. Et sunt quædam debilia quæ solam cutim rumpunt, & vesicant, pręparāt ad operationem putrefactiuorum, quæ non operantur nisi in carne a cute denudata, vt cantharides, mel anacardorū, allia, planta lupina, flammula, vel marsiliū, & anabulla. Et ponūtur cantharides pistatæ cum fermēto aut aliquo sepo in quātitate. ʒ. vnius. Alia autem per se in quantitate medij manipuli stare debent per mediam diem: & post incidantur vesiculę, & ponāt folium caulis. Et si in patiente prouocarent ardorem vrinæ quod aliquādo faciunt, detur lac ad potandū, & ponantur in balneo aquę decoctionis maluarum, violarum, nasturcij aquatici, parietarię, vsq; ad vmbilicum: & statim sedabitur ardor: fortia autem sunt multa. Illud autē quod fit de calce viua puluerizata incorporata cum sapone molli & modico de saluia, in hoc obtinet principatū: debet autem poni in quantitate auellanæ. s. aliquantulum plus vel minus secundum quod locus requirit. Et debet muniri locus taliter ꝙ non diffundatur, nisi vbi vult homo. Et hoc cum testa nucis paruæ vel magnæ vel cum corio seu panno cerato: vel cum albumine oui seu aliquo glutinoso perforato secundum quantitatem, quā opera-

E tio requirit. Et desuper & circūquaq; aliquod frigidum applicetur, & stricte ligetur, & dimittatur per duodecim horas ad minus. Et si vltra protēderetur, melior eschara efficeretur. Et facta operatione remoueatur causticum, & casus escharæ cum butyro lauato, & cum pauca farina incorporato, vel aliquo alio vnctuoso procuretur.

*De medicinis fracturarum, & dislocationum. Et primo de prohibentibus apostemationem. Cap. VII.*

Medicinæ fracturarū & dislocationum aliquando fiunt in forma epithematum: aliquando in forma emplastri: aliquando in forma vnguēti: & vt dicit Aui. in quarto: aliquando fiunt ad prohibendū apostemationē, & dolorem: quædam fiunt ad glutinandū & indurādum arosboth seu porum sarcoidē:
F & quædam sunt ad confortandum particulam: quædā sunt ad cōprimendū porum nimis ingrossatum: quædam vero ad leniendum & mollificandum duriciem, quæ aliquoties remanet post restaurationem. Medicinæ vero prohibentes apostemationem, sunt frigidantes, & quodam modo repercutientes: velut sunt albumina ouorum, oleum rosatum atq; myrtinum, quæ cōpetunt in prima operatione.

*De glutinatiuis.*

Medicinæ glutinantes, & indurantes porum, quę competunt in secunda remutatione, & in sequentibus vsq; quo porus sit cōpletus, sunt. sicut Reci. farinę volatilis molendini, vel frumenti partes. vi. sang. draconis, thuris, mastiches, sarcocollæ, ana partem unam. incorporētur cum albuminibus ouo-
G rū: & fiat epithema seu puls. Ad idē dictat Brunus. Re. aloes, myrrhæ, boli armenici, thuris, acaciæ, anisi, cypressi, dragagāthi, ladani, farinę volatilis ana partem vnam. pulucrizētur: & vt primū incorporent.

*De confortantibus.*

Medicinæ confortantes quæ competunt in fine, sunt post fomentationē cum vino salito decoctiōis ros. absinthij, mossę albæ arboris quercus. Emplastrum quod dictat Lanfrancus. Re. olei ros. vnc. iiij. resinæ, vnc. iij. ceræ, vnc. ij. colophonię, mastiches, thuris, ana vnc. v. nucis cyp̃ssi, curcumæ, ana drac. i. fiat emplastrum. verū oportet ꝙ minuatur oleum, & augmententur gummę, & si adderetur crocus, esset melius. Ad idem dictat Rogerius sparadrapū. R. thuris, mastiches, picis, farinę volatilis, boli
H armenici, ana vnc. ij. sepi arietini, ceræ albæ, lib. v. liquefiant sepum & cera, & vltimo puluis ponatur, & pannus ibi infundatur, sicut fit tela cerata: & applicetur. Ad idem est apostolicon cōmune antidota. Et apostolicō chirurgicum dictatum per Rogerium, cōmune omnibus quassaturis. Re. colophonię lib. i. picis naualis lib. v. galbani, serapini, ammoniaci, opopanacis, thuris, mastiches, terebinthi. ana vnc. v. aceti lib. i. ceræ, vnc. iij. dissolutis gūmis cum aceto, & bullitis & liquefactis, addantur reliqua. & fiat emplastrum malaxando cum oleo laurino. Ad eādem intentionem est oxycroceum antidotarij Nicolai. Ad idem est emplastrum magistri Petri de Bonāto, cōmune ad oēs contusiones. Re. cerę quar. i. ammoniaci q̃r. v. picis naualis, vnc. ij. mastiches, vnc. i. farinæ fœnugræci, absinthij, chamomillæ, cymini, ana

drac.

drac.ij.succi parietariæ,aceti optimi, ana quar.i.infun datur ammoniacũ in succis per noctem.in mane ponatur supra ignem, & liquefiat cum reliquis vsq; ad consumptionem succorum, & pulueres malaxentur cum oleo laurino,& fiat emplastrum.

*De medicinis remollientibus duritiem: quæ aliquando remanet post restaurationem.*

Licet superius in de scirosi & de passionibus iuncturarum satis sit dictum de talibus medicinis, & modo operationis ipsarum: nihilominus quia talium operatio est multum difficilis, & tediosa: videtur vtile medicamina talia repetere sæpe. Medicinæ remollientes duritiẽ, quæ remanet post algebras, magis debent esse humectatiuæ quam resolutiuæ:ut in quinto pharmacorum videtur dicere Gal. maxime si durities fuerit inducta propter siccitatem causatam a priuatione nutritionis,vel ex uulneratione neruosarum particularum: vel ex longa saniei euacuatione. Et propter hoc dicebat Auicẽ.in quarto ꝙ in talibus oportet incipere ab embrocis aquarum calidarum: & postea procedere ad vnguenta & emplastra lenientia facta ex mucilagine & gummis & adipibus & oleis. Et si ponatur acetum, erunt magis profundantia: quia in parua quantitate mistum cum aliis calidis non nocet: vt in tertio miamir Gal.et tertio canoñ. de curatione sodæ affirmat illustrissimus Auicen. In primis igitur embrocetur particula cum aqua & oleo antiquo temperate calefacta, aut cum lacte vaccino, aut cũ aqua mucilaginosa decoctiõis corticis radicis altheæ, vlmi,bryoniæ,cucumeris,asinini,enulæ campanæ,acori,dactylorum, ficuum fœnugræci, & seminis lini:aut cum aqua decoctionis capitum & pedum & triparum muntonum: & si loco spõgiæ,fieret cum lana succida, melius esset. Facta fomentatione per horam exsiccetur particula: deinde iuxta ignem sarmentorum non nimis proprie flectẽdo,et erigendo familiariter particulam,inungatur cũ isto vnguento ex dictis Auic.& aliorum assumpto. Reci.axungiæ porci,asini,muli,vrsi,marmotanæ,atque taxonis, ana quar.i.axungiæ gallinæ, anseris, & anatis, medullæ cruris vituli, atq; cerui ana,quar.5.butyri recẽtis,olei nucis idicæ,olei sisamini,olei de been, olei muscellini, olei amygda.dulciũ, mucilaginis altheę,fœnugræci,& se.lini,ana q̃r.ij.styracis calamitæ, bdellij, hyssopi humidę,ana vnc.5.fundantur oĩa,& liqfiãt.Et si est necesse,modicũ, addend o de cera,fiat vnguentum. Eligantur axungiæ recentes & sine sale: Vt idem dicit Auicen.Et si locus uidetur infrigidatus, modicum ponatur de oleo de castoreo, & de communibus gummis. Item ad idem pro communibus. Reci.dialthææ,partes.ij.agrippæ partem unam,butyri dissoluti, partem.5.misceantur facta sufficienti inunctione, emplastretur locus cum corticibus radic. maluauisci pistatis,& cõtusis,et mistis cum bona axũgia porci: aut cum vnguento remollitiuo iam dicto.Aut cum diachylon magno superius in de remollitiuis dictato:aut cum isto quod summe laudat Lanfrancus.Re.axungiæ porci recentis, vnc.iij.pinguedinis anseris, anatis, & gallinæ,ceræ,terebinthinæ,ana. vnc.i.olei communis, vnc.iiij.farinæ fœnugræci, & seminis lini,ana unc.i.bdellij,opopanacis,mastiches, thuris,ana vnc.5.gummæ.temperetur cum vino.postea cum axungia,& pinguedinibus, cera,& oleũ dissoluantur,& colentur,& colaturæ addatur pul.terẽdorum: & optime incorporentur, & vsui reseruentur. Et si cum eis poneretur de styrace, & hissopo hu. et laudano, melius esset.Et ammoniacũ in sexto simplicium mollificat illud,et in dissoluendo poros articulorum est intensæ virtutis.Et hoc fiat longo tempore: nam in septimo therapeu.tempus curæ passiuarũ qualitatum est multiplicius quam actiuarum. Modus euaporationis cũ aceto & lapide marcassitæ qui competit in tenantibus induratis,& scirosi,& in duritie iuncturarum, est dictus. Et in hoc ligaturæ & instrumenta mechanica multum auxiliantur etc.

*De gradibus medicinarum.* *Cap.* VIII.

QVia Gal.medicorum eximius in primo simpliicum pharmacorum dicit ꝙ non est possibile componere pharmacum nec ab aliquo vti bene antequam simplicium virtutes sciãtur, pro tanto bonum est hoc ponere gradus & virtutes medicinarum chirurgicalium simplicium supp.quia cõpositarum ab ipsis inueniuntur gradus. Gradus autẽ secundum Arnoldum in complexionatis est eleuatio qualitatis alicuius complexionis super temperamentum secundum distantiã integram: quod dicitur propter metas tres non integras quæ assignantur in quolibet gradu. Temperatum autem in quinto simplicium pharmacorum est similis complexioni, cui adducitur sine hoc ꝙ calefaciat,aut infrigidet, siccet,aut humectet. Ipsum distemperatum est ꝙ eum adducit in aliqua qualitate dominante,a qua denominatur talis. Calidum quidem secundum hoc nominantes in primo gradu quodcunque vtique nos calefacit: non tamen manifeste: ita etiam & frigidum, siccum, & humidum. Quæcunque autem manifeste iam calefacere, vel infrigidare, siccare, vel humectare nata sunt: secũdi gradus hæc talia med. dicentur. Quę vero quidem iam vehementer, non tamen ad extremum: tertij. Quæcunque autẽ infrigidare nata sunt: ita vt mortificent: vel ita calefacere, vt vrant: quarti. Et in illis assignat quatuor gradus. Idẽ in primo canoñ.dicit Auicenna. Siccum autem nullum est inuenire quarti gradus absque quod vrat. quodcũque enim summe exsiccat, omnino hoc & vrit: & ideo licet non reperiantur in quarto gradu: sunt tamen in fine tertij. Et ita prope quartum. De humido vero dicit Auicen. ꝙ non videtur ꝙ possit transire vltra tertium gradum: quia si transiret, esset res venenosa, quæ corrũpit corpus. Quare autem calidum in quarto, vt allia, piper, non interficiunt: ita sicut opium & alia frigida? Dicit ille socius concordantiarum: quia frigidum plus inimicatur naturæ quam calidum. Sed quantitas augmẽtat gradum, & minuit. Et si secundæ virtutes sequuntur graduationem primarum. Et quare vna medicina potest habere contrarias operationes: & vna planta in diuersis partibus diuersas acquirit naturas: maiori indiget perscrutatiõe. Et vt facilius inueniãtur gradus medicinarum, sub catalogo Latinorum alphabeti ordinentur. Et si inter doctores graduum inuenitur varietas: aliquãdo hoc a diuersitatibus originis ipsorum forte occasionem habet. Ego autem in gradibus sequar Gal. in vltimis sex libris pharmacorum, Serapionem & Auic. eius interpretẽ, & aliquas experientias meas iuxta posse a litera. A. primo incipienpo.

Aqua eſt primum frigidorum & humidorum per totam philoſophiam. Et ideo eſt ſpiſſatiua & congelatiua in primo ſimplicium pharmacorum in primo gradu.

Acetum frigidum in primo, ſiccum in tertio: compoſitas tamen habet virtutes cum maxima ſubtilitate in eodem primo.

Aqua aluminoſa abluit, repercutit, & exſiccat ſecundum Gal. ibidem & Auicennam in quarto.

Agreſta nota eſt frigida in ſecundo, ſicca in tertio, & eſt repercuſſiua.

Acacia ſuccus eſt prunellorum viridium, & eſt frigida & ſicca in tertio, vel quaſi, & ideo repercuſſiua fortiter.

Acedula herba frigida & ſicca in ſecundo, repercutit & confortat.

Anthera eſt illud citrinum quod eſt in medio roſę, & eſt frigida & ſicca in primo cum repercuſſione.

Atriplex & ſpinachia holera ſunt frigida & humida temperate cum maturatione & lenitione.

Abſinthium herba calida in primo, ſicca in ſecundo cum ſtypticitate.

Abrotanum herba calida in primo, ſicca in ſecundo cum abſterſione.

Apiũ herba eſt, multas habet ſpecies, calida in primo, ſicca in ſecundo cũ maturatione et mũdificatione.

Agrimonia herba eſt calida et ſicca in ſecundo gradu cum abſterſione.

Acuſmuſcate, pes columbinus, herba Roberti. herbæ ſunt eiuſdem generis quaſi. ſunt frigidæ & ſiccę cũ abſterſione.

Ariſtolo. radix calida & ſicca in ſecundo cum abſterſione & incarnatione.

Allium radix calida & ſicca in quarto, cum aduſtione & attractione.

Aloe ſuccus cuiuſdam herbæ ſpiſſatus, & eſt calidum in ſecundo, ſiccum in primo: & conſolidat vlcera proprie pudendorum.

Auena granum calidum & humidum temperate maturat & abſtergit.

Amylum farina frumenti lauata, frigidum & humidum in primo cum ſedatione.

Axungia nota eſt calida & humida in primo, & plus & minus ſecundum animalia a quibus capitur: & ideo mollificat & maturat.

Argentum viuum frigidũ eſt & hu. in ſecũdo ſecundum Auicen. Gal. autem in nono dicit de eo nullã habuiſſe experientiã. vtimur tamen eo extincto in vnguẽtis decoratiuis, & de ſublimato i corroſiuis.

Aniſum & fœniculum ſemina ſunt calida in tertio, ſicca in ſecundo, & ſunt reſolutiua.

Anethum eſt ſemen calidum & ſiccum in ſecundo cum reſolutione.

Aſphodeli radices ſunt calidæ & ſiccæ in ſecundo cũ abſterſione, & corroſione.

Anacardus pediculus elephantis calidus & ſiccus in quarto, & eſt vlceratiuus.

Arſenicum & auripigmẽtum mineralia, & ſublimantur, & ſunt calida in tertio, ſicca in ſecundo, & vltra: quia putrefactiua valde, & mortificatiua ſunt.

Alumen rochinum calidum & ſiccum in tertio cum magna ſtypticitate.

Argilla & cimolea terræ ſunt frigidæ in primo, ſiccę in ſecundo cum repercuſſione.

E Antimonium minerale eſt frigidum in primo, & ſiccum in ſecundo.

Ammoniacum gũma calida in fine tertij, ſicca in primo cum mollificatione & attractione.

Aſſafœtida gumma calida & ſicca in tertio, & vltra, abſterſiua & attractiua.

Aſpalthum ſpuma eſt indurata reperta in mari mortuo, eſt calida et ſicca circa ſecundum, conſolidatiuum vlcerum ſanguinolentorum vndecimo ſimplicium pharmacorum.

Attramenta mineralia calida & ſicca in tertio, cũ ſtypticitate & corroſione.

Balauſtia flos, eſt maligranati frigida & ſicca in ſecundo, uel quaſi repercuſſiua.

Berberi fructus arbuſti frigidus & ſiccus in tertio, cũ repercuſſione.

F Bryonia radix eſt calida & ſicca in ſecundo, cum abſterſione & maturatione.

Bolus terra eſt rubea frigida & ſicca in ſecundo, cum repercuſſione & reſtrictione.

Baucia radix paſtinacæ calida & humida in primo: et ideo maturatiua.

Borago holus calidum & humidum temperate.

Bugloſſa herba eiuſdem generis eſt: magis tamen ſicca, maturat, et lenit.

Branca vrſina herba eſt calida & humida in primo gradu, maturat, & lenit.

Balſamus gumma eſt vel oleum calidum & ſiccum in ſecundo, cum magna ſubtilitate & aromaticitate: & ideo abſtergit, attrahit, & confortat.

Butyrum calidum in primo & humidum humiditate altiori, maturat & proprie bubones.

G Bdellium gumma eſt calida in fine primi, & vltra cũ lenitate & humiditate in primo, & eſt efficacis mollitionis ſcirrhorum, in ſexto pharmacorum.

Burſa paſtoris herba eſt frigida & ſicca cũ reſtrictione.

Bedegar frigida in primo gradu, & ſicca temperate, & eſt ſtyptica.

Borax gluten auri calidum & ſiccum temperate. verum aliqui dicunt ipſum eſſe calidum ualde: conſolidat tantum.

Bugie cortex berberis frigidũ & ſiccũ conſolidatiuũ.

Berbena herba eſt frigida & ſicca ſine exceſſu: & ideo ſedatiua & conſolidatiua.

Betonica herba calida & ſicca in tertio, mundificat, & ſanat.

Craſſula herba eſt frigida ĩ tertio, hũida in ſecũdo.

Coctanum fructus eſt frigidum & ſiccũ in ſecundo, vel quaſi, confortat.

H Cachimia & climia mineralia ſunt frigida et ſicca ęqualiter cum abſterſione.

Corallus notus eſt, frigidus in primo, ſiccus in ſecundo, cum reſtrictione.

Ceruſſa eſt ęrugo plumbi frigida & ſicca in ſecundo, conſolidat.

Cimolea terra molle fabrorũ frig. et ſicca, cõſolidat.

Capillus veneris herba eſt tẽperata, verum declinat ad quandam caliditatem & ſiccitatẽ: vt dicit Gal. ſubtiliat, & diaphorat.

Caulis holus calidum in primo, ſiccum in ſecundo, maturat, & abſtergit.

Centaurea herba eſt calida & ſicca in tertio, & eſt cõſolidatiua.

Cãphora gũma eſt frig. et ſicca ĩ tertio, cũ abſterſione.

Cera est nota, temperata est: et ideo materia omnium fit medicinarum cum maturatione.
Crocus flos calidus in primo, siccus in secundo vel quasi, confortat & resoluit.
Chamomilla flos calidus & siccus in primo, resolutiua, & confortatiua.
Costus radix est calida in tertio, sicca in secũdo, cum absterſione & resolutione.
Cinnamomũ species aromatica calida & sicca in tertio cum confortatione.
Cepa radix calida in tertio, adurens cum quadam humiditate superflua: & ideo maturat, & abstergit.
Cyperus radix cal'a et sicca ĩ secũdo cũ cõsolidatiõe.
Chelidõia herba calida & sicca ĩ tertio, abstersiua est.
Cuperosa minerale calidum & siccum prope quartũ cum corrosione & stypticitate.
Cypressus arbor calida in primo, sicca in secundo, cõsolidat.
Cauda equina herba frigida in primo, sicca in secundo, consolidatiua.
Calx lapis coctus calida & sicca in quarto, adustiua.
Curcuma radix est citri, forte chelidoniæ, calida & sicca, consolidatiua.
Consolida calida & sicca, conglutinatiua.
Cantharides animalia muscalia uiridis coloris, parua, calida & sicca in tertio, cũ adustione & vesicatiõe.
Castoreum testiculi sunt cuiusdam animalis calidum & siccum in secundo, confortat mẽbra neruosa.
Canabi semen calidum & siccum, maturatiuum.
Capitellum lixiuium forte, calidum est, & adustiuũ.
Cinis notus est, calidus & siccus ĩ q̃rto cũ abstersiõe.
Cucumer asininus herba est calida & sicca in secũdo: radix tamẽ non tantũ in gradu: & ideo mollificat.
Cresones herba calida et sicca in secundo, aperitiua et diaphoretica.
Cyminum semen calidum in tertio, siccum in secundo, carminatiuum.
Calamẽthum herba est calida & sicca in tertio, resolutiua, & attractiua.
Caseus recens consolidat: antiquus vero disrumpit, decimo simplicium.
Edera arborea frigida & sicca cum abstersione, & mundificatione, et consolidatione.
Epatica est herba frigida & humida cũ repercussiõe.
Enula herba radix calida et sicca in secũdo, vel quasi, confortatiua
Ebulus herba cal'a & sicca ĩ secũdo, vel q̃si, resolutĩa.
Euphorbiũ gũma calida & sicca in q̃rto, abstersiua.
Es & flos eius notum est calida & sicca in tertio, corrosiua cum stypticitate.
Ermodactyli radix quę desiccata est calida & sicca in secudo cum quadam abstersione & corrosione.
Ematites lapis ru. non ablutus est calidus in primo. ablutus vero est frigidus in secundo: & ideo caret mordicatione, & consolidat, & sanat.
Flãmula arbustum calida & sicca, & adustiua circa quartum gradum.
Fabaria herba frigida & humida, consolidatiua.
Fumus terrę herba frigida in primo, uel quasi: sicca in secundo cum abstersione.
Fœniculus herba est cuius semen est calidum & siccũ in secundo, cum resolutione.
Frumentum notum est, calidum & humidum temperate, maturat cum abstersione.

A Furfur notum est calidum & siccum circa primũ gradum cum resolutione.
Fabæ notę sunt, desiccatiuę, frigidæ cum temperamẽto siccitatis, & resolutionis, & abstersionis.
Fęx ceræ nota est, vel auear. calidior est quam ipsa cera. & ideo mollificat.
Fęx olei nota est, plus calida & sicca quam oleum.
Ferrum notum, frigidum & siccum in secundo, constrictiuum, & consolidatiuum.
Ferrugo nota est, calida & sicca in secundo, consolidatiua, & constrictiua.
Fœnugręcũ semen calidũ et siccũ in primo: et ꝓpter hoc diaphorat, & feruẽtes phlegmones exacerbat.
Ficus recentes calidę & humidæ: siccatę calidæ & siccæ: quod quasi idem est de dactylis: & ideo maturant, & mollificant.
B Fermentum cum caliditate & humiditate acre & nitrosum est: & ideo virtutem habet mistam cum attractione.
Fuligo fumalis multum est desiccatiua.
Farina volatilis molendini nota est, frigida et sicca cũ glutinatione.
Fraxinus arbor frigida & sicca in secundo, cum repercussione.
Folia oliuarũ frigida & sicca cũ stypticitate magna.
Filex herba & radix calida & sicca in secundo cum resolutione & abstersione.
Gallæ virides fructus frigidi in secundo sicci in tertio: maturæ & nouæ non tantam stypticitatem, tamen habent magnam.
Glandes fructus frigidi cum temperamento et sicci in secundo gradu, consolidatiuę.
C Gratia dei herba est calida et sicca in secundo cũ mundificatione & consolidatione.
Gariophylli species aromatica calida et sicca in tertio, confortatiua.
Gluten multipliciter nota est, calida & sicca in primo cum glutinatione.
Granatum acetosum frigidum et siccum in secundo. dulce, calidum, & humidum cum temperamento & refrętatione.
Gentiana radix calida & sicca in tertio, abstersiua.
Gallitrychum herba calida & sicca, incarnatiua.
Gumma arabica & dragaganthum frigidum cũ quadam siccitate & glutinositate.
Granum cum quo tingitur pannus est desiccatiuum sine mordicatione: & ideo consolidat & incarnat proprie neruos in septimo simplicium.
D Gypsum calidum & siccum cum glutinatione.
Galbanum gummi calidum in tertio, siccum in secũdo cum attractione forti.
Hyoscyamus herba frigida in tertio, vel quasi stupefactiua valde.
Iatea herba calida & sicca, & est consolidatiua.
Ipocysthis succus est decoctus & spissatus frigidus & siccus in secundo.
Issopus herba calida & sicca in tertio, resolutiua.
Iuniperus frutex calidus & siccus cũ consolidatione.
Ipericon herba est calida & sicca, perforata, incarnat consolidat, & mundificat.
Iarrus est herba cuius radix calida & sicca in secundo cum abstersione.
Ireos radix est calida & sicca in tertio, resoluit, mũdificat, & incarnat.

Issopus humida, siue œsypus, succus est lanæ succidæ, & est satis temperata, mollificatiua.

Lithargyrus merda plumbi cum temperamento declinat ad siccitatem: et ideo regeneratiuum & consolidatiuum.

Lupini fructus calidus in primo, siccus in secundo cũ absterſione.

Lilium herba est multas habens species: cuius radix calida & humida in secundo: & ideo maturatiua.

Lini semen calidum & siccum, maturat, & sedat.

Lac satis temperatũ est: & ideo mitigat: sed eius aqua est frigida & sicca cum lauatione & consolidatiõe.

Lapathium herba est multas habens species, frigida et sicca in secundo, & est absterſiuum.

Liquiritia radix temperata est cum quadam familiari humiditate: & ideo maturatiua.

Lycium succus est herbæ cuiusdam spissatus, temperatum in actiuis cum humiditate in secũdo gradu: & ideo mitigatiuum.

Lana succida circa temperamẽtum est, & mollificat.

Laudanum succus est barbę hircorum ultramarinorum spissatus, calidũ & humidum in primo, mollificatiuum est.

Lentes cum stypticitate satis sunt temperatæ: & ideo refrenatiuæ.

Lingua canis herba est calida & humida in primo cũ regeneratione.

Lixiuium notum est, calidum & siccum circa tertium, absterſiuum.

Lacticinia herba cal. & sic. circa tertiũ, cũ absterſiõe.

Margaritæ frigidæ sunt & siccæ notæ sunt: clarificant, & confortant.

Merda ferri nota, frigida & sicca, consolidatiua.

Marcasita calida in secũdo, sicca in tertio: consolidat, & constringit.

Malua herba frig. & humida cũ tẽperamẽto sedatiua.

Maluauisci radix est calida & humida in secundo cũ maturatione.

Mercurialis herba calida & humida in primo cũ maturatione.

Mandragora herba frigida & sicca in tertio cum stupefactione.

Mustus aquæ herba frigida cum stypticitate quadam & repercussione.

Marrubium herba calida in secundo, sicca in tertio, & est aperitiua.

Mastiche gumma calida & sicca in secundo cum mollificatione & confortatione.

Melilotum flos herbæ calidæ & siccæ in primo cum resolutione.

Medulla nota est, calida & humida plus & minus secundũ animalia a qbus sumitur: & ideo mollificat.

Mel notum est, calidum & siccum in secundo cum mundificatione.

Myrrha gumma calida & sicca in secundo, carnis regeneratiua.

Memitha herba frig. & sicca in primo, de succo cuius fiunt sief. & trochisci pro oculorum restrictione.

Mumia caro mortuorũ balsamatorum calida & sicca in secundo cum consolidatione.

Minium frigidum et siccum, et est rubeum pictorum factũ de cerussa per adustionẽ. in. ix. pharmacorũ.

Nenuphar flos est frigidus & humidus in secũdo cum quadam soporatione.

A Nespila fructus est frigidus & siccus in tertio, & est constrictiuus.

Nux fructus est calidus & siccus in secundo cum absterſione.

Nux indica est etiam fructus calidus in primo, cum tpamẽto siccitatis: cuius oleũ cõfortat neruos etc.

Opium succus est vnius herbæ spissatus frigidus, & siccus in quarto, stupefactiuus, & mortificatiuus.

Ordeum granum frigidum & siccum in primo cum maturatione & absterſione.

Oleum oliuarum est temperatum: & ideo omnium recipit virtutes. in secundo pharmacorum.

Oleum muscellinũ calidum est, remollitiuum: & videtur secundum Halyabbatẽ & synonyma Mundini, ꝙ fiat per expressionem alicuius grani: vt B oleum de been.

Orbus granum est calidum in primo, siccum in secũdo, & vltra, cum absterſione.

Oua sunt temperata. Albumen tamen vergit ad frigiditatem: vitellus vero ad caliditatẽ cũ sedatione.

Ossipię notum est, frigidum et siccum cũ absterſione.

Opopanax gumma calida & sicca in tertio cum remollitione.

Plantago herba multiplex, frigida & sicca cum repercussione & consolidatione.

Portulaca herba frigida in tertio, humida in secundo cum sedatione.

Populus est arbor frigida & sicca cum temperamento, cum repercussione.

Papauer herba frigida & sicca in secundo cum familiari stupefactione.

C Psyllium se. herbę frigidum in secundo, humidum in primo cum refrenatione.

Papyrus nota est frigida & sicca, restrictiua.

Psidia cortex fructus granati, frigida in secundo, sicca in tertio cum restrictione.

Polium herba est calida in secundo, sicca in tertio.

Parietaria herba est in dubio, credo ꝙ succus sit frigidus: substantia tamen calida reperitur: & ideo resolutiua est.

Piper species granum est calidum & siccum prope quartum gradum: & ideo attrahit, & abstergit.

Pyrethrum radix est calida & sicca in tertio gradu cũ attractione & absterſione.

Petręleon est oleum de petra, & est calidum & siccũ in quarto cum subtiliatione.

Pix communis calida & sicca circa tertium gradum D cum maturatione & absterſione.

Pinguedo est calida & humida plus & minus secũdũ animalia quorũ est: & ideo maturat, & mollificat.

Palma arbor frig. & sicca in secundo.

Pentaphyllõ herba est, sine mordicatione desiccat.

Pimpinella herba est cal. & sic. & vulnera cõsolidat.

Porrum radix calida & sicca circa quartum gradum cum attractione.

Pinus arbor cuius grana calida sunt & humida, & eius cortex frig. & siccus cũ stypticitate plurima.

Panta lupina herba est calida & vstiua.

Plumbum frigidum & humidum in secundo, occultam & mirabilem habet resolutionem.

Rosa flos est temperata frigida, declinans ad siccitatem cum confortatione.

Rubus arbustus frigidus & siccus, stypticus manifeste

stę consolidationis.
Rubea herba calida & sicca circa tertiũ cũ abstersiõe.
Raphanus radix triplex inuenitur, & est calida & sicca cum incisione & abstersione.
Rapa nota calida in secundo, humida in primo, maturatiua.
Realgar minerale est calidum, & mortificatiuum.
Solatrum herba est multas habens species, frigida & sicca vltra secundum gradum: & est repercussiuum: nihilominus resoluit apostemata calida & occulta: vt dicit Auicẽ. semen tamen eius est durum, in octauo pharmacorum.
Salix arbor frigida & sicca in secundo cum stypticitate moderata.
Siligo granum est frigidum & siccũ temperate cum abstersione.
Sumac fructus frigidus in secundo, siccus in tertio cũ stypticitate.
Semperuiua herba est frigida in tertio, sicca ĩ primo, vel quasi: & ideo mediocriter repercutit.
Spicanardi, species, calida in primo, sicca in secundo.
Stœchas flos est cum quadam caliditate in primo, frigida & sicca in secundo. & est resolutiua.
Sal omnibus notum est, calidum & siccum in secundo, & vltra: habet enim abstergere, & stypticare.
Sulphur minerale, calidum & siccum in tertio, subtiliatiuum & attractiuum.
Squinãthum est palea camelorum, calidum & siccũ, & stypticum cum temperamento.
Saluia herba est calida & sicca in secundo, cum leui stypticitate.
Sandalus arbor frigida & sicca in secundo cum repercussione.
Spodium quid sit opiniones sunt, frigidum in secundo, siccum in tertio. & est consolidatiuum.
Scroffularia radix est herba calida & sicca cum resolutione.
Serapinũ gumma cal. et sicca in secũdo, et mollificat.
Squilla radix est cal. & sicca in secundo cũ attractiõe.
Stercus omne calidum & siccum secundum animal, cuius est plus & minus, & est attractiuum.
Sepum est calidum & tẽperatum, secundum animal cuius est plus & minus cum maturatione.
Sarcocolla gumma calida in secundo, sicca in primo & incarnatiua: & secundum alios est matrissiluę.
Sanguis draconis succus est herbę cuiusdam temperatus in actiuis, siccus in secũdo, et est consolidatiuus & constrictiuus.
Sanguis animalium est secundũ naturã animalium.
Scoria nota est. desiccat valde, & consolidat.
Sapo notus est calidus & adustiuus.
Spongia maris nota est calida in primo, sicca in secundo, & est siccatiua & consumptiua.
Spuma maris nota est calida in primo, & sicca in tertio, abstersiua.
Sinapis semen calidum et siccum vsque ad quartum, & est attractiuum.
Staphis agria semẽ calidũ et siccũ ĩ tertio, attractiuũ.
Scabiosa herba est cal. et sicca ĩ secũdo, regeneratiua.
Styrax gumma calida in primo, sicca & humida cum temperamento. & ideo mollificat & confortat.
Simissomis qui est cardo benedictus, herba est infrigidatiua, & mediocriter dyaphoretica, sexto simpli-

A cium, & cum hoc maturatiua.
Sambucus arbor est calida in secundo, sicca in primo, & ideo resolutiua est.
Sisamum granum est calidum & humidũ in primo, mollificat.
Thus gumma est calida ĩ secũdo. sicca in primo, carnis generatiua & cõsolidatiua.
Terebinthina gumma calida & sicca, mundificatiua.
Terra sigillata nota est frigida et sicca, consolidatiua.
Thucia fumus mineraliũ, frigida in primo, sicca in secundo, oculorum confortatiua.
Tartarum fæx vini desiccata, calida & sicca in tertio cum abstersione.
Tanacetum herba est calida & sicca cũ cõsolidatiõe.
Thapsia herba calida est & adustiua in tertio.
Tapsus barbassus herba est cum temperamento desiccatiua & sedatiua. B
Tormentilla radix est calida & sicca. contra fistulas est bona.
Vinum notum est calidum, & siccum, & humidum iuxta eius ætatem, maturat & consolidat.
Vua passa racemi sunt calida & humida cum mollificatione.
Viola flos frigida & humida in primo & soporatiua.
Vmbilicus veneris herba frigida & humida in tertio.
Verbena herba frigida & sicca cum resolutione & sedatione.
Vrtica herba est calida & sicca: non multum tamen: mordicatione enim sua prouenit a subtilitate.
Virga pastoris herba est frigida in tertio, & sicca temperata: & ideo constringit & consolidat.
C Vrina nota est cal. & sicca cũ abstersiõe & adustiõe.
Vernix gumma calida & sicca in secundo, incarnatiua & abstersiua.
Vermes terrestres noti sũt calidi et subtiliatiui, et neruorum consolidatiui. x. medicinarum.
Vsnea quercina quæ est mossa alba, est calida & sicca cum temperamento, & confortat.
Verdetum calidum & siccum cum corrosione.
Vitrum calidum in primo, siccum in secundo, secundũ aliquos ponitur frigidũ in primo cũ abstersiõe.
Vitriolum calidum et siccum in tertio, minerale cum stypticitate & corrosione.
Vzifur qui est ru. calidus & siccus in secundo cum stypticitate.

## D Doctrina secunda de antidotis particularibus et appropriatis membris & habebit octo capitula.

*De auxilijs proprijs capitis & partiũ eius.* Cap. I.

TEmpus est iã transire ad medicinas proprias membrorum: non, vt dicit Gal. in quinto pharmacorũ: ꝙ ita sint proprię particulæ vni, ꝙ non iuuent aliam: sed in multis vel maxime operando in ea a qua nũcupationẽ habẽt: a capite, vt moris est, incipiendo. Vulnera capitis habent auxilia quinto pharmacorum. Prima est potio vulneratorum, et est Theodorici & sociorum. Quæ, Reci. cinnamomi, vnc. i. zinzib. vnc. 5. galangę, granorum paradisi, car

damomi, piperis lõgi et nigri, gariophyll. ana drac.i. fiat puluis: et cum mellis lib.ij. & vini puri.iij. fiat claretũ. Et administretur quolibet die vnus gobeletus per.iij. dies cum drac.i. istius pulueris. Reci. pimpinellæ, betonicæ, sanamundę, valerianæ, radicis gentianæ, ana, pilosellę quantum de omnibus fiat. puluis. Et dicunt, si eum retinet est bonum signum. Si vero ipsum euomat, malum. Secũda forma est mundificatiuum cerebri & panniculorum eius. Reci. mellis ro. colati, vnc.ij. olei ros. vnc.i. misceantur, & cum tẽtis & pannis imponantur. Tertia forma est puluis capitalis incarnatiuus, & confortatiuus. & est Gal. & magister Dynus eum laudat, & Henricus. Reci. radic. ireos, aristo. ro. thuris, myrrhę, aloes, sang. draco. farinę orobi, ana. fiat puluis. Quarta forma est emplastrum de betonica, et est Parisiensium, incarnat, confortat, & ossa eleuat, mundificat, & sanat. Reci. ceræ, resinæ, ana lib.5. terebinthinæ, lib.i. succi betonicæ, succi plantaginis, succi apij, ana lib.i. coquatur cera, et resina cum succis vsque ad cõsumptionẽ succorum: deinde ponatur terebinthina, & incorporetur, coletur, & fiat emplastrum. Quinta forma est emplastrum capitale magistri Anselmi de Ianua: & attrahit saniem, & eleuat ossa, et incarnat, et sanat. Et magister Petrus dicebat ꝙ probauit ꝙ caput canis vulneratũ vsque ad cerebrum curauit. Reci. terebinthinæ partes.ij. ceræ, partem.i. resinæ, partem.5. liquefiant ad ignem, & colentur super acetum, & dimittatur per diem, & malaxetur bene cum aceto. Deinde secundo liquefiant, & projciantur supra succum istarum herbarum, betonicæ, partes.ij. berbenæ, partem.i. & cũ illis succis, & lacte mulieris diu malaxentur. et fiat emplastrum. fortius est quam primum. Sexta forma est propria ad eleuandum ossa, si non possunt eleuari per prædicta: & fuit magistri Petri. Reci. olei antiqui, partem.i. ceræ, sorditiei alueorum, ana partem.5. euphorbij quartam partem illius, aristolo. partem tertiam illius, lactis thitymali modicum. fiat unguentũ: & est probatum. Consequẽter pro tinea gratia collationis ponatur vna forma: & est Gordonij. Reci. lithargyri, sulphuris viui, calcis viuæ, attramenti, vitrioli, auripigmenti, fuliginis, viridis ęris, ellebori albi & nigri, aluminis, gallarum, ana drac.5. argenti viui, vnc.i. picis, ceræ, & olei nucũ, ana lib.5. succi lapathij, succi fumiterrę, scabiosę, boraginis, ana q̃r.i. bullita cera, pice, & oleo cũ succis vsq; ad cõsumptionẽ, reliqua incorporentur, & fiat vnguẽtum diligẽter. Item pro alopecia ad faciendum renasci pilos in cartolario magistri Petri. Reci. succi calcidarum, vnc.i. pulueris sanguisugarum adustarum, lacertæ viridis adustę, pulueris talparum, apum combustarum, solearum combustarum, setarum porci combustarũ, viridis ęris, ana vnc.i. mellis quod sufficit ad incorporandum. fiat vnguentum. est enim probatum.

*De auxilijs morborum faciei & partium eius.* Cap. II.

ET primo pro gutta rosacea est laudatum vnguẽtum citrinum totius communitatis in antidotario. Secundo ponitur gummera ad albificandum & lauandum faciem: & est Rasis. Reci. farinę ciceris, fabarum, hordei, amygdalarum excorti. dragagãthi, ana partem.i. seminis raphani partem.5. fiat puluis, & distemperętur cum lacte, & liniatur facies de nocte,

E mane cũ aqua furfuris lauetur. Tertio ponitur aqua pretiosa & est gallicana. Re. tartari calcinati lib.i. mastic. vnc.i. pistentur cum albumine ouorum, ponantur in alembico, & fiat aqua: est enim pretiosa. Lac virgineum ad decorãdum & desiccandum pustulas virulentas, pãnos, & lentigines delendum, sic fit. Re. lithargyri subtiliter puluerizati, unc.iij. aceti albi optimi lib.5. misceantur simul bene, & dimittantur residere, & distillando cum pecia triangulata filtri, vel cum sacculo suscipiatur aqua. deinde illa aqua misceatur cum aqua salis facta, cum vnc.i. salis bene puluerizati, & lib.5. aquę pluuialis vel fontanæ, & misceantur ambę aquę, & collando dealbabuntur ad modum lactis. Et fricetur locus infectus cum tali lacte, et mirabere. Multi enim per se bulliunt lithargyrum cum aceto: Alij vero addunt modicum de cerussa: Nonnulli

F loco salis communis ponunt sal gemmæ: Alij spumã nitri: Aliqui alumen. Consequẽter pro oculis ponuntur auxilia. Primo ponitur aqua magistri Petri de Hispania, quę clarificat, & confortat visum. Reci. fœniculi, rutæ, chelidoniæ, berbenæ, eufragiæ, clareæ, ros. aut aquę eius, ana conquassentur & temperentur per diem naturalem in vino albo: deinde ponantur in alembico, & fiat aqua. Secundo ponitur collyrium album pro dolore oculorum & est Gal. Reci. cerussę lotę, drac. viij. sarcocollę, drac.iij. amyli, drac. ij. dragaganthi, drac.i. opij, drac.5. puluerizentur valde subtiliter omnia, & cum aqua pluuiali mollientur super tegulam, & fiant sief parui, distemperentur cũ lacte mulieris, aut aqua ros. & administrentur. Tertio ponitur collyrium de thucia, & est Montispessulani in fine ophthalmiæ resoluens & desiccãs humiditates

G extraneas oculorum. Re. thuciæ pręparatæ, lapidis calaminaris, ana unc.5. gariophy. xv. numero, faui cum melle, vnc.i. puluerizãda puluerizentur subtilissime: & ponantur omnia in duabus vnc. vini albi & aquæ ros. quar.5. camphoræ, drac.i. colentur subtiliter, & fiat collyrium. Quarto ponitur puluis magistri Arnoldi desiccans lachrymas, & rectificãs robur, & fuit pro Papa Iohãne. Reci. thuciæ præparatæ, vnc.i. antimonij, vnc.5. margaritarum, vnc.ij. florum corallí ru. drac.i. & .5. serici crudi proprie de folliculo vermis minutim incisi, drac.5. fiat puluis subtilissimus, & seruetur in pyxide ęrea. Quinto ponitur puluis Beneuenuti. & est meus pro omnibus maculis. Reci. zuchari candi. vnc.i. thutiæ præparatæ, vnc.5. puluerizentur, et cum aqua ros. pistentur: & in pelui spergantur, & inuersetur peluis super fumum ligni aloes, &

H thuris, & exsiccetur, & puluerizetur subtiliter, & fiat puluis, & seruetur in pyxide ęrea, & ponatur in oculis cum stilo argenteo. Sexto ponitur collyriũ pro rubore et lachrymis, & est de domo. Reci. thucię pręparatę, vnc.i. aloes sucotrini, vnc.5. camphorę, drac. i. aquę ros. lib.i. & .5. vini granatorum, lib.5. puluerizentur puluerizanda, & misceantur cum alijs, & calefiant super carbones modicos modica bullitione, coletur, & seruetur.

In naribus quando aduenit fluxus sanguinis nariũ dicta sunt auxilia. In vlceribus specialiter pro polypo commendatur a magistro Petro de Bonantonio tenta de radice acori temperata cum oleo de iunipero, in quo resoluta sit scammonea.

In auribus dolor sedatur imponendo laç mulieris; vt

Vt dicit Gal. aut oleũ rof. cum modico opij, aut collyrium album. Vlcera autem mundificantur lauando cum melle rof. & imponendo collyrium factum cũ croco ferri aut fpuma eiufdem cũ melle: vt dicit Gal. Aut fecundum magiftrum Petrum. Re. nitri. carda. ana vnc. 5. caricarũ mundatarum, vnc. 5. decoquantur in fucco rutę: & vna gutta in aure diftilletur: faniẽ enim educit, & carnẽ fuperfluam deftruit, & fanat. In dentibus dolor fedatur fecundũ Heben Mefue, tenendo in ore acetum decoctionis pyrethri, aut herbam cornu ceruí, in azaram probatam. Nigredo autem lauatur, & fuit probatũ in Comite Altifiodorẽ. Recip. falis ammoniaci, falis gemmæ, ana quar. j. aluminis quar. 5. puluerizentur, & ponantur in alembico, & fiat aqua. Calefactiones & canchrenæ gingiuarum corriguntur cum aqua caprifolij, aut plantaginis aluminata. Vel cum ifto lauamẽto: eft enim Dyni. Reci. rof. vnc. i. lentium, fumac, ana quar. i. balauftiarum quar. 5. conquaffentur & bulliantur in aqua, & aceto, colentur. & fiat lauamentum.

*De auxilijs morborum colli.* Cap. III.

ET licet vulnera colli habeant auxilia communia alijs: nihilominus habẽt aliquas difpofitiones, quæ gratia manifeftæ doctrinæ, tangentur hic. Bocium colli habet duas formas auxiliorum. Prima eft puluis magiftri Dyni, quod Re. fcroffulariæ, vnc. ij. zinzib. vnc. i. bryonię, pyrethri, ferpylli, matrifsylue, oliuarum, fal gemmæ, offis fepiæ, fpongię combuftę, ana drac. ij. gariophyllorum, piperis, cinamomi, ana drac. i. fiat puluis, in quo fit modicũ de alumine. Secunda forma eft emplaftrare locum cum diachylon ireato, aut cum emplaftro de ftercore caprino, aut cũ unguento apoftematum phlegmaticorum dicto in apoftematibus etc.

*De auxilijs humerorum & dorfi.* Cap. IIII.

PRo dolore humerorum & fpatularum habeatur unguentum miftum de marciaton, & agrippa. Pro gibbofitate laudat Auicen. emplaftrum de acoro. Re. acori, enulæ campanæ, fauinæ, ana quar. i. bdellij, quar. 5. caftorei, unc. i. coquantur cum uino & oleo: ufq; ad confumptionem uini, et de oleo cum cera fiat unguentum. Chiragra manuum curatur ut apoftemata phlegmatica. fpeciale in ea eft emplaftrum Montifpeffulani de caulibus rubeis coctis cum lixiuio cinerum clauellatorũ, & parum aceti, & modicum falis piftati.

*De auxilijs pectoris.* Cap. V.

QVorum primum eft potio refoluens & confumens omnem materiam exiftentẽ interius, & eam per fudorem expellens: & fuit magiftri Americi, & uocatur fudatorium. Reci. caudę equinæ terreftris. M. i. radicis ofmundæ quar. i. radic. dragonteæ quar. 5. coquantur cum uino & melle, colentur, & gobeletus adminiftretur eunti dormitum, & fudabit. Secunda eft alia potio communis ad omnia uulnera intrinfeca: & fuit Gal. Reci. centaureę, cofti, nepitæ, gariophyllatæ, pimpinellæ, fummitatum canabis, teneritatum caulium, tenaceti, rubeę, pentaphyllon aur. ana coquãtur cum uino & melle, & adminiftretur gobeletus utfupra: facit exire faniem per

A uulnus, & prouocat urinam fi retinetur. Si uero euomitur, non eft fpes curationis, ut dicit uulgus.

*De auxilijs uentris.* Cap. VI.

ET funt. Primo pro tortionibus laudatur lana fuccida infufionis uini decoctionis cymini. Secũdo pro offenfionibus & cafibus laudatur potio communis, & eft Auicen. & Rafis. Reci. mummiæ, boli armenici. terræ figillatæ, ana unc. i. fiat puluis adminiftretur drac. i. cum unc. i. aquæ plantaginis. Tertio laudantur potiones pectoris pro refoluendo materiã interius congregatã. Quarto ab extra poffunt fieri emplaftra in cõcuffionibus formata, in hydropifi eft optimum prouocare urinam. Et ideo iuxta doctrinã Gal. magifter Americus accipiebat gryllos aut cãtharides nigras: & ablatis capitibus & alis, comburebat

B in furno, & faciebat pulueram, de quo de fero adminiftrabat unum granum: & faciebat mingere tantum ꝙ liberabantur multi ab hydrope fua. In dolore renum & ueficæ uidi adminiftrare unam quar. lixiuij cinerum truncorum fabarum, & faciebat mirabilia, prouocando urinam, & in mundificando uias urinales, faniem & arenulas expellendo, & menftrua prouocando. Rabbi etiam Moyfes pro ulceribus renum & ueficæ appropriauit aquam diftillatam feri lactis caprini fub hac forma. Re. feri lactis caprini picherios. ij. iuiubæ, febeften, ana unc. i. boli armenici, unc. 5. quatuor feminum frigidorũ mũdatorum, ana drac. ij. feminis portulacæ, feminis papaueris albi, feminis citoniorum, ana drac. ij. conquaffentur & diftillando fiat aqua: Auicen. autem concedit in diabete aquam feri lactis ouini. Ego autem pro domino Cardinali

C Tutelleñ. addebam de herba caudæ equinæ, plantaginis, rof. feminib. maluauifci, & alkekengi, atq; liquiritiam, & glandium cupulas, & trochi. alkekengi. Et iniectio lactis cum collyrijs fcitis. & emplaftrum ad rupturam inter duas rupturas laudatur. Pro lapide remedia funt dicta multa famofa.

*De auxilijs uerendorum & partium eius.* Cap. VII.

IN primis dolor uirgæ fedatur cum mica panis paftata cum uitellis ouorũ, & oleo papaueris. Vlcera uirgæ lauantur cum aqua aluminis, & emplaftrentur cum unguento populeon, aut inungatur cũ unguento albo, aut oleo cum albuminibus ouorum. Et puluis plumbi ufti & ceruffæ & aloe eft pretiofus. Inflatio tefticulorum corrigitur cum emplaftro de maluis, et farina fabarum, et cymino bullitis cũ aqua.

D Ruptura habet tria auxilia. Primum eft electuarium. quod Reci. conferuæ, confolidę maioris lib. 5. conferuę rof. quar. 5. pulueris dragaganthi frigidi, unc. i. pulueris diacymini, unc. 5. radicis ualerianæ, feminis nafturcij, boli arme. lapidis fanguinarij, ana drac. ij. panis zuchari lib. i. fiat electuarium cum aqua ferrata. Secunda forma eft emplaftrum de pelle arietina, & eft communitatis. Recipit picis naualis, colophonię, ana unciam. iij. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, maftiches, ferapini, terebinthinæ, fumac, radic. confolidæ ma. & mi. ana vnc. i. vifci quercini, hęmatitis, thuris, gypfi, myrrhæ, aloes, mũmiæ, boli armenici, fang. dra. ariftolochiæ, vermium terreftrium, ana vnc. 5. fang. humani, vnc. ij. conficiantur cum pelle arietina cocta cum aqua pluuiali vfque

ad dissolutionem. Tertia forma est Bruni. & mea. quod Reci. nucis cypressi, acaciæ gallarum, balaustiarum, ana drac. v. dragaganthi, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, gummi arab. ana drac. iij. sanguinis draconis, boli ar. mummię, aloes, aluminis, ana drac. ij. fiat puluis subtilissimus, & pasten tur cum aceto. & fiat emplastrum. est enim expertum & probatum.

In hæmorrhoidibus est aptissimum sedare dolorẽ suffumigatione decoctionis tapsi barbassi, chamomillæ, & meliloti: & ab intra ponere lichinia intincta cũ vnguento facto de butyro ducto in mortario plumbi vsq; ad nigredinem. Aut si dolor infestaret, linimentum Alexandri probatum per me. quod Re. croci, myrrhæ, thuris, licij, ana partem. i. opij partes. ij. terantur & conficiantur cum oleo ros. mucilagine psyllij, & vitello oui: & fiat linimentum. Et ab extra cõmendatur a Rasi istud emplastrum. Re. chamomillæ, meliloti, ana quar. i. coquantur vsq; q; dissoluantur. vitellorum ouorum elixatorum quar. 5. farinæ fœnugræci, seminis lini, radicis althææ, ana vnc. i. croci, myrrhæ, aloes, ana drac. i. & . 5. butyri, quod sufficit, fiat emplastrum.

*De auxilijs coxarũ & partium inferiorum.* Cap. VIII.

Membra inferiora multa habẽt auxilia. Quorum primum est ad de inflandum tibias, coxas, & pedes: stuphentur, & fomententur cum aqua marina aut salsa, decoctionis olerum, sambuci, tribulorum, ana partes. ij. calamẽthi, origani, absinthij, parietariæ, ana partem. i. Deinde ponatur supra tumorẽ emplastrum tale. Reci. furfuris, partem. i. farinæ fabarum, partem. i. stercoris columbi, partem. 5, puluerizentur, & cum aceto & decoctione asphodelorum, & succo caulium ru. supra ignem incorporentur, et fiat emplastrum. Et hic est tempus iam hunc finire sermonẽ, supplicando illi qui in eo nauigando gubernauit anchoram, in cœlesti gloria attrahendo fideles collocet animas: quod mihi & omnibus legentibus concedere dignetur ipsemet Deus benedictus qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Finis Chirurgiæ Magnæ Guidonis.

E Tabula Formularij Excellentissimi Guidonis de Cauliaco quod continet doctrinas duas.

*Capitula doctrinæ primæ: & habet. 15. capitula.*



*Capitula doctrinæ secundæ: & continet. 11. capitula.*



## Formularium auxiliorum vulnerum & vlcerũ, ordinatum a Guidone de Cauliaco celeberrimo medico.

H Timore obliuionis & necessitate communi compulsus auxilia præcipua & localia quibus curantur vulnera solutiones seu continuitatis diruptiones secundum doctrinam Gal. & Auicennæ, Rasis, Albucasis, & multorum magistrorum meorum: Intendo formare summarie abbreuiare continuando cum formulario auxiliorum apostematum et pustularum. Et quia Gal. medicorum pręcipuus in tertio therapeu. facultatis: dicit q; curationes vulnerũ duas habent generales intentiones: vnam quæ sumitur ab essentia morborum: aliam uero a natura membrorũ: pro tanto huiusmodi formularium uulnerũ duas habebit doctrinas. In prima formabũtur auxilia communia omnium vulnerum secundum intentionem essentiæ morborum. In secunda formabuntur auxilia propria omnium vulnerum secundum intentionem

nem secundam naturę membrorum. Prima doctrina habebit duo capitula. In primo capitulo dabuntur auxilia vulnerum simplicium inquantum vulnera sunt. In secundo dabũtur auxilia vulnerum compositorum.

*Doctrina prima istius formularij est de auxilijs uulnerum simplicium inquantum sunt simplicia. Cap. I.*

VVlnera simplicia secundum intentionẽ Gal. in libro pręallegato, sunt vulnera recentia in mẽbro carnoso existentia, quę solũmodo requirunt solidationem. Artificialis solidatio uulnerum inquãtum vulnera sunt, secundũ cõcordantiam omnium operãtium, recte quatuor habet intentiones. Prima, extranea a vulnere siqua sint, extrahere præcipit. Secunda, sanguinem intercipit. Tertia, ad fixuram attẽdit. Quarta, putrefactionem defendit. Prima completur per ingenium chirurgi operantis. Secunda completur vno de octo modis restringẽdi fluxũ positis in .4. cano. libri Auic. Tertia per bonã suturã & conuenientẽ ligaturam. Quarta completur per exiccationem & confortationem congruam.

Auxilia complentia intentionẽ primã quæ est extrahendi extranea, siqua sint a vuulnere, præter verba empiricorum, sunt trium formarum. Prima est forma instrumentorũ quæ cõmuniter (vt in maiori opere ostendetur) sunt octo, scilicet tenaculę, terebella, impellentia, cęca, & concauata. & similia. Secũda est forma medicinarum extrahentium extranea a vulneribus: & sunt duarum formarum, expertarum per me. Prima est emplastrum Democati per me aliqualiter reparatum: & est istud. R. fermenti lib. i. sordiciei alueorum lib. 5. succi centinodiæ, succi pulegij, aut eorundem puluerizatorum, ana quartam. i. terebinthinæ lib. i. visci quercini, quartam. i. ammoniaci, galbani, dissolutorum cum vino, ana vnc. i. ceræ, vnc. iiij. fiat emplastrũ. Tertia forma est emplastrũ siue medicamen ꝓprie tale: & sumitur ab Aui. R. pul. ranarum, vnc. i. aristolochię, vnc. 5. radic. cannę, drac. ij. mellis, terebin. ana quar. i. misceantur: et fiat linimentum.

Auxilia restringendi fluxum sanguinis, sunt trium formarũ. Prima est puluis Gal. cum albuminibus ouorum. ℞ Re. boli ar. partem. i. sanguinis draconis, partem. 5. thuris, masticheś, aloes succotrini, ana partem tertiam vnius, pilorum leporis minutissime incisorũ quar. par. vnius. fiat puluis. Secũda est puluis Albucasis, & eum cõmendat Lanfrancus. Re. thuris, partẽ. i. sang. draco. par. 5. calcis viuę, par. iij. fiat puluis, & circũcirca vulnus spargatur. Tertia est Gal. in catage. Re. balaustiarũ. vnc. iij. aluminis, vnc. i. cuperosę vstę, vnc. 5. fiat puluis: & est expertus.

Auxilia tertiæ intentionis quæ est sutura duarum formarũ. Prima fit in carne. Secunda fit in panno inuiscato, circa vulneris latera cũ albumine oui, & isto puluere. R. farinæ volatilis, partẽ. i. mastiches, thuris, sarcocollæ, sanguinis draconis, picis, ana partẽ. 5. fiat puluis: & in crastinum duæ petiæ suantur.

Auxilia quartæ intẽtionis quæ est putrefactionem prohibere, sunt duarum formarum. Prima est bonum vinum rubeum calidum: quod cum stupatis infusis & expressis super vulnus apponatur. Secunda linimentum rubeum quod est communitatis. Re. terebinthinę, quartam. i. pulueris rubei dicti superius

A vnc. 5. misceantur, & cum petia & stupis applicetur: incarnat, & desiccat, & confortat.

*De auxilijs uulnerum compositorum. Cap. II.*

VVlnera composita secundum intentionẽ Gal. vbi supra sunt, quæ habent aliquas dispositiones, quæ requirunt in curando duas aut plures intentiones: & licet multæ sint dispositiones, quæ faciunt compositionem cum vulneribus: nihilominus causa breuitatis non dicentur hic nisi cõmuniores & notiores. Componuntur autem vulnera aliquoties cum deperditione substantiæ: aliquoties cum saniosis vlceribus: aliquoties cum vlceribus virulentis: aliquoties cum vlceribus sordidis putrefactis & fraudulentis: aliquoties cum fistulis, & cancris: aliquoties cum contusione, aut apostemate, & dolore: aliquoties cum punctura, & lęsione neruorum: aliquoties
B cum carne superflua etc.

Auxilia vulnerum cum deperditione carnis. In vulneribus compositis cum deperditione substantię intendũtur duo. & primo intẽditur carnis deperditæ regeneratio. secũdo ipsius vulneris cũ cute sigillatio.

Auxilia regenerantia carnem habent aliquid mundificationis & abstersionis & sunt. 14. formarum.

Prima est lauamentum factum cum vino calido: & carpia pannosa.

Secunda est vnguentum aureum meum quod est. Reci. ceræ, vnc. v. resinæ, quar. i. terebinthinæ lib. i. mellis quar. vnam. mastiches, thuris, sarcocollæ, myrrhæ, aloes, croci, ana drac. ij. fiat vnguentum.

Tertia est vnguentum aureum Heben. quod Reci. ceræ citrinę, vnc. vi. olei clari lib. ij. terebinthinę q̃r. i.
C rasinę, colophonię, an. vnc. i. &. 5. olibani, mastiches, ana, vnc. i. croci, vnc. mediam. fiat vnguentum.

Quarta est basilicon maius laudatum per omnes: & dicitur tetrapharmacum a Gal. Est enim regeneratiuũ carnis cum quadam maturatione & mundificatione: & est de meis. quod Re. cerę, rasinę, picis nigrę, sepi vaccini, olei cõmunis, ana quar. i. vel quod vis: fundatur ad ignem: & fiat vnguentum.

Quinta forma est vnguentum fuscum totius communitatis. & est Nicolai, Rogerij, Iamerij, & omniũ barbitonsorum, & apothecariorũ. quod Re. olei lib. i. &. 5. ceræ, vnc. iiij. colophoniæ, vnc. ij. picis nigræ, sepi arietis, serapini, ana unc. ij. mastiches, olibani, galbani, terebin. ana vnc. i. fiat vnguentum.

Sexta forma est vnguentum de lino: quod ponit Auic. & Heben. quod Re. rasuræ panni linei bene mũ
D dati partem. 5. opopanacis partes duas. vini, mellis, olei rosati, ana partes. v. lithargyri, aloes, sarcocollæ, ana tertiam partis vnius. fiat vnguentum.

Septima forma emplastrum croceũ magistri Petri de Bonanto. quod Re. fœnugręci quar. i. Infundatur per decẽ dies in vino albo, donec marcescat. postea tere fortiter, & cola, & adde sepi hircini quar. ij. & insimul cõterantur, & coquatur: & postea mucilago & pinguedo cõgregentur, quibus addatur ceræ quar. i. resinę, vnc. ij. contundantur omnia, & coquantur: et fiat emplastrum.

Octaua forma est vnguentum pretiosum acceptũ a cartulario meo, cõmune in omnibus vulneribus sanandis, quod Re. artemisiæ, scabiosæ, valerianę, absinthij, callythrychi, lãceolatæ, lini, millefolij, plãtagi. tenaceti, apij, berbenæ, farcialę, arcedę syluestris, senationis, pimpinellæ, linguæ canis, chelidonię, pilosellę,

ana.M.i.conterantur omnia mundata a radicibus, & extrahatur succus, & cum lib.ij.axungiæ porci veteris & lib.i.sepi hircini, & lib.iij.olei & quar.i.mellis coquendo & incorporando in mortario fiat unguentum. Et magister Petrus de Bonantis utebatur eo diu: addebat in fine decoctionis de thure, mastiche, aloe, viridis æris, quantum sibi videbatur: et laudabat id.

Nona forma est emplastrum gratia dei acceptum a cartulario Magistri Petri, & est commune ad omnia vulnera tam in capite quam in quacunque parte corporis: attrahit autem saniem et humores venenosos a profundo, & carnem generat, & consolidat. quod Reci.ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, ana lib.5.terebinthinæ, quar.i.galbani, olibani, mastiches, myrrhæ claræ, ana vnc.5.aristolochiæ rotundæ, drac.ij.terenda terantur & fundantur in albo vino in quo decocta sit betonica, herbena, consolida maior, & minor. centaureæ, pimpinellæ, hypericon, herbæ sarracenicæ, herbæ gratia dei, bauciæ sanabaro, ana.M.i.& post extrahatur, & malaxetur cum lacte mulieris & oleo rosato, & fiat emplastrum.

Decima forma est emplastrum communitatis: & id tenebat Magister Aymericus de Alesto. quod Recipit ceræ albæ, vnc.quatuor, ammoniaci, vnc.duas, terebinthinæ, vncias tres.bulliantur in vino albo & extrahantur, & cum lacte mulieris malaxando fiat emplastrum.

Vndecimam formam faciebat comes Altisidorensis. quod Recipit axungiæ porci, ceræ albæ, ana quar. vnam.olei chamomilli.lib.mediam.mastiches, vnc. duas.ambræ grisæ, drac.duas.fiat vnguentum.

Duodecima forma est vnguentum de ireos, & est Magistri Dyni de Florentia. quod Recipit sepi vaccini lib.mediam.olei rosa.ireos, vnc.iij.ceræ, vnc.ij. radicis ireos, unc.unam.thuris, sarcocollæ, mastiches, aloes succotrini, aristolochiæ.ana, drac.duas.terebinthinæ quar.vnam.fiat vnguentum.isto vtebãtur barbitonsores Montispessulani.

Tertiadecima forma est nutritura lithargyri, quam ponit Rasis. quod Recipit lithargyri bene pulverizati lib.vnam.olei rosati, aceti optimi, ana lib.mediam. terendo in mortario paulatine, ponendo acetum & oleum, ducendo per tempus, incorporentur, & in olla recondatur.

Quartadecima forma sunt pulueres varij & diuersi. Insuper puluis Rasis. Qui Reci.olibani, aloes, sarcocollæ, sanguinis draconis, ana.terantur, et fiat puluis: & desuperponatur.est enim mirabilis. Est etiam alter puluis qui commendatur a Lanfranco. Qui Reci. thuris, mastiches, fœnugræci, ana: fiat puluis.

*De auxilijs consolidatiuis & sigillatiuis. quæ sunt. 16. formarum.* *Cap. III.*

FOrma prima est lauamentũ decoctionis rosarũ. Secunda est vnguentum album commune. Quod sic fit. Reci.cerussæ, vnc.i.lithargyri, vnc.5. olei rosati libram.i.aquæ rosatæ, quar.i.in mortario fortiter conducendo, nunc ponendo oleum, nunc aquam ros.fiat vnguentum: & est de meis.

Tertia forma est vnguentum album appropriatum Rasi. quod Reci.olei rosati lib.vnam.ceræ, vnc. ij.cerussæ, vnc.i.camphoræ, drac.i.albuminis ouorum. ij. numero.fiat vnguentum.aliquando addidi modicum de lithargyro: & erat melius.

Quarta forma est vnguẽtũ album apothecæ, præ-E cipuum scabiosis & serpiginosis. Reci.cerussæ.vnc.ij. lithargyri, vnc.i.thuris, mastiches.ana drac.ij.& .5. olei communis, quantum sufficit addẽdo aquam rosatam, el uacetum: fiat unguentum in mortario.

Quinta forma est unguentum de calce & est Auicennæ, mirabiliter consolidans combustiones, & uulnera neruorum. quod Reci.calcis viuæ lauatæ septies in aqua frigida, donec dimiserit acuitatem. quartam vnam: & cum sufficientia olei rosati ducendo in mortario fiat vnguentum. & potest fieri cum cera & albuminibus ouorum secundum quod placet: est tamen efficax in opere suo.

Sexta forma est emplastrum album de cerussa in lib.catageni: & eo utebatur Magister Petrus de Arlate, in Auinione. Reci.ceræ, unc.iiij.olei, ros.lib.5.terebinthinæ, quart.i.cerussæ, unc.ij.lithargyri, unc.i.olibani, aluminis, ana unciam F mediam. post fusionem olei & terebin. & ceræ, reliqua misceantur in mortario. & fiat emplastrum.

Septima forma est emplastrum nigrum de libro catageni. & est de meis. Reci.lithargyri partem unam, olei, aceti, ana partes tres, coquantur per diem integram ipsum continue ducendo. & fiat emplastrum.

Octaua forma est diapalma. et est libri catageni. quod Reci.axungiæ porci siue uituli lib.ij.olei antiqui lib. iij.lithargyri.lib.iij. cuperosæ quartam.5.coquantur ad modum emplastri nigri: & ducatur cum spatula de palma uiridi, aut de pino. & fiat emplastrum.

Nona forma est emplastrum uiride Magistri Petri de Bonanto. quod Reci.plantaginis, consolidæ maioris, & minoris, betonicæ, berbenæ, pimpinellæ, pilosellæ, millefolij, linguæ canis, caudæ equinæ, ana.M. G i, conquassentur. & cum lib.iij.sepi montonis coquantur, & colentur. postea addatur rasinæ, ceræ, galbani, ana quart. iij. terebinthinæ, quart.i.&.5.fundantur & fiat emplastrum.

Decima forma est emplastrum de centaurea, & eo utebatur Magister Petrus de Arlate. Reci. centaureæ minoris. M.sex.temperentur per noctem cum uino albo. deinde decoquantur ad consumptionem medietatis & coletur, & illa colatura iterum bulliatur usquequo sit reducta ad spissitudinem mellis: & seruetur: & quando uolueris facere emplastrum: Reci.terebinthinæ libram unam.ceræ nouæ, quartam unam, resinæ, thuris, gummi arabici, mastiches, ana unc.i. uini prædicti decẽ aurea, unc.iiij.lactis mulieris, unc. ij.fiat emplastrum.

Vndecima forma est emplastrum Magistri Dyni. H Reci.betonicæ, centaureæ, ana.M.iij.conquassentur: & cum uino albo bulliantur, & colentur, colaturæ addatur terebinthinæ lib.5.resinæ, quartam unam.ceræ, unc.ij.mastiches, unc.i.sanguinis draconis, unc.5. iterum bulliatur: & super acetum projciatur, & congregentur, & cum lacte malaxentur: & si cum eo modicum fermenti apponeretur, est speciale in attrahendo, & mundificando, & consolidando.

Duodecima forma est unguentum Regis Angliæ. Reci.ceræ albæ, resinæ, ana quart.i.olei, unc.ij.terebinthinæ, unc.i.thuris, mastiches, ana unc.5.fiat unguẽtũ.

Tertia decima forma est emplastrum: quod comes Guil. habuit a Papa Bonifacio: & dicitur quod Papa habuit a Magistro Anselmo de Ianua: qui tunc id dederat regi Franciæ. quod Re.pimpinellæ, betonicæ, merlongianæ, berbenæ, uermicularis, ana. M.i.bulliatur in uino bono albo vsque ad consumptionem duarum partium

partium: deinde coletur: & vinum iterum bulliatur, & addatur cum eo resinæ lib. i. ceræ albæ libra media. masticheś, vnc. ij. decoquantur, & projjciantur super lac mulieris. & malaxentur.

Quartadecima forma est vnguentum Gloriæ: & id faciebat Magister Ioãnes nepos Magistri Anselmi de Ianua. Re. olei bedegar lib. i. ceræ quartam. i. seminis illarum rosarum, vnc. 5. fiat vnguentum.

Quintadecima forma est vnguentum viride Gal. Reci. ceræ, olei, ana vnc. vi. liquefiant: & in descensu addatur viridis æris, vnc. i. ducendo fiat unguentum. Item in ista forma est vnguentum viride herbarum totius cõmunitatis, Nicolai, Rogerij, Iamerij, & totius sectæ Thessalinæ. Re. chelidoniæ, panis cuculi, quæ dicitur alleluya, centrum galli, leuistici, scabiosæ, ana. M. unum. sepi arietini, libram unam. olei, libram mediam. ceræ, vnc duas. masticheś, thuris, aloes, viridis æris, ana vnc. i. fiat vnguentum.

Sextadecima forma sunt pulueres, præcipue Guilelmus de Saliceto, Lanfrancus, et Henricus laudant. Reci. balaustiarum, aloes, cathimiæ argenti, æris vsti, ana. fiat puluis. Item. Re. corticis pini, vnc. i. lithargyri, cerussæ, ana vnc. 5. nucis cypressi, centaureæ minoris, aristolochiæ vstæ, ana drac. ij. fiat puluis. est enim valde probatus.

*De auxilijs ad uulnera & ulcera saniosa.* Cap. IIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum ulcere sanioso requirunt mundificationem, & cum quadam abstersione. & sunt septem formarum.

Prima est lauamentum cum uino & melle.

Secunda est mundificatiuum de melle: & est Gal. in secundo ad Glauconem. Reci. mellis cocti lib. i. thuris, unc. 5. misceantur. & est bonum. Item mellis lib. unam, farinæ alicuius, unc. unam. misce. Item eadem cum modico terebinthinæ misce: & est bonum.

Tertia forma est mundificatiuum de apio: & tenetur Parisijs, & id cõmendat Lanfrancus, et Henricus. Re. mellis lib. 5. farinæ frumẽti, unc. iij. succi apij. unc. viij. coquantur ad ignẽ aliquãtulũ, & fiat emplastrũ.

Quarta forma est mundificatiuũ de myrrha: & est Bruni, & Theodo. quod Re. mellis lib. i. farinæ siliginis, farinæ lupinorũ, fœnugræci, ana unc. i. myrrhæ, unc. 5. succi absinthij lib. 5. terebin. quar. i. bulliẽdo succum cum farinis, in fine addantur alia: & fiat emplastrum.

Quinta forma est mũdificatiuũ de resina: & est forte & appropriatũ membris neruosis. Re. resinæ, mellis, terebin. ana libram mediã. myrrhæ, sarcocollæ, farinæ fœnugræci, & seminis lini, ana unc. i. dissoluatur resina cum melle & terebinthina, & additis pulueribus fiat emplastrum: multum erat in usu Bononiæ.

Sexta forma est mundificatiuum de ireos, & attrahit saniem, & mundificat: et est Magistri Dyni de Florentia. Re. mellis lib. 5. terebinthinæ, quartam unam, fermenti, unc. i. radicis ireos, unc. 5. misceantur.

Septima forma ad mundificãdum est Magistri Dyni de gũmis pro sanie grossa. Re. galbani, ammoniaci, resinæ, terebinthinæ picis, sepi uaccini, ceræ, olei antiqui, ana unc. i. dissoluendo galbanum, & ammoniacum cũ aceto, liquefiat ad ignem: & fiat emplastrum.

*De auxilijs uulnerum & ulcerum cum uirulentia.* Cap. V.

AVxilia uulnerum compositorum cum uirulẽtia: et dicitur ulcus uirulentum: requirunt for- A tem exiccationem: & sunt quinque formarum.

Prima est lauamentum cum aqua aluminis.

Secundo est plata plumbi tenuis experta per me cum ligatura.

Tertia est unguentum episcopi Lugdunensis, qui erat de domo, ammoniaci: & appropriabat id omnibus ulceribus. quod Reci. axungiæ porci mundatæ a pelliculis temperatæ in aceto per. ix. dies acetum, de tertio in tertium mutando seu remutando lib. unam. argenti uiui extincti cum saliua, libram mediam, aluminis rochæ quartam. 5. pistando in mortario per diẽ integram: fiat unguentum.

Quarta forma est multũ utilis in pustulis faciei: & in scabie & serpigine: & vocatur açurinũ. Re. axũgiæ porci præparatæ, ut dictum est lib. i. argenti uiui extincti, quartam. i. aluminis glaciæ, quartam mediam, sulB furis uiui, unc. i. corticis thuris, unc. 5. indi de baldac, drac. ij. pistando in mortario: fiat unguentum.

Quinta forma est communis omnibus ulceribus difficilis consolidationis: & ponitur a Rasi, et ab Auicenna. Reci. lithargyri nutriti cum oleo rosato et aceto diu in mortario ducendo quousque inspissentur et intumescat libram. i. æris usti, antimonij, plumbi usti, aluminis, balaustiarum, radicis rubeæ, curcumæ, gallarum, sanguinis draconis, cathimiæ argẽti, serici, ana drac. unam & mediam. puluerizentur: & in mortario cum lithargyro per mediam diem ducãtur addendo de oleo & de aceto secundum necessitatem, & fiat unguentum: est enim pretiosum.

*De auxilijs uulnerum cum sorditie.* Cap. VI.

AVxilia uulnerum compositorum cum sordido ulcere & fraudulẽto, requirunt fortem abC stersionem cum exiccatione, & defensione: & sunt duodecim formarum.

Prima est lauamentum cũ aqua decoctionis capitũ piscium paruorum salitorum: aut cum aqua ardenti.

Secunda forma est unguentum apostolorũ: quod Recipit ceræ albæ, resinæ, ammoniaci, ana drac. xiiij. opopanacis, floris æris, ana drac. iij. aristolochiæ rotundæ, thuris, ana drac. vi. myrrhæ, galbani, ana drac. iiij. bdellij, drac. vi. lithargyri, drac. ix. olei communis lib. i. fiat unguentum: dissoluantur gummæ in aceto: & dissoluantur bene, & colentur, & misceantur cum lithargyro decocto cum oleo, & addatur cera, & resina liquefacta: & coquatur quousque incipiat gutta coagulari: & depone ab igne: & misceantur alij pulueres: & in fine uiride æris. & fiat unguentum.

D Tertia forma est gratia dei: & est unguẽtum nigrũ dictum ab Heben, ceraseos: & eo utebatur Magister Petrus de Argentaria, & Magister Anselmus de Ianua: cuius materialia sunt unguẽti apostolorum: sub alia tamen dosi: nisi quod loco floris æris ponitur ærugo campanæ: & decoquitur donec nigrescat.

Quarta forma est unguentum Ægyptiacum: et ponitur a Gal. & a Rasi, & Albuca. & eo utebatur Magister meus Bononiẽsis: & ego semper in eo inuenio bonam probam: leuiter corrodit, & mũdificat. Re. mellis librã. i. aceti lib. 5. floris æris, drac. i. aluminis, unc. 5. coquantur ad ignem donec spissentur: et est rubeũ: & ideo Gal. uocat talia bicoloria. i. binæ faciei.

Quinta forma est unguentum uiride Rasis, & Auicennæ: raro tamen utor eo: quia unguẽta uiridia sunt multum diffamata apud uulgum. Reci. mellis libram unã. viridis æris libram mediam, aluminis, quartam

vnam. misceantur.

Sexta forma emplastrum rubeum grecum: & ponitur a Gal. & Heben. & id commendat Magister Dynus: rectificat vlcera mala difficilis consolidationis. Reci. olei libras duas. aceti libram vnam & mediam. lithargyri libram unam, çiniar, quod est viride æris, vnciam vnam. coquatur lithargyrus cum oleo et aceto donec ingrossetur: & tunc pone viride ęris in fine, & coquatur: & fiat emplastrum.

Septima forma est vnguentum viride herbarum: & id commendat Magister Dynus: quia plagas veteres mundificat: & carnem superfluam suauiter consumit: & consolidat, & sanat. Reci. chelidoniæ, plantaginis, scabiosæ, vrticæ, leuistici, centrum galli, crassæ, ana manipulum vnum. conquassentur cum libris duabus olei: per septem dies temperētur: deinde bulliantur, & exprimendo colentur: cui colaturæ addatur ceræ, vnc. tres, terebinthinę, vnc. sex. resinę, vnc. duas: & bulliantur donec parum spissentur: deinde tollantur ab igne: & misceantur thuris, sarcocollæ, aloes, ana vnc. vnam. aristolochię longæ, floris æris, ana drac. sex. misceantur, et fiat unguentum: est enim bonum & probatum.

Octaua forma sunt trochisci: & primo sunt trochisci Andromachi, qui a Galeno, & Auicenna dicuntur Aldaron: & ponuntur in puluere, aut distemperantur cum vino vel aceto. Reci. cortices granatorū. x. gallarum, drac. viij. myrrhæ, aristolochiæ rotundę, ana drac. quatuor. dragāthi, aluminis iameni, ana drac. duas. çegi. i. vitreoli, drac. quatuor, puluerizentur: & cum vino dulci conficiantur: & fiant trochisci. Item trochiscus calidicon. Reci. calcis viuæ. partem vnam, arsenici nigri, & citrini. alkali, acacię, ana partem mediam. puluerizentur, & misceantur cum capitello: & fiant trochisci. Capitellum secundum Albucasim, & Rogerium sic fit. Reci. calcis viuæ, salis ammoniaci, ana libram mediam. terantur, & pistentur cum lixiuia cinerum truncorum fabarum: & ponantur in olla in fundo minutim perforata: & ponatur alia olla integra de subtus, in qua recipiatur capitellum, & sepeliatur in fouea, & dimittatur per septē dies: & colatura erit capitellum: valet enim ad consumendum omnem superfluitatem, & corrodit, & cōburit: & eius eschara cito cadit.

Nona forma sunt trochisci asphodelorum: & sunt Rogerij, & totius communitatis. Reci. succi radicis asphodelorum, vnc. sex. calcis viuæ, vnc duas. auripigmenti, vnc. vnam. conficiantur, et fiant trochisci: & sunt de meis.

Decima forma sunt trochisci de arsenico præparato secūdum quatuor Magistros. Recipe arsenici sublimati, quartam vnam. pistetur cū succo solatri: & desiccetur ad solem aut ad ignem bis vel ter: & vltimo formentur trochisci.

Vndecima forma sunt ruptoria Albucasis, quæ fiunt de calce viua, & sapone: & aliqui addunt ad alterandum colorem, de fuligine nigra: & incorporantur cum saliua.

Duodecima forma sunt cauteria actualia Albuca. quæ confortando membrum, extirpant omnem malitiam: & sedatur arsura in primis duobus diebus cū albumine oui: & oleo rosato agitatis et mistis: & post procuratur casus escharę cum butyro lauato: & cum modica farina misto. Et prohibetur fluxus humorū vngendo circumquaque cum unguento de bolo ar-
E menico, & terra sigillata, et oleo rosato & aceto: et cū vnguento populeon, aut cum vnguento albo.

*De auxilijs ulcerum cum fistula.* Cap. VII.

AVxilia ulcerū compositorum cum fistula sunt quatuor formarum.

Prima est potio ad fistulam probatam. Re. agrimonię, partes tres, plantaginis, partes duas, foliorum oliuę, partem vnam. decoquantur cū vino albo: & detur quolibet mane plenum vitreum.

Secunda forma est emplastrum de agrimonia. Accipe agrimoniam, & pistetur cum sale: & succus exprimatur intus in fistulā: & substantia superponatur.

Tertia forma est lichiniū infusum in aqua forti, aut in aliquo de trochiscis dictis distemperatis cū aqua ardente vel capitello vel vino. Aqua fortis secundū
F alchimistas sic fit. R. salis ammoniaci, auripigmenti rubei, et citrini, cuperosę, viridis ęris, ana. puluerizētur: & ponantur in alembico de vitro bene lutato: & distillentur lento igne: & prima aqua abijciatur: & secunda quādo alembicus efficietur rubeus, in vase vitreo custodiatur: & bene cooperiatur. Est enim tantę efficacię ꝙ ferrum liquefacit, & perforat. & ideo sola gutta mortificat fistulam, & liquefacit omnes verrucas & excrescentias.

Quarta forma sunt ruptoria incisoria, & cauteria actualia Albucasis: & ꝙ tractentur, vt dictum est de vlceribus fraudulentis.

*De ulceribus compositis cum cancro.* Cap. VIII.

AVxilia uulnerum compositorum cum cancro sunt sex formarum.

G Prima forma sunt potiones ad cancrum: et sunt de herbis capillaribus: pręcipue dicitur ꝙ ceterach potus & portatus valet. Itē dicit Magister Arnoldus de Centinodia, ꝙ smeraldi et sapphiri sunt boni.

Secunda forma sunt lauamenta pręcipue cū aceto.

Tertia forma est linimentum factum in mortario de plumbo cum oleo rosato: quod ducatur tantum ad radium solis quousque fit nigrum: mirabiliter cōmendatur a Galeno, & ab Auicenna.

Quarta forma est nutritiua de lithargyro: quod tātum ducatur in mortario de plumbo: quousque accipiat colorem plumbi. est res pretiosa omnibus dispositionibus cancrosis in quacunque parte corporis sint: præcipue in ano. & est Galeni in secundo decem tractatuum.

Quinta forma est unguentum diapompholygos: H & laudatur a Theodorico, & a tota secta sua: quia curat cancrum & canchręnas, & erysipelas, & combustionē. quod Recipit olei rosati, ceræ albæ, ana vnc. tres. succi granorum rubeorum, solatri, vncias quatuor, cerussæ lotæ, vncias duas. plumbi vsti & loti, pompholygos vel tutiæ, ana vnciam vnam, thuris, vnc. 5. facto vnguento cū oleo & cera: reliqua in descensu ab igne misceantur: & fiat unguentum.

Sexta forma sunt ruptoria & mortificantia dicta superius: & cauteria actualia Albucasis.

*De uulneribus & ulceribus compositis cum contusione.* Cap. IX.

AVxilia vulnerum compositorum cum contusione, & sunt. ij. formarum.

Prima est. Refrænatiuum de oleo myrtillorum, uel rosarum cum albuminibus ouorum.

Secunda

Secunda eſt. Reſolutiuum de vino, & melle, & ſale, applicatis cum ſtupatis.

Tertia eſt emplaſtrum, de cera, & cymino.

Quarta eſt de floribus chamomillæ, meliloti, abſinthij, anethi, & cymini.

Quinta eſt emplaſtrũ de maluis, abſinthio, et furfure, & anetho.

Sexta eſt emplaſtrum factum de farina hordei, fœnugræci, ſeminis lini, florum chamomillæ, furfuris ſubtilis, ana vnc. vnam. arſenici ſubtiliter puluerizati, vnc. vnam. decoquantur cum vino decoctionis calamenthi, addendo in fine modicum de oleo chamomillæ: & fiat emplaſtrum.

Septima forma eſt embrochatio Iamerij: quæ omnes contuſiones ſanat, & reſoluit. Recipe olei, vnc. ij. capitum ceparũ, vnc. i. cymini, rutæ, abſinthij. artemiſiæ, parietariç, ana vnc. 5. fiat emplaſtrum.

Octaua forma eſt emplaſtrum magiſtri Petri de Bonanto, commune ad omnes conquaſſationes. Recipe ceræ quartam vnam. ammoniaci, quartam mediam. picis naualis quartam mediam. maſtiches, vnc. vnam. croci, vnc. mediam. farinæ fœnugræci: cymini, ana drac. duas, ſucci parietariæ, aceti optimi, ana quartam vnam. Infundatur ammoniacum in ſuccis per noctem: in mane ponatur ſuper ignem: & liquefiat cum reliquis ad conſumptionẽ ſuccorum. pulueres malaxentur cum oleo laurino: & fiat emplaſtrũ.

Nona forma eſt. Oxycroceum commune in antidotario: quod eſt proprium in contuſione oſſium. quod Reci. croci, picis, colophoniæ, ceræ, ana vnc. quatuor. terebinthinæ, galbani, ammoniaci, myrrhç, thuris, maſtiches, ana vnciam unam. diſſoluantur gũmæ in aceto: & prout decet alia miſcendo, fiat emplaſtrum in forma magdaleonis.

Decima forma eſt Apoſtolicon commune antidotarij, & mirabiliter rectificat oſſa conquaſſata. Recipe lithargyrij, vnc. ſex. ammoniaci, lapidis calaminaris, ana drac. vi. thuris: maſtiches, ana drac. vnam terebinthinæ, galbani, bdellij, myrrhæ, æris vſti, lepidos calcis, diptami, ariſtolochiæ, praſſij, opopanacis, ſarcocollç, ana vnc. duas. diſſolutis gummis cum aceto, & iunctis cum lithargyro cocto cum oleo & alijs in fine poſitis, fiat emplaſtrum.

Vndecima forma eſt Apoſtolicõ chirurgicum, & Rogerij, commune omnibus quaſſaturis. Recipe colophoniæ libram vnam. picis naualis libram mediã. galbani, ſerapini, ammoniaci, opopanacis, thuris, maſtiches, terebinthinæ, ana vnciam. 5. aceti libram mediam. ceræ, vnc. tres. diſſolutis gummis cum aceto bullitis & liquefactis, addãtur reliqua. & fiat emplaſtrum, malaxando cum oleo laurino. eſt enim bonũ pro crepaturis, ſi cum eo puluis rubeus et nux cypreſſi malaxetur.

### *De uulneribus & ulceribus compoſitis cum apoſtemate & dolore.* Cap. X.

AVxilia vulnerum compoſitorum cum apoſtemate & dolore, ſunt quatuor formarum.

Prima eſt oleum roſatum, aut oleum papaueris cũ vitello oui.

Secunda forma eſt emplaſtrum de granato dulci Auicennæ. quod eſt. Recipe granatum dulce: & decoquatur in vino pontico vſq; ad diſſolutionem. & fiat emplaſtrum ſuper locum.

Tertia forma eſt de pane bullito: et multoties addi-

A tur ſine aliquoties de oleo. aliquoties modicum de melle. miſceantur. & fiat emplaſtrum: & eſt Galeni: & aliquoties addatur de ſucco ebulorum: & aliquoties de ſucco apij: vt laudant quatuor Magiſtri Salernitani: & eſt de meis.

Quarta forma eſt emplaſtrum de maluis: & laudatur a Theodorico: & eſt de meis. Recipe foliorum maluarum. M. tres. coquantur fortiter: deinde terantur: & poſtea cum modica decoctione reducantur ſuper ignem. addendo aliquantulum de furfure ſubtili: & fiat emplaſtrum.

### *De auxilijs uulnerum compoſitorum cum ueneno.* Cap. XI.

AVxilia vulnerum compoſitorũ cum ueneno, ſunt duarum formarum.

B Prima forma eſt vnguentum nigrum: & eſt Dyni. Recipe ſepi arietini, picis, opopanacis, terebinthinæ, ana libram mediã. fundendo miſceantur: & projciãtur in aceto. addit Galenus in de ſecretis ad Timotheum: & in libro catageni.

Secunda forma eſt emplaſtrum de cepe: & laudatur a Guilelmo de Saliceto. Recipe cepe, vnum numero, radicum allij ſylueſtris quartam mediã, cichoreæ, vnciam vnam, ſalis, vnc. mediam, mellis, vnc. ij. coquendo radicem cum vino piſtando in mortario, fiat emplaſtrum.

### *De uulneribus & ulceribus compoſitis cum punctura, et dolore neruorum.* Cap. XII.

C AVxilia vulnerum compoſitorum cũ punctura & dolore, ac neruorum læſione. & ſunt ſeptem formarum.

Prima eſt fomentatio cum oleo, et terebinthina miſtis, & calefactis.

Secunda forma eſt vnguentum de euphorbio: & eſt Galeni laudatum per Brunum & Theodoricum: & eſt de meis. Recipe ceræ, reſinç, picis, ana quartam mediam. euphorbij, vnc. vnam. terebinthinæ, olei communis, ana vnc. mediam. fiat vnguentum.

Tertia forma eſt mũdificatiuũ neruorum: & propter hoc laudatur in lçſione nuchæ: & eſt Magiſtri Petri de Bonanto. Reci. mellis roſati colati, quar. i. cerç, reſinæ, terebinthinæ, ana quartam mediam. farinæ hordei, vnc. mediam. thuris, maſtiches, ſarcocollæ, mumiæ, myrrhæ, ana drac. mediam. olei maſtiches, vnc. vnam. fiat emplaſtrum.

D Quarta forma eſt emplaſtrum de vermibus incarnans & conſolidans membra neruoſa: & eſt Lanfranci de Mediolano. Reci. vtriuſq; conſolidæ, cynagloſſæ, piloſellç, vtriuſq; plantaginis, ana. M. i. vermiũ terreſtrium lib. 5. terantur omnia: & ponantur in lib. i. et media olei communis per ſeptem dies. deinde bulliãtur modicum, & colentur, & exprimantur. & tunc addantur ſepi arietini mundi lib. i. picis naualis. lib. 5. picis græce, quartum vnũ. ammoniaci, galbani, opopanacis, terebinthinç, ana vnc. i. thuris, maſtiches, añ. vnc. 5. diſſolutis gummis cum aceto, & colatis cætera miſceantur, & fiat emplaſtrum.

Quinta forma eſt vnguentum dulcç remollitiuũ, reſolutiuum, & mitigatiuum dolorum neruorum. Reci. butyri ſine ſale lib. i. olei violati lib. 5. axungiæ gallinç, anatis, & anſeris, aſininç, medullç bouinç recẽtium, ana vnc. i. ceræ quantum ſufficit. fiat vnguẽtũ.

Sexta forma est vnguentum marciaton magnũ: et non ponerem hoc nisi quia est mirabilis compositionis: & calefacit, & resoluit: & confortat neruos & iũcturas: & fit sic. Re. cerę albę lib. ij. olei lib. viij. rorismarini, foliorum lauri, rutę, amaraci, ana lib. 5. elbrij, sauinę, balsamitę, thymi, epithymi, ocimi, lilisfagi etc, vade ad Nicolaũ: et ibi inuenies. Vnguẽtũ Agrippa, relaxat, & detumescit. quęre in antidotario Nicolai.

Septima forma, est vnguẽtum de ranis: & est Gal. et est in libro catageni perutile omnibus doloribus et fractionibus corporis, spasmo, arthreticę, & consimilibus. R. olei radic. cucumeris agrestis lib. ij. olei maioranę, & alcanę, cerę, terebin. galbani, medullę ossium cerui, ana lib. 5. ranarum numero. vi. sanguinis testudinum, trium numero, balsami, drac. 5. coquendo ranas, & sanguinem testudinis cum oleis, colẽtur. et tũc reliqua misceatur: & fiat vnguentũ: et est pretiosum.

*De auxilijs vulnerum & ulcerum cum carne superflua.* *Cap.* XIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum carne superflua, sunt octo formarum.

Prima forma est. incidũtur minutim stupę canabinæ, & superponuntur.

Secũda forma est pul. hermodactyloꝝ applicatus.

Tertia forma est alumen.

Quarta forma est cuperosa.

Quinta est puluis trochis. asphodelorum.

Sexta est Dyni. Reci. calcis viuę, & pastetur cũ melle, & comburatur in cazola, & fiat vnguentum.

Septima est vnguentum Ægyptiacũ, & vnguentum viride.

Octaua trochisci calidicon, asphodelorum: & trochisci de arsenico, & ruptoria incisoria, et cauteria cultelaria secundum ꝙ occurrit casus.

*De auxilijs fracturarum & dislocationũ.* *Cap.* XIIII.

AVxilia vulnerum compositorum cum algebra, idest de fracturis & dislocationibus, sunt. v. formarum.

Prima est emplastrũ glutinatiuũ: quod Re. farinæ volatilis passatæ partem vnam, puluis rubei, partem mediam. pastentur cum albuminibus ouorũ, & fiat emplastrũ. Aut emplastrum Bruni, quod est probatum in secunda remutatione. quod Recipit aloes, myrrhæ, boli armenici, thuris, acaciæ, nucis cypressi, dragaganthi, laudani, farinæ volatilis, ana. puluerizentur: & cum albuminibus ouorum incorporando fiat emplastrum.

Secũda forma est utilis in tertia remutatiõe, applicatio stuparum infusarum in vino decoctionis, rosarũ, absinthij, corticum albarum quercus, & salis.

Tertia est emplastrum Lanfranci, quod vna cũ sequentibuus cõpetit in fine: quia cõfortat. quod Recipit olei rosati, vnc. iiij. resinę, vnc. ij. cerę, vnc. ij. colophonię, mastiches, thuris, ana vnc. 5. nucis cypressi, curcumę, ana drachmã vnam. fiant magdaleones.

Quarta forma est apostolicon, chirurgicum, & oxycroceum.

Quinta forma est sparadrapũ Rogerij: quod Recipit thuris, mastiches, picis, farinæ volatilis, boli armenici, ana drac. ij. sepi arietini, cerę, ana lib. 5. liquefiant sepum, & cera, & vltimo pulueres ponantur: & pannus infundatur & applicetur.

E

*Quædam digressio.*

QVia tamen aliquoties post restaurationem & solidationem remanet in membris durities: Idcirco ponetur hic modus mollificandi eandem. Et primo fit ꝙ balneetur membrum cum decoctione pedum aut capitum animalium: aut cum decoctione mediani corticis radicis vlmi, corticis radicis maluauisci, ana. M. vnum. florum chamomillæ, meliloti, fœnugręci, seminis lini, ana quartam mediã. balneetur per spatium vnius horæ: deinde exiccetur, & vngatur membrum cum bona dialthęa, & Agrippa, & oleo laurino. Dialthęa mollificat: & dulcorat. Ipsum inuenies in antidotario Nicolai. Aut cum isto probato. Reci. olei laurini, olei mastiches, olei muscellini, ana quartam vnam. axungiæ canis marini, & taxonis, & gatti, anatis, gallinæ veteris, ana quartam F mediam, axungiæ asini, vel muli lib. 5. aliptæ muscalliæ muscatæ, bdellij, sarcocollæ, aspalthi, styracis calamitę, ana vnc. 5. castorei, drac. ij. musci. drac. 5. ceræ quantũ sufficit. fiat vnguentum., & desuper ponatur lana succida, aut diachylon gũmatum, aut radices maluauisci coctę & pistatę cum farina fœnugræci seminis lini, & fæcis olei cõmunis. Et si esset antiqua durities, pręcipue in iuncturis, utile esset post balneũ stuphare cum fumo infusionis aceti super lapidem molarem. Et audiui ꝙ aqua sanguinis septies distillata est mirabilis & balneũ musti: & lauatio cũ sanguine cal.

## Incipit secunda pars: & est formularium auxiliorum propriorum & famosorũ omnium vulnerũ secundum diuersitatem membrorum a capite vsque ad pedes: & sunt octo capitula.

G

*De auxilijs capitis.* *Cap.* I.

VVlnera capitis habent auxilia quinque formarum.

Prima est potio vulneratorum, & est Theodorici, & sociorum eius. Reci. cinnamomi, vnc. i. çinçiberis, vnc. 5. galangæ, granorum paradisi, cardamomi, piperis longi & nigri, & gariophyllorum, ana drac. i. fiat puluis. & cum melle lib. ij. & vini potos. iij. fiat claretum. & administretur quolibet die gobelletus vnus cũ drac. i. istius pulueris. Re. pimpinellę, betonicę, sanamũdę, H valerianæ, radicis gentianę, ana. pilosellę, ana. quantũ de omnibus. fiat puluis, & detur cum signo crucis, dicendo hęc carmina Dauid. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Nõ moriar: sed viuam, & narrabo opera domini. castigans castigauit me: & morti non tradidit me. Et si eum retinet, est bonum: si vomit, malum. Sub ista forma reponuntur multæ aliæ potiones, præcipue illa quæ ponitur infra, ad vulnera intrinseca appropriata.

Secunda forma est mundificatiuum cerebri, et pãniculorũ eius. Re. mellis rosati colati, vnc. ij. olei ros. vnc. i. misceãtur: & cum cęteris pannis imponatur.

Tertia forma est puluis capitalis incarnatiuus, et cõfortatiuus: & est Magistri Dyni, et eum laudat Henricus. R. radicis ireos, aristolochię, thuris, myrrhę, aloes, sanguinis draconis, farinę orobi, ana. fiat puluis.

Quarta forma est emplastrũ de betonica, & est Parisiensis

risiensis, incarnat, confortat, ossa eleuat, mundificat, & sanat. R. ceræ, resinæ, ana lib. ß. terebin. lib. i. succi betonicę, succi plantaginis, succi apij, ana lib. i. coquantur cera & resina cũ succis vsq; ad consumptionẽ succorũ. deinde ponatur terebin. & incorporetur, & colletur: & fiat emplastrum.

Quinta forma est emplastrũ capitale Magistri Anselmi de Ianua, & attrahit saniẽ, & eleuat ossa, et incarnat & sanat: et Magister de Bonãto dicebat, q̃ probauerat q̃ caput canis vulneratũ vsq; ad cerebrũ curauit. Qđ R. terebin. par. ij. ceræ partẽ. i. resinę partẽ. ß. liquefiat ad ignẽ super acetum: & dimittatur per diẽ: deinde sero liquefiat: et proijciatur super succũ istarũ herbarum betonicę partes duas, berbenę partem. i. et cum illis succis, & lacte mulieris, diu malaxa: & fiat emplastrum. fortius est quam primum.

Sexta forma est ꝓpria ad eleuandũ ossa si nõ possunt eleuari p prędicta: & fuit Magistri Petri. R. olei antiq par. i. cerę, sordiciei alueorũ, ana par. ß. euphorbij quar. partẽ. i. aristolo. par. tertiam vnius. lactis thithymali modicum. fiat vnguentum: & est probatũ.

*Digressio ad aliquas passiones capitis pro tinea.*

Consequenter pro tinea gratia collationis ponetur vna forma. R. lithargyri, sulphuris viui, calcis viuæ, attramenti, vitreoli, auripigmenti, fuliginis, viridis æris, ellebori albi & nigri, alu. gallarum, ana vnc. ß. argenti viui, vnc. i. cerę, picis, olei nucum, ana lib. ß. succi lapathij, succi fumiterræ, scabiosæ, boraginis, ana. quar. i. bullitis cera, pice, & oleo cũ succis vsque ad cõsumptionẽ: reliqua incorporẽtur: et fiat vnguentũ diligenter. Itẽ pro alopecia ad faciendũ renasci pilos: & accepi de cartulario magistri Petri de Bonanto. R. succi calcidarũ, vnc. i. pulueris sanguisugarũ adustarũ, lacertę viridis adustę, viridis ęris, ana vnc. ß. pulueris talpæ cõbustæ. pulueris solearum cõbustarũ. setarum porci adustarum, ana vnc. i. mellis quantũ sufficit ad incorporandũ in formã vnguenti. Inungatur locus singulis noctibus, & mane quolibet lauetur cũ vino calido albo, et melle. est enim ꝓbatũ.

*De auxilijs morborum faciei.* Cap. II.

Et primo pro gutta rosacea est laudatũ vnguentũ citrinũ totius. qđ Re. boracis, drac. ij. caphore, drac. i. coralli albi, vnc. ß. amincti dulcis, vnc. i. bellirici, & ĩ alio belliculi marini. dragagãthi albi, amyli, crystalli. antalis, et dẽtalis, olibani albi, nitri, ana drac. ij. marmors albi, drac. ij. gersę serpẽtarię, vnc. i. cerusę cõis, vnc. vi. axungiæ nouellę lib. i. & ß. sepi caprini, vnc. i. & ß. coquẽdo ĩ pomo citrino fiat unguẽtũ.

Secundo ponitur gumera ad albificandũ & lauandum faciem: & est Rasis. R. farinę ciceris, fabarũ, hordei, amygdalarum excorticatarum, dragaganthi, ana partem vnam. seminis raphani, partem mediam. fiat puluis: distemperetur cum lacte, & liniatur facies de nocte: mane cum aqua furfuris lauetur.

Tertio ponitur aq̃ ꝓtiosa & est gallicana, quę R. tartari calcinati lib. i. mastiches, vnc. i. pistentur cũ albu. ouorũ. & ponãtur in alembico: & fiat aq̃. est ꝓtiosa.

*De auxilijs ouorum.* Cap. III.

Consequenter pro oculis ponuntur auxilia.

Primo ponitur aqua magistri Petri de Hispania, quę clarificat, & confortat visum. R. fœniculi, rutæ, chelidoniæ, berbenę, euphragiæ, claretæ, rosarũ, aut aquã eius, ana cõquassentur, et tẽperẽtur p diẽ naturalẽ in vino albo. deĩde ponatr in alẽbico. & fiat aq̃.

Secundo ponitur collyrium albũ. pro dolore oculorum, & est Galeni. Re. cerussæ lotæ, drac. iij. sarcocollæ, drac. iij. amyli, drac. ij. dragagãthi, drac. i. opij, drac. ß. pulueri zentur omnia valde subtiliter, & cum aqua pluuiali molliatur super tegulam, & fiãt sief parui: & distemperentur cũ lacte mulieris, aut aquę rosatę, & distemperentur bene, et administrentur.

Tertio ponitur collyrium de tutia: & est Mõtispessulani in fine ophthalmiæ, resoluens & desiccans humiditates extraneas oculorum. Re. tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana vnc. ß. gariophyllorum numero. xv. faui cum melle, vnc. ß. puluerizanda puluerizentur subtilissime, & ponantur omnia in duabus vnc. vini albi. & aquę rosatę, quar. ß. camphorę, drac. i. colentur subtiliter. & fiat collyrium.

Quarto ponitur puluis magistri Arnoldi, desiccãs lachrymas, & rectificans ruborem: & fuit pro Papa Ioanne. R. tutiæ pręparatę, vnc. i. antimonij, drac. ß. margaritarũ, drac. ij. florũ coralli rubei, drac. i. & ß. serici crudi ꝓprie de folliculo vermis minutim ĩcisi, drac. ß. fiat pul. subtilissimus: & seruetr in pyxide ęrea.

Quinto ponitur puluis Beneuenuti, & est meus, ꝓ oĩbus maculis. R. zuchari candi, vnc. i. tutię pręparatæ, drac. ß. puluerizentur & cum aqua rosata pistentur: & in pelui spargantur: & inuersetur peluis super fumũ ligni aloes & thuris: et exiccentur, & puluerizetur subtiliter. & fiat puluis: et seruetur in pyxide ęrea: & ponatur in oculis cum stilo argenteo.

*De auxilijs aurium.* Cap. IIII.

A Naribus quando aduenit fluxus sanguinis narium, dicta sunt auxilia in ulceribus. specialiter pro polypo commendatur a magistro Petro de Bonanto tenta de radice acori temperata in oleo de iunipero, in quo resoluta sit scammonea.

*De auxilijs narium.* Cap. V.

Dolor aurium sedatur imponẽdo lac mulieris: vt dicit Gal. aut oleum rosatum cum modico apij: aut collyrium album.

Vlcera mundificantur, lauãdo cum melle rosato: & imponendo collyrium factum cum croco ferri. aut squãma eiusdem cum melle. Aut secundũ magistrum Petrum. R. cardi, nitri, ana vnc. ß. caricarum mundatarum, vnc. ß. decoquantur in succo rutæ, & coletur: & vna gutta in aure distilletur. saniem enim educit, & carnem superfluam destruit, & sanat.

*De auxilijs dentium.* Cap. VI.

IN dentibus dolor sedatur secundum Heben. tenẽdo in ore acetum decoctionis pyrethri.

Nigredo in dentibus autem lauatur: vt fuit probatum in Aluetori comite. R. salis ammoniaci, salis gemmę, añ. quar. i. aluminis, quar. ß. puluerizẽtur, et ponãtur in alembico: & fiat aqua. Calefactiones, & canchrænæ gingiuarum corriguntur cũ aqua caprifolij, aut plantaginis aluminata: vel cum isto lauamento: & est Dyni. Reci. rosarum, vnc. i. lentium, sumac, ana quar. i. balaustiarum quar. ß. cõquassentur: et bullian tur in aqua & aceto. colentur. & fiat vnguentum.

*De auxilijs colli.* Cap. VII.

ET licet vulnera colli habeant auxilia cōmunia alijs, nihilominus habet alias dispositiones quæ gratia doctrinę manifeste tangentur hic.

Botium colli habet tres formas auxiliorum. Prima est puluis Dyni. qui Re. scroffularię, unc. ij. çinçiberis, unc. j. bryonię, pyrethri, serpilli, matrissyluę, oliuarū, salis gēmæ, ossis sepię, spōgię cōbustę, ana drac. ij. gariophi. piperis, cinamomi, ana drac. i. fiat puluis. vtatur mane & sero cum aqua aluminosa. Secunda forma est gargarisma cum aqua ardenti in qua sit modicum de alumine. Tertia forma est emplastrare locum cum diachylon ireato: vel cum emplastro de stercore caprino: aut de uno apostematum phlegmaticorum dicto in apostematibus.

*De auxilijs humerorum.* Cap. VIII.

PRo dolore humerorū et spatularū habeatur vnguentū mistū de mariciaton, & agrippa. Pro gibbositate laudat Auic. emplastrum de acoro, enulę cāpanę, sauinę, ana q̄r. i. bdelij, ana q̄r. 5. castorei, vnc. i. coquantur cum vino & oleo vsque ad cōsumptionē vini, & de oleo cum cera fiat vnguentum. Chiragra manuum curatur vt apostemata phlegmatica. Speciale in ea emplastrum Montispessulani de caulibus rubeis coctis cum lixiuia cinerum clauellatorū, & parum aceti, & modicum salis pistatis.

*De auxilijs pectoris.* Cap. IX.

QVorum primum est potio resoluens & consumens omnem materiam existentē interius, & eam per sudorem expellens, & fuit magistri Aymerici, & vocatur sudatorium. Re. caudę equinę terrestris. M. i. radicū osmundę quar. i. radicis dragonteę quar. 5. coquantur cum vino & melle, & colētur, & gobelletur: administretur eunti dormitum, & sudabit. Secundum est alia potio cōmunis ad omnia vulnera intrinseca, & fuit Gal. R. centaureę, costi, nepitę gariophyllatę, pimpinellę, pilosellę, summitatū canabis, summitatum caulium, tanaceti, rubeę, proprietas aurū ualet, ana coquantur in uino & melle, & administretur. Gobelletus, ut supra facit exire saniē per vulnus, & prouocat vrinam si retinetur. Si vero euomitur, non est spes curationis, vt dicit vulgus.

*De auxilijs uentris.* Cap. X.

PRo tortionibus vētris, laudatur lana succida infusionis vini decoctionis cymini. Secundo pro offensionibus & casibus, laudatur potio communis, et est Auicen. & Rasis. Re. mumię, boli armenici, terræ sigillatæ, ana vnc. i. fiat puluis. administretur drac. i. cum vnc. i. aquę plantaginis. Tertio laudantur potiones pectoris pro resoluendo materiam interius congregatam. Quarto ab extra possunt fieri emplastra in contusionibus formata.

*De hydropisi.*

In hydropisi est optimum prouocare vrinam, &
E iuxta doctrinā Gal. magister Aymericus accipiebat gryllos aut cantharidas nigras, & ablatis capitibus & alis comburebat in furno, et faciebat puluerē, de quo sero administrabat vnum granum cū vino, & faciebat tātū mingere q̄ deliberabātur multi ab hydrope.

In dolore renum & vesicę vidi administrare vnū quartum lixiuiæ cinerum truncorum fabarum, & faciebat mirabilia in prouocando vrinam & arenulas.

*De auxilijs uerendorum.* Cap. XI.

IN primis dolor virgę sedatur cum mica panis pastata cum vitellis ouorum, & oleo papaueris. Vlcera virgę lauātur cum aqua aluminis, & emplastrantur cum vnguento populeon, vnguentum populeō infrigidat, quære id in antidotario Nicolai. Aut vngatur cum vnguento albo, aut oleo cū albuminibus
F ouorū. Et puluis plūbi, et cerussę, et aloes est p̄tiosus.

Inflatio testiculorum corrigitur cū emplastro de maluis, et farina fabarum & cymino bullitis cū aqua.

Ruptura habet tria auxilia. primum est electuariū. qd' Re. conseruę, consolidę maioris lib. 5. conseruę rosarum quar. pulueris dragaganthi frigidi, vnc. i. pulueris diacymini, vnc. 5. radicis valerianę, seminis nasturtij, boli armenici, lapidis sanguinarij, ana drac. ij. panis lib. i. fiat electuarium cū aqua chalybeata. Secunda forma est emplastrum de pelle arietina, & est communitatis. qui Re. picis naualis, colophoniæ, ana unc. iij. lithargyri, ammoniaci, opopanacis, galbani, bdellij, mastiches, serapini, terebinthi. sumac, radicis consolidę maioris & minoris, ana vnc. i. visci q̄rcini. hęmatitis, thuris gypsij, myrrhę, aloes, mumię, boli armenici, sanguinis draconis, aristolochię, uermium ter-
G restrium, ana vnc. 5. sanguinis humani, vnc. ij. conficiantur cum pelle arietina cocta cum aqua pluuiali & vsq; ad dissolutionem. Tertia forma est Bruni & mea. Re. nucis cypressi, acacię, gallarum, balaustiarū, añ. drac. v. dragagāhi, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, gūmi arabici, ana drac. iij. sanguinis draconis, boli armenici, mumiæ, aloes, alumi. añ. drac. ii. fiat puluis subtilissimus: et pastentur cum aceto, et fiat emplastrum. est enim expertum & probatum.

In hæmorrhoidibus est optimum sedare dolorem cum suffumigio decoctiōis tapsi, chamomillę, et meliloti. Et intra ponere licinia intincta cum vnguento facto de butyro ducto in mortario plūbi vsque ad nigredinem. Aut si dolor infestat, linimētum Alexandri probatum per me. qd' Re. croci, myrrhę, thuris, lycij, ana partem vnam. opij partes duas. terātur & cō-
H ficiantur cum oleo rosato, mucilagine psillij, & vitello oui, & fiat linimentum. Et ab extra commendatur a Rasi istud emplastrum. Q, R. chamomillę, meliloti, ana quar. i. coquantur quousque dissoluantur, vitellorum ouorum elixatorum, quar. 5. farinæ fœnugręci, seminis lini, radicis althęę, ana vnc. i. croci, myrrhæ, aloes, ana drac. i. &. butyri qd' sufficit. fiat emplastrū.

Finis chirurgiæ paruę Guidonis.

## Recepta aquæ balnei de Porrecta, edita p egregium militem, ac legum doctorem, & magistrum artium, et medicinę doctorem, dñm Turam de Castello Bononię ciuem.

*In nomine patris & filij & spiritussancti Amen. Quas infirmitates curat aqua & balneũ de Porrecta. Cap. I.*

AD infirmitates omnes & singulas curan
das quibus homines sępissime affligun-
tur, aqua de Porrecta mirabiliter valet
& proficit, si debito modo sumatur, &
diæta ordinata post ipsius assumptionẽ
seruetur, prout experientia ipsius aquæ manifeste de-
clarat, et antiquorum hominum in loco, vnde origi-
nem ipsa aqua recipit, verax testimoniũ adest. Tol
lit nãq; dicta aqua recepta debilitatẽ cerebri. Oculo-
rum defectui subuenit. Auditum aurium mirabiliter
recuperat. Fœtorem narium remouet. Dolẽtes caput
liberat. Rheuma, catarrhum & humiditatẽ in lingua
existentem aut palato consumit. Humores in lingua
congregatos expellit. Raucitatẽ vocis clarificat. Stri-
ctum pectus & hanelum grauem & difficilem aspira-
tionem habentes liberat manifeste. Appetitum perdi
tum recuperat. Spuentes sanguinem rectificat & sa-
nat. Stomacho bene digerenti iuuamentum salubre
pręstat. Vermes in corpore existentes necat & interfi
cit. Ranas & animalia venenosa casu per os intrantia
& in stomacho longo tempore nutrita occidit. He-
par & splenem oppilatum liberat. Colorem vigoro
sum adducit, croceum tollendo. Intestina fęce corru
pta lauat, & humiditatem expellit. Iliũ dolorem tol-
lit, & eius causam remouet. Renum lapsitudinem ac
ipsorum dolorem curat, & rectificat. Arenulas in ve
sica aggregatas expellit. Mingere non valentibus si-
ne dolore subuenit. Dolorem iuncturarum & poda-
gras non antiquatas tollit & expellit: antiquatis iuua-
mentum pręstat. Tremori neruorũ & paralytico af-
fert iuuamentũ. Scabiem irradicatã & antiquatã ex-
pellit subito. Saniẽ in corpore dispersam consumit et
educit. Dicunt antiq; homines de Porrecta experti, ꝙ
hydropisim non confirmatã seu antiquatam liberat:
sed difficiliori modo: nã oportet ꝙ prędicta aqua die
bus. xxx. interpolatim assumatur cũ prouida diæta.
Confirmatam autẽ hydropisim pręfata aqua per lon
gum tempus sumpta sanat, & interficit. Equos etiam
bulsos liberat, si per duos menses ipsius aquæ potatio
fiat. Mulieribus grauidis q̃ appetitũ perdũt, proficit:
nec partui nocumentum affert: sed iuuat & firmat:
quod mirabile ab omnibus reputatur. Extenuatos &
macros impinguat. Febrem tertianam seu quartanã
aut antiquam efficaciter sanat.

*In quo loco aqua & balneũ de Porrecta est positũ. Ca. II.*

AQua de Porrecta recipit ortum de duobus mõ
tibus lastrosis & lapideis positis ĩ comitatu Bo
nonię, lõge ab ipsa ciuitate per milliaria. xxxiiij. Inter
alpes Florentiæ, & Pistorij, versus meridiẽ: in medio
quorum montiũ quidam riuulus satis amplus pro-
fluit. Ex vtroq; monte dicta aqua manat per duo ca-
nalia & aquęductus. Pręfata aqua in duobus balneis
in dicto loco positis recluditur, & continuo per ipsa
balnea fluit situatis in monte sinistro versus partem
magis orientalẽ & in sinistro latere vnus ex riuis co-
A loris est clari: pisciculi quasi rubei in ea manẽt: eius sa
por parũ sulfureus & salitus existit: tẽperate calida &
quasi viscosa. Sumpta nullos dolores in ventre facit
aut tortiones noxias, modicũ debilitat. Hęc aqua lon
ge delata in vasis ligneis: solet aliquando in dictis in-
firmitatibus iuuamen afferre: sed tamẽ raro: quia tan-
tę virtutis nõ est quantæ in loco originis assumpta: et
faciliter ꝑdit saporẽ suũ originalẽ: citoq; corrũpitur.

*Quo ordine aqua & balneũ de Porrecta est utẽda. Ca. III.*

ASsumenda est aqua de Porrecta vt efficaciter
prosit, & valeat ordine isto. Nam citra mediũ
mensem Maij & in mensibus Iunij & iulij & per totũ
mẽsem Augusti si calor moderatus & temperatus, &
vniforme tempus existat. Mense tamen Augusti salu
brius confert sumpta. Est autem ad locum prædictũ
B de Porrecta accedendum. Cum igitur ad locum prę-
dictum aduenerit, subito aquam per potum non su-
mat: sed saltem per diem vnum in loco prędicto pau
sam faciat: quia nouum aerem intrat: & ut persona fa
tigata ex itinere fortificetur. Demũ balneũ prædictũ
& lapideũ intret ante potationem dictę aquæ, & mo
rã faciat in eo per horã, vel vsquequo summitates di-
gitorũ manuum increspentur. Deinde exeat, et bene
fricatus pauset. Hora vero prandij et cœnę ea die leui
ter comedat: die vero sequenti de mane in solis ortu
accedat ad ipsius aquę profluentis aquęductũ. Et inci
piat bibere aquã ꝓdictã vsq; ad duos vel tres vrceos:
& statim post ipsum potũ parum & moderatũ faciat
exercitium. Successiue alios duos vrceos aquę prędi-
ctę bibat: & post ipsum potum etiam ambulet. Et to-
ties aquam per potũ assumat paulatim & non impe-
C tuose: sed quodãmodo ad delectationẽ, quoad vsq;
ipsa aqua corpus egrediatur superius per os, aut per
virgã, aut per partem posteriorem. Et tantũ de pręfa
ta aqua bibat, ꝙ ipsam emittat per aliũ ex locis nomi
natis claram, & apertã: prout & sicut aquã ipsam ab
aquęductu sumpta per os recepit & assumpsit, cuius
aquę emissę claritatẽ cũ vase vitreo inspicere potest.
Aqua igitur clara emissa post spatium aliquantulũ &
pausam factam intret balneum: & ibidem moram fa
ciat: vt superius est expressum. Ipsum enim balneum
non debilitat: sed humores in toto corpore dispersos
maturat, & disponit ad exitum. Fugiat balnea in tinis
et uasis ligneis artificialiter per mulieres calefacta. Nã
aqua pręfata modicũ alterata suam nõ prębet virtu-
tem. Mora cõpetẽter facta in balneo prędicto, ipsum
egrediatur, & pauset, in lecto vel in pãnis iacendo, ut
D virtus fatigata aliqualiter recreetur. Deinde accedat
ad aquæductum prędictum & aquam prędictã. Per
potum iterum assumat donec emittat clarã & lucidã,
prout & sicut clara est assumpta de aquęductu. Non
enim impetuose & in magna quantitate ac violenta
ipsa aqua est assumenda, prout quasi omnes assumen
tes minus perite & inaduertenter faciunt: nam ipsa si-
ne ordine pręmisso cum impetu assumpta non ita le-
uat nec curat: quia nimis uno impetu assumpta in cor
pore nullam moram, nec humores perfecte maturat,
vel disponit.

*De hora & modo comestionis tempore assumptionis aquæ de Porrecta. Cap. IIII.*

AQua assumpta & balneo per ordinem ante di-
ctum, aliqualiter pauset in lecto vel in pannis:
nullo domo dormiendo: quia pernitiosum existeret.

Demum comedat prandium cibum leuē, vt pullos paruulos vſq; ad vltimam decoctionē coctos & elixatos. Maſticet bolum, nec rapiendo cibum aſſumat. quia ipſa aqua acutam famen adducit. Et in dicto prādio, & in aliis prandiis medium pullum tantūmodo comedat, & non vltra. Et in brodio pullorum panē balneet, vt ſtomachus, faciliori modo digeſtionem faciat & compleat. Vinum ſine immiſtione alicuius aquæ moderate aſſumat vice qualibet, qua potat comedendo, non vltra medium cyathum vini aſſumat. Nam melius eſt vices in potando iterare quam multum vna vice bibere. Poſt prandium, vt dictum eſt, nullo modo dormiat: ſed in ſolatiis ſtet cum ſociis loquendo. Non tamen ſe fatiget corporaliter laborādo: nullo modo die potationis aquę cœnet: ſed ſi hora cœnę ſtomachus digeſtionem fecerit, & nimium famelicus exiſteret, duos uitellos ouorum recentium albumine reiecto bibat, & aſſumat cum modica potatione vini & non lymphati. Et ſi oua abhorreat, faciat vipam in vino, & ipſam comedat. Demum lectū intret, & dormiat, & nocte pauſet. Die vero ſequenti aquam præfatam nō bibat: ſed tota die quieſcat propter nimiam agitationem humorum die præcedenti factam. Ipſa uero die pauſationis ante horam tertiarū & prandium aſſumptū, et etiam in veſperis digeſtione completa intret ea die bis balneum antedictum: & in eo ſtet per horam, & vſquequo ſummitates digitorum manuum increſpentur: vt eſt pręmiſſum. Et ea die pauſationis prādeat: & etiam cœnet, pullos elixatos tantum comedendo & temperate: vt ſuperius eſt expreſſum. Nec aquam pręfatam eo die per os aſſumat vel bibat: ſed balneo eo die vtatur bis: vt dictum eſt. Nam ipſum balneum humores in corpore exiſtētes diſponit ad exitum, & maturos reddit. Die vero ſequenti de mane in ortu ſolis ad aquęductum, accedat ſuperius nominatum. Et aquam per os bibendo ſumat, donec eam clarificet. Et comedat iuxta ordinem pręnominatum in die prima potationis. Et ſic tribus diebus dictam aquam bibat & aſſumat: & interpolatim tamen, vt vna die bibat dictam aquam, et altera quieſcat: ita q; inter vnam diem potationis & alteram diē quietis interponat. Eſt ſi infirmitas illius qui ad aquam prædictam & balnea acceſſerit, nimis fuiſſet longa et antiqua: tūc pluribus diebus eſſet pręfata aqua aſſumenda, videlicet diebus ſex: interpolatim tamen & non ſucceſſiue, diem unam quietis inter ponendo inter vnam diem potationis & aliam, vna die quieſcendo, & alia die aquæ potatione vtendo: die tamen quietis bis in die balneando vtatur, & alia

E die faciat prout ſuperius eſt expreſſum.

*De obſeruatione & diæta facienda poſt aſſumptionem aquæ de Porrecta.* Cap. V.

DEbet qui aquam de Porrecta aſſumpſit dum a balneo recedit, & repatriat, die quolibet equitare modicum: aut pedes ambulare. Nec exinde cum recedit in itinerando ſe fatigare: ſed plane & moderate incedat. & prandium faciat hora tertiarum: nec differat: quia ſtomachus debilitatur nimiam moram faciendo, in aſſumēdo cibum, comedat bene maſticando in prandio & cœna: vt eſt pręmiſſum in proxima rubrica. Vinum quod in eius comeſtione aſſumit, ſit album & non dulce, ſtomacho bibentis conforme, nullo modo aquam cum eo miſceat. Et ſi vinum eſſet F fumoſum aut potēs, buccellā panis in cyatho teneat, q̄ vaporis vim reprimat. Elapſis octo diebus vtatur vino conſueto. Abſtineat a dormitione diurna, ſaltē vſque ad octo dies. In meridie ſi famem patitur aut ſi tim, duos tātum uitellos ouorum recentium albumine reiecto, vel vipam bene balneatam & mollem comedat. Prandio aſſumpto morā faciat antequā quieſcat, vt cibus ad fundum ſtomachi deſcendat. Et dū itinerat, nullo modo faciat dormitionem. Cœnam faciet leuem, comedendo & bibēdo vt eſt pręmiſſum. Cibo pullorum elixatorum vtatur: aliquādo tamen elapſis quindecim diebus vti poteſt carnibus caſtratis bene elixatis. Brodio pullorum vtatur in quo panem in prādio & cœna mollificet, vt ſtomachus faciliori modo digerat. Omni die parum exercitii faciat, & cum delectatione. Manus lauet cum vino non im- G miſcendo aquam. Abſtineat ab omnibus cibariis: niſi a pręnominatis, vt pullis, et carnibus caſtratinis bene coctis & elixatis, & non frictis, & aſſatis. Summe caueat a fructibus quibuſcunque: nec non ab aceto, & acutis, vt alliis, & cepis, caſeo et paſta, caulibus, et herbis, & leguminibus, vuis, & ficubus, & agreſto. Coitum fugiat tanquam rem peſtiferam & mortem infallibiliter inferētem: ſaltem ab ipſo abſtineat vſque ad menſem, ſi perſona ſit robuſta, & fortis complexionis: ſi debilis, lōgiori tempore abſtineat. Dięta pręnotata vtatur ſaltem per dies. xx. aut. xxx. Calidus panis maneat. Moderate tamen a frigore & vento diligenter ſe cuſtodiat. Prędicta aqua de Porrecta tribus annis elapſis a prima aſſumptione eſt reiteranda. Quę potata, vt pręmittitur, & reiterata, vitam ſine anxietate longam pręſtat & ſalubrem. Illius gratia intercedat qui benedictus eſt per oīa ſecula ſeculorū. Amē.

H

FINIS.

## CHIRVRGIA MAGNA Bruni Longoburgenſis.

ROGASTI me iã eſt diu Andrea Vincentine uenerabilis amice mi, ꝙ tibi breui & aperto ſermone in medicamine chirurgiæ librum deſcriberem collectũ & excerptum ex dictis glorioſiſſimi Gal. Auic. Almanſoris, Albu. & Halya. nec nõ et aliorum peritorum veterum. Et ego quidem licet per eminentiam negociorum tibi longanimitatẽ hucuſq; præſtiterim: tamen uolũtatẽ ſicut nouit ſcrutator omnium ſecretorum, tuum defraudandi deſiderium nõ quęſiui: immo illud in te complere auide peroptaui. Quapropter nunc munifice dexteræ ſaluatoris ſuffragio imminente iuxta poſſe meum tuę petitioni optato animo totaliter acquieſco. Suſcipiat igitur tuę dilectionis ſynceritas munuſculum: pro cuius complemento cooperante domino laborem aſſumere non vitaui: cum mihi tuis ſatisfacere precibus non ſit durum, ſed gratum: non aſperum, ſed amœnum.

Primo ſciendum eſt ꝙ tractatus iſtius libri diuiditur in duas partes. In quarum prima capitula collocaui: de quibus primæ parti viginti attribui. Et ſimiliter ſecundæ viginti: vt per certum ipſorum numerum qđ quęritur in eo facilius poſſit inueniri. Eſt autem vere liber is compoſitus ſecũdum menſuram quam quæſiuiſti, ſcilicet ſecundum deſcriptiones quę inueniuntur in libris veterum: quorum rememoratio iã præceſſit. Sed antequam ad tractatum proprium fiat deſcenſus: vt eius acceſſus facilius habeatur, quædam ſunt prænotanda, ſcilicet quid ſit chirurgia: vnde dicatur: cuiuſmodi debeant eſſe operatores eius: quę ſit eorum intentio: nec non principaliter in quot ſpecies diuidatur. Eſt ergo chirurgia, ut cõmuniter dicitur, manualis operatio in corpore animalis ad ſanitatem tendens: vel vt apertius declaretur. Chirurgia eſt poſtremum inſtrumentum medicinæ. Inſtrumenta quidem medicinę ſunt tria: quibus mediantibus morborum cauſis valet medicus ſumma diligentia ſubuenire. Et illa ſunt ſicut diæta, potio, & chirurgia. Diæta eſt primum inſtrumentum: & eſt melius regimen, ſicut teſtatur Gal. in commento regiminis acutorum dicens: ꝙ ſi poſſumus hominẽ curare per diętam, non curemus eum cum aliqua potione. & idem Damaſcenus in ſuis aphoriſmis, ſi poteris hominem curare per diætam proſperam, inuenies ꝙ regimẽ exigitur contra cauſam: & facit digeſtionem. Secundum regimen eſt potio: & de hoc etiam dicit Gal. ꝙ ſi cum ea poſſumus remouere infirmitatem, nõ accedamus ad chirurgiam. Eſt ergo tertium inſtrumentum, ſicut dictum eſt, chirurgia: cuius beneficio remouetur quod per iſta duo regimina non poteſt remoueri. Dicitur autem chirurgia a cheir grece quod eſt manus et ergein qđ eſt agere, inde chirurgia, ideſt q̃ſi manualis operatio: eo ꝙ eius perfectio et integritas in actione ſiue operatione manuum exiſtit. Oportet autem operatores chirurgię: ut dicit Halyab. in commento primo, loca frequentare in quibus aſſueti ſunt periti chirurgorum, & eorum operationes diu ac diligenter inſpicere, nec ſint temerarij nec audaces: ſed ſint ſuauiſſimi, atque cautiſſimi in operãdo: maxime in locis timoroſis, vt in cerebro: non ſint vinolenti: ſic autem bibant vinum, vt ſenſui non dominetur: quia omnia quæ ſunt neceſſaria ad artem, nõ poſſunt in libris comprehendi ad plenum: ideo ſint uniuerſaliter ingenioſi valde: etenim naturale comendatur ingenium in medico & maxime a Damaſceno: vbi dicit ingenium naturale medici adiuuat artem & naturam regentem: contrario vero contrarium. Sint etiam viri litterati: aut ab eo qui nouit litteras ad minus artem addiſcãt. vix enim aliquem abſque litteris hanc artem comprehendere puto: ſed tempore præſenti nedum idiotę: immo qđ indecentius & horribilius iudicatur, viles fœminę & præſumptuoſæ artem hanc uſurpauerunt: et abutuntur ea: quę licet curent, vt refert Almãſor: nec artem nec ingenium habent. Et refert ꝙ illi qui hanc artem exercent, pro maiori
B parte ſunt idiotę, ruſtici, & ſtolidi: & propter cauſam ſuæ ſtoliditatis ægritudines peſſimæ in hominibus generantur: quibus fortaſſe ægri interficiuntur, cum nõ ſapienter nec ſub certa ratione, ſed caſualiter operentur: & cauſas & nomina infirmitatum quas aſſerunt ſe ſanare, penitus non agnoſcunt. Intentio chirurgorum eſt operari circa tria, ſcilicet circa coniunctionem ſolutorum, & ſeparationem coniunctorum prę ter naturam, & extirpationem ſuperflui. Sunt autem chirurgię ſpecies duæ vniuerſaliter ſicut teſtatus eſt Iohannitius: cum dicit. chirurgia duplex eſt: aut in carne aut in oſſe: & hic ſecundum contrarietatem mẽbrorum ſubiectorum: nam alia fit in membris mollibus vt in carne, neruis, in venis, & ſimilibus. Alia fit in membris duris, vt in oſſibus, & ſimilibus. Quæ ſicut differunt in contrarietate qualitatum, ſcilicet duri
C tie & mollitie: ſic etiam in omni operatiõe chirurgiæ. Sed quæ fit in membris mollibus, ſubdiuiditur tripliciter: aut fit in carne tantum: & illa ſcarificatio aut inciſio vel ſuitio aut incenſio nuncupatur. aut fit in uenis non pulſatilibus. & dicitur phlebotomia: uel in pulſatilibus, & dicitur ſectio: aut fit in neruis ſecundũ latum, & inciſio nominatur: aut ſecundum longum, & dicitur ſciſſura, uel punctura licet in diaphragmate vel panhiculo dicatur ruptura: quæ vero fit in membris duris, duplex eſt: quoniã aut fit in oſſibus ruptis, & dicitur conſolidatio fractorum: aut fit in oſſibus dislocatis a ſuo proprio ſchemate, & appellatur coniunctio diſiunctorum: de quibus omnibus tractandũ eſt: præterquã de ſcarificatione & phlebotomia: quæ licet chirurgiæ ſpecies habeantur: tamen de eis plurimi docuerunt auctores: ac ipſorum operationem no
D luerunt medici, propter indecentiam exercere: ſed illas barberiorum in manibus reliquerunt.

*Incipiunt capitula lipri primi.*

*De diuisione & generalibus causis solutionis continuitatis.* Cap. I.

POstquã posuimus amice sufficienter procemiũ, cõsequẽter etiã cum auxilio Dei accedamus ad propositum principale, scilicet ad tractandũ capitula pręmissa per ordinẽ exequẽdo. Dico ergo ꝙ solutio continuitatis quę est ęgritudo cõmunis dupliciter diuiditur: quoniam aut est simplex aut composita. Simplex aũt solutio continuitatis, est illa in qua nõ est deperditio substantię: & in ea currit vnicum genus passionis: & sic vnicã habet intentionem curationis, scilicet iunctionẽ partium solutionis. Solutio vero cõtinuitatis composita, est illa in qua est deperditio substantię: & tunc currunt in ea duo genera passionis: & sic duas habet intentiones curationis in se. Quarũ una est iunctio partium solutarũ: et secunda est regeneratio substantię deperditę. Sunt enim causę generales solutionis continuitatis duę: quarũ una est intrinseca: & alia extrinseca. Intrinseca vero duplex accidit scili-

E cet ex humore & ventositate. Humor nanq; ex quãtitate nimia aliquando soluit cõtinuitatem, & aliquãdo ex qualitate sua extra cursum naturalem distẽperata. ver. gra. si caliditas sit plusq̃ oportet, motu suæ impetuosę ebullitionis rumpit: aut siccitas quę adurẽdo & rarefaciendo cutẽ scindit: aut frigiditas cõstringendo: aut humiditas putrefaciendo & corrodẽdo. Ventositas vero multitudinẽ distendit, & motu uo scindit. Causa aũt extrinseca dupliciter accidit: quoniam aut ex casu vel exercitatione nimia vel eleuatione magni ponderis & similibus. sicut scissura & fractura: aut accidit ex aliqua re extrinseca corpus immediate soluente, vt ferrum vel lapis & similia.

*De communi disputatione solutionis continuitatis secundum diuersitatem membrorum.* Cap. II.

F VT dicit Gal. & Auic. solutio cõtinuitatis in carne, possibile est vt redeat sicut fuit. i. secũdum uiam primę intentionis: uerum solutio cõtinuitatis in osse nõ sanatur per uiam intentionis primę: imo possibile est ut sanetur per viã intentionis secundæ. Prima nanq; intẽtio est uera consolidatio, quę in osse fieri nõ potest propter duritiem partis eius. Secunda intentio est ligatio, quę fit poro sarcoide mediante: sed in osse puerorũ & infantium quandoq; speratur ut solutio cõtinuitatis redeat, sicut fuit prius propter duas causas: quarum una est ex remanentia uirtutis spermatis, et alia est ex ossis mollitie. De neruis uero & arterijs & uenis, sicut recitat Aui. dixerunt quidã medicorũ, ꝙ non sanantur per uiam intentionis primę: sed per uiam intentionis secundę, sicut ossa. Et dixerunt quidã alij, ꝙ hoc non prouenit nisi solũ in arterijs: & hoc
G etiam testatur Gal. cum dicit multi medici putauerũt impossibile esse arteriæ substantiã consolidari: & fortitudo probationis eorũ erat consideratio & experimentum. Consideratio uero quoniam una duarum tunicarum arteriarũ est cartilaginosa, extremitas uero ossium & cartilago non recipit incarnationem. experimentum autem, quia non uisa est incarnatio. Ipse autem Gal. contradixit eis, & dixit ꝙ quandoque arteriæ incarnantur cum experimento & ratione. experimento uero: quoniam iam dixit se multas arterias consolidatas uidisse: sicut illa quæ est sub basilica: & caput arterię temporis & cruris. ratione autem, quoniam os est extremitas in duritie, & non recipit incarnationem, idest secundum primam intentionem, nisi parum in infantibus: & caro est extremitas in leuitate, & incarnatur: sed uenæ, arteriæ, & nerui sunt me-
H dię inter duritiem, & mollitiem, quare oportet ut eorum dispositio sit media inter ossa & carnẽ: ergo minus recipiunt incarnationem quam caro: & facilius quam ossa incarnantur: quando eorum sectio est parua & corpus patientis est humidum & lene: & nõ incarnatur ab eo quod diuersificatur ab isto, idest quando sectio est magna & corpus patiens siccum: & hic est modus disputationis theoricus cum experimenti fiducia & rationis.

*De summa & aggregatione curationis uulnerum & ulcerum.* Cap. III.

VVlnerum quædam sunt parua: quædã media: quędam magna. Item quædam fiunt in superficie membri: & quędã in mediocritate: et quędam penetrantia ad profundum: & quandoque sunt ex eis cum

cum diminutione carnis: quandoque minime. Et ex uulneribus etiã sunt apparentia: sicut illa quę fiunt cum instrumento, cuius acuitas in latum tendit: sicut est ensis & similia. Et sunt quorũ ꝓfunditas est occulta, utpote quando fiunt cum instrumento, cuius acuitas siue puncta in rotundum tendit & strictum: & est sicut telũ & similia. Rursus aliquando figura uulnerum est rotunda: aliquando est plana & recta: & aliquando est habens latera. Et ex eis est vulnus rotundum difficilius & tardius ad sanandum propter magnam cõprehensionem ipsius in mẽbro. Præterea aliquando cadunt vulnera super locũ carnosum tantũ: aliquando cadunt super neruosum uel ossuosum: quæ sicut diuersificantur secundum illud ꝙ fiunt: & secundũ locum super quem cadunt, sic variatur modus curationis ipsorum. Res autem in quibus vulnus habet fieri: vt dicit Albu. multę sunt, sicut iactus lapidis: aut incisio ensis vel cultelli: aut percussio cum lancea aut ligno vel sagitta: & similibus. Est.n. vulnus solutio cõtinuitatis ex recenti tempore facta: quoniam vulnus postquam antiquatum est, & non recipit consolidationem: imo superemittit pus: tunc non vulnus dicitur, sed vlcus, ideoq; vlcus plaga putrida nuncupatur: plaga uero secundũ vsum cõiter sumitur ab vtroq;. Et scias amice ꝙ in curatione uulneris videlicet, antequam ipsi medicinam carnis creatiuam seu sigillatiuam adhibeas, sunt tria principaliter attendenda: nisi vulnus sit simplex.i. valde paruũ de quo non sit curandum, et sanguis ab eo non sit currens. Et primũ eorum est vt retineatur cursus sanguinis, & prohibeatur apostema calidum. Verum refrenatio sanguinis a vulnere corpus penetranti nisi sit superfluum ab hoc excipitur: & iam alias de hoc rememoratio fiet. Secundũ est ut administrentur medicinę quę faciũt nasci pus: & hoc est specialiter in uulneribus, quę aeris iã dispositio mutauerit: præterquã in vulnere neruorum, propter causam quæ narrabitur loco suo, & similiter administrentur in vulneribus, quæ fiunt ex contusione, ꝙ est: quia huiusmodi vulnera sunt dolorosa apostemosa, quorũ apostema necesse est ad saniem deuenire: et iam de ista generatione vulnerum est capitulum ordinatum. Tertiũ est vt generata sanies exiccetur. Hac ratiõe sanguis est in vulneribus refrænandus: vt ne ĩmoderata quantitate fluens patiens syncopizet. Et fortasse fluxus sanguinis in quantitate temperata: vt dicit Auic. confert vulneribus, & prohibet apostema, & horripilationẽ & febrem. Inquit de melioribus cum quibus intendimus in vulneribus est ut prohibeamus eorum apostemationẽ: qm̃ qñ nõ accidit apostema, est possibile vt fiat curatio uulneris: verum cũ illic est apostema, nõ cõsolidatur omnino, nisi prius sedetur apostema. Sed administratio medicinarũ facientium nasci pus, ideo cõuenit vt fiat, cessante hæmorrhagia seu hęmorrosagia loco ab apostemate calido securo q̃tenus fiat, dilatatio pororũ, dolor mitigetur, atq; calor naturalis ĩ uulnere cõfortetur sibi tribuẽs nutrimẽtũ donec materia quę in eo est, modo debito digeratur. Vulnus lapsum bonum: crudũ vero malum: & iuxta illud Hipp. cruda mala, lapsa bona: quoniam vulnera in quibus non generatur sanies, non sunt a spasmo secura: in illis uero in quibus generatur sanies, non timetur: & hoc intelligendum est, quando sanies in eis generatur ex adiutorio medicinę & operatione naturę.

A Sanies nanq; in qua non est operata natura, est mala: dicit enim Gal. in commento prognosticorum ꝙ triplex est operatio a calore: quoniam aut est tantũ operans calor naturalis: & tunc est conuersio humoris in nutrimentum: aut partim a naturali, & partim ab accidentali: & tunc est generatio saniei: aut tantum ab accidentali: & tunc est generatio putredinis. Postquam vero vulnus sufficienter saniem acquisiuit medicinis facientibus nasci pus omnino sublatis, cũ panno vel carpia et administratione medicinarũ exiccantium: iam competenter conuenit vt siccetur: ut inde valeat consolidari. nam dum ibi esset abundantia saniei, vulnus consolidari non posset: ut sicut dicit Gal. Sanies est nitrosa & corrosiua: & est res magis contraria consolidationi. Quapropter stolidorum secta chirurgorum, aut uulgi redargutione ab huius-
B modi documento mouearis minime: qui uelut ratione carentes, suas pultes mollificatiuas omnibus uulneribus indifferenter, ac incessanter ministrant. Scire uolens quare hoc faciũt, iam eorum plures requisiui multoties: qui mihi taliter responderunt: ꝙ nullã medicinam quam pultem uulneribus utiliorem inuenimus: quoniam ipsa digerit: dolorem mitigat, & confortat: atque mundificat, consolidatq;: & quæ ex eis sunt concaua replet carne: nullum eis inferens nocumentum: quod patet manifeste falsum esse. excepto ꝙ uulnera digerit: & dolorem mitigat: quod utile fore dico si in illis uulneribus quibus conuenit ministretur: & secundum modum cuius rememoratio iã præcessit, adhibeatur. Nam sapientum promptitudo uulnera sanari uolentium uel consolidari: circa aliud nõ uersatur nisi ut exiccentur: & hoc faciunt cum medi-
C cina exiccatiua & non puris generatiua. Q; si desiderant carnem in uulneribus generari: tunc faciunt ut exiccãdo mundificent: quoniam, ut dicit Gal. Caro bona & optima in uulneribus generari nõ potest: nisi superfluitiones mundificentur, sanies uidelicet, atque sudor. quæ quidem superfluitates: ut ipse Gal. testatur, ex fęce tertiæ digestionis nascuntur. Patet ergo lucide peritis & expresse: ꝙ intentio exiccationis & mundificationis ulcerum: quibus mediantibus eorum perficitur restauratio: nec dum fit per oleum & axungiam & alia putrefaciẽtia: de quibus ipsi suas pultes componunt. uerum etiam in eis faciunt putredinem augmentari. Et nota etiam ꝙ bis in hyeme & ter in ęstate uulnus curari & mutari debet: quia sicut dicit Auer. 4. metau. Putrefactio est maior in ęstate quam in hyeme. hoc autem obseruandum est cum
D uulnus fuerit penetrans ad interiora corporis: aut cũ fuerit in cerebro: aut neruis uel iuxta eos: aut in locis propinquis iuncturis. nam cum fuerit in locis alijs: utpote carnosis: tunc semel in hyeme et bis in ęstate.

Si vulnus paruum fuerit: ut nec caro nec cutis amputata sit, sola ligatura curari potest: q̃ sibi adinuicem partes coniungat: & eiusdem continuationem contineat. Et cauẽdum est ne pilus, aut oleũ, aut unguẽtũ, uel aliud inter labia uulneris cadat. hæc.n. ut fiat aggregatio partiũ nõ ꝑmittũt: & sic cõglutinatio retardatur. Ligaturę modus esse cõuenit ĩ uulnere oĩ talis ꝙ semp a loco infimo ĩcipiat, & tẽdat ad partẽ superiorẽ. alia quoq; fascia ab eodẽ loco ĩcipiẽs ad partẽ tẽdat inferiorẽ. sup locũ uero læsum fortius constringatur: et quanto magis ab infirmo loco elongatur: tanto magis relaxetur. Ex hac nãq; ligatura san

guis ad locum infirmum transmitti non potest. unde apostematio euitatur, si vero tantum vna fascia habetur, & nõ plures: necesse est vt fiat inuolutio ab vtroque capite vsque ad medietatem fasciç: & positis puluillis medium ipsius fasciç super locum infirmum locetur: & sic vnũ caput tendat superius, & aliud inferius: cuius relaxatio cũ strictura sicut superius fiat. & hic dicitur ligatura cum duobus capitibus. Et scias: ꝙ ligatura fit in uulnere ꝓpter tres vtilitates. Quarũ vna est vt partes vulneris iam coniunctas conseruet, sanguinis materiam prohibendo: ne ad locum transmissus apostema faciat & dolorẽ. Secunda est vt medicamen & puluillos vsq; ad tempus mutationis contineat & custodiat. Tertia vero est vt ex vehementia cõstrictionis ipsius ad profunditatem vulneris & ex relaxatione in orificio virus ad exteriora currat. hoc tamen non fit nisi in vulneribus profundis: et vlceribus in quibus timetur ne virus in inferiori parte aggregetur. Si autem vulnus sit medium inter paruũ & magnum, in eius regimine sola ligatura nõ sufficit: sed cum medicaminibus sibi conuenientibus: sicut incarnatiuis curam impendas. Si vero vulnus adeo magnum fuerit ꝙ ligatura non possit partes eius adinuicem aggregare: tunc necesse est suturam administrari. Quoniam, vt dicit Gal. in tech. In curatiõe vulneris carnis quatuor canones requiruntur. Quorum vnus est aggregatio partium disiunctarum. Secundus est, ut talis aggregatio conseruetur per suturã vel ligaturam. Tertius ut custodiatur ne aliquid inter labia vulneris cadat. Quartus est, vt conseruetur mẽbri substantia secundum sanitatem suã, scilicet, ut cõseruetur eius complexio naturalis cum medicinis & cibis. De cõseruatione quidem naturalis cõplexionis membri cum medicinis iam fiet rememoratio secundum complemẽtum in capitulo suo. Partibus igitur secundũ figuram debitam collocatis cutis superficies suatur cum acu subtili quadrata: et cum filo de serico: aut loco illius, si inueniri non potest, cũ filo lineo subtilissimo sine nodositate. Et quilibet punctus ad mensuram vnius vnciæ. i. latitudo vnius digiti: & specialiter minoris ab altero separatus per se nectetur. Extremitas vero vulneris relinquatur apta, vt stuelli, si opus fuerit, possint intromitti, & sanies expurgari: & puluillis ex vtraq; parte vulneris locatis, vt labia cõiungantur, atq; medicamine incarnatiuo supposito conuenienter ligetur. Et cauendum est ne humidum medicamen apponas. appositio nanq; humidi dissolutionem vulneris operatur. Sic autem vsq; ad diem octauũ sutura permaneat: deinde dissoluatur: quod est, quia in istorum dierum spatio possibile est vt partes vulneris incarnentur. Sutura enim debet fieri specialiter cum uulnus tendit in corporis latitudinẽ: quoniam, vt inquit Auic. Cum vulnus cadit in longitudinem, ligamẽtum sufficit: & aggregat ipsum decenter. Et est notandum ꝙ quãto membrum nobilius et delicatius est, amplius eius partes disiunctæ debent nobilius & delicatius aggregari: ac sutura decenti teneri: & illud est sicut in partibus faciei & similibus ei. Sutura autem nõ multum sit fortis: nec multum debilis: sed mediocris. nam, ut inquit Gal. Si adeo stricta fuerit, vt generet dolorẽ: faciet calida apostemata & tumores. & si multum fuerit debilis, non bene partes vulneris coniunguntur. Et in omnibus locis dũ vulnus est recens & sanguinolentum & ab aere minime

E alteratum, fiat sutura. Si uero a principio nõ fuisti: tunc licet ex hoc doloris fiat additio super infirmum, & vulnus paruum cum instrumento aliquo renouetur, donec sanguis prouocetur, vt partes coniunctæ melius cõmisceãt. deinde sutura fiat, ac medicaminis incarnatiui curam accelera. Et oportet vt scias amice, ꝙ conglutinatio vulneris renouati elongatur a facilitate conglutinationis vulneris recẽtis & sanguinolenti. Cęterum si renouationi uulneris patiens nõ obedit: tunc cura ipsum cum reliqua curatione vulnerũ donec sanetur. Si vero in uulnere aliqua fuerit profunditas seu concauitas: tunc eius curationis intentio non est secundũ modum cuius præcessit rememoratio: quod est: quia intẽtio rememorationis meę in eo quod præcessit non est executa: nisi solum de vulneribus quę fiunt cum lata & longa incisione, idest cum
F quibus nõ est deperditio substantiæ, neq; aliomodo concauitatis: in regimine quorum sufficit medicamẽ incarnatiuum: & aggregatio partium disgregatarũ, & earum cõseruatio cum ligamine vel sutura: ac prohibitio materiei ad locum: & rerum extrinsecarũ inter labia vulneris cadentium: atq; complexionis naturalis cõseruatio cum medicinis conuenientibus: sicut iam totum uerificatum est. Medicamen enim incarnatiuum uulneri concauo non conuenit ex eo ꝙ exiccando prohibet materiam. unde carnis natiuitas expectatur: sed conuenit ei medicamen faciens nasci carnem donec partes separatæ integre coniungãtur: neq; enim, ut partes disgregatæ eius adinuicem aggregentur: sicut in aliis diximus uulneribus: quoniã sub eo quædam remanet concauitas, in qua, sicut Gal. testatur: necessario sanies coadunatur. quare oportet ut
G aperiatur iterum, timendo ne membrum putrefactionem incurrat. Q; si profunditas uulneris taliter habeatur, scilicet, ut eius uirus ad exteriora non fluat, immo in inferiori parte eius aggregetur: tunc aptetur ligatura uehementior apud uulneris profunditatem: & apud os leuior fiat, ut uirus non impediatur exire. Membrum enim taliter figuretur, ut uulnus sit inferius, ita ꝙ ab ipso uirus effluere possit. Testatur autẽ Auic. ꝙ Gal. iam sanauit magnum uulnus: cuius profunditas erat apud genu & ipsius orificium in coxa: solum cũ aptatione figurę: quod est: quia aptauit profundum superius, & orificium inferius cum suspẽsione cruris. quare sanatum est absq; perforatione inferius, & incisione aliqua: sed mẽbra in quibus est aptatio figuræ possibilis, sunt sicut adiutorium, brachiũ, manus, coxa, crus, pes, uirga, & nates. Q; si aptatio fi
H guræ in uulnere non est tibi possibilis: tunc inquit Almansor, oportebit ut in die secundo, & in quarto consideretur. & si eius profunditas inceperit minui: nec uirus nec putredo multa contineatur ibi, curatio non mutetur. Si uero contrarium accidat, necesse est ut uulneris concauitas integre abscindatur: nisi neruus aut uena illud tibi prohibeat. ꝙ si illud prohibeat te ab hoc: etiã tunc in magis depresso loco, idest apud uulneris profunditatem decentem perforationem facias, ut uirus ex ea competentius educatur: & in qualibet parte uulneris stuellus intromittatur: & secundum ꝙ caro creuerit, ipse minuatur: sed orificium magis decliue ad consolidandum tardius relinquatur: quod etiam obseruandum est in omni uulnere ubi duæ aspiciuntur apertiones. Et iam dixerunt ꝙ Galenus, & Auicenna, & alii sapientes ueteres: ꝙ

quando

quando perforantur vulnera, non eſt rectum vt in A
eis approximetur aqua. & ſi aliqua cauſarum patien-
tem coegerit balneari, tunc regatur vulnus cum pan
nis infuſis in oleo, aut in cera liquida, vt aqua balnei
nequeat intrare ad vulnus. Et ſcias ꝙ vulnus con-
cauum ut dicit Gal. non ſimplicē ſed duplicem mor-
bum inſinuat. nō enim ſolum carnem, verum etiam
cutim ſecundū ſpatiū amiſit. Quare oportet nos du-
pliciter ei ſubuenire: quoniam in duplici paſſione, vt
ipſe teſtatur, etiam curationis intentio duplex eſt. Pri
ma quidē intentio in vulnere concauo eſt ut eius con
cauitas carne menſura debita impleatur: & tunc me-
dicina mundificatiua & exiccatiua neceſſaria eſt. &
quanto vulnus amplius alijs eſt magnum & profun-
dum: tanto plus, vt inquit Gal. huius materię exicca-
tio eſt tibi addenda. Secunda eſt vt cutis deperdita re
ſtauretur: & tunc medicamen ſigillatiuum quod ſty-
pticū vocatur, adminiſtretur. Si vero id quod ex
vulnere deperditum fuit, non eſt aliud niſi ſola cutis:
tunc ab ipſo principio. ſimiliter ſolum medicamē ſty
pticum congruit: donec loco cutis caro dura naſca-
tur: quoniā ut inquit iterū Gal. materia cutis eſt ſper-
ma: cuius quantitas in corpore parua eſt: quare ſecun
dū primam intentionem nō naſcitur: ſed loco eius, ut
diximus, caro dura: ſuper quam non oritur pilus. Q̃ ſi
contingat ut caro ex uulnere ſit depēdens: ita uide-
licet, ut parum tenacitatis habeat: omnino incidatur:
deinde medicamen carnis creatiuum adminiſtretur.

Et quia ex inordinata dięta apoſtema malum & ui
rus in uulnere generantur: quibus fortaſſe
membrum ad putrefactionē deueniet: & maxime in
æſtate. ideo in hoc loco cōuenit ut fiat eius rememo-
ratio. Æger igitur a principio, per. 9. vel per. 8. dies C
a repletione uini & groſſis cibarijs cuſtodiatur: quo-
niam infra iſtos dies apoſtema quieſcere conſueuit.
Et ſi uideris humores ſuperabundare: & locum rube
ſcere: & times ne apoſtema calidum illic fiat: tunc ſit
intentio curationis tuæ in eius prohibitione tantum:
quoniā uulnus, ſicut iam dictum eſt, nunquā conſoli
datur, niſi apoſtema quieſcat. Nō eſt ergo excuſatio
quin uelociter fiat phlebotomia ex parte contraria, ſi
uirtus uel ætas aut aliud non prohibuerit: & maxime
ſi ab initio multus ſanguis nō fluxerit a uulnere: atq;
totū regimē infrigidetur: locuſq; cū oleo roſ. et albu.
oui ſimul miſtis emplaſtretur: aut pannus in aqua &
aceto infuſus ſupponatur. Inquit Auic. & illud quod
eſt cōmunis iuuamēti in omni membro a capite uſq;
ad pedes, eſt vt ſumatur granatū dulce, & coquatur
in uino pontico: & emplaſtretur cū eo locus. Ex his D
enim locus fortaſſe tueri poterit. ſi vero contrariū ac
cidat, ſicut in capitulo apoſtematum dicetur: curā im
pendas. Cum autē ſecurus fueris ꝙ apoſtema cali-
dum non accidat uulneri, & pręcipue in ſpatio prędi
ctorū dierum: pręcipe infirmo ut ſuū regimen ingroſ
ſetur. i. ad regimen quo uti conſueuit reuertatur: quo
inde carnis natiuitas augmentetur.

*De reductione inteſtinorum, & zirbi: & de uulnere quod accidit in inteſtino: nec non de regimine omnium aliorum uulnerum ad interiora corporis penetrantium.* Cap. IIII.

VVlnera quandoq; uentri accidunt unde inteſti
na foras egrediūtur: quorū quidē curatio ſicut
aſſerit Aui. quadruplici eget intētione. Prima inte-
tio eſt ut inteſtina ad locū proprium reducātur. Se-
cunda eſt ut ſuātur. Tertia eſt ut ponatur ſuper ipſa
medicamen conueniens: ſicut incarnatiuū. Et quarta
ut ſit ſolicitudo ne proueniat inde tumor alicui mem
brorū nobilium, id eſt ne ſanguis in interioribus con-
geletur. Dico ergo ad reductionē inteſtinorum ſi-
ne prolixitate ſermonis, ꝙ ſi præſens fuerit medi-
cus, uidelicet antequā ab aere tangantur: fortaſſe ipſa
ſine moleſtia intromittentur. Si uero contrarium ac-
cidat, neceſſe eſt ut uentoſitas illa reſoluatur, quæ in
eis eſt propter aeris frigiditatem: aut ꝙ uulnus dilate
tur: ſed conuenientius eſt ut uentoſitas reſoluatur ſi
poſſibilitas adeſt. Ponatur ergo ſpōgia marina ī aqua
calida, & expreſſa ab aqua euaporentur cū ea inteſti-
na: aut fiat illud cum uino ueteri: quoniā calefacit &
B confortat inteſtina pluſquā aqua: & eorum inflatiōe
remota intromittantur, & contingit multoties cū lo-
cus & tempus eſt frigidum. Q̃ ſi uentoſitas ab inteſti
nis dicto modo euaporari nō poteſt: tunc fiet ſicut di
cit Gal. & alij periti ueteres: ſicut Almāſor, & Halya.
& eſt ut infirmus in balneo per extremitates per ma-
nus et pedes ſuſpendatur: ut gibbato dorſo uenter cō
cauetur: & ſic aliquantulū concutiatur. ex hac nanq;
diſpoſitiōe facilius intromittuntur. Q̃ ſi his peractis
nequeunt intromitti: tunc maior inciſio facienda eſt.
Si autē zirbus cū eis exierit: de zirbo quicquid ex eo
nigrum uel uiride factum eſt abſcindatur: quia ſi per-
mitteretur, fieret putrefactio in toto. Dicit enī Hipp.
ꝙ ſi zirbus exierit, neceſſe eſt putrefieri: quāuis more
tur tēpore paruo, ligatis tamen omnibus uenis eius et
arterijs cum filo de ſerico: cuius extremitas extra uul
nus dependeat. nā ſi negligatur, nō eſt tutū quin uen-
ter putrefactionem incurrat propter ſanguinis ema-
nationē. Quibus intromiſſis uulnus cum digitis te-
neatur: & ſiphac ſuatur ſicut præceſſit narratio. Et il-
lud quod melius eſt de ſuitione eius: ut docet Gal. in
lib. de ingenio ſa. & hic eſt ſermo eius. ſit intentio tua
in ſuitione mirac uentris cum ſiphac: et ſuas eam cum
ſuitione conglutinante ſiphac cum mirach: quoniam
eſt neruoſum, tardæ incarnationis. talis enim futura
ſiphac uelocius incarnabitur. Deinde medicamen
incarnatiuū ſuperponatur: & patiens ſupinus iacens
taliter collocetur, ut dorſum ſit gibboſum, & uenter
exiſtat concauus: & huiuſmodi quidem figura præ-
parationis eſt communis & utilis omnibus uulneri-
bus, ex quibus exeunt inteſtina. At propria & par-
ticularis eſt, ut conſideres in qua parte uentris uulnus
D fuerit. ꝙ ſi fuerit in inferiori parte, ſit figura præpara-
tionis ſuperius, id eſt crura infirmi ſint ſuo capite al-
tiora. & ſi fuerit in ſuperiori parte, ſit figura prępara-
tionis ſuperius: & crura inferius. Si vero uulnus fue-
rit in latere dextro, tunc ſit declinatio infirmi ad latus
ſiniſtrum. & ſi fuerit in ſiniſtro, fac contrarium illius:
quoniam tota intentio præparationis eſt ut pars uul-
nerata ſit altior altera: ad hoc, ut fieri nequeat declin
tio inteſtinorū ad uulnus: & propter hoc etiā in hoc
loco ligatura eſt utiliſſimi iuuamēti. Infirmi autē regi
men ſubtilietur: & a cibis inflatiuis cuſtodiatur om-
nino. Si uero uulnus alicui inteſtinorum accidit:
tunc præcipiunt antiqui vt fiat clyſterizatio cum vi-
no pōtico nigro tepido, vt prohibeatur ne fiat putre
factio, & dolor mitigetur. Inquiunt iterū ꝙ ſi groſſis

intestinis vulnus acciderit, facilius recipit cōsolidationē siue curationē. Si autē subtilibus, fit contrarium illius. Sed illud quod ex intestinis ieiunū dicitur, curationem penitus non assumit. & illud ideo est, vt refertur, propter multitudinē uenarum et arteriarū & subtilitatem eius: & propinquitatē ipsius naturæ neruorum. & etiā quia propinquius est hepati plus quā alia intestina. Et modus cum quo est possibilis restauratio disruptionis intestinorum, si fuerit parua, est ut cū acu subtilissima, ac filo de serico diligenter suatur: deinde, sicut diximus, intestina intromittātur: filorū quoq; capita extra vulnus dependeant. Nec ipsum vulnus claudi permittas: donec incarnationē receperit intestinum. Medicamen etiam conglutinationē faciens super intestini suturam appones: si illud est tibi possibile. Inquit Albuc. quod iā dixerunt quidam experimentatorum: ꝙ quando accidit intestino vulnus, & est paruum, oportet vt ligetur secundū hunc modum. & est vt accipias formicas magnorum capitum: deinde aggrega duo labia vulneris: & pone formicā vnam ex eis quæ habent os apertum super duo labia vulneris. cum ergo capit super ea, & cōstringit os suum, abscinde caput eius quod adhęret ei, & non soluitur. deinde pone formicam aliā prope primam: & non cesses facere illud cum formica, & post formicam secundū quantitatem totius uulneris: deinde reduc ipsum, & sue uulnus. illa enim capita remaneant annexa intestino donec liberetur & sanetur: & nō penitus accidit nocumentum. & iste est modus suturæ cum formicis secundū viam fiduciæ. Inquit etiam Albu. si uulnus magnū & amplum fuerit, & maxime in uno intestinorum gracilium: tunc non est ingeniatio: neq; est subtiliatio ipsius: nec sanatio omnino.

Preterea quādoque accidunt uulnera in partibus pectoris uel thoracis: aut dorsi: uel in alia parte corporis: et sunt penetrātia ad interiora: tūc regimen curationis ipsorum est secundū hunc modum uidelicet, ꝙ in principio non apponatur medicamē, ut sanguis refręnetur: ne, sicut inquiunt sapientes uiri huius artis, retineatur in profunditate corporis, & reuertatur ad cor: & interficiat ægrum: immo administranda est medicina attractiua. Inquit Aui. Et omne in quo est caliditas subtilis cum exiccatione uehemēti subtilis substantiæ, nō euacuatur ab attractione. Et prohibeatur assiduatio mollificatiuorū ne liquiditas aggregetur in profundo: quoniam huiusmodi uulnera sunt difficilis mundificationis propter inobedientiā loci: quod est. quia eorū profunditas est occulta. Vnde inquit Gal. In uulneribus pulmōis aut diaphragmatis: uel in interioribus siphac: semper oportet studere, ut quāto magis fieri potest, desiccetur: siue cum emplastris extra positis: uel cum potionibus. Si uero medicinā non habes attractiuam: tunc cotū, idest bōbacem administra: uel quod currit cursu eius: ut illud quod egreditur fugat. Sintque liciniorū capita extra uulnus, & dependentia grossiora: ita ꝙ ex cōpressione ligaturę corpus intrare nequeant: & ibidē remanere: quoniā hoc proculdubio causa putrefactionis esset. Et pręcipe infirmo, ut dormiat super uulnus, ne in ipo sanies aggregetur. Q; si oportet uulnus lauari, lauetur cū oxyzachara, melicrato, & similibus. Et caue secundū uirtutem tuā ut non mundifices ipsum cum acuto medicamine: sicut est flos æris cum aceto:

E quoniā ut Gal. asserit, patiens moreretur. Et quādo nō securaris ꝙ sanguis aut putredo interius aggregata per uulnus mūdificari non ualeat: tunc antequam aggregetur, infirmo pręcipiēdū est: quatenus uinum uel aquā pluuialem in qua terra sigillata decocta sit, in potu sumat. & similiter quando decoquūtur in ea balau. sumac, corti. malorum gra. & similia his. huiusmodi enim styptica omnibus uulneribus penetrantibus maximū præbent adiutorium, quoniā sanant & consolidant ipsa a parte interiori. Si autē saniē per assumptionem potus mundificare uolueris: tunc detur sicut diapenidiō diadraganthū, et similia cū aqua decoctionis liquiri. hyssopi, uuarum pas. & similium. Q; si huiusmodi uulnus prolongatur ad sanandū spatio lōgo: & iam semper aperitur: tunc scias, ut inquit Albuca. ꝙ iam factum est fistula: & est ex illis quæ rara
F ro & difficile recipiunt curationem. propera ergo te ad curationem eius cum festinantia.

### *De summa curationis uulnerum neruorum in uniuersali.* Cap. V.

Vt dicit Gal. & Halya. & alij periti ueteres: solutio continuitatis in neruis propter plurimum sensum ipsorū & continuationē eorum cū cerebro, spasmū uelociter cōmouet: & propter hoc dicit ipse Gal. Punctura nerui & tenātos, seu tēdonis parata est ad prouocandum spasmum. Et licet multę sint causę quibus spasmus in uulnere neruorū generatur: istę tamē sunt uehemētiores, scilicet frigus, dolor, & putrefactio. Omnis nanq; materia frigida nocet neruis, ex eo ꝙ substātia neruorū frigida est. Item omnis dolor
G exacuit rheuma: unde tumor et apostema generatur, quibus facile spasmus generatur. Cęterū quando putredo coadunatur in uulnere neruorū: & neq; ad exteriora fluere propter clausurā orificij uulneris: fit putrefactio et corrūpitur membrū. deinde sequitur spasmus: nerui enim sunt de materia humida creati a frigiditate congelata & conglutinata: & propter hoc quādo accidit putrefatio augmentatur in eis: quapropter sit intentio tua in prohibitione prædictorum. Sis ergo solicitus vt scissura aperiatur, et dilatetur, vt virus effluere possit: & non festines consolidationē eius sicut imperiti faciunt: nisi prius dolor mitigetur: & locus mundificatus fuerit: atque ab apostemate fueris securus. corpus etiā si opus fuerit, mundificetur, & regimen subtilietur vltima subtiliatione. Scissura vero aut fit in longū, aut secundū latum. sed quæ fit secun-
H dū longū testante Gal. laudabilior. alias salubrior est. & quæ fit secundū latū, molestior est & propinquior ad spasmū. Vnde Aui. Si neruus incidatur secundū latum & nō omnino: aut puncturam patiatur: oportet vt totaliter abscindatur, ut sis a spasmo securus. quoniam, vt inquit iterum Gal. tunc apostema est iunctū parti incisæ & non incisę. vnde per nō incisam passio ad cerebrum ducitur, & spasmū in eo accidere facit. Quare tunc etiam oportet vt ægrum phlebotomemus sine consideratione virtutis: ac collū, ceruicem, & spinam, & subascellas frequenter cum oleo tepidę calefactionis vngamus, si vulnus in superiori parte corporis fuerit, vt in manibus & brachijs: si autem in inferiori, sicut in coxa, crure, pede, pectine, & inguine, similiter vngamus. huiusmodi nanq; vnctio multum

tum securata spasmo, si in eo futurus est. Et si iam acciderit, plurimumque ipsi vltima curatione succurrit: aut post totam incisioẽm in latitudinem oportet vt neruus suatur: quoniã facilius incarnatur: & fortasse nisi suas ipsum: vt dicit Auic. non conglutinatur.

Medicamen cõueniens vulneri neruorum est calidę & siccę naturę, cum subtili substantia: & est eius exiccatio vehemens valde cum attractione: & non cũ stypticitate omnino. ipsius vero caliditas est temperamento vicina. calidum enim superflue non conuenit eis. Et cauendum est, ne dolor sedetur cum aqua calida ex eo quod putrefacit: quoniã nerui sunt de materia humida: quam congelauit frigus. & sicut diximus creati sunt. & propter hoc ex calido & humido putrefiunt. Neque etiã frigida omnino administrẽtur: quia porros oppilant, & spasmũ generãt. Immo mitigetur dolor cum oleo calefacto: B quia & si oleum non putrefacit: tamen nõ excusatur quin habeat proprietatem sedandi dolorem, subtiliã di medicinas, & faciendi eas cursibiles: & idcirco sit oleũ subtilium partiũ cũ stypticitate: quia minus putrefacit: & non euacuatur ab attractione. Inquit Galenus quod oleum vetustius est dissolubilius: recens vero mitigatiuius est: sed mediocre est inutile: et oportet ut mutetur oleum secundum varietatem temporis. In ęstate ergo administretur oleum ro. in hyeme cõmune: quoniam in ęstate frigidior medicina, et in hyeme calidior est eligenda. Et quandoque etiam cum euaporatione pãnorum calidorum positorum super locum fit doloris sedatio. Sulphur viuum propter exiccationem suam & subtilitatem suam, si cum modico oleo ad modum vnguenti conficiatur: valet ad uulnera neruorum, scilicet cooperatorum. Et calx vi C ua cum aqua dulci multoties abluta, & cum oleo confecta vtiliter potest administrari. et thucia eodem modo abluta & confecta. Gal. sola terebin. in huiusmodi vulneribus vsus est: & hoc in pueris, & mulieribus, & humidas habentibus naturas. In siccas vero & duras habentibus complexiones cum ea modicum euphorbij admiscebat: ac etiam in durissimis & siccissimis corporibus serapinũ cum terebin. vel oleo administrabat. fæx etiã ceræ sola vel cum modico euphorbij quandoque administratur. Dicit iterum assam fœtidam bonã esse, si de ea fiat emplastrũ. Est autem cõsiderandũ consideratione bona: vtrũ neruus discoopertus sit: & vulnus valde dilatatũ aut non. quod si fuerit: non suffert medicamen vehementer calidum: sicut est euphorbiũ: & sulphur & his similia: immo indiget medicina minoris caliditatis, sicut est thucia ab D luta, et etiam calx abluta. Et similiter non suffert quãdo neruus est discoopertus, & vulnus largũ sicut diximus: vt ponatur super ipsum oleum. verum vt dicit Auicen. quia oportet vt trãseat super ipsum prius coctum vinum: deinde oleum. Et medicinę quidem quę administrãtur in huiusmodi uulneribus, nõ abluuntur alia de causa, nisi vt acuitatem & mordicationẽ amittant: quoniam mordicatio apostema generat et tumorem. hęc autem omnia tepida ponantur: quia frigida spasmũ generant. Et de medicaminibus compositis est medicamen Gal. mirabile: quod iam expertum est apud me: & est illud quod fit ex cera, & resina, & euphorbio, & pice, & oleo. de vnoquoque prędictorũ ponitur pars media: & de oleo sit pars vna. Oportet autem te subtiliter intueri ne medicina in calefactione modum excedat: aut ne calefactio necessaria minuatur, & similiter abstersio & exiccatio, quod si videris medicinam vltra quam sit necesse calefacere, quod rubor & calor membri absque dubio declarabunt: tunc membrum infrigidandum est donec caliditas superflua minuatur. Si vero vulnus lauari oportet, tunc fac sicut præcepit Gal. & est vt in primis sanies abstergatur cum coto uel cum panno: deinde cum saba: aut cum melicrato, vel vino dulci, aut pontico: et iterum desicca humiditatẽ cum coto sicut diximus. Et cauendum est ne mollificatiuum nec maturatiuũ medicamen aponas: immo semper desiccatiua: quoniam, ut inquit iterum Gal. accidit cuidã homini punctura cum ferro minuti capitis, & disrupta est cutis, et continuata est quibusdam neruis manus eius, ac stolidus medicus posuit medicinas mollificatiuas: sicut emplastrum de farina tritici & aqua et oleo: quare putrefacta est manus eius, & mortuus est infra septimũ diem: quoniam superuenit ei spasmus, propter putrefactionem. Si vero scissurę orificium apertum fuisset, & medicina desiccatiua cũ attractione & subtili substantia administrata fuisset: morti nõ succubuisset homo ille. Scias quod ideo medicina subtilis substãtię cõuenit ministrari: vt absque dolore penetret ad profundũ: quia nerui positi sunt in profundo, vt per ea a quibus cooperiũtur, defendãtur ab extrinseco nocumẽto.

Pręterea oportet, cum uulneri neruorum calidum accidit apostema: vt sit solicitudo in eius sedatiõe. Et de illis quę sedant ipsum est sicut emplastrum de farina hordei uel fabarum aut orobi decocta cum aqua cineris vel aceto aut aqua simplici in qua sit uirtus serapini. Et non oportet vt ponatur huiusmodi emplastrum nisi tepidum: quia sicut bene dicit Aui. nihil nocibilius & deterius est neruis uulneratis quã illud quod est frigidum. Et cum neruis iterum euenerit attractio sine ruptura carnis: si non fuerit in loco apostema: tunc cum sedãtibus dolorem curetur: sicut cum embrochatione olei calefacti: maluauiscus coctus, & contritus compositus super neruos attritos præbet mirabile iuuamẽtum: & etiam cepe bene decoctum. Durities etiam quę neruis accidere consueuit: curatur etiam sicut durum apostema curatur.

*De iudicijs mortis uel periculis in quibus communicant uulnera quorundam membrorum.* Cap. VI.

Membra secundum plurimũ significantia mortem cum eis accidit vulnus, sunt sicut vesica, cerebrum, cor, renes, hepar, diaphragma, pulmo, stomachus, & intestina minuta. Et hoc confirmatur ab Hippo. in aphorismis, cum dixit vesicam incisam aut cerebrum aut cor aut renes aut diaphragma aut aliquod intestinorum gracilium aut ventrem aut hepar, mortale est: et Gal. exponit in cõmento quorum significatio cũ vulnus fuerit in eis, talis existat. De corde autẽ vulnerato sanguis exit niger: & est vulneratio quasi prope mamillã sinistra, acciditque patienti sudor, & frigiditas extrẽitatũ: & est proculdubio secũdum omnẽ dispositionẽ mortalis. Si in diaphragmate fuerit vulnus, tunc prope costas paruas percussio facta est, ac magnus & spissus erit anhelitus cũ dolore vehementi, & suspirio, & vtriusque humeri motione: patientis quę mors nõ prolongat: et maxime si uulnus in parte neruosa fuerit, quoniã cum in parte carnosa existit: tunc testante Gale. possibile est vt sanetur, &

Gal. ad neruos incisos.

consolidetur. Si in pulmone fuerit sanguis, exit
spumosus: & fit anhelitus frequens, colorque pa-
tientis mutatur. Si in stomacho, cibus per vulnus
emittitur. Si in vesica, vrina funditur. Si in inte-
stinis, egestio per plagam egreditur: & quandoque
exit intestinum aut zirbus. Si vero in cerebro, co-
gnoscitur per id quod narrabitur in capitulo de fra-
ctura cranei. Q. si supradictis membris mortalia si
gna non apparuerint: tunc in ipsorum curatione secũ
dum ingenium & tuæ discretionis arbitrium studiũ
impendatur: quoniam fortasse cum auxilio Dei libe-
raretur infirmus. Si vero contrarium accidat, om-
nino desistendum est. Et plurimum quidem vt di-
cit Auicen. ille cui accidit vulnus in ventre suo, & ac
cidit ei nausea aut singultus aut solutio ventris, mori-
tur. Et si ex uulnere facto in profunditate pectoris,
spiritus egreditur: & erit cum eo tremor cordis & ha
nelitus strictura; est mortalis. Sed quia medici ratio
cinati sunt, & adhuc ratiocinantur de vulneratione
pulmonis: oportet nos aliquantulum disputare. Di-
co ergo ꝙ vulneratio pulmonis duobus modis con-
sideratur: quoniam aut consideratur a causa interio-
ri: aut a causa exteriori. Consideratur autem a causa
interiori: & phthisis appellatur: & tunc non curatur,
vt dicit Sera. propter triplicem rationem. Vna est, vi
delicet quia medicinarum virtus ad locum perueni-
re non potest propter longitudinem viæ: secunda est
humiditas illius membri: tertia est superfluitas motus
eius: verum Sera. intentio in hac parte non fuit nisi
de vulneratione putrida & antiqua: quia si recens fue
rit: antequam sanies in ea colligatur, affirmante Gal.
propter hoc aliquis de curatione eius desperari non
debet. A causa autem exteriori dico ꝙ si uulnus sicut
diximus recens fuerit, consolidari & sanari possibile
est: & appositio etiam medicinarum ad mũdificatio-
nem illius membri magis præualet: cum vulnus est
exterius quam interius. Porro cõtrarietas propter
quam pulmo curationem non recipit, est humiditas
eius & motus continuus, sicut narratio iam præcessit.
Gal. inquit, mẽbra uulnerata necesse est ut quiescant:
alioquin nullatenus consolidantur: ꝙ est quia ex mo
tu dilatantur, & elongationem vulneris patiuntur.
Præterea vulnera quæ cadunt super extremitates la-
certorum sicut sunt quæ accidunt tribus digitis supra
genu vel infra vel supra iuncturam manus aut intra
cubitum & humerum, sunt secundum plurimum si-
gnificãtia mortem: & fortasse raro accidit quin inter-
ficiant. Et scias, tu dicit Gal. et Almansor: quoniam
musculi sunt compositi ex carne & neruo & ligamẽ-
to: & sunt voluntariorum motuum instrumenta: &
est tamen eorum figura in modum arcus. Et quia in
eis nimia est sensibilitas: & partim etiam a cerebro &
partim a corde ipsorum procedit origo: Idcirco per-
nitiosa eorum sectio iudicatur: & cum accidit in mẽ-
bris sensibilibus & lacertosis spasmus, non recipit cu
rationem: vt Auicen. dicit. nisi incidatur lacertus in
latitudinem, tunc oportet vt illius membri actio de-
struatur: quare si possibile est tibi spasmum cum alia
re curare, lacerti detruncatio postponatur. sin autem
vt Gal. consulit, melius est quod sic se habeat patiens,
quam a spasmo moriatur. Generaliter autem om-
nia vulnera quæ fiunt in locis neruosis: vel neruorũ
uicinis, sunt significantia timorem: quia multoties se-
quuntur ea accidentia mala. sicut spasmus, alienatio,
E & permistio rationis, et in quocunque loco fuerint, si
magnam habent profunditatem et capacitatem, sunt
vicina timori: quæ vero sunt in membris carnosis, in
quibus sunt pauci nerui, pelliculę, venę seu ligamen-
ta, & non sunt magnæ profunditatis neque capacita-
tis, saluiora sunt.

### *De uulneribus quæ fiunt ex contusione.* Cap. VII.

CVm vulnera ex contusione accidunt, non ne-
gligatur contusio: et vulnera sanentur ne mem
brum corrumpatur, et putrefiat: quia, sicut dicit Gal.
omnis contusio carnis necesse est putrefieri: cuius pu
tredo ad vulnus attrahitur: & carnis regenarationi et
consolidationi repugnat. In curatione huiusmodi au-
tem vulnerum principaliter quatuor intentiones re-
quiruntur. Quarum prima est, vt corpus per phle-
F botomiam & ventris solutionem euacuetur, si indi-
get illa, vt sit adiutorium in alleuiatione tumoris. Q.
si contusio fuerit profunda, & totus sanguis coagula-
tus, tunc phlebotomia non sufficit: verum oportet
vt attrahatur cum fortitudine, scilicet cum ventosis
& scarpellatione & etiam sanguisugis. Secunda est
vt administretur cataplasma mollificatiuum & ma-
turatiuum: sicut embrocha de farina tritici & aqua &
oleo: nam huiusmodi medicamen sanguinem qui iã
in contusione coagulatus est, mirabiliter subtiliat, &
liquefacit, dilatando poros, & dolorem etiam mitigã
do, quoniam calorem innatum aggregat & conser-
uat. Tertia est vt sanies mundificetur. Quarta ve-
ro et vltima est, vt vulnus cum medicina exiccatiua,
sicut reliqua vulnera curetur. Sciẽdum est tamen,
vt ipse Gal. testatur, ꝙ carnis contusio difficilius quã
scissura consolidatur.

### G *Quare uulnera morantur ad sanandum: & de cautela cu-rationis eorum.* Cap. VIII.

TEstante Gal. sanitas vulneris tardatur: aut pro-
pter malam complexionem carnis in qua exi-
stit: aut propter sanguinem ad eam transmissum pro
nutrimento corruptũ in qualitate & quantitate. In
qualitate sicut si fuerit acutus vel corrosiuus aut gros
sus vel subtilis. acutus enim sanguis nedum vulnera-
tam carnem: verum etiam bonã lędit: similiter si fue-
rit grossus vel subtilis plusquam oportet. Et plurimũ
eius est propter malitiam cõclusionis hepatis aut sple-
nis: quare cognoscitur per malitiam coloris corpo-
ris: & per formam eiusdem malam. Et tunc primo cõ
uertendum est ad curationem malitię hepatis uel sple
nis cum ventris solutione & phlebotomia, & detur
H cibus qui generet bonum sanguinem cõtrarium illi:
deinde ad curationem vulneris redeundum est. In
quantitate vero sicut si sit plus uel minus quam opor
tet. Si enim plus fuerit, ꝙ scitur ex plenitudine corpo
ris totius & venarum inflatione: sanies in vulnere au
gmentatur: & tunc phlebotomia vel uentris solutio-
ne subueniendum est. Si uero minus quã decet, ꝙ sci-
tur etiam, quia corpus macrum est, atque pauci san-
guinis: natura nõ inuenit materiam unde caro ualeat
generari: & tunc locus fomentandus est cum aqua ca
lida, donec membrum infletur, & rubescat, & ęgri re
gimen ingrossetur. Mala autem complexio carnis
in qua est uulnus, aliquãdo fit ex caliditate, aut ex fri-
giditate: & aliquando ex siccitate, uel humiditate. Q.
si de caliditate fuerit, talia signa procedunt: rubor, ca-

lor,

lor, & nimia sanies & subtilis. Si de frigiditate contraria uidentur. Si de siccitate durities & asperitas & sanies pauca. Si uero ex humiditate, mollities & multa & grossa sanies apparebit. Et tunc contraria curantur contrarijs: calida cum frigidis, quæ stypticitatem habent, ut cũ succo solatri uel aceto, aut aqua decoctionis corticum malorum granatorum & similium: frigida cum calidis, ut est ablutio uini tepidi: sicca cum humidis, ut fomentatio aquæ calidę, donec membrũ infletur & rubescat. Et caue ne pertranseas modum istius quantitatis in fomentatione aquæ calidæ: quoniam attraheretur materia multa cum nocumẽto ad membrum: & similiter emplastrum piceum aliquando loco aquæ calidæ supponitur: & medicamẽ quod administratur huiusmodi vulneri, sit minoris exiccationis: humida uero cum siccis curentur ut cum bolo & aceto: & similibus. Præterea multoties mala caro crescit in uulnere: cuius causa bona scilicet caro non nascitur. Quapropter medicamẽ acutum & corrosiuum administrandum est, ꝙ in capitulo de fistulis reperitur, donec penitus desiccetur: quoniã in carne addita nihil operatur natura: ideoque si tu ea uis euellere, eius adiutorium non expectes, sicut in carnis nascentia expectatur. ex opere quidem naturę carnis fit creatio, sed id quod natura non facit, est operationi eius contrarium: quare oportet ipsum artificialiter extirpari: & iam hoc dictum est ab antiquis, quibus cum affluentia uigebat peritia. Aliquando caro super labia uulneris induratur: uel intus. cuius occasione bona non nascitur: & tunc oportet ut fiat in ea fricatio cum aliquo instrumento, donec sanguis fluat. Si uero grossa fuerit, usque ad bonã incidatur: deinde uulnus curetur. Cæterum aliquando uariolæ uulneri superueniunt: & tunc ęger phlebotomandus est, atque eius uenter soluendus est: ciboque subtili nutriatur. Et multoties in uulnere profundo aliquod ossis frustulum continetur: cuius acuitas carnẽ pũgit: quare uulneris sanitas retardatur: tunc ergo cũ facilitate in eius extractione studium impendatur. Et quando vulnus tardatur, & non recipit sanationẽ omnino spatio longi temporis secundũ modum prędictum: tunc curatio eius est curatio vlcerum.

### *De diffinitione & natura medicinarum facientium nasci pus in uulneribus & ipsorum curatione & compositione. Cap. IX.*

Medicinę facientes nasci pus, sunt, quarum proprietas est vt acquirant digestionem humiditati: & oportet vt earum caliditas sit ęqualis, idest, vt sit proxima caliditati corporis: & sit eius inuiscatio quædam, & earum virtus est humorem retinere, calorem naturalem confortando, & materiam humectando, donec digeratur. Et fortasse quandoq; reperitur ꝙ medicina styptica & frigida maturat: sed scias ꝙ illud non est ex sui natura: immo ex accidẽte: quoniam sua frigiditate & stypticitate oppilat poros venarum, & prohibet fumositatem & spiritus a resolutione: sicque calorem naturalem interius confortando, maturat: vt solatrum. Et ex medicinis quidem facientibus nasci pus: sunt triticum masticatum, maluauiscus, semen lini, fœnugræcũ, ficus siccę, pingues, adeps porci, & similia. Et de compositis quidem quibus uti consueuimus in uulneribus, est medicamẽ illud bonum. Reci. succi apij, ebuli, vini, mellis. axun-

A giæ porcinæ, butyri, ana partes æquales, & de farina tritici qd' sufficit: quæ omnia simul incorpora, & tandiu coquantur, quousque inspissentur. Item aliud. Reci. axungiæ porcinæ liquefactę, vel olei par. i. aquę par. v. & farinæ tritici quantum sufficit. omnia simul misce, & incorpora: deinde sicut superius ad ignem coquantur. Item aliud. Reci. mellis par. iiij. & axungiæ par. i. & incorpora cum aqua & farina tritici cum quantitate quę sufficit: deinde coquatur, sicut sciuisti. Item embrocha bona. Reci. farinam hordei, & cum aqua & melle conficias. Et est sciendum ꝙ quãdoque propter necessitatem resoluitur crocus prædictis embrochis ad sedationem doloris: crocus etiam competenter maturat, & dolorem mitigat.

### *De diffinitione & natura & medicinarum facientium nasci carnem in uulneribus & ulceribus, & incarnatiuarum, & consolidantium: nec non de consideratione eorum quæ attendenda sunt contra naturalem complexionem membri uulnerati & totius corporis atque uulneris & ulceris: & de modo administrationis & collectionis & compositionis earum. Cap. X.*

B

Medicamina quorum administratio est necessaria in uulneribus, vt eorum concauitas ad suã redeat sanitatem completam, diuersificantur secundũ diuersitatem eorũ nominum: nã alia dicuntur regeneratiua carnis, alia incarnatiua seu cõglutinatiua: alia cõsolidatiua, seu sigillatiua uel cicatrizatiua. Et iterũ diuersificãtur secundũ diuersitatẽ operationũ suarũ: quoniã operatio medicaminis ĩcarnatiui diuersificatur ab operatione carnis regeneratiui & consolida-
C tiui, et econuerso. Sed ego dicam in primis differentiã nominum eorum: deinde secundum verba & sententiam gloriosorum Galeni, & Auicennæ, & aliorum veterum ordinatim procedam. Dico ergo ꝙ inter medicamen sigillatiuum, & cicatrizatiuum, & consolidatiuũ, omnino nulla est differentia: & similiter nulla est differentia inter incarnatiuum & conglutinatiuum. Inter carnis vero regeneratiuum, & incarnatiuum, & consolidatiuum differentia est: & quæ sit eorum differentia notificabitur tibi per naturam ipsorum, & diuersitatem operationis, & per successionẽ administrationis, sicut ad pręsens veniet rememoratio sua. Medicamẽ incarnatiuum est illud quod aggregat inter duo labia elongata: vt dicit Auic. & non oportet vt operetur nisi in superficie amborum, faciens adhęrere ea cum rore qui est in substantia ambo-
D rum. Natura vero eius est exiccatio vehemens absq; abstersione: quoniam abstersio est contraria eius intẽtioni: & intentio eius est facere illud quod colligitur de sanguine nutrimentum & adherentiam: sed abstersio abstergit illũ sanguinem: quare fit eius dispersio: & ita consumitur materia, ex qua conglutinatio expectatur. Et non indiget diminutione in exiccatione: sicut carnis generatiuum, quoniam in carnis regeneratione indiget vt currat ad ipsum materia, & illius materiei cursum prohibet exiccatio: incarnatiuũ vero nõ indiget illo, immo indiget exiccatione, fortiori cum pauca stypticitate. Medicamen consolidatiuũ est illud ꝙ exiccat superficiem vulneris donec fiat vt cortex custodiens illam super ipsam ex nocumentis, quousque generetur cutis naturalis. Est autẽ eius natura exiccatio vehemens valde, & stypticitas absque

mordicatione: & non indiget etiam, vt habeat mundificationem: quoniam uulnus in quo adminiſtratur, non habet ſaniem quæ mundificari debeat: & ideo in vulneribus ſanioſis hoc medicamen apponere euitamus, timentes ſicut dicit Gal. ne ſanies cum vulnere ſolidetur. Et ſic incarnatiuum indiget uehemēti exiccatione, & pauca ſtypticitate. Sigillatiuum tamen vehementiori exiccatione, et multa ſtypticitate indiget: quoniam neceſſe eſt vt recuperet quod eſt perditum per naturam vehementioris exiccationis, ſcilicet cutem, exiccādo humiditatem extraneam & radicalem vehementer. Et eſt notandum ꝙ etiam conſolidatiuum cum auxilio naturæ, addit in quantitate carnis vſquequo cōſolidat. Medicamen faciens naſci carnem ſeu carnis generatiuum, eſt illud quod coagulat ſanguinem ſanum venientem ad vulnus in carnem. Et eſt eius natura exiccatio & mundificatio: non tamē mouet excedens: ſi enim in eo fuerit exiccatio vehemens, fieret prohibitio ſanguinis venientis ad vulnus: quare nō habebit materiam generandi carnem: ſimiliter ſi fuerit in eo abſterſio vehemens, remouebit eum facientem ipſum currere: quare conſumetur materia carnis inuenta: oportet ergo vt non ſit pluri ma exiccatio: immo uſque ad terminum, ideſt primum gradum, non multum tranſcendat, aut ſit propinqua complexioni membri ſubiecti ſicut dicetur: neq; abſterſio fortis valde, immo pauca in tanta quātitate vt ſordities abſtergatur abſque mordicatione: quoniam mordicatio eſt contraria eius intentioni: & non eget vt habeat ſtypticitatem omnino. Conſideratio autem quæ attendenda eſt circa diſpoſitionē conclusionis membri vulnerati et totius corporis atque vulneris vel vlceris eſt: quoniam ſi membrum in ſui concluſione multæ fuerit humiditatis, & vulnus vel vlcus non multæ fuerit humiditatis: ſufficiet ſibi exiccatio vulneris pauca, vt in gradu primo: ſed ſi membrū fuerit ſiccum, & vulnus fuerit multæ humiditatis: tūc eſt neceſſarium id quod exſiccat in gradu ſecūdo & tertio. vt reducat ipſum membrum ad ſuam naturalem concluſionem: & ſic intelligendum eſt de toto corpore: quia licet curatio rei quæ eſt extra naturam, per contrarium fiat: res tamen naturalis, vt dicit Gal. debet cū ſimilibus cuſtodiri. Iuxta illud etiam Ioannis Damaſceni emplaſtra atque vnguenta ſecundum vicinitatem qualitatis et ſimilitudinem cōplexionis illius membri, cui apponuntur eſſe oportet. Igitur ſi complexio membri fuerit ſicca, medicamina deſiccatiua conuenit adminiſtrari. Si vero fuerit humida, parū deſiccatiua medicina neceſſaria eſt. Verum ſi vulnera eſſentialiter fuerint multum humida: tunc medicina ſiccior aptetur, ideſt contraria contrarijs curantur: nam omne ſimile gaudet ſuo ſimili, & augmentatur ab eo: & illud eſt contrarium noſtræ intentioni, ex parte rei extra naturā, ideſt morbi: quoniam noſtra intentio eſt vt morbus curetur, & nō augmentetur: ſed ex parte rei naturalis non eſt illud contrarium: ſed ut augmentetur per ſimile: immo eſt cōueniens: res enim naturalis eſt natura & complexio membri. Q. ſi duo vulnera reperiūtur in ſanie modum æqualitatis habere: quorum unum in ſicco corpore: & aliud in hūido: illud quod eſt in corpore ſicco, magis oportet deſiccare, quam illud quod eſt in humido. Quapropter thus & ſimilia humido corpori debent adminiſtrari: quoniam eorū exiccatio pau-

E ca eſt. Ea vero quæ ſunt ſicut ariſtolochia, ireos, & ſimilia, quorum multa eſt exiccatio, ſicco corpori ſunt conuenientia: quoniam ſicut dicit Gal. carnem quam generare volumus, carni totius corpori ſimilari neceſſe eſt. Quātitas vero & qualitas complexionis, in libro compelxionū Gal. ſicut deſideras inuenitur. Verum appoſitionis quantitas, vt ipſe teſtatur in megatechni nullatenus deſcribi poſſet: ſufficit tamen vt ſibi adminiſtretur id quod vicinius eſt: natura quidē ex rebus ſibi vicinioribus adiuuatur ꝙ eſt minus ſupplens, & ſuperfluum expellens, niſi modum nimis exceſſerit: modum enim nimis excedentibus natura neceſſario deficit. Verum artis frequentatio & longitudo temporis, quæ ſunt propinquiora demonſtrāt. Oportet autem te conſiderare ꝙ cum tu adminiſtras medicinam carnis creatiuam, & non naſcitur caro ex

F ea: tunc medicina aut eſt vltra modū deſiccatiua, aut minus quam oportet. Et ſignificatio ꝙ medicina in exiccatiōe modum excedat eſt, quoniam uulnus purum et ſiccum apparet. Si vero ſanioſum, putridum, & humidum apparet: patet medicinam appoſitā debilem ſiccitatem habere. Quapropter ſi medicina fuerit nimis deſiccatiua: tunc ſecundum quantitatem appoſitam quæ minuat ſuperfluum humectetur: et ſimiliter ſi fuerit debilis, eodē modo addenda eſt exiccatio. Ex illis quæ minorant virtutem exiccationis in medicina eſt additio in cera eius et ipſius olei, ſi fuerit emplaſtrum vel vnguentum. Et de eis quæ addūt in eius exiccationem, eſt vt ingroſſetur & inſpiſſetur, & minoretur eius vnctuoſitas: aut adijciatur ei, ſicut mel. Et ſimiliter obſeruandum eſt, vt ne medicina in calefactione aut in frigiditate, modū excedat. Vul-

G nus enim cum fuerit ſuperflue calefactum, circa illud rubor & calor apparet. Si vero infrigidatum, cōtraria ſignificatio reperitur: quare oportet te tunc medicinam aliam neceſſario adhibere. Sane vero nōnulli medicorum ſunt qui omnia uulnera vbicunq; ſint, & qualiacunque ſint, vniuerſaliter cum vno vnguēto ſolo credunt, & aſſerunt ſe curare, quorum intentio proculdubio error eſt. Præterea ſcias ꝙ corpora humida ſunt ſicut puerorum, adoleſcentium, mulierum, & eunuchorum, & illorum quibus carnoſitatis & pinguedinis adeſt copia. Sicca vero cōtraria intellige. Similiter mēbra ſunt ſicca quibus parum carnis & ſangninis & pinguedinis eſt, vt ſūt aures, oculi, nerui, digiti, & nares, et ſimilia. Hūida ſunt ecōtrario.

Modus vero adminiſtrationis prædictorum medicaminum talis eſſe conuenit, videlicet, ꝙ in vulneri-

H bus concauis, in quibus eſt diminutio carnis: & ſimiliter in vlceribus profundis, in quibus eſt ſubſtantia carnis deperdita: primo debet adminiſtrari carnis regeneratiuum: præcedente tamen mundificatione, ſi fuerint ibi ſordities. & cum caro iam generata fuerit cum quantitate ſibi neceſſaria: tunc adminiſtrandum eſt medicamen ſigillatiuum: ut cicatricem inducat. In contrarijs autem vulneribus, in quibus videlicet, id quod deperditum eſt, non eſt aliud niſi cutis: tunc a principio vſque ad finem, eſt optimum medicamen ſigillatiuum. Verum incarnatiuum nō ſequitur ordinē carnis regeneratiui, neque ſigillatiui: neque ipſa ſequuntur ordinem eius qđ eſt: quia in vulneribus in quibus adminiſtratur incarnatiuum, illorum adminiſtratio non eſt neceſſaria neque ante ipſum, neq; poſt ipſum: quoniam in vulneribus ipſis non eſt neceſſarium

rium vt caro generetur: neque vt cutis consolidetur. Sunt ergo vulnera illa quæ dicuntur recentia & sanguinolenta, quibus administrantur hoc modo incarnatiuum: primo labia vulneris elongata decenter cõiungimus: deinde in amborum superficie medicamen apponimus.

Medicinæ incarnatiuæ de quarum bonitate experimento & ratione ac testimonio veterum sum confisus, sunt sicut cortices palmę, folia arnoglossæ, folia caulium, folia arborum malorum, folia cypressi, & rami eius, folia pentaphyllõ cum melle, glutinum albotim. i. terebinthina, nux recens contrita cum aqua & sale in vino bullita, et folia acetosę, puluis molendini, hordeum adustum proprie in corporibus senum, flos sorbæ, herba caudæ equinæ, lac etiam acetosum mirabiliter magna conglutinant vulnera: et de oleis bonis est myrtinum & ros. De medicaminibus compositis est medicamen Auic. quod dicturi sumus, & medicamen etiam alb. est mirabilis conglutinationis, & est illud quod Reci. olibani, par. i. sanguinis draconis, par. ij. calcis non extinctæ, par. iij. inquit quando non sunt in præsentia olibanum & sanguis draconis, sola calx perficit illud.

Medicinarum facientium nasci carnem, quędam sunt leues in exiccatione: & quædam fortiores eis. Sed quæ sunt leues, in humidis administrantur corporibus: quoniam propter leuitatẽ suæ exiccationis in corporibus siccis carnem minime generarent. Illæ autem quæ sunt vehementis exiccationis, in siccis administrentur corporibus, sicut iam rememoratum est. Et medicinæ quæ leues sunt, sicut olibanum, mastiche, myrrha, aloes, colophonia. i. pix græca, farina fabarum, & farina hordei, & his similia: his fortiores autem sunt sicut aristolochia combusta, dragaganthum combustum, opopanax, ireos, farina lupinorum, farina orobi, & his similia, habentia proprietatem faciendi nasci carnem. Sed qualitas faciendi ex eis vnguentum, est vt liquefiat cera cũ oleo cõmuni secundum quantitatem necessitatis tuę: deinde supponatur puluis medicinarum earum quas vis: & omnia incorporentur adinuicem: & fiat ex eis vnguẽtum. Et necessitas quidem quæ nos prouocat ad olea et ceram est, quoniam, vt testatur Auic. medicinæ siccæ sicut lithargyrus, & aliæ minerales, non descendunt ad profundũ: neque penetrant in poros: uerum cum ex eis fit cerotum, cursus olei eas submergere & penetrare facit vsq; ad locum quẽ volumus.

Medicinæ consolidatiuæ quas elegi & accepi ex summa librorum veterum, postquam certificatus sum ex eis cũ testimonio rationis et exercitio vltimo, sunt sicut lithargyrus, centaurea minor, ossa combusta, cortices arboris pini, & proprie cum ceroto de oleo ros. vel myrtino, & resina sicca, abrotanum, asarum, olibanum minutum, balaust. gallæ, alumen, folia fici, lumbrici terrestres, stercus canis comedentis ossa, stercus lacertæ, & Hippo. cõmendauit herbã quæ pes corui nominatur. & de secretis est aristolochia cõbusta, climia proprie cõbusta, colcothar combustum, vitriolum rubeum. Ea quæ corrodunt & minuunt carnem: fortasse, vt testatur Auic. consolidant in vehementi humiditate: & proprie quando aduruntur, fiunt consolidatiuæ, & minuitur eorum corrosio: et pręcipue si abluantur. Verum flos eris, & medicinę quę sunt vehementioris corrosionis, nõ

A conueniunt ad istud, nisi cũ magna cautela, & in uulneribus & vlceribus multæ humiditatis, æs vero adustum, si abluatur, conueniens est in consolidatione. Nota ꝙ puluis olibani ponitur in vulneribus tribus de causis, propter fœtorem remouendũ, propter carnem augendam, propter fluxum sanguinis. & in vlceribus calidæ complexionis & apostemosis sandali, & nenuphar mirabiliter congruunt, & aloe & proprie in partibus ani & testiculorum.

De medicaminibus compositis est emplastrũ Aui. de lino mirabile. Reci. pannum de lino ablutum nitidum, & tere donec fiat puluis: deinde sumatur oleũ vehementis stypticitatis: sicut est myrtinum, vel rosatum: & pone in ipso parũ galbani donec dissoluatur: deinde pone ipsum pannum contritum, & ex eo fac emplastrum. ꝙ si volueris vt fortius operetur, addatur parum thuris, & aristolo. adustę.

B Puluis leuis Auicen. Reci. cerussæ, merdasengi. i. lithargyri, amborum, ana par. i. scoriæ plumbi, myrrhæ, gallarum, omnium, ana par. 5. omnia terãtur, & fiat ex eis puluis.

Alius puluis Auicen. Reci. ros. cerussæ, balaust. ana drac. viij. seminis ros. alu. gallarum, omniũ ana drac. iij. aristolochiæ adustæ, drac. ij. minuti thuris, drac. i.

Item alius puluis Auicen. Reci. rubeæ, ossium combustorum, merdasengi, ana drac. ij. thuris, aloes, amborum, ana drac. iij. sarcocollæ, memitæ, amborum, ana drac. vnam.

Puluis communis in generatione carnis, & consolidatione. Reci. olibani, aloes, sanguinis draconis, sarcocollæ, omnium, ana drac. iij. aristolochiæ adustæ, lithargyri, cerussæ, corticis arboris pini, & centaureæ

C minoris, ana drac. i. gallarum, balaust. ana drac. ij. hęc puluis mirabilis existit.

Vnguentum quo vtendum est ad remouendũ caliditatem & ardorem vulnerum. Reci. lithargy. subtiliter puluerizati, vnc. i. olei ros. & aceti, ana vnc. i. 5. in primis lithargy. teratur cum aceto & oleo vicissim, donec infletur, & augmentetur: deinde cerussæ puluerizatæ, vnc. i. & camphoræ, drac. i. cum prædictis admisceãtur, & oĩa simul agitãdo incorporẽtur.

Vnguentum ad remouendum frigiditatem vulnerum. Re. olei oliuæ. vnc. v. serapini, opopanacis, ana drac. ij. thuris, sarcocollæ, aristolochię combustę omniũ, ana drac. v. qualitas autẽ conficiendi ipsum est, ut opopanax in oleo resoluatur, & similiter ad ignẽ calefiant: deinde puluis prædictorum cum eis admisceatur, & addatur ceræ secundũ quantitatem ꝙ suf-

D ficiat, & fiat unguentum.

Vnguentum Almansoris ad remouendum siccitatem vulnerũ. Reci. ceræ, olibani, visci, picis, olei, partes æquales: soluantur: & qđ ex eis fit, est vnguentum nigrum.

Vnguentum ad remouendum humiditatem & saniositatem vulnerum. Reci. lithargy. triti. drac. i. olei ros. aceti puri, mellis, ana par. æquales. lithargy. imbibatur cum eis, & teratur donec albescat, & infletur: deinde accipe aluminis, dragaganthi adusti, balaust. gallarum, ana drac. v. & cũ prædictis incorporetur, & fiat ex eis vnguentum. Et notãdum est ꝙ huiusmodi vnguenta diu in uulneribus admistranda sunt, quousque eorum accidentia remoueantur: deinde ad alia medicamina declinandum est, quemadmodum natura membrorum tibi declarauerit.

*De communi disputatione curationis uulnerum & ulcerum.* *Cap.* XI.

QVamuis de curatione vulnerum & vlcerum
in loco proprio sufficienter dixerimus, ad fa-
ciliorem tamen & euidentiorem notitiam pla
cet: vt inde secundũ modum Gal. cõmunis disputa-
tio varietur. Dico ergo ꝙ omnibus vulneribus &
vlceribus naturaliter a principio vsque ad finem de-
siccatiua sunt necessaria: & hic sit pro omni vulnere
recenti & facto in superficie: præter quam in uulneri-
bus & vlceribus quæ fiunt ex contusione, in quibus
non habet locum nisi ꝙ in fine mollificationis & mũ
dificationis ipsorum desiccatiua conueniunt. Illud
idem vtique in quibusdam aliis vulneribus multo-
ties fieri conuenit, quæ aeris alterationem specialiter
recipiunt: sicut in capitulo de vulneribus quæ fiunt
in carne, prædiximus: in vulneribus autem neruorũ,
uel eis propinquis ab huiusmodi curatione fugiendũ
est, vt ab igne. & iam illud etiam in locis propriis est
narratum. Verum in vulneribus & vlceribus con
cauis in quibus est deperditio substantiæ: nostra intẽ-
tio est ut caro generetur: & illud non fit nisi cũ uber-
tate cibi & sang. et administrationis medicinæ exicca
tiuæ: quæ etiam non euacuatur a mũdificatione. Om
nis medicina quæ absque mordicatione desiccat, te-
stante Auicen. est de genere earum quæ faciunt nasci
carnem. In vulneribus autem & vlceribus in qui-
bus id quod deperditum est, non est nisi cutis, medi-
camina multum vehementer desiccatiua decet, &
styptica administrare. Sanguinolentis vero vulne
ribus recentibus, quæ aeris dispositio non mutauit:
neque carnis substantia neque cutis deperditione: nõ
est aliud necesse, nisi vt eorum extremitates adinuicẽ
congregentur: quibus medicina vehementer desicca
tiua, atque parum styptica conuenit, quæ etiam mun
dificatiõis nihil habeat. Q. si prædictis caro superflua
nascitur: tunc medicinam acutam apponimus, quæ
necessario calida est et sicca. Et si fuerit vlcera putrida
quibus acuta non contulerit medicina, ignis admini-
strandus est. Alia vero quæ saniosa sunt, cum me-
dicina saniem mundificante curari debent: cuius mũ
dificatio vehementior esse conuenit quam illius quæ
carnem generat. Oportet autem te scire, & credere
ꝙ in vulneribus sordidis medicina magis abstersiua:
quam quæ administratur vulneribus, necessaria est:
quæ etiam parum mordicationis habere debet.
Si vero vulnera vel vlcera cum mala complexione
reperimus: tunc cõntraria contrariis curamus: sicca
videlicet, cum humidis, & calida cum frigidis: & sic
intelligendum est de aliis qualitatibus. Oportet tamẽ
complexionem corporis & membri vulnerati dili-
gentissime custodire.

*De fluxu sanguinis a uulnere.* *Cap.* XII.

PAlam est & testantur auctores, ꝙ sanguis a ve-
nis aut magnis aut paruis in carne dispersis egre
ditur. Et causa eius egressionis est, vt testatur Gal.
incisio vel apertio extremitatis, aut largatio pororũ
ipsorum. Sed ego, cum isti tractatui nõ sit propriũ,
non nisi de fluxu sanguinis ꝙ fit ex solutione conti-
nuitatis, tractabo. Oportet autem te primo consi-
derare a quibus venis fluxus sanguinis fiat: nam ve-
narum aliæ sunt pulsu carentes: & sunt facilioris cura-
E tionis & minoris timoris: aliæ pulsatiles, quæ dicun-
tur arteriæ, & sunt contrariæ illarum. Significatio
vero ꝙ sanguis manat ab arteriis, est quando sanguis
manat cum saltu: deinde redit currens cum festinan-
tia: et est maioris purpureitatis quam sanguis aliarum
venarum. ꝙ si vno tantum egreditur modo: tunc ex
venæ est incisione. Inquit Auicen. omnis cui acci-
dit euacuatio sanguinis, & proprie arterialis, & super
fluerit, & accidit ei spasmus: secundum plurimum est
mortale. Et similiter si accidat singultus: mortalis. Q.
si fuerit syncopis cum singultu: mors est festina: tũc et
alienatio mẽtis & permistio rationis sunt signa mala.
& propter id ergo oportet vt fluxui sanguinis velo-
ci remedio succuratur. Modus autem refrænandi
ipsum, est vt mẽbrum a principio superius erigatur,
vt sanguis non habeat liberum decursum: locusque
F cũ aqua frigida roretur. deĩde ex medicamine ipsum
prohibente, vulnus optime repleatur: aut ꝙ desuper
sicut oportet ligetur membrũ, & taliter collocetur,
ꝙ nullum sentiat dolorem: quoniam, sicut Gal. testa-
tur, nulla res est nocibilior, et sanguinis fluxus prouo
cantior quam dolor & indignatio membri: hic etiam
calidum generat apostema. Et de medicaminibus
facientibus mirabilia in refrænatione sanguinis, est il-
lud, quod Re. thuris albissimi viscosi, aloes, sanguinis
draconis, boli armenici, omnium partes ęquales. pul-
uerizentur, & cum pilis leporis minutim incisis, ac al
bumine oui conficiantur. Aliud fortius & mirabi-
lius medicamen. Rec. calcis viuæ, sanguinis draconis,
gypsi, aloes, thuris, vitrioli, ana partes ęquales. & etiã
pilis leporis vel araneæ tela, & albumĩe oui: omnia si
mul vt superius incorporentur. Item aliud valde
G mirabile. Re. sarcocollæ, granorum interiorum passu
larũ, vuæ sumac, spongiæ marinæ adustę, lateris adu
sti, sulphuris, scoriæ plumbi, dragaganthi, thucię, ana
par. ęq̃les, puluis ex eis fiat, et abundanter ex eo super
locũ puluerizetur, & conficiatur cum pilis leporis, et
albumine oui, sicut sciuisti superius. Item aliud me
dicamen bonum a Gal. compositum. Reci. colcotar,
drac. xx. minuti thuris, drac. xvi. aloes, glutinis sicci,
ana drac. viii. arsenici, drac. iiii. gypsi, drac. xx. om-
nia pulurizentur, & cribellentur, & abundanter ex
eo super locum spargatur, a que licinia inuoluantur
in eo: quoniã est mirabile. ꝙ si omnia quę diximus, in
ueniri non possunt, ex eis tamen quæ haberi possunt,
medicamen fiat. Multoties quidem sanguis egredi
tur a venis paruis in carne dispersis: & tunc non in-
digemus administratione vehementis medicaminis:
H immo si vis, sola ministratio albuminis oui refrænat
ipsum. ꝙ si fuerit hyems: uitellum cum oui albumine
ponimus: quoniam licet albumen ad frigiditatem, vi-
tellus tamen ad caliditatẽ declinat. Cũ autẽ sanguis
ab arteria magna vel uena fluxerit, nec prædicta me-
dicamina contulerint: arteria illa vel vena apprehen-
denda est cum vncino: ita tamen vt non perforetur:
& cum acu bene suenda atque cum filo taliter nectenda
da vt sanguis constringatur. qđ similiter in alia extre-
mitate venæ regendum est: deinde aliquando ex me-
dicaminibus supradictis administretur, & collocetur
decenti ligatura: atque vsque ad tertium diem mini-
me dissoluatur. qđ si fieri est impossibile, nec ipsa me-
dicamina contulerint, omnino tunc non est excusa-
tio, quin locus cum ferro bene ignito & vehementer
rubeo cõburatur: & ita in profundũ, vt faciat eschar-
ras

ras grossas & spissas: quarum casus tardius & difficilius habeatur: sed si tamen vnum cauterium non sit ad hoc sufficiēs, illud reiteretur simili modo ignitum, donec sanguis abscindatur: verum prçcauēdum est, ne neruus aliquis comburatur: quia ex hoc posset sequi spasmus.

### *De abstractione teli, sagittę, & hastellarum.* Cap. XIII.

Sicut species sagittarum diuersificantur secundū se, & secundum loca super quæ accidunt, sic etiā diuersificatur in eorum extractione modus ingeniorum. Nam ex eis sunt quæ habent cuspides magnas & paruas concauas & solidas. Et sunt ex eis quæ dicūtur tela. Et sunt rotunda, & quadrata, atque triangulata. Locusque super quem cadunt, aliquando est carnosus, aut neruosus: aliquando ossosus est. Sed in prędictis membris aliquādo penetrant ad profundum, aliquando vero non: vnde quæ penetrāt ad profundum, aut tangunt membra principalia vel nobilia: sicut est cerebrum, cor, hepar, pulmo, stomachus, et similia. in quibus si mortis aspexeris signa: abstractio sagittę penitus postponatur. ꝙ si non apparuerint signa: tunc ingenium extractionis adhibeas: quoniam forte infirmus liberatur: sed si in ipsis membris sagittam dimiseris, infirmus proculdubio morietur: nam signa, quando sagitta in aliquo prædictorum membrorum fuerit, sicut in aliquo loco iam diximus: quare oportet nos ad pręsens qualiter sagitta in quocunque loco fixa fuerit foras educi valeat, edocere. Dico ergo ꝙ consideratur in primis si sagitta sit cum ligno, aut ligno careat: aut etiam uulnus strictū sit, ita ꝙ forcipes ipsum intrare nequeant, aut cōtrario modo se habeat. Q; si ferrum cum ligno fuerit: tunc tenta per vulnus intromittatur, donec ad ferrum perueniat, ꝙ per illam significetur quātum possibile est, vtrum ferrum cum ligno bonam coniunctionē habeat nec ne. & si coniunctum ipsum arbitraueris: tūc accipiatur, & paulatim agitando, caute & leuiter abstrahatur. Si autem ferrum caret ligno, aut firmam cōiunctionem non habet: tunc res erit difficilior: vnde oportet ꝙ ibi per vulnus tentā intromittas: vt ex ea ferri semita perpendatur: deinde intromissis forcipibus, si largum fuerit vulnus, cum facilitate foras extrahatur: & si forcipes vulnus intrare nequeunt, aut sagittam comprehendere non possunt propter eius constrictionem: tunc ipsum vulnus dilatandum est cauendo ne neruum aut arteriam lædas: deinde sagitta cum forcipibus accepta leuiter extrahatur. Si uero sagitta in loco fuerit neruoso: tunc in eius extractiōe ingenio maioris subtilitatis & leuitatis vtaris: ne propter hoc aliquis neruus lædatur. Et dixerunt sapiētes antiqui ꝙ sagitta nō egreditur ex membris in quibus fixa est, nisi secundū duos modos: aut enim egreditur per locum ex quo intrauit, aut per contrariam partem eius: & non trahatur sagitta per contrariam partem nisi quando locus ex quo intrauit, est ad eius egressionem durus. Inquit Albucā. ꝙ si sagitta nō obedit ad exitum, in horā in qua cadit: oportet ut dimittas ipsam aliquot diebus, donec putrefiat caro in eius circuitu, & eius alleuiatur attractio. Inquit iterum ꝙ partes huiusmodi artis, & distinctio earum nō comprehenduntur cum narratione, nec comprehendit id lib. verum artifex prouidus paucum comparat super multum, & cū eo ꝙ pręsens est, super eo quod [A] est absens, & aliam operationem inuenit nouam, & instrumentum nouum apud descensus rerum extranearum huius artis quando accidunt. Q; si sagitta fuerit ex speciebus, quæ dicuntur barbatæ: tunc ingenium extractionis est vt liberes carnem fissam in barbulis ab omni circuitu secundum ingenium possibilitatis: deinde sagittam extrahe. Et si fuerit in loco mēbrorum cuius sectionem timemus: tunc ingenia te ad recipiendum illas barbulas seu ramos inter cannulas æreas vel alia vt carni nequeant adhærere: deinde accepta sagitta, caute & leuiter extrahatur: & iam narrauit optimus Hippo. ꝙ in omni extractione sagittæ si possibile est: oportet vt infirmus pręparetur secundum figuram in qua fuit apud casum ipsius, quoniā ex hoc egreditur facilius. Si vero sagitta in aliquo loco corporis abscōsa fuerit: ita ꝙ occultatur visui, [B] & neq; cum inquiritur sentitur, atq; locus in quo est, non suffert incisionem penitus propter contrarietatē alicuius membri nobilis, aut nerui vel arteriæ: tunc vt dimittatur conuenientius est. multi quidem gerentes ferrum vixerunt, et eorum vulnus consolidatum est. Si autem sagitta ossi adhæserit, non fortiter agitetur, quoniam timetur ne frangatur: sed parum conquatiatur manu tua torquendo vt probetur quantitas fixionis. deinde prouide extrahatur. ꝙ si non obedit ad exitum, aliquot diebus dimittatur: deinde iteretur eius abstractio cum motione: sicut narratum est, donec egrediatur. & si ad hoc tibi non obediat: oportet vt discooperiatur os, & fiat perforatio in ipso osse cū trypano in circuitu sagittæ ab omni parte, donec locus amplietur: deinde extrahatur: & vulnus curandum est secundum ꝙ significatio reliquorum vulne- [C] rum tibi significauerit. Verum etiam oportet te cōsiderare ne sagitta quando infigitur, sit infecta veneno. et significatio ꝙ sagitta uenenosa est: qm̄ color carnis apparet fuscus aut liuidus: q̄re necesse est tūc totā carnē in qua est cōcauare: et istud est tibi possibile: deinde cura vulnus ex eo ꝙ cōuenit ex curatione sua. Spinę aūt et hastellæ cū corpus intrāt, cū suppositiōe emplastri de rebus relaxatiuis extrahūtur. et ex eis sūt sicut ammoniacum cum melle mistum aut cepę narcisi cum melle tritæ: et quandoque fit emplastrum ex omnibus his p̄dictis, et fortius operatur. inquit Auic. ꝙ rana excoriata & supposita est mirabilis attractionis: & similiter cancer contritus, & etiam lacerta statim cum scinditur. Inquit iterum ꝙ caput lacertorū statim cum abscinditur cum ari.ro. & radicibus cannæ & cepę narcisci mirabiliter abstrahit: & quandoq; [D] fit emplastrum de radicibus arundinis cum melle tritis tantum: et fit ex eo attractio bona: hic enim nō solum spinas & hastellas, sed sagittam quandoque extrahunt, et maxime cū non in corpore multū est fixa.

### *De summa & uniuersali curatione ulcerū.* Cap. XIIII.

Testante Auicen. vlcera generantur ex uulneribus & apostematibus corruptis & pustulis: qa sicut iam in alio dictū est loco, postquam solutio continuitatis plusquam oportet saniē facit, & pus ex omni sui emittit parte, vlcus nominat. Inquit Auicen. & non facit pus nisi quia cibus qui ad eū trāsmittitur conuertitur ad corruptionem propter debilitatem, membri in quo est ipsa solutio: aut quia propter debilitatem suam superfluitates membrorum adhęrentiū ei, attrahuntur versus ipsum. aut propter vnguenta

aut emplastra mollificatiua & lenitiua membrorum
cum multa sui humiditate & ventositate. Et inquit
etiam ꝙ id quod est de genere puris subtilis, nomina-
tur virus: & quod est grossum, nominatur sordities,
& est res coagulata & alba: aut ad nigredinem decli-
uis: aut est sicut fæx. Et virus quidem non generatur
nisi ex subtilitate humorum aquosorum et calidorũ:
& multiplicatur cum generatione apostematis. Sor-
dities autem generatur ex humorum grossitie, et eget
magis absterſiõe, quam virus indigeat exiccatione.
Et sciendum est quod non euacuatur quin omnis fi-
stula vel cancer nominetur vlcus: sed non conuerti-
tur. scilicet ꝙ omne vlcus nominatur vel possit no-
minari fistula vel cancer: fistula enim uel cancer ha-
bent proprietatem, et est ex summa difficilis sanatio-
nis, uerum in hoc capitulo nõ sum narrans nisi de uul
nere qđ nõ appropriatur nomine fistulæ vel cancri.
Dico igitur secundum modum Auicen. ꝙ vlcera aut
sunt apparentia, aut sunt profunda, idest concaua: &
quę sunt profunda non differunt, nisi ꝙ aut caro cir-
cundans ipsa sit indurata, & tunc nominatur fistula:
quoniam est sicut canna penetrans in membrum: aut
non indurata, & nominatur absconsio vel cauerna.
Et etiam ex eis sunt munda, & quædam immunda,
quia in eis est superfluitas humoris & hũiditatis quã-
uis non sint mala. Et ex eis sunt virulenta, & sunt sor-
dida, & sunt minorata a nutrimento, & sunt corrosi-
ua, & sunt putrida, & sunt difficilis curationis. Vl-
cera vero æqualia quæ sunt apparentia, idest quæ nõ
habent profunditatem, indigent tantum vt consoli-
dentur cum eo quod mordicationem nõ habet: quo
niam mordicatio consolidationem prohibet. Sed ul-
cera profunditatem habentia indigẽt vt carne repleã
tur. Verum oportet te scire & credere, sicut Gal. testa
tur, ꝙ caro generari non potest, nisi ex sanguine per
omnia membra corporis ad sui nutrimentum diffu-
so & assimilato. hęc enim ex actiõe fiunt naturæ: qua
re oportet te præ cæteris complexionem membri in
quo caro creanda est, scire, & eam custodire, atq; cõ-
plexionem totius corporis custodire, & cibum cum
vbertate boni chymi generatiuum infirmo pręstare.
Deinde medicinam uehemẽtis exiccationis simul de-
bet & mundificationis administrari. Inquit & quã
to vlcus maius est et profundius, fortiori indiget exic
catione, propterea ꝙ multus sanguis fluit ad ipsum:
quare est ei necessarium, vt resoluat illum. Verũtamẽ
oportet vt eius resolutio non fit cum multa siccitate,
vt non resoluat quod est ibi subtile, & quod est gros-
sum, lapidem faciat. Et caue ne decipiat te situs ulce
ris, scilicet ne retineatur virus in loco profundo. & in
quit scias ꝙ iam fecimus de hoc sermonem sufficien-
tem in capitulo vulnerum. & est nobis necessarium
ut repetamus ipsum cum additione: quoniam est cõ-
ueniens in hoc loco. Est ergo prohibitio aggregatio-
nis virus vlcerum in profunditate, ut membrum ta-
li aptetur figura ꝙ orificium uulneris sit inferius qua-
tinus ex eo virus effluere citius possit & vehemẽtius,
ac dispositio ligaturę inferius comprimat, et superius
relaxetur, vt virus currat, & non impediatur in exi-
tu. & si istud non est tibi possibile: tunc excusatio nõ
est quin vlcus vsque ad suam secetur radicem: ita vt
non relinquatur in eo absconsio et cauerna, in qua ui
rus aggregari possit: deinde stringatur ulcus cum liga
tura quæ incipiat ab orificio eius: & perueniat ad ra-

E dicem quæ iam detecta est: licet ante detectionem cõ-
trarium operetur. & si prohibet aliquid sicut neruus
& arteria, ne seces vlcus ab orificio vsque ad eius ra-
dicem, sicut diximus. Et est possibile ut fiat perforatio
in inferiori parte ipsius: tunc istud est quod excusat:
& multoties non est possibile vt secetur vlcus omni-
no: quare necessarium tunc est, vt ablutio administre
tur. Et ex illis quæ lauant vlcera, sunt sicut, hydro-
zachara, & mel, & idem proprie cum aqua & vino
cineris ilicis, vel vitis mistum. Et hęc est fortis ablu-
tio, quam nõ tolerant vlcera parum sordida, & aquã
maris assimilant ei, quia lauat & exiccat: & aqua alu-
minis similiter cum lauatura repercussiua exiccatiua:
et ex hoc prohibet id quod ad membrum attrahitur.
Inquit Auicẽ. omnia ista lædunt vlcera, si fuerit cum
eis apostema. Deinde cum facta fuerit ablutio, tenta
F cum medicina carnis creatiua intromittenda est. Vl
cera quidem profunda in quibus est absconsio & ca-
uerna nõ mundificãt, vt inquit, medicinæ carnis crea
tiuę mundificatione vltima: neque in eis faciunt nasci
carnem, nisi fuerint currentes lauatiuæ, vt iniiciantur
ad profundum cum iniectoriis, idest clysteribus: aut
mittantur cum tentis: & quandoq; in curatione quo-
rundam vlcerum est necessarium vt fiant uiscosę ad-
hærentes aut liquidæ vel grossę. Inquit Auic. opor
tet vt nõ administretur carnis nascentia nisi prius mũ
dificetur vlcus: aut attrahatur ad ipsum nutrimentũ,
si minoratum fuerit qualitercunque sit. Cũque mun
dificatum fuerit, dematur ab eo omne medicamen &
abstersiuum forte. Et oportet vt attendantur pru-
denter conditiones: de quibus cura non est negligen-
da: et ex eis est consideratio cõplexionis membri vul
G nerati & totius corporis & ulceris sicut multoties di-
ximus in aliis locis. Et oportet ut scias vtrum vlcus
conglutinetur vel nõ: & significatio ꝙ vlcus cõgluti
natur cõglutinatiõe bõa, est paucitas defensiõis eius:
et paucitas saniei cũ bonitate ipsius: et sanies cum qua
est fiducia bonitatis, est alba, lenis, & æqualis: quoniã
cõsecuta est complementũ digestionis, et maxime cũ
nõ associatur ei fætor horribilis. Et iam loquemur de
sanie in loco alio secundum ꝙ meretur ex sufficiẽtia.
Inquit corpora quæ citius recipiunt restaurationẽ vl
cerum, sunt complexionis melioris cum inuentione
boni sanguinis & non superfluunt: quoniam illa quæ
superfluunt in humiditate aut siccitate, tandem reci-
piunt restaurationem vlcerum. Licet humida infan-
tium sint susceptibiliora quã sicca sicut senum: ꝙ est
quoniam in corpore senum parũ est de sanguine bo-
H no: immo vlcera senum non sanantur. Cæterum hu-
miditas infantium est naturalis: & nos de humiditate
præter naturam loquemur: ideoque curatio hydro-
picorum est difficilis, quia superfluunt in humidita-
te, & præcipue in extranea: & similiter vlcerum prę-
gnãtium propter retentionem superfluitatis: & alia-
rum etiam mulierum, quibus menstrua retinentur: et
iã nos locuti sumus de medicinis carnis creatiuis secũ
dum complementum in capitulo suo: & nunc opor-
tet vt loquamur de quibusdam earum quæ pro me-
lioribus expertæ sunt & electæ. Et ex eis sunt centau-
rea, et sarcocolla, plumbum vstum, antimoniũ vstũ,
limatiæ adustæ, polium, & glutinum piscium. Sed
oportet vt obseruetur amice cũ omni diligentia tua,
antequam incidas in errorem, videlicet ne medicina
carnis sit creatiua magis abstersiua quam oportet,
quoniam

quoniã ſi modum excedit, corrodit membrum: & carnem ſoluit ad humiditatem currentem, quam ſtolidus medicus aſpiciens æſtimat eſſe virus: et propter hoc addit in virtute abſterſionis: et iſtud eſt peioratio ac deſtructio vlceris. Et ſignificatio ꝙ illa humiditas ſit ex forti medicina, eſt concauitas vlceris maior mo reſolito, calor, rubor, & humiditas ſubtilis ad rubedinem tendens: ꝙ ſi prouenit ex liquefactione carnis propter acumen medicinæ, et maxime ſi patiens fuerit debilis: ſentit mordicationem & arſuram manifeſtam. ꝙ ſi iſtud fuerit ex medicina carnis creatiua, tũc ſtatim minue de virtute abſterſionis.

Vlcera quidem virulenta indigent vt adminiſtretur in primis medicina deſiccatiua, vt mundificetur uulnus. quod poſtquam mundificatum fuerit, medicinam carnis creatiuam decet adminiſtrari. Verum cum adminiſtratur medicina deſiccatiua, & non minuitur ea humiditas, ĩmo potius videtur augeri: tunc ſcias ꝙ medicina ſecundum id corpus non eſt exiccatiua: quare facienda eſt additio in confortatione eius: & adiuua eam cum abſterſione pauca: ſicut mel, & ſtypticitate, ſicut balauſtiæ & alumen. Q. ſi vlcus iterum ſuperfluit in exiccatione, tunc minue de virtutibus omnibus, ſcilicet de exiccatione & abſterſione & ſtypticitate. Ille vero qui hunc canonem ignorauit, videlicet q̃liter de vno ad aliud ſe transferre ſit oportunum: quocũque modo curabit, ſua cura eſt mala. Et medicinæ quæ exiccant vlcera virulenta, ſunt ſicut balauſtiæ, gallæ, alumen, cortices granatorum, & cortices thuris, et lithargyrus, flos papaueris rufi, et farina, hordei, & ablutio aquæ maris, & aquæ aluminoſæ, origanum, ad exiccationem virus. Et de cõpoſitis eſt mirabile valde vnguẽtum iſtud in quo conueniunt adinuicẽ Aui. & Almanſor: & eſt, vt accipias lithargyrum pulverizatum: qui cum aceto et oleo roſ. viciſſim imbibatur, donec intumeſcat, & albificetur. deinde accipe antimonij, chalcucecumenu, balauſt. curcuma, vermium terreſtrium, gallarum, ſanguinis draconis, aluminis, climię argenti omnium ana quantum eſt ſexta pars totius vnguẽti pulverizetur, et deſuper mittatur, & in mortario donec uniantur ſimul agitentur. Inquit Auicen. ꝙ cum ſit emplaſtrum de folijs nucis recentibus, aut ex nuce ſicca decocta cum vino forti, confert valde, & deſiccat humiditatem abſque nocumento.

Oportet autem vt in vulneribus ſordidis non adminiſtretur medicina abſterſiua cum mordicatione: ſed in primis incipiendum eſt ab eo ꝙ eſt fortis mordicationis: deinde gradatim perueniendũ eſt ad illud qđ eſt leuioris mordicationis, quouſque ſordities mũdificata fuerit: deinde medicina carnis creatiua adminiſtretur. Et ex medicinis quæ abſtergunt vlcera ſordida, ſunt ſicut ireos cũ melle: & ſimiliter farina orobi cum melle: & iterum ariſtolochiæ cum melle & aceto. Et de compoſitis eſt mirabile vnguentum Viride Almanſoris. quod etiam carnem mortuã corrodit. & eſt ex illis quæ adminiſtrantur in primo. Re. ziniar. i. floris eris, mellis puri, ana drac. i. ex his ſimul miſtis medicamen fiat. Et ex chirurgis ſunt q̧ ponunt duas drac. mellis &. i. viris æris: vt alleuietur mordicatio eius. Item aliud unguentum. Reci. fæcis olei roſ. aceti puri, mellis, ana drac. i. ariſtolochię, lõ. aluminis iameni, ireos, ceruſſæ, ana drac. i. viridis æris, drac. iij. omnia ſimul miſceantur, & fiat ex eis vnguentum,

A quoniam eſt mirabile. Et ſciendum eſt ꝙ ariſtolochia, lon. magis conuenit in vlceribus quam rotũda: quoniã eſt magis abſterſiua: rot. vero in vulneribus, quia eſt fortioris operatiõis, & ſubtiliationis. In curatione ulcerum corrodentium, regula eſt: vt corpus mundificetur, & membrum. Mundificatio quidem membri fit cum ventoſis aut ſanguiſugis appoſitis ſuper ipſum: & non ſit dilatio in earũ curatione, ne perducat ad peius. Et multoties ambulatio corroſionis cogit nos incidere membrũ, vt ſanetur corpus a corroſione: & ſcias ꝙ ex vlceribus corroſiuis ſunt cum quibus non eſt putrefactio: & ſunt quæ non euacuantur a putrefactione: quare diſtinguendum eſt de eorũ diuerſitate antequam curationem adhibeas. Et ea quę conferunt in vlceribus corroſiuis, in quibus non eſt putrefactio, ſunt ſicut embrochationes ex aquis infri

B gidantibus & exiccantibus: ſicut eſt aqua myrti, aqua roſ. aqua pluuialis, & acetũ. Verum cum in eis eſt putrefactio, tunc aqua maris & aqua cineris conueniũt. Inquit Auicen. & melior curatio eorum eſt adminiſtratio ſtypticorum, & ſiccantium infrigidantium: ſicut ſunt cortices granatorum, grana myrti, & ſemen ro. & emplaſtratio ſimiliter: & ex folijs acetoſæ cum vino bullitis: aut emplaſtratio cum bolo armenico, cum aceto vel ſyrupo acetoſo, confecto, aut cucurbita ſicca combuſta eodem modo confecta. Et ſcias ꝙ Gal. huiuſmodi vlcera corroſiua, ignem perſicum & formicam ambulatiuuam nominauit.

In curatione vlcerum putridorum & malorum, melius eſt vt mundificetur corpus aut membrum, ſi corpus mundificatum fuerit. Et membrum cum uentoſis aut ſanguiſugis mũdificetur: & id qđ eſt nota di

C gnum, eſt vt eorum talis curatio non tardetur. nam tardatio ipſorum addit malitiam. Et cum huiuſmodi vlcera ſuperfluunt in putrefactione, neceſſe eſt ignis cauterium adminiſtrare, aut medicinam acutam. Et ſuccurratur poſtea cum butyro, vt dolor ſedetur, & ignis eſchara cadat in poſt: & quandoque adminiſtramus ſectionem putrefactiuam ſuper vlcus, ita vt penitus tota caro putrida vſque ad ſanam amputetur: deinde cum cauterizãtibus carnem curetur: ita vt nõ remaneat niſi caro bona: cuius ſignificatio eſt bonitas ſanguinis eius aut coloris ipſius. Et fortaſſe neceſſariũ eſt incidere membrum, vt a ſua putrefactiõe corpus ſaluetur. Inquit Auic. iſta quidem vlcera, licet non ſint fiſtulę, neque cancri: tamen ſunt mala & fraudulenta: & embrochatio quæ conuenit iſtis vlceribus, eſt ſicut aqua maris, aqua cineris, & aqua ſaponis, &

D ſimilia. Et ex medicinis quæ adminiſtrantur ſunt ſicut caro piſcium ſalita cum aliquantula mica panis, & farina hordei & farina orobi, & ariſtolochia, et emplaſtrum de melle cum puluere cucurbitæ ſiccæ, & folijs oliuarum recentibus, aut emplaſtrum de cæpe in vino decocto. Et de cõpoſitis eſt medicamen iſtud bonum & expertum, & eſt vt recipias draganthi rubei, drac. xxxiiij. calcis viuæ, aluminis, corticis granatorum, ana drac. xvi. thuris, gallarũ, ana drac. xxxij. ceræ & olei antiqui quantum ſufficit. Item aliud. Reci. plumbi vſti, æris vſti, ceruſſæ, thuris, maſtiches, lithargyri, ammoniaci, opopanacis, ana drac. ij. et adipis renum vaccæ, reſinæ, olei myrtini, ceræ omnium, ana drac. iij. quæ ſunt ſoluenda ſoluantur in aceto, & terenda terantur: deinde omnia ſimul conficiantur. Et oportet vt ſcias amice ꝙ multoties ex materia dif-

fuſa ad locum vlceratum apoſtemata generantur. Et tunc non differatur in eorum prohibitione cum ſolutione ventris & phlebotomia, aut vomitu: quoniam vomitus confert ad id teſtante Hipp. nam hæc materia de loco ad locum mouetur. Et epithemetur locus cum eo quod prohibet apoſtema, ſicut oſtenſum eſt in capitulo vulnerum, & ſi non eſt poſſibile vt prohibeatur, immo apparet apoſtema: tunc fit occupatio in eius curatione tantum: quoniam impoſſibile eſt apoſtema cum vlcere curare.

Vlcera difficilis conſolidationis: vt teſtatur Auicē. ſunt abſolute, & pręter corroſiua, et præter putrida, ſicut eſt cōmune præter proprium. ipſa enim ambo ſunt ambulatiua: & cum iſtis quandoque non eſt ambulatio: & ſtant ſecundum diſpoſitionem ſuam per aliquod ſpatium: & iſta ſunt præter fiſtulas: quoniam non ſunt incedentia. Et ad vltimum corroſiua et putrida, & fiſtulæ, ut dicit Auicen. ſunt de ſumma difficilis conſolidationis abſque conuerſione. Cauſa vero vlcerum difficilis conſolidationis: aut eſt malitia ſanguinis: aut eſt incōuenientia medicaminis quo curantur: quod eſt quia medicamen eſt debile in exiccatione aut mundificatione: et id ſignificatur tibi per adductionem contrarij: aut quia corrodit et profundatur: ſicut iam diximus propter fortitudinem abſterſionis eius: aut quia calefacit pluſquam oportet: quare diſtemperatur cōplexio carnis, vel infrigidat, aut mollificat, vel deſiccat. Aut eſt caro addita, aut caro dura ſuper labia vulnerum vel intus: aut eſt os corruptum in eorum profundo. Et iam ſcitū eſt quare uulnera morantur ad ſanandum in capitulo ſuo: qualiter curetur malitia ſanguinis: & ſimiliter qualiter mala complexio carnis eius retificetur cum contrarijs: et etiam caro addita & caro dura qualiter curatur, vt dictum eſt. Inquit, caro addita non generatur niſi in vlceribus in quibus fit feſtinantia medicinæ carnis creatiuæ ante tempus mundificationis ipſorum. Pręterea caro dura fit ſecundum plurimum in vlceribus melancholicis: quare eſt tendens ad nigredinem & citrinitatem & groſſitudinem: & tunc neceſſarium eſt vt ſuccurratur cum ſcalpellatione & extractione ſanguinis cū vētoſis: & fortaſſe vlcera melancholica nō ſanantur niſi ab eis auferatur corruptio vſque ad carnem ſanam. Si vero os fuerit in vlceris profundo corruptum, tunc ſignificabitur tibi per illud quod vlcus quandoque clauditur, & quandoque aperitur, & virus ab eo manat ſubtile. Quare eſt neceſſarium vt ſecetur vlcus vſque ad os: deinde radatur, & ſeparetur ſecundum quantitatem corruptionis eius: neque ex ipſa corruptione aliquid dimittas omnino: deinde cū puluere carnis generatiuo curetur. Et cauſam quidem quare accidit corruptio in vlceribus, eſt debilitas membri: quia recipit omnem materiam & malitiam complexionis membri & ſanguinis. Et ex medicinis cum quibus curantur vlcera difficilis conſolidatiōis, ſunt ſicut limatura ferri, & limatura æris, flos æris aduſti, & glutinatio auri, & vitriolum rubeum. Et de compoſitis eſt medicamen, quod Reci. floris æris, limaturæ æris, ana drac. i. climiæ argenti, & conglutinationis auri, ana drac. vij. curcumæ, cypreſſi, ana drac. iiij. ſalis gem drac. ij. ariſtolo. aduſtæ, minuti thuris, ana drac. v. ceræ, olei myrtini, ana quantū ſufficit: & fiat ex eis vnguentum. Item aliud medicamen quod Auic. compoſuit. Reci. limaturæ æris, & li-

E maturæ ferri, ana partes æquales, conficiantur cum aqua aluminis: deinde argillentur cum argilla rubea: & ad furnum adurantur: deinde extrahantur, & adminiſtrentur puluerizata. Aut fiat ex eis, & lithargyro, et oleo myrtino emplaſtrum: quoniam eſt mirabile. Et ſcias ꝙ non oportet vt adminiſtretur oleum in vlceribus: niſi ſit vehementis exſiccationis & ſtypticationis: ſicut oleum roſ. myrtinum, aut maſtichinum, & ſimilium: quoniam intentio curationis omnium vlcerum eſt exſiccatio. & propter id oportet amice vt non præſumas & adminiſtres eis mollificantia, niſi ſint vlcera ex concuſſione facta: ſicut iam diximus in alio loco: aut niſi ſint vlcera cum vehementia doloris. Quoniam tunc propter neceſſitatē doloris ſedandi non excuſatur quin adminiſtretur: licet vlceribus ſit contraria. Q. ſi vlcus prolongatur ad

F ſanandum, & non ſanatur: immo iam fecit impreſſionem in membro, & corroditur, & putrefit, ac deſtruitur de eius ſubſtantia quantitas multa: tunc non expectatur eius curatio niſi ſecundum profundum: & præcipue quando eſt antiquatum. quoniam iam pertranſiuit ſpatium dimidij anni, vel amplius, & factum eſt fiſtula aut cancer.

*De ſumma & uniuerſali curatione fiſtularū.* Cap. XV.

FIſtula eſt vlcus profundum anguſtum cum nodoſitate & duritie carnis ipſum circūdantis: & eſt ſicut canna vel penna anſeris penetrans in membrum. Dicitur autem fiſtula ad inſtar illius inſtrumenti os habentis ſtrictum, & profundum amplum.

Cauſa vero eius duplex eſt ſcilicet interior & exterior. Interior prouenit ex humoribus corruptis. Ex-

G terior nanque ex vulneribus & vlceribus indiſcrete curatis. Cuius ſignificatio duobus modis accipitur: quoniam aut ſumitur ab eius eſſentialibus, aut ab accidentalibus. Ab eſſentialibus, quia caro circundans ipſam indurata eſt, & os eius conſtrictum, & profunditas dilatata. Ab accidentalibus uero, quoniam accidit vt eius ſanies indigeſta ſit cum horribilitate fœtoris: quæ aliquando fortaſſe abſcinditur penitus. & hoc quando proprie corpus nō eſt repletum, nec humida eſt complexio, & eſt regimen patientis exſiccatiuum: & etiam quādo cuſtoditur membrum in quo fiſtula eſt, a doloribus & ſimilibus. Et aliquando ſanies ipſa currit: & tunc aut eſt multæ quantitatis, aut modicæ: & aliquando groſſa, aliquando ſubtilis: ſecundum diuerſitatem membrorum. et iam locuti ſumus pluries de regimine curſus virus humiditatum curren-

H tium a fiſtula. Verum de regimine curationis eorum neceſſitate cogente hic ſecundum modum feſtinationis oportet narrare. Dico ergo ꝙ quemadmodum fiſtulæ diuerſificantur ſecundum diuerſitatem membrorum vel locorum: ſic earundem curatio. Nā alia fit in membris mollibus, vt in carne: alia in membris medijs, vt in neruis & venis: & tunc eſt inobediens et difficilis curationis: & alia fit in membris duris, vt in oſſibus. Et communis quidem ſignificatio eius cū in aliquo iſtorum membrorum fuerit, eſt viſibilis experientia quæ non fallit: aut præſumptio vera: quoniam tu ſcis loca carnoſa, neruoſa, & oſſuoſa: & vides fiſtulam quam propinquitatem habeat cum eis. & ſcis etiam per relationem infirmi, quam moram ibidem protraxit. nam ſi ſuper neruum vel os per aliquod tempus ſteterit, certum eſt ipſam in eis corruptionem

ptionem fecisse. Item etiam secundũ Auic. quędam alia signa sumpta a diuersitate putredinis. s. qñ fistula peruenit ad neruũ: tunc putredo exit subtilis, tenuis, multiq; fœtoris: quod accidit propter frigiditatem illius membri: et cum peruenit ad os, est subtilior, ad citrinitatẽ decliuior: & cum peruenit ad venas & arterias, est multoties sicut fęx. cum aũt peruenerit ad carnem, putredo quę exierit, erit viscosa, turbida, & cruda. Veruntñ fistula quæ uadit ad carnem, non est tãti doloris, sicut illa quę vadit ad neruum: et proprie qñ tangitur eius profundum cum tenta: qđ est, quia neruus sensibilis est. Vnde si læsionẽ patiatur, necesse est vt Gal. testatur, ꝙ maiorem cęteris membris patiatur dolorem. Sed illa quę uadit ad os, nihil debet ex eo: ꝙ huic membro non est sensibilitas. Et iterum fistula ossuosa notificabitur tibi per molliciem carnis multoties: quę est super os: & etiam per facilitatẽ penetrationis cum tenta ad ipsum. Cęterum fistula diuersificatur secundũ diuersitatem temporis: qm̃ alia est recẽs: et alia antiqua. Et fistula recens est illa, quę circulũ anni non exiuit: antiqua vero est econtra: cuius corruptio iã est in membris profunda: & tunc est difficilioris curationis. Illud aũt quod melius est de eius curatione, maxime cum non fuerit antiquata, & corpus eius plenum est superfluitate maligna, quæ obuiat ei: est vt in principio, si fuerit patiens talis ætatis, & eius virtus tolerabilis, fiat vniuersalis purgatio, & vniuersalis mundificatio: præcedente tñ consideratione humoris abundantis in eo: licet in fistula magis abundet phlegma: cuius cõsideratio assumatur a chirurgis nudis noscentibus medicinã circa qualitatem loci subiecti, & diuersitatem coloris & putredinis. Cum aũt superabundat phlegma, locus est albus & mollis: & putredo quæ manat a fistula, erit aliquantulum grossa, & alba, & multæ quantitatis. Si melancholia, liuet locus, et tẽdit ad nigredinem cũ quadam duricie, ac putredo est nigra vel liuida. Et si cholera, locus est citrinus: & ibi punctiones & arsuræ sentiuntur: & putredo emanat citrina. Si vero illud quod est superabundans, fuerit sanguis, tũc locus rubet: venęq; corporis inflantur: et putredo sanguinolenta currit. Contra phlegma igitur digesta materia prius cũ oxymelle, detur benedicta, vel pilulę aureę, uel alię medicinę phlegma purgantes. & si patiens fuerit debilis, ꝙ electuarium vel pilulas assumere non valet, purgetur cũ medicina, quæ. Re. turbit par. ij. pul. zinzi. par. i. de puluere zuc. par. iij. de tali puluere simul ĩcorporato detur vnc. 5. cum aqua calida. deinde post purgationẽ patiens balneetur: cui in exitu balnei offeratur drac. i. alicuius opiatæ, sicut theriacę vel aureę: & hoc in ęstate cũ aqua calida, vel cum vino: opiata quidẽ medicina id quod ex mala qualitate remansit ĩ corpore, consumit. Contra melancholiã detur ieralogodion, vel aliud purgans melancholiã: digesta materia prius cũ oxymelle composito. deinde post purgationẽ in exitu balnei similiter fiat exhibitio alicuius opiatę conuenientis: vt est theriaca, uel mithridatũ. Contra cholerã post digestionẽ materiei cũ oxyzachara, detur catharticũ imperiale, qđ purgat choleram. consequenter fiat exhibitio rubeę trochiscatę vel alterius simul. Si vero sanguis fuerit, fiat euacuatio per phlebotomiam. deinde veniendum est ad localia. Sed sciendum est ꝙ localis curatio fistularũ vniuersaliter tres intentiones requirit. Quarum prima est: ut fistula

A mundificetur, & abluatur. Secunda est vt desiccetur, et mortificetur. Tertia vero est ut concauitas cõtinuetur, & sanetur. Et fistula quidẽ mũdificatur & abluitur, sicut in vlceribus iam ostensum est, ex aquis proprie fistularibus. i. cũ quibus abluitur fistula: sũt sicut aqua maris, & aqua cineris, vel aqua artificialis salsa: & similiter aqua saponis. & similiter multoties in prędictis ex sale ammoniaco, arsenico, aut ex æris flore aliquid soluitur, vel permiscetur: qm̃ tunc fit maioris abstersionis: & qualitas abluẽdi est vt iniicias aquam ad profundum fistulę donec impleatur ex ea: et fac id cũ omni dispositione quę sit possibilis apud te: si non valeas cum aliis, saltim de clysteribus. deinde studeas vt retineatur interim per horã: & tunc tu cõprime locum vndiq; manu tua: & maxime vbi profunditatẽ fistulę arbitraris. deinde extrahe aquã cum expressione

B cõpetenti: & fac illud iterũ & iterum, donec aqua clara exeat, aut sanguinolenta: & tũc ex eadem aqua iterũ vlcus imple: et eius orificium oppila. & sic a mane vsq; ad vesperas vel econuerso dimittatur: qđ tot diebus faciendum est donec virus mundificatum fuerit. Fistulę malitia mortificatur & extirpatur tripliciter, videlicet, aut cũ incisione & ablatione totius carnis corruptę: aut cũ acutis medicaminibus, quorũ rememoratio fiet inferius: aut cum ignis cauterio, cuius iuuamentũ vltimum est. Concauitas aũt fistulę continuatur & sanatur cum administratione medicinarũ facientiũ nasci carnem, quas in proprio descripsimus capitulo. Oportet igitur in primis vt peruenias ad cognitionẽ fistulæ: & est vt accipias tentã aurichalci vel argenti: & ipsam diligẽter perquiras, quousq; cognoscas eius profunditatẽ: & si incedat secundum re-

C ctum: aut si tortuositatẽ habeat: & tunc oportet te habere tentã plumbeam: qm̃ est magis lenitiua: et plicatur secundum modum tortuositatis: & si eius orificia sint plurima, inquiras per singula: & videas si tendãt ad vnum meatũ: aut quodlibet ipsorum propriũ habet foramen: cuius extremitas non determinetur cũ altero: & tunc nõ est vna fistula sed plures. Ait Albu. ꝙ id nõ significatur per inquisitionem cũ tenta: imo oportet vt clysterizes vnum ex orificiis suis. qm̃ humiditas cum qua clysterizatio fit, versus alia orificia tendet: & egredietur ex eis. Cognita vero semita secũdum quantitatẽ & diuersitatem ipsius erit tibi cura facilior: et tunc si orificium fistulæ fuerit strictum, de cõsuetudine sua incisorio elargetur: aut cum tẽta de medulla sambuci vel cannę surici & similibus: si ęger est timens ferrum. Deinde mũdificetur et abluatur sicut

D sciuisti per dies aliquot: donec virus abscindatur. Deinde intromittatur medicamen acutũ vsque ad profundum passionis inuolutum in liciniis factis secundum quantitatem profunditatis, quam comprehendisti cum tenta, donec fistula desiccetur & mortificetur omnino. Et multoties non est possibile vt licinia cum medicina profunditatem attingant propter lõgitudinem eius: aut quia meatus est tortuosus & diuersus. & scias etiam ꝙ medicamen siccum non submergitur ad profundum: quare fistula nõ occiditur. Oportet ergo vt præpares medicamen secundum hunc modum in quo non est deceptio: ex eo ꝙ omnes profunditates perquirit. & est vt distemperetur medicamẽ cum aceto secundũ quantitatẽ necessitatis tuę ita vt sit currens. deĩde mittas ipsum interius quocunque ingenio tibi possibile est in profundo: dein-

de oppila orificiũ: ac prępara figuram mẽbri vt orifi
ciũ sit superius: qđ medicamẽ in profundo moretur.
Et rectum quidẽ est quãdo administratur huiusmodi
medicamen acutum: vt locus deforis cũ frigidis inun
gatur: ne illius actio ad ipsum cum nocumento perue
niat. Cum aũt fistula desiccata fuerit, succurratur cũ
medicamine mitigante: sicut est butyrum, vel axũgia
sine sale, & his similia, quousque ignis euaporetur: &
eschara.i.crusta cadat in pus. Cũq; sanies quæ prius
erat indigesta, egreditur digesta: & minoratur respe-
ctu primę quãtitatis: significatio est mortificationis fi
stulę. Deinde curetur cũ medicina carnis creatiua do
nec sanet: & sanies laudabilis, vt dicit optimus Hip.
in lib. ꝑgnosticorum, est alba, lenis, æqualis per totũ:
cuius nõ est odor malus. alba.n. requiritur quoniam
color membrorum radicalium est color albus: & nõ
facit eum assimilari super eã, nisi natura potens. & re-
quiritur eius lenitas vt significetur ꝙ virtus digestiua
operatur in eam. Amplius. cũ additur vt non sit ma-
li odoris: est vt sit longinquior a putrefactione: & sa-
nies mala & fœtida est: qm̃ significat putrefactionem
quę est contraria digestioni: & significat dñium calidi
tatis extraneę. Q. si multę profunditatis fistula non
fuerit: neq; tendit secundũ rectitudinem & profundi
tatem membri: imo sequitur superficiem cutis tantũ:
tũc nisi neruus, vel arteria, aut vena magna, uel aliqd
aliud tibi prohibeat, intromissa prius tenta lignea do-
nec ad eius proueniat profundũ, secetur vsq; ad vlti-
mum ipsius: ita vt ipsa liberetur: et auferatur cũ noua
cula caro putrida & corrupta ab omni circuitu eius
cum totalitate sua. Deinde si sanguis facit tibi contra-
rietatem, succurre cũ eo quod cõuenit, sicut diximus
in capitulo suo. subsequenter curetur locus cum me-
dicina carnis creatiua donec sanetur. Amplius. si pa
tiens non tolerauerit carnis ablationes cum nouacu-
la, sicut diximus: tũc tantũ secatio fiat vsq; ad profun
dum: sicut dictum est: & acutum medicamen admini
stretur: deinde mitigatiuũ et nascentia carnis. Si au-
tem non sanatur per illud: tunc nullo prohibente vl-
timo remedio succurratur. i. ut cauterizetur usque ad
profunditatẽ suã. Veruntñ oportet te huius recorda-
ri, vt nõ decipiaris in quãtitate profunditatis et ipsius
diuersitate in fistula cum cauterio. nam multoties ex
imperitia & negligẽtia accidit illud. Porro quãdoq;
in fistula est orificium vnum & profunditates plures
diuersę: qua propter si tu cauterizes vnam earum, &
alia remanet: nihil confert operatio tua. Et similiter
oportet vt obserues te ab hac deceptione cum medi
cina comburente secundum modum quem superius
ostendimus: qm̃ tota virtus curationis fistulæ est vt
comprehendas cũ cauterio aut medicina acuta omnẽ
eius profunditatem. Si vero fistula in longinqua ꝓ-
funditate corporis apparet: et non est tibi possibile ut
consequaris eam omnino: quoniã appositio medici-
narum nequit ad radicem ipsius peruenire: ut eius no
cumentum ad aliquod mẽbrum nobile vel principa
le perueniat: et est locus qui non suffert incisionem pe
nitus: tunc nõ est ingeniatio in eius curatione. et id qđ
est cõuenientius, est ut dimittatur operationi naturę.
Et fistula quidem quę peruenit ad intestina, aut in ve-
sica, aut ad membra principalia nobilia: non sanatur
omnino. & quę accidit alicui spondyliũ dorsi, vel co
starum, vel alicui iuncturarum, sicut manus & pedis,
aut neruis, uel uenis magnis, aut arterijs, aut siphac se-

E cundũ plures dispositiones: incurabilis est. Verum fi-
stula quę fit in neruis et similibus, nõ fit propter aliud
difficilis curationis: nisi quia sectionem & cauterium
minime patiuntur: neq; eius expectatur curatio, nisi
sit ex summa recentiũ: & tunc in ea medicinam admi
nistramus: quę nõ vehementer, sed leuiter ac suauiter
mortificat & desiccat. Præterea. si fistula iam fecit
impressionem in osse: tunc si non est detectum, neces
se est ut detegatur cum instrumentis conuenientibus:
& abradatur: vt tota corruptio & nigredo ipsius au-
feratur secundum dispositionẽ melioris possibilitatis.
Q. si non sanatur, & emittit saniem sicut prius: signifi
catio est ꝙ adhuc de ipsius corruptione remãsit. Tũc
ergo iterum detegatur & abradatur cum vltimitate
diligentiæ tuę: ita vt non dimittatur in eo offuscatio;
aut corruptio, aut cortex, uel humiditas omnino: qm̃
F prohibet natiuitatẽ carnis super ipsum. Nã cum ob-
seruaueris hęc: possibile est ut caro generetur in eo. ait
.n. Aui. et id quod est magis faciens nasci carnẽ in os-
se, est vt exiccetur ab humiditate, & exasperetur. De-
inde si corruptio fuerit in ossibus magnis: sicut est os
coxæ, aut cruris & similia, et iam peruenit vsq; ad me
dullã: tunc nõ est excusatio quin secetur & incidatur
os cum medulla sua vsq; ad locum corruptionis. de-
inde restauretur sicut scis. Si vero corruptio totũ os
membri iam consecuta est: tunc nõ expectamus eius
curationem nisi assumatur os totum. Veruntñ si fue-
rit os ex capite coxæ, vel anchæ, aut os ex spondyli-
bus dorsi: ab eius curatione fugiendum est propter
incommodum nuchæ.

Medicamen bonũ in mortificatiõe fistulæ & cãcri.
Re. salis ammoniaci, arse. citrini, sulphuris viui, floris
G ęris, ana drac. i. 5. limaturę ferri, dragagãthi, alu. iame-
ni, antimonij vsti, ana vnc. ij. argenti viui, vnc. i. cal-
cis viuę non extinctę lib. 5. omnia terantur, et pulueri
zentur subtilissime, & argentũ viuum extinctum cũ
saliua eis admisceatur. deinde conficiantur cum aqua
maris vel aqua cineris: & fiant inde trochisci: deinde
ad solem vel ad clybanũ desiccentur: & cum desicca-
ti fuerint, iterum puluerizentur: & puluis eorum po-
natur in aluthel, & sublimetur: et quod ex eo sublima
tum fuerit, in vase vitreo recondatur. huiusmodi me
dicamen erit tanquã ignis cauterium. scias ꝙ aluthel
est vas constans et ex cooperculo et fundo, sicut inue
nitur apud illos qui occupati sunt in alchimia: et fit ex
vitro, aut ex terra. verum id quod fit ex terra, debet
extrinsecus vitreari, ne spiritus euaporent. Modus
autẽ sublimationis est secundum hunc modum: et est
H vt puluis specierũ sublimandorum in fundo vasis lo
cetur. deinde si vas fuerit vitreum, liniatur de foris
cum luto descriptionis, quod fit ex capillis humanis
minutatim incisis, & carbonibus pistatis, & stercore
asinino, & terra figuli æqualiter. & si fuerit terreũ, tñ
in iunctura cooperculi liniatur. cum linitũ fuerit de-
siccetur a remoto igne, vel a sole: deĩde locetur in for
nace: & supponatur ignis leuis per duas horas: deĩde
fortis per nouem horas. postea per totam noctem di-
mittatur infrigidari. In sequenti vero die vas aperia-
tur; et qđ est superius in cooperculo, colligatur: et sor
dities in fundo existens projciatur.

Aliud ad idẽ. Re. limaturę ferri, arsenici citrin, chal
cucecaumenu.i. ęris vsti, & cuperosę, ana par. æqua-
les. calcis viuę quantũ sufficit. omnia terantur & pul-
uerizentur: deinde conficiantur cum melle dispuma-
to:

to. deinde fiant trochiſci. & deſiccentur: & iterum terantur: & pulueriƶẽtur: atq; prędicto modo fiant trochiſci: deinde recondantur in loco vbi ab humiditate tangi non poſſint, ne corrumpantur: & cum volueris operari, tunc ex eis tere quantum ſufficit: & vtere.

Aliud ad idem. Re. calcis viuæ par. ij. arſenici citri. ſulphuris viui, ana par. i. & cum volueris operari, incorpora cum aqua cineris ſtipitum fabarum, et eſt illa quę vocatur aqua ſaponis: aut cum aqua cineris ilicis, donec fiat vnguentum, & vtere.

Medicamen quo utẽdum eſt in locis neruoſis & ſimilibus. Re. ſucci radicis chelidoniæ, vrinæ puerorũ, ana vnc. iiij. calcis viuæ, vnc. iij. arſeni. citri. vnc. i. cõficiantur ſic. ſuccus & vrina puerorum bulliant in olla rudi: & calx cum eis bene incorporetur: & deinde addatur arſeni: & omnia ſimul agitando incorporentur: & non ſuperflue bulliant: ſed parũ: deinde exiccentur: & informentur ex eis trochiſci.

Ad idem. Re. ellebori albi, ariſtolo. centaureę, radicis ſcolopendrię, ireos, farinæ orobi, ana par. ęquales. terantur: & fiat ex eis puluis: & impleatur ex eo fiſtula cum aſſiduatione: quoniam quandoq; ſanat eam.

Medicinę quę carnem ſuperfluam minuunt et resoluunt in vulneribus et vlceribus: quę ſunt vehementis abſterſionis, & mordicationis: & ex eis ſunt ſicut vitriolum, & hermodactyli, elleborus albus, flos ęris, et ſimilia his. Et ſcias ꝙ quandoq; vnũ horum adminiſtratur per ſe: & facit excuſationem: et quandoque componitur vnum eorum cum altero: & quandoque omnia ſimul æqualiter. Et quod ex eis eſt leuius, ſicut vitriolum, humidis adminiſtretur corporibus. quoniam ſicut Gal. teſtatur, in humidis corporibus carnem non conſolidat.

Ad idem medicamen compoſitum. Reci. calcis vi. drac. iij. arſenici, drac. i. omnia ſimul incorporẽtur cũ aqua calida: & fiant ex eis trochiſci: & deſiccẽtur: & ſi opus fuerit tere ex eis quantum ſufficiet tibi, et vtere.

## *De ſumma & uniuerſali curatione cancri.* Cap. XVI.

Cancer, vt dicit Auic. eſt apoſtema melancholicum, & de melancholia aduſta: aut amara cholerica: aut in qua materia cõbuſta eſt, & non pura, fœculenta. Et dicitur cancer ad inſtar illius animalis: quia ſicut illud animal habet vehementem tenacitatẽ in ripis: vel in eo in quo venatur: ſic hoc apoſtema in membris: aut quia gerit formã illius in rotunditate: et habet venas uirides aſſimilantes pedibus illius. Qui cãcer duobus modis accidit: aut accidit a cauſa intrinſeca: aut a cauſa extrinſeca. Cauſa vero intrinſeca accidit ab ipſo humore corrupto & melancholico ad aliquod membrum tranſmiſſio. A cauſa vero extrinſeca vt ex vulneribus, vel vlceribus male curatis. Cuius ſignificationes ſunt hęc: in principio, cũ apparet, eſt ſimilis ciceri, vel fabę: deinde augmentatur ſecundũ proceſſum dierum, donec fiat magnus ut melon, & magna cucurbita: & eſt in eo rotũditas ingẽs, durities, color fuſcus: in quo eſt quædam caliditas, & venę virides apparẽt in eo quę ſunt ſicut radices. Sed poſtquam vlceratus eſt cancer, & fœtet multum, labiaq; groſſa & viridia, foriſq; cõuerſa fuerint: os eius amplificatur, & ſi non conſtringatur. Cancer autẽ diſtinguitur ſecundũ tres modos, videlicet, aut ſecundum diuerſitatem cauſæ: aut ſecundum diuerſitatem mẽbrorum: aut ſecundũ diuerſitatem temporis. Et

A diſtinguitur ſecundum diuerſitatem cauſæ: quoniam alius fit ex melancholia naturali: quę eſt frigida & ſic: & tunc eſt parui doloris, & paruæ vlcerationis. alius fit ex melãcholia quę eſt aduſtio cholerae ſolius purę: & eſt vehemẽtis doloris, & magnę vlcerationis. Diſtinguũtur ſecũdum diuerſitatem membrorum, qm̃ alius fit in membris mollibus, ſicut in carnibus. alius in medijs, ſicut in neruis & ſimilibus. & fit in mẽbris duris, ſicut in oſſibus. veruntamen quando fit in mẽbris medijs, dicitur incurabilis: et id teſtatur Hippo. cum dicit. Quibuſcunq; cancri abſconditi fuerint, nõ curare melius eſt quã curare. curati enim. i. inciſi vel combuſti, citius pereunt: nõ curati, longum tempus perficiunt. Diſtinguitur autem ſecundũ diuerſitatem temporis: qm̃ alius eſt recens: alius eſt antiquus. Antiquus quidẽ cancer cognoſcitur per diuturnitatẽ

C temporis, & per vehementem liuiditatem, & nigredinem, ac per duritiem maximam, et membri corroſionem. Cancer autem diſtinguitur a magiſtris ſecundum diuerſitatem ſpecierum: qm̃, ut volunt, alius dicitur, noli me tangere: & alius, lupus: alius, cancer nomine vtriuſq;. Et aſſignant differentias inter iſtas ſpecies ſecundũ locum qui dicunt, noli me tangere, a mẽto ſuperius fieri: lupus, in inferioribus partibus. Aſſignant etiam differentiam ſecundũ qualitatem complexionis: ſicut cum dicunt lupus & cancer fiunt ex cholera rubea magis ignea, quam noli me tãgere fiat: & inter cancrũ et lupum eſt differẽtia cholera eadem: & propter hoc ęſtimãt: quia illa ſpecies quę fit de cholera magis ignea, ſicut lupus, magis corrodit. Ego autem Brunus Lõgoburgẽſis de huiuſmodi diſtinctione nõ pręſumo aliquid veritatis: quia non vidi veſti-

B gium eius in libro veterum omnino. Inquit Auic. & Almanſor, ꝙ cum cancer incipit, forte poſſibile eſt vt prohibeatur, ne addatur ſuper id quod eſt: & vt conſeruetur quin ad antiquã vlcerationem deueniat. ſed poſtquam creuerit, ſemper ſic manebit: & deterior erit ſi vlceretur. Tũc igitur antequã addatur, & vlceretur, ſuccurratur. Et ꝓhibitio eius eſt, vt patiens ex vena media phlebotometur: venterq; eius ſoluatur cũ decoctione epithymi, aut catarthico imperiali. ſubſequẽter detur rubea trochiſcata cum quarta parte theriacę. Et a cibis generantibus choleram nigrã cuſtodiatur omnino: vt ſunt lentes, caules, caro vaccina, caprina, anſerina, vinũ groſſum, & ſimilia. Diæta vero eius ſit caro arietina, perdicina, pullina, vitulina, vitelli ouorum ſorbilium, vinum ſubtile, et ſimilia his. Supra locum fiat emplaſtrum cũ frigidis oleri-

D bus & tritis: ſicut plantago, ſolatrum, & pſyllium, cichorea, portulaca, & ſimilia. aut fiat inunctio cũ oleo roſ. & agreſta. Ad idem vnguentum bonum. Re. tuciæ bene ablutæ, olibani abluti, ceruſſæ, ana partes æquales. omnia terantur, & cum oleo roſ. agreſta, ac ſucco prædictarum herbarum in modum vnguenti conficiantur. Si vero cancer iam vlceratus fuerit, omnino per frigida non ſanatur: imo oportet vt incidatur, & adminiſtrentur ea quę vehementẽ caliditatem habent: ſicut eſt cauterium ignis, & cauteriũ acuti medicaminis. Veruntamẽ decet te amice huiuſmodi recordari: quia ſi cãcer fuerit antiquatus, nequaq; ei, ſicut conſulit Albuc. approximare pręſumas. Et modus curationis cãcri eſt vt in primis mundificetur corpus, ſi non fuerit mundificatum. deinde conſidera ſi membro fuerit caliditas: ꝙ ſi fuerit, cum ſucco

prędictarum herbarum reprimenda est: deinde cācer
totaliter incidatur. Nam dicit Auic. ꝙ nō est possibi-
le vt destruatur cum aliquo, nisi per incisionem vehe
mētem: vt ex toto absumatur membrum inuadens.
Quid ergo fiet cum fuerit in locis neruosis: ubi incidi,
comburi, & penitus destrui, & eradicari non potest?
nihil aliud quā cancrum vlceratum faceret. Et ope
ratio eius est cum manu, vt accipias eum cū vncino:
& ipsum ab omni circuitu conare incidere, omnes ue
nas euacuando et eradicādo: donec ex eis nihil rema-
neat. deinde non abscindas sanguinem per longū spa
tium: imo exprimas loca manibus in circuitu: donec
sanguis ille densus & melācholicus fluat. Sed sola eius
eradicatio cum ferro non est ad sui curationem suffi-
ciens: imo oportet consequēter vt cauterizetur cum
ferro vehemēter ignito. Verum in locis neruosis hoc
fieri, non dixi penitus: nec si fuerit prope mēbra prin
cipalia vel nobilia. Quod si patiens debilitatus sit:
qui incisionem pati non possit: aut fortasse noluerit:
medicaminibus acutis in pręcedenti capitulo scriptis
cura est petēda: qm̄ fortasse mortificabitur. deinde cu
retur locus medicina carnis creatiua, donec sanetur.
Significatio vero ꝙ cancer sit extinctus, est: qm̄ san-
guis egreditur purus: bona caro crescit in eius circui-
tu: ab ipso quoqꝫ fusco colore remoto: et omni etiam
quod est viride. Si vero acutū medicamen non cō
tulerit: tunc nō est ingeniatio, nisi vt redeas ad chirur
giam. Preterea licet cancrum in neruosis locis incu
rabilem diximus: tamen si fuerit in principio vlcera-
tionis, prout potes, subuenias cum his quæ fistulę sub
ueniunt: quando est in locis illis.

## *De fractura cranei.* Cap. XVII.

Licet de solutione continuitatis in osse in cap. ar-
terię & dislocationis secundū complementū re
memoratio fiat: hic tamen de solutione continuitatis
quę fit in osse capitis, per se tractatum ponere non re-
cuso. Quapropter amice ingenti admiratione mo-
uearis minime. Nam fractura ossis capitis ab alijs re-
mouetur fracturis, & omnibus est difficilior. Spe-
cies autem fracturarum cranei multę sunt & diuersæ
secundū diuersitatem rerum quibus pcussio fit. Qm̄
alia fit ex percussione ensis, vel alterius similis: & scin
dit, & aufert os totum, donec ad velamen, qđ est sub
osse, perueniat: aut non perueniat ad velamen, sed os
sis superficies tantum inciditur. Quorum fractura-
rum vulnus aut est magnū: aut est paruum. & de eis
est fractura in osse quę apud antiquos dicitur capilla-
ris: quia fit ī subtilitate capilli: & est scissura parua: aut
est ex telo et similibus: et tunc est difficilior omnibus:
quoniam tūc est magis penetratiua: & eius vlcus sem
per est paruum & occultum. et alia fit ex casu, uel per
cussione lapidis & similium: ita ꝙ os plicatur ad inte-
riora: et illud secundum plurimū fit in capitibus pue-
rorum propter molliciem eorum ossium: aut nō pli-
catur, sed scinditur in modum scissurę capillaris, quæ
aliquando penetrant ad siphac: aliquando vero mi-
nime: quarum vulnus aut est magnum: aut est par-
uum: aut vulnus non participat cum eis omnino, et
quandoque in omnibus supradictis speciebus fractu-
ræ frusta ossium conspiciuntur. Cognoscuntur
omnes species fracturæ per inquisitionem diluci-
dam cum tentis: & quandoque fit illud cum tactu di-
giti minoris. et ad vltimum cognoscuntur per maio-
E rem sectionem & separationem carnium. Species
vero fracturæ capillaris cognoscitur per effusionem
humiditatis nigræ: sicut est enclaustrum: quoniā hoc
testificatur a veteribus: & est res cum qua est fiducia
ueritatis. fit autem illud secundum hunc modū. in pri
mis super os detegas & abstergas: deinde funde humi
ditatem super ipsum: fractura eius ex hoc apparet ni-
gra. significatio penetrationis eius ad interiora est vt
radas scissuram donec nihil appareat de nigredine.
Quoniam quando deficit apparitio nigredinis, signū
est ꝙ ad interiora non penetrat fractura: et quando ra
dis scissuram, & nigredo ex eo nō remoueatur: & est
illud quasi prope vltimitatem ossis: scias ꝙ penetrat
vsque ad latus aliud. tunc ergo a rasione cessandum
est. Q. si fractura fuerit ex casu: vel lapidis percus-
sione: & si multum absque vulneratione: tunc signifi
F catio duplex est: sicut sunt eius species: sicut iam dictū
est, videlicet, vna quæ plicatur ad interiora: & altera
quæ dicitur capillaris. Significatio vero illius quæ
plicatur, non occultatur apud inquisitionem cum di
gitis: quoniam sub eis sentitur concauitas manifesta.
Significatio vero fracturæ capillaris cognoscit absqꝫ
vulnere difficulter. Verum oportet te accidentia quę
super infirmum apparent, considerare de acciden-
tibus significātibus illud. Quoniam sunt sicut est apo
plexia, scotomia, destructio vocis, appetitus defe-
ctus, & virtutis digestiuæ, & expulsiuæ, febris acuta,
& his similia. Et illud quod est valde iuuatiuum in
significatione huius fracturæ, & eius vulneratiōe, est
vt mensures magnitudinem rei cū qua facta fuit per-
cussio: & fortitudinem percutientis: aut altitudinem
casus, et locus etiam vbi fit casus. Et si de omnibus his
G speciebus fracturæ velamina cerebri læsa sint: scias il-
lud periculosum esse. Sūt enim velamina cerebri duo
panniculi. vnus eorum dicitur dura mater: & alius di
citur pia mater. dura mater craneo supponitur: & est
grossa quatenus a craneo se defendat. pia mater tan-
git & cooperit cerebrum: & est subtilis propter subti
litatem cerebri. Antequam ad curationem ipsius
perueniás, infirmi accidentia manifesta mala fugias:
& si tūc vides accidētia bona, nō formides. Et de acci
dentibus malis, sunt sicut amissio intellectus, siue pręe-
amissio vocis, rubor & egressio oculorum, & virtu-
tis defectus in appetendo, digerendo, expellendo, flu
xus vētris vel vomitus cholerę, febris acuta, tetanus,
& similia his: quibus apparentibus in pluribus dispo-
sitionibus, infirmus proculdubio non sanabitur. &
multoties dura mater rumpitur: & prędicta acciden-
H tia non apparent: immo fit reparatio: & sanatur infir-
mus. & hoc dico propter testimonium experientiæ:
quia ex lęsione duræ matris apud curationem meam
iam multos liberari conspexi. paucos vero acciden-
tia habentes prædicta sanari. & vidi etiam quosdam
sanari, piam matrem læsam habentes: licet incredibi-
le videatur. Veruntamen illud erat in modica quan-
titate: ita ꝙ medulla exire non poterat. Et Galenus
etiam testatur hoc multoties se vidisse: sicut patet in
commento aphorismorum. & illud contingit raris-
sime. Verum si incisio contingit vsque ad ventricu-
los cerebri, infirmus proculdubio morietur. & hoc
etiam legitur in pātechni: in lib. secundo, vbi dicitur.
incisio cerebri. i. medullæ est vna causa mortis. fal-
sum igitur est quod quidam stolidi dicunt & ridicu-
losi valde, videlicet ne dum de læsione medullę coto

replcta

repleta plurieſ liberari: ſed multoſ aſſerunt ſe vidiſſe. aliquãdo enĩ putredo a ſuperioribus ad inferiora deſcendit: & ibi actione caloris digeritur: deinde admirabilis natura ipſam per medium rupturę foras expellit: quod videntes etiam imperiti medici illud medullam cerebri eſſe æſtimant. Et eſt notandum: ꝙ caput ſecundum Auic. diuiditur in tres partes. i. in ſubſtantiam velatiuam, medullarẽ, et vẽtres. Ventres autẽ ſũt tres: anterior, medius, & poſterior. In anteriori uirtus imaginatiua cõplectitur: cogitatiua in medio: memorialis autem in poſteriori. Sufficiant amodo quę diximus in prologo iſtius capituli. & accedamus ad chirurgiam.

Fractura oſſium capitis, ut dicit Gal. a fracturis aliorum oſſium diſſimilis eſt: quoniã cum oſſa capitis franguntur, & præcipue vehementer: nõ reſtaurantur: quare neceſſe eſt vt extrahantur ſecundũ quantitatem fracturæ: vt virus exeat: ne cerebro inferant læſionem. Dixerunt quidam ſapientes veteres: & non tardetur illud vltra ſeptem dies, ſi fuerit ęſtas: et vltra decem, ſi fuerit in hyeme: & quanto velocius fuerit, tanto melius & longinquius a timore. In primis igitur caput infirmi radatur ſecundum ꝙ ad illud prouocat te neceſſitas. Et ſi vulnus magnum fuerit, ita ꝙ fractura ſit manifeſta: tunc in oſſis abſtractione ſtudium impendatur, ſecũdum ꝙ peruenit rememoratio ſua. Si vero vulnus paruum fuerit: ita ꝙ fractura ſit occulta ſub eo: tunc neceſſe eſt vt magnificetur ſecundũ ꝙ narrabo tibi: & eſt vt fiant ſectiones duæ ſecundum figuram crucis: quarum vna ſit ſectio prima quæ fuit ex percuſſione: deinde quatuor excoriẽtur anguli: donec os quod debet extrahi, congrue detegatur: & tunc ſi ſanguis contrarietur tibi, vt nõ fiat oſſis extractio: primo vulnus cum panno in aceto & aqua infuſo, aut albumine oui vndiꝗ impleatur: deinde plumaceolus de ſtupa eodem modo infuſus ſuperponatur: & ſi neceſſe fuerit ponatur puluis de ſumach minuto, & bolo armeno, et ſimilibus ſanguinẽ refrẽnãtibus: & cum hoc patiens requieſcere permittatur, donec ſanguis abſcindatur. Et ſcias ꝙ illa die ꝗ percuſſio fit, nõ eſt facienda inciſio: quod eſt, quia in omni medicamine tuo uirtutem infirmi conſiderare debes: & propter illud in die percuſſionis non facias inciſionẽ: ne ex hoc nimius fluxus ſanguinis, aut ſyncope accidat: immo adminiſtrandum eſt medicamẽ, quo ſanguis reſtringitur: ſicut prǽceſſit narratio: deinde ad tuum propoſitum poteris redire ſecurus. Et ex ſtolidis quidem medicis ſunt qui amputant angulos vulneris, & proijciunt: & eſt illa intẽtio in qua nõ eſt niſi fatuitas. Quapropter illud facere nõ pręſumas: tamen etiam non oportet in omnibus reddere rationem. Cum autem ad extractionem oſſis peruenire volueris, fiat ſicut docet Gal. & hic eſt ſermo eius. Si fractura recta fuerit & ſeparata, vt facile poſſit expelli cum picigarolis vel forpicibus. caue tamen ſummo opere ne pelliculas tangas. Si vero ſeparata nõ fuerit, neceſſe eſt ipſam radas cum aliquo inſtrumento: ſuauiter tamen & cautiſſime, ne pelliculas cerebri lædas: ſi non ſufficit abraſio, tunc perforatio ex illa parte, in qua uides os tenacitatem habere, nõ excuſat: quæ quidem facienda eſt ſecundũ ꝙ dicemus poſt paululũ. Q, ſi fuerit fractura capillaris: ita ꝙ os ex vtraque ſit durum & forte: tunc oportet vt perforetur cum trypanis, quæ dicuntur a veteribus non profundantia:

A eo ꝙ oſſis non pertranſeunt quantitatem, quoniam facta ſunt ſecundum menſuram formæ ipſius: & ſint ex eis apud te plura quorum quãtitas diuerſificetur, & adminiſtretur illud quod quidam medicorum dixerunt: vt indigerent operatione tua: deinde in primis fiat permutatio ad aliud. Inquit Halyabbas & Auicẽ. oppila prius nares infirmi cum lana vel coto: ne ex voce perforatio lædatur. Modus autem perforãdi eſt vt figas vnum trypanorum ſuper os in circuitu: et reuoluas ipſum intra manus tuas: donec ſcias ꝙ os penetratum eſt: deinde fiat permutatio ad locũ alium: & ſic permutatio fiat vſq; ad vltimum neceſſitatis: deinde cum alio inſtrumento, quod dicitur ſpatumen, ab vno foramine vſq; ad illud os incidatur: et fiat impreſſio eius ab inferiori ad ſuperius, nõ ſubito, ſed paulatim: ne inde cerebrum moueatur: tunc ſi potes, auferas ipſum cum digitis tuis: aut cum inſtrumẽ-
B tis quę nominãtur leuatoria: quorum capita ſunt curuata. deĩde oportet vt radas: & ęques aſperitates, quę ſunt in circuitu oſſis, cum inciſorio: & tu iam poſuiſti aliquod inſtrumẽtum ſub oſſe ad conſeruationem ſiphac: & ſi remãſit aliquid ex oſſibus paruis & fruſtis, iterum extrahas. Inquit iterum Gal. Et nõ oportet vt ex oſſe incidatur, niſi illud quod eſt infirmum vehementer: quoniam non eſt neceſſe vt ſequaris fiſſuram vſq; ad finem earum: & ſic in hoc errant ſtolidi: niſi quando cogit te cauſa magnæ neceſſitatis: & eſt illud quando ſanies expelli non poteſt abſque inciſione oſſis illius ſciſſurę. & illud eſt moleſtiſſimum. quoniã oportet vt cerebrum moueatur. Ipſe enim Gal. quendam curauit: et extraxit ex oſſibus quantam ſaniem expellere potuit: & ſupra locum oſſium expul-
C ſorum natura carnem creauit. Inquit Gal. & ſi poſſumus ſaniem deſiccare abſque oſſium expulſione, melius eſt: quia minus nocumentum cerebro infertur. Et oportet vt inciſio tua ſit in loco magis conuenienti: ꝙ virus currat ex eo facilius. & quando non certificaris de penetratione ſciſſuræ ad partem aliam: tunc certifica te per vltimam raſionem ipſius, & effuſionẽ humiditatis nigræ: ſicut iã diximus. Et caue ne faciat te errare illud quod quidam medicorum dixerunt, uidelicet, vt fiat perforatio ex vtraq; parte ſciſſuræ. Nam mihi illud non videtur rectum: & ſi rectum eſſet, antiqui iam aliquid in libris ſuis dixiſſent. ſed ego non inueni rememorationem alicuius eorum in hoc penitus. quare rectius eſt vt non fiat. Cum autẽ ſecurus fueris de apparitione cerebri, imple vulnus donec os cooperiatur panno lineo ſubtiliſſimo et vetu-
D ſto in albumine oui infuſo: & ſit ille pannus aptus ſecundum quantitatem fracturæ: deinde accipe alium pannum duplicatum, ſecundũ quãtitatem vulneris, & madefacias ipſum ſimili modo in albumine oui: & ſuperpone: quod tandiu donec totum impleatur uulnus, faciendum eſt: deinde plumaceolus de panno lineo uel de ſtupa ita amplus & magnus ꝙ totum vulnus ex vtraq; parte capiat: et nõ ſuperet. & nõ cõprimatur cũ aliq fortitudine: imo adeo leuiter ponatur, ut nõ grauetur pãniculus: deinde ligamen adminiſtretur amplũ: & non plus ſtringatur niſi quantum ſufficiat ad retinendum pannos. Siphac eius ex cõpreſſione & grauedine vehementer ſolet vlcerari & apoſtemari. Et ſcias ꝙ ſapiẽtes antiqui vtuntur ad hoc vino ſtyptico, & oleo roſ. qm̃ valde vtilia ſunt ad confortãdum ſiphac, & apoſtematis prohibitionem. ſu-

per ligamen autem ex aqua et aceto roretur: vt ſit alleuiatio in apoſtematis ſedatione. Cum hac ergo cura æger dimittatur quieſcere ab vna die vſque ad aliam: deinde ſoluatur vulnus, atque mutetur ſicut prius: donec ab apoſtemate calido ſecurus fueris. Inquit Auic. & alij: ꝙ multoties poſt curationẽ cum ferro capitis in ſiphac calidũ accidit apoſtema: adeo vt ſpiſſitudinem oſſis capitis et etiam cutis ſuperet: & ſequuntur poſt illud ſæpe accidentia mala: quę infirmũ ad perditionem adducũt. Inquit. & cauſa quare ſiphac calidũ apoſtema accidit: aut eſt alicuius oſſis fruſtulũ, & ipſum ſuo lędẽs acumine, aut cõſtrictio ligationis, et liciniorũ grauitas, aut frigus, aut multitudo cibi & uini, aut eſt alia cauſa occulta. tũc ergo ſi cauſa fuerit mãifeſta, auferas illã uelociter: & ſi fuerit occulta, phlebotoma patientẽ niſi fuerit aliquod prohibẽs ad hoc: et eius ſubtrahe cibum, regimenq́; adminiſtretur quod calidis conuenit apoſtematibus: & eſt ſicut embrochatio cum oleo roſ. tepido: aut aqua ubi bullita fuerit althęa, maluauiſ. chamomilla, fœnugręcũ, & ſemen lini. aut emplaſtro de farina hordei, & aqua, & oleo roſ. & humecta caput, & ceruicem, & ſpõdylia cum adipe gallinaceo liquefacto. auribuſque etiã oleũ roſ. inſtilletur. & ſi adhuc calidum perſeuerat apoſtema, ſi non fuerit aliquid quod prohibeat, venter patiẽtis ſoluatur: quoniã Hipp. pręcepit illud. Et poſtquam fueris ab apoſtemate calido ſecurus, pone medicinam carnis creatiuam. quæ etiã ſit ſicciſſima abſq́; mordicatione: et hic eſt puluis capitalis, qui fit ex ſarcocolla, minuto thure, myrrha, ſanguine drac. ireos, ariſtolochia, farina orobi, & ſimilibus habẽtibus proprietatem abſterſionis cum excluſione mordicatiõis. puluerizetur ſuper ſiphac: & cura vulnus cum pecijs lineis vſq; ad vltimũ reſtaurationis: & fuge omne humidũ in tali cura: nec virus omnino permittas in vulnere aggregari: ne panniculus cerebri putrefiat: & veniant ſuper infirmum accidentia mala. Dixerũt autem ſapientes ꝙ quandoq; accidit nigredo ſiphac: & fit ex appoſitione medicinę in qua ſit proprietas denigrandi: tunc accipias ex melle partẽ vnam: et ex oleo roſ. partes tres: & linias pannum cum eis: & ſuperpone ſiphac, donec illa nigredo remoueatur. ꝙ ſi accidit nigredo ſiphac, ex ſeipſo: & perueniat vſque ad oculum: & maxime cum prædictis malis ſignificationibus, ideſt cum pepetia: tunc oportet vt deſperes de ſalute huius infirmi penitus, quoniam ſignificat cõſumptionem caliditatis innatę, et deſtructionem eiuſdẽ. Solet multoties ſuper ſiphac caro ſupflua naſci: quare tunc conſideranda eſt eius quantitas: an multa ſit: an modica: & ſi modica, ſufficit ad eius curationẽ ſpõgia marina aliquãtulum abluta. ꝙ ſi fuerit multa, puluis hermodactylorum deſuper aſpergatur ſecũdum quantitatem quæ non facit timorẽ: & ſi cares iſto puluere, alium adminiſtra: in quo ſit eius ſimilitudo, videlicet vt ſit ex medicinis lenioris mordicationis.

Dięta eius ſit talis. In prĩcipio patiẽs comedat far, amygdalatum, olera frigida, pira vel poma cocta & ſimilia his. vinum omnino neſciat, & bibat aquã: caueat a repletiõe cibi, a frigore, ab aere multo lucido, a coitu, ab omni exercitio, a nimia locutiõe, & ab omnibus accidentibus animę, vt eſt ira, triſtitia, ſolicitudo, & ſimilia. Cum autem ſecurus fueris ab apoſtemate calido: & tu iã incepiſti medicinam carnis creatiuã adminiſtrare: regimẽ augmẽtetur: vt inde porus

E ſarcoides fracturã ligãs, melius et uelocius generetur.

*De uniuerſali fractura oſſium.* *Cap.* XVIII.

OSſa aliq̃n frãguntur, aliquando a ꝓpria ſeparãtur iunctura: quorum quidem curatio triplici eget intentione. Prima quarum eſt propria rectificatio vel reductio. Secunda eſt per ligaturam conſeruatio. Tertia vero eſt reſtauratio quæ fit poro ſarcoide mediante. Verum in hoc capitulo vniuerſaliter rememorabor, & breuiter ad extenſionem & rectificationem fracturę & eius reſtaurationem: & ponam prius vniuerſalia: ne error contingat ex imperitia medicorum. Dico ergo ꝙ ſignificatio fracturę quando cõſideratur, in ea ſatis eſt manifeſta. proprerea ꝙ figura membri torquetur: & gibboſitas ex una parte, et cõcauitas ex alia manifeſtatur. Et quandoq; etiam oſſis
F percipitur ſonus cum locum diligenter manu tractaueris, & maturaueris. Cum autem de fractura oſſis certificatus fueris: tunc non oportet ut ultra primum diem differatur eius rectificatio: quia quanto plus tardatur, tãto amplius difficilior erit: propterea ꝙ os indureſcit: & non eſt poſſibile vt rectificetur: niſi extenſione ſuperflua cum qua eſt timor: tarditaſq́; etiam in ipſa fractura facit accidere plurima nocumenta: ſicut eſt apoſtema & ſimilia. Modus autem extenſionis & rectificationis eſt vt accipiatur membrum ex vtraque parte manibus: & non violenter: ſed leuiter: quãtum plus poſſibile eſt diſtendatur & rectificetur donec vna pars alteri coniungatur. uiolentia nanq́; cõpreſſionis maiorem generat anguſtiam, ex qua facile oritur apoſtema. deinde palpa membrum manibus tuis: & rectifica illud quod tibi videtur diuerſum: de-
G inde ligatura adeo ſuauis adminiſtretur: ut inde dolor minime ſentiatur: nec etiam adeo relaxetur, quin ad dolorem aliquantulum ſit decliuis. ſuper locum vero fracturæ fortius aliquantulum conſtringatur. & quanto plus elongatur a fractura, tanto ſtrictura leuior fiat. ſicque faciendũ donec ex loco ſano capias magnam partem. Sed oportet vt faſciæ ſint tres vel quatuor ſecundum ꝙ indiget membrum: et quantitas latitudinis earum eſt ſecundum conuenientiam membrorum: quoniam, vt dicit Galenus, in pectore magnum poteſt poni ligamen: in manibus vero et digitis minime: inquit Galenus: In omnibus locis quanto latius poterit fieri ligamen, fiat: neque ex eo duplicatum aliquid remaneat: ſupra prædictas autẽ faſcias ſtatim haſtellæ locentur, vt per eas membrum rectificetur: ne gibboſitas aut concauitas in membro rema-
H neat: niſi in loco vbi fuerit apoſtema vel inflatio. Inquit Albucaſis: ꝙ quando eſt membrum magnũ, non oportet vt ponas ſuper ipſum haſtellas a primo die: niſi poſt quinque vel ſeptem: vel amplius ſecundum ſecuritatem aduentionis apoſtematis: & ſint haſtellę ſapiẽter factæ: & ſint ex ligno abietis, aut ex medietate cannę latę, aut ex ligno ſalicis & ſimilibus. Inquit, oportet ut haſtellæ quæ ponuntur ſuper fracturam, ſint groſſiores & fortiores: & ſit longitudo earum ſecundum ꝙ contingit membro ex magnitudine & paruitate: & non oportet vt ſit inter vnam & aliam minus quam digitus: deinde ſtringatur ſuper haſtellas cum ligatura alia ſecundum ſtricturam, quam ſciuiſti ſuperius: deinde liga cum ſpago decenter. Inquit. nõ oportet vt tortus ſit: nec multum groſſus: neque multum ſubtilis. & quandoque accidit vt

lędatur

lædatur infirmus propter extremitates haſtellarum poſt ſtricturam in locis ſanis: & pone ſub eis ex ſtupa & ſimilibus, donec nõ lædatur ex eis. Inquit Auicenna. Et non oportet vt fiat feſtinatio ad auferendũ haſtellas: niſi illud quod oſſa fracta conglutinat, confirmetur: ne propter eius debilitatem fiat in membro cõtorſio: immo melius eſt, vt in membro magis quã ſit neceſſarium, moretur quã vt auferatur ante illud. Quantitas autem dierum in quibus conuenit vt ligatura ſoluatur, atque ligetur, eſt ut cõſideretur ſi in mẽbro dolor accidit inquietus, aut pruritus intolerabilis, vel calidum apoſtema. & ſi non accidit aliquid ex eis: tunc non ſoluitur ligatura, niſi in ſpatio trium dierum aut quattuor vel quinque aut ſeptem. Et quandoque, dimittitur donec reſtauretur fractura. Quandoque, inquit Galenus: vtile eſt ligamen, donec ſanetur, dimitti: ſi nihil appareat ex prædictis accidẽtibus. ꝙ ſi horum aliquid apparuerit: tunc neceſſe eſt vt ſingulis diebus ſoluatur. Et ſi fuerit dolor in membro, cum lana ſuccida in oleo roſ. madefacta cataplaſmetur: deinde ligetur: & non ſicut prius ſtringatur: immo conſtrictio minuatur: & ſi fuerit pruritus, locus ex aqua calida fomentetur: ex qua fit reſolutio illius materiei, unde pruritus accidit: deinde membrum cũ oleo roſ. & aceto cataplaſmetur: & quoties ſoluitur ſicut diximus, fomentetur, donec ſedetur pruritus. Si vero apoſtema fuerit, tũc velociter fiat phlebotomia ex parte cõtraria, et aſſidua illud quod infrigidat mẽbrum. & quandoque etiam eſt neceſſarium, vt adminiſtres cerotum ex oleo roſ. & cera alba: aut oleũ chamomillinum: vel vinum ſtypticum: quoniam cõfortat membrum: & apoſtema reſoluit. neque oportet tunc vt ligatura ſtringatur, niſi debiliter ſecundum quantitaem, vt conſeruetur medicamen prohibens apoſtema. Cum autem ſecurus es, ꝙ apoſtema calidũ remouetur, & dolor quieſcit: tũc itera ligaturam tuã paulatim, ideſt vt non ſtringatur ſecundum conſtrictionem primam, donec bene ſecurus fueris, ꝙ omnia accidentia ſunt iam remota. Tũc ſi neceſſe fuerit, ſtringe ligaturam ſecundum quantitatem conſtrictionis primę. Caue tamen ne propter ſuperfluitatem ſtricturæ, nutrimentum venire ad locum prohibeatur: & ex rebus ſignificantibus illud eſt exiccatio & extenuatio mẽbri: quod cũ accidit, locus cum aqua calida fomẽtetur: et ligamen mollificetur parũper: ſicq; aliquibus diebus dimittatur, donec currat nutrimentũ ad fracturã: deinde ſicut prius ſtrinxiſti ſtringatur.

Medicinæ quibus vtimur apud reſtaurationẽ oĩum fracturarũ, & diſlocationũ, atq; etiam torſionũ ſunt: in quibus eſt exiccatio et conglutinatio cum modico caliditatis: ſicut eſt thus, & myrrha, & ſimilia. Et ſcias amice ꝙ Hippocrates iuſſit ſolidatiua ſuper fracturã non debere poni vſque ad ſeptimum diem. uel etiam quouſque fiat ſecuritas quin generetur apoſtema vel tumor. Galenus autem dicit ꝙ in hoc noſtro opere non poſſumus membrum ad ſuum modum conuertere: niſi ab initio ſolidatiua ponamus. veruntamen ſi membrum feſtinat dolere et rubeſcere atque tumeſcere: videamus tunc vt ipſe conſulit: rectum eſt ꝙ nihil ex hoc faciamus: immo materiam de loco ad locum trahamus: & membrum quantum poſſumus, reſtringamus. Et de emplaſtris bonis reſtaurãtibus fracturam & diſlocationẽ, & etiam torſionem, quæ eſt diſlocatio non completa: eſt emplaſtrum quo vtebãtur **A** antiqui ex puluere molẽdini, id eſt farina, quæ uolat, & pendet in parietibus ipſius: quod pluribus etiã cõplexionibus cõuenit, & præcipue mulieribus, & pueris: quoniam eſt æquale in caliditate & frigiditate: & qualitas confectionis eius eſt ut diſtemperetur cũ oui albumine: ita vt confectio eius ſit æqualis, id eſt nec multum ſpiſſa, nec multum ſubtilis. Item aliud emplaſtrum. Recci. aloes, myrrhę, boli arme. thuris, acacię, nucis cypreſſi, dragagãthi, ladani, ana partes ęquales. cõficiantur cum oui albumine: et addatur aliquãtulum de puluere molendini, donec ſit medium inter ſpiſſitudinem & ſubtilitatem: deinde pannus fortis liniatur ex eo: & ſuperponatur. iſtud enim emplaſtrũ eſt mirabilis compoſitionis: quoniam reſtaurat oſſa fracta velociter: & confert pluribus complexionibus. Cibus autem patientis in principio eius ſit ſub**B**tilis prohibẽs inflammationem, donec fueris ab apoſtemate calido ſecurus: deinde ſit cibus groſſus, viſcoſus, vt fiat coagulatio fracturæ velociter. Et ex cibis in quibus eſt groſſities & viſcoſitas ſunt, ſicut triticum valde coctum, rizum, capita & pedes & ventres animalium. & præcipue vaccarum, lentes, & piſces recentes, lac, caſeus recens, vinum groſſum, & ſimilia his. Porus quidẽ ſarcoides, ideſt os calloſum habet generari ex materia nutrimenti oſſis, tanquam a cauſa materiali, & ex natura tanquam cauſa efficienti. & eſt materia eius communis ad conſolidationem aliorum membrorum, ſcilicet carnis & nerui. os autẽ nutritur ex ſanguine groſſo et ſpiſſo. Et propter illud oportet vt ſit intentio tua circa ipſius groſſitiem, & viſcoſitatem, ſicut cum cibarijs quæ prædiximus. Et caue ab omni eo quod ſubtiliat ſanguinem: ſicut **C** eſt vinum ſubtile, et ſimilia: niſi quando vides ꝙ porus ſarcoides ſuperfluit magnitudine: ſicut multoties accidit: quoniam neceſſe eſt tunc regimen groſſum dimittere: & ad ſubtiliatiua redire: atque ligaturã ſtringere vehementer: & adminiſtrare emplaſtra, in quibus eſt ſtypticitas prohibens cum ſubtilitate: ſicut eſt decoctio granatorum, & foliorum myrti, & eius oleum, & ſimilia. hęc enim prohibent nutrimentum, et materiam minuunt.

Multoties autem contingit fracturam cum uulnere fieri, et tunc oportet uulnus diſcoopertum remanere: ab ipſoq; etiam haſtellas facias elongari: deinde in eius orificium cotum vel pannus adminiſtretur. ac ſero & mane mundificetur ne uirus aggregari valeat: & apoſtemate abſente cum medicina carnis creatiua curetur: et poſtquam fractura ligata fuerit ſecundum **D** ꝙ oportet cũ ligaminibus ſuis: rectum eſt vt vulnus tegatur cum aliquo velamine: ne alteret ipſum aer. deinde cum ſanatum fuerit, ſi neceſſitas prouocat, haſtellæ ſuperponantur. Et fractura quidem quæ accidit cum attritione, nõ eſt abſq; timoris articulo: quoniam niſi ſuccurratur cum ſcalpellatione, vt ſanguis egrediatur, accidit ex ea mortificatio membri: et herpes eſthiomenus, putrefactio, & corroſio: & quando currit etiam ſanguis ex ea, non refręnetur. Quod ſi fuerint in vulnere fruſta oſſium ſeparata: tunc oportet vt faciliter abſtrahantur: et ſi ſeparata non fuerint, & membro dolorem & punctionem inferant: vehementer ſecentur: aut perforentur ſecundũ modũ melioris poſſibilitatis: & iterũ extrahatur. Qꝫ ſi virus in vulnere plus augmẽtetur quã minuatur, ſignificatio eſt ꝙ remanſerunt haſtellę: quãuis nõ appareãt: et tũc

locus inquiratur cum tenta donec inueniantur: deinde remoueas eas: & apta ſemper membrum figura. qua virus conuenientius currat. Et caue ne in loco vbi fractura cum uulnere eſt, oleum vicinetur, ne putrefactio, aut corruptio generetur. Et ſcias ꝙ fractura diuerſificatur ſecundum quantitatẽ paruitatis ſuę: quoniam vt teſtatur Auicenna, Fractura quando accidit ſecundum rotunditatem, eſt prauioris curationis & coniunctionis: & deterior fractura eſt illa, ſicut dixit Hipp. quæ declinat ad interiora, quam illa, quę declinat ad exteriora: & eſt illud propter læſionem neruorum. Et fractura cum qua accidit fluxus ſanguinis, et vulnus, et apoſtema, et attritio: eſt deterior omnibus. Et diuerſificatur etiã fractura ſecundũ obedientiã & inobedientiã extenſionis, et rectificationis: qm̃ fractura quę fit in mẽbris magnis, nõ obedit rectificationi, cum extenſione vehementi. et ſimiliter quãdo prolongatur eius ſpatium, neceſſaria eſt extenſio fortis. & fractura quę accidit in membris paruis, non indiget niſi pauca extenſione. Et iterum etiam diuerſificatur fractura ſecundum diuerſitatem membrorum in breuitate & tarditate reſtaurationis: quod eſt: quia fractura brachij citius reſtauratur, quam fractura cruris: & ſimiliter fracturæ reliquorum membrorum diuerſę ſunt adinuicem: & ego veniam poſt hęc ad capitulum cum rememoratione vniuſcuiuſq; ſpeciei fracturæ ſingulariter & diſtincte. Præterea. quando os non reſtauratur ſecundum ꝙ oportet in primis: imo membrum remaneat tortuoſum: cuius rei cauſa aut eſt ignorantia medici os in principio malæ rectificantis: aut eſt defectus haſtellarum abſolute: aut feſtinatio ablationis earum ante confirmationem fracturæ: aut eſt ſuperfluitas motus in hora quietis. & tunc quidam medicorum conſueuerunt iterare fracturam eius. Antiquiſſimi vero antiquorum nihil de hoc dixerunt in libris ſuis: ſicut teſtatur Albuca. dicens ꝙ ſi eſſet rectum, antiqui dixiſſent aliquid. & laudat eſſe rectius vt non fiat, quoniam ex hac operatione eſt timor magnus. Et quandoque membrum deturpatur valde. verum cum ad illud prouocat te neceſſitas, oportet vt ſcias diſpoſitionẽ pori, qui reſtaurauit os: ꝙ ſi fuerit magnus & fortis, non accedas ad refrangendum ipſum ſecundo: quoniam ſicut dicit Auicen. fortaſſe non frangeretur in loco fracturæ primæ: immo frangitur in alia parte loci: & ſi non fuerit magnus & fortis, tunc aſſiduetur embrochatio aquæ calidæ, vbi coctæ ſint herbæ mollificantes: ſicut folia maluæ, violæ, radix althęę, melilotum, & ſimilia his: donec mollificetur porus. deinde frangatur, & diſtendatur, atq; rectificetur ſicut ſcis. & quando porus anteceſſit, & factus eſt fortis & magnus, & non eſt excuſatio quin eius curationem aſſumas: tunc curatio eius eſt cum ferro, & eſt vt locus ſuperius incidatur, & oſſis continuatio diſſoluatur: deinde rectificetur membrum: & ſicut oportet cum diligentia reſtauretur.

Et multoties quidem eſt poſſibile, ꝙ fractura male reſtaurata, curetur ſi eſt recens cum emplaſtris mollificatiuis, ſicut eſt embrochatio prædicta. & emplaſtrũ de mucilagine maluauiſci, & fœnugræci, & ſeminis lini, quãdo conficitur cum adipe anatino, vel gallinaceo, vel arietino, aut oleo ſiſamino, vel liliaceo, et emplaſtrum quod fit ex medulla vaccini cruris, axungia anatis, butyro, oleo liliaceo, & cera citrina eſt in hoc mirabile, et ſimiliter emplaſtrum de ficubus pin-

E guibus, uel dactylis cum fimo columbino. deinde cũ membrum mollificatum fuerit, diſtẽdatur, & ad ſuã propriam figuram reducatur. Multoties poſt reſtaurationem fracturarũ accidit nodatio, ex qua mẽbrum ſedatur. & quandoque eius operatio naturalis prohibetur: maximeque ſi prope iuncturas fuerit: & ſcias ꝙ iam diximus cauſam eſſe videlicet ꝙ eſt ex ſuperfluitate pori ligantis oſſa: & diximus etiam curationem eius cum vltimitate ſtricturæ, & ſubtiliatione cibi, & cum emplaſtris ſtypticis prohibentibus: ſicut eſt acacia, myrrha, olibanum, & ſimilia, quando conficiuntur cum oui albumine, aut vino ſtyptico, aut aceto, & illud quod faciunt medicinæ ſtypticæ, facit etiam ſuperpoſitio plumbi, & eſt ut ponas locamina plumbi ſuper nodoſitatẽ, & ſtringas decenter. Et quando nodatio dura eſt, & in ſubſtantiam lapi-

F deam iam conuerſa, neceſſarium eſt vt ſuperius ſcindatur: & tunc diſſoluatur conſolidatio oſſis, & incidatur ſuperflua nodatio, aut radatur cum inſtrumentis quæ conueniunt ad illud: deinde curetur uulnus cum reliqua curatione vulnerum. Rurſus poſt tempus reſtaurationis fracturæ quandoque accidit in membro ſubtilitas & debilitas. & illud eſt quoniam reſtauratio non eſt firma. Et cauſa quæ facit hoc eſſe neceſſarium, ſicut antiqui teſtantur, eſt multiplex. videlicet aut ſtrictura ſuperflua quæ prohibet nutrimentum: aut multitudo ligamentorum quæ grauat membrũ: aut eſt frequens eorum ſolutio, & ligatura, aut ſuperfluitas embrochationis aquæ, aut motus membri ſuperfluus ante tempus, aut paucitas ſanguinis in corpore patientis, & debilitas eius: & illud eſt ſicut in corpore ſenum, aut paucitas ciborum, & eorum ſubtili-

G tas: aut eſt multitudo fruſtorum oſſium. Oportet igitur vt in curatione huius membri extenuati, & debilitati, vt patiens reficiatur cibo multi & groſſi nutrimẽti: & corpus eius humectetur donec ſanguinis fiat augmentum: & adminiſtretur ſibi balneum temperatum: deinde ponatur ſuper membrum emplaſtrum piceũ tepidæ caliditatis, vt attrahatur ad ipſum nutrimentum plurimum: & illud eſt, quod Reci. picis gręcæ, & picis naualis, & reſinæ, ana partes æquales, & ſimul reſoluãtur ad ignem. & aſſiduetur etiam embrochatio aquæ tepidæ, donec attrahatur nutrimentum ad membrum: & ipſum ad propriam figuram reuertatur. & cuſtodiat ſe infirmus ab ira, & ab alijs accidẽtibus animæ. quoniam ſicut teſtatur Damaſ. vitium animi ſequitur complexionem corporis.

H *De particulari curatione fracturæ oſſium.* Cap. XVIIII.
*Et continet rubricas ſeptem.*

*De fractura oſſium mandibularum.* Rubri. I.

ACcidit multoties vt mãdibula inferior diſrumpatur: cuius cognitio facilis eſt. Cum ergo vis rectificare, conſidera ſi fractura curuata eſt ad interiora abſque ſeparatione mala in duo. Et tunc intromitte indicem dextræ manus, ſi fractura fuerit ſiniſtri: & ſi fractura fuerit dextri, indicem ſiniſtræ manus intromitte, & impelle cum eo gibboſitatẽ fracturæ a parte interiori ad exterius: et cum altera manu tua de foris æqua ipſam decenter uſque ad coniunctionem naturalem. & cognoſcitur æquatio mãdibulæ per ęquationem dentium qui ſunt in ea. Si vero mandibula etiam ſeparata eſt in duo, tunc a duabus partibus fiat extenſio

extenſio ſecundũ rectitudinem, donec fiat eius ęqua-
tio naturalis. & ſi accidit in dentibus motio, liga vnũ
eorum cum altero cum filo aureo vel argenteo, aut fi
lo ſerico forti. deinde ſi times aduentum apoſtematis
calidi: tũc pone cotum uel lanam ſucidam cum oleo
roſ. & oui albumine madefactam : deinde ligetur ſe-
cũdum ꝙ melius pręparatur tibi de ligatura eius. Et
ſi non times apoſtema calidum, ponatur ſtatim em-
plaſtrum ex puluere molẽdini, vel farina ſiſamini cũ
oui albumine ſuper confecto. deinde pone deſuper
pannum duplicatum, & pone haſtellam magnam ſe-
cundum quantitatem mandibulæ, aut fruſtum ſoleę:
& ſecundum ꝙ oportet: ſicque donec ſanetur, dimit
tatur, niſi accidat iterum apoſtema calidũ, aut dolor
intolerabilis, vel pruritus: & ſi aliquod iſtorum acci-
derit, tunc fac vt diximus in capitulo vniuerſali, do-
nec illud prohibeatur omnino. deinde redeas ad em-
plaſtrum, & ligaturam paulatim, donec ſanetur: & ſi
vides ꝙ aliquid ex naturali figura mutetur, tunc ſol-
ue ligamentum, & itera æquationem membri, & liga
decenter. Qꝫ ſi fractura fuerit cum vulnere, conſpi
ce ſi inſunt oſſis fruſta ſeparata : tunc ſtude in eorum
abſtractione ſubtiliter, & ſecundum modum poſſibi
lem cum inſtrumentis quæ conueniunt ad illud. & ſi
vulnus fuerit ſtrictum, amplifica ipſum ſecundum in
digentiam tuam. deinde curetur ſicut ſciuiſti, donec
ſanetur: & præcipe infirmo, vt ſit in tranquillitate &
quiete: & ſit eius cibus ſorbilis & lenis. Inquiunt ſapiẽ
tes veteres huius artis, ꝙ multoties huiuſmodi fractu
ra in tribus ſeptimanis reſtauratur: quoniã huiuſmo-
di os vt dicit Halyab. eſt molle, & in eo eſt medulla.

*De fractura furculæ pectoris.* Rubri. II.

Contingit aliquãdo vt furcula pectoris frãgatur,
cuius ſignificatio non occultatur ſen-
ſui apud tactũ cum manu. Operatio uero mea eſt ut
inueniantur duo miniſtri: quorum vnus teneat adiu-
toriũ, qđ ſequitur furculam fractã, et extendat ipſum
ad exteriora & ſuperiora: & alter extendat collũ ver
ſus partem aliam. deinde medicus æquet fracturam
cum digitis ſicut decet, ita vt non ſit eminentia, neqꝫ
concauitas. Et ſi indiget extenſione plurima, tunc po
ne ſub ala pilam magnam ſecundum quantitatem in
digentiæ tuæ, & ſit ex panno, vel ex lana. & extende
cubitũ donec approximet ipſum coſtis: deinde æqua
fracturam, ſecũdum ꝙ oportet. Qꝫ ſi extremitas fur-
culæ ad exteriora trahi non valeat, ex eo ꝙ ſubmerſa
eſt in profundo: tunc oportet vt reſupines infirmum
ſuper collum ſuum: & pone ſub eius humero pului-
nar medium, & miniſter premat eius humerum ad in
teriora, donec extremitas furculæ, quæ eſt in fundo,
ſubleuetur: deinde rectifica ipſam decenter. Et ſi infir
mus ſentit puncturam apud tactum cum digitis: tunc
ſcias quod eſt oſſis fruſtulum. Propterea ergo ſeca ſu-
per fracturam, & extrahe ipſum fruſtulum: & ſi reti-
netur ex aliqua parte, & tunc incide ipſum. Et pone
prius inſtrumentum ex ligno ſub oſſe, vt conſeruet
ſiphac, ne diſrumpatur: ſi ſciſſura fuerit magna, aggre
ga ipſam cum ſutura, & incarna eam. Verũtamen nõ
facias illud, ſi times apoſtema calidum. ꝙ ſi times, tũc
ſummam adhibe curationem cum oleo roſ. & aceto
& ſimilibus. Et quando fractura fuerit abſque vul
nere & ſectione, pone emplaſtrum ex puluere molẽ-
dini, vel aliud reſtauratiuum fracturæ: & pone deſu-

A per ſtupam leuem, & ſuper ſtupam puluillum dupli-
catum, deĩde ponatur haſtella ex tabula ſubtili, cuius
latitudo ſit trium digitorum, & longitudo quatuor:
deinde cum lõga faſcia tribus vel quatuor digitis am
pla decenter ligetur: & inuolue eam ſuper collum: &
reduc ipſam ex omni parte vniuſcuiuſque titillici: de
inde ligetur brachium infirmi ad collum eius, & ſub
titillico collocetur puluinar paruum in nocte: præci-
pue apud ſomnum: et ſit dormitio eius ſuper dorſum
ſuum : nec ſoluas ligamentum vſque ad quinque vel
ad ſeptẽ dies: niſi accidat aliquod ex accidentibus, ſi-
cut eſt pruritus, aut dolor, uel apoſtema calidũ: et de-
inde ſolue, et renouetur emplaſtrũ, & dimittas ipſum
donec ſanetur. Et oportet vt aſpicias omni die ne
mollificeretur ligamẽ: & remoueatur haſtella. ꝙ ſi vi
deris illud, iterum rectifica, et ſtringe ligaturam decẽ-
B ter. Dixerunt quidam ſapientes ꝙ furcula indiget
ſubtiliatione apud curationem ſuam : quoniam eius
reſtauratio difficilis ualde fit. Et dixerunt iterum ꝙ
furcula ſtringitur, et confortatur ſecundum plurimũ
in ſpatio triginta dierum: & quandoqꝫ fit illud in qui-
buſdam hominibus in minori ſpatio.

*De fractura coſtarum.* Rubrica. III.

Cum accidit coſtis fractura, non occultatur apud
inquiſitionem cum digitis ex eo, ꝙ
in loco aſperitatem, & ſenſum inuenies non æqualẽ.
& fortaſſis oſſis auditur crepitatio : & fit huiuſmodi
fractura ſecũdum duos modos: quorum vnus eſt ad
exteriora: alter ad interiora. Fractura uero quę emi
net ad exteriora, facilius recipit curationem. & eſt vt
æques fracturam cum digitis ſecundum modum poſ
C ſibilitatis tuæ donec cõuertatur ad figuram propriã.
deinde epithemetur locus cum eo quod conuenit: &
ſtringatur ſtrictura cum haſtella, ſi fuerit neceſſe. Et
ſi fractura fuerit ad interiora decliuis: cuius uera et ꝓ-
pria ſignificatio eſt dolor inquietus, & pũctura: ſicut
punctura pleureſis, propterea ꝙ os pungit velamen
& etiam anhelitus ſtrictura, et tuſſis vomituſque ſan-
guinis plurimi: tunc ingeniatio eius extenſionis ad ex
teriora cum manu deficit omnino. Verũtamen dixe-
runt quidam antiquorum : Infirmus cibetur cum ci-
bis generãtibus inflationem validam, donec infletur
venter: quoniam inflatio impellit fracturam ad exte-
riora: & huiuſmodi quidem operatio licet quandoqꝫ
ſit neceſſaria propter defectum alterius ingenij, tamẽ
eſt cauſa quæ facit velociter accidere apoſtema cali-
dum. Et dixerunt quidam alij ſapientiores, ꝙ pona
D tur vẽtoſa ſuper locum, vt fortiter ad ſe trahat: & hęc
curatio eſt vehementior : niſi quia timetur, ꝙ ſuper-
fluitates trahantur ad locum. Et fuerunt etiam alij
ſapientiores, qui dixerunt vt tegatur locus cum lana
ſubmerſa in oleo calefacto : & ponantur inter coſtas
plumaceoli, donec impleatur: & fiat ligamentũ ęqua
le apud inuolutionem eius per corporis circuitum.
Et dixerunt iterum ſi res fuerit vehemens, infirmus
tolerare non poteſt: quoniam os pungit diaphragma
punctura praua, tunc eſt neceſſe vt ſeces ſuper locũ,
vt detegas coſtam fractam: deinde pone ſub ea inſtru
mentũ quod conſeruet ſiphac, & incide os quod pun
git cum facilitate. Et ſi uulnus magnum fuerit, aggre-
ga ipſum cum ſutura, et cura cum ratione uulneris: ni
ſi accidat apoſtema calidum, quod ſi accidat, coope-
riatur locus puluillis in oleo roſ. madefactis: & cure-

tur cum eo quod conuenit curationi calidi apostema
tis interius. & cibetur infirmus cibo conuenienti: ac
dormiat super latus in quo melius sustinet, donec sa-
netur. Et fractura quidem costæ in. xx. diebus con-
stringitur & confortatur.

*De fractura adiutorij.* Rubrica. IIII.

Adiutorium vt dicit Albucasis, est illud quod est
inter cubitum vsque ad caput spatu
læ. cum autem accidit fractura ei, vt ait Auicen. non
declinat secundũ plurimum nisi ad partem exterio-
rem. Et oportet in eius rectificatione vt sint præsentes
duo ministri: quorum vnus extẽdat brachium, & al-
ter teneat locum, qui est sub fractura. deinde tãge fra-
cturam manibus tuis: & æqua ipsam æquatione vlti-
ma. deinde pone emplastrum consolidatiuum, si non
timeas apostema calidum. & liga ligamento ascendẽ-
te vsque ad humerum, & descendente vsque ad cubi
tum. Si fractura fuerit in medio adiutorij, & si fractu-
ra fuerit proxima humero, stringatur cũ eo. & si fue-
rit propinqua cubito, stringatur similiter cũ ipso cu-
bito: & sit latitudo ligamenti. iiij. digitorum. deinde
non soluas ipsum vsque ad. vij. diẽ nisi fuerit aliquid
prohibens. tunc solue & iterum liga cũ hastellis, quã-
tum sit longitudo secundum fracturam eius additio-
ne trium digitorum ex omni parte. & si amas vt sol-
uas de tertio in tertium causa defensiõis: fac illud quo
niã est res in qua quiescit animus Hippo. ꝓpter securi
tatem nocumentorum. quamuis sit restaurationi no-
ciua. Et si timueris a principio apostema calidum,
ex eo ꝙ vides membrum rubescere, atque tumesce-
re: tunc nõ tangas cum emplastro, neque cum hastel-
lis vsque ad. vij dies uel plus: donec fiat securitas apo
stematis. et pone super membrum ex illis quę mitigãt
apostema calidũ, sicut lana succida in oleo ros. et ace-
to madefacta. deinde cum quieuerit apostema, strin-
ge fracturam sicut diximus in capitulo vniuersali.
Et modus stringendi est sicut sciuisti in capitulo vni-
uersali. & oportet vt consideres in omni hora noctis
& diei, vt non mollificetur ligamentum: & mutetur
figura membri. ꝙ si videris illud, tũc rectifica, & strin
ge ligamentum: & dormiat infirmus super dorsum,
sintque manus super stomachum suum, et pone pul-
uinar molle sub adiutorio. Verum de administra-
tione cibi oportet vt sufficiat quod dictum est in capi
tulo vniuersali, vt videlicet sit cibus in primis subti-
lis, donec fractura incipit restaurari. deinde sit cibus
grossus & viscosus. Dixerunt autem antiqui ꝙ fra
ctura adiutorij atque cruris cõsueuit stringi in. xl. die
bus. oportet ergo tunc vt soluatur, atque cum aqua
temperati caloris membrum balneari præcipies. & si
non uisa fuerit bona restauratio, tunc itera ligamentũ
& hastellas. & dimitte vsq; ad. l. dies vel duos mẽses.

*De fractura brachij.* Rubrica. V.

Inquiunt sapientes brachium compositũ est ex
duobus ossibus: quę duo fo-
cilia nominãtur. quorum vnum est paruum: & aliud
magnum. & paruum est illud quod sequitur pollicẽ,
& alterum est magnum: et est illud quod est sub digi-
to paruo ab inferiori parte. Et quandoque frangi-
tur unum eorum tantum: aut paruum aut magnum:
& quandoque ambo simul. Veruntamen quando
frangitur focile paruum superius: rectificatio et cura-
E tio eius est facilior. et quando frangitur focile magnũ
inferius: fractura eius est mala, & sanatio eius est diffi-
cilis. & deterior est ea quãdo frangũtur ambo simul.
Quando ergo frangitur focile paruum superius: tunc
oportet vt æques ipsum cum extensione parua. & si
fuerit magnum inferius cum extensione maiori. Et si
sunt ambo simul focilia: tunc oportet vt eius exten-
sio sit uehementior ualde. Et modus restaurationis
fracturæ brachij in omnibus est, sicut diximus in fra-
ctura adiutorij: & de consuetudine brachij est quan-
do frangitur, sex administrẽtur hastellę: siue sit fractu
ra in vno focili, siue in duobus. & sit hastella quæ po-
nitur super fracturam, latior & fortior & firmior pa-
rum. & tu scis iam illud quod diximus de quantitate
stringendi ligaturam in sermone vniuersali. videlicet
vt sit strictura super locum fracturæ vehementior: et
F quãto ligatura ad superiorem partem fracturę vel ad
inferiorem tendit: eo amplius relaxetur. vtilitas qui-
dem huius intentionis est, vt a membro læso materia
sanguinis expellatur, vt non fiat apostema. Quando
vero amas vt sanguis ad fracturam trahatur pro nu-
trimento, extremitates ligaturæ vehementius & stri-
ctius ligentur. Et quando apparet in fractura mem
bri aliquod ossis frustulum nõ separatim, tunc stude
in reductione eius ad locum suum secundũ virtutem
tuam. Q. si frustum separatum fuerit, & cutem pun-
gat, & nõ est fiducia in restauratione eius: tunc neces-
sarium est vt incidatur super ipsum: & extrahatur. ue
rum oportet te esse solicitum circa ea quæ accidunt
cum fractura. & post ipsam antequam accidant nocu
menta: & ex eis est, sicut vulnus, & fluxus sanguinis,
& attritio, et apostema, et dolor nociuus, et pruritus,
G & superfluitas pori, & minoratio eius in necessaria
quantitate: & similia his. Et nos quidem iam prę misi-
mus sermonem ex eis in locis suis secundum comple
mentum. quare sufficiat illud ad præsens. Et opor-
tet iterum vt suspendatur manus infirmi angulariter
ad collum eius. & sit latitudo ligamenti cum quo fit
suspensio, secundũ quantitatem, quæ totum brachiũ
comprehendat: quoniam si fractura tantum sustenta
tur, & partes reliquę negligantur, membrũ a tortuo-
sitate nõ euacuabitur penitus. Et custodiat se ĩfirmus
ab omni motu antequam brachium cõfortetur. & sit
eius dormitio super dorsum suum. Dixerunt autẽ
sapiẽtes antiq ꝙ fractura brachij restauratur in. xxx
diebus. & quandoque in vigintiocto. et hoc est secũ-
dum dispositionem constructionum, & dispositio-
nem virtutis.

H

*De fractura coxarum.* Rubrica. VI.

Coxa cum frangitur nõ occultatur sensui. & di-
xerunt ꝙ cõuertitur ad ex
teriorem & interiorem partem: quoniam os eius est
latum per naturam. Restauratio uero eius est secundũ
hunc modum. & est vt iaceat infirmus super faciem
suam extensus. deinde extendatur membrũ ex vtra-
que parte cum ligamentis: aut alijs speciebus extẽsio-
nis a duobus ministris non solum cum facilitate, im-
mo cum fortitudine aliqua. & medicus ęquet fractu-
ram manibus suis æquatione vltima. Et si inuene-
ris frusta ossium pungentia: fac illud quod multoties
diximus de reductione eius ad locum suum & de ex-
tractione: si illud non fuerit possibile. deinde ligetur li
gatura decẽti, sicut decet in fractura tali. Et regimẽ

curationis

curationis eius est, sicut in adiutorio ostensum est. Inquit Auicen. ꝙ ille cuius coxa aut ancha fracta fuerit parum denudatur a claudicatione. & propter illud adhibe studium in administratione ligamentorum: et fortasse quando fractura est valde magna, ponuntur superinuolutiones, & hastellæ magnæ, quæ capiant magnitudinem pedis. & non oportet vt abbreuietur ex hoc: neque etiam prolongetur: & vtilitas istarum tabularū erit magna, vt sana pars pedis prohibeatur a motu: quoniam est nociuus & pręcipue apud somnum. et oportet vt fugias hanc operationem quando timetur ex apostemate. immo oportet quando accidit apostema, vt soluas membrum: & cura ipsum cū eo quod sciuisti: et iterum oportet ꝙ abhorreas administrationem prædictorum instrumentorum: quādo est apud te modus aliorum ingeniorum: quoniam est grauitas & labor super infirmū. Inquiunt: coxa roboratur in .l. diebus, aut parū minus, aut parum plus.

*De fractura cruris.* Rubrica. VII.

Inquiūt. in crure sunt duo ossa: quorum vnum est magnū, et nominatur crus: & alterum est paruum, & focile nominatur: & fortasse frangitur vnum eorum tantum. et fortasse frangūtur ambo simul. Et quando frangitur os paruum superius, est eius restauratio facilior & securior: quam si frangitur os magnum: & sit eius inclinatio ad partem interiorem. & fractura ossis magni replicatur ad exteriora. & quando ambo ossa simul franguntur, est deterius. Et tūc conuertitur crus ad omnem partem. & hæc est res quæ non occultatur tibi. Curatio vero fracturæ cruris est secundum similitudinem fracturæ brachij: ex eo ꝙ species istarum fracturarum assimilātur adinuicem. Verumtamen Albucasis addit operationem quandam in crure: videlicet vt ponantur tabulæ duæ decenter secundum longitudinem cruris, a genu vsqꝫ ad inferius pedis: & ponatur vna ab vna parte cruris, & alia ab altera. deinde ligentur in tribus locis: id est in duabus extremitatibus & in medio. & vtilitas istarum tabularum est vtilitas quam diximus in tabulis, quæ ponūtur in fractura coxæ. Inquit etiā. Etiam administratur cunabulum de ligno secundum longitudinem cruris: in quo crus locetur, et conseruetur a motu.

Et scias ꝙ licet sermonem particularem non fecerim in curatione omnium specierum fracturarū, has tamē species, de quibus locutus sum, alijs exemplum posui. Quare oportet vt restaurator in restauratione aliarum specierum ab istis sermonē accipiat. & illud quod diuersum est ab eis, secundum ingenium rectificet, donec compleatur desiderium ex eis: ex quibus indiget in illo.

*De dislocatione. Cap. XX. continens rubricas decem.*

*De dislocatione in uniuersali.* Rubrica. I.

Dislocatio est separatio vel egressio iuncturarū a loco suo. quare prohibetur motus earum, & figura membri fœdatur. Et significatio uniuersalis dislocationis est concauitas insolita ex vna parte: & ex altera eminentia. et fit cum hoc motus membri difficilis. Cum ergo accidit alicui dislocatio: tūc oportet te in primis considerare: an sit simplex: an composita cum alia ægritudine, vt cum vlcere, aut cum vulnere, vel apostemate calido. Q, si fuerit simplex: non

A erit excusatio quin velociter reducatur antequam locus apostemetur. Si vero fuerit composita: tunc non oportet vt fiat eius reductio: immo curetur ægritudo, cum qua composita est dislocatio. nam si fieret reductio illa ægritudine nō curata, forte spasmus super infirmum accideret. Verumtamen huiusmodi sermo non est absolutus: quod est: quia sicut testatur Auicē. quando dislocatio est ex illis quæ redeunt cum extensione facili ex qua vehemens non generatur dolor, licet sit composita, ad suum locum reduci potest. Deinde regimē vulneris vel apostematis administretur: sicut dictum est in fracturis. Et de iuncturis quædā sunt facilis dislocationis, sicut iunctura manus & digitorū: & de eis sunt difficilis dislocationis, sicut est iunctura cubiti. Inquit, facilitas restaurationis est secūdum quantitatem facilitatis dislocationis: & difficul-
B tas est secundum difficultatem ipsius: & deterior dislocatio est illa, cum qua franguntur capita ossium iuncturarum: quoniam secundū plurimum ad suam naturalem dispositionem non redit.

*De dislocatione mandibularum.* Rubrica. II.

Dislocatio mandibulę raro accidit. Et significatio eius est inæquatio dētium inferiorum cum superioribus. os etiam non potest claudi: sermoqꝫ impeditur. Eius vero extensio & reductio fit secundum hunc modum. & est vt ambo capita mandibularum sub auribus accipiantur, si in vtraque parte fuerit dislocatio. aut vnum caput accipiantur tantum, si in vna parte fuerit dislocatio. deinde ad exterius cum facilitate reducatur: donec reductio cōpleatur secundum naturā suam: cuius significatio est ęqua-
C tio dentium, & oris clausio: deinde ponantur de subtus puluilli de panno ex ceroto: qđ fit ex cera & oleo ros. madefacto: & ligetur faciliter cum ligamento leui: cuius figura tendat desuper: & sit cibus infirmi sorbilis & leuis, vt non indigeat masticatione donec remoueatur dolor, et nodetur mandibula. Et quando non obedit dislocatio mandibulæ propter duritiem quæ iam ei accidit ex tarditate: tunc oportet vt linias locum cum oleo violato in balneo: & embroches ipsum cū aqua calida embrochatione plurima, donec lenificetur durities. deinde fiat restauratio, sicut diximus.

Veruntamen scias ꝙ quando dislocatur vtraque mandibula simul: oportet vt ipsa hora reductio fiat: alioquin pessima superueniunt accidentia, sicut febris inseparabilis, & dolor capitis assiduus: & est illud pro-
D pter nimiam extensionem lacertorum: & fortasse accidit vt soluatur venter infirmi: & euomat choleram puram: & tunc multoties in die morietur decimo.

*De dislocatione humeri.* Rubrica. III.

Dixerunt sapientes ꝙ humerus dislocatur secundum tres modos. quorū primus est ad partem superiorem. secundus est ad partem anteriorem. tertius ad partem versus titillicum. ad partē autem posteriorem nunquā dislocatur: & illud est propter spatulæ prohibitionem. veruntamen scias ꝙ raro dislocatur ad superiorē propter eminentiā ipsius: & fit etiam illud raro ad interiora, propter prohibitionem neruorum. & plurimum eius est vt dislocetur ad inferiora: & præcipue in macilentis: quoniam fit in eis velociter: in pinguibus vero fit valde raro.

Et istius dislocationis significatio est rotunda eminentia sub ascella, concauitas in capite humeri, diuersitas inter humerum sanum & dislocatum, & impossibile est infirmo manum suam ad aurem porrigere, & fit eius difficilis valde. Oportet ergo in eius reductione vt minister tuus eleuet manum infirmi ad superiora: deinde pone pollices tuos vel pugillum sub ascella eius: & eleua iuncturam vehementer superius, donec ad locum proprium reducatur: et minister eleuet manum infirmi, & extendat eam sursum: deinde deponat eam inferius. Ex hoc quidem redibit uelociter: pręcipue si patiens fuerit puer, ac dislocatio recens. Si vero res vehementior fuerit: quod secundum hűc modum reduci non poterit: quoniam iam sunt plures dies ꝙ accidit: tunc fomentetur in primis locus aq̃ calida: in qua coctę sint herbæ mollificãtes, sicut maluauiscus, maluæ, folia violę, radix altheę, melilotum, & similia his: deinde resupinetur infirmus supra dorsum suum: & restaurator intromittat pedem suum in latus eius: & locet calcaneum prope caput adiutorij: deinde accipiat manum infirmi manibus suis, ac si uellet eam a spatula separare: & inclinet manum suã parum versus ventrem: & minister vnus caput infirmi teneat, ut non moueatur: sicque dislocatio cum velocitate redibit. Vel fiat alio modo. Inueniatur aliquis vir fortis qui sit lõgior infirmo: & intromittat humerum suum sub ascella eius ex illo latere in quo est infirmitas: & eleuet ascellam cum fortitudine ad superiora, donec totus infirmus suspẽdatur ĩ aere: & alius qui manum trahat ad inferiora ventris ipsius. Q; si infirmus fuerit leuis, oportet vt suspendatur cum eo aliqua res, vt grauetur ex ea. ex hoc nãque reductio statim fit. Et quandoque reducitur secundum hunc modum, idest, vt ponas adiutorium super gradum scalæ qui iam inuolutus est pannis lineis: deinde extẽdatur manus infirmi ad inferiora ex vno latere: et extendatur corpus fortiter ab alio latere, & sic dislocatio ad proprium redibit locum. Veruntamen oportet vt locetur gradus scalæ prope caput adiutorij: antequam fiat extensio: quoniam timetur ex hoc fractura. Et iã reducitur cum modis alijs similibus istis: quos non licet narrare: ne librum faciant tædiosum propter longitudinem sermonis. Cum autem dislocatio redibit ad locum suum, ponatur sub titillico pila ex lana, vel corijs, aut pannis: deinde ponatur emplastrum ex puluere molendini præparatũ cum albumine oui, & olibano: et reuoluatur super humerum totum: deinde ligetur ligatura decenti. & oportet vt manus infirmi ligetur ad collum eius. Et sit cibus eius in primis paucus, donec membrum aliquantulum cõfortetur: deinde ipsum augmentabis vsque ad dies. vij. & non expedit soluere ligamentũ. Et si dislocatio fuerit propter humiditatem vel propter aliã causam, tunc vtaris cauterio. Q; si accidit post sanationem eius grauitas in mẽbro, & tarditas in motu suo: oportet vt balneetur infirmus multoties, donec leniatur grauitas, et redeat ad naturam primam.

*De dislocatione cubiti.* Rubrica. IIII.

Dislocatio cubiti omnibus alijs est difficilior, & similiter eius restauratio: & illud est propter vehementiam ligamentorũ quæ continent ipm, & eorum breuitatem, & etiam propter contrarietatem suæ concauitatis: & fit hic dislocatio ad omnes

E partes, & pręcipue ad partem posteriorem & anteriorem. & deterior & grauior est eius quæ accidit ad posteriora propter inobedientiam carnis. Et significatio huius dislocationis satis est manifesta: ex eo ꝙ apparet gibbositas in vno latere, & cõcauitas in altero, & non est possibile vt infirmus duplicet brachiũ: nec potest cum eo suum tangere humerum: & declarat etiam id tibi manifeste diuersitas inter cubitum dislocatũ & sanum, quando coniungis eos. Et nõ oportet vt tardetur eius curatio quousque perueniat apostema calidum: immo oportet ut festinetur statim. nã apostema properat ad hunc locum propter vehemẽtiam doloris: quod postquã accidit, fit eius reductio difficilis valde: & fortasse sanitatem omnino non recipit, præcipue si fuerit dislocatio ad posteriora: & fortasse moritur ex ea infirmus propter grauedinem doloris.
F Cum ergo dislocatio fuerit parua, reducitur ex tensione: & est vt vnus minister teneat humerum infirmi, & alter teneat brachium, & extendant illud: deinde ponat restaurator manus suas super brachium, & imprimat iuncturam cum pollicibus suis, aut cum radice palmæ suæ, donec ad suum locum redibit. Et si fuerit dislocatio ad interiora: tũc reducitur sicut dixit Hippo. videlicet vt brachium a duobus ministris, sicut diximus, extẽdatur: deinde duplicetur manus cum manu, donec humerũ percutiatur a palma: sic enim adæquabitur statim. Q; si fuerit ad posteriora, & nõ obedit: tunc necesse est vt extẽdatur brachium extensione vehementi: & reuoluatur ad omnem partem: & inũgat restaurator manus suas, vt sit illud adiutorium in lubricitate: deinde imprimat iuncturam cum impressione vehementi, donec ingrediatur: deinde restringatur cum emplastro restauratiuo,
G sicut oportet: & sit brachium infirmi suspensum ad collum eius: & dimittatur diebus aliquot: deinde soluatur. et si cognoueris iuncturam firmam esse in loco suo, tunc solue ligaturam, et dimitte ipsam: & si non, reitera emplastrum & ligaturam, donec firmetur. Et si post sanationem eius accidit grauitas & tarditas in iunctura apud motum suum: tunc humectetur locus in balneo, & fricetur cũ lenitate, donec leniatur. Et si amas, suppone sepum arietis cum butyro temperatæ calefactionis, & oportet vt ponatur ipsum ante balneum, & post ipsum.

*De dislocatione iuncturæ manus.* Rubrica. V.

Cum autem accidit vt iũctura manus dislocetur, eius reductio facilis est. Extẽdat ergo
H minister brachium versus posteriora: & medicus extendat manũ versus contrarium illius partis, scilicet versus anteriora. & extendat etiam vnumquenque digitorum incipiens a pollice & perueniens ad minorem: & sic æquabitur. Et iterũ est modus alius, vt ponatur iunctura manus super aliquam tabulam, & extendat minister manus illam extensione decenti. deinde ponat medicus palmam suam super eminẽtiam iuncturæ: & comprimat donec fiat eius reductio naturalis: deinde stringatur cũ emplastro aliquibus diebus: postea soluatur, & dimittatur: & moueatur manus. Et si est in motu eius priuatio: aut est in eo grauitas: tũc aq̃ calida fomentetur: et fricetur donec leniat.

*De dislocatione digiti manus.* Rubrica. VI.

Quando aliquis digitorũ manus dislocatur: tũc reducitur secundum hunc modum:

dum:& est vt extendatur digitus:& impellatur emi-
nentia cum pollicibus: donec reformetur secundum
figuram naturalem. & fit quidem secũdum hunc mo
dum reductio dislocationis digitorum pedum.

*De dislocatione spondylium.* Rubrica VII.

Dislocatio spondylium est valde timorosa:& prę
cipue si fuerit completa:infirmus pro-
culdubio moreretur propter coarctationem nuchæ:
& significatio eius est emissio egestiõis,et vrinæ absq;
voluntate: quod procedit ex debilitate virtutis la-
certorum, vesicæ, & ani: & quandoque debilitan-
tur mẽbra,sicut brachium,crus,et pedes. Et si est pri-
ma spondylis colli, quæ sequitur nucham, priua an-
helitum animalis,& moritur statim. Cum ergo fue
rit in spondylibus colli dislocatio,extẽdatur tunc ca-
put infirmi faciliter ad superiora: deinde æqua spon-
dylem cum compressione necessaria:& cum fuerit re
staurata in loco suo: ponatur super ipsam emplastrũ
restauratiuum:& positis puluillis stringe desuper ha-
stellam secundum longitudinem & latitudinem col-
li:& liga eam ad caput,& adiutoriũ,ne forte mouea-
tur a loco suo: & fasciæ quibus stringuntur, non sint
rotundæ:quoniã lædunt:immo sint ex lateribus pan
ni. Si vero fuerit dislocatio in spondylibus dorsi:
tunc considera ad quam partem vertatur: quoniam
possibile est vt fiat versus quatuor partes. ꝙ si fuerit
versus partem interiorem apud pectus,non est inge-
niatio in eius curatione: quoniam nec sanatio. & simi
liter in illa quæ fit versus duo latera. illa autem quæ fit
versus posteriora, dicitur gibbositas: quæ si fuerit a
pueritia,nõ curatur, neque sanatur omnino. Curatio
eius, vt testificatur Hippo. aut est mors, aut est mor-
bus. Verum illa quæ accidit ex casu,vel ex percus-
siõe,et similibus, curatur. Fiat ergo sicut dixit Hipp.
& infirmus sit prostratus super ventrem suum: & sit
sub eo aliquod humidum,ne pectus eius lędatur. et re
staurator stet super eum cum calcaneis suis:& impel-
lat ossis eminentiam ad inferiora:donec redeat ad lo-
cum suum:aut ponat palmas suas super spondylẽ: &
imprimat fortiter donec redeat: aut ponat super eã,
tabulam:& super tabulam ponat pedes suos, & com
primat, donec reformetur. Q; si secundum hunc mo
dum reduci non poterit:tunc accipiatur tabula æqua
lis mensuræ: & ponatur vna eius extremitas in fora-
mine:quod fecisti in pariete:iuxta quem est infirmus
prostratus:et medium locetur super gibbositatem:et
ponat restaurator pedes suos super aliam extremita-
tem:& comprimat decenter:donec spõdylis reduca-
tur. Deinde post æquationem ponatur emplastrũ:
& positis puluillis de stupa, desuper ponatur hastella
lata secundum quantitatem trium digitorum:et lon-
ga secundum ꝙ capiat gibbositatẽ,& aliquid ex par-
te sana:deinde ligetur cũ ligatura decenti. Et si reman
serit aliquid gibbositatis in loco post restauratione:
tunc necessarium est vti medicinis mollificatiuis,et le
nitiuis tempore prolixo cũ appositione hastellæ:quã
diximus.& ex hominibus quidam sunt qui vtuntur
in hoc lamina plumbi.

*De dislocatione anchæ.* Rubrica. VIII.

Dislocatio anchę quattuor accidit modis. Quorũ
vnus est vt dislocetur ad interiora. Se-
cundus est ad exteriora:& parum dislocatur ad inte-
A riora. Tertius ad anteriora. Quartus ad posteriora. Et
plurimũ eius est vt dislocetur ad exteriora & parũ.
Primo dislocatur ad interiora. Et significatio dislo
cationis ad interiora est:quoniam quando iungis cru
ra infirmi,pes dislocatus lõgior reperitur:& genu est
eminentius altero:neque est infirmo possibile, vt du-
plicet pedem suum versus inguen: & locus inguinis
est inflatus inflatiõe manifesta:quia ex ea caput coxæ
peruenit ad ipsum. Et significatio dislocationis ad
exteriora est secundum contrarietatẽ istius:quod est:
quia pes dislocatus abbreuiatur:& accidit in inguine
profunditas:& in eius opposito eminentia:et genu ui
detur quasi ad interiora decliue. Et significatio ad
anteriora est:quoniam est possibile vt infirmus dupli
cet crus suum: sicut vult. Veruntamen non fit absq;
dolore genu:& non est in eo possibilis ambulatio pe-
B nitus,nisi super calcaneum:& retinetur egestio & vri
na eius:& locus inguinum tumet. Significatio ve-
ro ad posteriora est,quoniam genu duplicare nõ po-
test:nisi primo duplicet inguina:vel pes etiam abbre
uiatur:& inguinum mollificatio apparet:& caput co
xę apud nates manifestatur. Oportet igitur te in pri
mis cõsiderare antequam peruenias ad reductionem
huius dislocationis:an ipsa sit recens:an antiqua. ꝙ si
fuerit antiqua:tunc nõ curatur. si vero recens fuerit,
curatur. et communis quidem curatio, quę omnibus
eius competit speciebus, est illa quam docuit Hippo.
videlicet:vt coxam accipias: & extendendo voluas
iuncturam deorsum et sinistrorsum:donec ad locum
redeat proprium. Et iterum est alia curatio cõmunis,
& est vt minister fortiter extendat crus infirmi ad in-
feriora cum manibus suis, aut ligamine,vnde ligatur
C crus eius super genu: & fit alius minister, qui corpus
teneat fortiter:deinde posito subter ligamento medi-
cus sit ex uno latere:ĩ quo est infirmitas:et teneat vnã
extremitatũ ipsius ligamenti:et sit ex vno latere alius
ex alia parte aliam extremitatem tenens:& sic ambo
æqualiter extendendo stringant iuncturam:medicus
tamen sit solicitus ex suo latere,ꝙ impellat ipsam pe-
dibus vel manibus suis, donec ad propriũ locum re-
ducatur. Cuius significatio est:quoniam cum coniun
gis ambo crura infirmi,ipsa inuenis æqualia. & possi-
bile est vt suum stringat, & spandat crus: deinde po-
nat emplastrum, & stringatur:& imponat infirmum
quietum esse,ne ancha moueatur ad partem:& dimit
tatur vsque ad quinque dies vel septem:deinde solua
tur ligatura & emplastrum: & coniunge crus cũ alio
D crure:& tunc si vides ipsa æqualia:iam est dislocatio
confirmata: præcipe tamen ægro, vt vtatur balneo:
Veruntamen si vides ꝙ dislocatio non firmatur,im-
mo mollificatur:tũc redeas ad emplastrum & strictu
ram primam vsque ad tres dies vel quatuor: deinde
soluatur:& non fit festinatio in ambulatione: immo
tarditas per aliquod spatium: donec dislocatio bene
roboretur. Si vero dislocatio fuerit ex humiditate
plurima quæ accidit: tunc ipsi cauterium administra
post eius reductionem,sicut monstrabitur loco suo.

*De dislocatione genu.* Rubrica. IX.

Dixerunt sapientes antiqui, ꝙ genu dislocatur se-
cundum tres modos:quorum vnus est
ad interiora. secundus est ad exteriora. tertius ad po-
steriora. Ad anteriora vero nõ dislocatur:& id est
propter rotulã quæ prohibet hoc. Huius enim dis-

locationis significatio est: quoniam crus non adhæret cũ coxa. Et eius reductio est, cuiuscũq; sit modi, similis reductioni cubiti: & curatio est vna: quare omnia quæ diximus ibi, in hoc fiant.

*De dislocatione calcanei.* *Rubrica.* X.

Dislocatio calcanei non fit nisi ad partem interiorem aut exteriorẽ. Et significatio eius est inflatio calcanei ad partem versus quam declinatur. Cum autem remouetur remotione parua, sufficit extensio leuis: & si remouetur remotione magna, forti indiget extensione. Et modus reductionis eius est, vt pes ab vno fortiter extendatur: & corpus retineatur ab altero: medicusque manibus suis proprijs os ad suum reducit locum: deinde ponatur emplastrum, & ligetur fortiter cum ligamento: cuius vna pars tendat ad pecten pedis: & alia vadat ad clauiculam pedis: & ligetur illic. Caue autem ne neruus qui est supra calcaneum, in posteriori parte lędatur ex vehementia ligaturæ. & prohibeatur infirmus ab ambulatione diebus. 40. ne iterum dissoluatur dislocatio: et curatio corrumpatur. Verum si huic membro calidum accidit apostema: tunc cura ipsum cum eo, qđ cõuenit ex curatione sua, donec quiescat.

# LIBER SECVNDVS BRVNI Longoburgensis.

Postquam ego Brunus Longoburgensis in prima parte huius libri de solutione continuitatis tam simplici quã composita secundũ omnes species tibi amice sufficienter compleui: ad curas aliarũ infirmitatum tam ab intrinseco quam ab extrinseco surgentium, quantum videlicet ad chirurgiam digno scitur expectare, diuini fauoris gratia propono dirigere cursum meum, & dicam in primis de passionibus oculorum.

## Capitulum primum De passionibus oculorum continens rubricas decẽ.



*De passionibus oculorum. Cap. I. continens Rubricas.* 12.

*De lachrymis oculorum.* *Rubrica.* I.

Passiones oculorum multæ sunt et diuersæ, nam & est ex eis sunt lachrymæ, inflatio, & rubedo, & pannus, vel vngula, & sanguis qui contingit ex percussionibus, & similibus. & sunt similiter aliæ passiones: & ego faciam rememorationem vniuscuiusq; in hoc capitulo secundũ complementum. Dico ergo q lachrymæ fiunt secundum duos modos: quorum vnus est a causa interiori. secundus est a causa exteriori. a causa interiori, sicut est ex humoribus aquosis, sicut est a capite ad oculos descendentibus. a causa vero exteriori, sicut est ex gaudio, vel ira, & similibus quare fit quædam compressio in cerebro: vnde stillas aqua: & scias q fluxus lachrymarum ex causa interiori, quãdoque descendit per venas cranei subteriores: quandoque per venas superiores. Et occurrunt in hoc signa distinctiua: videlicet q quando descendit p venas subteriores: tũc sternutatio fit cum eo. et quãdo per venas superiores, sentitur in venis frontis & temporum quasi deambulatio formicarum. Ipsorum

rum vero curatio est: vt in primis caput infirmi radatur: deinde collum cum ligamine molli & lato constringatur, donec vena quæ in fronte est, visui appareat: deinde accipias duas acus cum filis subtilissimis: & facias penetrare vltra sub venis: ita tamen vt non perforetur: & sit vna ab alia spatio trium vnciarum distans: deinde in medio earum uenarum ex transuerso incidas: & sanguinem emanare permittas, donec sufficere tibi videatur: deinde capita venarum cum prædictis filis nectantur: vt stringatur sanguis: subsequenter apponatur cotum vel stupa in albumine oui madefacta: & si necesse fuerit, ponantur medicamina stringentia: deinde vulnus sicut reliqua vulnera curetur: & similiter faciendum est in venis temporum. ꝙ si ægritudo fuerit ab vno latere: ab ipso tantum vena est incidenda. Ad idem conferunt cauteria quæ dicturi sumus in capitulo proximo. Itē ad hoc facit hoc emplastrum in fronte & temporibus: vnde siccetur. Re. aloes, thuris, mastiches, boli armeni, acaciæ, myrrhæ, ana partes æquales. terantur omnia, & puluerizētur, aut cum aqua ros. vel cum pluuiali cōficiantur. Et ad idē collyriū bonū. Re. thuris, mastiches, aloes hepaticę, hęmatitis, lithargyri, ana partes æquales. cōficiantur cum aqua plu. Q. si fuerit pruritus, puluerizetur aloe hepatica: & distemperetur cum vino albo & aqua ros. æquali mensura: deinde administretur sicut collyrium. Quādo vero lachrymę per uenas cranei subtiliores descendunt: tunc necesse est vt purgetur caput cum eo quod conuenit: sicut cum pilulis de hierapic. vel cū pilulis aur. Et est iterum necessarium vt custodiat se infirmus a cibis hu. donec sanetur. Præterea cauendum est ne te pili, qui in palpebris præter naturam inuersari consueuerunt, decipiant: quoniam huiusmodi pili pingunt oculos: & faciunt eos assidue lachrymari: quare tunc inuersata palpebra perscrutare: inuentique cum retortis tenaculis accipiantur, ac radicitus euellantur.

*De rubedine oculorum.* Rubrica. II.

Quandoque accidit oculis rubor & inflatio: atq; macula: tūc talis operatur chirurgia. In primis frons infirmi radatur: et tribus vncijs super frontem mensuratis fiat incisio ex transuerso: ab vna extremitate temporis vsque ad aliam. caue tamen ne ex hoc lacerti qui sunt in temporibus lædantur: & cū sanguis exierit sufficiens, scissuram cum ferro candenti conuenienter incidas: deinde administra butyrum vel aliud simile, donec ignis eschara cadat: & curetur cum reliqua curatione vulnerum.

*De pannis oculorum.* Rubrica. III.

Pannus oculorum cum sit ex pustulis & vulneribus, incurabilis est, sicut testatur Constantinus. Veruntamen cū sit ex humore se inter vueā & crystallinam locante & coagulāte, curari potest. Oportet autem considerare vtrum sit recens & subtilis: an antiquus & grossus: qđ est: quia quando est subtilis & recens, possibile est vt curetur cum medicinis. quando vero antiquus & grossus, minime: sed curatur quādoque per chirurgiam. Cum ergo pannus fuerit subtilis atque recens, tunc ex hoc medicamine administretur. Re. succi papaueris rub. & succi virgæ pastoralis, ana partes æquales. & in modum collyrij oculis apponatur. & si indiget fortiori medicamine:

A fac puluerem ex sarcocolla, & zucharo, & amydo, et camphora secundum æqualitatem partium.

Ad idem. R. tuciæ, drac. i. spumæ maris, & corticū oui, ana drac. ij. antimonij, cerussæ, ana drac. 5. Item ad idem asserunt limaturam æris multum valere, si tēperetur cum aceto: & per octo dies soli exponatur: et postea desiccetur.

*De vngula & carne addita in oculis.* Rubrica. IIII.

Vngula multoties fit in oculis: & est duarum specierum: quarum vna est neruosa dura, sicut dicit Albuca. similis siphac duro subtili. & altera non est neruosa similis humiditati congelatæ albæ. & incipit quidem vngula nasci a lachrymali maiori: deinde descēdit paulatim donec cooperit visum. Modus autem curationis eius est vt separetur per chirurgiam: pręcipue quando est neruosa dura. Veruntamē B operatio chirurgiæ in oculis est timorosa valde: quoniam timetur ne tangatur tunica cornea: & accidat ei ruptura: & perforetur pupilla. Et licet non valeat: tamen iuxta posse meum modum antiquorum incipiā docere: et est vt patiens locet caput suum in sinu tuo; deinde eleua palpebrā ad superiora manu tua: & cōprehēde vngulam cum uncino tuo modicę plicationis: & eleua eam ad superiora: deinde accipe acum: & intromitte in ea vnum ex pilis equi vel bouis, & etiā filum forte: & sit extremitas acus replicata parūper: deinde fac eam penetrare vngulam cum filo: & leua ad superiora: deinde excoria cum filo latus vngulæ, quod sequitur pupillam vsque ad vltimitatem eius: ac si velles eam cū filo secare. Deinde incide residuū apud radicem lachrymalis cum spatumine: aut cum forpicibus paruis. Cauę tamen ne caro naturalis quæ C est in lachrymali, secetur: quoniam ex hoc accidit cursus lachrymarum assiduus. Et multoties comprehenditur vngula cum vncino solo, aut cum filo, sicut dictum est: & extenditur ad superiora: deinde cum spatumine subtili excorietur secundum modum abradēdi. Cū autem cōpleueris tuam operationem, proijce in oculum parum de sale, vt quod ex vngula remansit, liquefiat: aut salis & cimini cōtritorum aqua instillata: & desuper cotum in albumine oui, & oleo ros. infusum superponatur: quo sedetur apostema calidum. Mane autem facto si ocultus videatur calefieri: tunc itera id quod mitigat apostema: siue curetur cū eo quod conuenit donec sanetur. talis enim chirurgia operanda est in ipso in panniculo, quando induratur & antiquatur. Si vero acus non poterit intromitti in D vngulam: neque in eam figatur vncinus propter teneritatem eius, quandoquidem non neruosa est: tunc curabitur cum medicinis sicut præcessit narratio.

Quando apparet in oculo superflua caro: tunc necessarium est vt extendatur cum vncino: deinde caute cū spatumine excorietur, quousque nihil remaneat: deinde proijce in oculum parum salis contriti: vt qđ ex ea remansit, corrodatur: & desuper pone cotum cum albumine oui madefactum, vt apostema calidū quiescat. Et fac similiter quando accidit supereminentia carnis in lachrymali. Veruntamen oportet vt vitetur ne perueniat incisio ad carnem naturalem: & accidat incursus lachrymarum indeficiens.

*De sebel.* Rubrica. V.

Multoties extenduntur venę rubeæ super oculū, & dicuntur sebel: & visum impediunt.

tunc ergo necesse est si oculus non est multum debilitatus ex eis: nec eis est infirmitas alia: vt colligas ipsas uenas cum vncinis: & incidas cum spatumine: aut cũ forpicibus, donec remoueantur. Et caue secundũ virtutem tuam, ne inferas oculo nocumentum. Deinde proijcias in oculum aliquid ex medicinis corrosiuis, sicut sal, & similia. & pone super oculum ex eis quæ mitigant apostema.

*De sanguine in oculo.* *Rubrica.* VI.

Cum sanguis surgit in oculis ex percussione vel similibus, & si fuerit vulnus: tunc in principio ex vena cephalica phlebotoma patientem eiusdem lateris, si corpus fuerit plenum: deinde pone super oculum repercussiua, donec remoueatur sanguis: & si non remouetur ex hoc, administranda sunt sparsiua: & ad vltimũ resolutiua. Et de emplastris bonis quę dispergunt & resoluunt hunc sanguinem, est vt cyminum puluerizatum cum cera sępe ad ignẽ calefiat: deinde pone illud sæpe super oculum calidũ: & hoc fac multoties donec sanguis recedat. Itẽ aliud emplastrum quod habet confortare & mitigare dolorem. & si fuerit ex percussione vel casu, vt. Re. folia ros. & sandalos alb. et rub. cum vino albo bulliãt: & superpone. Quandoque accidit quibusdam hominibus vt palpebra consolidetur cũ albumine oculi: & impediatur inde operatio naturalis. oportet ergo vt extendatur palpebra cum vncino ad superiora: deinde adhærentia incidatur cum instrumento aliquo secundum modum excoriationis: caue tamẽ ne lædas oculũ: deinde instilla in oculum aquam salmacinam: & ablue ipsum ex ea: deinde pone inter palpebram & oculum licinium de bombice, vt non possit eorum cõiunctio iterari: & pone super oculum albumen oui vt securetur locus ab apostemate calido.

*De disruptione uueæ.* *Rubrica.* VII.

Accidit aliquando vt tunica vuea disrumpatur, et emineat extra palbebras sicut granũ vuę. & tunc dicit Halyabbas, non est cura eius vt oculo uisus redeat: sed vt oculi recedat acumen: & turpitudo quodam modo reformetur. Est ergo eius curatio vt intromittas acum in radice vueę ad inferiora ad superius. Deinde acum aliam intromitte: in qua sit filum duplicatum a parte lachrymali: & fac eam penetrare vsque ad radicem vueę donec pertranseat: & prima acus dimittatur secundum ꝙ fuerit: ac fili duplicationem incidas. deinde cum vna parte fili partem vueæ ad superiora ligabis. & pone aliam ad inferiora: & sic cum ligaueris, acum extrahe: & pones super oculum ex his quæ mitigant apostema: dimittesque ipsum donec filũ cũ vuea cadat: & cura ipsum donec sanetur.

*De eminentia oculi totalis.* *Rubrica.* VIII.

Et quandoque eminet oculus totaliter ad exteriora: & non accidit inde nocumentum in uisu. Tunc si vis eũ reducere interius, phlebotoma patientem postquam solutus est venter: deinde pone ventosas in ceruice eius absque scarificatione: quia sugunt. et pone super oculum emplastrum ex rebus stypticis, sicut est acacia, aloe, olibanum, & sarcocolla: & stringe postea cum puluillis multis strictura vehementi secundum tolerantiam membri: & dimitte die vna cum nocte sua: & prospice iterum liga-
E mentum ne mollificetur. ꝙ si accidit, stringe iterum ligamentum strictura forti: deinde solue ipsum per diem & noctem, sicut dictum est: et tunc si vides oculum iam redijsse, bene est: si autem non, itera curationem suam cum emplastro & puluillis, atque strictura, atque vẽtosis sine scarpellatione in ceruice, donec redeat oculus.

*De cataractis.* *Rubrica.* IX.

Fit etiam quædam infirmitas multoties in oculis quæ dicitur cataracta: & est aqua quæ aggregatur super pupillam. Et signa eius sunt ꝙ prohibet visum: præcipue quando est confirmata: & videtur pupilla cum aspicitur oppilata. Et huiusmodi quidem aqua est duarum specierum: quarum vna est curabilis, alia incurabilis. Et signum illius quæ cu-
F ratur, est: quoniam cum aspicitur, videtur clara: et cũ pręceperis vt infirmus oculum claudat, deinde cum presseris cũ pollice tuo palpebrã interius, et in vtroque latere, & aperto oculo aquam videris separatam, deinde redit, & aggregatur: tunc similiter est curabilis. Illa vero quæ nigra est, & illa quę non mouetur compressione, & non redit, & aggregatur post illud: est incurabilis: quoniam non est confirmata. Et curatio illius quæ curatur, est secundum hunc modum: & est vt præcipias infirmo quatenus oculum sibi sanũ claudat: suamque manum superponat: deinde oculum infirmum aperias. in loco tamen lucidissimo, & instrumento cum quo consueuit huiusmodi aqua excutere sumpto, pone eius extremitatem a parte lachrymalis maioris prope coronam oculi: deĩde pone instrumẽtum: & reuolue id cum manu tua donec penetraue-
G rit albuginem oculi: & sentias ipsum iam ad locũ vacuum peruenisse: tunc attende de foris oculi partem vbi est aqua: & cum peruenit instrumentum ad foramen oculi, videbis ipsum manifeste in foramine sub tunica cornea: deinde imprime ipsum instrumentum inferius paulatim: ac cum eo acu aquam ad inferiora trahe: & tunc si videbis aquam ad locum suum nõ redire, atque patiens statim videt, & discernit id super quod cadit visus suus: instrumentum paulatim reuoluẽdo extrahe. Si vero aqua ad locum redierit: ipsam secundo depone, donec non redeat: & tunc extrahe instrumentum: & oculo aquam cinerum & salis contritorum distillabis: aut aquam in qua dissoluisti aliquid ex sale claro gemmę: & pone super oculum cotum in albumine oui infusum: & oleo ros. deinde in obscura domo infirmũ iacere præcipias: prohibeasque
H ipsum ab omni motu, & a tussi, sternutatione: & sit eius cibus sorbilis, leuis: ac vsque ad diem tertium nõ soluatur: deinde solue: & fac ipsum res videre: & iterum liga sicut diximus: & dimitte vsque ad septem dies. Veruntamen si accidit oculo ardor, vel dolor, vel apostema calidum: tunc antę pręfinitum tempus soluas: & suas adhibeas curationes. Cum autem dies aduenerit septimus: solue similiter visum infirmi: & experiaris res sibi monstrando: sed non oportet vt faciás illud statim cum extraxeris instrumentum: quoniam aqua reuertitur ad locũ uelociter propter aspectus uehementiam.

*De sanie aggregata in oculis.* *Rubrica.* X.

Quandoque fit in oculis ægritudo quædam similis aquæ descendenti in oculum: & est

est sanies quæ aggregatur loco aquæ in ipso visum prohibens. Et Galenus dicit ꝙ quidam qui vocabatur Iustus, multos iam ab hac ægritudine sanauit secundum hunc modum: & est vt infirmus rectus sedeat super scānum: & caput eius ab vtroque latere accipiatur: ac ipsum commotione vehementi concutias donec saniem ipsam ad inferiora descendere videas manifeste. Et scias ꝙ inter aquam in oculum descendentem & saniem est differentia talis videlicet, ꝙ sanies non tendit ad superiora, postquam descendit inferius propter grossitiem eius: aqua vero redit quousque prematur multoties cum instrumento ad inferiora. Q̃ si non descendit sanies secundum ꝙ diximus: fiat sicut ipse faciebat Galenus: & est vt scindas super tunicam corneam parumper cum spatumine in loco vbi continuatur coniunctiua cum cornea tunica: donec eius sanies euacuetur: ac post eius euacuationem instilla in oculum parum lactis mulieris puellam nutrientis: deinde cura ipsum donec sanetur cum eo quod conuenit.

*De grandine in oculis.* *Rubrica.* XI.

Multoties ex grossa superfluitate in palpebra quędam oritur infirmitas quę vocatur grando: & quandoque exterius: & quandoque interius. Curatio eius est vt secetur super eam secundum latitudinem: deinde cum vncino extendatur ad superiora: & in circuitu eius excorietur & extrahatur: & tūc si magna fuerit incisio, exterius aggregetur cum sutura. si vero parua, curetur cum medicinis carnis creatiuis, donec sanetur.

*De inuersatione palpebræ.* *Rubrica.* XII.

Quandoque accidit ut inferior palpebra oculi reuersetur ex vulnere, cauterio, & similibus. Et curatio eius est vt scindas consolidationē primam in latum: & scissuram profundam: caue tamen ne lædas oculum. deinde separa labia vulneris, eleuando palpebram ad superiora: & pone licinium in ipso vulnere ex lino et similibus, quo palpebra nō redeat statim, & incarnetur sicut fuit prius. deinde liga eam cum puluillis, & iunctis ad superiora donec sanetur. & fugias omne quod exiccat et astringit in eius curatione: & adhæreas mollificatiuis. & illud etiam quod exiccat & stringit, vt ait Albucasis, facit redire palpebram turpiorem. Inquit. huiusmodi operatio quidem non est nisi quædam rectificatio palpebræ, quia non reddet eius formę sicut fuit omnino.

*De polypo nasi, & uerruca.* *Capitulum.* II.

Polypus est superfluitas carnis quæ apparet in interiori parte nasi: & causa eius est humor grossus & viscosus, qui rheumatizat a capite: & descendit ad nares: ibique in carnem conuertitur. Cuius significatio est oppilatio narium: & odor malus qui egreditur ex eis: & caro addita quæ apparet in interiori parte nasi. aliquando ex huiusmodi ægritudine magnificatur nasus: & fit fusci coloris, pauci sensus, nimis durus: atque caro non descendit inferius: & tunc non tangas ipsum aliquo modo: quoniam est species

A cancri. Q̃ si nasus fuerit mollis, bene tractabilis, non fusci coloris, cura ipsum absque timore. aperias ergo nares infirmi: & accipe carnem illam cum vncino: & extende ipsam ad exteriora: deinde incide eam cum spatumine, donec totaliter sit ablata: & si remansit aliquid ex ea propter impossibilitatem incidendi: tunc rade ipsum cum aliquo instrumento subtili, donec bene mundificetur: deinde post incisionem cauteriza radicem quæ remansit cum ferro candenti: aut pone super eam medicinam acutam, donec corrodat ipsum: deinde administretur butyrus, donec ignis eschara cadat. curetur cum vnguentis, donec sanetur.

Multoties etiam sine incisione & ferro calido cum acuto medicamine curam impendimus: deinde cuncta quę diximus, operamur. Contingit autem quā-

B doque carnem illam in superioribus ossis perforati produci: ad quam instrumentum peruenire non potest. Signum eius est quoniam proijcis in nasum aliquid ex aceto & aqua aut vino: patientis capite retro aliquantulum subleuato: & humiditas non penetrat ad palatum: quod est: quia si humiditas ad palatum pertransiret: tunc nihil carnis in partibus foraminis esset. Cura ergo eius est ut accipiat filum: cui quædam sit grossitudo. & noda in eo nodos plurimos: & sit inter omnem nodum spatium vnius digiti vel parum minus. deinde ponat infirmus vnam extremitatem fili in nasum cum tenta, vel alio simili, donec ad foramen perueniat: & trahat odoratum suum, donec egrediatur per os. de hinc aggrega duas extremitates fili, extendensque ipsum ad modum serræ deducatur, donec caro ipsa cum nodulis incidatur: de-

C inde extracto filo licinium in vnguento acuto imbibitum in naso immittas: non solum semel, sed bis aut ter, donec corrodatur totum residuum carnis: deinde sicca cum medicinis desiccatiuis: & pone cannulam plumbeam in nasum aliquibus diebus, donec sanetur. Q̃ si alia superfluitas carnis, sicut verruca in naso, consurgat, eodem modo curetur sicut dictū est de polypo.

*De passionibus labiorum, oris, & gutturis. Cap. III. continens rubricas nouem.*

*De scissuris labiorum.* *Rubrica.* I.

IN labijs & in ore atque gutture diuersæ fiunt passiones: & ego quidem ad præsens nominabo eas.

D Dico ergo ꝙ aliquando ex humoribus acutis in labijs accidit vlceratio, & arsura, & scissura. Et ex eis quæ conferunt arsuræ, & vlcerationi cum huiusmodi medicinis: quod Recipit dragaganthi, amyli, penidij, ana partes æquales. & puluerizentur: & cum aqua rosata distemperentur: & inde labia vngantur: & fiat inunctio cum oleo rosato vel violato. Et medicina quidem conferens scissurę labiorum est, vt sumas nucleos nucis, & puluerem radicis portulacæ æqualiter cum melle conficiantur: & solum etiam oleum quod exit ex nucleo nucis combusto, confert multū: præcipue quando scissura est ex aeris acuitate. & conferunt similiter cum oxyzachara, similiter etiam cum phlebotomia cephalicæ; & cum ventosa-

tione sub mento succurritur vlceribus, ac scissuræ labiorum. Veruntamen quando scissura cum modis medicinarum curatur, & non confert ei: tunc cauteriza eam vsque ad eius profunditatem: deinde cura eam donec sanetur.

### *De ulceratione & putrefactione gingiuarum, & carne addita.* Rubrica. II.

Et fit quandoque vlceratio aut putrefactio ĩ gingiuis, aut palato: & tunc abluatur locus cum aceto forti, aut cum aqua salsa: & fricetur donec sanguis et humiditas putrida educatur: deinde abstergatur: & puluis desiccatiuus supponatur. qui Reci. consolidæ maioris, gariophyllorum, cinamo. rof. cort. granatorum, ana partes æquales. Et multoties antiquatur putrefactio in illis locis: & succedit ex ea cancer aut fistula. Et curatio eius est vt abluatur locus cum aceto vel aqua salsa, sicut diximus: & fricetur. deinde post absterfionem aspergatur puluis. qui Reci. gariophyllorum, nucis muf. rof. aluminis zuccarini, pirethri, capitum & crurum cancrorũ, ossium combusto. dactylorum: & corticis mali granati, ana partes æquales. Q, si non confert curatio, tunc necesse est locum cauterizari vsque ad eius profundum. & si non sanatur post cauterium ægritudo: oportet vt detegatur locus: & auferatur os quod corruptum est, deinde curetur donec sanetur. Carnem autem superfluam quæ oritur in gingiuis, necesse est cum vncino suspendi: et eam cum incisorio radicitus extirpari: deinde sanguis aliquantulum emanare permittatur: & puluis desiccatus desuper aspergatur. sed quia solet huiusmodi caro redire, tutius est post incisionem vt cauterizetur.

### *De dolore dentium.* Rubrica. III.

Multoties fit dolor in dentibus: & est eius causa quandoq; apostema in gingiuis ex acuitate sanguinis: & signum est dolor nimius pulsus, rubedo, & inflatio eius, et eius sedatio ex aqua frigida. Cura autem eius est phlebotomia cephalicæ venæ: et tenere aquam frigidam in ore: & oleum rof. & acetũ vno die, & aqua rof. alia die. deinde teneatur in ore oleum rof. postquam dissoluitur in eo, vnc. i. mastiches. Et quandoque fit dolor dentium ex humiditate, ex frigiditate, & humoribus grossis, & frigidis. & curatio eius est tenere acetum in ore: in quo pulpa colocynthidos, & radix capparis, & staphisagria, decocta fuerint: & hyssopus cum aceto & melle in ore simul teneatur. Et confert etiam vt ponatur theriaca magna in radices dentium: & fiat exterius euaporatio cum aqua calida, in qua decocta est chamomilla: & instilletur oleũ chamomilinũ in tepidũ in auricula illius partis: aut oleũ cõmune. Et quãdoque fit iterum dolor dentium causa vermis ibi generati: & signum est pruritus gingiuarum, & cauitas earundem: quoniam vermis per foramen dentium egreditur: ac dolor est interpolatus secundum q; vermis quiescit, & mouetur. Et cura eius est vt ponamus ferrum calidum per foramen dẽtis, donec comburatur vermis: aut comburatur cum fusto pulegij, vel origani: aut foramina impleantur hoc medicamine: quod Recip.

E myrrham, styracẽ, semen hyoscyami, apium, piper, zinzib. ana drac. ij. simul bene terantur, & conficiantur cum melle. hæc enim dolorẽ mitigant, & vermẽ expellunt. q; si dolor nõ quiescit, melior curatio eius est eradicatio dentis. Et medicamina quidem quæ eradicant dentem sine ferro, est vt conficiatur farina frumenti cum lacte tithymalli, et in radice dentis appone. dens autem ille cum capsula cerea inuoluatur, ne dentes alij tangantur.

### *De apostemate sub lingua dicto ranula.* Rubrica. IIII.

Quandoque accidit apostema sub lingua, quod ranula nuncupatur, ex eo quod est ad similitudinem ranulæ paruæ: & impedit operationem naturalem linguæ: & multoties augmẽtatur donec impleatur os. Quando vero est parua incipiens,
F fricetur cum huiusmodi medicamine. quod Re. arsenici rubei et citrini, ana drac. 5. zinzib. salis, gallarum, piperis, & aluminis, ana drac. i. conficiantur cum aceto. & madefiat cotum in eis: & fiat fricatio. & si vis ex his confectis cum aceto, fac trochiscos: & cum necesse fuerit, teratur modicum ex eis: & fricetur sub lingua: & fac post hoc oleum rof. tenere in ore, donec sedetur dolor ex acuitate medicinæ. Q, si huiusmodi curatio non contulerit, & quando est magna: tunc oportet vt extrahatur. Veruntamen si videbis eius colorem fuscum vel nigrum, & est quasi apostema durũ et insensibile, nõ appropinques ei penitus: quoniam est de natura melancholica: & non recipit curationem. Illa ergo ranula quæ inciditur absque pauore, est ad albedinem decliuis: & non euacuatur ab humiditate. & modus operationis eius est vt infigas vncinum sub lingua: & abscindas ipsum apostema: ac
G separa illud cum incisorio ab omni circuitu, et extrahe: deinde abluatur os cũ aceto & modico sale: cureturque locus cum eo, quod conuenit, donec sanetur.

### *De elongatione uuulæ & tumefactione.* Rubrica. V.

Quandoque vuula elongatur, & tumescit, & fit cum vehementi rubedine & caliditate: tunc cephalica phlebotometur: deinde fiat gargarismus cum aceto & aqua rof. aut decoquantur balaustiæ, gallæ, rof. & cortices mali granati cum aceto: et fiat gargarismus. Q, si nõ apparet in ea rubedo, immo declinat ad albedinem: tunc fiat gargarismus ex alumine & sinap̃. cum aceto, vel syrupo acetoso: aut fiat gargarismus ex sale armenico. Si hoc medicamen nõ valet, tunc necesse est q; vuula incidatur. Ve-
H rum tamen post considerandum est ne vuula sit sanguinea, aut rotunda, aut fusci coloris, vel nigri coloris, & pauci sensus: quoniam tunc fugiendum est ab incisione: sicut consulit optimus Hippocrates. & nõ incidenda est vuula, nisi quãdo est alba, longa, & subtilis. & modus incidendi est, vt facias ægrum in loco lucido sedere: & a discipulis lingua inferius deprimatur cum aliquo instrumento: deinde proijce vñcinũ in vuulam: & extende ipsam ad exteriora: ac cum instrumento congruo incidatur. sed cauendum est ne incidas ex ea id quod vltra additum est supra terminum naturalem, ne accidat ex hoc læsio vocis, vel sermonis assidua. deinde fiat gargarismus constrictiuus

...us cum aceto & aqua rosa. aut cum aqua decoctionis ros. corticum gra. foliorum myrti, & similium stypticorum.

*De branchis siue amygdalis quæ in gutture nascuntur, & alijs passionibus gutturis.* Rubrica. VI.

Nascuntur multoties in gutture apostemata quædam quæ branchi vel amygdalę nuncupantur. Quorum signum est anhelitus & spiritus attractio, & difficilis excreatio, & aperto ore lingua depressa inferius visui non occultantur amygdalæ. Et prima curatio eius est gargarizatio stypticorum, sicut dictum est in casu vuulæ: quod si non confert, recedendum est ad chirurgiam. Oportet autem te diligenter inspicere. quod si fuerit in ea hic offuscatio coloris, duritiės, & paucitas sensus: tunc non præsumas in earum curatione cum ferro: quoniam ex melancholia sunt: & sunt ex natura cancri. Et similiter quando est rub. coloris, & grossæ radicis, non præsumas tangere ipsas cum ferro, propter sanguinis fluxum: immo dimitte eas, sicut dicit Albucasis, donec maturētur. deinde perforabis eas, si non fiet in eis perforatio per se: et fiat gargarizatio mellis, vt sanies abstergatur. Amygdalæ igitur quibus chirurgia conuenit, sunt rotundę, & albi coloris, & subtilis radicis. Species operationis est, vt patiens in loco lucido constituatur: eius ore aperto discipulus deprimat linguam inferius cū instrumento: tunc si vides amygdalas, proijce vncinum, & extrahe secundum quod melius potes ad exteriora. deinde incide eam cum instrumento congruo vnam radicitus post aliam. caue tamē ne tunicæ quæ sunt in eis propinquæ, alio modo lædantur. deinde gargarizet patiēs cum aqua frigida vel aceto. quod si sanguinis fluxus superuenerit, gargarizet cum aqua decoctionis cortic. granatorum, aut foliorum myrti, & similium stypticorum, donec sanguis abscindatur: deinde curetur vulnus, donec sanetur. Illud autē quod securat a reditione ipsarum amygdalarum post earū incisionem, est vt locus cauterizetur. solent nanque multoties redire. Et fit etiam in gutture quædam alia passio, quæ folium nominatur: eo quod folijs assimilatur latis: & cura eius est vt incidatur, sicut diximus de amygdalis.

*De squinantia.* Rubrica. VII.

Præterea fit in gutture et multoties quoddam apostema pessimum, quod dicitur squinantia, quæ est quasi suffocatio ægrotantis in breui tempore: quoniam stringit flatum: vt neque cibum, neque potum assumere possit: aut si assumat, est modicum valde: & præcipue quando est species mala: quę fit præcipue inter tracheam arteriam, et œsophagum in loco, qui dicitur isthmos, vel epiglottis. Nam huius apostematis tres sunt species: quarum vna dicitur quinantia, cuius materia intro ex toto latens est, & tunc est mortalis. alia dicitur sinantia, cuius materia ex toto diffunditur, & tunc non interficit. alia dicitur squinantia nomine vtriusque partis: & materiā foras emittit, ac partim interius retinet: tūc distingue: quia si secundū plurimū interius fuerit, plurimi moriūtur: & si secundū plurimū exterius fuerit, plurimi liberantur. Fit autē hoc apostema, aut ex sanguine, aut ex cholera, aut ex phlegmate, & nunquam ex melancholia. Et signum sanguinis, est rubedo faciei, &

A venarum, & corporis magnitudo, & vsus ciborum sanguinem generantium. Choleræ signum est sitis, calor, & color fortis. Ex phlegmate vero signum, est paucitas rubedinis faciei, saliuæ multitudo. Et curatio illius quod est ex sanguine, vel cholera est vt in principio, si virtus patientis aut aliud non prohibet, fiat minutio cephalicæ, vel venę quæ est sub lingua: deinde gargarizet patiens cū aceto et aqua, aut sapore de moris, id est vino de moris, vel succo solatri, & arnoglossę: aut aqua decoctiōis sumac, & ro. & balaust. extra autem non apponatur aliquod repercussiuum omnino: immo emplastretur locus cum medicinis solutiuis et lenitiuis, ut materia trahatur ad exteriora: & confert emplastrum cæpe cocti sub cinere cū modico mellis triti. & similiter inūctio dialthęę, vel olei muscel. & chamomil. cū butyro. Et ventosa

B quidem posita in ceruice adiuuat ad dilatationē gutturis. Si autem apostema in gutture apparebit, incide ipsum: vel rumpe ipsum omni ingenio quo potes: ut si in eo sanies est collecta, foras egrediatur. Curatio vero illius quod est ex phlegmate, est vt patiens in principio gargarizet cum oxymelite, vel cum aqua decoctiōis ficuum siccarum: & cataplasmetur etiam locus cum medicinis attrahentibus & resolutiuis, sicut monstrauimus superius.

*De his quæ adhærent in gutture, sicut os, uel spina.* Rubrica. VIII.

Quandoque adhæret in gutture os, aut spina piscis, vel aliud: tunc oportet vt constituas patientem coram sole: & eius ore aperto, atque eius lingua inferius depressa, subtiliter intuearis: & si

C ostenditur tibi illud, velociter secundū modum melioris possibilitatis attrahas. si vero minime, bonum est vt assumpto cibo antequam in stomacho digeratur, vomitus prouocetur: aut frustū marinę spōgiæ siccę cū filo forti ligetur, & patiens deglutiat eam vsque inferius: et deīde ad superiora filū extrahatur subito: & fortasse os spongiæ adhærebit, & egredietur cum ea. aut deglutiat frustulum panis duri: aut fiat tenta plumbea grossa, & intromittatur in gutture eius vna extremitas quæ aliquātulum sit curua: deinde os vel spina inferius comprimatur.

*De sanguisuga bibita.* Rubrica. IX.

Rursus multoties quando homines bibunt in fontibus, deglutiunt sanguisugas quæ sanguinem expuere faciunt. oportet ergo tunc vt constituatur

D tur infirmus apud solem: & ore eius aperto, respice intus in gutture: & si videris sanguisugam, illico cum vncino paruo vel picicarolis subtilibus extrahe. quod si sic extrahi non poterit, intromittatur cannula ferrea vel ærea vsque ad propinquitatem gutturis: deinde ferrum ignitum per concauitatem illius cannulæ intromitte: & fac illud multoties: & abstineat patiens ab aqua tota die: deinde ponatur vas vitreum aquæ plenum ad solem: & moueatur hora post horam ante os infirmi apertum. sanguisuga quidem cū aquam sentit, illico cadit. si autem non egrediatur ex hoc, suffumigetur patiens cum assa fœti. vel nigella, aut absinthio. & modus suffumigationis, est vt accipiatur fumus per cannulam emboti, donec scias quod suffumigatio iam peruenit ad sanguisugam. nam ipsa statim cadet. quod si non cadit, tunc reiteranda est suf-

fumigatio, donec cadat. aut fiat gargarizatio cum vrina caprina & ſale, aut aceto & ſale: & ſuſtineat patiens ſitim: & comedat ſalſa, neque aquam bibat omnino.

*De dolore aurium.* *Capitulum.* IIII.

DOlor in auricula pluribus modis contingit. cõtingit enim aliquando ex humorum abundantia: aliquando ex verme ibi generato: cuius ſignificatio eſt pruritus & motus præter ſolitum. aliquando etiam fit ex aliquibus rebus ab extrinſeco in eam cadentibus: quod per relationem infirmi ſentitur. Cũ autem dolor fuerit ex humoribus, reprimatur cum inſtillatione olei muſcel. tepidi: aut cum oleo ex amygdalis amaris: quoniam eſt mirabile: aut cum ſucco ruthæ & lacte mulieris æqualiter: deinde obturetur auris cũ lana vel coto. Et multoties ſuccedit ex humoribus apoſtema, aut puſtulæ: & tunc dolor fit vehemẽtior in auricula, & tumor, & pulſatio, & febris. Et curatio eius eſt phlebotomia cepha. & inſtillentur in auricula ea quæ diximus, tribus diebus: deinde inſtilletur mucilago fœnu grę. & ſeminis li. aut maluauiſci, & infundatur mucilago in lacte mulieris: & fac illud donec quieſcat dolor: & ſanies effundatur: deinde mũdificata ſanie, locus cum medicina multũ exiccatiua curetur. Cum uermis fuerit in auricula, interficiatur cum amaris ſcilicet cum ſucco foliorum perſici vel perſicariæ, aut abſinthij, & ſimilium. & quando miſcetur drac. i. ellebori. al. in vnc. 5. perſicarię ſucci, fit medicamẽ bonum interficiens vermem in auricula & in omnibus alijs locis. Sed præcauẽdum eſt ne illud quod ĩſtillatur in auricula, ſit actualiter frigidũ. auricula nanque eſt ex genere neruorum: quare timetur ne a frigidis lædatur. Mortuo autem verme, cum uncino modice plicationis, aut ſubtilibus picicariolis extrahatur: vel cuſſa auriculę applicetur, vt vermem ſugendo attrahat. Si vero dolor fuerit ex caſu rerũ extrinſecarum, tunc ſit occupatio in earum extractione. ſed huiuſmodi res quæ cadunt in aurem, diuerſificantur ſecundum ſpecies diuiſionum: quoniam aut ſunt lapilli, vel ſimilia, ſicut ferrum, vel vitrum: aut ſemen, ſicut cicer, aut granum frumenti: aut eſt res fluxilis, vt aqua, & ſimilia ei: aut eſt animal, ſicut pulex. Q. ſi fuerit lapillus vel genus lapilli: fiat ſternutatio naribus oppilatis: et adminiſtretur cuſſa attrahens uehemẽter inclinato capite patientis verſus partem dolentem. Q. ſi ſic nõ egrediatur, extrahatur cũ picicariolis ſubtilibus, aut cũ uncino modicę plicationis. & ſi non extrahitur, ad hoc accipiatur ſubtilis tenta de ligno: & caput eius inuoluatur de coto: poſtea inungatur in terebinthina, uel viſco cum quo capiuntur aues: deinde intromittatur in aurem: vt per viſcoſitatẽ ſemen vel lapis extrahatur. ꝙ ſi adhuc nõ egrediatur, tũc neceſſe eſt auriculam in loco magis depreſſo incidi vſque ad locum lapidis: antequam apoſtema calidũ aut ſpaſmus accidat: deĩde extrahe ipſum: & vulnus velociter ſuatur: & curetur cum aliqua curatione vulneris, donec ſanetur. Q. ſi fuerit animal: tunc eius extractio facilis eſt: & præcipue ſi fuerit magni corporis: quoniã non eſt aliud neceſſe, niſi vt extrahas ipſum cum vncino, aut cum picicariolis. Et ſi fuerit animal parui corporis, ſicut pulex: inſtilletur in aurem aliquid ex medicinis, quas diximus ad interficiẽdum vermem: & poſtquã animal occiſum eſt (quod

E ſcitur ex ſedatione doloris) fac id exire cum ſternutationibus naribus oppilatis. Et quando fuerit pulex, applicetur auriculę aliquid ex lana: adhæret enim capillis poſt horam: & egredietur cum eis: aut projciatur aqua in aurem donec impleatur: deinde patiens ſubito caput flectat: quoniam exibit cum aqua. In aqua vero balnei extrahenda, ſi in aurem ceciderit, proprium eſt vt ſumatur virgula iunci uel alterius ſibi ſimilis: et ponatur vna eius extremitas in auricula: & accendatur ignis in alia extremitate: donec maxima eius pars comburatur: deinde itera iuncum aliũ et fac illud multoties donec egrediatur aqua: aut ĩuoluatur extremitas ſubtilis cum coto veteri: & in auris foramine ponatur, vt aqua imbibatur in eo: deinde projciatur cotũ, & inuoluatur ex alia: & tandiu fac, donec tota extrahatur aqua: & confert etiam vt fiat

F ſternutatio naribus oppilatis.

*De apoſtematibus ſecundum omnes eorum ſpecies.* Cap. V *continens rubricas quinque.*

*De cauſis & ſignis eorum in generali.* Rubrica. I.

APoſtema eſt tumor vel inflatio membri præter naturam: cuius cauſa, ſicut aſſerit Auicenna, duplex eſt, ſcilicet antecedẽs & primitiua. Etantecedens quidem cauſa eſt interior, quæ ex repletione & corruptione fit humorum. Primitiua vero exterior eſt, quæ ex caſu & percuſſione & huiuſmodi accidit. Apoſtematis autem quatuor ſunt ſpecies ſimpliciter ſecundum ꝙ quatuor ſunt ſimpliciter humores. fit enim ex ſanguine, & dicitur phlegmon: aut ex cholera rubea, & dicitur eryſipila, ſeu eryſipelas:

G aut ex phlegmate, & dicitur zinia: aut ex cholera nigra, & dicitur ſephiros, aut cancer. Et ſigna phlegmonis ſecundum Ioãnitium & alios antiquos ſunt, calor, rubor, & pulſus, dolor, & tumor. Ex cholera rubea ſigna ſũt, calor, rubor miſtus colori citrino, doloris magnitudo, & velox augmẽtatio. Ex phlegmate ſigna ſunt, albedo, mollicies, ita vt ſi digitum impreſſeris, fit penetratio in eo faciliter: et quaſi ſignũ foraminis faciens. Ex cholera nigra ſunt, ingens duritiess cum nigredine abſque ſenſu. Et ſcias ꝙ apoſtemata teſtante Auicenna, parum ſunt ſingularia pura: ſed plurima eorum ſunt compoſita. & tunc difficilior fit notitia, propter compoſitionem ſignorum. Verum aſtutus & aſſuetus medicus ſubtiliter intueatur: & ſecundum prudentiam ſuam agnoſcat: deinde ſecũdum ꝙ materia magis vel minus, aut medio mo

H do reſiſtit, curam impẽdat. Et ego quidem rememorabor ad præſens ſecundum fortitudinem virtutis meæ ſingulariter, & diſtincte, curam vniuſcuiuſque ſpeciei.

*De cura apoſtematum ſanguineorum. De phlegmone* Rubrica. II.

DIco ergo ꝙ cum accidit phlegmon, non euacuatur, quin eius cauſa ſit primitiua: aut antecedens. Q. ſi primitiua: aut corpus inuenit mundificatum, aut repletum. Et ſi mundificatum, vt dicit Auicenna, non eſt aliud neceſſe niſi curare apoſtema; in quãtum eſt apoſtema, ſcilicet extrahere materiam extraneam quæ facit accidere apoſtema: & fit illud cum mollificatiuis & reſolutiuis lenibus: refrænatione tamen in principio præcedente. Et reſolutio

quidem

quidem cum exiccatione forti perducit materiam ad
duritiem. Et quandoque est necessaria scarificatio: &
pręcipue quando apostema est multæ materiei. Il-
lud autem phlegmō quod corpus inuenit repletum,
non est præsumptio vt curetur primo cū resolutiuis:
ne forte materia trahatur ad locum plusquam resol-
uatur ex ea: sed est necessariū mundificare corpus per
phlebotomiam: & fortasse est necessarium soluere vē
trem: & proprie quando corpus est nimis repletum,
& apostema magnum: deinde fiat administratio reso
lutiuorum & mollificantium. Inquit etiam, non dif-
fert ab ea quę mundificationem corporis inuenit: nisi
in hoc, ꝙ non indiget refrænatione plurima in princi
pio eius: immo minus illa. Cum autem causa phle-
gmonis fuerit antecedens: tunc necesse est a principio
vt fiat phlebotomia ex parte contraria secundum di-
spositionem materiei: & fiat etiam ventris solutio si
necessitas nimię repletionis, aut magnitudo ęgritudi-
nis sicut diximus, prouocat te ad illud: deīde ad ægrū
redeas membrum: & administra in principio reper-
cussiua pura cū stypticitate: nisi ægritudo fuerit in lo
cis euacuatoriis: sicut in collo, & subascellis, & ingui-
nibus, & similibus. Collum autem est euacuatorium
cerebri, & subascellę cordis, & inguina hepatis: vnde
timetur, sicut ipse asserit Auic. ne reditus materiei tra-
heret ad membrum principale illud quod mundifica
re non poterit. Melius ergo est vt materiam in mem-
bro ignobili dimittamus, quam ut ipsam ad principa
le refrēnemus. immo debemus curam impendere, vt
ad membrum trahatur ignobile: & si non possumus
eam cum alio: saltem cum ventosis & rebus attracti-
uis et acutis. Qꝫ si materia in principio cum refręna
tione ex toto expelli non poterit: tunc ab augmento
vsqꝫ ad statum ponenda sunt partim repercussiua: &
partim resolutiua: et de melioribus rebus quę admini
strantur in hac cura, sicut Gal. testatur in lib. de simpli
ci medicina; est sicut oleum ro. quoniam ipsum resol
uit ex parte olei: & refrænat cum stypticitate ex parte
ro. apud statum autem & finem, id est declinationem
pura resolutiua lenificantia ponantur absque reper-
cussiuis. sed differunt: quoniam in declinatione ponū
tur necessario fortiora resoluentia quam ponantur in
statu. Si autem ista non sufficiant: & vides declinare
apostema ad exituram: tūc pone curationem eius cū
eo quod maturat: vt sanies aggregetur in eo veloci-
ter, & aperiatur: sed post apertionem medicina mun-
dificatiua & carnis creatiua ponenda est: & illa est si-
cut aristolochia, rosæ, & thus, & ruta, & similia. Et
scias, vt Rasis dicit in lib. diuisionū: ꝙ apostemata ca-
lida perueniunt ad vnam trium rerum. Aut enim sa-
nātur per resolutionem eius, cuius significatio est mi-
noratio materiei, & diminutio pulsationis et doloris.
Aut faciunt collectionem saniei: cuius significatio est
calor, rubor vehemens, & pulsatio plurima, & quia
repercussio & resolutio nullum profectum fecit: de-
inde sedatur calor, & pulsatio: & lenit apostema. Aut
fiūt apostemata dura: cuius significatio est ꝙ sedatur
dolor, & minoratur materia, & magnitudo, & duri-
ties augmentatur: & illud fit propter vehementiam
refrēnationis. Quando ergo vides apostema in via re
solutionis, adiuua ipsum ad refrænandum: & simili-
ter quando declinat ad saniem, fac vt maturetur ve-
lociter & aperiatur: quando vero fit apostema durū,
cura ipsum tunc cum lenitiuis: ī quibus est calefactio

A donec leniatur. hic enim est canon generalis in omni
apostemate calido. Medicinæ autem repercussiuæ
sunt sicut succus solatri & eius substantia, semperui-
ua, & endiuia, portulaca, rasura cucurbitę, virga pa-
storis, succus psylliȷ, acetum, aqua ros. sandali, memi-
the, cāphora, ro. & similia his ex rebus frigidis: & quā
do decoquuntur cortices granatorum, acacia, & su-
mach in aceto, & succo semperuiuę, & intingitur spō
gia, repercussiuum fit bonum: & fortasse sufficit spon
gia madefacta in aceto & aqua frigida, aut succo prę-
dictarum herbarum: & crocus cum admiscetur iuuat
ad sedationem doloris. Mollificatiua vero & reso-
lutiua leuia sunt sicut farina hordei, farina fabarum,
& maluauisci, se. lini, fœnu græ. camo. & eius oleum,
absinthium, et melilo. anethum, et similia. & similiter
fit ex adipe gallinę & anseris, & vitulorum. & omnes
B medullæ: & vnguentum diachylon bonum, immo
mirabile in resolutione.

*De cura carbunculi uel anthracis.*

Anthrax vel carbunculus sicut testatur Cōstanti-
nus, fit ex grosso sanguine & corrupto:
& huiusmodi quidē apostema: aut est rubeum: aut ci-
trinū: aut est viride: aut nigrum: & vnūquodqꝫ ipso
rum malum est, sicut dicit Rasis: & secūdum plurimū
est mortale propter eius materiā uenenosam. Verun-
tamen Auic. distinguit ꝙ saluius mortaliū est rubeū:
deinde citrinum: & ex eo quod ad nigredinem tēdit
non euadit aliquis: & magis timorosum est, quando
accidit in locis euacuatoriis propter vicinitatem prin
cipalium membrorum: & fortasse huiusmodi indu-
cit malitiam per viam arteriarum ad cor: & sequitur
C inde vomitus, & pulsus cordis, & syncope, quæ sunt
omnia signa praua. Curatio uero eius est vt in prin
cipio corpus mūdificetur per phlebotomiam &, sub-
tilietur regimen: & dentur velociter omnia confortā
tia cor cum infrigidatione & aromaticitate: sicut sunt
granata acetosa, acetositas citri, & caro pullorum vel
hœdorū cocta cū agresto vel aceto forti: & fiat odo-
ramentum rerum redolentium cum frigiditate, sicut
rosarum & camphoræ: & in principio pone tantum
circa loca repercussiua nisi sit in locis euacuatoriis: &
fiat securatio ex reditu materiei ad membra principa
lia per euacuationem corporis: non tamen propter
hoc quando apostema est in his locis: debet interius
repelli: quoniam non est tutum super locum. Nihil
aliud vero est ponendum: nisi illud quod resoluit &
maturat & rumpit: et ex eis sunt sicut emplastrum de
D frumento cum oleo & sale: aut frumentum mastica-
tum solum, & ficus pingues cum sinapi & oleo de li-
lio: aut terantur ficus cum vitro & superponatur: &
valent vuæ passæ cum oleo & sale tritę: & vitrum cū
terebinthina aperit, & saniem mundificat: ꝙ si post
hoc tardauerit eius apertio, pfora ipsum cum instru-
mento: et fac vt tota sanies effundatur: deinde si indi-
get vt mundificetur, mundificatio fiat cum melle: &
si non, cura locum cum medicina carnis creatiua do-
nec sanetur.

*De cura apostematum cholericorum: & primo erysipelatis.* Rubrica. III.

Licet signa diuersitatis inter phlegmon & erysipe-
las sunt pręmissa: tamen bonum est vt
multiplicemus ea, ut melius discernamus. Et scias er-

go ꝙ signa quibus erysipelas discernitur a phlegmõe, sunt multa & manifesta: & ex eis sunt: quoniã erysipe latis est rubor magis apparẽs et prauior. & phlegmo nis rubedo aut declinat versus viriditatem, aut versus nigredinẽ: & rubedo etiã erysipelatis admiscetur colori citrino: qui est sicut citrinitas citri: & iterum ru bedo erysipelatis per tactũ, illico euanescit & locus fit albus: deĩde redit rubedo. Et erysipelas magis fit in su perficie cutis: sed phlegmon in carnis profunditate: et fortasse ex calore erysipelatis aduritur cutis, & locus circundans vesicabitur: & magis attrahit febrẽ quam phlegmon: quoniam maior inflãmatio est in ea. Veruntamen tumor & dolor phlegmonis est maior: & fit propter extensionem. Sufficiant tibi amodo signa inter diuersitatẽ erysipelatis et phlegmonis. Et curã erysipelatis ꝓmulgemus. In principio ergo est necesse corpus mũdificare cum eo quod soluit cholerã absq; multa calefactione: deinde redeas ad infrigidandum locum cum vehementi infrigidatione: & fac omne il lud quod diximus in cura phlegmonis. Veruntamen dicit Auic. infrigidatio est magis necessaria in erysipe late quã in phlegmone: propter maiorem eius inflam mationem. & ecõtra magis est necessaria in phlegmo ne euacuatio, quã in erysipelate: ex eo ꝙ materia in eo est magis inobediẽs & grossior: & multoties quidem fit erysipelas a materia venenosa: & tunc non est tole rantia vt refrænetur ad interiora: sed si ponimus frigi da, ponamus in circuitu eius tantum: & hoc illud debemus facere in omnibus apostematibus malitiosis. Et tu iam sciuisti ꝙ euacuatio securat ex reditu materiei ad membra principalia: & caue ne ex superflua re frænatione accidat doloris vehementia: aut ne induretur apostema: aut ne tendat ad viriditatẽ vel nigredinem: & incipiat membrũ corrumpi. Cum ergo vides aliquid ex hoc: cura locum cum mollificatiuis: & fortasse quando dubitatur de corruptione membri, est necessariũ scarificare locum, & apponere sanguisugas. Veruntamen quãdo apostema est magnũ, & membrum similiter: fiat scarificatio profunda. in membro autem paruo fit scarificatio apparens.

*De cura formicæ.*

Formica est pustula parua ex cholerica materia na scens: & accidit cum ea pruritus & dolor vehemens atque calor: & fortasse ambulat & vlcerat loca. Et color eius est ad citrinitatẽ decliuis: & substantia eius verucalis & rotunda: radix tamen secundum plurimum est lata: & sentitur in omni formica quasi punctura formicæ. Et ait Auic. ꝙ omne apostema in cute ambulatiuum, & absque latitudine, est for mica. Curatio vero eius est vt incipias mundificationem corporis cum his quæ choleram excutiunt. Deinde infrigidandus est locus cum medicinis quas diximus in cura phlegmonis. Verũtamen si locus est vlceratus non nisi in circuitu eius infrigidetur: in vlceribus autem non est vtendum mollificatiuis penitus, immo desiccatiuis penitus: & confert huiusmo di vlceribus vnguentum quod fit ex cerussa & lithar gyro: & conficiatur cum oleo ros.

*De cura ignis persici.*

Multoties autem accidit quoddam apostema: quod ignis persicus nominatur: & fit pruritus cum eo & feruor immoderatus: & E nisi succurratur, locus velociter vesicatur, & impletur aqua subtili quæ est sicut venenũ: & fortasse erit locus citrini coloris & nigri, sicut carbo: aut plumbeus. Et huiusmodi quidem apostema alio modo dicitur pruna: & non est differentia inter ignem persicum & prunam: nisi parum in diuersitate materiæ: quod est, quia ambo sunt de cholera & proprie citrina adurente permista melancholiæ: et propter hoc accidit in eis nigredo. Verum in igne persico magis dominatur de cholera: & in pruna magis de melancholia. Et scias ꝙ hoc apostema est valde timorosum: præcipue quando cum eo accidit vomitus & pulsus cordis & syncope: quapropter non fiat tarditas in eius curatione: immo velociter succurratur. Et curatio eius phlebotomia, vt sanguis cholericus extrahatur: & perforatio fiat in ampullis profunda: vt totum uenenum quod in eis est coarctatũ, expellatur: F deinde epithemetur locus in circuitu cum medicinis frigidis repercussiuis: sicut cũ bolo armenico, et aqua et aceto: aut cum gallis immaturis, & aceto. ulceribus autem subueniendum est cum vnguento de cerussa, & lithargyro. & ad vltimum, si necesse fuerit, curetur, sicut diximus in vlceribus corrosiuis.

*De cura apostematis phlegmatici.* *Rubrica.* IIII

Cum autem accidit ex phlegmate apostema, necessaria est vẽtris solutio: et fortasse phlebotomia, si corpus fuerit valde plectoricum. & iterum est necessaria abstinentia a fastidio. & a multiplicatione aquæ: & ab omnibus cibis generantibus phlegma: deinde ad curam localem reuertẽdum est. Et cura localis est cum eo quod exiccat & resoluit: & nõ G est intentio mea vt curẽtur apostemata frigida cum medicinis frigidis & repercussiuis in principio, sicut apostemata calida, immo cum resolutiuis: & si ponãtur aliquando medicinæ frigidæ: non tamen euacuãtur a resolutione: neque etiam solæ administrantur, immo cum medicinis calidis admiscentur. Ex eis enim quæ administrantur, sunt sicut aqua cineris cũ aceto mista: & proprie cum cinere sarmentorum & ilicis: quando infigitur in eis spongia, aut pannus duplicatus: aut madefiat spõgia ĩ aqua saponis, aut aqua aluminosa: aut misceatur aquis prædictis oleum rosa. acetum, & aqua myrti. Et ex eis quæ experta sunt apud me, & inuenta sunt plurimi iuuamenti: est vt recipias alumen, & myrrham, & salem, & sulphur: & confice omnia cum oleo ros. & aceto. & stercus caprinum cum aceto confert. & similiter stercus vacci- H num. Et iterum decoquãtur caules, & anethum, & absinthium in aqua: & madefiat spongia in ea: & superponatur: & sumatur aloe & crocus & bolus armenicus, vel acacia, & cyperum, & myrrha. & conficiantur cum aceto & succo caulium: aut fiat emplastrum ex bolo armenico & sale & oleo. Et oportet vt ligatura tua comprehendat omnia latera apostematis: ne fiat declinatio materiei ad latus aliud: & immediate apostema fortius stringatur. Et scias ꝙ apostemata phlegmatica pura raro faciunt collectionem saniei: immo secundum plurimum resoluuntur.

*De cura apostematis melancholici.* *Rubrica.* V.

Quando accidit apostema durũ ex cholera nigra. tũc aut est sephiros: aut est cãcer: et differt sephiros

sephiros a cancro: quoniam in cancro est dolor, & inflatio cum pulsatione quadam: & apparent in circuitu venæ quasi cancri pedes, sicq; declinant ad nigredinem & viriditatem: & omnia ista elongantur a sephiros. & cancer fit incipiendo secundum plurimum, sephiros cõuertendo ex phlegmone et erysipelate et in puro sephiros nõ est sensus neq; dolor, in cancro vero est sensus & dolor. Etiam præmissa est cura cãcri non vlcerati & vlcerati in lib. primo: & satis sufficit illud tibi: & non fuit intẽtio mea ut tractaretur in lib. primo nisi de solutione cõtinuitatis & speciebus suis: sed si tractatum est ibi de cancro: in quo nondum cõtinuitatis solutio facta erat: tunc factum est illud gratia vlcerati. Oportet ergo hic tantum curam sephiros apponere: & est vt incipias a mundificatione corporis cum eo quod choleram nigram expellit: & iniunge infirmo abstinentiã ciborum choleram nigrã generantium: deinde reuertaris ad locum: & pone cũrationem cum eo quod resoluit & lenit similiter: quoniam non oportet vt curetur sephiros cum eo quod simpliciter resoluit, & desiccat: ne forte ad substantiam lapideam conuertatur propter resolutionem illius quod est subtile & exiccationem illius quod est grossum. Et caueat patiens ne multum vtatur balneo: quoniam balneum etiam resoluit materiam subtilem, et in spissam indurat. Et medicinę quidem in quibus est solutio & lenificatio simul, sunt sicut in alio diximus loco, adipes & medullę omnes, & mucilago fœnu græci, & seminis lini, & iterum ammonia. galbanum, bdellium, styrax, mastiche, ladanum, oleum antiquum, & oleum de alcanna, & oleum de lilio, & similia. Et ad vltimum curatio sephiros assimilatur curationi scrofularum: quare medicinas scriptas in capitulo suo & modum administrandi non negligas.

### *De significatione maturationis exituræ secundum complementum: & de regimine omnium exiturarum post earum maturationem.* Cap. VI.

Postquam apostema aggregatur, et incipit in eo fieri collectio saniei: tunc vocatur exitura. Et signa maturationis eius secũdum complementũ sunt: quoniam apparebit lenitas apud locum, & diminutio rubedinis, & dolor iam quieuit & pulsatio, ac febris recessit: tunc igitur non est aliud necesse, nisi vt in eius apertione studium impendatur. Veruntamen scire debes ꝙ quædam exiturarum faciunt apertionem per se: & sunt illæ in quibus est materia subtilis & acuta: non quæ est profunda: & in quibus eleuatio & acuitas est in capite. Quapropter si æstimas ꝙ exitura rumpatur per seipsam tempore congruenti, nõ est ferro perforatio facienda: & etiam si possibile est vt aperiatur cum medicinis aperientibus exituras: multoties enim talis perforatio excusat ferrum. Si vero non perforatur per se, aut per adiutorium medicinarum apertio exituræ: tunc facienda est perforatio cum cautela. Dixerunt autem sapientes veteres: ꝙ in omnibus exituris in locis carnosis existentibus vsque ad tempus perfectæ maturationis perforatio differatur. Et ex his quæ in locis carnosis existunt, excipiatur exitura ani: cuius perforatio non est expectanda vsque ad tempus perfectæ digestionis: immo debet, vt testatur Albucasis, cruda existente materia perforari: profunditas eius prolongetur ad interiora

**A** ani: & fiat fistula. In exituris vero existentibus in locis neruosis: et propinquis iuncturis non est perforatio differenda: immo ante maturationis complementum est velociter facienda: sicut si exituras in locis carnosis existentes ante complementum digestionis perforaueris, cursus intus prolongabitur in eis: & fiet multæ sordiciei: ac fortasse labia indurabuntur et profunde & econtra: si expectaueris digestionem donec impleatur in his, quæ prope sunt neruos & iuncturas: fiat putrefactio in ipsis membris: fortasse iuncturæ ligamentum discooperietur atque os exterius eminebit. His ergo omnibus diligentissime obseruatis: ĩ loco magis gibboso & maturiori, qđ tactui digiti cognoscetur: si possibile est perforatio fiat: & elõgetur manus tua ab arterijs, venis, & neruis & chordis: & sit intentio tua vt perforatio cadat inferius: &

**B** sit secundum longitudinem corporis, aut secundum ꝙ indiget membrum: quia omnis perforatio est diuersa secundum diuersitatem locorum. Nam in omnibus locis æqualibus, in quibus non est reflexio, incisio debet fieri secundum longitudinem. In illis autem quæ reflectuntur, incisio facienda secundum reflexionem ipsorum: præterquam in frõte: quoniam, vt dicit Auicenna, si incisio fieret secundum reflexionem illius membri, fieret cauus supercilij: & similiter in membris reflexionis: cuius incessus diuersificatur ab incessu villorum musculorum suorum. Quapropter necesse est vt secator sciat anatomiã quæ est maxima pars huius artis, ne incidat in errorẽ, & secet aliquid ex neruis & similibus. & huiusmodi quidem sermo est vniuersalis. Verum ego faciam ad præsens de incisione exiturarum sermonem distinctum & par-

**C** ticularem secũdum antiquorum doctrinam. Cum exitura fuerit in capite: tũc eius sectio sit aqualis, id est secundum longitudinem. Et si perforatio fuerit faciẽda apud oculum: tunc sit secundum latitudinem: quoniam situs oculi est latus: et in naso fiat secundum longitudinem nasi: & in mandibulis secundum longitudinem eius: & prope aurem, & post aurem fiat æqualiter: quoniam compositio illius est ę qualiter: & cognoscitur in corporibus senum, et in b rachijs, et in adiutorijs, cruribus, & coxis, & virga, & testiculis, & lacertis. & fiat perforatio secundum longitudinem. & similiter in manibus & digitis & pedibus fiat æqualiter. in subascellis vero & in inguinibus & prope anum fiat perforatio rotunda. Et rotunda quidem perforatio quæ cõprehendit aliquid ex latitudine cũ longitudine corporis. Et quando locus iste non per-

**D** foratur, sic possibile est vt coadunetur illic materia propter sinum: & fiat fistula. Et in latere & costis fiat perforatio secundum latitudinem: quoniam situs costarum est similiter transuersus: et prospice semper situm carnis & villorum lacertorum, & caue secundum fortitudinem virtutis tuæ: ne incidas neruum aut villos lacertorum, aut arteriam vel venam magnã. Et oportet vt in exituris magnis administres perforationem amplam: in paruis paruam. & si cutis exiturarum fuerit subtiliata atque facta sicut pannus, & est quasi mortificata: tunc testante Albucasi, necessarium est concauari & non incidi: quoniam eius adhærentia cum loco amplius non separatur propter subtilitatem & corruptionem suam. Cum exituræ perforatio facta fuerit: tunc si necessarium fuerit, indicem intromitte diligenter: vt tota sanies

exprimatur. Veruntamen ſi exitura magna fuerit, non erit ſubito tota ſanies extrahenda: ne propter reſolutionem ſpiritus naturalis patiens ſyncopizet: immo paulatim expellatur, maxime ſi ęger fuerit debilis naturæ, aut ſenex, aut decrepitus, aut puer paruus, vel mulier prægnans. Deinde impleatur concauitas tota cum licinio facto ex veteri coto: aut ex pãno lini veteris, loco prius diligenter abſterſo. Et ſi in hora operationis tuę fluxus ſanguinis accideret: tunc adminiſtra aquam frigidam cum aceto: aut cum albumine oui admiſceatur. ꝙ ſi ex hoc nõ refrenatur ſanguis: tunc recurrendum eſt ad remedia: quę in primo capitulo continentur. Et caue ne apertioni appropinquet aqua aut oleum, vel aliud in quo ſit pinguedo.

Et fortaſſe neceſſe erit tibi mundificare locũ & abluere: & tunc fiat cum aqua & melle: quoniam de proprietate mellis eſt vt mundificet & abluat: aut cum melle & vino, quoniam vinum facit abſterſionem, et proprie ſtypticum: aut cum aceto & melle. Aut mundificetur cum vnguẽto quod fit ex melle & ſarcocolla æqualiter: & eſt vt coquatur mel vſque ad ſpiſſitudinem: & deinde ſarcocolla cum eo puluerizata admiſceatur. Et fortaſſe non eſt neceſſe mundificare & abluere locum ſicut diximus. Et tunc oportet adminiſtrare medicinam carnis generatiuam, donec ſanetur locus. Et obſeruetur ligatura: quæ faciat adhærere ſinum: ſicut dictum eſt de ligaturis vlcerum & cauernarum. Præterea quando contingit vt exitura perforetur ante maturationis complementũ propter cauſas prędictas: rectũ eſt ut adminiſtres embrocham ex farina tritici cum melle et ſucco apĳ: quoniã huiuſmodi embrocha crudam digerit materiam, reſoluit, ſaniemque mundificat. Et ſcias, ꝙ hæc eſt vera cognitio & vniuerſalis in regimine curationis omnium exiturarum: & eſt ſecundum viam ratiocinationis: obſerua tamen hoc capitulum ſecundum prudentiam tuam: quoniam eſt ſecretum magnum.

De medicinis vero aperientibus exituras eſt ſicut radix narciſci proprie cum aqua & melle bullita: ſed priuſquam medicamen ſupponatur, conſiderandus eſt locus in quo eſt perforatio facienda. Aut. Reci. mellis anacardi, olei iuniperi, picis liquidæ, ana partes æquales, & omnia calefiant ſimul ad ignem, donec iuuantur: deinde locus perforandus inungatur: rumpet enim velociter exituram: & eſt hoc medicamen compoſitum ab Almanſore. Aut ſumatur fermentum, & vitrum, & ſinap. & ſtercus columbinũ, vel ſtercus accipitris vel anatis: et conficiatur omnia cum vitellis ouorum, aut cum mucilagine ſinapis, vel naſturcĳ: & fiat medicamen: quoniam eſt mirabile. Et ex medicinis fortibus conuenit ut ſumantur cãtharides: & terantur cum aceto & oleo vetuſto: deinde calefiant modicum ad ignem: & fiat emplaſtrum.

Aut ſumatur ſalis ammonia. vel ſalis nitri, & floris ęris, ana partes æquales, deinde terantur: & conficiantur cum melle & oleo veteri.

### *De ſcroffulis & de alĳs ſuperfluitatibus quæ ſimilantur eis. Cap. VII. continens rubricas ſex.*

### *De eſſe harum ſuperfluitatum & differentĳs earundem ad inuicem.* Rubrica. I

SCroffulę in partibus colli & ſubaſcellarum & inguinum ex indigeſtionis malitia & faſtidio gene-

E rantur: & non dicuntur ſcroffulæ: vt ait Auicen. niſi quia multum accidit porcis, propter guloſitatem eorum: aut propterea ꝙ earum figura ſecundum plurimum aſſimilatur porcis: aut quia ex vna fortaſſe accidunt plures. Et generantur etiam aliæ ſuperfluitates in corpore, præter ſcroffulas: quæ eis aſſimilantur ſcilicet glandula, nodus, teſtudo, botium, bubo, & cãcer: quę omnia differunt ſcilicet inter ſe. Et eorum quidem differentia: vt quęrenti ſatisfiat ſuper illud quod vult, quæ ſit ad præſens latere nolo. Dico ergo ꝙ ſcroffulæ differunt a glandulis: quoniã ſcroffulæ multæ ſimul exiſtunt. & non ſunt ſeparatæ a carne: immo inuolutæ: & neque dolore priuantur. Glandulę vero ſunt paucæ in numero: & cum tanguntur, non dolent: neque etiam in tactu duriter ſed leuiter ad aliã partem ducuntur: ac ſi eſſent a corpore ſeparatæ: quę

F neque radicem neque principium habẽt in corpore. Dominatur autem in glandulis phlegma principaliter. ſecundo autem melancholia. Nodus differt ab omnibus: quoniam ſecundum plurimum accidit in membris duris, vt in dorſo, manibus, & pedibus: & quandoque etiam accidit in curuaturis iuncturarum carẽs omnino dolore: et rotundus atq; durior oĩbus: licet cancer ſit durior eo. Teſtudo etiam differt ab omnibus ſupradictis: quoniam maior & mollior eſt: cum maior pars eius generationis ſit phlegma: & minor melancholia. Bubo ab omnibus differt: quoniam non eſt ſeparatus a carne: immo vehementer inuolutus ſicut cancer: & non naſcitur in alĳs locis niſi in ſubaſcellis & inguinibus. Dicitur autẽ bubo ad ſimilitudinem cuiuſdam auis: quæ ſic vocatur: quia ſicut illa auis groſſum caput habere videtur, & in no-

G cte volat, & in die degit in cauernis: ita etiam hoc apoſtema eminentiam quandam loco capitis obtinet: & in obſcuris & intricatis locis, ſicut ſubaſcellis & inguinibus naſcitur, vt dictum eſt. Botium etiam differt ab omnibus: quoniam ſemper fit in gula: & creſcit & augmentatur plus alĳs. Generatio uero eius eſt carnoſitas phlegmatica quę fit ex rheumate quod a cerebro deſcendit ad gulam. Et contingit hoc ſæpe fieri in regionibus: in quibus eſt aqua multæ groſſitiei & multæ viſcoſitatis, qua patientes vtuntur, & præcipue abſque vino. Vnde in Calabria huiuſmodi ægritudo multiplicatur propter groſſitiẽ & viſcoſitatẽ aquę. Et ſcias ꝙ ex omnibus his ſupſfluitatibus ſupradictis, quę duriores ſunt, magis comprehendunt de melancholia: & quæ ſunt fluxibiliores, de phlegmate. Et ex eis ſunt: in quibus eſt de materia ſanguinea: & appa-

H ret in eis rubor: & dolor ſentitur fortior quã in alĳs: quia etiam faciunt ſępius collectionem ſaniei. Cancri autem differentia in proprio capitulo requiratur. Et nunc ad curam prædictarum ſuperfluitatum particulariter deſcẽdamus: & primo de ſcroffulis ſermonem incipiamus.

### *De curatione ſcroffularum ſine inciſione: & cum inciſione.* Rubrica. II.

In curatione autem ſcroffularum omnes conueniunt veteres: vt in primo corpus euacuemus, & ſubtilietur regimen. Et euacuatio quidem corporis facienda eſt duobus modis, ſcilicet per ventris ſolutionẽ, & phlebotomiam: & proprie ſoluatur venter cum eo quod educit phlegma groſſum: ſicut eſt puluis q fit ex turbit. &. zinzib. & gariophi.

quemadmodũ

quemadmodum dictum est in capitulo fistularum:
quoniam, ut dicit Auicen. non caefacit intestina, neq;
excoriat. & de euacuatione laudabilis est vomitus: &
phlebotomia conuenit vt fiat ex cephalica. Subti-
liatio vero regiminis est vt infirmus abstineat a reple
tione. immo quantum plus potest famem patiatur:
neque cibum grossum, neque aquam omnino bibat.
Et abstineat etiam a superflua locutione, & risu, & si-
milibus: quoniam ex hoc traheretur materia ad locũ
magis. Et euitet quantum potest, ne eius caput graue
tur dolore. Et cum dormit, sit eius puluinar planum
sub capite suo, & non altum. Inquit Auicen. ꝙ ap-
positio ventosarũ est inconueniens patientibus scrof
fulas secundũ plurimum: quoniam non est possibile
vt euacuetur materia per illud quod est in scorffulis:
immo fortasse trahitur ad ipsas: & ingrossat eas ex eo
quod extrahitur de sanguine subtili. cum autem fa-
ctum fuerit, redeũdum est ad localia. Et curatio lo-
calis est cum eo quod aggregat resolutionem & mol
lificationem: sicut est mucilago maluauisci, & fœnu
gręci, & seminis lini, & radix liliј, & omnes medullę,
& adipes: & de adipibus vtilior est vrsi, & leonis, ta-
xi, vulpis, & lupi. Et ex eis quæ fortius resoluunt, &
lenificant, sunt ammonia. bdellium, galbanum, sty-
rax, mastiche, & ladanum. Et non oportet vt adm
nistretur illud quod resoluit cum exiccatione tantũ:
ne, sicut iam dictũ est, materia induretur, propter re-
solutionem subtilis & exiccationem grossi: immo ne
cessaria est lenificatio, ut leniatur grossum: donec obe
diat resolutioni. Veruntamen quãdo ægritudo est in
via resolutionis: facienda est adiectio resolutiuorum:
& tunc fortasse fiet singularis cura. Deinde si dubites
de eorum resolutione, ne illud quod est subtile resol-
uatur, & quod est grossum, lapis fiat: iterum ad lenifi
cantia reuertaris: & tandiu sic facias, scilicet mollificã
do & resoluendo: donec totum consequaris effectũ.
Et ego veniam ad præsens cum rememoratione me-
dicinarum compositarum quas longo vsu probaui.
Et ex eis est hoc emplastrum probatissimum valde re
soluẽs duritiem in hebdomada: aut in tribus diebus:
quod narrauit Gal. in megatechni. Reci. sinap̃. semi-
nis vrticæ, sulphuris, spumæ maris, aristolochiæ. lon.
bdelliј, ammoniaci, ana drachmas. iј. & oleum anti-
quum, & cera addantur: et fiat ex eis emplastrum.
Item vnguentum diachylon: qđ antiqui composue-
runt. Reci. lithargyri triti. vnc. i. & in patella locetur:
cui addantur drachmæ duæ. &. 5. olei veteris: & si-
mul agitentur: deinde leuis ignis subtus fiat: & coqua
tur, donec totus resoluatur lithargyrus: deinde mu-
cilaginis maluauisci, vncia vna. mucilaginis seminis
lini, fœnu græci, ana vnc. iј. sumantur: & prædi-
ctis adiungatur. Et post hoc totum agitandum est do
nec massetur & coquatu. cum autem coctum fuerit,
deponatur ab igne agitando, tamen non permittatur
indurari. Postea malassetur donec grossitiẽ & viscosi
tatem acquirat: deinde recõdatur, & vsui reseruetur.
Item. Reci. picis liquid. olei antiqui, & fimi columbi-
ni, aluminis iameni, radicis capparis, & adipis porci,
omnium, ana partes æquales: deinde aggregẽtur om
nia super ignem cum melle: & fiat emplastrum, quo-
niam est mirabile. Aliud. Recip. fœnugræci, par-
tes. iiiј. calcis nitri, ana partem. i. vniantur cum melle:
et fiat emplastrum. Item. Reci. farinæ orobi, farinæ
fabarum, stercoris caprarũ antiqui, ana vnc. iј. et adi-
A pis porci, vnc. 5. conficiantur cũ melle & vrina pue-
ri vel aceto. Et iterum stercus caprinum solum cũ
melle & aceto confectum est bonum: & similiter ster
cus ouium. Item aliud emplastrum bonum & pro
batum in omnibus apostematibus duris. Re. ammo-
niacum, bdellium, & galbanum, æqualiter. & in ace-
to forti per triduũ dissoluãtur: deinde adde sulphur,
& fiat emplastrum: aut fiat illud cum solo ammonia-
co: sicut iam diximus. Et iam dixit Auicen. ꝙ empla-
strum mirabile est quod fit ex radicibus liliј, & semi-
ne lini, & fimo colũbino, quãdo conficitur cũ vino.
Si autem his peractis patiens non liberatur: tunc
non est fiducia, vt nisi cum ferro curetur.
Sed ad hoc peritus medicus est maxime necessarius:
& proprie quando scroffulæ sunt in partibus colli:
quoniam iam vidi multos scroffulas patientes morti
B ficari ex operatione stolidorum in his locis. Etiã nar-
rarem illud ad præsens tibi: vt esset adiutoriũ ad prę-
scientiam tuam: nisi quia timeo prolixitatem sermo-
nis. Verum ostendam nunc tibi modum operationis
in incisione scroffularum & breuiter. In primis ac-
cipe scroffulã cũ manu tua, & firmiter teneas ipsam:
deinde incide pelliculam super ipsam secundum mo-
dum æqualem. i. secundum longitudinem corporis:
caue tamen ne incisio transeat vltra terminum pelli-
culæ: & incidas sacculum scroffulæ. Nã si incisus fue-
rit: erit eius extractio difficilis valde. Deinde apprehẽ
sa scroffula cum uncino, foras cum integritate si possi
bile est extrahatur: et ne remaneat aliquod frustulum
de scroffula, vel de sacculo eius, vel aliqua de scroffu-
lis paruis, diligenter est perscrutandum: ꝙ si remanse
rit aliquid, iterum extrahe. Verum si sanguis impedit
C operationem tuam: tunc imple vulnus ex medicinis
abscindentibus ipsum. deinde refrænato sanguine re-
deas ad operationẽ tuam donec compleatur: & si ad
vltimũ remanserit aliquid ex scroffulis: ad quod non
est possibilis iteratio: propter magnitudinem ipsius
scroffulæ in principio: aut propter timorem nerui uel
arteriæ: tunc pone medicamen acutum et corrosiuũ:
donec putrefiat & consumatur: quod est: quia ubi ex
trahatur scroffula cum integritate sua & panniculo
eius, aut destruatur residuum cum medicamine acu-
to: ægritudo ꝓculdubio reuertetur. Deinde post ad-
ministrationem medicaminis acuti administretur bu
tyrum donec eschara ignis cadat in pus: & loco puri-
ficato, vt vulnus consolidetur, studiũ impendatur.
Et scias ꝙ sunt ex hominibus qui magis volunt suffer
re hanc ægritudinem quam supponere se medicatio-
D ni, propter horribilitatem ferri: aut quia non reperiũt
medicum discretum. Illis autem qui ferrum abhor
rent: fiat medicatio talis: et est, vt ponatur aliquod ru
ptorium donec excorietur cutis: sicut stercus colum-
binum cum cantharidibus tritis & confectis cum ace
to: deinde ponatur medicamen acutum putrefactum
& cõsumptum, sicut calx viua, & cinis cum sapone,
vel aqua eius, & similia. Etiam probatum est hoc
medicamen. Re. calcis viuæ, drac. iј. redalgar, drac. 5.
deinde conficiatur cum melle: & fiat medicamen. Et
facta ruptura cutis pone ex eo quantum sufficit: & sis
solicitus ad defensionem locorum circunstãtium cũ
rebus frigidis: & ne medicamen moueatur ad aliquã
partem: & comburat vbi non est necesse, circunda
ipsum cum cera vel pasta, et similibus. Veruntamẽ
quando scroffula fuerit anexa neruis, aut venis, & ar

terijs: tunc nõ est ei curatio cum medicaminibus istis,
& similibus: neque cum ferro penitus: quoniam non
est possibile vt eradicetur absque læsione membro-
rum. Cum autem scroffula putrefacta & consumpta
fuerit: succurrẽdũ est cũ butyro, donec cadat eschara
ipsius. Et oportet vt sit cautela magna circa necessa-
riam quantitatem acuti medicaminis apponendam:
quia quantitas eius necessaria nõ est determinata: sed
illud est in vsu & discretione medici: vt cognoscat lo
cum et dispositionẽ ægritudinis, et acuitatem medica
minis, & similia. & saluius quidẽ est, ut fiat iterũ appo
sitio medicaminis quã eius superfluitas semel appona
tur. Multoties aũt inuenies aliquã scroffulã ex illis:
maxime in qbus est de materia sanguinea: quę uult ad
saniem deuenire. Et tũc curatio eius est maturatio cũ
eo quod est sicut semen lini, & fœnu græcum, & simi
lia. Deinde necesse est perforari in loco magis depres-
so & maturiori, sicut narratum est in capitulo exitu-
rarum, atque saniem exprimi diligenter: deinde intro
mittatur licinium intinctũ in acuto medicamine, do-
nec eius residuum corrodatur: deinde subueniedum
est cum butyro: cureturque vulnus reliqua curatio-
ne vlcerum donec sanetur.

*De cura glandularum, & nodorum.* *Rubrica.* III.

Curatio glandularum, & nodorum per incisionẽ,
non differt ab eo qđ narratum est de inci-
sione scroffularum: & propter hoc non est necessaria
eius rememoratio in hoc loco. In curatione vero glã
dularum non est intentio aliqua, nisi abscisio & extra
ctio. Veruntamen curatio nodorum completur
quandoq; ex incisione: & huiusmodi curatio ad præ
sens non est prætermittenda: & est vt compressio ve
hemens super nodum fiat, donec penitus destrua-
tur: ita videlicet vt locus videatur euacuatus æqua-
lis. Deinde fiat emplastrum ex rebus stypticis, & sup-
ponatur: & ex eis sunt sicut aloe, acacia, myrrha, oli-
banum, sarcocolla, & similia: & ex eis est vt terantur
et conficiantur cum albumine oui vel cum aceto. De
inde stringatur locus strictura vehementi: & sic pluri
bus diebus dimittatur. Deinde soluatur, & renoue-
tur emplastrum: & fac illud donec remoueatur no-
dositas: aut ponatur lamina plumbi super ipsam no-
dositatem: & stringatur, sicut diximus, vehementer:
& sic dimittatur pluribus diebus. Ex sola nanque lo-
ci euacuatione nõ fit securitas: quin redeat ægritudo.
Ideoque post illud administratio stricturæ fuit neces-
saria: quoniam ipsa prohibet reditionem.

*De cura testudinis.* *Rubrica.* IIII.

Intentio curationis testudinis non est nisi incisio et
extractio aut perforatio tantum: cum est
ex illis quæ continent humiditatem, vt sanies educa-
tur. Et scias ꝙ testudo continetur in sacculo: sicut in
scroffula & glandula: quare diligenter inuestigandũ
est: ne aliquid ex ea remaneat: quoniam ægritudo re-
diret: sed pone medicamen acutum, donec penitus
corrodatur. Multoties autem sunt in cute capitis apo
stemata quædam: quæ aliquando sunt dura, sicut la-
pis: & tunc de genere nodorũ. et aliquando sunt mol
lia: & tunc proprie sunt testudines. & parum quidem
fiunt testudines in locis alijs: nisi in cute capitis. Et om
nia quidem apostemata tam si sunt dura lapidea quã
mollia carnosa vel pinguia, debent incidi secundum
formam crucis: vt facilius possint excoriari: præterea

E ex his quæ continent humiditatem: & illa quæ acci-
dunt post aurem: quorum scissio superficialiter fiat. et
ex eis quæ facilius conuertuntur ad saniẽ sunt illa quę
accidunt in capite puerorum: & hoc propter abun-
dantiam sanguinis & fluxibilitatem cutis.

*De cura bubonis.* *Cap.* V.

Iam sciuisti superius ꝙ bubo non nascitur nisi in
subascellis & in inguinibus: & nunc
necesse est vt scias eius curationem secundum com-
plementum. Et bubo quidem est dura & magna et
profunda aggregatio materiei expulsæ a principali-
bus membris cum caliditate adurente. Et curatio
ergo eius est, vt ante omnia corpus mundificetur re-
gimine quo subtilietur et minoretur: et euacuatio qui
dem facienda est per solutionem ventris & phleboto
F miam: & conuenit vt fiat phlebotomia de vena basi-
lica manus oppositæ. deinde reuertaris ad locum, &
administrentur resolutiua mollificantia. Et quando-
que resoluit ipsum oleum tepidũ: & mitigat eius do-
lorem: vt fiat embrochatio ex eo & farina hordei. Et
non oportet vt administretur repercussiuum omni-
no: ne materia redeat ad membrum principale: & fiat
maioris nocumenti: neque oportet etiam vt admini-
strentur resolutiua: nisi prius corpus sicut diximus
mundificetur: quoniam timetur ne fiat attractio plu-
rimæ materiei ad locum. Q; si post hoc non resolui-
tur materia, inde augetur pulsatio & caliditas: tunc
scias ꝙ sanies aggregatur: necesse ergo est administra
re maturantia. Deinde perforetur locus perforatione
lunari siue rotunda: quemadmodum dictum est in ca
pitulo exiturarũ: & curetur donec sanetur. Q; si eius
G sanitas prolongatur & multiplicatur sanies: tunc ad-
ministra cauterium velociter, aut medicamen acutũ.

*De cura botij.* *Cap.* VI.

Botium est apostema carnosum in gula genera-
tum: et fit vtplurimum in mulieribus:
& assimilatur colori cutis. eius vero aliud est acciden
tale, aliud naturale. Et in naturali quidem, vt dicit Al
bucasis, non est ingeniatio. Veruntamen accidentale
si fuerit paruum, curatur. Et curatio eius est vt inci
datur sicut diximus superius in incisione scroffularũ:
& extrahatur cum sacculo suo: ne aliquid ex eo rema
neat, oportet diligenter inquirere. Deinde vulnus in
parte sue, & superpone stupam in albumine oui ma-
defactam, aut in aqua & aceto: vt refrænetur fluxus
humorum: & inspissetur sanguis: deinde curetur vul
nus cum eo quod conuenit donec sanetur. Et scias
H ꝙ non est præsumptio vt accedas ad botium cũ fer-
ro, quod est intricatum venis, neruis, & arterijs: nec
etiam ad illud quod est magnum. Et prohibitio gene
rationis eius est mundificatio corporis cum eo quod
purgat phlegma grossum: sicut modus pulueris tur-
bit: & subtiliatio regiminis, & abstinẽtia aquæ, & om
nium ciborum frigidorum & indigestibilium. Et sit
cibus eius panis bene coctus & bene fermentatus, &
caro hœdulina, & annualis agni & pulli, aut perdicis:
et similia his. vinum sit rubeum clarum in substantia,
& aromaticum in odore.

*De nacta & de inflatione quæ apparet in mamillis quorun*
*dam hominum.* *Cap.* VIII.

PLerunque accidit in quibusdam hominibus su-
perfluitas quædam: quæ vulgari nomine dici-
tur

tur nacta: & est apostema carnosum magnum molle vtplurimum, sicut fungus. Et non est cum eo dolor: aut si est dolor in eo, est paruus: neque calor, neque pulsatio: & fortasse ex ea est quæ magnificatur: adeo vt superet omnes alias superfluitates corporis. Etiam uenit vir ad me, qui habebat nactam in humero suo: & cũ vidissem, putaui ipsum habere puluinar in humero, deinde detexi locum, & vidi ægritudinem: & cũ aspexissem, placuit vt dimitteretur cũ domino suo: quoniam timui super magnitudinem eius. vir autem accessit ad chirurgum quendam, qui erat mihi notus: & liberauit eum peroptime: & inuenit. vij. lib. in eius humore, quod extraxit: veruntamen illud non accidit in pluribus. Et modus curationis eius est: ut incidatur & excorietur ab omni parte cum facilitate, & extrahatur. deinde locus cauterizetur peroptime, propter sanguinis fluxum: quoniam multoties apud incisionem accidit, ꝙ illud quandoque redit, quando non cauterizatur. Si vero nacta fuerit nimis grossę radicis: timor est in eius incisione: verum incide medietatem eius: & cauteriza residuum. Et quando radix eius est subtilis, et valde pendet sicut testiculi: tunc nõ oportet excoriare ipsam: sed cũ spatumine lato ignito incide iuxta corpus cum integritate sui. Et scias ꝙ non est præsumptio vt incidas nactam, quæ est fusci coloris & pauci sensus: qm̃ est apostema cãcrosũ.

Accidit quandoque inflatio in mamillis quorũdam hominum: ita vt assimiletur mamillis mulierum: quã natura nimis abhorret: & illud non est aliud nisi pinguedo. Cum ergo vis curare, incide super mamillas sectione lunari: & excoria illam pinguedinem, & extrahe. deinde adhibe uulneri medicamen incarnatiuũ. & aggrega eius labia cum sutura: & cura ipsum donec sanetur. Veruntamen si mamilla pendet inferius propter magnitudinem eius, sicut mamilla mulierum: tunc oportet vt scindatur a duobus suis lateribus superioribus: duabus scissuris similibus figuræ lunari: & vnaquæque cum altera continuetur apud finem suum: deinde cutis earum quæ est inter duas scissuras excorietur: & auferatur pinguedo: cureturque locus cum eo, quod est necessarium donec sanetur. Q. si remanserit aliquid pinguedinis propter intolerantiam infirmi, aut propter abundãtiam sanguinis: tunc apponatur medicamen acutum, donec corrodatur.

*De extratione aquæ hydropicorum.* Cap. IX.

Hydropisis est error digestiuæ virtutis in hepate. Et dicitur hydropisis, ab hydor qđ est aqua: & pisis quod est passio: inde hydropisis quasi aquosa passio. Cuius species secundũ sententiam antiquorum, sunt tres, scilicet asclites, hyposarca, et tympanites. Sed nulli curatio ferri administretur: nisi ei quę uocatur asclites: ut aqua quæ inter siphac & intestina locata est, educatur. Cum ergo rogaris in curatione huiusmodi speciei cum ferro: fac secundum hunc modum: & est vt venter ipsius manibus comprimatur: vt tota aqua declinet ad inferiorem partem pectinis. Deinde cõsidera cum omni diligentia tua, utrum generatio aquæ sit ex parte intestinorum, aut propter passionem hepatis vel splenis. Et si sit ex parte intestinorum, perforetur cutis tota cum siphac tribus digitis sub vmbilico. Et si generatio aquæ erit propter hepar: tũc sectio in sinistra parte fiat. Si vero ꝓpter splenem, in dextro fiat latere: Non enim oportet ꝙ fiat se-

A ctio super latere: super quo vult infirmus iacere: ne superfluitates ad illum decurrãt locum. Facta autem perforatione, canellum æneum vel argenteum intromittatur: vt aqua per ipsum euacuetur. Et caue ne extrahatur ex ea plusquam oportet in hora vna tantum: quoniam fortasse morietur infirmus, propter resolutionem spiritus animalis: vel superueniret ei syncope, & appropinquaret morti. sed euacuetur ex ea secundum quantitatem virtutis infirmi. deinde extrahe canellum & oppila foramen. Altera vero die intromitte canellum: & extrahe ex aqua, si virtus eius tolerauerit illud: et sic facias donec ex aqua non remaneat nisi parum. Si autem times super infirmum ex aqua multa, cura ipsum tunc cum sepultura in arena calida: & sudore in balneo multo & sole. deinde curetur vulnus cum medicina exiccatiua, donec sane-
B tur. Et abstineat patiens a potu plusquã potest. Et sit eius diæta valde confortatiua & odorifera. Et scias ꝙ non est præsumptio vt fiat eius curatio: quãdo patiens est puer: aut senex decrepitus: aut debilis virtutis: aut si habeat aliam infirmitatem præter hydropisim: sicut est tussis, aut ventris solutio, & similia his.

*De eminentia & ruptura quæ accidit in siphac.* Ca. X.

Multoties accidit eminentia in siphac scilicet in panniculo qui extenditur super ventrẽ: quãdoque in partibus inguinum: quandoque superius in partibus ventris. Et huiusmodi quidem eminentia aut fit ex ruptura siphac: & tunc exit ex ea intestinũ: aut zirbus: cuius significatio est: quoniam cum comprimis eminentiam quæ apparet, occultatur: deinde redit per se: aut cum infirmus retinet anhelitum, vel
C naturaliter tussit: & quandoque etiam apud introitũ auditur gurgulatio intestini: & magnificatur eminentia ex nimio labore et caliditate balnei quiete: et dum iacet infirmus resupinatus, eminentia occultatur: cũ autem stringit & ambulat, redit sicut prius erat. Aut fit ex ventositate: & signum eius est: quod non est grauis ponderosa: imo leuis cum leuitate tactus. Aut fit ex carnositate: & signũ eius est quod ipsa eminentia est grauis grossa & dura: & secundum quantitatem unam stat. Aut ex humiditate, cuius signum est mollities: & nõ occultatur ex oppressione manus, neque constringitur. Aut ex sanguine qui fluit ex scissura venę vel arterię: cuius generale signum est rubedo eius ad nigredinem decliuis. Cum autem eminentia fuerit ex carnositate, & desideras eius curationem: tunc incide super ipsam, & extrahe: deinde cu-
D ra vulnus sicut scis: et similiter si fuerit humiditas, perfora locum: & dimitte vt egrediatur. Veruntamen non oportet vt curetur cum ferro penitus: quando accidit ex sanguine qui fluit ex scissura arteriarum uel venarum: quoniam tunc est timor. Si vero ex uẽtositate fuerit: tunc exhibeantur exterminantia ventositatem: sicut est ruta, anisum, cyminũ, & similia. Q. si fuerit eminentia ex ruptura: tunc difficilior est curatio. Veruntamen oportet vt scias eius causam antequam curatio promulgetur. Est ergo multiplex eius causa: quoniam aut accidit ex casu, vel percussione, aut saltu, aut clamore superfluo, aut reluctatione, aut eleuatione magni ponderis, & similibus. Curatio enim rupturæ diuersificatur secundum diuersitatem locorum in quibus accidit: quoniam aut accidit ab inguinibus superius: sicut in vmbilico, & in reli-

quo ventre: aut tantum in inguinibus, per quæ intestina adhuc non descendunt ad testiculos: aut fit fortasse ex ira: vel additur propter tempus: et descendūt inferius intestina. & ꝓpter hoc visum mihi est vt ponam vnicuiq; curationē suam: secundū ꝙ est necesse.

Dico ergo ꝙ cū accidit ruptura ī vmbilico: oportet ut patiens stans extensus retineat anhelitum, donec appareat eminentia. deinde signa cū enchaustro vel carbone in circuitu totius vmbilici: & tūc præcipe infirmo, vt resupinetur super dorsum suum. deinde incide cum spatumine circulum quem cum enchaustro signasti. post hoc vnciniū in medio eminentiæ fige: & ad superiora extende: deinde cum spaco in circuitu fortiter liga: & fac in eo nodum currentem: & postea caput eminentiæ scinde: & indice intromisso: quære ne intestinum, aut zirbus sit captus a ligamento. ꝙ si inueneris intestinum, solue ligamētum: & impelle ipsum ad interiora. Si autem inueneris zrbum, amputa superfluitatem eius. Et si sanguis contrariatur propter incisionem arteriæ vel venæ: tunc succurre cum remedio donec stringatur: deinde ad tuam redeas operationem: & habeas duas acus cū filis duplicatis fortibus, & intromitte eas in incisionē quam prius fecisti in circuitu vmbilici secundum modum crucis: & fac vt penetret ad latus aliud: deinde stringantur fila a quatuor locis: & auferatur acus: & dimittatur locus donec putrefiat: & caro stricta decidat: deinde cura vulnus cū eo quod conuenit ex medicinis donec sanetur. Q̃ si fuerit eminentia ex ruptura quæ fit in reliquo ventre: tunc oportet vt curetur secundum, ꝙ narro tibi: & est vt patiens dum stat extensus, retineat flatum suum, donec infletur locus: deinde signetur super rupturam, & resupinetur patiens super dorsum: deinde cauterizetur ruptura secundū quantitatem eius: & sit illud quod aduritur ex cute tātum: deinde curetur locus cum butyro donec eschara cadat: & administretur medicamen vulnerum donec sanetur: ex hoc enim ruptura non additur. Si vero ruptura fuerit ex magno tempore, et magnę quantitatis: tunc curatio eius est per incisionem: & est vt signetur cū enchaustro locus rupturæ, sicut diximus, super dorsum suum: & ligetur super bancum cum fascijs: aut facias ipsum teneri a quibusdam viris. deinde ponat minister digitum suum super locum fracturæ, vt non exeat intestinū: & incide cum spatumine cutem æqualiter totam, donec peruenias ad rupturam. Deinde suatur siphac: sicut te scire feci in vulneribus ventris, quando foras exeunt intestina: et curetur locus cum eo quod conuenit donec sanetur.

Cum autem ruptura accidit in inguinibus: & non descendit eminentia ad testiculos: aut si descendit aliquid ex ea, est modicū valde: & reuertitur cum facilitate omnibus horis: si volueris eius curationem cum medicinis, considera prius magnitudinem ipsius, & diuturnitatem temporis, & patientis ætatem: quod est: quia non sanatur ruptura cum modis medicinarum, nisi quando est parua, & modico tempore: & ætas patientis puerilis: & secundum hoc etiam sanatur laboriose: quoniā siphac est neruosum et difficilis incarnationis. qui ergo dicunt se sanare fracturam diuturnam: & in omni ætate cum modis medicinarum, deceptores sunt. Et scias ꝙ quanto plus corpora patientium naturaliter sunt humidiora: hoc amplius incarnantur. Curatio autem cum medici-

E nis est: vt emplastretur locus super rupturam cum rebus expellentibus ventositatem: in quibus est fortis stypticitas, et conglutinatio quædam: sicut est nux cypressi, dragaganthum, myrrha, & similia. deinde stringatur sicut oportet, cum ligatione eius notata. Et iaceat infirmus super dorsum suū. xl. diebus: & obseruet diætam quæ dicetur inferius: & assumat de rebus stypticis & consolidatiuis in cibo & potu omni die, sero & mane, nisi ventris constipatio timeatur. ꝙ si timetur id, assumat per interualla ex eis, scilicet de tertio in tertium diem. Cum surget, non dimittat emplastrum, neque ligamentum alijs. xl. diebus: vel circiter illud, si indiget illo. Et de emplastris bonis conferētibus rupturæ est illud qđ fit de pelle arietina: & qualitas confectionis eius est secundum hunc modū. Re. picis naualis, ceræ rubeæ, colophoniæ, ana drac. ij. li-

F thargyri, ammoniaci, galbani, terebin. mastiches, thuris, radicum consolidæ maioris & minoris, omnium, ana drac. v. sanguinis humani ad libitum, confice sic. accipe ilia pellis arietinæ, & pilis inde reiectis, decoq; ipsam donec tota liquefiat: deinde dimitte aquā quiescere tribus horis. post hoc accipe prædictas res tritas & cribellatas: & cum prædicto sanguine confectas: et misce cum aqua pellis in cacabo: & fiat vt bulliat, donec ad spissitudinem & nigredinem deueniat. deinde depone ab igne, & fiat emplastrum. Item aliud bonum & expertum. Re. nucis cypressi, acaciæ, gallarū, balaustiæ, ana drac. v. dragaganthi, myrrhę, sarcocollæ, thuris, gumi arab. ana drac. iij. omnia terantur, & cribellentur: & conficiantur cum aceto. Item emplastrum expertum quod cōposuit Rasis in libro diuisionum. Reci. nucis cypressi, cyperi, sansuci, galla-

G rū, acacię, gumi arab. omnium, partes æquales. dissoluatur gumi cum vino: & aggregentur cū eo reliqua: & fiat emplastrum. Dięta patientis sit tenuis valde: & abstineat ab omnibus grossis cibarijs & inferentibus ventositatē: immo dentur medicinæ, quæ ipsam resoluant: & fugiat motum superfluum, & laborem, & risum immoderatum, & tussim, & sternutationē, et clamorem nimium, balneum aquæ calidæ, coitum, & similia his quæ dilatant rupturam. Modus autē assumendi medicinas in potu & cibo est: vt coquantur nuces cypressi in aqua myrti, vel pluuialis: & temperā ex ea vinū, & bibatur: aut fiat puluis de radice consolidæ maioris, & millefolio: & detur cum vino calido: & fac iterum puluerem ex bolo ar. & sanguine dra. & mumia singulariter vel composite: & detur in cibo sorbili. Aut fiat istud electuarium. Re. consoli-

H dæ maioris, nucis cypressi, picis græcæ, dragaganthi, masti. gumi arab. boli. ar. sang. dra. mumię omnium, ana partes æquales, & de pilis leporis minutatim incisis ad libitum: omnia terantur & puluerizentur: et cū melle optime dispumato detur sero & mane: quoniā est mirabile. Hoc enim est regimen curationis rupturæ cum modis medicinarum, & secundum semitam rationis. Multoties vero mulieres sagaces absq; aliquibus medicinis suos sanant pueros quādo incipiūt habere initium ęgritudinis: & defendunt ne addatur, cum brachalis, & cum prohibitione luctus, & vociferationis, motus, & similium rupturam dilatantium.

Quod si ruptura fuerit inguinalis, nō sanatur cum huiusmodi medicinis, sicut diximus, sed tamen ad chirurgiam recurrendum est. Et operatio quidem chirurgiæ est duplex: quoniam fit per cauteriū aut

aut fit per incisionem: & ego rememorabor ad præsens modum operationis vniuscuiusque secundum discretiones antiquorum. Quando vero vis operari cum cauterio: necesse est vt infirmo præcipias quod teneat anhelitum donec appareat eminentia: deinde reduc ipsam digitis tuis: & signa cũ enchaustro vel alio simili sub ruptura super os pectinis cũ signo: cuius extremitas similis sit medietati circuli ad superiora corporis: deinde resupinetur infirmus super dorsum suũ in scãno vel tabula: cuius vna extremitas sit altior altera quantitate vnius cubiti vel circiter: ita vt coxæ eius sint eleuatæ: & caput eius inferius sit depressum. Et ligentur manus super pectus suum: & corpus totum ligetur cum disco vel tabula: ne ipse moueatur apud operationem tuam: & coquas vbi est necesse: deinde teneat minister manum suam super locum rupturæ, vt non exeat intestinum: deinde cauteriũ ignitum, quod iam posueras ad ignem, super prædictum signum appone: et firma manum tuam secundũ rectitudinem, donec consequaris os. & si non fueris os cõsecutus in prima vice: tunc itera cauterium vice alia, donec consequaris: quod est, quia si non consecutus fueris os cum cauterio, parum confert operatio tua. Et caue sũma diligentia ne in hora cauterizationis exeat intestinũ, & cõburatur: veniantque ex ea accidẽtia mala. Deinde curetur cauteriũ cũ butyro, donec eschara cadat: & post hoc vulnus cum reliquis medicinis curetur, donec restauretur. & iaceat infirmus super dorsum suum .xl. diebus donec vulnus consolidetur. Et postquam surgit, teneat brachale artificialiter factum per alios .xl. dies: & obseruet diętam superius scriptã: sicque sanabitur, si Deus voluerit, integre. Oportet quod in curatione huius rupturæ cum ferro infirmũ super dorsum suum iacere præcipias: deinde locum rupturæ ad quantitatem trium digitorum secundum latitudinem seca: deinde scarna donec didymus detegatur: & tunc accipe instrumentum ad modum tentæ: & pone eius extremitatem super locum eminentiæ in didymo: & reduc cum eo intestinum ad interiora ventris: deinde sue vtrunque locum qui continetur cum extremo instrumenti: & ab vtroque didymi latere vnum eorum annecte cum altero cum sutura: deinde extremitatem instrumenti trahas: & vulnerum adhibe curationem. Et scias quod cauterium prędictũ est melius & tutius: & iam operatus sum multoties: & nunquam deceptus sum: antiqui autem relaxabãt incisionem, et cauterium eligebant.

Quando eminentia descendit ad bursam testiculorum: & tunc aut est ex lęsione siphac: aut ex dilatatione ipsius. Et signum quod est ex læsione siphac: quoniam descendit subito cum dolore vehementi vsque ad profundum bursæ: & id est propter grauitatem et cursum intestinorum ad exteriora siphac. Signum vero quod est ex dilatatione siphac est: quoniam descendit paulatim in tempore lõgo & non subito: & neque vsque ad profundum: & illud est propter leuitatem ventositatis.

Et intestina quidẽ & zirbus redeunt cum difficultate: & ventositas absque difficultate: & iterum zirbus & intestina redeunt cũ minori gurgulatione: sed ventositas cum plurima: & fortasse aggregatur stercus in intestinis: & tũc infirmo accidit dolor prauus: & pręcipue quando premuntur ad interiora: immo fortasse sequitur inde mors. In curatione autem huius in-
A cisionis seu rupturæ, raro vel nunquã conferunt medicinę: immo curatio eius est curatio ferri: & tunc erit cum ea timor magnus: quoniam multoties accidit super infirmum malitia magna: & moritur de facili. Quapropter amice non est præsumptio, vt accipias hanc curam propter cupiditatem lucri: nisi quãdo rogatus es ab infirmo & amicis suis: & eris ab eis veniã consecutus: et huiusmodi quidem intentio non est negligentiæ committenda: & in omnibus alijs ægritudinibus timorosis: quoniam est salus tui corporis, & defensio turpis famę: & non oportet etiam vt senex medicinetur siue curetur curatiõe ferri: immo sufficit vt conseruetur cũ brachali & dięta. Modus vero operatiõis cum ferro est: ut iubeas infirmo quod reducat intestina manu sua ad interiora ventris. quod si non obediunt reditui: tunc fiat clysterizatio ut alleuietur de su-
B perfluitatibus suis. deinde sedeat infirmus in aqua calida multoties: & vngatur locus cum lenitiuis, donec redeant: post hoc infirmus resupinetur super scãnum vel tabulam præparatam: sicut iam diximus, ita videlicet vt crura eius sint eleuata, & caput depressum inferius: & ligetur cum tabula tribus fascijs in tribus locis scilicet vna in tibijs prope calcaneum: & alia in coxis prope genua: & tertia in pectore: cum qua etiam ligentur manus: deinde testiculus ducatur vsque ad rupturam: & ponat minister digitum suum super locum rupturæ: vt nõ exeant intestina: deinde seca pelliculam supra testiculum secundum longitudinem: & fit sectio secundum quantitatem qua sit possibile: vt ex ea testiculus egrediatur. Postquam egressus fuerit, pręcipe ministro vt extendat ipsum ad superiora: & tu scarna didymum vsque ad inguen cum instru-
C mento aliquo non valde acuto, aut cum vnguibus, quod est saluius: & tunc quære digitis tuis ne sit aliquid ex intestino in didymo: & si inueneris aliquid ex eis, impelle ipsum interius: deinde accipe acũ magnã quadratam in qua spacus sit fortis, & sue didymum iuxta inguen: & liga eum inuolutione plurima vehementer: capitaque ipsius spaci de foris pendere dimittantur. tunc positis tabulis cum ferro lato bene ignito iuxta ligamen secundum rotunditatem didymi incidatur: & cum duobus alijs cauterijs vehementer ignitis bene decoquatur. Caue tamen ne comburas vel incidas aliquid ex ligamento. Deinde seca in inferiori parte cutis testiculorum: vt sanguis & sanies educatur: et administretur in vulnere lana vel stupa in albumine oui, oleo ro. madefacta: & ponatur licinium in sectione, quam inferius fecisti: et ligetur desuper ligatura cõ-
D uenienti: deinde soluatur patiens a ligaminibus suis prius: & portetur caute sicut cadauer in lectum mollem & bene paratum: & ita locetur in eo: vt pedes aliquantulum sint altiores capite: & diligenter cooperiatur: & maxime si fuerit hyems, ne frigus eũ capiat, & superueniat propter illud accidens malum: & caueat quantum potest ab omnibus accidentibus animæ: sicut ira, tristitia, et similia: & dimittatur ligamentum septem diebus. quod si post septimum diem nõ ceciderit ligamentum: tunc embrochetur locus cum oleo & aqua calida, donec cadat: deinde cesset aqua calida & oleum: cureturque vulnus cum exiccatiuis, donec sanetur: & rectum est etiam quoties mutatur vulnus, tunc inungantur partes inguinum cum oleo tepefacto: quoniam est prohibens malitiam super vulnus.

*De hernia secundum omnes eius species: & de apostemate testiculorum, & relaxatione cutis corū.* Cap. XI.

SPecies herniæ quæ accidunt in bursa testiculorū præter herniam intestinalem: generaliter tres dicuntur esse: quarum vna est aquosa, alia ventosa, tertia carnosa. Aquosa enim hernia nihil aliud est nisi aggregatio humiditatis: & causa eius est debilitas testiculorum: quare materia festinat ad eos: & quandoq; accidit ex percussione super testiculos: et signum eius est grauitas & splendor, et quia cum tangitur, cedit tactui. Curatio eius est, vt incidatur cutis testiculorū sectione ampla secundum longitudinem. deinde perfora, & aquam extrahe totam: et inuestiga secundum diligentiam tuam, ne testiculus sit corruptus. q̄ si corruptus fuerit, cum ferro calido incidatur, & extrahatur: deinde curetur vulnus cum eo qđ conuenit, donec sanetur. et quādo dimittitur testiculus corruptus, facit ægritudinem redire: immo multoties redit absq; corruptione testiculi: et iterum indiget perforatione: nisi cauterizetur post perforationem & euacuationē suam. Cum autem fuerit hernia ex ventositate: qđ cognoscitur per extensionem sine pondere & lenitate tactus, & etiam per alia signa in præcedenti dicta: & tunc curatio eius est extenuatio ventositatis. Si vero fuerit ex carnositate, signū est grauitas & grossities & durities cum paruitate doloris: & causa eius est effusio materiei ad testiculos aut percussio. Curatio autem eius est ut incidatur cutis testiculorum: et excorietur vsque ad superiora: deinde extrahe didymum & testiculum: & elibera eos ab omni parte ex illa carnositate. Veruntamen si testiculus iam consolidatus est cum carnositate illa: oportet vt incidatur, & extrahatur cum ferro calido propter timorem sanguinis emanantis: quoniam, ut dicit Halyab. difficile est ipsum mitigare: & propter hoc ab hac operatione multi deficiunt: deinde suatur vulnus, & curetur cum eo quod conuenit ex medicinis, donec sanetur.

Præterea quandoque accidit vt apostemētur ipsi testiculi apostemate calido aut frigido ex humore ad ipsos rheumatizante: & signum apostematis calidi est pulsatio vehementis caliditatis tactus, & coloris rubedo. Signum vero apostematis frigidi est, quoniā color eius assimilatur colori cutis corporis eius, neque ipsum comitatur dolor. Et curatio apostematis calidi est cum phlebotomia basilicæ in principio, & emplastratio cum repercussiuis: deinde sedetur pulsatio: & emplastretur locus cum resolutiuis lenientibus: sicut est chamomilla, farina fabarum, & similia. Curatio apostematis frigidi est resolutio tantum & non repercussio.

Insuper multoties relaxatur cutis testiculorum sine ipsis testiculis: & inferius turpiter pendet: & tunc si vocaris ad eius curam, incide cutē eius naturalem: deinde aggregētur labia uulneris cum sutura: & cura vulnus cum reliqua curatione vulneris, donec sanetur.

*De hominibus castrandis.* Cap. XII.

CAstratio est res quæ destruit vel extirpat id qđ est in animalibus naturale: & quia licitum est quandoque terræ potentibus pro custodia suarum virginum homines hos habere: ideoque placet mihi in lib. meo de castratione rememorationem facere. Fit ergo castratio secundum duos modos. quorum E vnus est per attractionem, & alter per incisionē. operatio illius quod fit per attractionem: est vt facias animal sedere in aqua calida, donec mollificentur eius testiculi, & pendeant: deinde contere eos donec resoluantur subter manus tuas: vt non appareāt amplius sub tactu manus: & huiusmodi castratio pueris est cōueniens. Castratio autem quæ fit per incisionem, diuiditur secundum duos modos. quorum unus est vt incidantur testiculi cum virga: & alius est vt incidantur solum testiculi. Et operatio primi modi est, vt testiculi & virga a suis radicibus fortiter alligentur: deinde a loco alligationis cū rasorio totaliter incidātur: & sanguinē stringentia superponantur. Operatio aūt secundi modi cum quo tātūm testiculi amputantur: est vt cutim & testiculos manu tua ad īferiora trahas: deinde ligentur: & sic incide super unumquenque testiculum F sectione vna: et excoria donec egrediantur: deinde amputa eos, et sue vulnus: ac cura ipsum cum reliqua curatiōe vulnerum, donec sanetur: & modus iste est melior quam ille qui fit per attractionem: quoniam ex attractione remanet aliquid ex testiculis: vnde vir postea desiderat coitum.

*De hermophrodita.* Cap. XIII.

HErmophrodita, vt dicit Halyab. est passio innaturalis, & turpissima valde viris: cuius species sunt tres in viris, et vna in mulieribus. Prima enim ut rorum est, q̄ apparet in cute testiculorum in eo quod est inter duos testiculos, figura, quasi sit vulua mulieris: & sunt in ea pili. Secunda species est secundum eūdem modum: tamen per eam fluit vrina. Tertia quidem similis: tamen ex ea non effunditur vrina. Illa G vero quę est in mulieribus, est quandoque super uuluam mulieris in pectine, tanquam masculi parui dependent virilia: et sunt tria corpora omnino foras eminentia: quorum vnum est sicut virga: & duo sicut testiculi. Et omnes istæ species curātur & sanantur, præter illam quæ fit in viris: per quam vrina effluit. Et modus curationis eius est vt seces illas carnes superfluas sectione, qua non remaneat ex eis aliquid: deinde cura locum cum reliqua curatione vulnerum, donec sanetur.

*De uerucis, & porris, & clauo, & formica accidentibus in uirga & in alia parte corporis.* Cap. XIIII.

VErucæ multoties accidunt in virga & in omni parte corporis, & maxime in manibus, & pedibus ex malis qualitatibus: quas natura expellit ad H exteriora. Earū vero aliæ sunt duræ, & aliæ sunt molles. Sed quæ duræ sunt, ex cholera sunt nigra: molles autem ex phlegmate. Ipsarum vero curatio est vt primo purgetur humor qui fecit accidere morbum: deinde super locum ponenda sunt desiccantia: quæ sunt sicut oleum myrtinum, ro. cinis ramorum vitis cum aceto distemperato: & similiter acacia, bolus are. cum oleo ros. His vero nō valentibus, ponenda sunt acuta corrosiua: sicut est calx viua distemperata cum aqua saponis, & similia: quæ si nondum sufficiant, suspendantur cum vncinis, & incidantur: deinde ponatur super locum medicamen acutum, vt putrefiat radix, quæ remansit, & consumatur: aut cauterizetur cum ferro candenti. Quod si patiens non tolerauerit sectionem: tunc ligentur cum filis de serico strictione vehementi: & dimittatur ligamentum, donec fiat solutio

lutio continuitatis: deinde ponatur medicamen acutum: & curetur sicut meretur ex medicamine. Et scias q̄ cum accidunt in capite præputij: semper sunt molles: quare nō retinetur in eis vncinus. oportet ergo vt mundifices, & incidas eas cum forficibus.

Clauus est caro callosa dura atque rotunda similis clauo: & est secundum colorem corporis: & fit in omni parte corporis: & vt plurimum in pedibus & in eorum digitis: & inducunt dolorem infirmo apud ambulationem. Curatio vero eius est vt concauetur in circuitu: deinde cum forcipibus uel cū alio instrumento radicitus extirpetur: deinde cauteriza locum, donec sanetur.

Iam sciuisti curationem formicæ cum modis medicinarum secundum cōuenientiam: & nunc oportet te scire operationem cū manu, quando modus medicinarum non confert: & est vt concauetur in circuitu, et extrahatur: sicut diximus de clauo. Gal. autem narrauit vt accipiatur de cannula pennæ anseris aut vulturis fortis, aut ferri, vel æris, cuius extremitas sit acuta: & sit secundum quantitatem formicæ: deinde ponatur eius caput super formicam, vt circulus suus recipiat eam ex omnibus partibus suis: deinde reuolue cannulam cum manu tua, donec incidatur in circuitu formicæ, & vsque ad profundum carnis eradicetur ex radice sua: deīde si vis, cauteriza eam, & eam cura cum medicinis exiccatiuis, donec sanetur.

*De hæmorrhoidibus.* *Cap.* XV.

HÆmorrhoides sunt quinque venę quæ terminantur in circuitu ani deputatę a natura ad expellendum sanguinem grossum melancholicum qui in corpore abundat. Et causa earum est extensio & inflatio ex illo humore proueniens: vnde contingit vt fiat venarum disruptio: & aliquādo accidit ex nimia siccitate istas venas contingente: & hæmorrhois quidem dicitur ab hęma gręce quod est sanguis, et rhoos quod est fluxus: inde hęmorrhoides quasi fluxus sanguinis per inferiora. Sunt autem hęmorrhoides secundum duos modos: aut sunt intra anum: & tūc sanguis exit ex eis semper: aut sunt extra anum in extremitatibus eius: & tunc exit ex eis aqua citrina aut parum sanguinis cursu assiduo, & sunt secundum corporis colorem. Cum ergo vis curare, primo phlebotoma patiētem ex vena basilica, deinde, si hæmorrhoides sunt interius, & non apparent: extrahantur cum ventosis: aut præcipe infirmo vt assellet, & exprimat se, donec egrediatur anus, & appareant hæmorrhoides: & si non obediat anus egressioni, tunc clysteriza infirmum clysteri parum mordicatiuo: deinde proijce vncinū in eis, & suspende: aut teneas cū vngue tuo: deinde incidas apud radicem suam. q̄ si non retinetur in eis vncinus propter humiditatē ipsarum: tunc capias cum panno aspero, & extrahe cum digitis tuis: deinde incide, & pulueriza super eas medicamen acutum post incisionem, aut cauteriza eas: deinde curetur locus cum reliqua curatiōe vulnerū, donec sanetur. Si vero hæmorrhoides sunt exterius: tunc res erit facilis: accipe ergo eas cū vngue tuo aut cum vncino: & incide ipsas apud radicem suā sicut præcessit narratio: deinde pone medicamen acutum, aut cauteriza eas, & si infirmus timet incisionem cum ferro, quælibet hæmorrhois ligetur cum filo de A serico: & fortiter stringatur: & sic dimittatur, donec per se cadat: deinde locus curetur sicut superius. hic tamē prænotato q̄ si hæmorrhoides antiquę fuerint, semper ex eis vna relinquatur: ne fortasse veniant super infirmum accidentia mala, sicut hydropisis, aut sicut phthisis, aut mania, uel melāncholia: testāte Hipp. hæmorrhoidas sanare antiquas, si non vna relicta fuerit, periculum est.

*De fistulis accidentibus in ano.* *Cap.* XVI

MVltoties accidunt fistulæ in ano ex ulceratione hæmorrhoidum, aut ex vulneribus, vel apostematibus quæ accidunt de foris prope anum: et maxime quando expectatur in eis complementum digestionis. Et ex eis sunt penetrantes, & non penetrantes. Et signum penetrātium est: quoniam B egreditur aliquid ex eis ex egestione vel ventositate, & quandoque egreditur cum eis vermis, & cum intromittis etiam digitum in anum patientis, et tentam per orificium fistulæ, sentis ipsam tentam cum digito tuo a parte inferiori. Cæterum penetrantium aliæ penetrant prope marginem ani secundum magis & minus: in quibus spectatur sanitas. Alię penetrant vsque ad vesicam vel ad meatum virgæ: cuius signum est exitus vrinæ per eam: & tunc non est æstimandum vt consolidetur locus cum medicinis propter dissolutionem vrinæ. Et iterum aliæ penetrant vsque ad os coxæ vel vsque ad nodum caudæ: & tunc significatio est q̄ tenta peruenit vsque illuc, si non est tortuositas in meatu. Et in omnibus istis fistulis penetrantibus præter eas quæ penetrant prope marginem ani, non est curatio nec sanatio. Et curatio earum, vt dicit C Albuca. est labor & vanitas ex stultis medicis: super quam formantur. Non penetrantium autem curatio est facilis: sicut est scitū in capitulo vniuersali. Verun tamen cauterium ignitum est magis vltimum in iuuamento curationis eius elargato posteriori orificio, & ipsius profunditate diligenter inuestigata: sicut te scire feci in capitulo. 5. quatenus non decipiaris cum cauterio: sitque tenta cum qua inquiritur fistula, subtilis valde: & similiter cauterium cum quo cauterizas eā, sit subtile secundum amplitudinem eius. Verū curatio fistularum penetrantium prope marginem ani, sicut præcessit narratio, fit secundum duos modos: quorum vnus est per incisionem cum constrictione spaci: & secundus est per incisionē cum ferro. Et operatio primi modi est, vt accipias tentam plumbeam perforatæ extremitatis, sicut est acus: & intromitte in D eam spacū ex filis ex lino aut ex serico: deinde intromitte digitum tuum indicem vnctum in oleo in ano patientis, & tentam in fistula: donec consequaris eius profunditatem: & sentias ipsam totam iam ad digitū penetrasse: & bis replica caput tentæ: & in ipso digito qui est interius: & extrahe postea per anū: deinde aggrega duas extremitates spaci: & stringe ipsum strictione bona: donec incidantur illæ carnes, quæ sunt comprehensæ cum eo: & quanto magis spacus incidit carnes: tanto plus in eius addas stricturam. & pone tunc si vis medicamen acutum in fistulam, vt iterum mortificetur: & sit in adiutorio casus earum carnium: deinde curetur locus cū reliqua curatione vulnerum, donec sanetur. Operatio autem secūdi modi est vt non stringatur spacus, sicut narratum est, ad incidendum carnes cum eo: sed ligentur tantū ipsius

extremitates simul: et ut sit iste spacus fortior et gros-
sior illo, qui carnes incidit: deinde extende spacum cũ
vna manuum tuarum versus exteriora: & cum alte-
ra manu tua ĩcide illas carnes, quę sunt inter illas duas
extremitates spaci cum instrumento curuæ extremi-
tatis, secundum figuram falcis: aut cum rasorio: do-
nec spacus integer liberetur. & tunc sit occupatio in
mortificatione fistulæ. quia licet quidam dicant ꝙ nõ
est opus mortificare eam, sed tantum incidere, & cu-
rare eam cũ medicina carnis creatiua: mihi tamen nõ
videtur id tutum. Deinde curetur locus cũ eo quod
conuenit donec sanetur. Et scias ꝙ iste modus est
melior, et saluior. Primo quidem est quia in incisione
cum constrictione spaci longinquius est dolor et con
tinuus: & ex hoc timetur ne super infirmũ spasmus
accidat cũ eo: quod est: quia locus ille cartilaginosus
est: & extremitate longaonis terminatur lacertus cõ-
tinens anum: immo quando accidit id necesse est suc-
currere: & spaci constrictionẽ laxare. in incisione au-
tem cum ferro non est tantus timor propter abbre-
uiationes operis. Et iterũ scias amice ꝙ sermo quẽ
audiuisti est meus: & non est existimandus vt alia se-
mita, aut ratio in curatione fistulæ penetrantis: quod
est: quia multoties probaui, nec aliquẽ sanare potui,
nisi secundum viam quam narraui tibi: videlicet per
incisionem totius partis: & declinat ad illud intentio
antiquorum, & præcipue Rasis in lib. diuisionum cũ
dicit. Fistulæ quidem penetrantes non sanantur: nisi
cum ligatione & extractione cum falce: & causa qua-
re non sanatur fistula penetrans absque totali incisio-
ne carnium, nõ assignatur ab auctoribus. Mihi autem
videtur ꝙ accidit propter impedimentum egestio-
nis & humiditatum quæ remanent intus in profundi
tate fistulæ. Verum postquam inciditur locus, non re
tinetur aliqd ex eis: quia non est cauernosus. sed ęqua
lis. Pręterea contingit quandoque ꝙ fistula non est
penetrans, sed propinqua penetrationi: quod scitur:
quando enim ponis digitum in anum, et tentam in fi-
stulam, & inquirendo sentis ꝙ inter digitum & tentã
non est aliquid nisi solum velamen. & tunc, sicut peri
ti veteres iam dixerunt, necesse est ut ipsas facias pene
trare: dummodo multam non habeant profundita-
tem: quoniam tunc fit prohibitio ad hoc, propter in-
cisionem lacerti. et quanto fistula est minoris penetra
tionis, tanto magis facilioris curationis, et minoris pa
uoris: & quanto magis est econtrario illius, tanto est
maioris timoris: quia tunc timetur, ne processus inci-
sionis perueniat ad lacertum continentem anũ, sicut
diximus: & accidit super infirmo, ægritudo deterior
prima: videlicet exitus egestionis absque voluntate.

*De lapide qui generatur in uesica.* Cap. XVII.

LApis aliquando generatur in renibus: aliquãdo
in vesica, vt dicunt auctores. Iuuenibus secun-
dum plurimum lapis generatur in renibus: & pueris
in vesica: cuius collum strictum est prohibens mate-
riam exire, vnde lapis efficitur. Verum de curatione
lapidis qui congregatur in renibus, non rememora-
bor in libro meo: quia nunquam curatur beneficio
chirurgiæ: sed de lapide, qui nascitur in vesica: super
quem cadit operatio chirurgiæ sum narrans cum ab-
breuiatione sermonis. Dico ergo secundum senten
tiam antiquorum: ꝙ causa quare lapis nascitur in uesi
ca, est humor grossus & viscosus. Et significationes

E quibus certificatur in ea plures sunt: nam ex eis est ꝙ
vrina egreditur ex vesica, alba & subtilis cũ fęce are-
nosa circa principium: & cum difficultate & dolore
vehemẽti circa partes pectinis. & puer tenet virgam
manibus suis, & fricat, & laborat cum ea, & erigit sæ-
pe virgam: & egreditur anus, manuque tractata vesi
ca quasi durum sentitur in ea. Species vero lapidis
multæ sunt & diuersæ: nã alius paruus, alius magnus, &
alius lenis, alius asper, alius longus, alius rotundus, &
alius ramosus. Illius vero qui est lenis, & rotundus,
facilis est egressio: & illius qui est asper lõgus & ramo
sus, egressio est difficilior: quare necesse est vt addas in
eius incisionem. Iterum, vt dicit Rasis, alius est qui fran
gitur cum medicinis, & alius est qui non frangitur cũ
medicinis, & propter hoc necesse est aliquo tempore
probare cum medicinis antequã incidatur: & ex his
F medicinis, sunt, sicut acorus, spica, calamus aromati-
cus, semen apij, et petroselini, casia lignea, et cyperus,
costus, et similia ex medicinis aperitiuis et incisiuis cõ
posita vel simplicia, cum succo apij, vel fœniculi: aut
iura ciceris nigri: et cõfert mirabiliter in hoc cinis scor
pionis, & cinis cicadarũ: & vltimus ex eis est sanguis
hircinus. Cum aũt curatur infirmus per mẽsem stu
diose cũ modis medicinarũ, & nõ sentit alleuiationẽ,
nec prouocatur vrina, neq; cũ ea egreditur arena: ęsti
ma ꝙ lapis est durus et cõfirmatus et durus ad frãgen
dũ: tunc ergo recurrendũ est ad chirurgiam. Verũta
men non est præsumptio vt extrahas lapidem viri, q
iam processit in ætate: neq; si lapis fuerit superflue ma
gnus: quoniam sicut dicit Albucasis, timẽdum est ne
incidatur aliquid ex vesica, & moriatur infirmus: aut
ne accidat ei distillatio vrinæ assidua: propter quod
G non cõsolidatur locus omnino. Etiam determina
tum est ab antiquis prudentibus: ꝙ curatio lapidis cũ
ferro, est facilis in pueris: quousque cõsequantur. xv.
annos: & difficilis in senibus: quoniam, ut dicit Albu-
casis, eorum membra sicca sunt. quare eorum vulne
ra vix cicatricem inducunt. In iuuenibus autem cu-
ratio est media: & eius cuius lapis est magnus, curatio
est facilior: & minor est contrariũ illius: & hoc ideo,
quoniam lapis magnus submergitur ad profundum &
propter suam grauedinem: vnde citius inuenitur: &
facilius ad locum incidendi cõducitur: ibiq; securius
retinetur. Pręterea illis qui non sunt incidendi, sub
ueniatur secundum hunc modum: & est vt patiens
balneetur in aqua vbi coctæ sunt herbę lenificantes,
sicut malua, viola, melilotũ, & similia: vt meatus vri
nales elargentur: deinde instrumentum æneum, vel
H argẽteum quod dicitur syrinx, oleo vel butyro inun
ctum in virga cum facilitate intromittatur: & suaui-
ter cum eo lapis a collo vesicæ remoueatur: & vsque
ad fundum vesicæ impellatur. Agunt enim quidam
aliter: & intromittunt digitum in anum: & cum ipso
collum vesicæ tractant: sicq; paulatim remouent ad
fundum, & ad profundum vesicæ premunt.

Cum autem lapidem extrahere volueris, oportet
in primis vt mundificetur infirmus
cum clystere, ꝙ exeat totum stercus ab intestinis, ne
prohibeat intentionem lapidis, cum inquiritur: aut ie
iunet duobus diebus, et parum manducet, sitq; cibus
eius sorbilis, & lauatiuus. Pueri tamen non sunt cly-
sterizandi: & cum iuxta sententiam Hip. nequeant ie-
iunare, nõ ieiunent, sed tñ illis duobus diebus nõ mã
ducent ad libitũ, sed mẽsurate. Deinde pręcipe infir-
mo,

mo vt de loco ad locum multoties saliat ad locũ decliuem: ita ꝙ lapis moueatur a superiori parte vesicę, & ad collum descẽdat: deinde præparetur scãnum in loco lucido: ĩ extremitate cuius sedeat aliquis vir qui patientem teneat ante se: eius tamen coxæ cum longa fascia ligentur bene ad collum: vt tota vesica sit decliuis ad inferiora: aut vir qui tenet, accipiat eius crura: et maxime si fuit puer: & leuet ad superiora, nec dimittat ipsa, donec opatio cõpleatur. Deinde vnge cũ oleo digitum sinistræ manus: & intromitte eũ in anũ patientis: & cum altera manu tua preme vesicam supra pectinẽ inferius: & perquire de lapide, donec stet sub digito tuo: & duc eum paulatim ad collum vesicæ: deinde preme super ipsum digitum tuũ: et impelle eum ad inferiora versus locum, in quo vis incidere: & precipe ministro tuo, vt extendat testiculos & virgam ad superiora cum manu sua: & cũ altera manu remoueat cutim, quæ est sub testiculis a pte in qua debet fieri sectio: & tunc incide super ipsum lapidem inter anum & testiculos: & non tamen in medio: immo in latere sinistræ natis: & sit sectio secundum longitudinem: exterius tamen ampla, interius stricta: secundũ quantitatem qua possibilis sit egressio lapidis: deinde intromitte instrumẽtum curuæ extremitatis, quod preta vocatur: & extrahe cum eo lapidem: & multoties ex compressione digiti qui est in ano, lapis apud sectionem egreditur absq; difficultate et absque intromissione instrumẽti prædicti. Si vero lapis est plus quam vnus: tunc præcipit Albucasis, vt premas in primis magnum ad os vesicæ: deinde incide super ipsum, et extrahe vnum: post hunc impelle paruum: & sic similiter facias, si sunt plures duobus. Cũ autem compleueris operationem tuam: tũc administra puluillos in aqua frigida & oleo ros. vel oui albumine madefactos: vt sedetur apostema calidum. deinde aggrega duas coxas patiẽtis, si fuerit puer: & liga eas cum fascijs decenter: quatenus medicamen positum super vulnus conseruetur. Cum autem apostema calidum sedatum fuerit: fomenta locum sero & mane cũ aqua decoctionis maluæ, & violarũ, & similium: vt mitigetur ardor vrinæ: & largentur meatus: per quos si aliqua superfluitas remansit, exeat libere cum vrina. Vulnus autem post colli vesicæ consolidationem, si magnum fuerit, cũ sutura aggrega eius labia labijs aliquantulum cum instrumento renouatis, donec sanguis proijcitur. deinde curetur locus cum reliqua curatione vulnerum, donec sanetur. Et scias ꝙ multoties accidit ꝙ sanguis congeletur in vesica: & fiat ibi apostematio: & vrinæ prohibitio consequatur. Et signum eius est egressio sanguinis cum vrina: propera ergo tunc, & illum extrahe sanguinem cum digito, si vulnus fuerit amplum: & si paruum, cũ tẽta: nam si non extrahitur ille sanguis, fiet putrefactio & corruptio in vesica. deinde abluatur vulnus cum aceto & aqua. Et oportet vt solicites mentẽ tuã circa hoc quod narrabo tibi: & est ꝙ quando rogaris in curatione lapidis, non accipias sermonẽ illorum: qui prius volunt lapidem quærere: deinde post spaium extrahere: nã illud est error, & duplicatio doloris super infirmũ. Verum cum lapidẽ volueris inquirere, præparato prius necessaria, scilicet instrumẽta et medicinas quæ sanguinem restringunt: deinde quære: & cum inueneris, non dimittas ipsum spe curationis cũ incisiõe alia vice: ĩmo illico exprime, Multoties quip-

A pe magis grauat inquisitio patientem quã sectio. Et ex instrumentis quę extrahunt lapidem, sint apud te plurima: & diuersificentur inter paruitatem et magnitudinem: & curuitatem ipsarum extremitatũ: vt administretur ex eis quod magis est cõueniens apud necessitatem. Pręterea quandoq; accidit vt cum lapis est paruus, ad virgę meatum ascendat: et ex eo vrinæ prohibitio consequatur. tunc accelera curationẽ eius secũdũ ꝙ narro tibi, id est si liges virgam cũ filo vno sub lapide: ne lapis redeat ad vesicam: & ligetur iterũ cum alio filo supra lapidem. deinde seca super ipsum lapidem in ipsa virga inter duo ligamenta: & extrahe ipsum: & facta solutione ligamentorum, uulnus a sanguine mundificetur: & non est necesse ligamẽtum superius, nisi quia quando soluitur filum. Post lapidis extractionem redeat cutis ad locum proprium, et tegat vulnus:
B quare oportet apud ligationem fili, vt extẽdatur cutis ad superiora: vt cũ redit vulnus cooperiatur: quoniam facilius incarnatur.

Lapis in mulieribus raro generatur: quia sicut testatur Cõstantinus, materia vnde lapis generatur vel congregatur, non cooadunatur: propterea, quia collum vesicæ earum est carnosum, & foramina sunt larga, & non multum tortuosa. Et curatio lapidis in mulieribus est difficilior quam in viris, propterea quia locus incisionis super lapidẽ mulierũ non est propinquus loco lapidis: quare necesse est, vt incidatur locus profundius: & in hoc est timor, sicut testatur Albucasis. Veruntamen cum ad id prouocat te necessitas, oportet te cõsiderare ĩ primis an mulier sit virgo, an corrupta: & si fuerit virgo, ponat medicus vel medica digitum sinistræ manus in anum
C eius, & quærat de lapide. Cumq; inuenerit eum, coartet ipsum sub digito suo, & gradatim ad inferiora reducat: et impellat sicut pręcessit narratio, donec ducatur ad radicem coxæ. deinde incide super ipsum: & ĩcide sicut te scire feci. Si vero mulier corrupta fuerit: tunc præcipe mulieri medicæ aut alicui obstetrici loco eius, si inueniri non poterit, quę sit bene docta inter mulieres: vt ponat digitum suum in uuluam infirmæ, & inquirat lapidem: & cum posuerit manum suam super vesicam, comprimat eam inferius: cum autem inuenerit, comprimat ad inferiora, donec perueniat ad radicem coxæ. deinde incide super ipsum apud operationem medietatis vuluæ in radice coxæ, & extrahe.

*De cauterijs.* *Cap.* XVIII.

D CAuterium est res valde corpori iuuatiua: quoniam adiuuat ad confortandum membra prohibendo ne corruptio spargatur in eis: & exiccat humiditatem corruptam: & adiuuat ad restringendum fluxum sanguinis, spissam & grossam faciẽdo crustã. Et iterum adiuuat vt aperiantur viæ & pori: ꝙ superfluitas innaturalis non cursilis currat: vbi a calore coctionis fiat attractio, et humiditatum subtiliatio, & ad exitum separatio. Et non oportet vt fiat cauteriũ ad resoluendum humiditatem causa doloris: nisi in cõplexiõibus naturaliter frigidis & humidis: & similiter in ęgritudinibus eiusdem qualitatis: quod est, quia nõ conuenit cauteriũ, sicut testatur antiqui, calidis & siccis cõplexionibus: & eiusdẽ qualitatis ęgritudinibus: qm̃ ignis calidus & siccus est naturaliter: et ꝓpter hoc est incõueniẽs, ut sanet ex eo ęgritudo calida & sicca.

Est autem cauterium duplex, scilicet cauterium actuale, & potentiale, & cauterium actuale est illud quod fit per ignem. potentiale autem quod fit per medicinam comburentem, vt cantharides, allium, et similia. Et melius est actuale, quam potentiale, sicut testatur Albucasis dicens: quod ignis est corpus simplex, cuius actio non peruenit nisi ad membrum, quod cauterizatur: & non nocet membris alijs coniunctis cũ eo, nisi nocumento paruo. Actio vero medicinæ comburentis peruenit ad id quod elongatur ex membris: & fortasse facit accidere in membro ægritudinem difficilis sanationis, & fortasse interficit: sed ignis non facit ibi aliquid, propter subtilitatem & bonitatem suæ substantiæ: nisi superfluat. Et scias quod in hoc meo lib. nõ rememorabor cauteria, nisi ea quæ sunt corpori humano necessaria. & quæ sępius cadunt in vsu. Veruntamen qui desiderat adipisci scientiam omnium cauteriorum, quæ humano corpori administrantur, vel administrari conuenit: necnon multifarias formas instrumentorum, quibus cauterizatio fit: ad prudentẽ Albuca. dirigat gressum suum. Ipse enim ex eis recte locutus fuit et vltimo sermone. Contra epilepsiam fiat cauterium in fontanella colli in extremitate occipitij. Contra maniam vel melancholiam fiat cauterium in summitate capitis: quod valet etiam ad hemicraniam & epilepsiam. Contra chronicum dolorem capitis fiat cauterium super duobus cornibus: & confert etiam si fiat in occipitio: & huiusmodi quidẽ cauteria competunt ad paralysim. Contra lachrymas oculorum, cauteriza in medietate capitis: deinde cauteriza duobus cauterijs super duo tempora, si est fluxus lachrymarum in duobus oculis: & si est in vno tantum, cauteriza tantum in vno latere: & confert vt fiat cauteriũ in fontanella colli sub aure. Et sciendum est, quod cum fit cauterium in capite: non multum super os ferrum morari debet: vt sicut dicit Auicenna, cerebrum non ebulliat, & ipsius panniculi corrugentur. Contra fistulam, quæ fit in lachrymali oculi, si non confert curatio medicinarum, elargato primo eius meatu ferrum ignitum per cauellũ ferreum, vel æneum intromittatur, donec radices fistulæ comburantur. Contra dolorem humerorum & spatularum fiat cauteriũ tribus vncijs ab humero inferius: et si accidat ut dislocetur humerus propter humiditatem lubricantem, & non figitur in hora reductionis suæ: tunc fiat cauterium sub titilico cũ instrumento triangulato, donec penetret cutim vsque ad latus eius: prius tamen reducenda est dislocatio ad locum suum. Contra dolorem & vitium hepatis, cauterium fiat super ipsum. Contra dolorem vmbilici, fiat cauteriũ quasi tribus digitis sub ipso. Cõtra asthma & vitium pulmonis, fiat cauterium apud radicem gutturis in loco depresso: & caue ne peruenias cum cauterio ad guttur: non enim combures nisi ex cute parum. Contra vitium splenis, fiat cauterium supra ipsum: & cum cauterio habente duo cornula vel tria: & est illud quod dicitur triangulatum: & fac vt penetret cutim vsque ad latus aliud. Contra dolorem lumborum, fiat cauteriũ sub ipsis in fontanella. Contra hæmorrhoidas, fiat cauterium triãgulatum super inferiorem spondylem dorsi. Contra dolorem iuncturæ manus & brachij, fiat cauteriũ retro tribus digitis a nodo. Cõtra sciaticam passionem, fiat cauterium super sciam, & cum accidit vt dis-

E locetur ex humiditate lubricante, tunc reducatur ad locum suum: deinde cauteriza super piscidem anchæ cum cauterio simili circulo: postquam tu iam signasti cum enchaustro in circuitu piscidis: sicut resoluitur vt cadat ipsa piscis in medio circuli: & confert etiam cauterium triangulatum. Contra arthriticã & dolorem superiorum membrorum, fiat cauterium super nodum pedis a parte exteriori: & aliud simile in fontanella tribus digitis sub genu. Ista enim cauteria sunt communia ad remedium totius corporis: & valent etiam contra hydropisim: quæ est species ascitis: & similiter valent ad hoc cauteria super quamlibet coxam.

*De combustione aquæ, uel olei bullientis.* Cap. XIX.

IN curatione combustionis, vt dicit Auicen. intentiones duæ principaliter requiruntur. Quarũ vna est vt prohibeatur vesicatio loci: & secunda vt rectificetur id quod est combustum. Cum ergo vis vesicationem prohibere, locum cum medicinis infrigidantibus frequenter inunge, neque dimittatur desiccari in hora: pannus infusus supponatur: & huiusmodi medicinæ sunt sicut aqua ros. super niuem infrigidata, succus solatri, et endiuiæ, virgæ pastoris, & similium. Et de compositis est bonum hoc vnguentũ. Re. vitellos ouorum cum oleo ros. et succo solatri. Aut recipe farinam hordei, albumen, & vitellos ouorum, confice cum oleo ros. & succo endiuiæ: vitelli enim ouorum sunt mitigantes dolorem vehemẽter, aut Re. boli armenici, par. ij. cerussæ, par. i. opij. par. s. Aut conficiantur omnia cũ aceto & oui albumine. Aut fiat vnguentũ ex oleo ros. & cera & parum opij. Aut G decoquantur folia maluæ in aqua dulci: deinde pistẽtur cum oleo ros. Aut terantur lentes excorticatæ & cerussa: & conficiantur cum aceto. Cum autem locum inueneris vesicatũ, necesse est administrare medicinas, in quibus est abstersio quædam, & exiccatio non magis absque mordicatione: & ex eis sunt cimolea, folia myrti, et similia. Et vnguẽtum bonum ad idem Recip. ceræ par. i. olei ros. par. iiij. dissoluatur ad ignem: & addatur cerussa quantum vnguentum potest ex ea capere: & moueatur in circuitu diligenter, post infrigidationem: addatur albumen oui & parũ camphorę: deĩde absque interuallo moueatur donec inspissetur. Quod si ibi fuerit vlceratio: tũc magis laudandum est vnguentum de calce abluta cũ oleo ros. vel cõi, & fiat vnguentũ. Calx autem abluitur sic: & est vt projciatur aqua frigida, donec cooperiatur ex H ea: & sic per tres horas dimittatur, donec parum infrigidetur: deĩde ejciatur aqua illa: et superponatur alia: & sic septies abluatur, donec eius sedetur acuitas. Item. Reci. fimum columbinum, combure ipsum in panno lineo, donec accendatur: deinde conficiatur cum oleo ros. Aut. Reci. cimoleam, & folia myrti, & ceram, & confice cũ oleo ros. & succo portulacæ.

*De spasmo superueniente uulneri.* Cap. XX.

SPasmus, vt dicit Auicenna, est ægritudo neruosa, qua mouẽtur lacerti ad sua principia, & inobedientes in dilatatione: cuius tres sunt species, scilicet emprosthotonus, id est anterior, qui tantum anteriorem partem tenet: opisthotonus, id est posterior qui tenet posteriora: & tetanus, quasi totum tenens, interpretatus spasmus. Aut distinguitur per causam

sam: quoniam alius est ex repletione: alius ex inanitione. Et signa spasmi de repletione, sunt hæc: quoniã accidit subito cum plenitudine corporis nulla præcedente euacuatione: sicut solutio ventris, & fluxus sanguinis, febris, et similia. Signa spasmi de inanitione sunt quæ accidunt secundum contrarium: videlicet post aduentum euacuationis. Spasmus de inanitione, vix aut nunquã curatur. Et curatio eius est balneum aquæ dulcis tepidæ: & inunctio spondylium et iuncturarum cũ oleo viola. tepido: & regatur patiẽs sicut febricitans: & cum frigida & humida diæta: & bibat lac dulce frequenter: & vinum cum aqua multa. Curatio vero spasmi ex repletiõe est: vt fiat inunctio in ceruice, & collo, spina, & toto corpore cũ oleis calidis: sicut oleũ euphor. castorei, laurini, & similia. Vnguentũ bonũ ad idẽ. Re. castorei, euphor. ana vnc. iij. pyrethri, thuris, myrrhę, aloes, mastiches, ana vnc. v. olei laurini, sambucini, sisamini, pulegini, communis, ana partes ęquales, cerę quantum sufficit: sic terenda terantur, & puluerizẽtur: & omnia simul cum oleis misceantur: liquefactisque ad ignem, addatur cera, & fiat vnguentum. Vinum decoctionis castorei, & cinnamomi, spicæ, piperis, calamẽthi, sambuci, saluiæ, rutæ, simpliciter vel composite frequenter patiens assumat. Fiat gargarismus. qui Re. synapis, pyrethri. staphidos agriæ, ana partes æq̃les: & bulliant in vino forti & melle: deinde cum colatura patiens gargarizet. Sternutatio prouocetur cum puluere castorei, piperis, naribus iniecto: & ponatur patiens in balneum siccum: et diu sudet in eo: et cum vnguento prædicto se vngat. Cumque hoc factum fuerit, ducatur ad locum mollem, & bene præparatum et cum parum requieuerit, iterũ ingrediatur balneũ: & tãdu sic faciat, donec sanus fuerit: si Deus uoluerit. Et inter dentes eius lignum aliquod locetur: ne cum motus inuoluntarius superuenerit, dentium constrictione lingua lædatur. Et custodiatur, ne frigus eum capiat, & accidant sibi peiora prioribus. Benedictus Deus, & sancti. Amen.

Anno ab incarnatione domini. M. cclij. mense Ianuarij. Inditione. x. apud ciuitatẽ Paduæ in loco sancti Pauli, Ego Brunus gente Calaber, patria Longoburgẽsis sub spe diuini fauoris per omnia vestigia veterum sapientum perscrutans, huic operi debitum finem imposui. Et suscipias ergo gratanter amice charissime, & non erubescas, neque desistas operari cum eo. Nam apud cõpositionẽ eius nõ fui promptus ad aliud, nisi vt colligerẽ flores ex secretis veterũ quos inuestigaui: nam exercitio magno vsus sum, ut ipsos aggregarem in eo. Neque etiam animus meus fuit solum id excipere, quod in libris erat depictum: immo illud cum experimento & ratione perpensa cognitione decreuit. Quare non alienes animum tuum a fiducia præsentis operis: quoniam est radix & fundamentum totius artis, & secretum & occultum. Et obserua te amice secundum prudentiam tuam ab omni via dubitationis: neque cupiditas inducat te ad illud, apud quod est ignorantia tua, & artium prohibitio: ne fama, ne bonitas turpibus maculis denigretur. Sed declina te ad viam perducentem ad salutem: & dimitte ægritudines terribiles, in quibus non est fiducia sanitatis. Ex hoc enim veniet super te successio laudabilis, fama, & gloria magna. Deus omnipotens inspiret tibi gratiam suam: teque ad cognitionem viæ melioris perducat. Amen.

r. ij

*Finis chirurgiæ magnæ Bruni Longoburgensis*

## CHIRVRGIA MINOR BRVNI Longoburgenſis.

VT de manuali operatione librũ componerem breuiorem, ſcilicet & apertiorem quam compoſuerim Andreæ, tuam mihi petitionem Paduanẽſis Lazare porrexiſti: quoniam licet propter uicinitatem cõpoſitionis alterius libri, faſtidio & labore repletus nolui prolongare: immo in ipſam cõfeſtim omni exceptione remota: tam benigniter quam libenter admiſi: & ſuis incepi non ægre effectibus inuacare. Æquum eſt enim ſi tua circa hoc me ſolicitauit petitio: quoniã diu mihi filialiter ac ſyncera dilectione ſeruiſti. Suſcipias ergo a te Lazare petitum opus, quod tibi Brunus Longoburgenſis purus amicus cõpoſuit.

*Incipiunt capitula.*



*De ſermone uniuerſali in uulneribus.* Cap. I.

PRimus canõ ſeu regula quæ omnibus occurrit vulneribus, eſt vt ſanguis refrænetur, et prohibeatur calidum apoſtema ne fiat: & hoc cum ſubtili diæta: ſicut oua ſorbilia, caro pullorum cum agreſta, & ſimilia: & etiam cum abſtinentia vini: & ponere ſuper vulnus res frigidas, ſicut albumen oui cum oleo roſato, aut ſicut eſt pannus vel ſtupa in aqua & aceto infuſa. Et ſi ſanguis non deſinit: ſuperpone medica-
E mina fortiora: ſicut vitriolum, calx, & ſimilia. Et iterum ſi ſanguis abbreuiatur: & apparet aliquid ex apo-
ſtemate: tunc fiat velociter phlebotomia ex parte op-
poſita, ſi non ſit aliquid prohibens: & adminiſtra re-
ſolutiuum lene: aut adhibe curam apoſtematis: quo-
niam niſi remoueatur apoſtema, vulnus non reſtau-
ratur. Poſt tertiam autem diem vel quintam, ſi ſan-
guis & apoſtema ceſſauerint: reuertendum eſt ad re-
ſtaurationem vulnerum. Sed oportet illum qui vult
reſtaurare vulnera, vt conſideret an iſta vulnera ſint
in carne, an ſint in neruo. ꝙ ſi ſint in carne, iterum cõ-
ſideret: an ſint cum diminutione carnis, an cutis tan-
tũ: an ſint ſine diminutione carnis & cutis. Et ſi ſint
cum diminutione carnis: tunc pone medicinam quæ
carnem generet, donec æquetur. Quæ quidem me-
dicina exiccatiua & mundificatiua eſt, ſicut iris, ari-
F ſtolochia, & ſimilia. Sed oportet vt proſpicias in iſtis
vulneribus concauis, ne fiat ſinus, id eſt ſaccus: & re-
tineatur in eo putredo. Q. ſi ſit illud, obuia ei cum li-
gatura ſtringendo, ſcilicet in profundo: & orificium
relaxando: aut præparatione membri. Q. ſi hoc to-
tum non ſit ſufficiens, ſcinde vulnus vſque ad conca-
uitatem eius: & ſi contrariatur tibi neruus aut vena,
fac tantum inferius foramen, vt putredo facilius egre-
diatur. Cum autem caro eſt adęquata, cutis facienda
eſt: & cutis fit cum medicina quæ ſolidat. quia aliud
eſt ſolidare, aliud eſt carnẽ generare: medicina enim
quæ ſolidat, id eſt quæ cutim facit, ſtyptica eſt, & non
mundificatiua, ſicut balauſtiæ, gallæ, & alumen. Si
vero ſit abſque diminutione carnis & cutis: tunc ab
ipſo principio vulnus non eſt negligendum: quoniã
labia adinuicem coniungantur. Quibus coniunctis
G ne iterum ſeparentur, cum ligatura teneantur: prius
poſita medicina incarnatiua, ſicut eſt puluis molen-
dini, qui etiam exiccatiuus eſt & ſtypticus, non ta-
men mundificatiuus: ſed medicina quæ ſolidat, ſty-
pticior eſt. Q. ſi ligatura tantum non ſufficit ad reti-
nendum labia coniuncta: quia vulnera ſunt magna
vel ſecundum latitudinem: tunc oportet vt ſuantur:
deinde ligentur. Iſta quidem vulnera dum ſunt recen-
tia & ſanguinolenta, ſi taliter procurentur, cito ſanan-
tur. Stolidi enim medici contrarium faciunt: quia cũ
deberent partes coniungere, ſeparant ipſas: ponen-
do oleum & lanam & vnguentum, & alia. Ideo vul-
nus quod breuiter ſanari poterat: cum difficultate ſa-
natur. Modus autem ſuendi eſt, vt incipias primo
ab vna extremitatum: & fac ibi punctum vnum &
noda: deĩde fac aliud in extremitate altera: poſtea ſue
H in medio tribus vel quatuor punctis ſecundum ꝙ in-
diges: & fac nodum in quolibet per ſe: ſit tamen ſpa-
tium vnius digiti inter vnum & reliquum. Q. ſi
vulnera fuerint contuſa, id eſt ex contuſione facta:
alius modus adhibendus eſt: quia primo debet fieri
phlebotomia: ſpecialiter ſi contuſio magna fuerit. Po-
ſtea ponuntur pultes, ſicut de farina frumenti, aqua,
& oleo: vt ſanguis ille qui eſt in contuſione coagula-
tus, ſubtilietur & reſoluatur: quia ſi ſic non fieret, pu-
trefieret fortaſſe membrum: & ſi cum hoc non bene
reſoluatur, ponantur ventoſæ cum ſcarificatione, &
ſanguiſugæ. & poſtquam vulnus maturatum fuerit,
& mundificatum ab iſto ſanguine, curetur poſtea cũ
medicina quæ exiccat, ſicut alia vulnera. Et ſcias
ꝙ in aliȷs vulneribus non debent poni pultes, ſi-
cut

sicut in istis: nisi sint ab aere mutata vel apostemata. De vulneribus autem neruosis, dico ꝙ maior solicitudo & maior cautela adhibenda est: quoniam nerui sunt sensibiles valde: & propter hoc eorum vulnera deducunt de facili patientem ad spasmum. Prima regula in eis est vt dolor mitigetur: & scissura si fuerit stricta, dilatetur, vt putredo exeat, & non coaduneturinterius, quoniam membrum putrefieret. Caue etiam ne medicinas frigidas apponas, nec putrefactiuum sicut pultes. Dolor autem mitigatur cum oleo calefacto temperate: si fuerit æstas sit oleum ros. & si sit hyems, sit cõmune: qm̃ oleum attrahit, & mitigat sua proprietate dolorẽ. Postquam vero dolor mitigatur, est ponenda medicina, quæ neruos restauret: cui natura calida est, et sicca: & habet substantiam subtilem: vt sine dolore penetret: & a profundo putredinem trahat. & est sicut calx viua cũ aqua dulci nouies lota, sulphur viuum, & similia. Et nota ꝙ quando ponuntur medicinę supra vulnera neruorum, debent ad ignem aliquantulum calefieri: non tamen multum.

## *De medicinis quæ carnem generant, & consolidant, & uulnera recentia continuant.* Cap. II.

VNguentum bonum & expertum ad carnem generandam et conueniens omni complexioni. Reci. olibani, mastiches, aloes, picis græcæ, aristolochiæ combustæ, ireos, ana partes æquales. puluerizentur: & fiat ex eis vnguentum cum oleo & cera. Item puluis bonus ad carnem generandam. Re. farinæ lupinorum, farinæ orobi, olibani, ireos, myrrhæ, sarcocollę, par. ęquales. puluerizẽtur, & aggregẽtur.

### *De unguento solidatiuo.*

Vnguentum mirabile ad vulnera solidanda siue ad faciendam cutim. Recip. gallarum, balaustiarum, aluminis, olibani, rosarũ, lithargyri, ana partes æquales. puluerizentur: fiat ex istis puluis: et fiat vnguentũ cum cera, & oleo ros.

### *De puluere solidatiuo.*

Item puluis bonus ad idem. Re. lithargyri, ossium combustorum, olibani, gallarum, balaustiarum, floris rot. vitreoli rot. combusti, ana partes æquales. fiat ex istis puluis.

### *De medicamine ad incarnanda uulnera.*

Medicamen expertum ad incarnanda vulnera. Reci. sanguinis draconis, olibani, calcis viuæ, pulueris molendini, foliorum pomorum, ana partes ęquales fiat ex istis puluis: & si vis componere ex eis vnguentum, quod non est multum in usu, fac cum oleo myrtino, vel rosaceo.

### *De unguento neruorum.*

Vnguentum expertum ad uulnera neruorum. Re. resinæ, euphorbij abluti, picis, ana vnc. 5. olei rosa. & ceræ quantum sufficit.

Item aliud valde bonum. Recip. tuciæ ablutæ, calcis ablutæ, ana vnc. 5. sulphuris, drac. ij. semperui. terebinthinę, ana drac. iij. olei ros. & tere quantum sufficit: & quando huiusmodi medicinæ non sunt omnes apud te, administra fecem, quę est in uasibus apũ: & similiter solam terebinthinam: quoniam Galenus faciebat illud: præcipue in corporibus humanis: sicut

A in pueris & mulieribus: & quandoque etiam administratur solum calx lota cum oleo confecta.

## *De accidentibus quæ apparent apud restaurationem uulneris.* Cap. III.

QVoniam quandoque vulnera distemperantur in caliditate & humiditate vel frigiditate & siccitate: Restaurator debet prouidere et reducere ipsa ad temperamentum cum contrario, verbi gratia: si est vulnus superflue calidum, quod significat rubedo & caliditas in tactu, appone frigida, sicut camphora, & cerussa cum oleo ros. donec remoueatur illud de caliditate qđ superfluit. & sic de alijs intellige qualitatibus: quia si sunt, non sic vulnus tarde sanatur. Alia etiam accidentia superueniunt: quibus sanitas tardatur: & sunt sicut caro mala quæ nascitur in eis: aut caro dura circa labia vel intus: aut
B variolę: aut malus sanguis qui est in corpore vulnerati: sicut si sit hydropicus, vel spleneticus, & similia: quæ omnia considerari debent: & si mala caro, pone medicinam corrosiuam: sicut est flos æris, & hermodactylus, & similia. Si caro dura, dissoluatur cum ferro, Et sic omnibus adhibe medelam suam: postea reuertaris ad vulnus.

## *De fractura ossis capitis.* Cap. IIII.

FRactura ossis capitis quandoque fit cum plaga: quandoque sine plaga. Illa vero quæ fit cum plaga, citius manifestatur: specialiter si plaga fuerit magna: quia si esset stricta, oportet nos quandoque dilatare ipsam, vt possimus de fractura cranei certificari: & quandoque etiam certificamur cum tentis, vel cũ
C digito. Sed illa quæ fit sine plaga, non manifestatur de facili: quare oportet vt tentes locum cum digitis tuis: quoniam si os est plicatum inferius, inuenies ibi foueam. Et quandoque os nõ plicatur, sed scinditur: & tunc non scitur sic: immo necesse est vt consideres ea quæ apparent super infirmum de accidentibus: nã accidentia significantia quandoque fracturam, sunt sicut apoplexia, scotomia, defectus appetitus, & defectus virtutis digestiuæ, & expulsiuæ, febris acuta, & similia. Consideratio etiã casus percussionis, aut virtutis patientis, vel etiam instrumenti, cum quo fit percussio, non est inutilis: hæc enim adiuuant ad significãdam fracturam. Cum autem de fractura certificatus fueris, festinãdum est ad extractionem ossis: quod ideo fit, vt putredo exeat, ne cerebrum lædat. Veruntamen scire oportet secundum testimonium glo-
D riosissimi Galeni ꝙ omnis fractura cranei fit secundum vnum duorum modorum: quorum vnus est ad modum petiæ: & alius est ad modum scissuræ: vnde considera diuersum aliquod inter vtrunque apud extractionem. Cum igitur volueris extrahere os, primo capillos qui sunt circa vulnus, radi facias. Deinde si vulnus est strictum, cum rasorio ad modum crucis, ipsum incidas: & angulos, id est quarteria separa, donec fractura discooperiatur: tunc si sanguis impedit te, imple vulnus petijs vndiꝗ in oui albu. madefactis: et desup pone plumaceolos de stupa eodẽ modo madefactos: & sic dimitte quousꝗ sanguis constringatur: deinde extrahe os: & modus extrahendi est, vt accipias os cum tenaculis: & extrahas si fuerit separatum: & si retinetur in aliquo, separa tenacitatẽ eius,

radendo vel perforando cum instrumentis. Q; si fractura fuerit ad modum scissuræ, & sit os ex omni parte firmum: tunc persora cum trypanis, secundū hunc modum: pone trypanum supra os circa scissurā vbi vis foramē facere: et reuolue ipsum infra manus tuas, donec penetret: deinde muta ipsum ad alium locū: et sic fac tot foramina, quot sufficiant. deinde pone spatumen in vno foraminum: & leuando manum superius incidatur terminus qui est inter foramen & foramen: & fac sic donec separetur os totum. Sciendum est tamen ꝙ ista perforatio non debet incipi ab ambabus extremitatibus scissurę, sicut stolidi putant: maxime quando scissura est longa: sed eleua ex ea quātum sufficit ad mundificationem cerebri, in loco magis dependenti. Alia vero scissura quæ remanet, mediante natura, sanabitur nisi aliud prospicias: hoc est si sanies mundificari non potest absque extractione totius ossis illius scissuræ: tunc necesse est totam scissuram auferri: quod est nimis graue. Cum autem os extractum fuerit, imple vulnus totum diligenter petĳs lineis subtilissimis & vetustis in oui albumine madefactis. Postea pone desuper plumaceolos de stupa iterū madefactos in albumine oui. Et si vis, infunde eos ī uino styptico & oleo ros. quoniam confortant panniculos, & prohibent apostema: deinde liga ligamento lato, & non multum stringatur, ne panniculus apostemetur. Cum his autem vulnus procura, donec locus ab apostemate calido saturetur: tunc incipe cum restauratiuis. pone ergo medicinam quæ carnem generet absque mordicatione: quoniam panniculus nō sustinet illud: & puluis qui laudatur in hoc, est, qui fit ex sarcocolla, thure, myrrha, iride, aristolochia ęqualiter. Cum isto enim puluere restauratur vulnus. Et caue ne ponas vnguentum aut pultem, ne panniculi putrefiant. Et si sit in vulnere caro mala, pone caute medicinam resoluentem ipsam, sicut est hermodactylus. E si vis vt os restauretur cito mediante poro sarcoide: da infirmo cibos grossos, sicut sunt frumentū coctum, risum, & extremitates & ventres animaliū, & similia ex grossis cibarĳs: licet in principio vsq; ad securitatem apostematis subtilia dedisses, sicut far, & amygdalatum, & similia. Et scias ꝙ quando læditur aliquis panniculorū, īminet periculum magnū: & si cū hoc accidit infirmo vomitus cholericus, fluxus ventris, febris inseparabilis, spasmus, & similia his: secundum plurimum morietur. De læsione autē medullæ, ꝙ aliquis euadat, vix credere possum.

*De uniuersali doctrina in fracturis ossium, & dislocatione eorum.* *Cap. V.*

OSsa dupliciter patiūtur: aut enim franguntur, & dicitur fractura: aut separantur a iūctura sua separatione completa, & dicitur dislocatio: aut non completa, et dicitur torsio. Ille ergo qui vult restaurare, oportet ut cognoscat fracturam & dislocationem prius. Et signa dislocationis fracturæ vniuersalia sunt, sicut quando fit gibbositas in vno latere, & in altero est concauitas: et figura membri est tortuosa: specialiter quando coniungitur cum membro sano nec est simile sibi: & multoties percipitur crepitatio ossis, quando manibus tractatur locus. Postquam vero fractura seu dislocatio manifestatur tibi: præpara te velociter ad rectificandam vel reducendam ipsam

E ad locū suum: qm̄ si tardatur, accidit apostema, vel induratur os. Et modus rectificandi seu reducēdi est, vt membrū ab vtroque accipiatur latere: deinde leuiter & suauiter distendatur: donec ad suā redeat naturam. Restaurator tamen dum ministri extendunt, manibus palpando & comprimendo membrum rectificet: cūque os rectum fuerit, suauiter ligetur, id est non multum stringatur propter dolorem & apostema: nec etiam adeo leuiter stringatur, quin os in suo conseruetur loco: & vbi ægritudo est, strictius ligetur. largius tamen in extremitatibus: quoniam istud est prohibens apostema, expellendo materiam inferius & superius. Illud autem quod de medicinis ponitur in principio, est sicut quando infunditur pānus in albumine oui, & oleo ros. & si timetur aliquid ex apostemate, relaxa ligaturam, & præpara te ad F phlebotomiam. & vnge membrum abundanter cū oleo chamomilino, aut vino styptico, donec resoluatur: & si non resoluitur sic, quando res est magna, pone ventosas cum scarificatione multoties donec resoluatur: deinde redeas ad fracturam. Stolidi vero negligunt apostema, & adhibent studium in fractura: & ideo membrum incipit tendere ad viriditatem & nigredinem, donec corrumpatur. Et medicinæ quæ ponuntur post mitigationem apostematis, causa restaurationis sunt, vt. Re. aloes, myrrhę, thuris, acaciæ, ana partes æquales, & conficiantur cum oui albumine: & addito modico puluere molendini, id est farinæ quæ adhæret parietibus ipsius. in hac confectione madefit pannus: et postea superponitur membro: deinde ligatur sicut diximus. Et scias ꝙ quando ponitur confectio hęc, ponuntur etiam & hastellę si fue- G rit fractura: quandoque in dislocatione non ponuntur nisi in ea quæ fit in spondylibus colli & dorsi: & est necesse vt fasciæ sint tres ad minus, vel plures si est opportunum: et sit latitudo earum secundum conuenientiam membrorum: & consideret etiam illud in longitudine hastellarum: & antequam ponantur hastellæ, ponuntur puluilli de stupa sufficienter: & ligātur duabus fascĳs, ne membrū lædatur ex eis: postea ligantur cum spaco non multum subtili neque torto: deinde cum fascia. Spatium vero soluendi & ligandi in omni fractura & dislocatione est de tertio in tertium: vel de quinto in quintum: vel etiam de septimo in septimū: nisi aliquod superueniat accidens, sicut est dolor, & apostema, & pruritus, qui non potest tolerari: quoniam tunc necesse est vt in omni die ligatura soluatur. Et dolori succurritur cum oleo ro-
H & lana succida. Et si fuerit apostema, curatur sicut diximus. Et pruritus remouet cum fomentatione aquæ calidæ: deinde reuertendum est ad restaurationem ossis. Et scias ꝙ quando fractura fit cum vulnere, nō ligetur cum eo: immo remanet discoopertum: & ligatur postea per se cum bindello: & mutatur postea sero & mane: neque ponitur aliqua hastellarum super ipsum: immo elongatur ab eo quantum possibile est.

*De accidentibus quæ apparent post restaurationem ossium.* *Cap. VI.*

QVandoque post restaurationem ossis accidit ex imperitia restauratorum, vt membrum remaneat arcuatum, id est tortum; & quandoq;

accidit

accidit ei ſubtiliatio cum debilitate ipſius: & quandoque iterum accidit nodatio: quæ dicitur a vulgo ſopr'oſſo: ex qua membrum deturpatur valde: immo multoties prohibetur motus eius naturalis: & proprie ſi fuerit apud iuncturas. De arcuatione autem membri quæ remanet poſt reſtaurationē fracturæ: dico ꝙ quidam ſtolidorum promittunt ſeipſam ſanare cum reiteratione fracturæ, non conſiderantes fortitudinem pori, id eſt carnis calloſę quę ligauit oſſa. Et ideo eorum operatio cadit ſuper periculum: & fortaſſe vituperatur ex ea membrum deterius. Cum ergo quis ſanare ipſam vult, oportet vt conſideret diſpoſitionem pori, verbi gratia: quoniam ſi porus fuerit debilis, quoniam non eſt multum, ꝙ fractura fuerit reſtaurata: fomenta membrum multoties cū aqua decoctionis chamomillę, althęę, meliloti, foliorū maluæ, & ſimilium: donec porus lenificetur: deinde frange locum fracturæ primæ, & rectifica membrum ſicut tibi narratum eſt. Si vero porus fortis & magnus fuerit: quoniam iam ſunt plures dies ꝙ reſtauratio fuerit: tunc non eſt præſumptio, vt frangatur ſic: immo neceſſe eſt vt īcidatur locus fracturæ, et ſeparetur porus ab oſſe cum inſtrumento: deinde rectifica membrum. & quandoque rectificatur in pueris cum extēſione leui abſque fractura, præcipue ſi fuerit nouella: quando iam præceſſit embrochatio aquæ mollificantis. Subtilitas autem & debilitas membri quæ accidit poſt ſanationem fracturæ, ſanatur cum abundantia ciborum facientium nutrimentum, & cū embrochatione membri in aqua calida. Nodatio vero ſanatur cum strictura forti & cibis ſubtilibus facientibus modicum nutrimentum: & etiam cū emplaſtratione ſtypticorum, ſicut quando fit emplaſtrum ex aloe, myrrha, olibano, & acacia, & conficiatur cum oui albumine: & quandoque etiam ſuperponitur plūbum. Præterea quando accidit tarditas & grauitas in iuncturis poſt veſtigium ſanationis earum, ſuccurritur cum fomentatione aquæ mollificātis, id eſt vbi ſint herbæ coctæ mollificantes, ſicut chamomilla, & ſimiles ei: & fricetur fricatione leui, donec lenificetur: et ponatur ſi uis ſupra membrum, petia madefacta in ſepo arietino liquefacto cum butyro, & modico ceræ citrinæ.

*De modo conſtringendi fluxum ſanguinis.* Cap. VII.

OPortet cū accidit fluxus ſanguinis, vt incipias velociter ad reſtringendum ipſum: ante uidelicet quam infirmo ſyncope accidit: & modus reſtringendi eſt vt ponatur prius digitus ſuper apertionem venæ: & membrum erigatur ſurſum ſi poſſibile eſt: quoniam ſuccurritur ex hoc, donec medicinæ præparentur: ſi non fuerint præparatæ, ſicut multoties contingit. & fortaſſe illud ſtat loco medicinæ quod eſt, quia congelatur aliquid ex ſanguine ſub digito, & retinetur fluxus. Et medicinæ quidem conferentes, ſunt ſicut aloe, gypſum ablutū, et ſimilia. Galenus autem dicit, ꝙ nulla medicina eſt vtilior medicina de thuræ, & eſt vt. Reci. thuris albiſſimi, aloes, ana partes ęquales. puluerizentur et conficiantur cum oui albu. vſq; ad ſpiſſitudinem mellis: deinde accipe araneę telam, vel bombicinū molle, aut pilos leporis qui ſunt vtiliores: in qbus inuoluatur medicina: deinde ſupra vulnus & circa ipſum appone. Itē aliud valde mirabile. Rec. thuris, ſanguinis draconis, gypſi, granorū

A interiorū paſſularū, pulueris molēdini, ſtercoris equi vel aſini aduſti, ana partes ęquales. puluerizentur ſupra vulnus: aut conficiantur ſicut diximus. Et fortaſſe ſanguis nō ſtringitur cum hoc, ſpecialiter ſi fuit ab arteria: & cognoſcitur per ſaltum & iterationem cū velocitate. Tunc ergo extremitates neceſſe eſt cum filo ligentur: & fortaſſe illud non eſt poſſibile, quoniā contrahuntur & elongantur a vulnere: quare oportet vt ſuccurramus cum medicina comburēte: aut cū cauterio ignis: quod eſt facilioris & vltimi iuuamēti: ex hoc enī fit cruſtula, ex qua fluxus illico retinetur. Et de medicinis cōburētibus ſunt, vt. Re. calcis viuę, partes duas: vitreoli partem unam: conficiantur cum oui albumine: & ſi vis, inuolue pilos leporis cum eis, aut cum bombice. Et de fortibus ſunt ſicut trochiſci de chelidonia, & cætera ſimilia quæ ſunt in alio li- B bro noſtro.

*De extractione ſagittæ, & ſimilium.* Cap. VIII.

CVm ſagittam vis extrahere, neceſſe eſt vt conſideres: an ſit cum haſtella an non. ꝙ ſi haſtulam habuerit, tūc manibus accipe: et eam agitatione leui, ne rumpatur, extrahe. Si uero ſagitta ſine haſtula fuerit, pone forcipes intus in uulnere, donec ſagittam capiāt. deinde ſuas extremitates ſtringe: & paulatim agitando extrahe. Q̃ ſi uulnus ſtrictum fuerit, ita ꝙ forcipes intrare nequeant: tunc ipſum dilatādum eſt. ſed oportet ut ſcias, ꝙ quando ſagitta adeo penetrauerit, vt per locum per quem intrauit, exire non poſſit: ex illa parte loci incidatur, & extrahatur: et multoties inuenies ſagittas multarum ſpecierū. quare oportet vt adhibeas ingenium tuum vnicuiq; ſpeciei apud extra- C ctionem. Et ſi fuerit ex ſagittis quæ dicuntur barbulatæ, ſepara carnem in qua figuntur barbulæ, cum inciſorio: & ſi prohiberet illud neruus, aut arteria: tūc recipias illas barbulas in canello æneo, vel in canna pennæ anſeris: deinde ſagittam extrahe. Nō enim barbulæ figuntur in carne, poſtquā recipiuntur ſic. & oportet vt proſpicias ne locus vulneratus ſit fuſcus aut liuidus: quia illud ſignificat ſagittā eſſe venenoſam: ꝙ ſi hoc eſt, incide totam carnem venenoſam ſi præparatur tibi: & pone medicinas cōſumentes venenum, ſicut theriaca, & ſimilia. Si autem ſagitta infigitur in oſſe: tunc non fortiter ſed leuiter moueatur: donec paulatim extrahatur. Q̃ ſi non eſt obediens ad extrahendum: tunc detege os, & perfora in ipſo cū inſtrumento donec locus dilatetur: deinde extrahe. Spinæ vero & ſtipites, quando figuntur in membris, & D ſimiliter oſſa ſeparata in uulneribus ſi non poſſunt extrahi ſecundum prædictum modum cum tenaculis & alijs inſtrumentis, extrahantur cum medicinis extractiuis: & eſt vt accipias ammoniacum, & mel: & fiat ex eis emplaſtrum: aut Re. radices arūdinis, id eſt cannæ veræ, & tere ipſas: deinde adde mel, & fac emplaſtrum: & ſi uis, pone ariſtolochiam longam: quoniam erit fortius attractiuum.

*De curatione fiſtularum.* Cap. IX.

FIſtula ſicut diximus in alio libro noſtro, eſt vlcus profundum, anguſtum cum nodatione, & duritie carnis ipſum circundantis: & eſt ſicut canna vel penna anſeris penetrans in membro. Et ipſa quidem dicitur ad ſimilitudinem cuiſdam inſtrumenti os habentis ſtrictum, & fundum amplum. Cum

autem uis curare, necesse est vt prius cognoscas eius dispositiones cum tenta, id est longitudinem pro funditatis eius, & diuersitatem eius. Deinde si orificium eius est strictum, dilata ipsum cum instrumento: aut cum quibusdã rebus, sicut est medulla cannæ surici, vel sambuci, aut ebuli, & similia. Deinde abluatur, & mundificetur aliquibus diebus: & ablutio eius est cum aqua saponis, vel aqua salsa, & similiter cũ aqua cineris. Mundificatio vero fit cum melle et vino: post quam resoluatur in eis aliquid ex æris flore. Cum autem fistula mundificata fuerit, necesse est vt mundificetur, & desiccetur. Ponatur ergo medicamen acutũ vsque ad profunditatem eius cum licinio vel quocunque alio modo possibile est: donec fistula desiccetur: deinde pascatur locus cum butyro aut axungia sine sale: donec caro combusta putrefiat, & cadat. Postquam fuerit bene mundificata, restaura, & concauitatem fistulę cum medicina carnis creatiua donec sanetur: & si non restauretur caro propter hoc, nec sanies egreditur digesta, & sine odore malo: tunc scias adhuc ꝙ fistula non est mortua. Redeas ergo ad mortificationem eius cũ medicinis acutis, sicut diximus: & caue ne occultetur tibi profunditas propter longitudinem & diuersitatem ipsius. Et multoties fistula nõ est penetrans ad profundum: immo semita eius est inter carnem & cutim: tunc ergo pone tentam ligneam ab orificio vsque ad profundum eius: & incide cum instrumento supra tentam quousque liberetur tota: nisi vena aut neruus sit prohibens illud: deinde auferas carnem duram filtratam cum incisorio ab omni parte: donec nihil ex ea remaneat: ꝙ si patiens non est obediens ad hoc: pone medicamen acutum sicut narrauimus, deinde butyrum, & postea carnis nascentia. Et quando fistula non extinguitur cum medicinis: quoniam fortasse corruptio eius est profunda in membro vehementer propter longitudinem dierum: tunc illud quod est vltimum in ea, est cauterium igneum: & oportet vt sis solicitus in omni fistula, ne fiat saccus: ne retineatur ĩ eo putredo: immo si fuerit illud, succurre sicut diximus in vulneribus.

Si vero fistula operabitur in neruis, venis, aut arterijs, & est incipiens: possibile est vt sanetur cum medicinis: sicut superius est narratum. ꝙ si fuerit eius corruptio antiqua: tunc vix aut nunquam sanatur: & similiter fistula quæ accidit intestino, aut vesicæ, aut alicui membrorum principalium, vel alicui spondyliũ dorsi, vel costarum, & iuncturatum, sicut manus & pedis, aut siphac, id est quãdo penetrat pelliculã ventris interiorem: secundum plurimum non sanatur. Et in omni quidem fistula quę est secundũ hũc modum, non oportet ꝙ laboremus multum: immo melius est vt committamus ipsam operationibus æris, & adiuuemus eam cum mundificatiuis & lauatiuis tantum: sed caue ne mundifices fistulam penetrãtem cum his quæ habent acuitatem: sicut est flos æris, & similia: quoniam fieret læsio in interioribus: immo mundifica eam cum melle & vino tantum: aut pone cum eis sarcocollam, aut aristolochiam, vel iridem. Fistula autem quæ corrumpit os, non sanatur, nisi auferatur corruptio eius tota ab osse, secundum ꝙ aufertur etiam in carne. Oportet ergo ꝙ discooperias os, si nõ discoopertum est: deinde rade corruptionem & nigredinem eius: donec auferatur tota: & administra postea restaurativa. Q2 si vlcus non restauratur, post

E hoc scias adhuc ibi corruptionem esse: verum derege iterum, et rade vsque ad vltimum eius, deinde restaura. Si corruptio fuerit vsque ad medullam, sicut quãdo accidit in ossibus magnis: tunc non timeas auferre os corruptum totum cum medulla sua: & si ipsa corruptio fuerit in toto osse, non est ęstimandum vt sanetur: nisi etiam auferatur os totum.

*De medicinis acutis mortificantibus fistulam, & cancrum.*
*Trochisci de chelidonia.* *Cap. X.*

RESpice succi chelidoniæ, vrinæ puerorum, ana unc. iij. calcis viuę, vnc. iij. arsenici citrini, vnc. i. conficiantur sic: succus & vrina bulliant in olla rudi: & calx cum ea bene incorporetur: deinde addatur arsenicum: & omnia simul agitando incorporentur: & non superflue bulliant sed parumper: deinde de-
F siccentur: & informẽtur ex eis trochisci: & tere ex eis quãtum sufficit apud necessitatem: & vtere in fistulis et cãcris ad mortificationem: quoniã sunt mirabiles.

*Trochisci de aceto sic fiunt.*

Accipe aceti vini fortis lib. 5. mellis, vnc. iij. æris vsti, vitrioli, floris æris, cuposę, ana drac. 5. calcis nõ extinctæ, auripigmenti, ana vnc. iiij. sic cõficiantur. bulliant acetum & mel, & puluis calcis incorporetur cum eis: deinde cætera sunt addenda præter auripigmentum: quod ponendum est apud inspissationem: cum autem confectio fuerit aliquantulum inspissata, ab igne deponẽda est: deinde siccetur, & fiãt trochisci. sunt enim valde mirabiles: sed caue ne serues eos in loco humido, quoniam corrumpuntur.

*De cura cancri.* *Cap. XI.*

G CAncer est apostema durum melãcholicum, in corpore nascens: & non dicitur cancer nisi ad similitudinem cuiusdã animalis: quod est, quia in cancro sunt venulæ rubeæ, tendentes ad nigredinem & viriditatem, quæ assimilantur pedibus illius: & similiter forma vnius in rotunditate, & est secundum formam alterius. Et causa quidem cancri duplex est: quoniam aut est antecedẽs: aut primitiua. Antecedẽs autem est ex repletione humoris melancholici corrupti. Primitiua fit ex vlcere vel vulnere neglecto. Et signa quibus cognoscitur cancer non vlceratus, sunt: quoniam in principio apparet sicut cicer, vel faba, postea crescit, & fit magnus: & sunt in eo venulę, quas diximus, quæ circundant ipsum: color quoque eius est etiam fuscus: & fortasse inest ei caliditas quædam. Signa vero illius qui est vlceratus, sunt: quoniã
H fœtet multum: labia etiam eius sunt grossa, et viridia, atque exterius conuersa. Curatio vero eius est quã do incipit, vt phlebotometur infirmus ex vena media: & purgetur etiam cum epithymo: & abstineat a cibis generãtibus cholerã nigram, sicut sunt lentes, & caro vaccina, vinum grossum: & sit eius cibus caro vitulina, arietina, pullina, vitelli ouorum sorbiles, & similia his. Deinde emplastra locum cum rebus frigidis, sicut cum solatro, vel plantagine, & portulaca: aut ungatur cum vnguento isto, quoniam est mirabile. Reci. tucię bene lotæ. olibani etiam abluti, ana partes æquales: terantur, & cum oleo ros. ad modum vnguenti conficiantur. Ista quidem omnia sunt prohibentia additionem & vlcerationem eius: licet non remoueant ipsam quandoque, & fortasse possibile est cancrum per incisionem sanari, dum est paruus: sed cum

cum fit illud, non oportet ut remaneat aliquid de mẽbro inciso: immo extirpetur radicitus cum omnibus venulis suis: deinde locus cauterizetur. Curatio autem cancri vlcerati est, vt estinguas caliditatem eius, in primis, si adest cum frigidis oleribus. deinde cancer cum vncino capiatur: & ipsum ab omni circuitu totaliter incidatur: sanguinemque diu emanare permittas: immo exprimas loca circunstantia, vt facilius exeat: deinde cauterizetur locus vehementer. & fortasse erit cum cauterio tumor: videlicet cum est prope membra principalia vel prope neruos. & propter hoc cancer in neruis est difficilis sanationis: quoniam huiusmodi membra neque incisionem neque cauterium patiuntur. Q. si patiens nõ est obediens incisioni, & est locus nouiter cãceratus: vtpote ex neglecto vulnere vel vlcere: tũc possibile est vt eradicetur cũ medicinis acutis. Si vero non eradicatur, præpara te ad incisionem & cauterium, sicut diximus.

*De sermone uniuersali in apostematibus.* Cap. XII.

OMne apostema: aut est calidum: aut frigidum. Et quod est calidum: aut est ex sanguine, & dicitur phlegmõ: aut est a cholera, et dicitur erysipelas. Frigidum vero aut est a phlegmate, & dicitur zimia: aut est a melancholia, & sephiros, idest sclirosis, aut cãcer: sed differt cancer a sclirosi: quoniã in cãcro adest dolor & phlegmonatio cum pulsatione, & apparent in circuitu eius venulę, sicut diximus: quæ omnia nõ apparent in sclirosi. Signa vero phlegmonis sunt hæc, calor, rubor, pulsus, dolor, & tumor. Signa erysipelatis sunt, calor, rubor mistus citrino colori, doloris magnitudo, & velox augmentatio. Signa zimię sunt, albedo, & mollities, ita vt si digitum impresseris, quasi signũ foraminis facies. Signa saphiros vel sclirosis sunt, ingens durities cum nigredine absque sensu.

*De curatione phlegmonis.* Cap. XIII.

CVra phlegmonis est vt corpus in primis mundificetur per phlebotomiam: deinde fiat administratio repercussiuorum tantum, sicut est acetum, & succus solatri, semperuiuæ, endiuiæ, portulacę, virgæ pastoris, & similium. & de compositis est bonum vnguentum populeon: sed caue ne repercutias apostema, qđ est in collo, vel subascellis, aut inguinibus: quoniam timetur ne materia redeat ad membra principalia cum nocumento. Ista quidem loca dicuntur euacuatoria: quoniam euacuantur per ea superfluitates principalium. Q. si apostema repellitur, & non augmentatur, bonum est: si autem non, pone in augmento eius resolutiua cum repercussiuis simul proportionaliter: et de illis quæ laudantur in hac hora, ut dicit Gal. est oleum ros. et similiter oleum chamomillinum, æqualiter cum populeon est bonum. In statu autem & fine resolutiua ponantur: sicut farina hordei, farina frumenti, farina fabarum, & oleum chamomillæ, & maluauiscus. si vero per hęc non resoluitur apostema: immo incipit facere collectionem saniei, cuius signum est calor fortis, & dolor cum pulsatiõe vehementi: cum maturatiuis insistendum est, donec compleatur digestio: deinde aperiatur cum instrumẽto, vt sanies currat velociter. Et medicinæ quidẽ maturatiuę, sunt sicut pultes, quæ fiunt ex farina frumenti, aqua, & oleo, vel axũgia: & similiter maluauiscus, semen lini, fœnu græci, & similia.

A *De cura anthracis uel carbunculi.* Cap. XIIII.

QVandoque anthrax vel carbunculus est rubeus: & quandoque citrinus: et quandoque viridis: & quandoq; est niger: & est omnibus deterior: sed minus malus est rubeus. Curatio autẽ eius est vt fiat in principio phlebotomia, idest cum incipit apparere: quoniam confert: licet prohibitum sit apud quosdam: sed ego etiam nõ laudo illud post confirmationem: deinde minoretur cibus infirmi: & comedat tantum cibaria acetosa & styptica: sicut caro pullorum, et hœdulorũ cum agresta vel aceto, aut succo malorum granatorum acetosorum: quoniam ista omnia & similia, sunt confortantia cor cum velocitate. Cum autem iam carbunculus est apparens: necesse est vt maturetur: & de eis quæ maturant, & etiã rumpunt, sunt sicut emplastrum quod fit de fermen-
B to, cum oleo, & sale: & ficus etiam pingues cum sinapi vel vitro, et oleo de lilio. Et scias q; non ponitur supra carbunculum aliquod repercussiuum omnino: sed laudatur quandoque in circuitu eius tantum.

*De cura erysipelatis.* Cap. XV.

OPortet in principio erysipelatis vt pręcipias solutionem ventris cum his quæ choleram sine multa calefactione expellũt: deinde omnia quæ in cura phlegmõis diximus, gradatim facias: sed caue te ab illo quod diximus, de locis euacuatorijs cũ repercussiuis: & similiter quando materia venenosa est: sicut multoties accidit in erysipelatibus: nõ oportet vt ponantur repercussiua, nisi tantum in circuitu: & desuper resolutiua: quoniam si refrænetur ad interiora, inducit periculum principalibus: quod emundare for-
C tasse nõ poterit. Et iterum caue ne propter superfluã refrænationem inducatur vehementia doloris, & incipiat membrum corrumpi. q; si accidit illud, dimitte infrigidationem statim: & administra mollificãtia: & fortasse erit necessarium apponere ventosas cum scarificatione.

*De cura zimiæ.* Cap. XVI.

APostematis mollis phlegmatici cura est vbi infirmus purgetur a fastidio, & multiplicatione aquæ, atque ab his omnibus quæ phlegma generant: deinde cum locum vis curare, pone id quod resoluit & exiccat: & ex eis sunt sicut quando madescit stupa in aqua cineris sarmentorum cum aceto mista, aut in aqua saponis, id est lixiuio: quod fit ex duabus partibus cineris stipitum fabarũ, et tertia calcis viuæ: quã-
D do etiam admiscetur cum oleo ros. aut fiat emplastrũ ex bolo armenico cum oleo et sale: qm̃ est mirabile.

*De sclirosi.* Cap. XVII.

SClirosis curatio non est, nisi cum eo quod resoluit & lenit simul, postquam præcesserit mundificatio corporis cum his quæ choleram nigram expellunt: & de his sunt sicut adipes, & medullæ omnes, & radix lilij, & mucilago, fœnu gręci, & semen lini: & omnia quæ dicemus in curatiõe scroffularum: caueat quoq; a cibis, qui cholerã nigram generant omnino.

*De regimine apostematis post eorum maturationem.* Cap. XVIII.

VNumquodque apostema postquam maturatur, indiget apertione: quoniam si non fit, mẽ-

brum ad putrefactionem & corruptionem deueniet. ex mēbris ſunt, quibus neceſſario differtur apertio, donec apoſtema ſecundum ſufficientiam maturetur: & illa ſunt ſicut membra carnoſa. neruoſa autem mē bra et ea quę ſunt prope iuncturas, nō ſuſtinent illud: quoniā nerui putrefierent, & ſepararētur iuncturæ. Et ſignum maturationis ſecundum ſufficientiam eſt: quoniam apparet lenitas apud locum, & diminutio rubedinis: dolorque etiam & pulſatio, atque febris iā ceſſauerunt. Cum ergo vis apertionē facere: oportet vt ſit in loco magis eminenti & maturiori: & ſit intentio perforationis tuę, vt dicit Auicenna, per Gal. ad partem ex qua poſſibile eſt currere pus ad inferiora: & obſerua te etiam ab inciſione neruorum, & lacertorum, & ſimilium: & ſis contentus in membris ęqualibus, id eſt quę nō reflectūtur, ſicut eſt brachiū, & manus, & ſimilia, incidere ſecundum longitudinē: & his quæ reflectuntur, ſicut in latere, & coſtis, & ſimilibus, incidere ſecūdum latitudinem: et iā narratus eſt iſte ſermo cum diſtinctione ſecundum complemētū in libro alio noſtro. Poſtquam vero apoſtema perforatum fuerit, ſi neceſſe eſt indicem intromittas: vt cauernæ & abſconſiones rumpantur, & ſanies tota facilius exprimatur. Sed ſi apoſtema magnum fuerit, non eſt tota ſanies ſubito extrahenda: ne infirmo ſyncope accidat: immo parum ante parum extrahatur: maxime ſi æger debilis ſit virtutis. Deinde imple vulnus cū ſtuello in oui albumine madefacto: & alijs quæ fluxum ſanguinis refrænant, ſi indiges illo: deinde cura vulnus cum medicina carnis creatiua: ſicut cętera vulnera, donec ſanetur: et ſi indiget maiore mundificatione, quam ſit medicina carnis creatiua, mundifica ipſum cum vino, & melle, & ſimilibus, aliquibus diebus: deinde redeas ad medicinam, quę carnē gñat.

### *De cura ſcroffularū & ſimilium cum inciſione.* Ca. XIX.

LOca in quibus generantur ſcroffulæ, ſunt ſicut partes colli, ſubaſcellæ, & inguina: quarum quidem curatio quandoque fit cū medicinis abſque inciſione: & quandoque cum inciſione. oportet ergo vt narremus ambos iſtos modos ſecūdum abbreuiationem ſermonis. Modus autem cum medicinis ſine inciſiōe eſt: vt primo patiens purgetur cum eo quod deponit phlegma groſſum: ſicut cum puluere quod fit ex duabus partibus turbith, & tribus zuchari, & diæta eius ſubtilietur, id eſt ut non multum comedat, & pręcipue in ſero: neque etiā cibos groſſos vel aquā bibat: deinde ad curam localem properandum eſt. Et curatio localis eſt cū medicinis, in quibus eſt mollificatio & reſolutio ſimul. Et de medicinis probatis eſt diachylon: quod compoſitum eſt ab antiquis: et ſimiliter vnguentum quod compoſuit Gal. in lib. catageni: et vnum emplaſtrum quod fit de ammoniaco, bdellio, & galbano: cuius confectio eſt vt recipias ex eis tribus gummis partes æquales, & in aceto vini fortis vſque ad diem tertiū dimittantur: quæ in eo liquęfiant: deinde addito furfure fiat emplaſtrum. Vnguentum diachylon fit ſic. Reci. lithargyri triti, unc. i. et in patella locetur. cui addantur, vnc. ij. olei ueteris: & ſimul agitentur: deinde lentus ignis ſub eis fiat: & coquantur: donec lithargyrus reſoluatur totus: deinde mucilaginis maluauiſci, vnc. i. mucilaginis, fœnugræ. & ſeminis lini, ana vnc. ij. ſumantur: & prędictis adiungantur: deinde donec ſpiſſetur, coquatur:
E cum autem coctum fuerit, ab igne deponatur, & tandiu poſtea agitetur, donec tēdatur, et viſcoſum fiat. Vnguentum Gal. Reci. ſinapis, & ſe. vrticæ, ſulphuris, ſpumę maris, ariſtolochię, bdellij, ammoniaci, aā. partes æquales, olei antiqui quantum ſufficit. Q; ſi huiuſmodi medicinarum adminiſtratio non confert ſcroffulis: tunc præpara te ad inciſionem cum ferro: & modus inciſionis eſt, vt accipias ſcroffulam manu tua: & firmiter teneatur. deinde ſeca tantum pelliculam deſuper ſecundum longitudinem. & caue ne incidas ſacculum in quo eſt ſcroffula inuoluta: quoniā ſi incidatur, extractio eius fit difficilis valde. deīde accipe ſcroffulam cum vnco, et excoria ipſam ab omni latere, donec cum ſuo ſacculo integre poſſit extrahi: quoniam ſi contingat aliquid de ſacculo remanere, ſcroffula reuertetur. & ſi ad vltimum aliquid de eo re-
F manet, quod extrahi non poſſit: tunc medicamē acutum ponendum eſt, donec conſumatur: deinde cura vulnus ſicut reliqua uulnera. Et ſi æger nō eſt obediens ad inciſionem cum ferro: tunc cura ipſum cum medicamine acuto: & eſt vt excorietur primo cutis ſupra ſcroffulam cum aliquo ruptorio: ſicut cum ſtercore columbino, & cantharidibus tritis & confectis cum aceto: deinde ponatur medicamen, donec putrefiat, & conſumatur. Et de fortibus eſt vt. Reci. calcis viuæ, vnc. ij. arſenici triti. vnc. ſ. & conficiantur cum melle, & fiat medicamē. Sed oportet vt ſcias, ꝙ quando ſcroffula eſt coniuncta neruis, aut venis, aut arterijs: non eſt præſumptio vt curetur cum medicina iſta: neque etiam cum ferro: quoniam timetur, ne huiuſmodi membra lędantur. Cum autem ſcroffula conſumpta fuerit: pone butyrum donec cadat in
G putredinem: deinde cura vulnus cum eo quod conuenit, donec ſanetur. Præterea ſcire oportet, ꝙ quā ſcroffula ducitur ad ſaniē, tunc neceſſe eſt, niſi vt maturetur & perforetur, ſicut diximus in apoſtematibus: deinde, vt eius reſiduum conſumatur, ponendū eſt medicamen acutum.

### *De cura bocij.* Cap. XX.

IAm diximus in alio lib. ꝙ bocium eſt apoſtema carnoſum in gula aggregatum. Et cura eius eſt vt conſideres ſi ęger habuerit eū a natiuitate ſua: aut accidit ei poſtea. Q; ſi habuerit ipſum ſemper, non pręſumas in curatione ſui. Si vero eſt accidentale, & nō eſt magnum, neruis, & venis, & arterijs annexum: incide ipſum ſicut diximus in ſcroffulis: & extrahatur cū ſacculo ſuo: deinde ſi vulnus magnū fuerit: ſue ipſum:
H & pone deſuper quæ fluxum ſanguinis refrænent: & curetur locus donec ſanetur. Cibi autē facientes ipſum generari & augmentari: ſunt cibi frigidi & indigeſtibiles, & aqua ſpecialiter groſſa. calidi vero & indigeſtibiles ſunt ſicut panis bene coctus & bene fermentatus, caro annualis agni. & hœdulina, pullina: vinū clarum rubeum purum & ſimilia prohibent generari & augeri.

### *De poris, & uerucis, clauis, hæmorrhoidibus.* Cap. XXI.

ACcidunt in corpore multoties verucæ, claui, & ſimiliter hæmorrhoides circa anum, & intus. tunc ergo melior curatio eſt & velocior, vt mundificetur cum inſtrumento: & modus mundificationis eſt: vt accipias verucam, vel clauum, vel hæmorhoidem cum vncino: & extende ipſam ad ſuperiora:

ra: deinde incide apud radicem: & si non retinetur in ea vncinus: quoniam est humida, sicut accidit multo toties: quoniam hæmorrhois est intra anũ, & verruca est in capite præputij: tunc cape eam cum vnguibus tuis aut cum petia aspera: deinde incidatur & extirpetur: & pone postea medicamen acutum: aut fiat cauterizatio cum igne, vt consumatur radix: deinde cura vulnus, sicut reliqua vulnera. ꝙ si æger non est tolerans super incisione cum ferro, & fuerit sicut hæmorrhois extra anum aut verruca: tunc liga eam filo serico vehementer: & dimitte donec per se cadat: deinde curetur locus sicut diximus, donec sanetur.

*De cõbustione ignis aquæ, & olei bullientis.* Ca. XXII.

PRimum quod requiritur in combustione est vt locus vesicari prohibeatur: & illud fit cum medicinis frigidis: sicut est quando infunditur pãnus frequenter in succo solatri, endiuiæ, portulacæ, & similibus: & superponitur: & de cõpositis bonum vnguẽtum quod fit ex vitellis & albu. ouorũ cum oleo ros. & aqua frigida, vel succo solatri. & similiter vnguentum quod fit ex albu. oui, et aceto: et fortasse ponitur in eo aliquid ex cerussa, et opio. Q; si locus inde uesicatus fuerit: tunc hoc unguentum administrandum est: & est, vt. Reci. cerę partem vnam, olei ros. partes. iiij. & resoluatur ad ignem: deinde extrahatur, & addãtur ex cera partes. ij. & moueatur cum spatula, donec infrigidetur: deinde pone albu. oui & parum cãphoræ: agitatio post hoc non pretermittatur, donec inspissetur. Cum autem ignis iam fecit vlcerationem profundam, fac vnguentum de calce abluta multoties cum oleo ros. vel communi: qm̃ est mirabile.

*De cauterijs.* Cap. XXIII.

CAuteriorum vtilitas multiplex est: fit enim aliquando ad prohibendam & exiccandam corruptionem membrorum: & aliquando ad restringen-

A dum hæmorosagiam, seu hæmorrhagiam, id est fluxum sanguinis, faciendo spissam et grossam crustulã: aliquando etiam vt fiat apertio viarum et pororum: & ꝙ superfluitas accidentalis exeat, & virtute coctionis fiat cursilis, & ad exitum separabilis. Et ego quidem ponam de hoc cauteria quædam: in quibus scilicet magis currit consuetudo: & declarabo etiam in quibus ægritudinibus fit iuuamentum vniuscuiusq; eorum. Dico ergo ꝙ quandoque fit cauteriũ in duobus lateribus capitis, & prohibet dolorem eius chronicum. Et cum fit in summitate, valet ad maniam vel ad melãcholiam: sed huiusmodi cauterium debet esse profundum, scilicet vsque ad profunditatem ossis: quod fiet melius si caro prius ad modum crucis incidatur aliquantulum: deinde cauterizetur. Item cauterium quod fit sub duo tempora, valet ad lachrymas
B oculorum constringendas, & ad aquã, quæ descẽdit in eos, id est cataractã. & si lachrymatio fuerit in vno oculo: non fit cauterium nisi in vno latere. Item cum fit in fontanella colli, valet ad epilepsiam, & paralysim. Item cum fit cauterium tribus digitis ab humero inferius, confert dolori eius & spatularum. Item cum fit apud radicem gutturis, confert asthmati & vitio pulmonis. Item cum fit tribus digitis sub vmbillico, confert eius dolori. Item cũ fit super hepar, valet dolori & vitio eius. Itẽ cum fit supra splenem, valet eius vitio. Item cum fit in fontanella lumborum, valet ad ipsorum dolorem. Item cum fit apud inferiorem spõdylem dorsi, confert hæmorrhoidibus. Item cum fit tribus digitis a nodo manus superius in posteriori, valet ad dolorem iuncturę eius & brachij. Item cum fit supra sciam, valet ad guttam sciaticam. Item cum fit
C supra nodum pedis, aut in fontanella sub genu: valet ad remedium totius corporis. Item cum fit in concauitate pedis, valet ad podagram.

Deo gratias Amen.

Finis chirurgiæ paruæ Bruni Longoburgensis.

# CHIRVRGIA EDITA ET COMPILATA ab excell. domino fratre Theodorico episcopo Ceruiensi ordinis prædicatorum.

*Capitulum proœmiale.*

VENERABILI patri et amico charissimo egregio viro dño A. dei gratia episcopo Valētiñ. frater Theodoricus eiusdem patientia Botonitiñ. ecclesiæ minister indignus: opus diutius affectatum. Dudū pater charissime, Romę pariter existentes, me vestrum tunc temporis capellanum et pœnitentiariū domini Papæ affectuose rogastis: vt vobis quædam artis medicinæ chirurgiæ, scilicet occulta & implicita, & ab antiquis imperfecte dicta, librum super hoc faciens secūdum medicationem domini Hugonis de Luca uiri in prędicta scientia peritissimi, aperte describerem: & breuiter explicarem. Ego vero volens in parte, & si nō in toto satisfacere votis vestris, librum tūc edidi: quem eo tempore, sicut nostis, imperfectū & incorrectum morę impatiens vobiscum in Hispaniam deportastis. Rogantes, et postmodum per nuncios crebris literis expetentes, vt vobis eundem librū suppletis defectibus trāsmitterem emendatum: diu distuli. Sed ecce iam appropinquante senio, Christi auxilio inuocato ipso duce artis chirurgiæ secreta deposito omnis liuoris aculeo apertissime manifesto. Suscipe igitur pater charissime opus exiguum, īmo opus eximiū, breue corpore, viribus amplū. Quia vero modico valde tempore fui cū domino Hugone prædicto, neque videre, neque comprehendere, neque discere ad plenum potui expertissimas curas suas: ideo in parte ista imperfectum meum ex propria experientia, & antiquorū curabo perficere, Galeni maxime, quem a prædicto viro eximio in nullo nouimus discordare. Vt autem ad librum istum accessus facilior habeatur, quid sit chirurgia, vnde dicatur, quales operatores habere debeat, necnon quę sit ipsorum intentio, & in quot diuidatur species, breuiter denotabo.

Chirurgia igitur est operatio manualis in corpore animalis ad sanitatē tendens: Vel sic. Chirurgia est vltimum instrumentū medicinæ. Tria enim sunt instrumenta medicinæ, quibus mediantibus, morborum causis valet medicus subuenire, scilicet diæta, potio, & chirurgia. Diæta est primum instrumentum: & est melius, sicut testatur Gal. in cōmēto regiminis acutorum dicēs. Si possumus hominem curare cum diæta: non curemus eum cum aliqua potiōe. Et Damas. in Aphoris. Si poteris hominem curare per diætam, prosperam inueniens: hoc autē instrumentum siue regimen exigitur contra causam, & facit digestionem. Secundum regimen seu instrumētum est potio: de qua idem Gal. Si cum potione infirmitatem possumus remouere, ad chirurgiam recurrendum non est. Si autem per duo prædicta regimina seu instrumenta remoueri non poterit: remoueatur beneficio tertĳ regiminis: videlicet chirurgiæ.

Dicitur autem chirurgia a cheir quod est manus: et ergein quod est agere: inde chirurgia, quasi manualis operatio.

Oportet operatores chirurgiæ, vt dicit Halyab. in commento, frequentare loca: vbi periti chirurgi operentur, & eorum operationes diligenter attendere, et memoriæ commendare. Oportet etiam vt non sint temerarĳ, neque audaces, sed sint prouidi, suaues, & cauti: vt cum maxima deliberatione & suauitate omnimoda, qua potuerint, operentur: & maxime circa cerebrum, panniculos, membra neruosa, & loca alia timorosa. Et quia in libris comprehendi non possunt omnia quæ necessaria sunt ad artem: & frequenter multa operatori occurrunt, quæ non potuerunt de facili prouideri: oportet medicum ingeniosum esse. Damas. enim multum cōmendat in medico ingenium naturale, dicit enim. Ingenium medi-
F ci naturale adiuuat artem, & naturam regentem. contrario vero contrarium. Oportet etiam esse literatos, alias, et si interdū experimentis iuuentur, frequenter tamen in errorem incident, & labyrinthum. vix enim aliquem sine literis puto posse comprehendere chirurgiā. Refert enim Almāsor, ꝙ operatores huius artis pro maiori parte idiotæ, rudes, & stolidi sunt: & causa stoliditatis eorū ægritudines in hominibus pessimę generantur. Plerunque etiam cum non operantur sub certa radice, neq; rationabiliter, propter ipsorum imperitiam homines occiduntur. Causas etiam & nomina infirmitatum quas asserunt se sanare, penitus non agnoscunt.

Intentio operationis chirurgorum est circa tria, scilicet circa coniunctionem solutorum, circa separationem cōiunctorum præter naturam, & circa extir-
G pationem superflui.

Species chirurgię, sicut testatur Ioānitius, duę sūt. Dicit enim, chirurgia est duplex: aut ī carne: aut in osse. Et secundum contrarietatem membrorum subiectorum: nam alia fit in membris mollibus, vt in carne, neruis, venis, & similibus. Alia fit in membris duris, vt in ossibus, & consimilibus: quæ sicut differunt in contrarietate qualitatum, scilicet mollicie. & duricie: sic et in omni operatione chirurgica. Chirurgia quæ fit in membris mollibus, subdiuiditur tripliciter: aut fit in carne tantū, quæ scarificatio, vel incisio, seu sutura, aut incisio nuncupatur. Aut fit in uenis nō pulsantibus: aut in pulsantibus: & dicitur phlebotomia siue sectio. Aut fit in neruis secūdū latū, et tūc incisio noīatur. Aut secūdū longū, & tunc punctura dicitur vel scissura. In diaphragmate tñ & panniculis, nomi-
H natur ruptura. Chirurgia vero quæ fit in membris duris, duplex est: aut enim fit in ossibus duris, & dicitur restauratio siue consolidatio fractorum: aut fit in ossibus dislocatis a loco proprio, & appellatur coniunctio disiunctorum.

Vt autem quod vnusquisque voluerit, valeat facilius īuenire: diuidemus in quatuor particulas librum istum ordinate per capitula partes singulas distinguendo: ita tamen ꝙ in prima parte huius libri non in speciali, sed sub quadam intendimus generalitate tractare.

Diuiditur autem liber iste in quatuor partes. In prima parte agitur vniuersaliter de vulneribus, vlceribus, de fluxu sanguinis, & medicinis ipsorum, de iudicĳs mortis, de vulneribus neruorum, cura apostematis calidi, atque spasmi. In secunda parte tractatur

tur de eisdem secundum ꝙ cuilibet membro chirurgiam exercere necesse est a capite vsque ad pedes. In tertia parte dicetur de fistulis, cancro, formica, cangrænis, scabie, & cæteris apostematibus, & infectionibus, quæ in manifesto corporis humani cõtingit. In quarta parte & vltima finiemus librum scribendo aliqua a nobis ꝓbata de dolore capitis et hemicrania: & tractando de ægritudinibus oculorum, aurium, narium, oris, & dentium, arthreticæ, & podagræ. Et sic vita comite finiemus concedente domino librũ istum. Et hæc sunt capitula primi libri.



### *De causis solutionis continuitatis, siue uulnerum & diuisione ipsorum.* Cap. I

CAusæ solutionis continuitatis, siue vulnerum generales duæ sunt, una intrinseca, alia extrinseca. Intrinseca aut est ex humore, aut ex ventositate. humor nanque interdum peccat quantitate: aliquando qualitate. Ex quantitate enim nimia soluit aliquando continuitatem. Aliquando vero ex qualitate sua extra cursum naturæ distemperata, verbi gratia si caliditas sit plus quã oportet sua impetuosa ebul-
A litione, cutim rumpit & carnem. Siccitas adurẽdo & rarificando cutim scindit: idem facit frigiditas cõstringendo: & humiditas putrefaciendo & corrodendo. ventositas vero multitudine distendit, & motu suo scindit. Causa vero extrinseca, quandoque accidit ex casu vel exercitio nimio vel magni ponderis eleuatione, sicut scissura vel fractura: aliquando accidit ab aliqua re extrinseca corpus immediate soluente: sicut ferro, lapide, ligno: vel aliquo simili vulnerante, siue solutionem continuitatis faciente. Vulnus siue solutio continuitatis quæ est, ægritudo communis, aliud est simplex: aliud compositum. Horum autem alia sunt recentia sanguinolenta: alia sunt vetusta. Simplex solutio continuitatis est illa in qua nulla est substantiæ deperditio siue carnis: in qua vnicum tantũ genus passionis existit. Ideoque in curatione ipsius
B vnica est intentio, scilicet coniunctio partium solutarum. Solutio continuitatis cõposita est illa, in qua ex carnis deperditione vulnus consistit: & sic currũt in eã duo genera passionis. Propterea duę sunt intentiones curationis in ea. regeneratio scilicet substantiæ deperditæ: & coniunctio partium solutarum.

### *De dispositione uulnerum secundum diuersitatem membrorum.* Cap. II.

SOlutio continuitatis secundum diuersitatem mẽbrorum, possibile est ut in carne redeat sicut fuit. hoc autem secundum viam intentionis primæ. Solutio vero continuitatis in osse, non sanatur per viam intentionis primæ: nisi forsan in crescentibus sicut dicemus: immo per viam intentionis secundæ. Prima enim intentio est vera consolidatio: quæ propter du-
C ritiem nimia in osse fieri non potest. Secunda intentio est ligatio partium quæ fit in ossibus porro sarcoide mediante. In ossibus tamen puerorum & infantium ꝓpter duas causas speratur, vt aliquando solutio continuitatis redeat sicut fuit: vna causa est ossis mollities: altera virtus spermatis remanentis. De neruis vero & venis dixerunt quidam medicorum, sicut recitat Auicen. Qꝫ sicut ossa non per viam intentionis primæ, sed per viam intentionis secundæ, sanantur. Quidam alij dixerunt, ꝙ hoc in arterijs solummodo contingebat: & hoc est quod dicitur in libro de ingenio sanitatis. Multi medici putauerunt impossibile arterię substantiam solidari. Fortitudo autem protestationis eorum erat consideratio, & experimentum: cõsideratio, quoniam vna duarum tunicarum arteria est cartilaginosa, & cartilago non recipit incarnatio-
D nem: experimentum autem, quia nunquam visa est incarnatio. Gal. vero contradicit eis dicens: ꝙ quandoque arterię incarnãtur sicut aperte ratione & experimento probatur. Experimento, quia dicit se multas arterias solidatas vidisse: sicut illa quæ est sub basilica & arterias temporis atque cruris. Ego etiam arterias sub lingua & temporum sæpius solidaui: adeo ꝙ in nullo remansit apostema: quod dicitur emborisma. Ratione autem probatur, quoniam os est vna extremitas in duritie: & secundum primam intentionem, vt videlicet, sicut dictum est superius solidari, & caro est altera extremitas in mollitie, quę secundum primam intentionem, sicut superius est habitum, incarnatur. Venæ autem & arteriæ in medio sunt inter duritiem et mollitiem constitutę: quare eorũ dispositio-

ne inter carnem & ossá existente incarnationem minus carne recipiunt: & facilius ossibus incarnantur: pręcipue quando sectio parua est & corpus patientis humidum & lene: nec incarnantur in eo, quod diuersificat ab isto: quando scilicet corpus siccum, et sectio magna est.

### *De uniuersali curatione uulnerum, quæ fiunt in carne.* Cap. III.

VUlnerum quædam sunt parua: quædã media: quædam magna. Item quædam sunt in superficie membri: quædam in medio: aliqua sunt penetrantia in profundum. Eorum quædam sunt patẽtia, sicut illa quæ fiunt cum lato ferro, sicut ense, vel simili: quædam sunt, quorum profunditas est occulta, sicut ea quæ fiunt telo vel sagitta vel alio simili instrumento. Figura etiam vulnerum, aliquando est rotunda, aliquando plana & rectaa, liquando est habẽs latera. Inter quæ rotundum propter magnam comprehensionem eius in medio difficilius est & tardius ad sanandum. Item vulnera aliquando cadunt super locum carnosum tantum: aliquãdo super neruosum & ossuosum: quæ sicut diuersificantur secũdum locum, figuram, & casum, sic variatur modus curationis ipsorum. Vulnus autem est solutio continuitatis ex recenti tempore facta. Postquã enim vulnus antiquatur: nec recipit sanitatem: immo semper emittit pus: non iam vulnus, sed vlcus potius nominatur. Vlcus autem est plaga putrida, plaga vero communiter sumitur pro vtroque. Et scias ꝙ in curatione vulneris, antequam medicinam carnis generatiuam seu sigillatiuam adhibeas: nisi vulnus simplex fit: tria sunt principaliter attẽdenda. Primũ eorũ est retentio sanguinis si superfluat: sicut infra dicetur: & vt ꝓhibeatur calidum apostema. Secundum est vt administrentur medicinæ quæ faciunt nasci pus. specialiter in vulneribus quæ aeris dispositio iam mutauit. Illa vero quæ ab aere mutata nõ sunt, cũ medicina desiccatiua curantur. Similiter vulnera neruorum propter causam quæ suo loco dicetur. Eodem modo administrentur generatiua puris in vulneribus: quę fiũt ex contusione: quia huiusmodi vulnera sunt dolorosa, & apostemosa: quorum apostema necesse est ad saniem peruenire. Tertium est vt generata sanies desiccetur. Sanguis eius sicut dictum est si superfluat refręnetur: ne propter nimiã hęmorrhosagiam patiẽs syncopizetur. Temperatus enim fluxus sanguinis, sicut dicit Gal. & etiam Auicen. confert vulneribus, & prohibet apostema: prohibet etiam oppilationem & febrem. Et cum fluit sanguis: membrum fit siccius: & omne siccum vicinum est sano. Et scias ꝙ medicinæ facientes nasci pus, administrandæ non sunt, nisi cessante hæmorrhosagia, & vulnere ab apostemate calido securato: quibus ex tunc hac ratione, sicut quidam voluerunt, vtendum est, vt pori dilatentur, & dolor mitigetur, calorque naturalis confortetur pręstans sibi nutrimentum, donec materia quæ in eo est modo debito digeratur, dicentes. Vulnus laxum bonum: crudum vero malũ: iuxta Hippo. qui ait. Cruda mala, laxa bona: quoniam vulnera in quibus non generatur sanies, non sunt a spasmo secura. Sed in illis in quibus generatur, nõ timetur: generatur dico operatione naturæ, & adiutorio medicinæ. Sanies autem

E sicut uirus, in qua nõ est operata natura, est mala Gal. enim in commẽto super prognostico dicit ꝙ triplex est operatio a calore: Quandoque enim calor naturalis tantum est operans: & tunc fit conuersio humoris in nutrimentum. Aut partim naturalis, & partim accidentalis, sicut hic, & tunc fit generatio saniei. Aut tantum accidentalis, & tunc fit generatio putredinis siue virus. Postquam vero vulnus sufficienter saniem acquisiuit medicinis generantibus saniem: omnino sublatis cum medicinis exiccantibus conuenit solidari: quia, sicut dicit Gal. Sanies est nitrosa & corrosiua: & res magis consolidationi contraria: & omnia vulnera oportet vt desiccentur ad hoc vt sanentur: quia omne siccum vicinum est sano: humidum autem, non sano. Et quod dictum est secundum ꝙ attendi oportet, est administratio medicinarum facien-
F tium nasci pus: hoc fit vt mũdificatis vulneribus, fortius postea exiccentur: quoniam, sicut ipse dicit: caro bona in vulneribus generari nõ potest nisi superfluitatibus expurgatis: sanie videlicet & sudore. Quę quidem superfluitates, sicut ipse testatur, ex fęce tertię digestionis nascuntur. Patet ergo luce clarius ꝙ intentio mundificationis & exiccationis vulnerum, nõ est per oleum & axungiam, & alia putrefactiua: ex quibus suas pultes componunt, & curant vulnera chirurgi imperiti. Prædictum modum a pluribus antiquis traditum, et a me in parte emendatum, non reprobo, neque nimis approbo: quia in curatione vulnerũ modus a Galeno traditus multo vtilior & probatior est, qui sic habet.

Omnia vulnera ad hoc vt sanentur, oportet ꝙ desiccentur: quia sicut Gal. testatur, omne siccum vici-
G num est sano: humidum autem non sano. Omnibus ergo vulneribus desiccatiua conueniunt, præter vulnera cõtusa: in quibus non nisi in finẽ mollificationis & mũdificationis ipsorum desiccatiua sunt ponẽda: oportet enim vt caro contusa putrescat. Huiusmodi enim vulnera sicut dictũ, est apostemosa et dolorosa sunt: ꝓpterea vti oportet mollificatiuis, & apostematũ sedatiuis: vulnera etiã in carne concauitatem habẽtia, postquam facta fuerint saniosa, mũdificatiuis indigent: cum desiccatiuis tamen commisces. Illud idem quandoque fieri conuenit in quibusdam vulneribus quæ alterationem aeris receperunt. vulnera autẽ quę fiunt in apertione apostematis, cum mundificatiuis, mollificatiuis, & exiccatiuis simul optime curantur: quare pultes quæ fiunt ex simula, oleo, aqua, & melle decoctis, pariter vsque ad spissitudinem, sicut in suo
H loco dicetur, optima medicina est. In vulneribus autem neruorum & eis propinquis, ab huiusmodi curationis canone, sicut ab igne fugiendum est: nam si vulnus magnum fuerit, necesse est medicinam nimis desiccatiuam apponi: si paruum, parum desiccatiua sufficiat medicina. In vulneribus concauis quę fiũt cum deperditione substantiæ, intentio nostra est, vt caro deperdita generetur. Hoc autem non fit, nisi cũ vbertate cibi sanguinem generantis, & administratione medicinarum, in quibus cum mundificatione virtus exiccatiua consistat: & omnis medicina, quæ sine mordicatione exiccat, teste Auicen. de genere eorum est, quæ faciunt nasci carnem. Nos vero illum peritum medicum secuti, qui solo vino & ligatura omnia curabat vulnera, dicimus vinum omnium vulnerum,

nerum, inquantum vulnera, fore optimam medicinam: qđ ſic probo teſte Gal. & etiam Auicen. Omnia vulnera ad hoc vt ſanentur, oportet vt deſiccentur. Igitur aut vnguenta, aut pulueres apponemus. Si vnguenta: propter oleũ vel aliud vnctuoſum, plus mollificant, quam deſiccant: vnde Gal. Oleum & cętera vnctuoſa labefaciunt et maculant vulnus. Si vero apponas pulueres, ſuperficiem deſiccant, & ſaniem incarcerant: quare ſanies vulnus corrodit, & auget. Ideoqꝫ medicinã oportet eſſe non ſolũ deſiccatiuam, ſed etiam lauatiuam: tale autem eſt vinum. Idcirco dico: ꝙ in omni vulnere etc. In vulneribus autem & vlceribus, in qbus quod deperditũ eſt, nihil eſt aliud, niſi cutis: adminiſtrari debet vehementer exiccatiuã & ſtypticam medicinam, quale eſt, galla, lithargyrus, teſtæ oſtrearum vſtæ, radix liliꝫ cum melle ro. & cortices granatorum. Sanguinolentis uulneribus et recentibus, quæ aeris diſpoſitio non mutauit: in quibus neqꝫ carnis ſubſtãtia, neqꝫ cutis perdita eſt, nihil aliud eſt neceſſe, niſi vt eorum extremitates, ſicut naturaliter fuerant, adinuicem coniungantur: & puluillis vino calido madefactis, et faſcia artificioſe ligentur, ſi caro naſcatur ſuperflua: tunc medicinam acutam ſuperponas: quæ neceſſario calida eſt & ſicca. Si fuerint vlcera putrida, quibus acuta non conferat medicina, ignis adminiſtrandus eſt.

*De figuris uulnerum, & cura ipſorum, & modo ligandi.* Cap. IIII.

OMnia uulnera carnoſa recentia, ſicut dictũ eſt, cõmunicant in retentione ſanguinis, ſi ſuperfluat, quia fluxus ſanguinis cõfert vulneribus, & prohibet apoſtema. Quapropter in magnis vulneribus, oportet phlebotomiam fieri, ſi vulnus ſit in mẽbro, a quo ſanguis debuit fluere, & non fluxit. Omne enim vulnus recens excepto vulnere ven[illegible] debet ſanguinem emanare. Si vulnus fuerit ſectio de quo ſicut dictum eſt, nihil cecidit: ſufficit ſtrictura, & decens ligatura prohibens ſanguinem & aquoſitatem ab eo. Et caue ne intra labia vulneris quicquam cadat: & cõſerua complexionem & compoſitionem membri: & ſolicitus ſis vt ad membrũ nihil aliud præter ſanguinem naturalem attrahatur. Omnibus autem vulneribus, quæ ſola ſunt, non habentia ſaniem vel concauitatem, neqꝫ dolorem, neqꝫ alium morbum: ſolũ medicina ſibi conueniens apponatur ſeparationẽ cõiungens. Et ſi fuerit ſectio magna, neqꝫ concurrant extremitates ipſius, quoniam ſunt rotundæ elongatę aut diuerſæ figuræ, aut deſtructa eſt ex eo caro pauca non plurima: tunc eius cura eſt ſutura, & prohibitio aggregationis humiditatis in ea cum adminiſtratione exiccantium repercuſſiuorum, & ſubtiliantium quæ dicemus. Et ſi fuerit profunda: tunc ſtrictura & ligatura facit ea adhærere multoties: et fortaſſe neceſſarium eſt detegere & findere, & proprie vbi ſtrictura non cadit ſuper radicem profundi: quare ſit ingeniũ tuum inquantũ poſſibile tibi fuerit, vt partes in profundo vulneris conſtringãtur: ne fiat in eo aliqua collectio ſeu aggregatio ſaniei: quod ĩ omni vulnere potiſſime cauẽdum eſt. Et ſi fuerit neceſſarium, ponatur cotum ſuper orificium exiccans illud. Et dico ꝙ vulnus nõ indiget, niſi ligatura aggregãte labia, qñ quæritur adherẽtia & incarnatio ſuper illud. Vulnera q̃ cõcauitatem ſub cute inuiſibilem habẽt & ſanioſa exiſtũt,

A oportet ſiue per cõcauitatis inciſionẽ, ſiue perforationem, ſiue per alium modũ, vt ſanies defluat: nec intus reſideat, procurare. Inciſio autem qualiter faciẽda ſit, natura loci, & magnitudo vulneris demonſtrabit. Si vulnus in latitudine lacerti fuerit: neceſſario eius labia erunt valde remota. Idcirco illa fortiter cõiungas, & ſuas, & ingenioſe liga, & ſicut dicit Auicẽ. in hoc caſu neceſſariꝫ ſunt puluilli trianguli: quia ſicut dicit, cum illis labia melius aggregantur: non tamẽ expertus ſum illos, ſed quadratis potius vſus ſum illum peritum virum ſecutus. Vulnus qđ fit in latitudine lacerti, ſi ligamentum incidat ab vtroqꝫ lacerti capite, non oportet ſui. Vulnus autem quod interius penetrauit, neceſſario magnum erit. Idcirco cum linteo ab vtraque parte incipias: & labia vulneris vſque ad profundum ipſius cum omni ſubtilitate in-

B genioſe optime ſimul ſtringas. Si vulnus in carne multum interius penetrauit, & in longitudine multũ tetendit: dupliciter magnum erit: & plures intentiones curam oſtendunt ipſius. Prima eſt partium cõiunctio: propterea labia optime debent ſtringi: deinde profunde ſui. Secunda eſt vulneris deſiccatio. Idcirco ſicciſſima medicina ſibi adminiſtranda eſt. Tertia eſt conſeruatio: quare bene decenter & artificioſe ligetur. Si uideas uulnus multis modis compoſitũ, & ſignificationes eius diuerſa oſtẽdunt: inquire vtrũ ſignificationes ſint contrariæ: nam ſi cõueniant, vna erit intentio: ſi autem ſint cõtrariæ, inueſtiga eas, nec feſtines. Si vulnus fuerit concauum, & neceſſe fuerit vt caro naſcatur: ſufficit vt in vulnere ſit orificiũ: ex quo ſanies naturaliter effundat: aut tu figura ipm tali figura. Hæc eſt, vt profundum ipſius ſit ſuperius,

C orificium autẽ inferius: vt in vulnere nulla ſordities morã trahat. humiditas enim impedit, ne caro in vulnere generetur. Qꝫ ſi fieri non poteſt illud, & humiditates aggregantur in vulnere, ſi fuerit poſſibile, perforetur. Prædictus autem vir magiſter meus, nunquã tales concauitates ſeu cauernas in vulneribus perforabatur: quinimo cum medicina attractiua mundificatiua, & exiccatiua, & ligatura decenti, quam optime facere nouerat, omnes tales cõcauitates mũdificabat, exiccabat, & citiſſime liberabat. In omni vulnere ſi calidum fuerit apoſtema, ſeu eryſipelas vel altera ægritudo: intendas vt illam ægritudinem primo cures: poſtmodum cura vulnus. Et omne vulnus vt ait Hip. habens eryſipelas ad hoc vt ſanetur, oportet ut totũ corpus cũ pharmarcia purgeꝫ. Oportet, inqt, vt trahamus materiam ad loca oppoſita per antiſpa-

D ſim. Nã ſi vulnus eſt in ſuperioribus: venter inferius cum ſolutione purgetur: ſi vero inferius eſt, ſuperius cum vomitu educatur. Apoſtema ſi cum vulnere fuerit, vulnus non conſolidatur, niſi prius apoſtema ſedetur. Apoſtema quoque non ſedatur, niſi cum eo in quo eſt exiccatio & infrigidatio in primo gradu: et mundificatio in ſecundo. Apoſtematis etiam cura cu retur. Diſpoſitionẽ autem apoſtematis diligenter cõuenit obſeruare: quia ſi appoſito vnguento calido videris vulnus rubere, conuertaris ad frigidum: & ſi appoſito frigido videris locum albere & indurari, ad calidum te conuertas. Vulnera vero, vt ait. Gal. quæ fiunt cum ferro acuto ſicut enſe & ſimilibus: poſſibile eſt ut cum medicina cicatrizatiua prohibeantur, ne ſaniem faciant aut virus. Si ictus carnem concuſſerit, feſtinanter ſaniem procuremus. minor enim erit

timor, ſi ſanies celeriter generetur. Neceſſe eſt enī, ſicut dictum eſt, vt caro cōtuſa putreſcat, & in ſaniem reſoluatur: deinde fiat regeneratio nouæ carnis. Cauēdum etiam eſt ne medicina deſiccatiua ponatur. Nullum enim vulnus deſiccandum eſt, in quo volumus ſaniem celeriter generari: & quia omne quod putreſit, mediantibus calore & humiditate putreſcit: neceſſe id cataplaſmare oleo, farina quoq; hordei, & aqua miſtis, & frequenti fomento aquæ calidæ: tetrapharmacon quoq; & omnibus calidis & humidis cataplaſmemus & embrochemus, vbi quærimus ſaniem generari. Omnes enim antiqui curabāt tumores iſtis appoſitis medicinis. Dico ergo ꝙ omnia vulnera debent deſiccari præter contuſa: quoniā membra in quibus calida ſūt apoſtemata, calidis ſunt & humidis emplaſtranda. hoc autem non fit niſi ad mitigationē accidentium ipſorum: quia illa cū quibus curamus apoſtemata calida, virtutem deſiccatiuam habent. Cataplaſma autem hordei in apoſtemate calido medicina mitigatiua eſt: non ægritudinis deſtructiua. Hic generaliter notandum, ꝙ vulnus capitis cum fractura cranei, vulnus thoracis, & inteſtinorū, vnctuoſas nō recipiūt medicinas. Si vero vulnera vel vlcera cū mala complexione reperimus: tunc contraria cōtrarijs curamus: ſicca videlicet cum humidis: calida cum frigidis. & ſic de alijs. Oportet tamen in omnibus cōplexionem corporis & membri vulnerati diligentiſſime cuſtodire.

Ligaturæ modus in omni vulnere talis eſſe conuenit: quod ſemper a loco infimo incipiat, & tendat ad partem ſuperiorem: alia quoq; faſcia a loco ſuperiori incipiens, tendat ad locum inferiorem. ſuper locum vero læſum fortius conſtringatur: & quanto magis elongatur a loco infimo, tanto magis relaxetur. Cū hac nāq; ligatura ſanguis ad locum infimum tranſmitti non poteſt: & humor etiam tranſmiſſus exprimitur. Idcirco vulneris apoſtematio euitatur: hoc idem poteſt fieri cum vna faſcia, ſi plures non habeantur. Et notandū ꝙ ligatura fit in vulnere propter tres voluntates. Prima eſt, vt partes uulneris iam coniunctas conſeruet, materiam ſanguinis prohibendo: ne ad locum tranſmiſſa uulneris apoſtema faciat et dolorem. Secunda, vt puluillos vſq; ad tempus mutationis retineat & conſeruet. Tertia, vt ex vehementi conſtrictione ipſius apud profunditatem, & ex relaxatione in orificio, vbi illud neceſſe eſt vulnus, virus exterius expellatur. Si autem adeo magnum fuerit, ꝙ ligatura non poſſit partes ſeparatas adinuicem aggregare: tunc adminiſtra ſuturam: quoniam, ſicut dicit Gal. in techni, In curatione carnis quatuor cauſæ requiruntur. Vna eſt aggregatio partium diſiunctarum. Secunda, vt per ligaturam vel ſuturam ipſa aggregatio cōſeruetur. Tertia, vt cuſtodiatur, ne aliquid inter labia vulneris cadat. Quarta, vt conſeruetur membri ſubſtantia ſecundum ſanitatē ſuam, ſcilicet vt conſeruetur eius complexio naturalis cum medicinis & cibis, ſicut dicetur in capitulo de medicinis facientibus naſci carnem. Partibus igitur ſecundū figuram debitam collocatis, cutis ſuperficies ſuatur taliter, ut mēbrum remaneat ſecundū naturalem diſpoſitionē ſuā: et nos omnia illa ſpecificabimus in locis proprijs. Nō enim intendimus hic, niſi ſub quadā generalitate tractare: quia in locis ſuis dicemus per ordinem: quomodo in ſingulis membris debeant huiuſmodi exerceri.

E Et ſi veriſimiliter dubitatur ꝙ vulnus abſq; ſanie plurima, ſanari non poſſit: tunc vna extremitas uulneris, decliuior ſcilicet, dimittatur aperta. Ego tamē de propria confiſus experientia, partes vulneris omnes claudo: & puluillis ex vtraq; pte, et ſupra primo balneatis in vino, ſicut dicetur, decenter collocatis, cum decenti & artificioſa ligatura ſine alio medicamine conſolidare procuro. Cauendum valde eſt volenti ſolidare vulnus, ne aliquod medicamē humidum apponatur: appoſitio nāq; humidi diſſolutionem vulneris operatur. Puncta dimittantur in vulnere quouſq; vulnus videris incarnatū. vulnera enim in aliquibus velociter, in alijs tardius incarnantur. Sutura facienda eſt ſecundū vulneris quantitatem. debet enim fieri in magno vulnere profundior, quam in paruo. Inquit Gal. Si ſutura adeo ſtricta fuerit, vt dolorem ge-
F neret, faciet apoſtema & tumorem. Et ſi multum fuerit debilis, partes vulneris non cōiunget. In capite vero nunquā ſutura faciēda: quia optime ligari poteſt: quomodocunq; fuerit vulneratum. Si a principio non fuiſti: & vulnus iam ab aere alteratum fuerit: tūc latera cum inſtrumento aliquo renouentur: et ſanguinolenta fiant: vt melius coniungantur: & ſic ſuatur: & cum medicamine incarnatiuo curetur.

Medicamen incarnatiuum, ſicut iam dictū eſt, vulneri concauo nō congruit: ex eo ꝙ exiccando prohibet materiā: vnde carnis generatio expectatur: ſed cōgruit ei medicamen faciens naſci carnem: donec partes ſeparatæ integre coniungantur. Dixerunt Galenus, & Auicenna, & alij ſapiētes veteres: ꝙ quando perforantur vulnera, non eſt rectum vt approximetur eis aqua: et ſi aliqua cauſa rogat balneari, tunc tegatur
G vulnus cū ſperadrapo facto de cera, oleo, & terebinthina: vt aqua balnei vulnus intrare non poſſit. Et ſcias ꝙ vulnus concauum cum deperditione ſubſtantiæ, vt dicit Gal. non ſimplicem, ſed duplicē nobis morbum inſinuat. non enim ſolum carnem, verum etiam cutim amiſit: quare oportet nos ei dupliciter ſubuenire: quoniam in duplici paſſione curationis intentio duplex eſt. Prima, ut carnis concauitas ſecundū menſuram debitam repleatur. Secunda, vt cutis deperdita reſtauretur. Si uero id quod deperditū eſt, nō eſt aliud niſi ſola cutis: tūc ab ipſo principio ſolū medicamē ſtypticū congruit: vt loco cutis, caro dura naſcatur: quoniā, vt inquit Gal. materia cutis eſt ſperma: cuius quantitas in corpore parua eſt: quare ſecundū primam intētionē non naſcitur: ſed loco eius, vt diximus, caro dura, ſuper quam nō oritur pilus.
H Quod ſi contingat ꝙ caro ex vulnere ſit dependens, ita vt parū ſe teneat, omnino incidatur: deinde medicamen carnis generatiuum celeriter adminiſtra.

Quia ex mala diæta et inordinata interdum apoſtema et virus in vulnere generatur: quare fortaſſe membrum ad putrefactionem deueniet: idcirco valde cauendum eſt a malis cibis, ſicut piſcibus, caſeo, carnibus vaccinis, & alijs carnibus groſſis, & aqua, & ſimilibus. Iſta enim ſunt quæ in vulneribus generant ſaniem atq; virus. Sed in principio ſicut & ſemper vtantur bonis cibis, & vino, bonichymi generatiuis: utantur tamen in principio temperate multum: & caueāt a ſocietate, ne generetur calidum apoſtema. Poſtquā autem de apoſtemate calido fuerint ſecurati, in cibo poterunt dilatari. De cura uero calidi apoſtematis faciemus capitulum ſpeciale.

De

*De causis uulnerũ, quæ tarde sanatur, & eorũ cura* Ca. V.

CAusę quare vulnerũ sanitas tardatur, sunt multæ: aut etiã tardatur propter malã complexionem mẽbri uulnerati: aut propter sanguinem corruptum ad mẽbrum vulneratum fluẽtem: aut propter ipsius sanguinis quãtitatẽ seu qualitatem. varices etiã impedimentũ porrigunt nõ modicum: nõ nunquam magnitudo splenis & hepatis: aliquãdo sola membri vulnerari defectio, quę quidẽ nõ est nisi ex superfluitate. item mali humores totius corporis maxime vulnerum impediunt sanitatẽ: similiter abundantia humorũ: caro etiam vulneris aliquando mutatur secundum quantitatẽ tantum, aliquãdo cum duritie. Quare in vulneribus difficilis consolidationis, oportet medicum diligenter inspicere, utrum tantum vnum vel duo vel tria conueniant prædictorum.

Mala cõplexio carnis in qua est vulnus, aliquando fit ex caliditate: aliquando ex frigiditate: aut siccitate: aut hũiditate. Si ex caliditate fuerit, signa sunt, rubor, calor, nimia sanies, & subtilis: frigiditatis signa ecõtrario: si de siccitate signa sunt, durities, asperitas, pauca sanies: humiditatis signa sunt, mollicies, & sanies multũ grossa. horũ etiã notitia ex colorę carnis, tactu, & ex eo quod infirmus sentit, accipitur, & ex quiete medicaminis calidi seu frigidi appositi super vulnus. Et tunc contraria cõtrarijs curantur: videlicet si dura et sicca fuerit, cũ aqua calida & temperata, donec rubea fiãt, & tumefieri cœperit, fomẽtabis: si amplius fomẽtaueris, amplius quod coadunatũ fuerit, dissoluetur: & materia multa cũ nocumento trahetur ad mẽbrũ. Medicinã quoque humidiorẽ ea quæ ponitur in sana carne, fore necesse est. Si caro humidior naturali fuerit, sicciori medicina, sicut bolo, aceto, & similibus procuretur: & custodiatur ab aqua: vino enim lauetur, si lauari necesse fuerit, vel aceto. Similiter si caro calida fuerit, cum frigidis stypticitatem habentibus: sicut cum succo solatri, vel aceto, aut aqua decoctionis corticis malorũ granatorum, & similiũ, infrigidetur. Si frigida fuerit: cũ vino calido & similibus calefiat. Si durities in vulnere extra naturã fuerit: oportet vt primitus eam cures. Si labia vulneris mutantur in colorẽ viridem vel similẽ, aut in duritiem: cũ medicamine acuto tollãtur: vel si magis videbitur: donec ad carnem sanã peruenias, incidantur. Si mala caro crescat in vulnere: medicamen corrosiuũ vel acutum, sicut ipsius requirit malitia, administrandũ est, donec penitus desiccetur. nihil enim in carne addita operatur natura: idcirco cum eam vis euellere, ipsius adiutorium non expectes, sicut in carnis nascentia expectatur: quare oportet ipsam artificialiter extirpare. Multoties ĩ profundo uulneris alicuius ossis vel ligni, vel alicuius alterius, sicut vidi frequenter, frustulum continetur: cuius acuitas carnem pungit: & aliquãdo nõ pungit: quare vulneris sanitas retardatur: tunc in extrahendo ipsum cũ omni facultate studiũ impẽdatur. Quãdo propter defectionẽ membri sanitas retardatur: emplastrũ de sinapi vtile est: & frequenter post illius appositionem cito sanãtur. Cauendũ tamẽ est ne in causa sint humores calidi & acuti: apponendum etiam non est ante corporis mundificationem: ne humores defluant ad locum. Maximum enim nocumentum infert si corpore non mundificato mẽbrũ cum acutis & calidissimis procuretur: nam huiusmo-

A di medicina a toto corpore trahit humores ad membrũ sicut ventosa sanguinem: eos sibi adeo firmans, ꝙ cum difficultate postea remouentur. Quare prius corpus mundifica: postmodũ morbum abijce cũ acutis & fortibus medicinis. Quando vulnus tardatur, et secundũ modum prædictum in spatio longi temporis non recipit sanitatem: tunc ipsius cura, curatio vlcerum est.

*De uulneribus chronicis.* Cap. VI.

VVlnera ex diuturnitate sua monstrantur pessima, & membra vulnerata malitia non carere. Quare si solum mẽbrum vulneratũ malam qualitatẽ habeat: curã adhibeas sibi soli. Si corpus malis humoribus abũdet, quod vulneris diuturnitas indicat: purga illud. Si materia toto corpore ad vulnus defluat:
B Hip. sicut dicit Gal. cum pharmacia purgari præcipit totũ corpus. Catharticum enim, sicut ipse ait, utile est vulneribus corrosiuis, deambulantibus, se dilatantibus, & cæteris alijs quae fiunt cum qualibet diuturna. unde Hippo. sicut Gal. ait, ostendit ꝙ omnia vulnera quæ molesta fiunt, phlebotomia & solutio ventris iuuant. Vulnera rotunda & concaua, vt idem dicit: oportet vt secundũ rotũditatem totam, partes remotas incidas. Similiter si fuerint petrosa & dura; labia incidantur. Omne vulnus corrosiuũ, pessimum: & causa eius pessimi, sunt humores. Vulnera quæ repunt et dilatantur: fiunt propter cholericam materiã: sed nõ omnia vulnera diuturna fiunt ex his: proinde Hip. mandat ꝙ in omnibus solutio ventris fiat. oportet, inquit, ꝙ ad loca opposita trahamus materiã per antispasin. Vlcera dura versus viriditatem et nigre
C dinem tendentia, sunt mala. Quãdo vlceribus malis associatur color corporis malus: sicut albus plumbeus aut citrinus: tunc illud significat corruptionem complexionis hepatis, & corruptionẽ sanguinis qui venit ad vlcus: quare ipsius sanitas retardatur. Vlcera generata successione ægritudinũ, sunt mala: quoniam natura expellit ad ea residuum corruptionis superfluitatũ. Vlcera deficientia pilos qui sunt in circuitu, sunt mala. Melius signum salutis ulcerum est sanies alba, leuis, æqualis, bene digesta. Vlcera quæ accidere faciunt spasmum, & vlcera putrefacta, scrofulosa, corrosiua, cancerosa, & quę cursu currunt eorũ: sunt illa in quibus sanies minime generatur. Si fiant vlcera mẽbris neruosis vicina: sicut vlcera quæ fiunt in vicinitate dorsi et nuchę, & vlcera quę cadũt in anteriori parte coxę & genu: quoniã ipsa sunt sicut
D lacerti neruosi: res conuertitur ad spasmũ & permistionem etiam rationis. In pueris, senibus, & pregnantibus, difficilis est cõsolidatio vlcerum propter complexiones ipsorum, & etiam in hydropicis. In omni vulnere aut materia defluit: aut iam cessauit. si cessauit, oportet vt inquiratur, si membrum sit viride rubeum siue nigrum: quo taliter existente scalpellis sanguinem extrahamus: & mox spongiam siccam non humidam imponamus: deinde cum medicina desiccatiua curatur. tandem si necesse fuerit iterum extrahere sanguinẽ, fiat illud quousq; sanetur. Inquit Gal. prohibet, inquit Hippo. sanari uulnera sanguinis putrefactio: & cum fluit a vulnere sanguis, fit siccius: & omne siccum vicinum est sano. Cum propter putrefactionem sanguinis, aut propter varices, nigrescunt circunstantia vulneris: quia vari-

ces illi materiam subministrant: vulnus non sanabi-
tur, nisi prius illa curentur: deinde sicut dictum est, to
tum corpus vulnerati cum pharmacia purgetur. Spe
cialiter autē si mēbrum corrumpi incipiat, uel rubicū
dum vel aliter fieri: vel si fiant vlcera corrosiua.

*De omnibus diuersitatibus ulcerum, & de cura ipsorum.* *Cap.* VII.

VLcera teste Auic. generantur ex vulneribus, et
apostematibus corruptis, & pustulis: sicut enī
supra dictū est, postquam solutio cōtinuitatis saniem
facit plus quā oportet, et pus ex omni parte sui: vlcus
nominatur. Inquit: & nō facit pus, nisi quia cibus qui
ad eā transmittitur, conuertitur ad corruptionē pro-
pter debilitatem mēbri: in quo est continuitatis solu-
tio: aut propter emplastrum vel vnguenta mollifica
tiua & lenificantia mēbrum humiditate & vnctuosi-
tate sua. Pus subtile, virus: grossum, sanies nomi-
natur. Et uirus generat̄ ex subtilitate humorum aquo
sorū & calidorum, & multiplicatur cum generatio-
ne apostematis. Sanies autē generatur ex humorum
grossicie: & eget abstersione, sicut virus exiccatione.

Vlcera aūt sunt profunda: aut sunt apparentia con
caua: & quæ sunt profunda, si caro circūdans ipsa, sit
indurata, nominatur fistula, quoniā est sicut canna pe
netrans in mēbra: aut non sunt indurata, & nomina-
tur cauerna: eorū autem quædam sunt munda: quędā
ī munda. Immunda, quia in eis est superfluitas humo-
ris: quamuis non sint mala: & ex eis sunt virulenta, &
sordida: & sunt minorata a nutrimento, & sunt cor-
rosiua, & sunt putrida, & sunt difficilis cōsolidatiōis.

Vlcera vero plana æqualia indigent tantū, vt cōso
lidentur cū eo quod mordicationem non habet: qm̄
mordicatio consolidationem prohibet.

Vlcera profunda indigent, vt carne repleantur. ue
rū, sicut testatur Gal. caro generari non po
test nisi ex sanguine per omnia membra corporis ad
sui nutrimentum disperso & assimilato. hic enim ex
attractione fiunt materię. Quare oportet cōplexionē
mēbri in quo caro creanda est, atq; complexionē to-
tius corporis custodire: atq; cum vbertate cibi boni
chymi generatiuū ministrare infirmo: & cum medi-
cina vehemētis exiccationis curare vulnus. Inquit. n.
Gal. quanto magis uulnus profundius est: fortiori in
diget exiccatiōe. Et quia multus sanguis fluit ad ipm,
necessarium est vt resoluas illū: nec oportet vt ipsius
resolutio sit cum multa caliditate: ut nō resoluat sub-
tile: & grossum quod remanet in lapidē conuertat: et
mēbrum taliter situetur, vt sicut dictum est in capitu
lo vulnerum, sanies naturaliter effundatur: illud idē
cū ligamine procuretur, videlicet q; ligatura profun
dū vlceris cōprimat, & ī orificio relaxetur: & si illud
nō fuerit possibile, tunc sicut dictū est, non est excusa
tio quin vlcus vsq; ad suā secetur radicem, vt nulla in
eo relinquatur absconsio vel cauerna. deīde vlcus cū
ligatura stringatur, quæ incipiat ab orificio, & perue-
niat ad radicē, quæ iā per incisionem detecta est. Et si
neruus vel arteria te vlcus secare prohibent: tunc in
inferiori parte ipsius, si possibile fuerit, proforetur: &
quando non est possibile vt secetur vulnus omnino,
tunc necesse est vt ablutio ministretur. Ex his quæ
lauant vlcera, sunt sicut mel, & proprie cum vino &
aqua cineris ilicis vel vitis mista: & hæc est fortis ablu
tio, quam nō tolerant vlcera parum sordida: & aqua
E maris assimulatur ei quæ lauat & exiccat: & aqua alu-
minis est lauatura repercussiua & exiccatiua. Idcirco
prohibet illud quod ad mēbrum attrahitur. Prędicta
tamen administranda nō sunt, si cū vlcere fuerit apo-
stema. deinde facta ablutione, medicina carnis gene-
ratiua intromittenda est. Vlcera profunda in qui-
bus est absconsio vel cauerna medicinę carnis genera
tiuæ non mundificant mundificatione aliqua: neq; in
eis faciunt nasci carnem: nisi fiant currentes lauatiuæ,
vt veniant ad profunditatē cum iniectorijs & clyste-
ribus: aut mittantur si possibile est, cū tentis. Et quan-
doq; in curatione quorundam vlcerum, oportet vt
fiant viscosæ adhærentes. Inquit Auic. Et nō opor
tet vt administretur carnis nascentia, nisi prius mun-
dificetur vlcus, aut trahatur ad ipsum nutrimentū, si
minoratum fuerit, qualecunq; fuerit, & vbicunq; fue
F rit. Cūq; mūdificatū fuerit: custodiatur ab omni mor
dicatiuo et abstersiuo forti. Et oportet te scire vtrū
vlcus cōglutinetur, aut nō. Et significatio q; vlcus cō
glutinatur conglutinatione bona: est paucitas dolo-
ris eius, cū paucitate saniei, & lenitate ipsius: & sanies
optima sicut iā dictum est, est alba, leuis, æqualis, bn̄
digesta: quoniam consecuta est cōplementum dige-
stionis. Inquit. Corpora quę cito recipiunt restau-
rationem vlcerum, sunt melioris cōplexionis cū in-
uentione boni sanguinis: & nō superfluunt in humi-
ditate vel siccitate. Quæ vero tarde suscipiunt restau
rationem vlcerū, sunt corpora humida: licet sint su-
sceptibiliora quā sicca: sicut seniū quidē est: quia cor-
pora senū parum habent de bono sanguine: ī mo se-
num vlcera nō sanantur. Cæterū humiditas infantiū
est naturalis: & nos de humiditate præter naturam lo
G quimur. Ideoq; curatio hydropicorū est difficilis pro
pter superfluitatē humiditatis extraneę: et similiter cu
ratio vlcerū pręgnantiū propter retentionē superflui
tatū: & aliarū etiā mulierū, quibus mēstrua retinētur.

Quamuis de medicinis carnem generantibus inten
damus facere capitulū speciale: quasdā ponimus hic
cæteris pręelectas. Sunt autem cęteris meliores exper
te et pręelectę, centaurea, sarcocolla, plumbū vstum,
antimoniū adustū, limacię adustę, polium, et glutinū
pisciū. Sed oportet amice vt cum omni diligentia
serues, antequam incidas in errorem, ne medicina car
nis creatiua, magis quam oporteat, sit abstersiua: quo
niam si modum excedat, carnem soluit: & sic humidi
tatem auget: quoniam aspiciens stolidus medicus exi
stimat esse virus: propterea in virtute abstersionis ad
dens, carnem destruit, quam debuerat generare. Et si
H gnum quod humiditas illa est ex forti medicina, ma-
ximum est: quia concauitas vlceris maior est solito,
calor, rubor, & humiditas subtilis ad rubedinem ten-
dens, quod prouenit ex liquefactione carnis propter
medicinā, & maxime si patiens sentit arsurā & mor-
dicationē manifestam: q; si illud fuerit, statim minue
de virtute abstersionis.

Vlcera vero virulenta indigent vt in primis admi
nistrentur medicinæ exiccatiuæ quæ mūdi
ficent virus: post quā virus mundificatū fuerit, me-
dicinas carnis creatiuas conuenit ministrari. cū aūt ad
ministratur medicīa exiccatiua, & nō minuitur ex ea
humiditas: immo potius videtur augeri: tunc scias q;
medicina secundum illud corpus non est exiccatiua:
quare conforta eam: & adiuua cum abstersione pau-
ca, sicut melle: et stypticitate, sicut balaustia & alumē,

Q si vlcus superfluat in exiccatione, tunc minue de virtutibus omnibus, scilicet de exiccatione, abstersione, & stypticitate. Ille vero qui hunc canonem ignorat, quomodo curat? est enim ipsius cura peruersa.

Medicinæ quæ exiccant vlcera virulenta, sunt sicut, balaustiæ, gallæ, alumen, cortices granatorũ, cortices thuris, lithargyrus, flores papaueris rufi, farina hordei, ablutio aquæ maris, & aquæ luminosæ congruunt ad exiccationẽ virus. Et de compositis vnguentum mirabile, in quo Auicen. & Almansor cõueniunt, est istud. lithargyrus valde puluerizatus & cribratus cum aceto & oleo, vicissim imbibatur: donec ad augmentũ veniat: & albificetur, et multum intumescat: deinde. Reci. antimonij, æris vsti, balaustiæ, curcumę, uermium terrestriũ, gallarum, san. dra. aluminis, climię argẽti, omniũ, ana quantũ est sexta pars totius vnguenti. puluerizẽtur: & cũ vnguẽto in mortario optime incorporentur, donec bene vniãtur: & Auicen. dicit ꝙ emplastrum ex folijs nucis recẽtibus aut ex nuce sicut est, confert valde: & exiccat humores absq; nocumento.

Vlcera sordida curentur cum medicina abstersionem habente cum mordicatione. In principio tamen incipiendũ est ab eo, quod est fortis mordicationis: deinde gradatim perueniatur ad illud, quod est leuioris mordicationis, quousq; sanies fuerit mũdificata: deĩde medicinã quę carnẽ generet, administra.

Medicinę quæ abstergũt vlcera sordida, sunt sicut iris cum melle, aristolochia cum melle & aceto. Et de cõpõsitis mirabilibus valde est vnguẽtum viride Almansoris, quod carnẽ corrodit mortuam: et est ex eis quæ administrantur in principio: quod est. Re. floris æris, mellis puri, ana vnc. i. ex his simul mistis vnguentũ fiat: si plus ponatur de melle, erit magis debile: si minus, magis forte. Itẽ aliud vnguentum. Re. fęcis olei ro. aceti puri, mellis, ana vnc. i. aristol. longę, aluminis iam. iridis, cerussę, ana vnc. i. viridis ęris, drac. iij. misceantur, & fiat vnguentum: quoniam est mirabile. Et scias ꝙ aristolochia longa, magis conuenit in vlceribus, quam rotunda, quoniã est magis abstersiua: rotunda uero magis cõuenit apostematibus, q̃m est fortioris operationis & subtiliationis.

Vlcera comedẽtia. In cura vlcerum corrosiuorũ, regula est vt corpus mundificetur & membrũ. Et mundificatio quidẽ membri, fit cum vẽtosis, aut sanguisugis appositis super ipsum: et nõ sit dilatio in curatione eorum, ne perducant ad peius: et multoties ambulatio corrosiõis cogit nos incidere mẽbrũ, vt saluetur a corrosiõe. Et scias ꝙ ex vlceribus corrosiuis sunt, cũ quibus nõ est putrefactio: & sunt quæ nõ euacuantur a putrefactione. Ea quæ conferunt vlceribus corrosiuis, in qbus nõ est putrefactio: sunt sicut embrochatiões ex aquis infrigidãtibus et exiccãbus: sicut aq̃ myrti, aqua rosarũ, aq̃ pluuialis, et acetũ. Cũ in eis est putrefactio, tunc aqua cineris et aqua maris conueniunt. Inquit Auicenna. Et melior curatio eorum est administratio stypticorum infrigidatium, exiccantium, sicut sunt cortices granatorum, grana myrti, & semen rosarum, et emplastratio ex folijs acetosæ cum vino bullitis: aut emplastratio ex bolo armenico cum acetosa confecto: aut cucurbita sicca cõbusta eodẽ modo confecta. Et scias ꝙ huiusmodi vlcera corrosiua Galenus formicam ambulatiuam, & ignem persicum nominauit.

A In curatione vlcerum putridorum, mũdificetur corpus vel membrũ: si corpus mundũ fuerit, cum ventosis & sanguisugis: & non tardetur eorum curatio. Tarditas enim addit malitiã. Et cũ huiusmodi vlcera superfluũt in putrefactione: necesse est administrare ignem aut medicinã acutam: & succurratur postea cũ butyro: vt dolor sedetur, & cadat eschara ignis. Et quandoq; administramus sectionẽ, ita vt non remaneat nisi caro sana: cuius significatio est bõitas coloris ipsius. Et fortasse necesse erit, scĩdere membrũ, vt a sua putrefactione saluetur. Et embrochatio conueniens istis vlceribus, est aqua maris, lixiuium, & capitellum, & similia.

Et medicinæ quæ administrantur, sunt caro piscis salita cũ aliquantula mica panis, farina hordei, farina herbi, & aristolochia, & emplastrum de melle cũ cu-
B curbita sicca puluerizata, & emplastrũ de folijs oliuarũ recentibus, aut emplastrum de cepa in vino decocta. Et de compositis medicamen bonũ et expertũ est hoc. Re. attramẽti rubei, drac. xxx. aluminis, corticũ granatorũ, ana drac. xvi. thuris, gallarum, ana drac. xxxij. cerę & olei antiqui quantũ sufficit. Itẽ aliud. Re. plumbi vsti, æris vsti, thuris, cerussæ, mastiches, lithargyri, ammoniaci, opopanacis, ana drac. ij. adipis renũ vaccæ, resinæ, olei myrtini, ceræ, omnium, ana drac. iij. soluenda soluãtur: terẽda terãtur, sicut oportet: deinde simul conficiantur. Et multoties ex materia diffusa ad locum vlceratum, apostema generatur: & tunc nõ differatur solutio ventris, et phlebotomia. Et vomitus testãte Hip. confert. nã ex hoc materia de loco ad locũ mouetur: et epithemetur locus cũ eo quod prohibet apostema, sicut ostensum est in ca-
C pitulo vulnerum.

Vlcera difficilis cõsolidationis, sicut dicit Aui. sunt absolute partes corrosiuæ: & ad vltimum corrosiua putrida, & fistulę, sicut dicit Auic. sunt difficilis consolidationis absq; conuersione: quia præter ista sunt alia difficilis consolidationis. Causa vero ulceris difficilis consolidationis, sicut alias dictum est, aut est malitia sanguinis, aut est inconuenientia medicaminis quo curatur: quod est, quia medicamẽ addit in vlcere propter suam exiccationem aut mundificationem: & significat illud additio contrarij: aut quia corrodit, & profundat propter additionem abstersiõis, sicut iam dictum est: aut quia calefacit plus quã oportet: quare distemperatur complexio carnis, vel infrigidat, aut mollificat, vel desiccat: aut etiam caro addita vel caro dura super labia vlcerũ vel intra est
D in causa: aut os corrumpitur in profundo eorum, vt iam scitum est hic in capitulo vulnerum, quæ tardantur ad sanandum. Caro addita generatur, quando medicinæ generatiuæ carnis, accelerantur ãte mundificationem ipsorum. Caro dura fit in vlceribus melancholicis, secundum plurimum tendens ad nigredinem & viriditatem & grossitudinem: & tunc necessaria est scalpellatio, & extractio sanguinis cum ventosis. Si vero os fuerit in profundo vlceris corruptum, significatur ꝙ vlcus quandoque clauditur, & postea aperitur: & virus ab eo manat subtile: quare oportet vt secetur vsque ad os: deinde radatur, vel secetur secundum quantitatem corruptionis eius: & caue ne de corruptione aliquid dimittas omnino: deinde cum puluere carnis generatiuo curetur. Causa, quare accidit in vl-

ceribus corruptio, est debilitas membri: quare recipit omnem malitiam: & est etiam malitia sanguinis.

Medicinę vero cum quibus curantur vlcera difficilis consolidationis sunt, sicut limatura æris, limatura ferri, flos æris adustus, conglutinatio auri, vitreolum rubeum. Et de compositis est medicamen hoc quod Auic. composuit. Reci. limaturæ æris, limaturæ ferri. ana cōficiantur cū aqua aluminis: deinde argillentur cum argilla rubea: & adurātur in furno: deinde extrahantur & administrentur puluerizata: aut fiat ex eis, & lithargyro, & oleo myrtino emplastrum: quoniā est mirabile. Et scias ꝙ oleū non est administrandū vulneribus, nisi sit oleum vehementis exiccationis, & stypticitatis: sicut oleum ros. oleum myrtinum, & oleum mastichinū, & similia: quoniā intentio curationis omnium vlcerum est exiccatio. Et propter illud sicut iam alias dictum est, cauendū est ne apponas in eis mollificatiua, nisi fiat illud vt dolor sedetur: quia tunc administrantur, licet sint vlceribus contraria. Si vlcus prolongatur, & non sanatur, īmo iam fecit impressionem in mēbro, & corroditur, et putrefit, ac de ipsius substantia quantitas multa destruitur: tunc non expectetur eius curatio nisi secundū profundū: & pręcipue quando est antiquū: vtpote quando iam sex menses pertransiuerunt, vel amplius: tunc iam factum est fistula, vel cancer.

*De medicinis saniē generātibus circa mēbrū.* Cap. VIII.

MEdicamina facientia nasci pus circa mēbrum, sunt, quorum proprietas est vt acquirant digestionem bonam: & oportet vt eorum caliditas sit ęqualis: & vt sint proxima caliditati corporis: & sit in eis inuiscatio aliqua: et virtus eorum sit retinere humorem, calorem naturalē confortando, et materiam confortando, donec digeratur. Et quandoq; reperitur, ꝙ medicina frigida & sicca maturat. Sed scias ꝙ illud nō est ex sui natura: īmo ex accidenti: quoniam sua frigiditate & stypticitate oppilat poros venarum & arteriarū: & prohibet fumositates & spiritus a resolutione: sicq; calore naturali interius confortato, maturat vt solatrum. Et ex medicinis facientibus nasci saniem possunt esse sicut triticum mastichatū, mal uauiscus, semi. lini, fœnugræci, ficus siccę, pinguedo, adeps porci, & similia. Et de compositis quibus in vulneribus vti consueuimus, est istud bonū. Reci. succi apij, succi ebuli, vini, mellis, axungiæ porcinæ, ana farinæ tritici, ꝙ sufficit: quę omnia bene incorporata, tandiu coquantur, donec inspissentur. Item ad idē emplastrum bonum est, quod dicetur in apostematibus post apertionem eorum. Itē embrocha ad hoc. Reci. farinam hordei, & cum aqua & melle conficias: et quandoq; propter necessitatem doloris embrochis prędictis admiscetur crocus: crocus enim competenter maturat, & dolorem mitigat.

*De diffinitione & natura medicaminum, quibus utimur in uulneribus & ulceribus, & de his quæ attendenda sunt circa naturalem complexionem membri uulnerati: & de modo administratiōis eorū.* Cap. IX.

HIc dicamus in primis differentiam nominum medicinarum quæ vulneribus administrātur: vt ipsorum concauitas ad completam redeat sanitatem. deinde secundū sententiam gloriosissimi Gal. et Auicen. & aliorum veterum ordinatim procedam.

E Nota ergo ꝙ inter medicamē sigillatiuum, cicatrizatiuum, & consolidatiuum, omnino nulla est differentia. Similiter nulla est differentia inter incarnatiuū & conglutinatiuum. Inter incarnatiua vero & carnis generatiua & consolidatiua differentia est: & quæ sit eorum differentia scietis per naturam ipsorum, & diuersitatem operationis, & per successionem administrationis, sicut ad præsens dicetur.

Medicamen incarnatiuum, vt dicit Auicē. Est illud qđ aggregat inter duo elōgata: & nō oportet vt operetur nisi in superficie amborū faciens adhęrere ea cū rore: quæ est in substantia amborū. Natura vero eius est exiccatio vehemens absque abstersione: quoniam abstersio non est necessaria intentioni eius. Et intentio eius est facere illud quod colligitur de sanguine, nutrimentum & adhærentiam. Abstersio vero abstergit il
F lum sanguinem: quare fit eius dispersio: & ita consumitur materia conglutinationis: nec indiget diminutione in exiccatiōe: sicut indiget carnis regeneratiuū: quoniam carnis regeneratiuum indiget, vt currat ad ipsum materia: & exiccatio ꝓhibet cursum illius materiei. Incarnatiuum vero non indiget illo: īmo indiget exiccatione fortiori cum pauca stypticitate.

Medicamen consolidatiuum est illud, quod exiccat superfluitatem: quæ a mēbro ad vulnera defluit: vt pura vel munda ab omni sorde existant. Ideoque exiccat superficiem vulneris donec fiat sicut cortex super custodiens ex nocumentis, quousq; generetur cutis naturalis. Est enim eius natura exiccatio vehemēs valde: et stypticitas absq; mordicatione: nec eget vt habeat mundificationem. qm̄ vulnus in quo administratur, non habet saniem, quæ debeat mundifi-
G cari: & ideo in vulneribus saniosis, hoc medicamē apponendum non est: ne, sicut dicit Gal. sanies in vulnere solidetur. Et sic incarnatiuum indiget vehementi exiccatione, & pauca stypticitate. Sigillatiuum vero vehementiori exiccatione, & multa stypticitate: quoniam necesse est vt recuperet quod naturale est vehementioris exiccationis, scilicet cutem, exiccando humiditatem extraneam & radicalem vehementer. Et nota ꝙ consolidatiuum cum auxilio naturæ addit in quantitate carnis vsq; quo consolidet. Gal. dicit ꝙ medicamen cicatrizatiuum naturalem humiditatem in carnis concauitate desiccat. Ideoq; oportet ꝙ multo amplius quam consolidatiuum desiccet: & sic videtur ꝙ consolidatiuum et cicatrizatiuum, sicut dicit Auicen. non sint eadem, sed diuersa.

Medicamen faciens nasci carnem seu carnis genera-
H tiuum, sicut Gal. ait in mega. in primo gradu siccitatis oportet esse, temperatæ scilicet siccitatis & mundificationis: quia si vltra primum gradum extiterit, non solum superfluitates ad vulnera defluentes, verum etiam sanguis qui generandę carnis causa existit, desiccabitur. Oportet enim esse tale ꝙ coagulet sanguinem sanum vehemēter venientem ad vulnus in carnem: & eius natura est exiccatio et mundificatio: non tamē modum excedens sicut iā dictum est. Similiter si fuerit in eo abstersio vehemens, destruet materiam carnis, faciens ipsum currere. Idcirco non oportet ꝙ sit ei fortis abstersio: īmo pauca: ut scilicet sordiciē absq; mordicatione detergat: quoniam mordicatio contraria est eius intentioni: nec habeat stypticitatē oīno.

Consideratio quæ attēdenda est circa coplexionē .i. dispositiēnē mēbri vulnerati & totius

totius corporis atq; vulneris seu ulceris est: quia si mē
brū in sui cōplexione multę fuerit humiditatis, & uul
nus vel vlcus nō multum fuerit humidū: sufficiet tibi
exiccatio pauca ī gradu primo. Si mēbrum fuerit sic-
cum, et vulnus fuerit multę humiditatis: tunc necessa
rium erit id quod in gradu secūdo & tertio desiccat,
vt mēbrum redeat ad suā complexionē naturalē: &
sic intelligendū est de toto corpore: quia licet curatio
rei quę est extra naturā, per cōtrarium fiat: res tamen
similis, sicut dicit Gal. debet cū similibus custodiri, iu
xta illud Damascen̄. Emplastra atq; unguēta secundū
vicinitatē qualitatis & similitudinis & cōplexionis il
lius mēbri cui apponūtur esse oportet. Igitur sicut
diximus, si cōplexio mēbri fuerit sicca: medicinā de-
siccatiuam cōuenit ministrari. Si vero fuerit humida:
parū desiccatiua necessaria est. Verum si vulnera fue-
rint essentialiter multū humida: medicina siccior pro
curetur: hoc est cōtraria contrarijs curētur. nā omne
simile gaudet suo simili, & augmentatur ab eo: & id
est contrariū nostrę intentioni ex parte rei extra natu
ram. i. morbi: qm̄ nostra intentio est, vt morbus cu-
retur & nō augmētetur: sed ex parte rei naturalis, nō
est ei contrariū, scilicet ut augmētetur per simile: imo
est cōueniens. Q. si duo vulnera reperiuntur in sanie
similia: quorum vnum est in corpore humido: aliud
est in sicco: illud quod est in sicco corpore, oportet
amplius desiccare. Quapropter thus & similia in hu-
mido corpore debēt administrari: qm̄ eorum exicca
tio pauca est. Ea vero quę sunt sicut aristol. iris, et simi
lia, quorū multa est exiccatio, siccis corporibus sunt
cōuenientia: qm̄, sicut dicit Gal. carnē quam generari
volumus; conuenit carni totius corporis similari.
Qualitas vero & quātitas cōplexionis in libro cōple
xionū Gal. reperitur. Appositionis quātitas nulla-
tenus, sicut Gal. testatur, describi posset: sufficit vt tm̄
sibi administretur, quantū naturę vicinius est. Natu-
ra quidē ex rebus sibi vicinioribus adiuuatur: quod
minus est supplens: quod superfluum expellens, nisi
modū nimis excesserint. Modum enim quorumcūq;
alias cōueniāt nimis exeuntibus necessario natura de-
ficit. Verum artis frequētatio, & lōgitudo temporis:
quæ sunt propinquiora demonstrant.
Cum autē medicinā carnis generatiuā administra-
ueris: & caro nō nascitur: tunc medicina aut est vltra
modū desiccatiua: aut minus quā oportet. Et signifi-
catio, qm̄ medicina in exiccatione modū excedit: est
qm̄ vulnus purū et siccū apparet. Si vero carnosum,
putridum, & humidū apparet: patet appositā medici
nā debilem siccitatē habere. Quapropter si medici
na nimis fuerit desiccatiua, secūdū quantitatē quę mi
nuat, superfluū humectetur. Et similiter si fuerit debi
lis, addatur exiccatio: et ex illis quę minorant virtutē
exiccatiōis in medicina, est additio ī cera et oleo eius,
si fuit emplastrū vel vnguētū. Et ex eis quę addunt in
eius exiccatiōe est, vt ingrossentur, & inspissentur, &
minoretur uirtuositas, aut addatur, sicut mel. Simi
liter cauendū est ne medicina in calefactione aut infri
gidatione modū pertrāseat. Vulnus. n. cū fuerit in su-
perficie calefactū, rubet & calet. Si vero frigesit, con
traria significatio reperitur: quare oportet te necessa-
rio medicinā aliā adhibere. Errāt ergo medici qui om
nia vulnera cum vno se credunt vnguento curare.
Præterea sciendum est q corpora humida sunt pue-
rorum, adolescentium, mulierum, & eunuchorum,

A & eorum quibus carnositatis & pinguedinis adest cō
pia: sicca vero contraria intellige. Similiter mem-
bra sicca sunt, quibus parū carnis & pinguedinis est,
sicut aures, & nares, oculi, nerui, digiti, & similia. hu-
mida vero sunt e contrario.

Modus administrationis prædictorum medicamē
nū talis debet esse: videlicet uulneribus cō
cauis, in quibus est caro deperdita: primo debet admi
nistrari carnis regeneratiuū: pręcedēte tm̄ mundifica-
tione si cōtingat sorditiē ibi fore, carne cū quātitate si
bi necessaria generata administrādū est sigillatiuū, vt
cicatricē inducat. In vulneribus autē, in quibus qd
deperditū est, nihil est aliud nisi cutis: a pricipio vsq;
ad finē sigillatiuum necessariū est. Verum incarna-
tiuum nō sequitur ordinē carnis regeneratiui uel sigil
latiui: neq; ipse sequatur ordinē eius: quod est; quia in
B vulneribus, in quibus administratur incarnatiuū: il-
lorū administratio, neq; ante ipsum, neq; post neces-
saria est: qm̄ in vulneribus ipsis, nō est necessarium ut
caro generetur: neq; vt cutis solidetur. Vulnera ergo
in quibus huiusmodi administratur incarnatiuū: sunt
vulnera recentia et sanguinolenta: in quibus admini-
stratur, postquam labia elongata secundum naturalē
modum suum fuerint bene coniuncta.

*De medicinis incarnatiuis.* Cap. X.

Medicinę incarnatiuę de quarum bonitate, ex-
perimento, ratione, ac testimonio veterum
sum confisus: sunt sicut cortices palmæ, folia arno-
glossæ, folia caulis, folia malorū, folia cypressi, et rami
eius, folia pentaphyllon cū melle, glutinum albotin,
nux recens contrita cum aqua et sale aut uino bullita,
D & folia acetosę, et puluis molēdini, et hordeū adustū.
& proprie corporibus senū. flos sorbę, herba caudæ
ęquinę, lac etiā acetosum mirabiliter cōglutinat ma-
gna vulnera. Et de oleis bonū est myrtinum, & ros.
Et de cōpositis est medicamē Auic. de lino: & medi-
camē qd ponit Albu. est mirabilis cōglutinatiōis: qd
est. Re. olibani, par. i. san. dra. par. ij. calcis nō extinctę
par. iij. Inquit: et qn̄ nō sunt in pręsentia tua, olibanū,
& san. dra. sola calx perficit illud. Item aliud quod
carnem generat, & recentia vulnera conglutinat, exi-
stens mirabile. Re. olibani, aloes, sarcocollę, sang. dra.
terantur, & vulneri superponantur: & desuper ligen
tur: est enim valde mirabile.

*De medicinis facientibus nasci carnem.* Cap. XI.

Medicinarū facientium nasci carnē: quędā sunt
C leues in exiccatiōe: & quędā fortiores eis: quę
sunt leues, in humidis corporibus administrātur: qm̄
propter paucitatē suę exiccationis in corporibus sic-
cis carnē minime generabunt. Illa aūt quę sunt vehe-
mētis exiccatiōis, in siccis administrātur corporibus,
sicut iā dictum est. Et medicinę quidē leues sunt, si-
cut olibanū, mastiche, myrrha, aloe, colophonia, fari
na fabarum, farina hordei, & similia. Medicinę for
tiores prædictis sunt, sicut aristol. adusta, climia adu-
sta, dragaganthum adustum, iris, farina lupinorum,
farina orobi, & his similia habentia proprietatē faciē
di nasci carnem. Sed qualitas faciendi ex eis vnguē
tum est vt liquefiat cera cū oleo cōi, deinde superpo-
nantur pulueres medicinarū: & fiat ex eis vnguentū:
& necessitas quæ prouocat nos ad oleum & cerā, est:
qm̄ sicut dicit Auic. Medicinę siccę sicut lithargyrus,

& aliç minerales, nō deſcendunt ad profundum: neq; penetrant in poros. verum cū ex eis fit vnguentum, curſus olei facit eas ſubmergere et penetrare vſque ad locum volitum. Et ex medicinis carnem generantibus et cōglutinantibus ſecundū magiſtrum Hugonem prędictum uirū peritum, nihil laudabilius bono vino: bonum vinū enim, ſicut dicit Phy. quaſi nullo medio verteur in ſanguinē: generandę aūt carnis materia eſt bonus ſanguis: generās aūt & quaſi artifex eſt natura: quare dico quicquid alij cātent, ꝙ in duobus oportet principaliter chirurgum volentē curare vulnera, ſpem habere: in illo primo, & præcipue in cuius manu vita & mors cōſiſtit, qui percutit, & ſanat, vulnerat, et medetur: ſecundario in natura: vnde cū natura abſq; nutrimēto boni ſanguinis generatiuo tam in paruis quā in magnis vulneribus nihil perfecte valeat opari: oportet cibaria laudabilia boni chymi generatiua, ſicut dicitur, miniſtrare īfirmo, ut natura ſufficiens ſit ad carnis generationem, vulneris conglutinationem, & continuitatē perfectiſſime reducēdam: & omnes fere chirurgi ſtolidi hoc ignorant. indicunt enim diętam et abſtinentiā uulneratis: ac ſi febrem cōtinuam paterentur. Quis enim maior error eſt: quam depauperare naturā ſauguine: quo oportet reſtaurare deperdita: replere concaua: continuare ſoluta? Et dicimus ꝙ vinum eſt conueniens omni vulneri, et oī cōplexioni. vnde Gal. Vinum in omni vulnere, optima medicina eſt, interius ſumptum, quia generat bonum ſanguinē, exterius adminiſtratū, quia deſiccat et lauat. Quod autē laborant medici: & laborauerūt antiqui vt inuenirēt medicinā carnis generatiuam: dico ꝙ hoc nō fuit niſi quoddam coadiuuans. Quis enim ignorat ꝙ medicina illa nō ſit carnis materia? ad hoc enim valet vt deſiccet humida: & humectet nimium deſiccata: infrigidet ſupercalefacta: et calefaciat frigefacta. Quare oportet diligenter naturā corporis inueſtigare: vt ſcias vtrum habeant carnem tenerā & humidam ſeu ſiccam: quoniam tenerū vulnus deſiccari neceſſe eſt propter ſuam humiditatē. In ſiccis aūt corporibus eo ꝙ ſicca ſunt: magis deſiccatiua conuenit medicina. tenera enim corpora ſicut iā dictū eſt: ſunt corpora puerorum, creſcentium, mulierum, atq; eunuchorum: ſicca vero ſunt ſicut iuuenum, laborātiū, ambulantium Conſiderandū etiam, quia ſi corpus ſiccam cōplexionem habuerit: abſolute ſibi ſicca conueniet medicina, quædā tamē membra ſicciora ſunt, ſicut oſſa & lacerti: & ideo neceſſe eſt vt horum membrorum ſit ſiccior medicina. Et in humidioribus mēbris minus ſit deſiccatiua medicina. Cōſiderari etiā oportet ſi medicina frigefactiua vel calefactiua ſit nimis: ſecundū ꝙ cōplexio vulneris īmutatur. Impoſſibile eſt enim carnē in vulnere generari carnem illius non ſecundū ſuam naturam exiſtētem: ſimiliter neq; cicatrizari, neq; poterit ſolidari. Non enim in uanum dictū eſt, ꝙ hęc fiant actione naturę. Omnibus igitur vulneribus ſicut ſæpe dictum eſt, deſiccatiua conueniunt: in concauis tamen vulneribus minus oportet fore deſiccatiua: neceſſe tamen eſt ꝙ ſint mundificatiua. Ea vero quę ſolūmodo ſolidari oportet: neceſſe eſt fore multū deſiccatiua, nihil mundificationis habentia, & modicū ſtypticitatis. Cicatrizanda ſtypticis et deſiccatiuis etiā opus habent: ſuperfluā carnē habentibus roditiua: & inciſiua ſunt inducēda q̄ ſunt calida et ſicca. Si vulnus nimis fuerit putrefactum,

E oportet medicinā mundificatiuā putredinis procurare. Vulnere multū humiditatis habente, medicamē nimis deſiccatiuū fore neceſſe eſt. Ideoq; medicum ſtudioſum oportet eſſe, ut dū carnē, cicatricem in uulneribus intendit generari, ſecundū ſuam naturā medicinā complexionis tēperate requirat. Et quia dixi medicinā eſſe frigidā vel calidā, ut oportet, dico narcotica, ſicut hyoſcyamū, mandragorā, opium, et ſimilia, ſemper fore cauenda: quia ſi optime deſiccent vulnera, infrigidant ſupra modū: ſimiliter reſinā & picē, quę plus quā oportet ſunt calida. Idcirco nō imponātur ſimpliciter, niſi cū ſibi contrarijs tēperentur. Et ſi aer fuerit nimis frigidus vel calidus, medicina repugnās aeri procuretur. Medicinę ergo carnis generatiuæ, ſicut iam dictum eſt, ī primo gradu ſiccitatis eſſe oportet: & talia ſunt ſicut thus, farina hordei, & faba

F rū, & orobi, iris, cathimia, ariſtol. planta opopanacis, & tucia. Horū tamen alia magis deſiccāt, alia minus. Quædā etiā ſimplicem, alia cōpoſitam virtutem habent: nā ariſtol. & planta opopanacis ſicciores & calidiores ſunt cęteris. farina orobi & fabarū, paruiſſimæ ſunt ſiccitatis, nihil caloris habētes. thus vero in caliditate tēperatū: minus habet cæteris ſiccitatis. iris aūt & farina orobi, in medio ſunt inter ariſtol. & opopanacē cōſtitutę. Humida autē corpora ſi cū thure medicētur, dico carnē poſſibile eſt generari: in ſiccis autē minime: in humidis autē corporibus, thus carnē generat: ſi autē nimis humida fuerit, carnē minime generabit. Ceruſſa vero & lithargyrus tēperatę ſunt, frigida & ſicca, & nos de oībus his iam tractauerimus: ſed quia aliqualiter cōueniebāt cū iſto capitulo, et vt declaremus magis quam minus dicta fuerit nobis expe-

G diens, repetere illa in iſto capitulo viſum fuit.

*De medicinis cōſolidatiuis & cicatrizātibus. Cap. XII.*

MEdicinę cōſolidatiuę, ſicut dictū eſt, ſunt quæ deſiccant ſuperfluitatē, quę a mēbro ad vulnera defluit: vt ab omni ſorde pura et munda exiſtāt. Cicatrizatiua naturalē humiditatē in carnis concauitate deſiccant: vnde multo amplius quā ſolidatiua deſiccāt. virides ergo gallę, malorū grana, cortex, et bālauſtia, & ſimilia, cōſolidant: quia deſiccant vulnera moderate. Chalcāthum aūt, ęs vſtū, vitreolū, ęris ęrugo, et alumē, ſunt fortiores medicinę: maxime uitreolū, & chalcāthū: ęris ęrugo minor his eſt: et poſt illud ęs vſtū: minus enim mordicatiuū eſt medicamē, maxime ſi lauetur: vitreolū & chalcanthū ſi corporibus humidis imponātur, magis rodunt, et carnē minuūt:

H quā cicatricē inducant. Ideoq; ſi aliud non habetur: ſi propter cicatricē imponēda ſunt, ſubtiliſſime puluerizētur, et parua quātitas imponatur: ſi adurātur, minoris erunt acuminis, tēperatiores erunt etiā ſi lauētur. Sunt & aliç plures medicinę cōſolidatiuę & cicatrizatiuę ex ſumma librorū veterum excerptæ ratione & experimēto probatę: ſicut lithargyrus, centaurea minor, oſſa cōbuſta, cortices pini: & proprie cū ceroto de oleo roſ. vel myrtino. reſina ſicca, abrotanum aſſatum, lumbrici tereſtres. Et Hippo. cōmendauit herbā quæ nominatur pes corui. Et de ſecretis eſt ariſtolochia combuſta. Verum flos æris, & cæteræ medicinæ corroſiuæ cum magna cautela ſunt adminiſtrandæ: ſicut dicemus, quando loquemur de vnguento viridi. In vulneribus capitis, & in vulneribus & vlceribus calidę cōplexionis, et apoſtematibus, ſandali & nenufar

nenufar mirabiliter congruunt: et aloe etiam proprie in partibus ani & testiculorũ. De compositis autẽ est emplastrũ de lino Auic. quod Reci. pannũ de lino ablutũ & mundum, & tere donec fiat puluis: deinde sume oleũ uehementis stypticitatis, sicut est myrtinũ, vel rosatum: & pone in ipso galbañ. donec dissoluatur: deinde pone in ipso pannũ contritum: & fac emplastrum. si vis vt fortius operetur, addatur parũ thuris et tantundem aristol. adustę. Puluis ad idẽ. Reci. cerussę adustę, lithargyri, corticis pini, scorię plumbi, myrrhę, gallarũ, oĩum, ana partes ęquales. terantur simul, et fiat puluis. Itẽ alius puluis. Re. olibani, aloes, san. dra. ana drac. ij. aristol. adustę, lithargyri, cerussæ, corticũ arboris pini, cẽtaureę minoris, ana drac. i. gallarũ, balaustiarum, ana drac. iij. fiat puluis: qm̃ est mirabile. Item vnguentũ ad idem. Re. lithargyri valde pulueriza ti, vnc. i. parum olei ro. & aceti, vnc. i. et s. teratur lithargyrus cũ aceto & oleo vicissim diutissime & donec infletur, & augmentetur: deinde cerussę pulueri zatę, vnc. i. cãphorę, drac. i. prędictis admisceantur: & omnia simul bene incorporentur. Et sciendum ꝙ vnguenta diu in vulneribus admistranda sunt, quousq; ipsorũ accidentia remoueantur. Vnguẽtorum scriptorũ in libris maxima multitudo est: non curauimus tam multa ponere: quia nec vulneribus multũ conueniunt, nisi interdũ raro: & tunc prudens medicus sicut & nos semper consueuimus facere, poterit ex rebus conuenientibus vnguentum cõponere: sicut morbo viderit expedire. Prędictus tamen vir mirabilis magister Hugo omnia fere uulnera cum solo vino & stupa & ligatura decenti & artificiosa quam optime facere nouerat, sanabat, cõsolidabat, & pulcherrimas cicatrices sine vnguento aliquo inducebat. Nulli enim vnquã quem ipse curauerit, ex uulnere uel ex apostemate cicatrix cordata remansit: certe nec mihi pręter vnum, quem de fistula cum tentis & vnguentis curaui.

## *De fluxu sanguinis ab exterioribus corporis.* Ca. XIII.

Causa egressionis sanguinis a corpore humano, vt testatur Gal. est incisio vel apertio extremitatis, aut elargatio pororum: & quamuis isti tractatui non sit proprium tractare nisi de fluxu sanguinis, qui fit ex solutione continuitatis: quia tamen frequenter pro hoc recurritur ad chirurgos, de fluxu sanguinis: qui fit est membris interioribus, etiam speciale capitulũ ordinabo. Oportet autẽ te primo considerare a quibus venis sanguis fluxus fiat. Nam venarum aliæ pulsu carent: & sunt facilioris curationis, & minoris timoris: alię sunt pulsatiles, quę dicũtur arterię: & sũt illarũ contrarię. Signum aũt ꝙ sanguis manat ab arterijs est, qm̃ sanguis exit cum saltu: deĩde redit, & iteratur cum festinantia: & est maioris puritatis, quã sanguis aliarũ venarũ. Quod si vno tm̃ egreditur modo: tũc est ex incisione venę. Inquit Auic. Omnis cui accidit euacuatio sanguinea, et proprie arterialis, et superfluit, & accidit ei spasmus: secundũ plurimum est mortale. Et similiter si accidit singultus, est mortale. ꝙ si fuerit singultus cũ syncopi, tunc ei mors festinat. Et alienatio, & permistio rationis sunt malę: propterea oportet vt fluxui sanguinis quã citius poterit, succurratur. Et nota ꝙ fluxui sanguinis intẽtione multiplici obuiamus. Primo quia optime ligando vulneris extrema cõiungimus. Secũdo quia sanguinem

A ad vicina loca seu ad loca apposita deriuamus. Tertio modo resistitur si cũ medicina crepatura vulneris oppilatur. Quarto si infrigidemus cũ medicinis refrigerantibus totum corpus: aliquando subitanea frigidę aquę potatio sanguinis fluxum restringit: aliquando medicina incensiua seu ignis in ore venę vel arteriæ vt corticẽ faciat, ponatur: vt sanguis exiens refręnet. Dico ergo, ꝙ sanguis uenę restringi nõ potest: si materia ad locum defluens cesset: aut fissura venæ claudatur. Fluxus aũt materiei cessat, aut veniente syncopi: aut cũ materia ad loca opposita deriuatur: aut cũ de uno loco ad alium mutatur: aut cum totum corpus refrigeratur: & maxime membrũ læsum: hac ratione sanguis vna potatione aquæ restringitur. Similiter si aceto misto membrũ cum vulnere, & totũ corpus etiam infundatur: vel ex aqua frigida vel põtico vino, omnibus etiam refrigeratiuis & stypticis.

B Extrema vulneris coniunguntur cũ manu, aut ligamento, si in manifesto corporis vulnus fiat. Locus crepaturæ oppilatur cum grosso sanguine, posito desuper digito seu ligatura cũ medicamine viscoso. Nota ergo ꝙ si propter percussionẽ in aliquo membro vena scissa fuerit, et sanguis fluxerit: primo in loco fissurę digitus superponatur: & paulatim desuper comprimatur: & teneatur aliquãdiu: deinde paulatim fissurã cum digitis cõstringe: ita vt nihil doloris inferatur. Hoc. n. dupliciter iuuat. primo, qa sanguinẽ fluere prohibet. secundo, quia sanguine cõstricto aliqua gutta sanguinis super foramine venę coagulatur: interdũ & dura efficitur viã oppilãs: quę sanguinẽ egredi nõ permittit. Multoties hoc accidit cũ foramen uenę angustũ est: & non est arteria: si hoc nõ sufficit, pone medicinã sanguinis cõstrictiuam.

C Cęteris aũt sicut dicit Gal. laudabilior est viscosa conglutinatiua: sicut gũmę coctę, & puluis volatilis molẽdini, & similia. Et medicina valens in fissura arteriæ vel venę, quam narrauit Gal. et est fortissima medicina: pili leporis cũ cultello subtilissime conterantur: & cũ puluere aloes, thuris, san. dra. vel boli armeñ. cõmisceantur: & totũ in modũ mellis cum albu. oui distẽperetur: & secũdũ doctrinam datã superponatur. Itẽ alius puluis Gal. expertus & inuentus plurimi iuuamẽti. Re. colcotar, drac. xx. thuris minuti, drac. xvi. aloes, glutinis sicci, ana drac. viij. arsenici, drac. iiij. gypsi, drac. xx. pulue rizẽtur omnia optime: vt fiãt sicut atomi: curetur cũ eo puluerizando super licinia: & spergendo super locum: qm̃ est mirabile, sicut Auic. testatur. Et notandũ, ꝙ semper qñ ponis medicinas super locũ: debes

D locum cõpetenter stringere cum ligatura: vt medicinę bene inuiscẽtur. Et medicinę cõstringentes, & retinentes cũ glutinatione, & incarnatione sunt hæ. gypsum ablutũ, glutinũ decoctũ, viscus, & amylũ, puluis volatilis molendini, gũme, thus, resina. Medicinę retinentes cũ exiccatione & incarnatione sunt hæ. aloe, cortex thuris, arilli vuarũ contriti valde, & gallę quæ cõburantur: et qñ completur earũ inflãmatio, extinguatur papyrus adustus, resina, scoria ferri, stercus asini cõbustũ, spongia noua submersa in oleo aut vino, & postea adusta, pili vel capilli adusti. Ego autẽ prędictum virũ mirabilẽ secutus hucusq; venã ruptã non inueni, quam cũ ligatura & vino nõ strinxerim sine alia medicina cũ multis subuenerim: in qbus deficiebant oĩa remedia medicorũ. Propterea quia non nouerant sicut requirebat vena scissa vel secta

facere ligaturam. Est autem secundū hunc modum: fiant puluilli paruuli valde ad quantitatem policis: et balneat, ī vino valde calido, uel, si magis placet, ī oui albu. et in debita medicina postea inuolutus unus sup alterū in loco, vnde sanguis egreditur collocetur, digitū semper desuper retinēdo: postmodū ligetur taliter, ꝙ ligatura super venā vbi puluilli sunt, bene premat: loca tamen adiacentia nullo modo constringat: & dimittatur sic per tres dies adminus. Ego pluries p octo dies, & amplius in vehemēti timore, antequam soluerem dereliqui. si prædictam ligaturā bene facere noueris, sanguinem proculdubio semper stringes: sicut ego in grauibus casibus frequenter feci, nunquam inueniens me deceptū. Si sanguis fluat ex vena pulsatili: sanguis, sicut dicit Gal. non stringatur, nisi duobus modis: aut forti ligamine: aut cum incisione venam per medium separante: quia si per medium incidatur, capita contrahuntur: & a carne, quæ in circuitu eorum est, cooperiuntur & desiccantur: ideoque fluxus sanguinis retinetur. Partes ergo incisæ ligētur hoc modo: vena incisa ligetur in duobus locis habentibus in medio spatium: deinde inter vtraque ligaturā in illo spatio incidatur. hoc facto, stude vt caro generetur antequam ligatura cadat. Nam nisi carnis nascētia accelerata fuerit: vt locū fluxus impleat: quoddā vacuū in illo medio remanebit: & fiet passio quæ dicit, emborisma. Est autē emborisma aneurysma seu tumor mollis, tactuiꝗ cedens sanguine plenus, vnde dū ligatur, sanguis euacuatur: & dū soluitur, mox repletur. Pulsantes autem venas testatur Gal. se vidisse solidatas: & carnē circa eas generatam: ita ꝙ nō remansit in eis passio, quæ dicitur emborisma. In pueris & mulieribus, in fronte, oculis, cauilla, et rasceta, ait enim, cuidam iuueni minutor vulnerauit arteriā: & mox sanguis clarus lucidus, rubeus, & calidus, resiliens in modum pulsi: cui mox paraui medicinā glutinatiuam, viscosam, & oppilatiuam, tenens fortiter vtraque vulneris labia: super medicinā quoque mollem imposui spongiā, ligans eam: & sic vsque in quartum diē, dimisso post quartū diem solui brachium, et venā perfecte solidatā inueni: iterato medicinā super posui: et desuper ligans spōgiā, multis sic diebus dimisi, donec vulnus oīno sanatū est. in hoc solo inqt vulnus huiusmodi sanari ꝓspexi. In omnibus aliȷs ꝗbus venæ pulsatiles scissæ sunt, remansit passio quæ dicitur emborisma: in quibusdam tamen magna, in aliȷs parua erat. Pelliculæ enim venarum pulsatiliū duræ sunt, & difficiles ad sanandum: nō est tamen necessarium eas non posse sanari: difficilius tamen aliȷs solidantur. Ego multos habentes arteriā incisam sanaui: nec tamen remansit in eis passio, quæ dicitur emborisma. Et medicina inuiscatiua melior est ei quæ cortices facit. Oppilatiua enim absque vlla molestia carnem in vulnere cito facit. Incensiua vero dubia est, ne corticibus carētibus fluxus sanguinis reuertatur. Inquit Gal. Omnibus medicinis laudabilior est illa quā operamur in sanguine a pelliculis cerebri defluente: quæ est. Re. thuris albi viscosi gūmosi: ꝙ si stringatur dentibus non frangitur, sed potius inuiscatur, & conglutinatur, ut mastiche. par. i. aloes, par. 5. quæ puluerizata, & donec ad spissitudinem mellis deueniant, cū oui albu. temperata: & in leporis uellere seu pilis inducta, super uulnere imponatur: & sit de medicina quantitas satis magna: deinde ligamentum quater uel quin-

E quies super loco uulneris reuoluatur: & sic uersus initium uenę ducatur: nam ubique præter pelliculas cerebri uersus uenæ initiū potest duci: post tres dies soluatur: & si medicamen uulnera adhæserit, nullatenus moueatur: quinimo liga superinducta die eadem deuper medicina. Si uero medicamen tertio die ceciderit, donec caro generetur in uulnere, de eodem medicamine humidiori tamen, aliquantulum desuper imponatur, & membrum taliter situetur, ut in superiori parte super fissura consistat, ita tamen ne doloralis quis generetur, quod summe cauendū, nihil adeo fluxū sanguinis & apostema prouocat, sicut dolor. Medicina prædicta diuersimode conficitur. Inquit Gal. in corporibus durioribus, aloes par. i. thuris duas impono. In mollioribus uero econuerso. Harum tamen una uiscosior est: altera stypticitatis plus habet: aliquā
F do pono æq̃liter de ambabus, sicut video expedire: aliqñ pono cortices uice thuris, stypticiores enī sunt. thus tamen melius est in solidando & inuiscando. Dicit enim, miror si hac medicina possit in mundo melior inueniri. Cum ea enim sanguinem fluentē de pelliculis semper curaui: eum etiā qui de uulneribus colli fluebat: & illum qui egrediebatur de faucibus, nullum ligamen imponens. Caue tamē ne curras ad hāc medicinam: sicut medici stulti currunt. Primo enim, sicut dictum est, digito uulneri imposito comprimatur: & cum digito teneatur sic clausum per horam: & amplius si fuerit optimum. deinde cum altera manu medicinam imponas, ligans eam, a superiori descendens uersus inferius: & nō ab inferiori superius: sicut facimus in manibus & pedibus ligaturam. Vt enim prohibeatur sanguis, ligamentum semper, sicut iā di-
G ctum est, versus uenæ initium duci debet.

Fluxus autem mutatio seu ad alteram partem attractio generaliter omni nimio fluxui undecunque sit, subuenire uidetur: uerbi gratia. Si sanguis ab ore fluat, trahemus ad nares, si ad loca propinqua uoluerimus deriuare: ad īferiorē aūt ptē trahemus, si uoluerimus ad opposita loca mutare. sanguis ab ano uertatur ad uuluam: uel ad superiora membra trahatur: quod quandoque etiam natura per se facit: unde Hippo. Si mulier uomit sanguinem, menstruis superuenientibus, uomitu curatur. Pręterea. cum menstrua seu sanguis in inferioribus nimis abundat, secundum Hippo. pręceptum quod ipse inuenit, vētosam ponimus in mamillis, ut ad superiora deriuare possimus. Similiter nimio sanguine de naribus effluente: prius uenas minues, & manus & pedes fricabis: &
H forti ligatura cōstringes: deine uentosam in latere imponimus super hepar, si de dextera nare: & super splenem, si sanguis fluxerit de sinistra: & super utrunque magnæ uentosę ponantur, si sanguis fluxerit de utraque. Post hoc etiam non festines medicinam super caput & frōtem imponere: nisi prius sanguinem ad opposita loca trahas: quare prius vētosam ī capitis pupim ponas. Inferiora enim et posteriora loca naribus sunt aduersa. Q, si æger nondum fecerit, & uirtus adhuc custoditur: sanguis minuatur de uena eiusdē partis brachiȷ cuius naris: sanguis autem paulatim extrahatur bis uel ter secundū uirtutem patientis. Item uniuersaliter dico ad urinales & menstruales aditus ducendam esse materiam, quæ ad uentrem defluit, et cum egestionibus exit: quę uero per urinam & menstrua egreditur ad intestina mouēda est: si materia ad

aures

aures uel oculos, aut superiores partes cucurrerit, mittatur ad nares, et cũ myrobal. purgatione purgetur. Opposita vero attractio, fit de superioribus ad inferiora: & econtra de dextera ad sinistram: & ecõtra de interioribus ad exteriora, & econuerso.

Medicinam incensiuam vel ignem nõ ponimus, nisi propter putrefactionem fiat fluxus sanguinis, vel rosuram: vnde cum membrum in quo putrefactio est, inciditur, vtile est ꝙ incidatur cum igne, seu medicamine incensiuo: vnde in passione ani & verecundorum coacti cum igne vel incensiuo medicamine festinamus. propter dominium enim caloris, & quia sunt viæ superfluitatum exeuntium, putredo ad loca illa festinat. Incensiua medicina non solum calida, verum etiam styptica debet esse, sicut vitreolum, & chalcanthum, & similia. Medicamen vero quod fit de calce viua, fortius est cęteris medicinis: non tamen stypticum, vnde cortices quos super vulnus generat, cito cadunt: quare si eam vel aliam similem operari necesse fuerit, admisceas cũ illa styptica, sicut gallam: cortices vero quos medicina styptica generat super vulnus, laudabiliores sunt: quia remanent inuiscati. Corticibus enim super vulnus morantibus prius quam cadat, caro forsitan moritur. Non debent ergo remoueri, nisi in locis, in quibus necesse est propter putrefactionem apponi.

*De fluxu sanguinis a mẽbris interioribus.* Cap. XIIII.

Quamuis loqui de sanguine ab ĩterioribus mẽbris manante non sit multum nostrę intentionis: tamẽ quia frequenter in his casibus ad chirurgos habetur recursus: de hoc hic vt habeant quid respondeant, speciale capitulum ordinaui. Sanguine igitur de interiori vena manante, cũ ex nullo possimus prædictorum remediorum subuenire: oportet sanguinem de loco ad locũ vel ad opposita loca mouere: & cum cibis & potibus oppilatiuis, atque medicinis stypticis, et refrigeratiuis cõstringi. Pręter hoc diuersorum membrorum proprietatem & compositionem inuestigari oportet. In quadam enim muliere, sicut ait Gal. in megatechni, quatuor diebus continue sanguis fluxit: & cum nulla posset medicina constringi, curauit eam cum succo arnoglossæ: & fluxus cessauit. is enim succus valet sanguini propter rosurã exeunti. Inquit. cõsuetudo tamẽ mea est miscere huic succo medicinas fortiores, aliquando vnam, aliquando aliam: sicut competere morbo videtur. verbi gratia. Si sanguis ex intestinis, vel vesica fluat, oportet qualitatem fluxus considerare: quia si fluxus sit ex fissura magnæ venæ, & fortiter emanet: necesse est ut curetur stypticis medicinis, sicut balaustia, hyoscyamo, sumac, succo acerbarũ uuarũ, acacia, galla ĩmatura, & corticibus malorum grana. Si autem de parua vena fluxerit, & san. paulatim exiuerit: cum puluere thuris, corticibus cypressi, terra sigillata, croco, hęmatite, & similibus constringatur. hęc omnia dẽtur cum vino styptico & nigro: quo nõ inuento nec succo arnoglossæ neq; solatri: cum hęc sint optima, tolle aquã decoctionis extremitatum & frõdium arborum stypticarum: et aquã in qua decoquantur mala styptica, sicut cotona, myrtilli, & nespila. Exterius in fluxu sanguinis intrinseco ponere styptica & refrigeratiua non laudo: eo ꝙ sanguinem ad corporis interiora remittunt: ex quo interiora venarum replentur: ideoq;

A talia superponere error est. Quidam enim sanguinẽ ex pulmone screantes, pectore frigidis infecto nimiũ lęsi sunt. Similiter quidã nimiam læsionem refrigerato stomacho incurrerunt. sanguine etiã de naribus effluente, caput refrigerare sæpe nocuit. Idcirco circũstantia fluxus sanguinis nõ infrigides, nisi primo mutato sanguine de loco ad locum, sicut dictum est. Passio quæ dicitur resudatio sanguinis, frigidis & stypticis indiget medicinis. Cum enim subtilitas sanguinis causa ipsius sit, cum ingrossantibus sanguinem curari oportet.

*De solutione continuitatis, scissura, & punctura neruorum, & apostemate ipsorum.* Cap. XV.

Solutio continuitatis in neruis, sicut Gal. et alij ueteres periti testantur, propter plurimum sensum B ipsorum, & continuationem, quam habent cum cerebro: spasmum velociter cõmouet. propter hoc & ipse Gal. ait. punctura nerui, et tendinis, parata est aduocare spasmum. Et licet multæ sint causæ, quibus spasmus in vulnere generatur, istæ tamen sunt vehementiores, scilicet frigus, dolor, et putredo. oĩs nanq; medicina frigida nocet neruis: eo ꝙ substantia neruorum frigida est. Itẽ omnis dolor & tumor exacuit rheuma: unde ex dolore et apostemate spasmus facile generatur: cęterum quando putredo congregatur in vulnere neruorum, & nequit ad exteriora defluere propter clausuram vulneris: fit putrefactio: & corrũpitur membrum: deinde sequetur spasmus. Nerui enim sunt de humida materia creati a frigiditate congelata & conglutinata: & propter hoc quando accidit putrefactio, spasmus augmentatur in eis. Qua- C propter sit intẽtio tua in prohibitione prædictorum. Sis igitur solicitus vt scissura aperiatur, et dilatetur, ut virus effluere possit: nec festines ad consolidationem ipsius, sicut faciũt imperiti, nisi prius dolor mitigetur: & locus mundificatus fuerit: & ab apostemate calido securatus. Corpus etiã, si necesse fuerit, mundificetur: & regimen vltima subtiliatione subtilietur. Dominus Hugo si in principio vulneris aderat, eodem modo ligando & stringendo cum vino calido et puluillis, sicut dicemus in vulnere neruorum, desiccando, & putrefactionem & saniem prohibendo, sicut in cæteris vulneribus procedebat.

Scissura aut fit secundũ longum: aut fit secundum latum: sed quæ fit secundũ longum, teste Gal. saluior est: & quę fit secundũ latum, molestior & propinquior ad spasmandum. Vnde Auic. Si neruus D secundũ latum scindatur, nec separetur omnino, aut puncturã patiatur: oportet vt taliter abscindatur, vt sit a spasmo securus: quoniam, vt dicit Gal. tunc apostema iunctum est parti nerui incisę, & parti non incisæ: vnde per non incisam ad cerebrum spasmus ducitur: & cerebrum sic spasmatur: quare oportet tunc vt ægrum phlebotomemus sine consideratione virtutis, vt si vulnus in superiori parte corporis fuerit, inungamus collum, ceruicẽ, spinam, et sub ascellis frequenter cum oleo tepido calefacto. si autem in inferiori, sicut coxa, crure, pede: pectẽ, & inguina inungamus. huiusmodi nãq; vnctio multum securat a spasmo, si futurus est: & si iam acciderit: plurimumq; ipsi vltima curatione succurrit. Post totalem incisionem nerui in latitudine voluerunt aliqui, sicut Auic. ꝙ capita nerui adinuicem suerentur. Inquit enim ꝙ faci-

lius incarnatur: et dixit. Fortasse nisi suas illum, nō conglutinatur. Dominus Hugo tamē valde reprobat illud, ꝙ neruus vnquā neq; suendo, neq; mō aliquo pungeretur. Et ego dominū Hugonem secutus, neq; sui, neq; vidi sui: quinimo de Aui. qui hæc scripsit, miratus sum. Nota ergo ꝙ neruis accidit pūctura, uulnus in latitudine, & scissura: prædicta tria conueniūt in aliquibus. Primo quia omne frigidū actu in omni vulnere neruorū summe cauendum est. Item cauenda est aqua calida: quamuis sit omnis doloris apostematū sedatiua. Substantia enim neruorum cū sit humida, sicut dictum est, propter frigiditatem congelata: cito ex calidis & humidis putrefiūt. Idcirco siquis in neruo vulnus patitur: caueat ne aqua calida infundatur: imo locus & cętera membra iam dicta oleo calido infundatur. Oleum enim frigidum, corporis poros oppilat: calidum dissoluit, & aperit. & oleū duorum uel trium annorū est melius, quam sit recens: amplius enim subtiliat & dissoluit.

In cura ergo prædictorum, si fuerint absq; dolore, inflāmatione, seu apostemate, curabit illa, sicut secundū magistrum Hugo. de alijs vulneribus supra dictum est: ita tamen ꝙ in vino, in quo balneādæ sunt stupę, medicinæ neruorum, sicut patientis cōplexio requisierit, decoquētur: si autem dolores, vel apostemata, vel tumor, vel aliquid aliud sinistrū accidens apparuerit: sic curabis. Nota primo ꝙ medicamen conueniens vulneri neruorū, debet esse calidę & siccę naturæ, & subtilis substantiæ: & eius exiccatio vehemens valde cum attractione: & non cum stypticitate omnino. ipsius vero caliditas debet esse temperamento uicina. calidū uero superflue non cōuenit. Et, sicut dixi, cauēdum est, ne dolor aqua calida sedetur: imo sicut dictum est, sedetur dolor cum oleo calido: & si oleum sit putrefactiuum, non excusat: habet enim proprietatem sedandi dolores, et subtiliandi medicinas, & faciendi eas cursiles. idcirco sit subtilium partium, quia minus putrefacit, & non euacuatur ab attractione. oleum enim vetustius sicut dicit Galenus, plus dissoluit: oleum vero recens plus mitigat. mediocre igitur sicut dictum est, duorum vel trium annorum, vtilius est. Aliqui tempore magni caloris administrant oleum frigidius: sicut rosatum. Et quandoq; cum euaporatione pannorum calidorum fit sedatio doloris. Gal. puncturam neruorum in pueris & mulieribus & tenera corpora habentibus cum sola terebinthina curabat. Euphorbiū vero nō nisi corporibus siccis administrabat. In medijs illa temperabat adinuicē, sicut patiētis complexio requirebat. In siccissimis corporibus addatur serapinū aliquando cū oleo: aliquando cum terebinthina. Idē facit opopanax. Prodest etiā nerui vulneri sulphur viuum ab igne non infectum, & lapidibus mundum si subtilissime tritum mistum cū oleo apponatur. Similiter calx nimium lota cum oleo temperata. Similiter fæx mellis sola: et aliquando cum modico euphorbij, si uideris expedire. Medicina Gal. puncturę neruorum bona. Re. ceræ par. i. euphorbij, terebinthinę, picis, ana par. 5. Gūma pini miscenda nō est nisi in corporibus siccissimis. Cauendum est semper ne orificium fissurę claudatur, sicut dictum est: ne inclusa ęruginis desudatio augeat apostema. Et euacua cum phlebotomia si virtus permiserit: & si necesse fuerit, totum corpus procurando pro posse: ne loca vel par-

E tes vulneris intumescant: & cū pharmacia si mali humores abundauerint, expellantur. Hæ purgationes sunt ab ipso principio celeriter faciendæ. Generaliter ergo nota, ꝙ ī pueris, & mulieribus, & in illis quorum complexio vehementis humiditatis existit: sufficit terebinthina vel resina cum pauco oleo mista: ꝙ ipsam leniat, & viscosam faciat. In illis autem, quorū complexio siccior est, & caro durior: oportet ꝙ euphorbium misceatur secundū complexionem parū vel multum, sicut videris expedire: & sit summa de euphorbio recenti, quæ in ceroto ponuntur. xij. pars ceroti: et terebinthina sit tertia pars ceroti. Et quādoque miscetur lac tithymalli pręter euphorbium: quoniā est mirabile: et omne attractiuum humiditatur ad exteriora. Et forte in principio vulneris non inuenitur aliud nisi fermentū: ego miscui cum lacte mulie-

F bri: & fuit optimū ad mitigandum. & superponitur, & cōfert eis, & attrahit ex profundo. Et melius omnibus in principio est terebintina: & post ipsum emplastrum basilicon: & emplastrum prædictum de cera, pice etc. Et dicit Auic. ꝙ in emplastro illo ex quolibet pręceptorū pars media debet esse, & pars vna de grosso oleo, vel amurca: & ego expertus fui illud, & inueni in casu difficili iuuatiuū. Et cū vulnera fuerint, perforatio, uel pūctura absq; putrefactione, apostemate, vel tumore: tunc in subtiliori corpore emplastrum de euphorbio, & fimo columbino: in corpore spissiori tempera illa adinuicem secundū dispositionem corporis, & formam eius. Et nota ꝙ in punctura semper necesse est medicamen fortius quam in scissura. Et si fuerit putrefactio: tunc serapinum est bonum, & farina orobi. Et si fuerit apostema: tunc fa-

G rina hordei, & fabarū, & farina herbilis decoquantur in lixiuio, aut in aqua dulci: in qua sit virtus serapini. Et cum vides vulnera ad sanitatem peruenire: tunc administra more supradicto stupam in vino calido balneatam. In quo aliquæ medicinæ neruorum secundum ꝙ expedit sint decoctæ.

In fissura vel vulnere neruorum, si neruus fuerit discoopertus, medicamen de euphurbio non ponatur: neruus enim discoopertus fortis medicinæ virtutem non patitur: sicut interposita cute facit: vnde in hoc loco vtile est, ꝙ calcē nimium lotam & cum oleo temperatam, vulneri superponas: aut medicamen quod ex tucia cum oleo ros. componitur: & sit oleum sine sale. Procurandum est enim vt medicamē neruos discoopertos sine punctura & dolore desiccet. Idcirco calx debet nimiū cum aqua dulci lauari: similiter tu-

H cia, & medicinę cęterę de mineris. Omne enim metallicum medicamē, lauandum est: si cum eo sine dolore & punctura volumus aliquid desiccare. Item cera, terebinthina, & aliæ gūmę, si lauētur, ærugo ab eis expellitur pūgitiua. Si infirmus sit fortis, & corpus mundū, poterit cum fortiori curari. Summe cauēdum est vt nihil actu frigidum fissurę vulneris appropinquet, propter nimiam sensibilitatem neruorū, & coniunctionem quam habent cum membro nobilissimo, quod est cerebrum: ex quo nerui corpori diriguntur. Si neruus iunctus fuerit cū lacerto: cito generabitur spasmus: quia lacertus est motus voluntarij instrumentū: similiter si iunctus est cum chordis. Aliquando oportet membrum læsum cum oleo calido infundere, versus neruorum originem procedendo. vulnus tamen infundi non debet: quia oleum putrefacit

trefacit vulnus, et maculat. Aliud enim facit in discooperto membro: & aliud in cute cooperto.

Si vulnus appropinquat ad cicatricem: tunc vinũ album subtilissimum aquę cõmistionem non sustinẽs nullius odoris existens, cæteris laudabilius est. aquam vero, & mollificatiua emplastra in curandis neruis fuge quãtum potes: maxime si vulnera fuerint cum fissura. In molli culcitra iaceãt ala & collum, si in manu vulnus fuerit, calido oleo infundantur: si vero in pede, infundantur inguina usq; ad ossa dorsi collum, & caput, sicut iam dictum est.

Et cum neruis acciderit attractio sine ruptura carnis, si non fuerit in loco apostema: tunc cũ sedantibus dolorem curetur: sicut est embrochatio olei calefacti. Emplastrum de maluauisco cocto & contrito, cũ ponitur super neruos attritos, prębet mirabile iuuamentum: & etiam cæpa bene cocta.

Durities vero quæ in neruis accidere consueuit: curatur sicut dura apostemata, & nodi.

*De incisione nerui per latitudinem.* Cap. XVI.

SI neruus fuerit incisus, dominus Hugo sic curabat: & hęc est cura eius. In quacunq; igitur parte corporis incidatur neruus, incisura dico neruum totaliter separante: caueat medicus diligenter, q̃ pũcturã in neruo nõ ponat, neq; suat neruum: sed si necesse fuerit, consuantur latera vulneris absq; neruo: & extremitates nerui incisi quanto melius & decentius potuerint, adinuicem coniungantur: postea sicut dictũ est, si necesse fuerit, suatur vulnus: deinde ex vtraque parte nerui incisi, id est super vtranq; extremitatem ipsius ligatura cum plumaceolis comprimatur: ita q̃ quęlibet extremitas suam habeat ligaturam: & stringatur ex vtraq; parte: ita q̃ extremitates nerui incisi simul coniunctæ nullatenus habeant abinuicem separari: & sup illas duas ligaturas fiat altera ligatura: quæ sub se ambas contineat ligaturas prædictas: et vulnus ista ligatura vsq; ad quartum vel quintum diem si sine vllo dolore fuerit, non soluatur. postea in ligando & soluẽdo seruetur magisterium quod infra dicetur: & sic concedente domino, sicut sæpe vidimus, optime coniungetur. Errant igitur qui dicunt neruum consolidari nõ posse, sicut in secundo cap. de dispositione vulnerum secundum diuersitatẽ membrorũ, scilicet plene ostensum est. Item ad neruum præcisum vermes terrestres combure: et in cinerẽ redactos cum melle confice: celerius sanant. Item ad punctu ram nerui summum remedium. Accipe muscum qui crescit super lapidem: quem si habere non potes, accipe de eo qui crescit super radices arborum: misce cũ furfure: distempera cum uino et aceto: fac emplastrũ: & superpone. Duo prædicta experimenta a viris peritis cõmendata a me probata non sunt: scripsi tamen illa in libro isto: sicut & multa alia scribã: quæ a sequentibus fide dignis recepi.

*De contusionibus & doloribus lacertorum.* Cap. XVII.

COntusioni & dolori lacertorum mitigatiua cõueniunt. Itẽ cerotum cũ œsypo factũ ab omnibus fere scitur huic dolori conuenire: quo non inuento cum medicinis mitigatiuis mitigari oportet, & parũ stypticis. Quod si dolor nõ fuerit: morbũ abijcias cũ fortibus medicinis, cinere scilicet, aceto, et uino. Si materiam fluentem repellere volueris: vinum ni-

A grum & ponticum apponas. Si vis dissoluere, cinerem superinducas. acetũ vtriq; valet: quia virtus eius composita est. Si tumor per negligentiam fuit antiquatus, & diuturnus factus: lauetur prius cũ lixiuio: deinde cum subscriptis curetur. Stercus columbinum coquatur & coletur: cui calcem extinctam in subtilissimũ puluerem redactam, admisce, & vnge. Si neruus sit contusus: & cum eo sit cutis contusa & vulnerata: medicamẽ sit siccissimũ: & partes diuisę cõiungantur: & optime constringantur. Si absq; vulnere neruus sit cum cuti contusus: emplastrare cũ farina fabę, aceto, & melle, optima medicina est. Si dolor cum contusione fuerit: adde prędictis picẽ liquidam: & cum prędictis decoquas, et calidum ponas. Si soli neruo contusio accidit: cum oleo calido virtutem dissolutiuam habente, oportet tales sæpius fomentari: et sicut superius dictum est, in corpore studium im-
B ponatur. Et si vis vt amplius desiccetur, hordei farinam adiungas: si vero maxime, farinam orobi non admittas. Hoc dico: q̃ in omni medicina necessarium est ingeniũ & studium medici: vel si aliquando aliquod accidens præter solitum euenire contingat, sciat minuere & augere sicut necessarium fuerit in virtutibus medicinæ: alias frequẽter incidet in errorem.

*De uulnere ligamentorum & chordarum.* Cap. XVIII.

LIgamenta licet sint chordę similia: possunt tamẽ inferiora tolerare medicamẽta: quia sensum nõ habẽt: neq; iuncta sunt cum cerebro: sicut nerui. Nerui enim alij ĩmediate procedunt a cerebro: alij medulla spondylium mediante. Chordę enim cũ ex neruis & ligamentis sint compositę, necessario procedũt
C a cerebro: quare sicut nerui spasmantur: ligamenta uero ab ossibus oriuntur: ligamentũ vero duorum ossium est coniunctio. Ideoque si vulnus in ligamento fuerit: nullam propter hoc patietur molestiã ex acumine medicinæ. Si vero ligamentorum quæ coniunguntur cum lacertis, aliquod vulneretur, molestum erit: & nisi diligenter & caute curetur, minime suspitione carebit.

*De uulnere ex contusione accidente.* Cap. XIX.

CVm vulnera ex contusione accidunt: non negligatur contusio, & vulnera sanentur: ne mẽbrum corrumpatur & putrefiat: quia sicut dicit Gal. necesse est q̃ caro cõtusa putrescat: cuius putredo ad vulnus detrahatur: & carnis generationi & consolidationi repugnat. In curatione autẽ huiusmodi vul-
D nerum quatuor principaliter requiruntur intentiões. Prima est, vt corpus euacuetur per phlebotomiã & ventris solutionem: si indiget illo, vt sit adiutorium in eleuatione tumoris: si contusio fuerit profunda, & totus sanguis coagulatus, phlebotomia non sufficit: ĩmo oportet vt attrahatur cum fortitudine cum ventosis scilicet & scalpellatione et sanguisugis. Secunda est, vt administretur emplastrum mollificatiuum & maturatiuũ: sicut est emplastrum maluarum decoctarum: etiam embrochatio de farina tritici cum decoctiõe maluarum et oleo: nam huiusmodi medicamẽ, sanguinem, qui iam coagulatus est in contusione, mirabiliter subtiliat, & liquefacit, dilatando poros, et mitigando dolorem, calorem etiam carneum aggregat & conseruat. Tertia est, vt sanies mundificetur. Quarta vero & vltima, vt vulnus cum medicina exiccati-

ua, ſicut cætera vulnera, curetur. Scias tamen ſicut ipſe Gal. teſtatur: ꝙ contuſio ſanatur difficilius quam ſciſſura. Nos etiã de hoc in vulneribus capitis aliquid loquemur: ponentes curam, quam magiſter Hugo in contuſione faciebat.

*De apoſtemate calido ſuperueniente uulneri, & prohibitione, & cura ipſius.* Cap. XX.

QVia frequenter ex errore medici, vel inordinata diæta, apoſtema calidum, vulneribus accidere conſueuit: de ipſius prohibitione & cura ſecundũ ſententiam veterũ, & noſtram experientiam faciemus capitulum ſpeciale. Igitur vbi potes de apoſtemate calido, ſeu eryſipelate veriſimiliter dubitare, temperata diæta vtatur, ab omni repletiõe & ſuperfluitate ciborũ diligentiſſime abſtinendo, vtendo ſemper diæta vulneratorum infra in proprio capitulo ordinata: quouſq; ab apoſtemate calido optime fueris ſecuratus. Si vero humores in vulnere videris ſuperabundare, & vulneris circũſtantia loca rubere, & iam initia apoſtematis calidi ibi cernis: tunc tota intentio tuæ curationis ſit in prohibitione ipſius: quoniã ſicut dictum eſt, vulnus non ſanatur, niſi apoſtema quieſcat. Particularibus ergo cõuenientibus excuſatio non eſt: quin velociter ſanguis de parte contraria extrahatur: maxime ſi ab initio nõ fluxit a vulnere multus ſanguis. Apoſtema uero calidum non lædatur niſi cum medicamine, in quo eſt infrigidatio & exiccatio in primo gradu: & mollificatio in ſecundo. Et proprium in hoc, ſicut dicit Auic. in quolibet membro a capite vſq; ad pedes, & cõmunis iuuamenti eſt. vt Re. granatũ dulce: & decoquatur in vino põtico: & emplaſtretur cũ eo locus: fortaſſe enim ſic curari poterit. Ad idem valet ſi locus cum oleo roſa. & albumine oui epithemetur: aut pannus in aqua & aceto infuſus ſuperponatur. Medicamen vero domini Hugonis ex compoſitis eſt ſpeciale ad hoc: et eſt expertum valde apud me: & illud eſt quod fit de maluis coctis in aqua & vino & furfure: ſicut dicetur inferius in cura uulnerum capitis. Et obſerua diligenter ad quẽ conuertitur apoſtema, verbi gratia: ſi adminiſtraueris vnguentum nigrũ quod calidum eſt, & videris vulnus veſicari & rubefieri: vehementer declina ad infrigidantia & vnguẽtum album. Et ſi videris eum mollificari aut indurari poſt appoſitionẽ unguenti albi vel ſimilis eius: adminiſtra nigrum, vel ſimile. Si vero prędictis remedijs apoſtema calidum nõ curetur: ſicut dicam curam impẽdas. Nota ergo ſi ex percuſſura ſeu vulnere phlegmõ, ſiue calidũ ſuperuenerit apoſtema: ſi ĩ ſuperficie cutis ſit, nec per aliam partem fluat, verendũ non eſt: ĩmo ſatis ſanitati propinquum. Si autem adeo fortiter vulneratus, ſeu percuſſus fuerit: vt craneo cõpatiatur meninx: ſępe propter lęſionem meningis ſuperueniunt pericula valde magna: ſi enĩ ſpaſmus & alienatio ſubſequentur, mortem acutã valde inducunt. Si ex percuſſura vel vulnere magnus feruor ſuperuenerit: phlebotomia prohibendus eſt: ita vt ab illa, ſicut iã dictum eſt, cura incipiat: contraria enim apoſtemati calido & ſuperfluentes humores cõpeſcit. Euacuatione facta, ex oleo dulci bindis infuſis, totum caput inuoluatur omnino: ut principium neruorum nullum penitus rigorem ſentiat. Vinum etiam ab initio prohibendũ eſt, & carnes, & omnes cibi fortiores: maxime ſi fe-

E bre laborauerint. ſi enim febricitent, ſuccum ptiſanæ dabis, & vitellos ouorũ, & maluas, & lactucas, & intubas, et cucurbitellas. Q; ſi vigilias patiatur: infundatur caput oleo chamomilino, aut ro. ſæpius vtriſq; permiſtis plus: aut minus ſecundũ magnitudinẽ phlegmonis, & infirmi temperantiam, & qualitatem ætatis. His peractis cum tabes aliqua ex vulnere ceperit emanare, phlegmone manente, cum melle & oleo permiſtus curetur, aut tetrapharmaco: quod tumorem iam factum reprimit, nec alium fieri permittit. Apophlegmaticum etiã emplaſtrum ſuperpoſitũ bonum eſt. ipſum enim omnino iuuat inductum, & ſuperpoſitum. Talis igitur eſt cura phlegmonis cum vulnere accidentis.

*De indicijs mortis & periculi, in quibus communicant uulnera quorundam membrorum.* Cap. XXI.

F MEmbra ſecũdũ plurimũ, ſignificantia mortẽ, cum in eis vulnus acciderit, ſunt, ſicut veſica, cerebrum, cor, renes, hepar, diaphragma, ſtomachus, & inteſtina minuta. & aſſerit Hippo. cum dicit veſicam inciſam, & cerebrum, aut cor, aut renes, aut diaphragma, aut aliquod inteſtinorum graciliũ, aut ventrem, aut hepar, mortale. & Gal. exponit in commento ſigna prædictorum vulnerum, ſic deſcribemus. Cũ vulnus in corde fuerit, ſanguis niger egreditur. vulnus quoq; in parte ſiniſtra circa regionẽ cordis: acciditq; patienti ſudor, & extremitatum frigiditas: et eſt proculdubio ſecundũ omnem diſpoſitionẽ mortale: nec eſt ſpes aliqua. Si in diaphragmate fuerit: tũc vulnus erit prope coſtas paruas: anhelitus magnus & ſpiſſus, cum vehementi dolore & ſuſpirio, &

G vtriuſq; humeri motione: morbuſq; non prolongatus: & maxime ſi vulnus in parte neruoſa fuerit: cum enim in parte carnoſa exiſtit: tunc teſtante Gal. poſſibile eſt, vt conſolidetur, & ſanetur. Si in pulmone fuerit: ſanguis exit ſpumoſus, anhelitus fit frequens, colorq; patientis mutatur. Si fuerit in ſtomacho: cibus per vulnus emittitur. Si fuerit in veſica: vrina proculdubio effundetur. Si inteſtina fuerint vulnerata: egeſtio exibit per plagam: & quãdoq; egreditur inteſtinum, aut zirbus. Si in cerebro vulnus fuerit: in capitulo de fractura cranei narrabitur qualiter cognoſcatur. Si ſupradictis mẽbris vulneratis ſigna mortalia non apparuerint: tunc in ipſorum curatione diligens ſtudium impendatur: quoniam fortaſſe infirmus optime poterit cum dei auxilio liberari: ſicut certum & frequentiſſime a me eſt expertum. Si vero

H ſigna mortis appareant: omnino deſiſtendum eſt. Et plurimum quidẽ vt dicit Auic. ille cui accidit nauſea, aut ſingultus, aut ſolutio vẽtris: moritur. Si de vulnere facto in profunditate pectoris ſpiritus egreditur: ſintque cũ eo cordis tremor, ſtrictura anhelitus: ſimiliter eſt mortale. Sed ꝗa medici ratiocinati ſunt de vulnere pulmonis: oportet nos de hoc aliquantulum diſputare. Dico ergo ꝙ uulneratio pulmonis duplicem habet conſiderationem: quia aut fit a cauſa interiori: aut a cauſa exteriori. Si a cauſa interiori: phthiſis appellatur: & tunc nõ curatur, ſicut dicit Serapio, propter triplicem rationem. Prima eſt, quia medicinarum virtus ad locum peruenire non poteſt propter longitudinem viæ. Secunda eſt, humiditas illius membri. Tertia eſt, ſuperfluitas motus eius. Verũ tamen intentio Serapionis non fuit, niſi de vulneratione

tione putrida & antiqua: quia si recēs fuerit, antequā in ea sanies colligatur, affirmat Gal. talē posse curari: & pluries se asseritiam curasse. A causa exteriori, dico, ꝙ si vulnus recens fuerit, consolidari et sanari possibile est: & appositio medicinarum ad mundificationē illius membri magis præualet, cum vulnus est exterius, quam cū est interius. Porro cōtrarietas, propter quā pulmo curam non recipit, est humiditas & eius motus continuus, sicut Gal. narrauit. Idē Gal. inquit: membra vulnerata necesse est vt quiescant, alioquin nullatenus solidantur: quod est: quia ex motu diuisionē & elongationem partes vulneris patiūtur. Preterea vulnera quę cadūt super extremitates lacertorū, sicut sunt quae accidunt tribus digitis supra genu, vel totidem infra, vel supra iuncturā manus, aut inter cubitum & humerū: sunt secundū plurimum significantia mortē: et fortasse raro quisquā euadit, pręcipue si ossa sint fracta. Et Gal. & Almansor dicūt, ꝙ musculi sunt compositi ex carne, neruo, et ligamēto: & sunt voluntariorum motuū instrumenta, & est eorum figura in modū arcus, & quia in eis nimia est sensibilitas, & partim a cerebro, partim a corde ipsorū procedit origo: idcirco pernitiosum ipsorum vulnus iudicatur. Et cum accidit spasmus huiusmodi uulneribus lacertosis, nō recipit curationē, sicut Aui. testatur: vt incidatur lacertus in latitudinem: & tunc oportet vt illius membri operatio destruatur: & de hoc dicitur alibi: quia si possibile est tibi spasmum cū alia re curare, lacerti destructio postponatur. Generaliter autem omnia vulnera, quę sunt in locis neruosis, vel locis vicinis neruorū, sunt timorosa: quia multoties sequuntur ea mala accidētia, sicut spasmus, alienatio, & permistio rationis. Et in quocunq; loco fuerint, si magnam habeant profunditatem & capacitatem: sunt vicina timori. Quę vero sunt in locis carnosis, in quibus sunt pauci nerui, & paucę pelliculæ, & venæ, & ligamenta pauca, neq; sunt magnæ profunditatis, neque capacitatis: saluiora sunt.

*De extractione sagittarum, & modo, & forma ipsarum.* Cap. XXII.

Modus extrahendi sagittas, diuersificatur secūdum diuersitatē earum. Sagittarum enim diuersitas multa est. Quædam enim ex eis habent cuspides magnas: quædam paruas. Quædā sunt concauæ: quædā surdæ. Quædam sunt barbulatæ: quędam triangulatę. Quædam quadrangulę: & quædā duorū angulorū tantum. Membra vero in quibus cadūt: aliquādo, sunt ex mēbris principalibus & nobilibus: sicut cerebrū, cor, hepar, pulmo, renes, vesica, stomachus, intestina, & eis similia. Quando vero vulneratur aliquod prædictorū mēbrorum: & apparent tibi signa mortis iā dicta in suo capitulo: quę hic iterū memorabor: tunc oportet vt caueas ab extractione sagittæ. nā plerūque post extractionem statim moritur vulneratus. Quando vero nō apparent signa prædicta: sagittam cū omni subtilitate & ingenio extrahēs, cura vulnus.

Signa, quādo sagitta cadit in cerebro, sunt hæc, dolor capitis vehemens, scotomia, vertigo, rubedo, inflāmatio oculorum, rubedo linguę, spasmus, & permistio intellectus, cholerę vomitus, & forsan ex naribus vel auribus sanguis fluet, sermonis abscisio, vocis amissio: & qđ ex vulnere egredietur humiditas al-

A ba, similis pulti, & exit ex eo simile aquositati carnis: istis apparentibus signis, valde timendum est: non tamen penitus desperandum: quia quendam curaui, & multos a domino Hugone vidi curatos, in quibus ꝓ maiori parte apparebant signa prædicta.

Signa sagittæ in corde sunt: quia sagitta sub mamilla sinistra est, & sentit patiens quasi in re solida, & nō in vacuo sit infixa, & forsan sagitta mouetur vt pulsus, & currit ex vulnere sanguis niger: & sequitur frigus extremitatum, sudor frigidus, & syncope: istis apparentibus signis, fugias: quia mors proculdubio appropinquat.

Sagittę in pulmōe signa sunt, exitus sanguinis spumosi ex vulnere: mutatio coloris infirmi, & quia expirat spiritum magnum & altum, & quærit attractionem aeris frigidi.

B Sagittæ in velamīe pectoris signa sunt, vulnus prope costas paruas, anhelitus cum dolore vehementi, suspiratio, motus amborum humerorum.

Si cadat in stomacho: cibus egreditur indigestus.

Si cadat in ventrem, aut stercus, aut zirbus, aut intestinum, quod iam est disruptum, exibit: quare valde timendum est.

Si cadit in vesicam, & egrediatur vrina, & de vesica aliqd ad exteriora ꝓcedat: tūc scias qa mortale est.

Reliqua autē membra, sicut facies, collum, guttur, spatula, adiutorium, spondylia dorsi, furcula, coxa, crus, & eis ex membris similia: vt plurimum recipiūt sanitatem.

Modus autē extrahendi sagittam in vulnere: non est res quae perfecte valeat comprehendi. Quottidie enim instrumentū nouum, & modus nouus, C solertia et ingenio medici inuenitur. Ponemus tamen aliquos modos, vt minus ingeniosis & rudibus satisfiat. Sagitta ex loco ī quo figitur, egreditur duobus modis: aut per locum per quē intrauit: aut ex parte opposita. Et illa quæ egreditur per locum per quē intrauit: si inobediens est ad exitum, oportet ꝙ dimittatur aliquibus diebus: donec caro quę est ī ipsius circuitu, putrefiat: quia ex tunc de facili extrahatur: & si figat̄ in osse, nec obediat: dimittatur per aliquot dies, quotidie ipsam cū attractione mouendo: egredietur enim: ꝙ si nec sic egreditur: perfora os in circuitu sagittæ vndique cū subtili perforatorio: donec sagitta paretur ad facilē exitum foramine dilatato. Generaliter hoc teneas, ꝙ sagittā in quocūque loco corporis figatur: ipsam cū forficibus vel alio modo omni facilitate & ingenio quo poteris, extrahas. Et si fixa fuerit in osse, & adeo firma permaneat: ꝙ cum forficibus D extrahi nō queat. si ferrum illud fuerit concauū: tunc habeas terebellū optimū, adeo grossum, ꝙ vsque ad profundū concauitatis sagittę nō intret: vt ponas terebellum intus in cōcauitate sagittę: & ac si velles perforare, reuoluas: hoc facto, extrahas cū fortitudine: quia terebellum tenebis fortissime: & de facili non dimittet. Vidi quandoque duos fortes homines laborātes in trahendo: non tamē sagittam extrahere potuerunt: & magister eam dimisit quousque egressa est. Si sagitta auriculata fuerit, positis duabus cannulis æreis uel aliquo simili ī duabus extremitatibus auriū, ipsam sicut poteris, foras trahas: si alias necesse fuerit, extrahe, in quacūque parte corporis ingenietur medicus cū instrumentis trahendo, retorquendo, cōcutiēdo: vt caro & os in circuitu putrefiant, diebus aliqui-

bus expectando, carnē cedendo: ossa in circuitu perforando: ab incisione venarū, neruorum, chordarū, et arteriarū diligenter cauēdo: procura totis viribus, omni ingenio, ut sagitta cum oī facilitate qua poteris, extrahatur. Si sagitta fuerit fixa in craneo, panniculis, uel cerebro, nō desperes: sed ipsa diligēter extracta, si infirmi virtus non deficit, ad curā vulnerum capitis recurras: et secundū doctrinam, quā dicemus in capitulo vulnerum capitis, curā geras. Si sagitta infixa fuerit in aliqua parte thoracis: cura dicenda in capitulo de vulnere cassali curet. Si infixa fuerit in dorso, & in stomachum transitum fecerit: in capitulo primo dicetur qualiter extrahi debeat & curari. Si in ventrem penetrauerit: cura vulnerū ventris in secundo libro ponenda curetur. In genere enim & non in specie intēdimus de vulneribus in hac parte tractare. In quacunq; ergo parte corporis sagitta infixa fuerit: extracta sagitta ut dictum est, membrū, in quo infixa fuerat, curetur: sicut ipsius compositio, & forma requirunt. Si sagitta fuerit toxicata, significāt illud, quoniā color carnis apparet fuscus, aut liuidus: oportet igitur tunc, si possibile est, & locus tolerat: vt concaues in circuitu totam carnem, deinde cura uulnus cum eo quod conuenit ad illud.

Forma forcipum quibus trahūtur sagittę, ista erit: extremitates eius sint similes rostro auis: & sint factae ad modū serrę: & sint de bono chalybe optime temperatae: vt quando sagittam ceperint, non dimittant. Et fiunt ex eis multarum formarū, magnę, medię, paruae, secundū magnitudinem sagittarum, & qualitatē paruitatis ipsarum, & magnitudinem vulneris & cōstrictionem ipsius. Et aliae sunt surdae, aliae concauę, quibus mediantibus extrahuntur sagittae surdae. In concauo enim forcipum recipitur cauda sagittae.

Non piget in fine huius capituli, quamuis a nobis experta nō sint, quaedam experimenta empirica scribere: quę quosdā peritos cū assertione plurima nouimus affirmare. Igitur ad extrahendū sagittam, flexis genibus dicatur ter oratio dominica, scilicet pater noster: qbus dictis, accipiatur sagitta cum ambabus manibus simul iunctis: & dicatur: Nicodemus extraxit clauos de manibus & pedibus domini: & extrahatur sagitta: & exibit statim. Item sagittam & ferrū de vulnere extrahes: si folia bletarum cū folijs diptami trita supra vulnus ponas. Et Macer dicit: ꝙ spinas, furunculos, & caetera infixa extrahit abrotanum per se, vel cum adipe emplastratum. Et Macer dicit: ꝙ aristol. ro. trita et apposita omne infixum detrahit: & dicit: ꝙ radix erucae elixa, & superposita ejicit ossa fracta.

*De extractione spinarum, hastellarum, & similium, quando corpus ingrediuntur.* Cap. XXIII.

SPinae, hastellae, vitri partes, & similia, quę corpus ingrediuntur, cum emplastro facto ex rebus relaxantibus extrahuntur: vnde extractiuae vocantur huiusmodi medicinae. Et ex illis est ammoniacum cum melle mistū & emplastratū. Item ex cepis narcisci cum melle tritis. Item radices arundinis cum melle tritae: & si omnia praedicta simul coniungātur, fortior erit eorum operatio. Inquit Auicē. ꝙ rana excoriata superposita, est mirabilis attractionis: similiter cancer contritus. Inquit iterum. ꝙ caput lacertae, statim cum abscinditur, cum aristolochia longa et E radice cannae, & cepe narcisci mirabiliter extrahit. Haec enim spinas & hastellas, & sagittas, etiam quando nimis infixae sunt, attrahunt & educunt.

*De spasmo & eius cura.* Cap. XXIIII.

SPasmus, vt dicit Auic. est aegritudo neruosa: qua mouentur lacerti ad suum principium: & inobedientes fiunt in dilatatione ipsius. Spasmi tres sunt species, scilicet anterior, posterior, & tetanus, quem quasi totum tenens aliqui interpretātur. Spasmus autem diuiditur secundū causam. alius enim fit ex repletione: alius ex inanitione.

Signa spasmi facti ex repletiōe sunt: quoniam accidit subito cū plenitudine corporis nulla euacuatione pręcedēte, sicut solutione ventris, fluxu sanguinis, febre, & similibus.

F Signa vero spasmi facti ex inanitiōe sunt: ꝙ accidit secundum contrarium illius, scilicet post aduentum euacuationis.

Spasmus factus ex inanitione, vix aut nunquā curatur: & cura eius est balneum aquae tepidae dulcis: & inunctio spondylium, & iuncturarum cum oleo viol. tepido: & tegatur patiens sicut febricitans cum frigida & humida diaeta, & bibat lac dulce frequenter, & vinum cum aqua multa.

Cura vero spasmi facti ex repletione est: vt inungatur spina, collum, ceruix, & totum corpus cū oleis calidis, sicut oleo euphorbij, castorei, laurino, & similibus, laterinum vero plus cęteris valet.

Vnguentum bonū ad idē. Re. euphorbij, castorei, ana par. iij. pyrethri, thuris, myrrhae, aloes, mastiches, ana drac. v. olei. laurini, sambucini, pulegini, cōmu-
G nis, ana & cerae quātum sufficit: terenda terantur: & cū oleis & cera ad ignem conficiantur: & fiat vnguētum. Item patiens assumat frequenter vinum decoctionis castorei, cinnamomi, spicę, piperis, calamenthi, sansuci, saluiae, & rutae, simpliciter vel compositę. Dominus Hugo de prędictis faciebat fieri pigmentū, et propinabat infirmo. & dicebat optimū esse. Fiat gargarismus iste. qui Reci. sinapis, pyrethri, staphidis agrię, ana. bulliant in vino forti cum melle: deinde cū colatura fiat gargarismus: prouocetur sternutatio cū puluere castorei & piperis naribus iniecto. Intret patiens balneum siccū: & diu sudet in eo: & cum praedicto vnguento vngatur. Hoc facto intret lectum, et iaceat in culcitra molli valde & bene parata: & cum aliquantulū requieuerit, intantum ingrediatur balneū, & sudet: & tandiu sic fiat, donec sanetur, si Deus vo-
H luerit. Et scias quia inter dentes eius ponendum est lignū: ne cum motus inuoluntarius in eū redierit, lingua dentium contritione laedatur. Item vnguentū ad idē. Rec. olei muscellini, vnc. i. petrolei, vnc. 5. olei cōmunis, butyri, ana vnc. iiij. cerę, vnc. i. styracis, calamitae, rubeę, ana drac. ij. & .5. mastiches, olibani, ana vnc. 5. gumi ederę, drac. iiij. & .5. omnia liquabilia ponantur ad ignē: & tritis terendis, admisceantur eisdē: & cum spatula bene incorporentur. Cū vero ad spissitudinem venerit, & coctū fuerit: superponatur styrax, & fiat vnguentum: et fiant vnctiones inter duos ignes in ceruice, & collo, & spina, & etiā in toto corpore: hoc vnguentum plurimum valet spasmo ex repletione. Itē ad idem. Re. absinthiū, pulegiū, & baccas lauri, & cyminum. terantur omnia, et cribrentur: & confice cum melle, & fac bullire aliquantulū vt inspissetur.

spissetur: & pone in plagella, & tepidum superpone loco dolenti: mirabiliter dolorem mitigat. Item contra spasmũ, secundũ Auic. Re. oleum antiquũ, credo laterinum fore optimũ lib. i. ceræ rubeę, vnc. ij. liquefiat cera cũ oleo, & pulverizetur, desuper euphorbij recentis triti, vnc. i. misceatur, & reseruetur in omni hora necessitatis, & inungatur locus spasmatus cũ eo. ipsum enim est multi iuuamenti. Lilia despasmãt pueros, anisum, crocus, & mel.

*De diæta & regimine infirmorum.* Cap. XXV.

DIximus supra ĩ duobus oporterẽ huius artis operatorem pręcipue, & principaliter spem habere in summo medico & natura. Ideoq; oportet naturã cõfortare: vt possit recuperare deperdita: & restaurare soluta. Cum igitur natura ipsa absq; nutrimento boni sanguinis generatiuo nihil perfecte tã in paruis quã in magnis vulneribus valeat operari: oportet medicũ cibaria boni chymi & boni sanguinis generatiua nõ ignorare: vt de talibus vulneratus cibetur: vt congrua diæta exhibita, natura bonũ sanguinem generet, ad carnis renascentiã & cõtinuitatẽ vulneris reducendã: pręcipue etiam cauendũ est, ne aliqua cibaria putredinis generatiua offerãtur infirmo: vt fiat generatio saniei, & impediatur natura: & sic ex mala ꝓuidentia labor medici prolongetur.

Cibaria igitur supradictũ sanguinem generantia: qbus suos dominus Hugo cibabat infirmos, sunt ista, gallinæ, capones, pulli iuuenes, carnes hœdi lactentis, carnes castrati iuuenis, perdices, fasiani, aues paruę cũ rostro subtili, & brodium decoctionis eorum, & oua gallinarũ quolibet modo cocta, præter elixa, vel frixa. Potus autẽ quem dominus Hugo dabat, erat vinum melius quod poterat inueniri, sine aquæ admistione. Et vinum quod naturę humanę asserebat fore amicabilissimũ, est vinum albũ subtile aromaticũ, ad bibendum suaue. Dicebat enim ꝙ hoc erat vinũ, de quo sanguis quasi nullo medio generatnr, & ꝙ natura cum tali vino in vulneribus optime operatur. Et ego semper ipsum in parte ista secutus sum auctoritate Gal. suffultus: qui ĩ lib. de ingenio sanitatis, dicit: ꝙ uinũ vulneratis nullatenus subtrahendũ, nisi super uenerit calidum apostema. In principio tamẽ vulnerum prædicta cibaria ab omni repletione cauendo cũ quadam temperãtia ministrentur: quãdiu scilicet de apostemate calido sit securus, extunc enim prædicta cibaria poterunt vberius & largius ministrari. Caueat igitur nimiũ vulneratus, ꝙ cuncta quæ circa diętam dicta sunt, diligenter obseruet. hoc enim reputo in omni vulnere principale: & siquis contrauenerit, hanc viam nostram sequendo, manifestũ sibi sentiet nocumentum.

*De quibusdam potionibus, & mistionibus appropriatis uulneribus & ulceribus.* Cap. XXVI.

MIstæ medicinæ, quibus pleriq; & maxime vltramontani chirurgi in plagis vtũtur: & quasi aliquod sacrũ occultant: componuntur ex caule rubeo, rubea maiori, semine canapis, consolida media, agrimonia, lanocola: aliqui addunt pedem columbinum, & dicunt ipsum proprietatis mirabilis in hoc esse: & consolidam maiorẽ & minorem, pilosellam, & pimpinellã, gariophyllatam, & maioranam, & etiam gentianã. agrimonia tamen & gentiana specialiter va-
A lent contra fistulã: & sicut experti asserunt, magnãm proprietatẽ in curando fistulas habere dicuntur si in potu sumantur. Itẽ mistura quam a quodam fratre prædicatore frequenter experto pro magno secreto recepi. Re. caulis rubei, canapis renati, tenaceti, consolidæ, rubeæ, quam quidã primulã veris dicunt: omniũ, folia ana: rubeę maio. quantũ de oĩbus. tere & cõ misce: detur ad quantitatem vnius nucis, vel parum plus si multas habet plagas cum optimo vino rubeo non dulci, neq; cocto, neq; cũ racemis bullito: & supponatur vulneri fol. caul. rubei iuersi, bibat vna die: altero non: aliqui ponunt de se. canapis: & de rubea magis quam de omnibus alĳs.

Item aliter. Reci. radices rubeę maio. foliũ caulium rubeum, apium domesticũ, gariophylletum, se. canapis, agrimoniam, tenacetum, ana. tere omnia simul: et
B cum fuerint bene trita, distempera cũ vino albo: & fac bullire aliquantulũ in olla munda: & semper moueas dum coquuntur: deinde modicum frigefiant: & dulcora cũ melle: & reseruetur in vase mundo: deinde vulneribus lotis vino, superponatur foliũ caulis rubei, & ligetur: & quotidie mane et sero, sumat vulneratus duo cochlearia de potiõe prædicta: quousq; fuerit liberatus. Et si contingat vulnera nimiũ desiccari, humectentur cũ vnguento aliquo conuenienti ad hoc vel cum aliquo alio medicamine, sicut videris expedire. Sũme etiam & præcipue cauendum est super omnia, ꝙ omnis habens vulnus in capite, & maxime si de lęsione intrinseca dubitetur: vt ab omni pollutione caueat: quia si nõ cauerit, in cerebro citissime spasmus fiet: quo facto secundũ plurimũ amarissima morte die tertia morietur.

C

## THEODORICI LIBER SECVNdus. Prologus.

DVCE Christo disputatione, De vulneribus et vlceribus & medicinis eorũ, De fluxu sãguinis, De ingenĳs, quibus sagittæ ĩfixę corpori abstrahũtur, De apostemate calido, & spasmo, & vulneratorum diæta: prout sibi dare placuit ex dictis veterum, doctrina domini Hugonis de Luca & nostra experientia expedita: ad illorũ practicã, quomodo sit in quolibet mẽbro corporis exercenda, transitum facientes: a capite
D quod membrũ regiũ dicitur, quia quinq; sensus perficiuntur in eo, sumemus initium, curã ipsius & aliorũ membrorum postmodum ordinantes: & vt facilius quod quisq; postulauerit, valeat inuenire: hũc librũ, sicut & pręcedentem fecimus, per capitula distinguemus. Et ista sunt capitula secundi libri.

*De uulnere capitis simplici in carne tantum sine deperditione substantiæ.* Cap. I.

CAput contingit diuersimode vulnerari:& vulnerum ipsius, aliud est simplex: aliud compositum. In cura simplicis vulneris, sicut in prima parte huius operis dictum est, vnica est intentio, scilicet coniunctio partium solutarum. In cura vero compositi, intentiones diuersificantur secundũ diuersitatem compositionis ipsius. Nos tamen primo de simplici
E tractabimus, consequenter curam cõpositi vulneris exponemus. Igitur si vulnus simplex fuerit cutis, id est si læsio sola fuerit sine deperditione substantię, vel læsione cranei: sic curabis. In primis labia vulneris & totũ circa vulnus optime abradãtur: deinde uulnus a pilis, capillis, & quolibet alio mundetur perfecte: & vulnus cum stupa leni in bono vino calido balneata & expressa optime desiccetur: & sic labia vulneris, sicut melius fieri potest secundũ statum sanitatis pristinũ coniungantur: & cũ puluillis de stupa leni & mũda decenter factis vino calido balneatis & vulneri sicut decet superpositis, cum leni fascia taliter fasciетur: ꝙ coniunctio reparata in labijs vulneris, nullatenus valeat permutari. Prima ligatura vsq; in tertium et quartũ diem, si dolor nullus appareat, non soluatur. Si vero dolor aliquis ægrum infestauerit: cõtinuo dis
F soluatur: & si aliqua putredo inferius generata fuerit, cũ stupa leni balneata in vino calido, & expressa, cõprimatur vulnus, & sanies siqua intus fuerit, per cõpressionem huiusmodi expellatur: quo facto sicut antea religetur: & nisi dolor infirmũ exagitet, non nisi de tertio die in tertium vulnus soluas. Si vero dolor nimis ægrum vexet, adeo ꝙ de apostemate calido timeatur: vel etiam si dolore nimio existente non timeatur de illo, plagella de stupa leni tenuissima balneata in vino calido, et expressa, vulneri imponatur: postmodũ superponatur puls, quæ sic fit. Decoquantur maluarum folia, & pistentur: de tali malua pistata recipiatur quantum pro vice vna sufficiat: & bulliat in tanto vino, quanto sufficiat in cõpositionem pultis. Postquam vero in vino diu bullierit: superponatur de furfuris cribratura paulatim, & paulatim, pro
G bona incorporatione, semper cũ spatula deducendo ad ignem, donec puls inter duritiem & molliciem fit æqualis: & quotidie semper eodem modo mutetur: donec omnis dyscrasia vulneris sit sedata, extunc cũ stupis in vino calido balneatis modo supradicto curetur. Si caro aliqua superflua in uulnere generetur: curetur cum unguento uiridi, quod fit ita. Viride æris optime puluerizetur diligentius, & cribretur, & admisceatur cũ optima dilathea: & si uolueris ꝙ amplius sit acutum, ponatur media uncia de uiridi æris in duabus uncijs dialthææ. Et ad magnã superfluitatẽ carnis uulneris depurandam, receptionem æris uiridis duplicabis: die sequẽti post appositionem unguẽti, apones in uulnera fila de panno ueteri laniata: & sic cum filis & unguento curabis: quãdiu perfecte & pulchre obduxeris cicatricẽ. Hoc generale documen-
H tum quod in cura uulnerum capitis datum est, quando scilicet uulnus in cute tãtum est, et dicitur simplex uulnus, generaliter tenendum est in omnibus uulneribus cutis capitis, quomodocunq; sint sine deperditione substantiæ & cranei læsione. Miror si in mundo est melius documentũ. Ego cũ multos in diuersis regiõibus probos & famosos medicos uiderim, et multa expertus fuerim: melius non inueni. Dicit Auic. ꝙ in fissura cutis quæ peruenit usq; ad pannũ, qui extenditur super craneum, ligamentũ & strictura sufficiunt. et dicit ꝙ rectius in cura eius est, vt super fissurã oleum rosatum tepidum infundatur: deinde aggregentur labia uulneris: & si necesse fuerit, consuatur, et puluerizetur super uulnus puluis quæ dicitur capitalis: & ponantur desuper puluilli in uino styptico concusso cum oleo balneati: deinde reliqua ligamenta, et quiescat

q̄secat infirmus vt fiat delitiosus, & p̄curetur vt dormiat: et si necessaria fuerit subtractio sāguinis, minuatur. Dn̄s Hugo reprobat illud: q̄ scilicet vulnus capitis vnquā suatur: vel quod in vulnere q̄ consolidare intendimus, ponatur aliquid vnctuosum. Primū quia caput sit membrū, in quo quomodocunq; vulnus sit, labia vulneris optime possint ligatura coniungi sutura, quę solū fit, vt cōiungantur labia, nō est aliquatenus facienda. Secundū, q̄ oē vnctuosum maculat vulnus, et coniunctionem prohibet labiorum. Determinato de sola læsione cutis, nunc de uulneribus ipsius cum lęsione cranei, panniculorum, et cerebri prosequendum est.

*De uulnere capitis cum fractura cranei.* Cap. II.

Licet de solutione cōtinuitatis in osse in capitulo fracturæ & dislocationis sermone completo dicere intendamus: quia tamen solutio cōtinuitatis quę fit in osse capitis, ab alijs ualde dissimilis est: propterea de illa ad præsens tractabimus, speciale capitulum facientes.

Fractura cranei cæteris fracturis ossium difficilior est: & eius multæ sunt species & diuersę secundū diuersitatē rerum: quibus mediantibus fit fractura. Alia enim fit ex percussione ensis vel gladij incidētis vel alterius simul scindētis os totū, donec perueniat ad velamen. Alia nō peruenit ad velamen sed superficiem tantū ossis incidit: & vulnus aliquando est magnū, aliq̄n paruum: & ex eis est fractura occulta in osse, quæ apud antiquos dicitur capillaris. Alia fit telo, sagitta, gladio acuti capitis, vel aliquo simili: & est difficilior fracturarū: q̄m est magis penetratiua: et eius vulnus est modicum & occultum. Alia fit ex casu, vel percussione lapidis, vel similium: ita q̄ os ad inferiora plicatur: et illud secundum plurimum fit in capitibus puerorum propter mollitiem ossium ipsorū: aut non plicatur, sed scinditur in modum fracturæ capillaris: quæ aliquando penetrat vsque ad panniculum: aliquando vero non penetrat. Et earū vulnus aliquando est paruum: aliquando sine vulnere sunt omnino.

Cognoscuntur autem oēs species fracturæ per diligentē inquisitionē cum tenta. Et cognoscuntur per ampliorē incisionē, et separationē cutis a craneo. Species vero fracturæ capillaris cognoscitur per effusionē encaustri desuper: q̄m hic testificantur veteres: & est res cū qua est fiducia veritatis: & illud fit hoc modo: super os discoopertū & beneterssum encaustrum effundas: et postmodū abstergas. fractura ex hoc remanebit nigra. Et si uis certificari, vtrū penetrans sit fractura, radas fissurā, donec nihil appareat de nigrediē: q̄m si nigredo deficiat, signū est, q̄ fissura ad interiora nō trāsit. Et si fractura fuerit ex casu, vel lapidis percussione, vel similiū, absq; vulnere: tunc eius significatio duobus modis est: secūdū quod duplex est eius species, sicut iam dictum est. Vna, quę plicatur ad interiora: & altera, quę dicitur capillaris. Significatio illius quę ad interiora plicatur, nō occultatur inquirēti cū digitis: q̄m sub eis sentitur cōcauitas manifesta. Significatio vero fracturæ capillaris absq; vulnere cognoscitur difficulter. Ideoq; accidentia quę infirmo superueniunt, diligenter cō-

A siderari oportet. Et accidentia significantia illud, sunt apoplexia, scotomia, destructio vocis, perditio appetitus, virtutis digestiuę, & expulsiuę defectus, febris acuta, & similia. & argumentū maximū faciens huius fracturæ fidem, est consideratio rei, cū qua percussio facta fuit: et considerare vehemētiā ferientis, casus latitudinem, & locū in quem impulsio facta fuit. Et in omnibus prędictis speciebus fracturæ considera velamina cerebri: quorum vnū dicitur dura mater: & alterum, pia mater. Dura mater est panniculus craneo immediate suppositus: & est creatus grossus, vt a craneo se defendat. Pia vero mater tangit et cooperit cerebrū: & est subtilis propter subtilitatē ipsius cerebri. Ante igitur quam ad curam accedas infirmi: cōsidera ipsius accidētia: quæ si videris manifeste mala, & plura in malitia cōuenire: fugias. Si vero accidētia

B bona videris: nō formides. Et ex accidentibus malis, sunt amissio intellectus, syncope, abscisio vocis, rubor, & egressio oculorum, perditio appetitus, virtutis digestiuæ, & expulsiuæ defectus, fluxus ventris, vomitus cholerę, febris acuta, tetanus, & similia: quibus apparentibus in pluribus dispositionibus, infirmus proculdubio non sanatur. Et multoties dura mater rumpitur, & aliquando etiam pia mater, et prędicta accidentia nō apparent: imo reparantur panniculi: & sanatur infirmus: & de hoc facit nobis fidē magna experientia: quia multos fractis ambabus mēbranis, & aliquos, a quibus nō parua quantitas medullæ exiuit, vidimus p̄fecte sanari. de hoc adeo sumus certi sicut de morte. plures etiam vidi habētes aliqua de prædictis accidentibus restitutos pristinæ sanitati. & Gale. testatur de læsione piæ matris multos se vidisse

C sanatos: sicut patet in commento Aphorismorum. Illud tamen est de his quæ raro contingunt. Sciui hominem cuius vna cellularum a cerebro tota euacuata fuit: & tandē repleta carne loco cerebri per dn̄m Hugonem sanatus est: & cum cellula rememoratiua fuisset: vidi dn̄m Hugo. stupentem ualde super illo: quia memoriā sicut ante habebat. erat enim factor sellarū: & artem suam non amisit. Frequenter etiam imperiti medici decipiūtur in hoc: quia rupta dura matre, interdum sanies ad piam matrē descendit: & ibi actione caloris naturalis digeritur: & iterum fit alba & spissa: q̄ quando postmodum expellitur, ab imperitis cerebrum æstimatur. frequentissime vidi illud reddente me cautum viro prædicto: ne in parte illa errarem: sicut stolidi faciebant. Et notandum q̄ sicut caput diuiditur in tres partes, scilicet in substantiam carnosam, craneatam, & cerebrum: sic sunt tres ventriculi.

D vnde Auicēna diuidit in tres partes, scilicet in substātiam velatam, medullarem, & ventres. Vētres autem sunt tres scilicet, anterior, medius, et posterior. In anteriori virtus imaginatiua completur: cogitatiua in media: cellula vero posterior memoratur. Et nos modo ponemus quandam specialem curam prædicti viri, quam ipse frequentissime in læsione cranei panniculorum, & cerebri, exercebat.

*De cura in fractura cranei, pāniculorum, & etiam cerebri secundum magistrum Hugonem.* Cap. III.

Cvm igitur in lęsione cranei panniculorū, & cerebri, non vehementer possimus de patientis,

liberatione sperare: in illo qui sperantes in se non deserit, spes nostra ponenda est: quare cum de talibus quod artificio chirurgiæ curari valeant: non multum sperandum sit, in solo Deo & natura quæ ab ipso est, medicum: qui huiusmodi habet in cura, spem habere necesse est: quare medicus in istis magnis piculis, nec tentare, nec perquirere debet: præcipue postquã certus est, cum non sit vtile de intrinseca læsione.

Ideoque medicus qui talem habet in cura, in Deo, & natura sperando, dupliciter & sagaciter debet naturæ necessaria ministrare. In diæta scilicet, & ligatura, & medicamine competenti. Sicut enim in cuti superius dictum est, talis fiat in capite ligatura, ꝙ calor intrinsecus euaporare non valeat, nec exterior possit aer intrare. Hoc facto, detur puluis quem dominus Hugo sibi appropriabat cum pigmento: quod ita fit. Reci. optimi cinnamomi, vnc. i. optimi zinzinberis albi, vnc. 5. mellegette, drac. i. galangę, cardamomi, domestici, & boni saporis, piperis longi. omnium, ana drac. i. gariophyllorũ electorũ. xij. grana. piperis cõmunis, grana. xv. prædicta omnia optime terantur, & cribellentur: & vsui reseruentur. Pigmentum de prædicto puluere taliter componatur. In quinque libris optimi vini albi ponatur optimi mellis, libra. i. quod cum modico ipsius vini bulliat: & cum bullierit, ab igne tollatur: & de puluere prædictarum specierum in tanta quantitate misceatur eidem quod nõ sit nimis forte: sed sit boni saporis & delectabile ad bibendum: postmodum totum vinum residuum cum speciebus & melle ponatur, & plurimũ agitetur, demum clarificetur per colatorium distillando. De prædicto pigmento cyathi nouem paruissimi recipiãtur: & cũ eis puluis mirabilis quẽ dominus Hugo sibi appropriat, misceatur. Et ego in rei veritate nunquam vidi aliquem, nec audiui qui prędictam curam sciret, vel vteretur illa, nisi prædictum virum cum suis. ipse tamen nullum de filijs absque iuramento docebat. docuit tamen me iam pene centenarius, nullo exorto fœdere iuramenti. Componitur autem prædictus puluis de his quinque herbis: videlicet pilosella, pimpinella, gariophyllata, gentiana, & valeriana: omnium radices, & folia. de gentiana vero radices tantum: ita tamen ꝙ ex omnibus prædictis recipitur per se æqualiter. de pilosella vero quantum de omnibus alijs, vel quantum de duabus alijs imponatur: prædictæ herbæ desiccentur, & fiat puluis. de hoc puluere prędicto pigmento postquam clarificatum fuerit ter, quantũ tribus digitis capere poteris, imponatur spargendo super pigmento qualibet vice in modum crucis: & dicendo. In nomine patris, et filij & spiritus sancti. In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: nõ moriar, sed viuam, & narrabo opera dñi. Castigans castigauit me dñs: & morti non tradidit me: nõ moriar, sed viuam, et narrabo opera domini. Prędicta sic fiant: facta prius ad Deum oratione deuota: vt per prædictum puluerem liberet infirmum. Modo dicam qualiter infirmo prædictus potus debeat exhiberi, hoc ipsum frequenti experientia me docente: nisi prima die vulneris vel secunda antequam infirmus comedat, ad infirmum vocatus fueris, prædictum potum nullatenus exhibebis: & scias ꝙ non reputo multum tutum si prima die vulnerationis vul-

E nus clausum non fuerit, sed potius retentum fuerit cutentis apertum, & iam ab aere fuerit alteratum, quod sequenti die postmodum potum exhibeas supradictum. Igitur prima die vulnerationis vulnere, sicut dictum est superius, procurato: sequenti die potum taliter exhibebis: cum infirmus comedere cœperit, & bibere voluerit. Primus potus quem dabis, erit vnus cyathus paruus de pigmento cum puluere supradicto: & dabis primo facto signo crucis & dictis omnibus quæ dixisti, quando miscuisti puluerem cum pigmento: eodem modo inter prandium & cœnam secundum cyathum exhibebis. tertium cyathum dabis in cœna eodem modo & cum eisdem verbis, sicut in prandio tribuisti: & sic tribus diebus facies quolibet die tres cyathos exhibendo. In hoc enim puluere mirabili quem dominus benedixit, valde sperandum

F est: si infirmus ipsum absque reiectione tenuerit: ita ꝙ in illis tribus diebus nulla vice vomitum patiatur. Si vero infirmum puluerem contingat reijcere, celeriter vulnus soluas, & vulneris & cutis dyscrasiam diligenter considerans: circa vulnus tumor solus appareat in aliqua parte cutis, & in vulnere, vel in aliqua parte capitis dolor fuerit: fiat puls dicta superius: & te postquam fuerit bene facta, in petia extendatur, & tenui placella de leui stupa, sicut dictum est, posita super vulnus, emplastrum prædictum adeo latũ quod multum de cute contineat: & super emplastrum stupa sicca pro calore seruando ponatur: et superligetur optime, vt puls de loco in quo fuerit, non valeat remoueri: & ita semel quotidie renouetur. Scio me de graui fractura cranei cum essem iuuenis, nouẽ frusta ossium post aliquod tempus, ex vulnere expellen-

G te natura sic fuisse curatum, cum multa tamen suspitione & magno periculo, apparentibus grauibus & pernitiosis accidentibus. Ideoque si contingat infirmum euomere puluerem prædictum, curam cũ pultibus non commendo. timore enim plurimo & suspitione non caret. Immo dico ꝙ medicus in hoc casu diligens & solicitus sit: & siue puluerem teneat, siue non: si accidentia viderit timorosa, de ista cura nõ confidat: sed ad chirurgiam recurrat: nisi panniculorum, & cerebri adeo lælio magna fuerit: ꝙ nulla spes ꝙ per chirurgiam liberari valeat: habeatur in alio: sed si de læsione panniculorum non constet: poterit ad chirurgiam, si videbitur, haberi recursus. Ego tamen dico ꝙ omnes quibus dedi istum puluerem, optime absque vomitu tenuerunt. & sine suspitione & timore nullis accidentibus malis apparentibus breui spa-

H tio temporis sunt curati. Similiter vidi de multis, quibus dominus Hugo puluerem dedit prędictum: scripsi tamen prædicta vt medicum circũspectum redderẽ, & etiam timoratum. Et quia ad chirurgiam redeundum duxi, post capitulum sequens de contusione capitis: de chirurgia quomodo in læsione cranei exercenda sit: faciam capitulum speciale.

*De contusione capitis sine læsione cranei. Cap. IIII.*

CApunt quandoque contunditur sine lęsione cranei: aliquando cum cranei læsione. Si ergo fiat contusio in capite, siue magna fuerit, siue parua in qua sine mollitie magnus tumor appareat, siue paruus, verendum non est, nec de cranei contusione timendum.

mendum: quia in tali tumore stupas balneatas in vino calido cum sale sufficere iudicamus. Si tamen adesset dolor totius capitis: et usque in diem tertium permaneret, nec minueretur omnino: dentur pilulæ cochiæ: & facta abrasione capitis, pultem quæ sequitur, superponas. In optimo vino sal valde tritum ponatur, & bulliat in patella: & quando bullierit, sequentes pulueres superponas. Re. bacas lauri decorticatas, cymini, anisi, amborum bene mundatorum, & in testa calida desiccatorũ, ana unc. iij. terantur simul, & cribellentur. Itẽ mastiches, thuris, ana vnc. i. terãtur, et cribellentur simul. iste vltimus puluis ne cõprimatur et massetur, ĩ larga pyxide reponatur. ponatur ergo ĩ uino bulliẽti: ponatur puluis de bacis lauri cũ cæteris sibi mistis: et post modicũ pulueris mastiches, & thuris addatur: deinde cum cribratura furfuris, vinum cum prædictis speciebus cõsolidetur: ita ꝙ puls inter mollitiem & duritiem sit ęqualis. quod in omni parte seruandum est: & vase ab igne desposito, in tanta quantitate ponatur mel, quod in ea sit qualitate qua dictum est: postmodum in pecia adeo magna, ꝙ in totum caput teneat, extendatur: & capiti superponas adeo calidum, quod absq; læsione patiens possit pati: & stupam siccam leuem pulti postmodũ superponas: & stupa debet pultem vndiq; superare: vt calor melius conseruetur, & superligetur linteolo de pãno veteri bene tractabili et subtili: ita ꝙ stupa uel puls non possint aliquatenus amoueri: neq; vsque ad quartum vel quintum diem: & vltra si necesse fuerit, moueatur. Et si dolor adhuc perseueret, post quintum diem modo simili fiat puls: & eodem modo sicut primo ligetur: et sic de quinto in quintum diem fiat, donec fiat liberatus. & hæc est cura domini Hugonis sicut dictum est. Macer tamen dicit, ꝙ fœniculum tritũ cum aceto & emplastratum, curat contusionem.

*De contusione cranei sine fractura cutis.* Cap. V.

ALiquando caput contunditur sine fractura cutis cum cranei læsione: cuius significatio manifesta & certa est: quãdo videlicet mollities apparet in cuti: & cutis ex percussione extenuata est & subtilis: ita ꝙ in illa mollitie contusio manifeste perpenditur: sed ventriculis digitis comprimatur: & si magna contusio cũ crepatura ossis fuerit, bene poterit digito inueniri. Tantum igitur quãtum continet contusio, & vltra etiam circũcirca fiat abrasio: qua facta, fiant tres placellę stupæ taliter ordinatæ. Prima sit minor: & teneat totam contusionem & etiam parum vltra. Secunda sit per vnam vnciam in longitudine & latitudine maior prima. Tertia in bona quantitate superet vtrasque priores. Istæ tres placellæ balneentur in vino calido, vbi salis modicum sit admistum: cõprimantur, & æqualiter extendantur. Deinde minor placella inuoluatur ex vna parte tantum in melle calefacto: & in bona quantitate minutissimo sale salito et calido super contusione ponatur: & super illam primã placellam ponatur secunda: & tertia super ambas: ita ꝙ omnes sint extensæ ęqualiter supra cutim: & super omnes postea stupa sicca quæ cæteras superet: & sic cum linteolo superligetur: ꝙ stupæ nõ valeant remoueri: & sic vsque ad diem quintum vel septimum nõ soluatur: nisi fuerit magnus dolor. Et quando dissolutus fuerit, iterum religetur: eundem modum & ordinem eundem seruando per omnia qui in prima fuit li-

A gatura seruatus: et sicut dictum est, vsque ad diẽ quintum vel septimum non soluatur: & sic semper fiat: & idem modus & ordo seruetur: quousque cutis cum craneo coniuncta fuerit, & plenissime solidata. Ad maiorem autem cautelam & patiẽtis sanitatem citius recuperandam, secunda die post contusionem detur puluis noster mirabilis cum pigmento: sicut supra notatum est, in cranei panniculorum & cerebri læsione. De contusione cerebri nihil dicimus: quia illam incurabilem iudicamus. Si autem casu aliquo contingente apparentibus signis malis, necessaria fuerit chirurgia: sic ꝓcedas, sicut in sequenti capitulo continetur. Et scias ꝙ quidam chirurgi excitaturi chirurgiam uulneratis, vt sensu & dolore priuentur, stupefactiuam exhibent medicinam qđ nullatenus approbo: quia cum impossibile sit medicinam proportionare certo
B termino complexioni corporis vulnerati, medicinã somniferam multi recipiunt quæ incidunt somnum mortis. Quidam tamen auctor exponẽdos chirurgię sensu docuit, sic priuari. Accipe sordes ex auribus canis, quas quidam cerumen appellant: & permisce cum modico olei oliuarum: & inunge pulsus capitis & etiam brachiorum. naribus etiã injcias de hoc ipõ: & sub lingua ad quantitatem fabæ de eadem medicina supponas: & sic faciendo asserunt eos sensu & motu priuari. Excitantur autem, sicut dicit, si pannus intinctus in eo & accensus, sub naribus extinguatur. Mũmia in contusione bibita, vt Galenus, infra quatuor horas consolidat.

*Chirurgia qualiter exercẽda sit ĩ fractura cranei.* Ca. VI.

IN fractura cranei et contusione ipsius si ad chirur-
C giam oporteat te venire: tamen quia tempus potionis transiuit: vel quia infirmus euomit potionem: vel quia potio non habetur: vel propter aliquã causam potio non est danda: oportet medicum diligenter attendere, & considerare ad quam partem declinet cõtusio uel fractura. Et si necesse fuerit propter vulneris paruitatem, cutis versus fracturam cranei in medium crucis findatur: & quatuor anguli cutis optime a craneo cum nouacula discarnentur: & nisi hæmorrhagia impediuerit, os vel aliud quod extrahendum fuerit, ilico extrahatur. ꝙ si fluxus sanguinis te perhibeat, positis pannis ueteribus & delicatissimis super duram matrem, si fuerit discooperta, reliquũ vulnus puluillis de panno lineo infusis in oui albumine impleatur: & desuper stupæ in vino calido: vel similiter in oui albumine balneatæ: & desuper stupa sic-
D ca pro calore seruando. Auicenna præcipit in hoc casu impleri vulnus pannis siccis, vel pannis in aceto & aqua infusis: deinde puluillum in aceto & oleo balneatum desuper mandat poni & ligari. Dominus Hugo præcedenti modo curabat: & ex stolidis quidem medicis sunt qui amputant angulos vulneris, et projiciunt. & illa est intentio, in qua non est nisi fatuitas: neque oportet de omnibus reddere rationem. Cessante hæmorrhagia, cum in crastino vulnus solueris, si angulos tumefactos & augmentatos inueneris: bonum signum esse cognoscas: sicut in Aphorismis asserit Hippo. dicens: quibuscũque tumor apparet in uulnere, non valde spasmantur. iterum si diminutos & mortificatos inueneris, malum erit.

De fractura vero sciẽdũ est: ꝙ fractura quãdoque nõ penetrat vsque ad durã matrẽ: sed

tantum vſq; in locũ, qui inter vtraſque partes cranei
eſt: & quandoq; penetrat pueniens ad mẽbranas. Si
fractura vel rimula ſit penetrãs: ſic cognoſces: craneo
mũdato & terſo, encauſtrum, ſicut iã dictum eſt in ca
none fracturæ cranei, deſuper effundatur: & nos iam
de hoc diximus. alio modo cognoſcitur ſic: teneat in-
firmus nares & os clauſum: & fac illum viriliter inſuf
flare: ſi per rimulã illam aliquid exhalauerit, ſcias cra
neum vſq; ad panniculum, ſeu vſq; ad cerebrum eſſe
fractum. Fracturę igitur quę ad interiora non tranſit,
teſte Gal. medicina quæ compoſita eſt de iride, farina
orobi, thure, & ariſtol. vtilis eſt. Omnes enim medici
næ q̃ ſine dolore mũdificatiuæ ſunt, conueniũt in hoc
caſu. caro enim quę generatur illic, fit actione naturę.
Infirmus quoq; adiutorio nõ indiget, niſi vt oſſibus
caro conglutinetur, et conſolidetur: quod fieri nõ po
teſt, niſi locus generandę carnis mundificetur. hoc. n.
neceſſe eſt, vt locus generãdæ carnis ab oĩ ſanie ſit pu
rus: quod omnibus oſſibus conuenit cum caro fue-
rit generanda.

Auic. dicit: ꝙ in hoc caſu rectius eſt vt radatur cra
neũ ſciſſum, donec ad loca ſana pertingas: et donec ni
hil remaneat de fiſſura. Dominus Hugo ĩ parte hac
Auic. reprobans, ſequebatur ſententiam Gal. & ſi vi-
detur, ſicut iam dictum eſt, ponas ſuper fiſſuram en-
cauſtrum, ut per illud fiſſura magis appareat manife-
ſte: & frica eam cum raſorio, donec nulla remaneant
ſigna tincturę: & ſint apud te fricatoria ex frigidis di-
uerſas habentia quantitates: & adminiſtra in primis la
tiora, deinde ſubtiliora, ſicut direxerit te fiſſura. fiſſu-
ra enim lata latiori ferro indiget: & ſtrictior ſtrictiori.
Cũq; ſufficienter abraſeris, adminiſtra medicinam ca
pitalẽ, & ſufficit tibi: & medicinæ capitales ſunt ſicut
iris, farina orobi, minutum thus, ariſtol. myrrha, ſar-
cocolla, & ſanguis dra. & omne exiccatiuũ ſine mor
dicatione. Si uero fiſſura fuerit penetrans: tũc opor
tet te ſcire diſpoſitionẽ duræ matris, an ſcilicet ſeruet
ſitum ſuum cum oſſe: quia ſi ſeruat, nocumentum eſt
minus: & res magis apparens: & timor euentus apo-
ſtematis minor, & ſaluior: & citius etiã maturatur.
Si vero propter ictus vehemẽtiam dura mater ab oſ-
ſe fuerit ſeparata, vel aliquo modo læſa, ſano & illæſo
exiſtẽte craneo, ſic cognoſces: cum dolor capitis, len-
ta febris diebus ſingulis augmentantur: oculorum an
guli ac ſi ſpaſmari vellent, aliquantulum diſtorquen-
tur: genę rubẽt, qđ ſignum prauum eſt in qualibet ca
pitis læſione: pannus balneatus ſuperpoſitus citius de
ſiccatur: cutis etiã arida eſt & ſicca: & quia ſi vulnus
fuerit, & os fuerit diſcoopertum, color oſſis velocius
alteratur, et liuet: & curſus puris virulenti amplius eſt
in eo: & propter negligentiam curę citius ægro ſuper
ueniunt dolores, & febres, ſpaſmus, ſyncope, & per
miſtio rationis. Et in huiuſmodi diſpoſitione, ĩmo in
omni fractura cranei penetrante frigus etiam in ęſtate
diligenter caueri oportet: quoniã in eo eſt timor ma-
gnus. Et ſcias ꝙ oſſa capitis diuerſificantur ab oſſi-
bus aliorum membrorum quando franguntur: non
enim reſtaurat natura ſuper oſſa capitis fracta fortem
porum, ſicut in aliꝭ membris facit.

Et oportet vt remotio oſſis fracti ĩ æſtate vltra diẽ
ſeptimum non tardetur: in hyeme uero diem decimũ
non excedat. hoc tamen non toleratur vbi dura ma-
ter fuerit coartata, aut puncta: quoniã punctura for-
ſan faciet apoſtema & ſpaſmũ: & forte ducet ad apo-

E plexiã. Idcirco oportet vt illud os extrahatur ſtatim:
& tunc ſi fuerit apoplexia, redibit ſenſus incontinen-
ti. ſi vero fuerit foramen: tunc oportet vehementius
feſtinare. ſi vero frangatur craneũ, et infrigidetur ve-
lamen: tunc neceſſe eſt ad inciſionem & remotionem
cranei feſtinare: neq; oportet differre vltra ſecundum
diem. Igitur ſi craneum remouendum fuerit, quanto
citius remouetur: tanto melius et vtilius eſt: ne ſuper-
ueniant accidentia mala, & nocumẽta peruerſa. & eſt
neceſſarium accipere os & fracturam cum quantita-
te, donec egrediatur virus: ſicut fuerit opportunum.
Et ſcias ſicut volunt veteres, ꝙ non eſt excuſatio
ab inciſione & remotione cranei cum in eo penetrãs
fractura fuerit vel ſciſſura: & hoc ꝓpter duo. Primo,
quia os capitis ſicut dictum eſt, debilem facit porum.
Secundo, quia ſi iam oſſe reſtaurato et cum poro liga-
F to accideret interius quantacunque modica genera-
tio ſaniei vel alicuius humoris ſuperflui expellendi,
quomodo iam reſtaurato oſſe poſſet expelli: penetra
ret proculdubio ad medullam. Nõ igitur ſicut dicũt,
excuſatio eſt in hoc caſu ab inciſione & detectione lo
ci, & prohibitione incarnationis, quouſque ſis tutus,
& non ſit timor, ꝙ virus ad interiora decurrat. Do
minus Hugo fortificatus experimẽto non vult illud:
et dicit, impoſſibile eſt ꝙ oſſe ligato cum poro, aliqua
poſtea fiat ſub craneo generatio ſaniei vel alicuius hu
moris ſuperflui expellẽdi: & dicit. ſi debilem facit po
rum, talem facit qualis ſibi competit. Fortificatio ta-
men proteſtationis ſuæ tota pendet ab experimento:
ſicut nos ipſi vidimus, & frequenter experti ſumus.
Et conuenientior & aptior locus inciſiõi eſt ille, quẽ
exiſtimas magis aptum, vt virus effluat, & ſanies ex-
G pellatur, & qui lõginquior eſt a neruis, ſicut ſinciput:
nam medium eius nõ obuiat orgini neruorum. Et
ſicut dictum eſt: ſtudeas vehementer, ne frigus adue-
niat velamini. Eſt enim malum & timoroſum valde,
quoniam conſumit & deſtruit caliditatem innatam.
Et ſi apparet ſuper velamẽ nigredo: vide ſi fiat ex me
dicinis appoſitis: tunc cura ipſam cum melle cõcuſſo
cum triplo ſui olei roſ. donec remoueatur nigredo: et
medicinam capitalem deſuper pulueriza. & ſi nigre-
do fuerit ex ſiſac, & perueniat vſque ad oculum præ
cipue cum aliꝭ malis ſignis, et fuerit confirmata: tunc
fuge, & ſubtilia regimen, & aſſidua effuſionẽ olei te-
pidi. Et dixerunt quidam auctores: ſi panniculi fue-
rint denigrati, mel album vel narium mucos appo-
nas: & ſtatim tolletur nigredo.

Si fiſſura fuerit penetrans: tunc fricatio, ſicut dictũ
H eſt, non finiet eam vſque ad penetrationem. Tũc op-
pilatis auribus infirmi cum coto, ne lædatur a ſono
raſuræ, ſeu perforationis, vel malleoli percuſſura:
ſi aliquod fruſtum oſſis ſit ſeparatum, tollatur: ſi fue-
rit ſeparandum, radatur, vel cum malleolo paruo ſi
inſtrumentis ferreis, ſi oportunum fuerit, oſſis amo-
tio ſuauiter quanto magis poterit, porcuretur: et amo
ueatur ingenio medici: & cum inſtrumentis tollatur.

Si vero craneum ita ſit fractũ, ꝙ ſit in altera parte
depreſſum: & fractura non poſſit de facili ſegregari ex
illa parte, ex qua ſe tenet: incipias perforare: tot facies
foramina: quot fuerit opportuna. et cũ inſtrumẽto i-
cidas, & fiat impreſſio ab inferiori ad ſuperius, nõ ſu
bito ſed paulatim: ne inde cerebrum moueatur: tunc
cũ inſtrumen tis quæ vocantur leuatoria, tollas illud:
deinde aſperitates quæ ſunt in oſſe, radas, & ęqua. Po
ſito

fito instrumēto sub osse ad conseruationem sifac, aut absq; perforatione: ab initio abscindatur propter periculum perforādi. Aliquando enim perforatorium siue trypanum, subito penetrat usq; ad duram matrē. Quidam tamen propter suspitionem perforationis, fecerunt perforatoria: quæ solam ossis quantitatē penetrarent. Quapropter multa instrumenta & diuersa secūdum ossium quantitatem, te habere oportet. De melioribus autem ferramētis et facilioribus ad remouendum craneū, postquam in aliqua parte sui fuerit perforatum, est instrumentum quod vocatur lenticulare, in fine rotundum, & ad quantitatem & formam lentis, & in margine subteriori eminens ad modum lentis, & valde lene sine aliqua asperitate: ne ex eo lædi valeat dura mater: & super lentem ferrum ex vna parte incidēs cadat directe, extremitas instrumēti habens lentem ponatur sub craneo, & incidens, scilicet instrumentum respiciat partem cranei remouendam, & ex parte obtusa non incidente, scilicet percutiatur cum malleolo ligneo, & scindatur os. Cū ergo feceris hoc: non indiges alio: quia hoc modo panniculus nō mouetur, nec læditur: quia incidit, & eradicat os capitis absq; læsione: & non inuenitur instrumentum aliud simile huic: nec adeo facile in craneo extirpando. Et nō oportet q̃ incidatur ex osse nisi quod de eo īfirmum est. Illud vero quod ex eo cōminutū, vel, vt quidā legūt, coniunctū est, oportet vt totū auferatur oīno. In illo autem in quo extēduntur fissurę, plurimum non oportet vt consequaris fissuras vsq; ad finem. non enim est periculum in hoc: dūmodo cętera bene fiant. Inquit Gal. Quendam sanaui: nec tamen ex osse expuli: nisi quantum expellendæ saniei pertinuit. In ossibus extrahendis dūmodo solum sanies expelli ualeat, quā pauciora possunt extrahi extrahantur. Sufficit enim, vt idem Gal. dicit. & melius est si absq; expulsione ossium possumus saniem desiccare, cerebro minus nocumentū infertur. Hoc laudo q̃ fractura cranei quocunq; modo sic, siue incidēdo, siue perforādo ossa: prout quietius poterit, extrahantur. Et caue ne faciat te errare illud quod quidam medicorū scripserunt: videlicet vt fiat perforatio ex vtraq; parte fissurę. Illud enim nō uidetur conueniēs. nec oportet q̃ separetur os facta separatione ex altera tantum parte. Si vero superficies tantum sic fracta, vel contusa, non totum auferatur, sed quod scitueris esse nociuum, & incarnari non posse. In hoc casu ab essentia membrorum melius sumitur, quomodo sit agendum.

Extracto craneo, prout necesse fuerit, sicut dictū est, latera plana fiant, ne anguli vel aliqua ossis scabrositas carnem pungat, vel panniculum lædat: præparato decenter craneo, mūdificetur & exiccetur optime cum cotone & spongia carpia ab omni sanguine, humiditate, & sanie suauissime dura mater, & carpia de albissimis & delicatissimis pannis veteribus decenter parata ī albumine oui vel vino calido balneata, & expressa, & repressa cum omni suauitate super duram matrē ponatur: & in ore fracturæ cranei ponatur pānus lineus, vel cendatum: & circa labia cranei optime adaptetur: ne sanies ab exterioribus effluens ad durā matrem defluat, & cerebrum lædat: postmodum pultillis ex optima carpia formatis, vulnus vsq; ad cutis superficiē impleatur: & desuper ponatur pecia linea subtilis: vel non ponatur peçia: & desuper placella de

A stupa delicatissima in uino calido balneata et uehemēter expressa, & desuper stupa sicca: & plumaceoli superponendi, adeo lati sint: q̃ multum de cute capitis capiant: & ponantur cum magna suauitate: ne aliquo modo panniculos cōprimant: deinde administretur fascia leuis & lata de panno leui molli: nec stringatur amplius, nisi quantum ad retinēdos puluillos ne moueantur, necesse est. Sifac enim ex cōpressione & grauedine vehementi, velocius apostemari solet. Et scias q̃ sapientes veteres vtuntur propter hoc vino styptico & oleo ros. quoniā valde vtilia sunt ad confortationem sifac, et apostematis prohibitione. Cū ista cura dimittatur æger quiescere: & fiat delitiosus: & stet sic vsq; in sequentem diem: sequenti die soluatur: & modo simili religetur. Et scias q̃ quandoq; infirmus mutatur: debet fortiter īsufflare, ut sanies de

B sub craneo expellatur, & exeat.

Et si super durā matrem superflua caro excrescat: consolidari cōuenit: vtrum sit modica, aut multa: nā si modica fuerit, fufficit spongia marina bene abluta, si uero multa, puluis hermodactylorum in ea quantitate quæ sit, sine timore ponatur. vnctuosum vero nullū apponas. Sed generaliter nota: q̃ vulnus capitis cū fractura cranei, vulnus thoracis & intestinorum, vnctuosam nō recipiunt medicinā. Prædicta cura vsq; ad defoliationem ossis, vel quousq; craneū fuerit optime incarnatum: deinde paulatim anguli reducantur: & ad locum suū redire cogantur: & repleto vulnere carne, cicatrizatio procuretur. Si vero caro in uulnere, vltra quam necesse fuerit, superexcreuerit: cum vnguento viridi in capitulo de læsione cutis capitis supra dicto extirpetur: & modo ibidē præ

C dicto consolidatio procuretur.

Nullum medicamen in cura ossium capitis cū remotione cranei utilius hęc cognosco. Quidam medicus cū ossa fracta raserat, & extraxerat, super durā matrem medicinā stypticam apponebat: quem Gal. cōmendat. multos enim hoc modo sanauit. Istarum enim pellicularum substantia siccissima est. idcirco desiccatiuum, nimis conuenit medicamen. Auic. dicit: oportet post curationem ferri, accipias pannū lini extensum quantitate uulneris ossis: & infunde ipsum in oleo ro. & cooperi cum eo os uulneris: deinde accipe pannū duplicatū aut triplicatū: & infunde ipsum in oleo ro. conquassato cum uino: et line uulnus totū oleo ro. deinde pone pannū super ipsum, quanto leuius potes, ut non grauet sifac: deinde administra desuper ligamentum latū: & non stringas ipsum nisi cū

D quantitate: qua teneat pannos tantum: deinde administra regimen: quod retineat inflāmationem, & destruat febrem: & humecta uelamen desuper cū oleo ro. in omni hora: & solue ipsum ī die tertio, & absterge. Et cura eius sit generatiua carnis, & sedatiua inflāmationis: & pulueriza desuper sifac puluerem ex medicinis siccis: quę nominantur medicinæ capitis superius nominatæ: donec oriatur caro super os: etiam si necesse fuerit, & ut nascatur caro uelociter: & cura ipsum cum reliquis prædictis sicut sciuisti.

Et multoties post curationem cū ferro, accidit in sifac capitis calidū apostema: ita q̃ supereminet ossi capitis & cuti iterum. Et est cum hæc grauitas & prohibitio motus naturalis: & multoties accidunt istis accidentia mala: & sequitur mors. Et prædictum apostema accidit in sifac: aut propter ali-

cuius ossis frustulum sifac, suo lædentis acumine: aut
propter constrictionem ligationis, & grauitatem ten
tarum: aut propter frigus: aut ex multitudine cibi &
potus: aut propter aliã causam minime manifestã.
Si apostematis calidi causa fuerit manifesta: tunc ab-
scindas eã velociter: & si est ex cã occulta: studeas se-
parare illam: & administra phlebotomiam venę: nisi
aliud te prohibeat: & minora cibum, & administra re
gimen apostematis calidi: sicut embrochationem cũ
oleo ros. calido, aut cũ aqua, in qua bullita sint althęa,
fœnugrecũ, se. lini, chamomilla, & malua, & ex eis si-
milia: & administra emplastrũ factum ex farina hor-
dei calida, aq̃ & oleo & semine lini: & administra adi-
pẽ gallinæ in lana: & humecta cum ea caput, ceruicẽ,
spondyles: & distilla in aures illius oleũ quod sedet ca
liditatẽ: & fac sedere infirmũ in aqua calida in domo:
& inunge ipsum. ꝙ si apostema calidum perseuerat,
& non est, quod prohibeat sumere medicinam soluti
uã, sumat illud quod soluat semel. Hippocrates enim
præcipit hoc.

Postquam fueris ab apostemate calido securatus,
sicut dictũ est, pone medicinã carnis creatiuam: quæ
sit absq; mordicatione siccissima: qualis est puluis ca-
pitalis iã dictus: qui fit ex sarcocolla, minuto thure, &
cæteris, & similibus habentibus proprietatem abster-
sionis cũ exclusione mordicationis. puluerizetur su-
per siphac: & cura vulnus cũ pecijs lineis, sicut dictũ
est, vsque ad vltimũ restaurationis: & fuge omne hu
midũ in tali cura: nec permittas in vulnere virus vlla
tenus aggregari: ne panniculus putrefiat: & acciden-
tia mala veniant super ægrum. Q; si nigredo acci-
dat in sifac, et fuerit ex medicinis: nos iam diximus su
perius curam eius. Q; si nigredo accidat ex ipso sifac,
& perueniat vsque ad oculũ: sicut dictum est supra:
maxime cum prędictis malis significationibus: et nos
iam diximus fugiendũ esse. Oportet enim tunc vt de
speres de salute huius infirmi penitus: quoniam signi
ficat consumptionem caliditatis innatæ, & destru-
ctionem ipsius.

De diæta vulneratorum diximus in primo libro:
ꝙ si superuenerit calidum apostema, subtilia regimẽ,
& infrigida ipsum: & nos in eodem lib. in cura calidi
apostematis de hoc ipso locuti iam sumus.

Et dicto per Dei gratiam de vulneribus capitis, fra
ctura cranei, panniculorũ, & cerebri: quo apertius &
subtilius excogitare potui; auctoritatem veterum &
doctrinam domini Hug. secutus: deinceps ad curam
membrorũ faciei: in quibus plurima possunt euenire
pericula, cum eius auxilio transitum faciemus: et pri-
mo dicemus de contusione & liuore facto ex percus
sione in facie siue carnis fractura.

*De liuore & cõtusiõe faciei sine fractura carnis.* *Ca. VII.*

SI absque fractura carnis, lapide, ligno, vel aliquo
simili fiat percussio in oculis vel in palpebris ocu
lorũ, siue in parte alia faciei, cum vino calido & stupa
leni balneata in ipso totus locus contusus siue liuidus
fomentetur. Post ipsam fomentationem cum stupis
per horam factam, superponatur stupa balneata in vi
no calido, & expressa, & desuper stupa sicca, & super
ligetur decẽter, & vsque in diem alterum dimittatur.
Fomentatio vero cum stupa calefacta in vino et mul
tum expressa facienda est: ponendo eam super contu
sione: & cum aliquantulum fuerit frigefacta, alia stu-

E pa calidior superponatur: & sic diu faciendum, vt hu
mor conglobatus, in loco dissoluatur, & euaporet.
Et si dolor contusionis non cessasset: propter hoc ne
foret etiam diminutus: bulliant rosæ & fœnugræ-
cum in vino albo, quod nullo modo acetosum sit: et
in ipso vino balneentur stupæ, & fomentetur locus,
vt primo cum vino simplici factum fuit: et postea cũ
ipso vino decoctionis rosarum, & fœnugræci, sicut
ante ligatus fuerat, religetur. prædicto modo fiat quo
tidie semel vel bis, donec fuerit liberatus. Prædicta cu
ra secundum dominum Hug. experta est mihi frequẽ
ter. Galenus vero si ex percussione liuor acciderit
absque calore vulneris vel dolore: superponantur lo
co folia caulis vel radicis vel mentastri viridis: quod
ambobus alijs fortius operatur: aut fiat epithema ex
ammoniaco, vel arsenico citrino, si liuor fuerit anti-
F quatus. Ad idem Reci. absinthium, pulegium, ba-
cas lauri, & cyminum: fac omnia puluerizari: & con-
fice cum melle: & fac bullire aliquantulum, vbi inspis
setur: & pone in placella, & tepidum superponas: li-
uorem tollit: & dolorẽ mirabiliter mitigat. Et Ma-
cer dicit ꝙ hyssopus elixatus omnes liuores tollit.
Item ad idem secundum Alexandrum. Liuores in fa
cie fomentandi sunt cum aqua decoctionis meliloti,
& fœnugræci: post fomentationem inungendo cum
collyrio diarhodõ, distemperato cum prędicta aqua.
quod est. Re. de rosis mollibus, drac. xv. zinzi. drac.
xviij. opij boni, & non adulterati, drac. ij. spicæ nar-
di, drac. ij. gummi, drac. viij. prædictę decoctionis,
quod sufficit. Ad recentes vero liuores fac empla-
strum de farina fabarum cum melle: & impone: aut
de oui vitello cum melle. Liuores vero habentes
G phlegmonem, fomentabis aqua calida, & emplastrũ
de lenticulis decoctis impones. Item ad percussio-
nem & vulnus in oculo, albumen oui cum oleo ros.
& succo coriandri commisceas, & cum coto, oculo
superponas. Item cataplasma factum de folijs beto
nicæ multum confert ictui oculorum.

*De uulnere palpebrarum.* *Cap. VIII.*

PAlpebræ vulnerantur ferro vel alio modo, ita
ꝙ etiam reciduntur: tunc medicus vulnere per
fecte mundificato & desiccato, reducat partes diuisas
adinuicem: sicut fuerunt tempore sanitatis: & si fue-
rit necessaria forte sutura: puncta secundũ magnitudi
nem vulneris, & sicut necesse fuerit, imponantur: &
taliter cõsuatur, quod labia vulneris adinuicem con-
iuncta per totum optime teneantur: ita ꝙ punctis tẽ
H pore debito a plaga remotis, vix appareat iunctura
partium vel cicatrix. Filum, cum quo suendum est,
sit subtile de seta non torta. Sutura facta decenter,
superligatio talis fiat. de panno tenui leui & ueteri val
de albo, fiant plumaceoli ad quantitatem longitudi-
nis suturę: & fiant ex pecia duplicata vel simplici sicut
debitur expedire. vnus ponatur ex una parte suturę:
alter ex parte altera suturæ collocetur, sutura vulne-
ris inter vtrunque in medio remanente. tertius ex ea-
dem pecia fiat plumaceolus qui contineat ambos pri
mos: & omnes sint balneati in vino calido & expres-
si. postea fiant duo plumaceoli de stupa munda &
molli, æquales, tantæ quantitatis, quod minor supe-
ret plumaceolum dictum a pecia per vnam vnciam
circũquaque: & in subtili quantitate secundus a ter-
tio superetur. Omnes prædicti plumaceoli balnea-
ti

ti sint in uino calido, & expressi: quibus optime collocatis, supponatur plumaceolus de stupa sicca: qui cæteros sub se cõtinens cæteros superet in aliqua quãtitate: & ita decenter & sagaciter & artificiose ligetur: ꝙ plumaceoli a loco ubi fuerant positi: nullatenus valeant amoueri. ligatura ista vsq; in tertiũ vel quartũ uel quintum diẽ, si dolor nullus superuenerit, dimittatur: & quãdo necesse fuerit vt soluatur, remoueãtur plumaceoli cũ magna cautela semper cum vino calido balneãdo: ne puncta antequã fiat cõtinuitatis restauratio perfecta, rumpãtur: postea ligetur simili modo, vt prius, soluẽdo et ligãdo de tertio in tertiũ diem, donec fuerit liberatus. In vulnere minus bene curato si facies: vel alia pars corporis remaneat deturpata aliqua cicatrice deformi: studebis taliter reparare. Cicatrix tollẽda est cũ auro candẽti: optime decoquatur: vngatur postea cũ rasura sanguinis vel pinguedinis anserinę post ignis casum vulnus cũ vnguẽto facto de pinguedine gallinæ & mastiche procuretur. Sic enim semper solitus sum turpes destruere cicatrices. & est pulchra et certa cura. Itẽ ad cicatrices mũdãdas: sicut scripserunt aliqui, ualde probatũ, fimum columbinũ cum aqua conteras, & imponas. Cura prædicta seruetur in omnibus vulneribus faciei, pręcipue si vulnera nondum ab aere fuerint alterata: vbi absq; lęsione ossis læsa fuerit caro solum.

*De uulnere cũ fractura ossiũ mãdibulæ uel palati.* Ca. IX.

CVm cura fracturæ ossiũ mãdibulæ & palati nõ differat ab alijs curis vulnerũ faciei, ad præsens de illa tractabimus: præcipue quãdo fractura ossium palati vel mandibulæ cũ carnis fractura cõcurret. Fractura igitur ossis mandibulæ vel palati, vel partis alterius faciei si cum carnis & cutis incisione fuerit vel fractura, vulnere optime mundificato: sicut melius ingenio medici potest fieri: labia vulneris coniungãtur: & partes cutis & carnis diuisæ reparentur decenter: sicut fuerant tẽpore sanitatis: & si necesse fuerit, sutura decenti secundũ quantitatẽ vulneris cõsuatur. Et puluillis secundũ doctrinã appositis, artificiose ligetur. In ligando soluẽdo, & curando, modus prædictus diligenter in omnibus obseruetur.

*De uulnere nasi.* Cap. X.

NAsus si ense uel alio ferro, ita ꝙ quasi pendeat. incidatur, si ante mortificationem membri ad manus tuas peruenerit: oportet ꝙ circũspectus sis, & diligens in hoc casu: cum multa cautela nasum in suo loco reponas: ita ꝙ quælibet pars suæ parti cõueniat, a qua fuerat separata: ptibus prius si illud necesse fuerit, modicum confricatis: ad hoc vt melius coniungãtur: & quęlibet pars nasi punctis conuenienter impositis, cum suã parte suatur. Sutura perfecte facta, & repositione nasi suo loco reposita, & optime collocata: fiant tentæ siue stuelli de bombace noua vel stupa molli: & cum subtili pecia delicatissime inuoluta in uino calido balneentur: & optime exprimantur: et expressæ ponantur in naribus: & sint tales in grossitudine & longitudine ꝙ totam contineant incisuram: ita ꝙ meditullium nasi & partes exteriores ipsius suo loco seruẽtur: & vulneratus sine nimio grauamine possit pati aliquando in aliquibus delicatis. Qui clausurã nariũ propter difficultatem respirationis sustinere nõ poterant, loco stuellorũ, imposui pẽnas anseris inuolutas: vbi tantum patiens tolerauerit primas tentas sine pennis: propter maiorem mollitiem reputo meliores: postmodum secundũ magisterium in palpebrarum cura prędictum, formentur puluilli de pecia delicata: & postea de stupa ĩ vino calido balneati & expressi superponantur: & ingenio ligentur medici: ita ꝙ de loco vbi positi fuerint, nullatenus valeãt remoueri: & seruentur omnia quæ dicta sunt in palpebris, & vulneribus faciei.

*De quolibet uulnere in carne uniuersaliter.* Cap. XI.

IN quacunq; igitur parte corporis admodum fuerit facta incisio: fiant per ordinem omniã secundũ documentum in cute capitis & faciei vulneribus assignatũ: videlicet quia vulnus ante omnia vltime mũdificandum est: deinde coniunctis labijs vulneris & in loco suo sicut tempore sanitatis fuerant optime reparatis: si necesse fuerit, obseruantur, secundũ magnitudinem vulneris fiant puncta. Et secundũ magnitudinem & profunditatem ipsius in sutura plus vel minus accipiatur de carne: secundum scilicet vulneris quantitatem. Medicum enim ne erret, sicut iam pluries dictum est, decet esse prouidum, & in singulis circunspectum. Sutura decẽter facta & plumaceolis artificiose formatis: ligetur vulnus ingeniose, sicut dispositio & cõpositio mẽbri requirunt: ita videlicet ꝙ puncta nec plumaceoli ualeãt nullatenus remoueri. Et sicut superius sæpe dictũ est, prima ligatura vsq; in tertium vel quartum vel quintũ diem, si nullus dolor superuenerit, nõ soluatur. Postmodum deinceps de tertio in tertium remutetur: nisi putredo nimia foret in vulnere: quia tunc esset quotidie semel mutandus prædicto magisterio obseruato, & semper quotiescunque mutatur, vulnus cum modica stupa leui balneata in vino calido, & compressa circunquaque suauiter exprimatur ad hoc, vt si aliqua latet in vulnere sanies, per compressionem huiusmodi exterius expellatur. postmodũ cum plumaceolis modo prædicto ligetur: & sic fiat, donec infirmus perfecte fuerit liberatus. Et si aliqua caro superflua excresceret nimis in vulnere: vt supra dictum est, apponatur vnguentum viride vel aliquod simile, donec videris fore necesse. Non enim est necesse stuellum in capite suturę, sicut faciũt stolidi, ponere: & vbi in casu, sicut in primo libro dictum est, saniem sicut Rogerius & Rolandus scripserunt: & plerique discipuli eorũ docent: & fere omnes chirurgi moderni seruant in vulneribus generare. Iste enim est error maior, qui potest esse. non est enim aliud nisi impedire naturã, prolongare morbum, prohibere conglutinationem & consolidationem uulneris, deturpare membrum, & cicatrizationem uulneris impedire, &, quod deterius est, cum curis suis faciunt imperiti, ut frequenter uulnera plana cancerentur, & concaua fistulentur: quod rarissime potest, nisi ex curæ incuria, & ex magna imperitia medici prouenire. Et qui diligenter attenderit librum istum, quem intitulaui, filia principis, magnam partem eorum, quæ in chirurgijs modernorũ scripta sunt, auctoritate ueterum & ratione euidentissima, & præsenti doctrina poterit reprobare. credo tamen ꝙ littus aramus: quia cum hoc toto ab erroribus non recedent. difficile nãque est consueta relinquere: & forte sic expedit: ut qui ĩ errore sunt, adhuc in stoliditate sua permittantur errare.

*De vulnere cum deperditione substantiæ.* Cap. XII.

SI cutis cũ carne fuerit amputata, & omnino abscisa, & a reliquo corpore penitus separata: cum vino calido, carpia, et medicinis carnẽ generantibus, & vbertate cibi & potus, si nihil est quod prohibeat illud, carnis regeneratio procuretur: deinde cum vnguento viridi, & carpia successiue positis cicatrizatio inducatur: & scias ꝙ acuitas vnguenti viridis cũ vnguento albo, quod de cera & axungia porci componitur, est secundum quod causa requisiuerit, temperanda. Cũ hac cura partes sanę vndiq; contrahuntur: adeo ꝙ locus vbi reparanda est cutis, valde paruus remanet. et sic per consequens respectu vulneris, vbi caro loco cutis nascitur, existit spatiũ valde paruũ. Cutim enim, sicut dicit Gal. & alij antiqui, restaurare impossibile est. Vbi vero cutis sola fuerit amputata, styptica sunt secundũ Gal. sicut dictum est in primo libro, superius inducenda, sicut galla, cortex granatorũ, lithargyrus, testę ostrearũ vstæ, radix lilij, cum melle ro. In vulnere vero concauo nõ æruginoso humido & sordido cũ desiccatiuis temperatis cura, sicut olibano, faria orobi, iride, aristol. lithargyro, et similibus. Vnguẽtum ad hoc valens. Thuris, amyli, aloes, ana: mellis quod sufficit. Puluis ad plagam desiccandã, & celerius sanandam, & malam carnẽ remouendam. Re. myrrhæ, thuris, mastiches, colophonię, picis, arsenici, aloes, boli, gallę, gypsi, aristol. ro. fiat puluis. Et nos ĩ primo libro de his omnibus locuti sumus: & iterum in cura cãcri loquemur. Dicto de vulneribus faciei, & dato quodã documento in vulneribus in quacunq; parte cõtingant corporis generali: ad vulnera illa facimus transitum: quæ non cõplete ex toto possunt sub illo magisterio cõprehendi: & quibus aliquid amplius magisteriũ est necesse. De vulnere ergo venę organicæ hoc loco dicemus.

*De vulnere venæ organicæ.* Cap. XIII.

ALiquãdo vena organica in gula cũ sagitta percutitur: ita ꝙ ferrum detinetur in osse colli, & sanguis exire nõ valet. Sit ergo medicus sapiens in hoc casu. Primo faciat vulneratũ optime confiteri: & disponere de omnibus, quę circa animã fuerint disponenda: quod in omni periculoso vulnere faciendum est. postea faciat plumaceolos de bona stupa bene formatos, & optime coęquatos, et ĩ vino calido balneatos & expressos: demũ in vno eorũ, qui sit competẽter grossus, modicã fissuram in medio faciat: & per foramen fissuræ collum ĩmittat sagittæ: & applicet plumaceolum gulæ, sagitta in fissura plumaceoli existente: deinde superponat manũ suam medicus super stupam: & sagitta sit in medio quatuor digitorũ vsq; ad palmã: & ita manũ vnam super stupã tenendo, & gulæ comprimendo, altera manu sagittã sagaciter extrahat: vel alteri prębeat extrahendã: & in ipsa extractione digitos cũ stupa fissa cõiungat: prout melius & strictius poterit: & ita postmodũ manũ teneat per maximã horam: ne sanguis vel spiritus valeãt exhalare: vt ante manus eleuationẽ aliqua conglutinatio seu inuiscatio fiat in vulnere: & etiam antequã manũ eleuet, fiant duo vel tres plumaceoli conuenienter magni secundũ quantitatem gulę: & in vino calido balneentur, & exprimantur: & eleuata manu a vulnere, plumaceoli apponantur celeriter super stupam: et statim illis plumaceolis manũ medicus superponat: & retineat per magnã horam, manum semper cõpetenter desuper cõprimendo: & postquam diu retinuerit: superponat plumaceolum stupæ siccæ optime coæquatum, qui superet alios in aliqua quantitate. postea superliget fasciã, cõprimendo suauiter, & competenter stringat: ita ꝙ plumaceoli vel ligatura nequeant de loco suo moueri: & ita relinquatur vsq; ad diem septimũ vel octauum: deĩde dissoluat: & cum dei auxilio vulnus inueniet solidatũ. nihilominus infirmum resciet cũ eisdem plumaceolis in vino calido balneatis: & postea dimittat, vt libet. Diæta ipsius sit talis: ꝙ non oporteat illũ mastichare cibum: & vinũ, sicut dictum est, sit purum, melius quod poterit inueniri. Quia diximus de vena organica vulnerata, quãquã in primo libro dederimus generale de fluxu sanguinis documentũ: nihilominus de incisura venæ & de haemorrhagia ipsius qdẽ recapitulabimus, qđ frequẽter experti sumus, & dominum Hugonem vidimus experiri: & propter hoc in loco isto de hac cura capitulum apponemus.

*De fluxu sanguinis venæ vel arteriæ incisæ habente periodos.* Cap. XIIII.

VEnam in aliqua parte corporis quandoq; incidi, quandoq; vulnerari cõtingit. vnde magna hęmorrhosagia sanguinis, seu hęmorrhagia seqtur: in tantum ꝙ patiens aliquãdo syncopizat, & eius facies dealbatur, adeo ꝙ quasi exanguis videtur: & tunc sedatur fluxus. post horã vero patiens reuersus ad vitã ꝓpter nimiã hęmorrhosagiã sanguinis debilitatus est nimis. Propterea facta ligatura, et cibato infirmo, paulatimq; sustentato, ꝓcedente tempore, sanguine iterũ in hepate generato, & ad omnes venas transmisso, calore naturali iterũ cooperãte, iterato in vena, vnde sanguis erumpitur, fit ebullitio: & post modicũ sanguis erumpitur, & fluit ĩmoderate, quousq; patiens syncopizet. Et ex quo talis ebullitio ĩcipit habere periodos quotidie, quasi eadem hora diei vt primo patiens ab ipso fluxu sanguinis infestatur: & contingit ex venæ ebullitione.

Talis fluxus secundũ dominũ Hug. neq; pulueribus, neq; incantationibus, neq; virtutibus lapidum, neq; ligatura curatur. Secundũ me vero si vulnus et locus ligaturę sint apta, sicut expertus sum pluries, sola ligatura curatur. Probo autẽ sic probatione dialectica. omnis fluxus sanguinis ex vena sistitur, si vena uentriculo digiti cõprimatur. hęc autem non fit ratione alicuius proprietatis, sed solum ratione cõpressionis: si ergo talis ligatura quæ sicut digitus comprimat, facta fuerit, sanguinem proculdubio refrenabit. ego autem talẽ facio, ergo in omni vena, vbi vulnus & membrũ, sicut dixi, ligaturæ sunt apta, sanguinem per cum sola ligatura refræno: & antequam soluàm, per quinq; vel sex dies vel amplius sic dimitto. Ad curam domini Hug. rediens dico: ꝙ oportet medicum procurare, vt in illa vena antequam fluxus erumpat sanguinis, ebullitio sanguinis penitus extinguat. hoc autẽ fieri non potest nisi cũ rebus frigidissimis, et cum infrigidatione totius corporis. Igitur tempore quo ebullitio sanguinis in ipsa vena a patiente sentitur: incontinenti succurrendum est cum re frigida, quæ super venã membrũ & locum, vbi ebullitio incipit, effundatur: & cũ nulla res frigistior sit aqua, teste Hip. & etiã Gal. ad ipsam oportuno tempore recurratur, effundendo

effundendo eam super venam, & locum, vnde sanguinis fit egressus: & sic semper continue effundatur, donec calor ebullitionis, & ipsa ebullitio penitus sit sedata: & locus totus bene refrigeratus: testante infirmo nullã ebullitionẽ vel calorẽ aliquẽ se sentire: & ꝙ calor & ebullitio prædicta penitus cessauerunt. tunc desistat embrochatio aquę, et superponatur plumaceolus vnus vel duo de stupa facti, & in aqua frigida balneati, & modicum expressi super venam & locum exitus, & cõuenienter occupent partes circũstãtes, in quibus facta est refrigeratio: & semper sit paratus medicus vel minister aliquis loco eius. & cum illi plumaccoli fuerint calefacti, iterũ in aqua frigida balneentur, & modicũ expressi superponãtur: & sic fiat vsqȝ ad duos vel tres dies: vel donec fluxus sanguinis cessauerit: & omnia ipsius symptomata penitus sint sedata. Et caueat custos eius, ne aliqd negligat de omnibus supradictis. Et cibetur bonis cibarijs generãtibus bonum sanguinem, sicut gallinis, caponibus, fasianis, perdicibus, carnibus hœdi lactẽtis, & iuuenis castrati: & in brodijs eorum apponãtur oua, & petrosilina: ex quibus fiat laudabilis comestio: & sic cibetur, & curetur, donec fuerit liberatus.

### *De uulnere neruorum.* Cap. XV.

ET nos iã locuti sumus de neruis in primo libro, & locuti fuimus ibi de punctura, scissura, incisione per latitudinem, apostematione ipsorũ: & disseruimus ibi de vulneribus ipsorũ sermone cõpleto sententiam Gal. Auic. & aliorũ antiquorũ sequentes: & posuimus ibi curam nerui per latitudinem totaliter separati secundũ dominum Hugo. totum ergo requiras ibi. similiter de contusione lacertorum, & ligamentis, & chordis: nunc dicemus de vulneribus thoracis, siue cassi.

### *De uulnere thoracis & pectoris ante uel retro facto.* XVI.

THorax aliquando vulneratur: adeo ꝙ vulnus ad interiora transit ipsius. In quacunqȝ igitur parte thoracis fiat vulnus: incontinenti labia coniungantur: & secundũ naturalem suũ situm optime relocentur: & vulnus peroptime consuatur: & secundũ quantitatem vulneris fiant puncti: ita ꝙ calor naturalis nullo modo euaporare valeat, vel exterior possit aer intrare. Coniunctis labijs, & consuto vulnere, superponantur plumaceoli de bona stupa, sicut sæpe dictũ est, in vino calido bulneati: superligetur fascijs latis posita multa stupa sicca desubtus bene parata, ꝓ calore seruãdo: ita ꝙ nullo modo puncta vel plumaceoli valeant remoueri: & relinquatur prima ligatura vsqȝ ad quintũ vel septimũ diem, si dolor aliquis non adesset. & si dolor adesset nimius, dissoluatur. Et si aliqua sanies ibi fuerit, cõprimendo, vt dictum est, cũ stupa leui in vino calido balneata expellatur: postea religetur per omnia sicut primo. Secunda ligatura vsqȝ in diem quintum vel septimũ, si dolor omnino cessauerit, relinquatur. postea eodem modo de tertio in tertium diem ligetur, donec fuerit liberatus. Et ad maiorem cautelam, & infirmi liberationem, detur puluis noster mirabilis cũ pigmento die secunda post vulnus eodem modo & eisdem verbis, vt dictũ est in cura cranei panniculorũ & cerebi. Dixerunt quidam ꝙ succus nepitæ potatus sanguinem existentem in corpore ex percussura seu quacũqȝ plaga reij-
A cit sine mora. Dicto de vulnere thoracis, dicendũ est de dorso a sagitta vel aliquo simili vulnerato.

### *De uulnere dorsi a sagitta penetrante usque ad stomachum.* Cap. XVII.

DOrsum seu tergum quandoqȝ vulnerari contingit sagitta balistę, vel arcus: ita ꝙ ferrum ingreditur in stomachũ seu ventrem, & ferri puncta, id est sagittæ extremitas ex altera parte sentitur: adeo vt cum tentatur cũ ventriculo digiti, non videtur ꝙ sit inter acumen sagittæ & ventriculũ digiti nisi pellis exterior, quæ est circa stomachũ seu ventrem: & cũ concutitur hasta sagittæ, quæ est in ferro, extra dorsum, manifeste sentitur, ꝙ ferrum est intra stomachũ seu ventrem: unde timendũ est, ne in extractione hastę, ferrum remaneat in stomacho seu ventre: quod si
B fieret, de facili postea extrahi non posset: imo timendũ esset postea de morte infirmi: si ferrũ in ventre uel stomacho remaneret. Quare oportet medicũ facere plumaceolos de panno lini multipliciter replicato: & ipsum plumaceolum ponat in parte anteriori super locum, ubi puncta sagittæ sentitur: & aliquis homo doctus & diligens pollicem super plumaceolum ponat: & fortiter comprimat punctã ferri: ut ferrum regrediatur per foramẽ, unde fuit ingressum: & medicus tũc comprimat dorsum cum manu sinistra circa hastam: & hastam cautissime abstrahat manu dextra: ita ꝙ ferrum infra stomachũ seu uentrem remanere non possit: & si sentiret medicus, ꝙ hasta sine ferro rediret, statim reponat hastam in ferro: & minister qui pollicem circa punctam ex altera parte tenet, fortiter comprimat, ut ferrum firmetur in hasta. et iterum po-
C stea hastam semper modicũ reuoluendo, extrahat: facta magis cõpressione pollicis circa punctam ferri, & magis in tergo manu medici: & sic dante domino ferrum exibit a stomacho: quo extracto incontinẽti plumaceolus stupæ bene formatus, balneatus in uino calido, & conuenienter expressus, super foramen, unde fuit ferrũ extractũ, ponatur: & compressus ibi detineatur cũ manu ab aliquo, donec tres boni plumaceoli conuenienter magni de bona stupa facti in uino calido balneati, & expressi, ex qbus primus super foramen imponendus incidatur in medio cũ rasorio bene acuto: & super uulnus ponatur directe: ita ꝙ crux quæ cum rasorio facta est, in plumaceolo, directe cadat super uulnus: & ipso bene parato ponantur alij duo puluilli: & super illos, ut sæpius dictum est, super ponatur plumaceolus de molli stupa sicca: qui cæteros superet in aliqua quantitate: superligetur postea
D cũ fascia uel binda, taliter ꝙ plumaceoli uel ligatura nullo modo ualeat remoueri: & sic usqȝ in quintum diem uel septimũ in solita remaneat ligatura. Et si patiens nimiũ dolorem haberet in uentre: talis sacellatio sibi fiat: vinũ cum sale bulliat in patella munda, uel altero uase æreo bene mundo: & cũ bene bullierit, furfur in ipsum in tanta quãtitate mittatur, donec emplastrum adeo fiat solidum, quod uinũ nõ defluat ex emplastro: postmodum ponatur in sacculo: & furfur in sacculo taliter complanetur, ꝙ totum locũ dolentem & amplius detineat circunquaqȝ: & ponatur super omnes fascias: et adeo calidũ apponatur, ꝙ calor sacellatiõis sentiatur optime ab infirmo: & sic, donec dolor cessauerit, sæpe & sæpius renouet. Circa uero procurationem uulneris, fiant cætera in thoracis

uulnere supradicta. Dominus Hugo, sicut multũ frequenter uidimus, modo prædicto in vulnere thoracis & dorsi, omnia vulnera penetrantia, sicut vulnera thoracis, pectoris, pulmonis, dorsi, & similium, medicabat. Et nos per manum suã multos sanatos vidimus optime: qui taliter fuerant vulnerati: & nos ipsum secuti, omnes qui ad manus nostras venerunt, prædicto modo curauimus optime dei auxilio mediante. Commendat se quidam sicut Rolandus, & alieno vestitus vellere fimbrias suas nititur dilatare, ꝙ quendã abscisa non modica parte pulmonis, sanauit. In rei veritate quidã Domicellus Bononiensis nobilis me tunc Bononiæ existente, per manũ domini Hugo. pte pulmõis abscisa, magstiro Rolãdo assistẽte et vidente, sanatus est. Igitur, sicut dixi, omnia vulnera penetrantia quæ nondum ab aere fuerant alterata, Dominus Hugo prædicto modo sanabat. cæteras autem curas in casu isto: quando scilicet vulnera non erant ab aere immutata, reprobat omnino.

Et via Galeni & Auicen. & aliorum veterũ quãdo vulnera accidũt in partibus pectoris, vel thoracis, aut dorsi, aut in alia parte corporis, & sunt penetrantia ad interiora, aliter est. Et est secundum hunc modũ: videlicet ꝙ in principio nõ apponatur medicamen, quod possit sanguinẽ refrænare: ne, sicut inquiũt, sanguis retineatur in profunditate corporis, et reuertatur ad cor, et ĩterficiat infirmũ: ĩmo administretur medicina attractiua, & sicut dicit Auicenna, omne in quo est caliditas subtilis cum exiccatione uehementi, subtilis substantiæ, nõ euacuatur ab attractione. prohibeatur assiduatio mollificatiuorũ: ne liquiditas aggregetur in profundo: quia huiusmodi vulnera sunt difficilis mundificationis, propter inobedientiam loci: quod est, quia profunditas ipsius est quasi profunditas occulta. Vnde Galenus, in vulneribus pulmonis, aut diaphragmatis, vel in interioribus, vt in siphac, sapientia oportet studeri in quãto magis potest fieri desiccentur, siue cũ emplastris superpositis, siue cũ potionibus interius sumptis. Si uero medicinam attractiuam nõ habes, tunc totũ administra, vel quod currit cursu ipsius: vt quod egreditur surgat: sitq; caput licinij de coto extra vulnus remanens grossius: ne possit ad interiora transire: quoniam hoc proculdubio causa putrefactionis esset: & præcipe infirmo, vt dormiat super vulnus, ne in ipso sanies aggregetur. Q. si oportet vulnus lauare: lauetur cum melicrato & similibus. Et caue ne mundifices ipsum cum aliquo acuto medicamine: sicut flore æris, et similibus: quoniã inde, sicut Gal. asserit, aliquãdo patiens moritur. Et quãdo times ꝙ sanguis vel sanies interius aggregata per vulnus mundificari nõ valeat: tunc antequã coaguletur, præcipiendũ est infirmo, vt vinũ vel aquã pluuialem in qua terra sigillata decocta fuerit, in potu sumat: et similiter quando decoquuntur in ea balaustiæ, sumac, cortices granatorum, & his similia. huiusmodi enim styptica omnibus vulneribus maximũ præbent iuuamen: quoniã sanant, & solidant ipsa a parte interiori. Si autẽ saniem per assumptionẽ potus mundificare volueris: tunc detur, sicut diapennidion, diadraganthũ, et similia, cũ decoctione liquiritiæ, hyssopi, passularum, et similium. Q. si huiusmodi vulnus prolongatur ad sanandum spatio longo, & iam semper aperitur: tũc, sicut dicit Albucasis, iam facta est fistula, & est ex illis

E quæ raro & difficillime recipiunt sanitatem, propterea curare nõ tardes. Ego curaui quendã Salernitanũ, qui habebat vulnus penetrans ad interiora in dorso: & iam transiuerant super ipsum octo menses: et facta erat fistula penetrans ad interiora: ex qua egrediebatur sanies valde fœda: & cum tussi etiã similẽ saniem expuebat: & medici Salernitani omnes iudicauerunt eum phthisicũ empyicum, et hecticum, et omnino incurabilem. Venit ergo de Salerno ad me: & vsus consilio meo, breui tempore curatus est, & impiguatus: ita ut medici Salernitani mirarẽtur valde. Et postquã talia vulnera fiunt saniosa: optimũ est emplastrũ factum de farina, aqua, oleo, & melle: sicut dicemus in capitulo apostematũ: & ꝙ infirmus continue iaceat super uulnus: & ꝙ in vulnere nullum licinium ponatur omnino. & ꝙ infirmus aliqua mistura vtatur. hãc

F enim cura plures desperatos curaui: et ista est cura domini Hugo. Aliam curam secundũ Gal. prædictã in vulneribus recentibus multũ vituperat dominus Hugo. In his autẽ quæ aer iam mutauit, nec adhuc facta sunt plurimũ saniosa: ipsam tolerat. quando vero saniosa sunt facta, plus illã uituperat quam cõmẽdet.

*De uulnere uentris, & eius anatomia. Cap. XVIII.*

DE vulneribus ventris dicturi, de ipsius anatomia aliquid primo dicemus. Is enim corporis locus qui tactu lenis est, sicut ait Gal. venter vulgo vocatur. Et est compositus ex cute superiori, & ex cute subtili inferiori, quæ quasi pellicula est: & sicut ait Gal. vocatur amonica. Post hanc vero sunt duæ extremitates lacerti, quę sunt neruosæ, & subtiles quasi pelliculæ, & coniunctæ, adeo ꝙ diuidi non

G possunt, ideo omnes anatomici vnã & non duas esse testantur: vltra modũ etiam subtiles sunt. Post hęc sunt duo lacerti carnosi a pectore vsq; ad pectinis ossa descendentes; quorũ omniũ vnum coniunctũ est: et tota ista compositio vocatur mirach. et ꝙ est post, vocatur peritoneon, idest sifac: quod totum ventrẽ circũdat, nõ habens sanguinem, est etiã neruosum. Compositio per latitudinẽ dextrorsum & sinistrorsum alter est: spatium enim eius a medio erga sinistrã dextramq; partẽ mensuram. iiij. digitorũ est. Nã post cutem uentris in vtraq; parte sunt ambo lacerti quos dixi: quorũ vnus a pectore descdient: alter a pectinis osse ascendit. Post hos lacertos sunt alij lacerti per latitudinem tendentes. Post hos quoq; stat peritoneon. Hęc loca si vulnerentur, securiora sunt, quã medium ventris. Medium autẽ ventris difficile est ad sucn-

H dum, & molestissimũ: quoniam ab eius vulnere multa quantitas intestinorũ egreditur: quæ cũ difficultate postea reducuntur. Cum is etiã locus vulneratur, Nã necessario egrediũtur ea quæ post ipsum sunt. ab vtrisq; lacertis qui sunt in latere uentris, cõprimentibus intestina coguntur exire. In medio autẽ ventris nullus fortis lacertus est, qui prohibeat exitum intestinis, maxime quando fuerit vulnus magnum. In paruo vero vulnere, nisi reducuntur celerius, inflabuntur propter uentositatẽ quæ generatur in eis. Ideoq; uulnerum quæ in medio uentris fiunt, mediocre ex eis cæteris minus malum est.

Vulnera ergo quando uentri accidunt, intestina foras egrediuntur: quorum quidẽ curatio, sicut asserit Auic. quadruplici eget intentione. Prima quoque intentio est ut intestina ad locum proprium

proprium reducantur. Secunda, vt ſuantur. Tertia,
vt ponatur ſuper ipſa conueniens medicamen. Quar
ta, vt ſit ſolicitudo, ne propter id proueniat timor ali
cui membrorū nobilium, id eſt ne ſanguis in interio-
ribus congeletur. Dico ergo ad reductionem inte-
ſtinorū ſi præſens fuerit, medicus ſit feſtinus, ante vi-
delicet quā alteratione ab aere ſuſcipiant: fortaſſe ipſa
ſine moleſtia intromittet. Si vero iam vētum ſuſcepe
rint, & inflata fuerint: neceſſe eſt vt ipſa ventoſitas re
ſoluatur: aut ꝙ vulnus dilatetur: ſed melius eſt vt vē
toſitas reſoluatur. Igitur ſi reduci non queant: fo-
mententur cū ſpōgia infuſa in vino veteri nigro for-
ti, & bene calido, & expreſſa: quoniā diſpergit infla-
tionem ipſorū, et detumeſcere ea facit: & ſi non fuerit
vinum pręſens, fac cū aqua donec detumeſcant. Vi-
nū tamen calefacit amplius, & confortat. Si vero nec
ſic redierint, findatur porcellus vel aliquod aliud ani
mal per medium: & quanto calidius poterit, dum ad
huc pene viuit, ſuper inteſtina ponatur, et dimittatur
quouſq; calefiant, & molleſcant, & regrediātur. Si ve
ro nec ſic regrediuntur: quia locus & tempus eſt frigi
dum, & ventoſitas prædicto modo ab inteſtinis eua-
cuari nō poteſt: tunc fiat ſicut docet Gal. & alij periti
veteres, ſicut Almanſor, et Halyab. et eſt, vt infirmus
per extremitates, ſcilicet manus & pedes in balneo ſu
ſpendatur, vt gibbato dorſo ventris medium conca
uetur: & ſic aliquantulum concutiatur: vt ex hac di-
ſpoſitione facilius reducantur. Qꝫ ſi his peractis, ne-
queunt intromitti: tunc vulnus erit proculdubio am
pliādum. Si autē zirbus cū eis exierit, quicquid ex
eo nigrum vel viride factū eſt, abſcindatur: quia ſi di
mitterentur, fieret in toto putrefactio. Dicit enim Hip
pocrates: ꝙ ſi zirbus exierit, neceſſe eſt putrefieri: quā
uis moretur tempore paruo: & quia ſubſtantia zirbi
compoſita eſt ex ſubtilibus pelliculis telatis ex venis
& arterijs procedentibus ex magna vena quæ in he-
pate eſt, & ex magna cordis arteria: cauendum eſt, ne
ſanguis ab eis fluat: vel neruus ex eius inciſione læda-
tur: vnde oportet bene ligari ſuper locum nigrū vel
liuidum: deinde incidimus eū, extremum fili cū quo
zirbus ligatus eſt, exterius dimittentes: vt illud poſſi-
mus extrahere, cū fuerit putrefactum. Si autē ſutura
venarum & arteriarum zirbi negligatur, non eſt ſe-
curū, quin venter propter ſanguinis emanationē pu
trefactionem incurrat. Deinde inteſtinis reductis,
accipiat miniſter manu ſua totum vulnus, & ſtringat
paulatim diſcooperiēdo: ut medicus ſuere valeat cō-
petenter. Et in ſutura ſunt duo modi. vnus cōmu-
nis, quem fere omnes chirurgi modū ſeruant, videli-
cet mittendo acū ab exteriori parte cutis: & penetrā-
do mirac, & ſiphac. & poſtmodū mittendo acum ex
altera parte vulneris, ex interiori parte ſiphac: & pe-
netrando ſiſac & mirac totū vſq; interiorem partem
cutis: & ſic fiat donec vulnus ſit ſutum totū. Secun
dus modus eſt quem docet Gal. Inquit enim id quod
melius eſt de ſuitione ventris eſt, vt ſit intentio tua in
diruptione mirac ventris cum ſiſac: vt ſuas cū ſutura
conglutinante ſiſac cū mirac: quoniā ſiſac eſt neruo-
ſum, tardæ incarnationis. tali enim ſutura ſiſac velo-
cius incarnatur: deinde cura cū ſtupa & vino ſecun-
dū dominum Hugo. ſicut dictum eſt: vel cum medi-
camine incarnatiuo ſecundū veteres, qui magis pla-
cet. Et modus Gal. dictus eſt vt in vno puncto dimit
tat ſine ſuitione ex vna parte: et in alio puncto ſuat ex
A parte, ex qua dimiſit, & dimittat ſiſac ſine ſuitione ex
altera: & ſic faciat vſq; ad finē. ſpatium punctorū ſit
breuiſſimum: eo quod membra quæ poſt illa ſunt, iū
gere & conſtringere volumus: & ne ex nimia cōſtri-
ctione frāgantur, ſpatiū breuiſſimum fieri neceſſe eſt:
quod in omni ſutura vulnerum cōſiderandum eſt. in
ſutura, in punctis, in acceptione carnis cū acu mediū
eligatur. Et patiens ſupinus iacens taliter collocetur:
vt ventre concauo dorſum ſit gibboſum. huiuſmo-
di enim præparationis modus cōmunis eſt & vniuer
ſalis omnibus, quibus exeunt inteſtina.
Sed propria & particularis cura eſt: vt cōſideres in
qua parte ventris vulnus fuerit: quod ſi fuerit in infe-
riori parte, figura præparationis ſit talis: vt crura infir
mi ſint ſuo capite altiora. Et ſi fuerit ī ſuperiori par
te, ſit figura præparatiōis prędictę cōtraria. Si vero
B vulnus īfirmi fuerit ī latere dextro, iaceat in ſiniſtro:
& econuerſo. Quoniā totius præparationis inten-
tio eſt vt pars vulnerata altior ſit, quā ſana, ne ad vul
nus declinare valeant inteſtina: & propterea in hoc
loco ligatura eſt vltimi iuuamenti: & certe ſi audeo di
cere, in cæteris vulneribus recētibus illud idem. Re
gimen infirmi ſubtilietur: & a cibis inflatiuis cuſtodia
tur omnino.

### *De uulnere inteſtini.* Cap. XIX.

INteſtina ſi fuerint vulnerata groſſa, ſubtilibus fa-
cilius incarnantur. Inteſtinum tamen quod no-
minatur ieiunum, omnino ſanari non poteſt: & illud
propter multas & magnas venas exiſtentes in eo, &
ſubtilitatē ſubſtantiæ ſuæ, & vicinitate eius ad naturā
nerui, & propter cholerā primā defluentē ad ipſum:
C & quoniā vicinius eſt hepati quā alia ventris inferio-
ra, quæ ſunt de genere carnis.
Si vero cæterorum aliquod fuerit vulneratū: qua
druplex eſt intentio in curatione ipſius. Prima intē
tio eſt, vt taliter ordinetur: ne fæces per inteſtina tran
ſitum facientes, maculent vulnus: & putrefaciant in-
teſtinum. Secunda intētio eſt, ut partes ſciſſæ ad in-
uicē coniungantur, & ſuantur. Tertia intentio eſt,
vt inteſtinum reponatur in ventrē, et ventris vulnus
ſuatur. Accipiatur igitur aliquantulum de ſambu-
co, qd talis ſit groſſitudinis, ſicut cōuenit inteſtino, &
attenuetur: intantum ꝙ digitus molleſcat: cum primi
tur interius in inteſtino ponatur: & ſuatur deſuper in
teſtinum cū ſubtiliſſima acu, & filo ſubtiliſſimo de in
teſtinis animalium facto: vel de ſerico ſubtili, ſi iſtud
haberi non poteſt, ablutis primo optime cū vino ni-
D gro calido inteſtinis. poſtea mundentur optime inte-
ſtina cū ſtupa molli & delicata ualde, et uino nigro ca
lido: & cū bene fuerint abſterſa, mūdata, & deſiccata,
reducantur ſicut ſuperius dictū eſt: & ſuatur uulnus.
Dico ergo ꝙ nō oportet uulnus uētris teneri aper
tum: donec inteſtinum interius incarnetur: quia mul
ta poſſent ex hoc pericula euenire. Primum eſt:
quia quotieſcunque mutabitur infirmus: aer exterior
ſubintrabit: & faciet ī inteſtino torſiones, et dolores:
quare affligetur infirmus, & ſanitas prolongabitur: et
forſan ex doloribus, qui infirmo accident, accidentia
praua conſurgent. Secundū eſt, quia uulnere rema
nēte aperto, forſitan exibunt ſæpius inteſtina: quare,
ut dictum eſt, ſuatur uulnus: & ſtolidis non credas: &
clyſterizetur infirmus cū uino nigro calido. Et in-
firmus ſicut in præcedenti capitulo dictum eſt: taliter

situetur: vt vulnus ventris semper in superiori parte cōsistat: ꝙ de vulneribus aliorum membrorū cōtrarium est tenendum: et caue ne reliqua intestina cadāt, sicut dictū est, super illa quæ reduxisti, & comprimāt ea: quare fiat sicut dictū est. Oportet enim ut pars vulnerata semper sit eminentior parte sana. Albucasis autē docet quandam suturam cū capitibus formicarum, quā indignam reputaui libro isto: adeo enim debiliter post abscisionē corporis a capitibus capita ipsa se tenent, quod ex qualibet cōfricatione recedunt. Regimen sit idē: sicut est in ventris vulneribus supradictū: id est regimen subtilietur: & vt a cibis inflatiuis custodiatur omnino: ꝙ multo amplius in vulnere intestini, quoniā in vulnere ventris sanandum est. Cōpleta particula in qua de fractura cranei, & membrorum faciei & cæteris vulneribus corporis, quæ tantū in carne fiunt: sufficiēter disseruimus: tertiam particulā in qua de incisura, fractura & dislocationibus omnium membrorū Auic. sequentes & alios veteres, cū Christi auxilio, aggrediemur, et primo de brachio cū incisura ossium vulnerato.

### *De fractura ossium sine uulnere carnis: & cura ipsorum.* Cap. XX.

OSsa aliquando franguntur: aliquando a iūctura propria dislocantur: quorum quidem curatio generaliter triplici eget intētione. Prima quoq; intentio est, vera & propria rectificatio vel reductio ossium fractorū vel separatorum. Secunda est, per ligaturā conseruatio prędictorū. Tertia intētio est, restauratio quæ fit pro sarcoide mediante. Verum in hoc præsenti capitulo vniuersaliter ponā: & breuiter de extensione & rectificatione fracturæ, et eius restauratione: & ponā prius vniuersalia signa ipsius: ne cōtingat in hoc error ex imperitia medicorū. Cognitio fracturæ consideranti in ea satis manifesta est: quia figura membri contorquetur: & gibbositas ex vna, & concauitas ex altera parte apparet: & quandoq; in osse sonus percipitur, cū diligenter manu tractatur.

Cum autem certus fueris de fractura: tunc incontinēti eius rectificatio festinetur: quia quanto plus tardatur: tanto cū difficultate maiori postea restauratur: eo ꝙ os īdurescit: nec est possibile, vt postea nisi cū extensione plurima reducatur. extēsionis autem nimietas in ipsa fractura sæpe facit accidere apostema, & similia nocumenta. Modus autem extensionis & rectificationis ipsius est: vt medicus sapiēter perquirat in ipsa fractura, ne superposita sint capita seu extremitates ossis fracti: quod si sint ita, & sit in crure vel aliquo simili mēbro fractura: fiat attractio ad extensionem neruorum ad hoc, ut ossa ad locum proprium reuertantur. Modus autem attractionis eius est: vt membrum ex vtraque parte manibus accipiatur: & non violenter sed leuiter quanto magis possibile fuerit, distendatur & rectificetur, sicut dictum est, donec vna pars modo debito alteri coniungatur. violentia nāq; extensiōis & cōpressionis maiorem generat angustiā: ex qua facile oritur apostema: deinde palpa membrū manibus: & rectifica id quod tibi videtur diuersum: & ingenio tuo optime æqua pertractando, & reparando ossa manibus tuis, & in suo loco ponendo: & sicut vnquam melius fieri potest, cuneta ossa in loco proprio reponantur. Et membrum a peritis ministris semper ita extēsum & æqua-

E tum teneatur: & medicus habeat paratū sagimen porcinū optime abrasum: & sic ex sagimine quod ex parte cutis: & cū dicto sagimine totum membrū fractū inungatur optime: simili modo melle postea inungatur: & habeat fasciā conuenienter longam & latā spatio quinq; digitorum: quæ sub se ambas extremitates contineat ossis fracti: & habeat plumaceolū bonæ stupæ bene formatū, & optime coæquatum: vel si magis placet de panno albo, & veteri: forma illū ita longum quod totum mēbrū circundet: & infundatur in clara ouorū: quę sit fortissime conquassata: adeo ꝙ in spumā iam sit tota conuersa: et sit quantitas eius ad minus octo ouorū: & plus vel minus secundū membri magnitudinem: et sicut videris expedire, de prædicta spuma dictus plumaceolus ex vtraq; parte infundatur optime: & superponatur taliter quod membrum

F totum circundet: in loco scilicet vbi sunt capita ossis fracti: ita ꝙ super vtrasq; extremitates fractorum sit æqualiter collocatus: & cum fascia nimis longa adeo suauiter constringatur: vt ex ligatura dolor minime sentiatur: nec etiam adeo relaxetur, quin ad dolorem aliquantulum sit decliuis. Quo facto si membrum fractū crus fuerit, habeantur parati quinq; plumaceoli de bona stupa valde bene facti, & optime coæquati: & sint longi in modum mēbri fracti totius: et adeo lati, ꝙ cū lateraliter iuncti fuerint, totum membrū circūdent: & infundātur manibus ex vtraq; parte cum spuma prędicta· & super membrū in longitudine collateraliter imponantur: & super illos vnus plumaceolus valde magnus, qui totum membrū circūdet ex interiori parte tantū linitus, cum spuma prędicta superponatur: postea habeat hastellas subtiles, & bene pa-

G ratas: & superponantur membro vndiq;: & sint tantæ longitudinis, ne iuncturas lædant: & ꝙ a plumaceolis subtuspositis superentur: ne membrū lædatur ab extremitatibus hastellarū. Et ad maiorem cautelā, si videbitur in circuitu membri vbi extremitates hastellarum attingunt, ponantur de stupa duo plumaceoli transuersales: qui totum membrum circundent super quas extremitates resideant hastellarum: ne aliqua parte caro ab hastellis lædatur. Hastellæ ferulæ vel palmæ sunt optimæ: quæ si non poterunt inueniri, fiant de abiete, vel de altero ligno molli, quando haberi nequeunt meliores. Prouidendū etiam est vt hastellæ locus obuians fracturæ, sit grossior: & cauendum, sicut dictū est, ne hastellæ carni obuient denudatæ: & hastellæ cum superponuntur, infundātur de spuma prædicta: vt fortius in loco vbi ponuntur

H inhæreant, et nequeant euagari. Postea superligentur hastellæ cū bona fascia non nimis lata: & sit valde longa: & ab ambabus extremitatibus vsq; ad mediū cōplicata: & si membrū fractum, sicut dictum est, crus fuerit, incipiat a parte pedis imponendo mediū fasciæ ex parte calcanei inferioris: & deducendo vtrāq; partem vnā circa alteram faciendo crus: et valde stringēdo ipsum crus cū hastellis: & sic veniat ligando vsq; ad genu. Et si vult: apponat stupam siccā circa genu ex parte cruris: & ad maiorem cautelā fiat plumaceolus qui teneat totum pedem: & alius qui teneat pedis iuncturā cum toto calcaneo: & infundantur in vino calido antea cū multo sale bñ calefacto, et q̄si bullito: & postea ponantur super pedem, iuncturam, & calcaneū: & super illos plumaceolos ponatur stupa siccā: & postmodū cum bona fascia superligetur, pedem, iuncturam,

iuncturam, & calcaneum, competenter stringendo:
postea fiat sibi optimus lectus: vbi patiens taliter præ
paretur: ꝙ crus nullo modo cõcutere valeat, vel etiã
remouere, vel aliqualiter circũuoluere, et quod mem
brum quietũ & patiens sine dolore possit quiescere.
Et caue diligenter ꝙ in omnibus fracturis ossium diæ
ta data in vulneribus capitis obseruetur: tenuis tamẽ
sit diæta vsque ad delinitionem doloris: qui in princi-
pio fracturæ fieri cõsueuit: & quousque de apostema
te sis securus: & vinum sit semper melius quod pote-
rit inueniri, sine aquę admistione. Et prima ligatu-
ra vsque ad diem decimũquartum relinquatur, vel
vsque ad vicesimum, nisi dolor nimius superueniat,
vel pruritus nimius molestet infirmum. Post vicesi-
mũ vero diem uel vicesimũquintum calefiat uinum:
in quo sit cõpetens salis quantitas dissoluta: & ipso vi
no membrũ abluatur: cum remotæ fuerint ligaturæ,
& plumaceoli qui fuerant balneati in clara ouorum,
in ipso vino calido balneentur: & secundo vel tertio
exprimantur vice qualibet balneando: postea super-
ponantur cruri. Et quamuis hastellę in hac secunda
ligatura, scilicet post. xx. dies: siquis vellet, depõi pos
sent, tamen melius et tutius est vt iterum reponantur:
quia non est nimis festinandũ in remotione ipsarum:
quamuis cohærentia iã credatur: quia fortasse casu ali
quo adhuc non esset porus sarcoides confirmatus: &
propter hoc de membri foret contorsione timendũ.
Ideo melius & tutius est vt hastellæ reponãtur iterũ,
sicut prius: in quarũ semper remotione sis tardus am
plius quã festinus. In ligando igitur, & hastellas ponẽ
do in omnibus, sicut in principio factũ fuerat: tam in
plumaceolis quã hastellis, idem magisterium obserue
tur: hoc solum excepto, ꝙ vinũ calidum loco albu-
minũ apponatur: & ista ligatura secunda relinquatur
vsque ad quartũdecimũ diem vel vicesimum, si pa-
tiens dolore vel pruritu nimio nõ grauetur: & sic fiat
donec perfecte fuerit liberatus. Et caueat medicus
diligenter ꝙ suppositoriũ aliquod infra duodecimũ
diem fieri nõ permittat: quia de ratione qui habẽt fra
cturã cruris vel coxæ, consueuerunt stare multo tem
pore constipati: & cõstipatos esse melius est illis & sa-
lubrius quam solutos: & natura a propria operatiõe
impediretur, si fieret aliquod laxatiuũ: & patiens affli
ctionem incurreret: & crus susciperet læsionem, tar-
dius etiã restauratur: & totum quod dictũ est in capi-
tulo isto, seruetur in omni fractura cruris, coxæ, &
vtriusque brachij: quæ fieri absque carnis fractura cõ
tingit. Prædicta omnia sunt secundũ modum domi-
ni Hugo. valde cõmendabilem & expertum.

Secundum vero Gal. & alios veteres, in aliquo quamuis in modico diuersifica
tur ab isto: & est postquã membrũ certificatum fue-
rit modo prædicto, vt ligatura administretur: & su-
per locũ fracturæ constringatur: & quanto plus elon
gatur a fractura, tanto leuius constringatur. In hoc
secundũ modum domini Hugonis & imperitus me-
dicus errare nõ potest: neq; oportet de omnibus red-
dere rationem: sicque faciẽdo ex loco sano capias ma
gnã partem: & secundũ conuenientiam membrorũ
sit quãtitas latitudinis fasciarũ: quoniã sicut dicit Gal.
in pectore latum potest poni ligamentũ: in manibus
vero & digitis, minime. Inquit: in omnibus locis fiat
quanto fieri poterit, latius ligamentũ: neque ex eo ali-
quid remaneat duplicatũ: & ab infirmo loco inchoe-

A tur tendens vsque ad sanũ: vt humores ligamento ex
pressi ab infirmo, ad sana loca expellatur: nam neces-
sario a sanis locis ad infirmũ humores defluent: si ali-
ter fascietur. Istud ligamentum dupici de causa bo
nũ est. Primo, quia nocumẽtum nõ infert. Secundo,
quia locum infirmũ custodit, ne apostema generetur
in eo: in quo maxime studendũ est. Idcirco locus fra-
cturę primo ter vel quater fascia inuoluatur: postmõ
dũ vsque ad sana loca ducatur. Hoc enim sanguinem
a sano ad infirmũ locum fluere nõ sinit. & ab ipso qđ
coadunatũ est, in eo expellit. Verũ quoniam ad duo
loca fluere potest fractura in brachijs vel pedibus exi
stente, laudabilius est, vt ad partem superiorem ejcia
tur, quoniã multa & magna membra illic sunt: quam
ad eius extrema, ubi nõ multũ habent quo mandent:
nec extrema vbi recipiant, multũ habent. Ideo sicut
B dicit Gal. iussit Hippo. duo fieri ligamenta, Vnum vt
humor superius expellatur, & quod superius est, flue
re non permittat: & quia reuolutiones, quæ suauiter
vsque ad loca sana ducuntur, aliquantulũ exprimũt
humoris. Secundũ, vt idem ligamentũ sicut idem ius
sit, a superiori ad inferius reuertatur: quatenus cũ in-
feriori ligamento ligetur. Hæc enim duo ligamẽta fra
cturam faciunt esse rectam, & firmant eam, & prohi-
bent apostema: & hęc est ligatura quam docuit opti-
mus Galenus.

Secundum Auic. Oportet vt panni ligamentorũ sint mundi: nam sordidus est durus, &
facit dolorẽ, & sit subtilis, quia melius tractabilis, &
res quæ linitur super ipsum, citius penetrat ad mem-
brũ, & sit leuis vt nõ grauet supra mẽbrum infirmũ,
& leuis vtpote de pãno veteri & subtili: quia melior
C & mollior & magis tractabilis. Et oportet ꝙ liga-
menta capiant de loco sano aliquid: quia firmior erit
restauratio: & melius seruabit fracturam. nõ tamẽ fit
in hoc superfluitas, ne strictura nimiũ capiens prohi-
beat nutrimentum. Et ligamentũ aliquantulũ latũ
magis facit adhærere. Hoc aũt intelligendum est secũ
dũ qualitatem mẽbri, sicut dictum est: & puluillorũ
fortitudo vehemens est ad faciendũ adhęrentiam.
Et oportet vt locus fracturæ fortius cũ ligamentis lõ
cis alijs constringatur: nec oportet ꝙ excedatur: adeo
ꝙ aduentum prohibeat nutrimẽti & sanguinis: quia
hoc restaurationẽ proculdubio impediret. Et si ne
cesse fuerit sedare apostema: sedetur cum embrochã
ex decoctione maluarũ, & oleo chamomilino, & vi-
no styptico. nã ipsum resoluit apostema, & cõfirmat
membrũ. Vbi uero fuerit vlcus, nõ appropinquet ce
D rotũ. Et si ad resoluẽdum necessaria fuerint fortiora:
fiat illud cum oleo, mastiche, & ammoniaco. Et si ad-
ministratur cerotum post apostema: tunc melius est
ut sit ex lana quæ sit infusa oleo resoluente apostema,
& leniente ipsum. Et secundũ omnem dispositio-
nẽ in ceroto siue speradrapo ad hoc facto, est securã-
tio a cõmotione doloris: & proprie quãdo medicus
non est præsens. cũ autẽ dolor accidit: soluendo & li
gando remouetur. Quando est vlcus: cerotum nõ
ponatur: quia putredinem attrahit, & maculat vul-
nus: sed loco eius ponatur vinũ nigrum stypticũ: qđ
omni tempore vtile est. & nõ elonges superflue stri-
cturam in vtrisque lateribus: quoniã oppilantur ve-
næ: & membrũ non ita suscipit nutrimentũ: forsitan
si elongaueris contrahetur. Ponantur tria ligamen
ta, primũ ascendendo, secundũ descendendo, tertiũ

ligamentū ponatur, incipiens ab inferiori parte ligamenti inferioris:& ascendit vsq; ad superiorem partē ligamen ascendentis, quasi ipsum conseruet vtrunq;: prædicta tria ligamenta secundū Hippo.& Gal. sicut asserit Auic. debent fieri sub hastellis, ligamentū uero super hastellas oportet ꝙ sit tale, quod ponat membrum sicut frustū vnum: cui non sit motus: & prohibeat torsionē, quale dictum est supra. Et Hippo. voluit: & etiam Gal. ꝙ in omni tertio die solueretur ligamentū: & ꝙ hastellę infra diem septimū non ponantur. hoc autē propter dolorem & timorē apostematis. vbi autem nō fuerit aliquod accidentiū prędictorum: nō reputo vtile quod soluatur: & credo ꝙ ista fuit intentio Gal. & etiā Hippo. vnde Gal. in alia parte, vtile est ligamentū, donec mēbrum sanetur, dimitti, si nihil appareat ex accidētibus supradictis. ꝙ si prędictorum accidētium aliquod apparuerit: necesse est, si alias remoueri non potest, vt quādocunq; apparuerit, resoluatur. Si uero apostema, aut dolor, aut pruritus nō prohibeat: dico si a principio mēbrū bene restauretur, & bene ligetur, & tarde soluatur: porus restaurans ossa multo melius et celerius generatur: ꝑpterea sicut dictum est, si nullū superuenerit accidentium prædictorū, vsq; ad. xv. diem, vel etiam vicesimū non soluatur. Et quia tūc porus sarcoides incipit generari: et oportet ꝙ membrū recipiat abundantius nutrimentū. ideo secunda ligatura, sicut dictū est, nō cum oui albumine, ne propter nimiam stricturā prohibeatur nutrimentū: sed cum vino nigro styptico facienda est. ipsum enim cōfortat membrū, & iuuat porum sarcoidem. & strictura non fiat subito nimia: sed paulatim addatur in ea cum experientia infirmi. Et si multiplicatio puluillorum & ligamentorū nimis grauaret infirmū: non fiat nimia multiplicatio ipsorū.

Medicinæ vero quibus vtimur apud restaurationē omnium fracturarū & dislocationū & torsionum etiam sunt: in quibus est exiccatio & cōglutinatio cū modica caliditate: sicut thus, myrrha, & similia. Et scias ꝙ Hippo. iussit solidatiua super fracturam nō debere poni usq; ad septē dies: vel quousq; fuerit securatio apostematis & tumoris. Gal. autem dicit: ꝙ in hoc nostro tēpore non possumus membrū ad suum modū conuertere, nisi solidatiua ponamus. Verūtamen si mēbra festinant dolere, rubere, atq; tumere: tunc vt Hip. cōsuluit, rectum est vt nihil ex his faciamus: imo materiam ad partes alias deriuemus: & mēbrū quantum possumus, refrigeremus. Et de emplastris bonis restaurantibus fracturā, & dislocationē, & etiam torsionem: quæ est dislocatio nō completa: est emplastrū, quo veteres vtebātur. ex farina scilicet volatili molendini, quę pluribus complexionibus cōuenit, & præcipue mulieribus, et pueris: quia est in caliditate & frigiditate æqualis. Et modus confectionis eius est: vt distemperetur cum albumine oui, ita ꝙ confectio sit æqualis.

Item aliud emplastrū. Reci. aloes, myrrhæ, boli armenici, thuris, acaciæ, nucis cypressi, dragaganthi, ladani, ana, conficiātur cum albumine oui: & addatur aliquantulū ex farina volatili molendini, donec ęquetur, id est donec sit inter spissitudinem et subtilitatem: deinde pannus fortis liniatur ex eo, & superponatur. Istud enim emplastrum est mirabilis compositionis: quoniā restaurat ossa fracta velociter: & confert pluribus complexionibus.

E Cibus autem patientis, in principio sit subtilis, prohibens inflationem: donec ab apostemate calido sis securus. Inquit Gal. Diæta in principio subtilis conuenit: sicut in cura apostematū calidorum: in quibus in initio phlebotomia cōuenit: & plurimū pharmacia. cumq; porus generari incipit: oportet nutriri ægrum cibo bonū sanguinem generante, & multū nutriente. subtilis enim & aquosus sanguis porū non generat. grossus vero & viscosus vnctuosus nōexistens, generat bene porum: idcirco deinde sit cibus grossus & viscosus: vt fiat ex eo coagulatio fracturæ velociter. Et ex cibis in quibus est grossities & viscositas, sunt sicut triticū valde coctum, risi, capita, & pedes, & ventres animalium: & præcipue vaccarum, lentes, pisces recentes, lac, caseus recens, & vinum grossum: hęc habent generare ex materia nu-
F trimentum ossibus conueniens, tanquam a causa materiali: & ex natura, tanquam ex causa efficienti. Et est medicina eius communis ad consolidationem omnium aliorum membrorum, scilicet carnis & nerui. Os autē nutritur ex sanguine grosso & spisso: et propter illud oportet vt intentio tua sit circa ipsius grossitiem & viscositatem cum cibarijs quæ diximus, & eorum similibus, & caue ab omni quod subtiliat sanguinē, sicut est vinum subtile, & similia: nisi videres ꝙ porus sarcoides superflueret in magnitudine: sicut multoties accidit. tunc enim regimen grossum dimittendū est: atq; ad subtiliatiua redeundum: & ligatura vehementer stringenda est: & administrentur emplastra, in quibus est stypticitas prohibens cū subtilitate, sicut est decoctio granatorum, & foliorum myrti, & eius oleum, & similia. Hæc enim prohibent nutrimen-
G tum, & materiam minuunt.

*De fractura cum uulnere carnis, & cura ipsius, sermo uniuersalis.* Cap. XXI.

MVltoties vulnus carnis accidit cum fractura: tunc cura domini Hugonis, sicut frequenter eum vidimus experiri, & nos ipsi experti sumus, est: vt in aliquo membrorū sicut vidimus, ponamus exēplum. Adiutorium inter spatulam & cubitum cōtingit aliquando vulnerari: ita ꝙ lacertus & os pariter inciduntur ense vel alio instrumento simili incidente: & manus dependet: & brachium cui taliter subuenimus, brachium & manus teneantur ab aliquo docto ministro, qui bene nouerit retinere: ita ꝙ medicus cōuenienter possit os ossi coniungere, lacertum lacerto reddere: & labia adinuicem, sicut in sanitate fuerāt
H reparare: deinde medicus mirabili modo suat, puncta in pelle et carne ponendo. Et caueat diligenter ꝙ pūctus non ponatur aliquis in lacerto: & in sutura sint puncti secundū vulneris quantitatem labijs vulneris coniunctis adinuicem: prout melius possunt coniungi. Et ad quantitatem vnius vnciæ spatium sit punctorum. Vulnere bene consuto sint omnia præparata: videlicet fasciæ cum puluillis. Ponantur ergo, sicut iam pluries dictum est, duo plumaceoli ad quātitatem vulneris, super duo labia sutura vulneris in medio existente: ita ꝙ plumaceoli super suturam in ipsa sutura adinuicem coniungantur: postea superponatur alter plumaceolus in vino calido, sicut & cæteri, balneatus & conuenienter expressus: qui illos plumaceolos & suturam & circūstantes partes sub se cōtineat: & incontinenti cum fascia longa & lata ligetur:

tur: & sit latitudo eius .iiij. digitorum: & sit de panno veteri delicato. Et longitudo eius sit adminus .iiij. brachiorũ: & cum ligatur brachium, manus teneatur ab aliquo ministro, qui bene nouerit debito modo tenere: ita ꝙ partes ossis & lacerti reaptatę semper stent bene coniunctę: & super illam ligaturã apponantur .iiij. plumaceoli bonæ stupæ in modũ brachij longi a cubito vsque ad spatulam: et latitudo eorũ talis sit, ꝙ illi .iiij. collateraliter positi adiutorium circũquaq; circundent. Et super illos ponantur hastellæ bene factæ & subtiles eo modo quo dictum est in capitulo pręcedenti: excepto, ꝙ nõ sint in vna parte grossiores, quã in altera: sed sint ęquales per totum: ne vulneri angustiam inferãt, vel dolorem. Ligetur igitur cũ simili fascia sicut prima. Ex vtroque postea capite adiutorij: ponantur postea plumaceoli lõgi: qui bene vndique circũdent adiutoriũ: & sint ampli in modum .iiij. digitorum & vltra: & vnus ex vno capite, alter ex altera parte locetur: ita ꝙ quilibet cõtineat sub se residuum adiutorij ab hastellis: & si fuerit tempore hyemali, ponatur plumaceolus de stupa sicca: qui longus sit & latus: adeo vt totã sub se contineat ligaturã: & superligetur simili fascia vt prædictũ est: cum tali ligatura locabitur brachium cũ adiutorio: sic melius poterit collocari: ita ꝙ extremitates ossis incisi stent, & seruẽtur bene coniunctæ: ne valeant abinuicem separari. Et quia solidatio membrorũ non fit, nisi cũ cibo sibi simili: eapropter nõ oportet te illud frequenter dissoluere, & fracturã lauare: ne ei quod est causa cõsolidationis, exterius educatur: hoc enim ex frequenti solutione contingit. Ligatura prædicta vsq; ad diẽ decimũ dimittatur: & etiam vltra, valde, si patientẽ dolor nimius nõ infestat: quem nõ possit cõmode sustinere: tunc soluatur: & eodem modo postea religetur vtante. Et prius quã medicus ipsum soluat: cuncta necessaria præparet diligenter: videlicet omnes plumaceolos & fascias renouando: ita ꝙ brachio dissoluto & vino calido bene abluto sine mora ligetur per omnia: & ligando priori magisterio obseruato: & ligatura semper dimittatur remittenda vsq; ad diẽ septimũ vel octauum. Et semper, quãdo dissoluitur, cuncta, quæ in ligando sunt necessaria, inuouentur: & omnia diligenter parentur, sicut dictum est, antequã soluatur, & sine mora postea religetur: & sic fiat, donec perfecte fuerit liberatus.

Hippocrates in hoc casu longam fasciã iubet imponi: & prius uino nigro põtico calido iubet pannum infundi, præcipue in æstate: quia cerotum, sicut dicit, causa foret putredinis si tũc temporis inducatur. Huic enim fracturę quæ cum vulnere est: sicut idem dicit desiccatiua conueniunt.

Auic. vero & cæteri veteres nullo modo volunt, ꝙ vulnus ligetur pariter cum fractura: ĩmo volũt ꝙ fiat taliter ligatura, ꝙ absq; remotione hastellarũ solui valeat & ligari.

Nos tamen doctrinam domini Hugonis de Luca secuti, vulnus ligamus pariter cũ fractura: & aliũ modũm non inexperti istũ probauimus meliorẽ. Caueat tamen qui nostram doctrinã sequi desiderat: ne in magisterijs nostris erret: & in ligamento maxime: quia quando vulnus ligatur secundũ quod cõuenit, & sicut iam docuimus: ligamentũ expellit descensionem, & fluxũ humoris ad locum. Et si erratur in ligamento, sequitur apostema: præcipue quando ligatu-

A ra mollificatur super locũ vulneris: et partes sanę quę sequuntur vulnus, stringuntur: quare diligens lector ea, quę in qualibet cura in hoc libro mãdantur, solerter consideret. Et si prosperum euentũ consequi affectat: nihil eorum quae hic scripta sunt, prætermittat. Nam ego hanc viã secutus deceptum me nunquã reperi: sed semper euentũ prosperum cum dei auxilio sum cõsecutus. Et diætam in principio subtilẽ pręcipimus: postea diætã sicut in cæteris vulneribus præcipimus obseruari: & quãquam in initio diætã mãdemus obseruari subtilem: cibaria tamen & potũ præcipimus non mutari: sed diæta tenuis sit de cibarijs in diæta vulneratorũ dictis et bono uino. Inquit Gal. Diæta in principio subtilis sit etc. Hastellę ferulę vel palmæ, sicut in præcedenti capitulo dictum est, sunt cæteris meliores.

B Quia multi medicorum non consueuerunt istum modũ, & abhorrent eum, & viã veterũ magis sequi desiderant, volentes in parte ista sapiẽtibus & insipientibus fieri debitores: viam etiã veterum omni resecato errore exponimus in hoc libro. Est autẽ via eorum sic. Quotiescunq; fractura cũ vulnere fieri cõtingit: oportet vt vulnns remaneat discoopertũ: & vt ab ipso vulnere hastellas facias elongari. Deinde si possibile est vulnus sicut dictũ est de alijs vulneribus, procuretur. Si vero hoc fieri propter hastellas & ligaturam nõ possit: tũc carpiam vel cotum in orificio vulneris administra sero & mane: si fuerit necesse, mundifica: ne virus in vulnere valeat aggregari: & cũ medicina carnis generatiua incarnari procura: si non fuerit apostema. Et postquam fractura bene ligata fuerit secundum ꝙ oportet, fascietur vulnus: ne ab aere alteretur: sanato vulnere si necesse fuerit, superponantur hastellæ. C

Et fractura quidem quæ accidit cum attractiõe nõ est absq; timoris articulo: quoniã nisi succurratur cũ scalpellatione vt sanguis egrediatur: timendum est, ne accidat mortificatio membri, & herpes esthiomenus. Si fuerint in uulnere ossa fracta et separata: tũc oportet vt cum omni facilitate qua poterit, extrahantur. & si nõ fuerint, separata, & mẽbro dolorẽ & putrefactionem inferant: secentur, & perforentur sicut melius fieri poterit: & iterum extrahantur. Q; si virus in vulnere plus augmentetur, quam minuatur: signum est: ꝙ in vulnere hastellæ ossium remanserunt. Inquiratur ergo vulnus cũ tenta donec inueniantur hastellæ: postquam inuentæ fuerint, extrahantur: & apta membrum, sicut in primo libro dictum est, eo- D dem modo: & ea figura qua virus melius & facilius ex vulnere effundatur. Si contingat similẽ incisionem, vt dictũ est, in adiutorio fieri in aliqua parte brachij vel in aliqua parte crurium vel coxarũ: per omnia idem magisterium, quod dictum est in adiutorio obseruetur: & simili modo curetur: vt dictum est in adiutorio & lacerto.

*De diuersificatione fracturarum ossium.* Cap. XXII.

Scias ꝙ fractura diuersificatur secundũ quantitatem prauitatis suæ: quoniã, sicut testatur Auicen. Fractura quæ accidit secundũ rotunditatem, est prauioris incarnationis & vnctionis, & sicut dicit Hip. Deterior fractura est illa quæ declinat ad interiora, ꝓpter læsionem membrorũ: & fractura cũ qua accidit vulnus, & fluxus sanguis, & attritio, est deterior fra-

cturarum. Diuersificatur fractura etiam secundum obedientiã & inobedientiam extensionis & rectificationis. Quoniã fractura quæ fit in membris magnis, nõ obedit rectificationi nisi cum extensione vehemẽti: & quando prolongatur eius spatium, necessaria est extensio fortis. Et fractura quæ fit in membris paruis, non indiget nisi parua extensione. Fractura iterum diuersificatur secundum diuersitatem membrorum in breuitate & tarditate restaurationis: quod est, quia fractura brachij citius restauratur, quam fractura cruris. Similiter fracturæ reliquorum membrorum diuersæ sunt adinuicem: sicut dicam in capitulo vniuscuiusq; fracturæ singulariter etiam & distincte.

*De membro male restaurato.* *Cap.* XXIII.

OS quandoq; non restauratur secundum quod oportet: imo membrũ remanet mõstruosum: cuius rei causa est, aut ignorantia medici, aut defectus hastellarum absolute, aut festinatio ablationis earum ante cõfirmationem fracturæ, aut est superfluitas motus in hora quietis. Et tunc quidã medicorũ cõsueuerunt iterare fracturã. Albuc. autẽ reprobat illud dicẽs. fracturam male restauratam iterare vituperabile est. Nihil enim antiqui de hoc in libris suis dixerunt: & laudant q; nõ fiat: quoniã ĩ hoc est timor magnus: & quandoq; membrũ vituperatur valde. Verum si casu aliquo ad id te necessitas ꝓuocauerit: oportet te scire dispositionem pori. Q; si magnus est & fortis, non præsumas ipsum secundo frangere: quoniã sicut dicit Auic. fortasse nõ frangetur in loco fracturæ primæ: imo in altera parte frangetur. Si vero porus nõ fuerit magnus, neq; fortis: tunc assiduetur embrochatio aquæ calidæ: vbi decoctæ sint herbæ mollificãtes, sicut folia maluæ, violæ, radix althææ, melilotum, radix bryoniæ, & cucumeris asinini, & similia: donec mollificetur porus: deinde frangatur, & extendatur, & rectificetur sicut scis. Quando vero porus iam antiquatus & factus est magnus, & fortis: tunc cura eius est cum ferro: & est vt locus superius incidatur: & ossis continuatio dissoluatur, & rectificetur membrum: & cum diligentia restauretur. Et multoties possibile est: q; fractura male restaurata, quãdo recẽs est, cũ emplastris mollificatiuis rectificetur. sicut cum embrochatione prædicta: & cum emplastro ex mucilagine maluauisci, & fœnugræci, & seminis lini, quando conficitur cũ adipe anatino, gallinaceo, seu porcino nõ salito, aut butyro similiter nõ salito, aut oleo liliaceo. Et emplastrũ quod fit ex medulla cruris uaccini, axungia anatis, & butyro, oleo liliaceo, & cera citrina, est in casu isto mirabile. Et similiter emplastrũ ex ficubus pinguibus vel dactylis, & maxime cum fimo columbino: deinde cum membrum mollificatũ fuerit, extendatur, donec ad suam propriam reducatur figuram.

*De nodatione quæ accidit post fracturã.* *Cap.* XXIIII.

ALiquando post restauratione fracturarũ accidit nodatio: ex qua membrũ fœdatur: & quandoq; eius naturalis operatio prohibetur: maxime si prope iuncturam fuerit: & nos iam diximus causam eius: uidelicet q; est ex superfluitate pori ligantis ossa: & diximus curationẽ eius cum ultimatione stricturę: & subtiliatione cibi. Et ex emplastris stypticis prohibentibus illud est: sicut acacia, myrrha, olibanũ, et si

E milia: quando conficiuntur cũ albu. oui, aut vino styptico, vel aceto: & idem quod faciunt medicinæ stypticæ, facit superpositio plumbi: & est vt ponas laminã plumbi super nodositatẽ, et stringas decenter. Et quando nodatio dura est, & in substantiã lapideã iã conuersa: tunc necessarium est, vt superius scindatur, & dissoluatur consolidatio ossis, et nodatio superflua incidatur, aut radatur instrumentis: deinde curet vulnus, sicut est de alijs vulneribus supradictũ est.

*De membro subtiliato, & extenuato post restaurationem.* *Cap.* XXV.

ALiquando post restauratione fracturæ accidit in mẽbro subtilitas, & debilitas: & illud est, q restauratio nõ est firma. Et causa quę facit hoc, secũdũ, sentẽtiã antiquorũ, est multiplex: aut enim est stri-
F ctura superflua quę ꝓhibet nutrimẽtũ: aut est multitudo ligamentorum quæ grauant membrũ: aut est eorũ solutio & ligatio nimis frequens: aut est embrochatio superflua facta cum aqua, aut totius mẽbri superfluitas sanguinis ante tempus: aut est paucitas sanguinis in corpore patientis, & debilitas eius sicut in corpore senum: aut paucitas ciborum & ipsorum subtilitas, aut est multitudo frustorum ossium. Oportet in curatione membri extenuati & debilitati: vt patiens dilatetur in cibo, & reficiatur cibis grossi nutrimenti: & corpus eius humectetur: donec sanguis fuerit augmentatus: & administretur sibi balneum temperatum: deinde ponatur super membrũ emplastrũ piceum tepidum, vt trahat ad membrũ nutrimentũ plurimũ: et ex illis est hoc: q̃ Re. picis gręcę, picis naualis, resinę, ana resoluãtur simul ad ignẽ, & tepidũ su-
G perpõatur: assiduetur etiã embrochatio aquæ tepidę, donec attrahatur nutrimentum ad membrũ: et membrum ad formã & figuram propriã reuertatur. Et custodiat se infirmus ab ira & alijs accidentibus animæ: quoniam teste Damasceno, Complexio corporis sequitur vitium animæ.

*De situ membri restaurati.* *Cap.* XXVI.

MEmbrũ fractũ taliter situetur, ne propter situ dolorem aliquem habeat: & ex dolore postmodum accidat apostema. Illa enim compositio conuenientior est & melior, quã infirmus potest cũ quiete diutius sustinere altera: vt membrũ secundũ suam compositionẽ & naturam ponatur, scilicet, vt lacertus, vena, & arteria, sint recta, & secũdũ modos proprios coaptata. huiusmodi enim cõpositio nihil dolo-
H ris largitur. Manus ergo recte suspenditur, vt plantã ventri adhæreat, vt sustentaculo conuenienti regatur. Pes quasi extensus maneat. Caue etiam vt membrum directe secũdũ naturalem sui compositionem extendatur. Et illa cõpositio et forma quæ fit dum membrũ extenditur: eadem maneat dum quiescit: id est, vt sibi sit naturaliter: & nullum dolorem inferat nec aliquam læsionem.

*De frustis ossium & corticibus eorum remanentibus in uulnere.* *Cap.* XXVII.

FRustorum ossium & corticum eorũ: si aliquid in uulnere consolidato quod fuerit extrahendum, in extractione ipsorum non festines: sed melius est vt naturæ dimittas: & adiuues eam cum attractione eorum: quæ attrahunt illa spatio non festino. Nã quod violenter

violenter extrahitur, plerunq; facit accidere vlcera fi
stulosa. Cũ igitur natura expellit illa ad cutẽ, & in-
cipiunt exire, & iam separata sunt: tunc extrahas illa:
& cura, & incarna vulnus. Et medicamen ad extra
hendum ossa est hoc. Re. oleum vetus, per. i. ceram ci
trinam, sorditiem vasorũ apum: amborũ, ana par. 5.
soluantur omnia: deinde Re. euphorbij, par. i. lactis ti
thymalli. par. i. aristolochiæ rot. par. iij. fiat ex eo sicut
cerotũ, & Re. iterum ammoniacũ, bdelliũ: liniãtur cũ
oleo de lilio: deinde aggrega totum cũ contritione in
mortario: & fiat emplastrũ: & ponatur desuper. Ipm
enim est de illis quæ attrahunt ossa cum velocitate.
Et Macer dicit: ꝙ radix erucę elixata et superposita eij
cit ossa fracta. Et nos iã de hoc locuti sumus in. xi. ca-
pitulo primi libri. Dicto de fractura omnium ossiũ
vniuersaliter, & dato super hoc quodã magisterio ge
nerali, quod satis ingenioso viro, excepta cura mãdi-
bulę & furculæ pectoris et fractura costarum, sufficere
posset ad curam omniũ prædictorum: propter ru-
des tamen & inexpertos aliquid breuiter, quod ipsos
dirigere valeat, in hoc nostro lib. ponemus in cura
omnium fracturarum singulariter breuitati parcẽtes.

*De fractura mandibulæ.* Cap. XXVIII.

MAndibula ĩferior si frãgatur: significatio ipsius
facilis est, cum ergo vis eam rectificare: si fue-
rit mandibula dextra, intromitte indicem et medium
manus sinistrę in os infirmi. Et si frangatur mandibu-
la sinistra: tunc intromitte digitos manus dextræ: &
eleua cum eis marginem fracturæ exterius et interius:
& impelle gibbositatem fracturæ a parte interiori ad
exterius: & cum altera manu tua deforis æqua ipsam
decenter vsq; ad coniunctionem naturalem. Et æqua
tio ipsius cognoscitur ex æquatiõe dentium, qui sunt
in ea. Si autem frangatur mandibula in duobus lo-
cis: tunc extende eã in duo latera secundũ oppositio-
nem, ministro extendente eam, & ministro retinente
ipsam: deinde medicus æquet eam, sicut diximus: do
nec fiat eius oppositio naturalis: & liga dẽtes, qui tor-
ti sunt, & separati adinuicem, cum filo aureo vel argẽ
teo, siue serico ipsos ne concutiantur, firmiter retinen
te. Si autẽ vulnus accidat cum fractura: cura ipsius
iam dicta est.

Restauratio membro, & ossibus fractis in suo lo-
co repositis, & optime coæquatis:
habeatur puluillus vnus de panno lineo quadruplica
to: & sit tantæ latitudinis quod contineat sub se am-
bas extremitates ossis fracti: vnius uidelicet digiti, vel
modicum plus sit latitudo ipsius: postea cũ spuma al-
bu. ouorum, & farina volatili molendini mistis pari
ter ex altera parte tantum liniantur. postquã fuerint a
spuma bene expressi, & optime balneati: & ponatur
super rupturã more prædicto. Postea habeantur duo
puluilli rotundi de bona stupa: quorũ vnus sit altero
grossior. ambo tamen sint cõpetenter grossi & longi
secundũ fracti ossis mandibulæ quantitatẽ: & ambo
in spuma albu. ouorũ optime infundantur: & postea
cõprimantur. deinde grossior ponatur ex parte gulę,
iuxta mandibulam fractã: et contineat sub se extremi
tatẽ vnam puluilli de panno; primo super fracturam
positi. alter puluillus minor, ponatur ex altera parte
mandibulæ fractę versus maxillam: & contineat sub
se extremitatem alteram puluilli de panno prædicti.
Tertius habeatur puluillus in longitudinem aliorum

A vel plus modicum, & super illos ponatur. primo ta-
men sit in spuma albumen inuolutus: & melius erit:
et melius parabitur ligatura, si apponatur alius maior
aliquantuũ super illum. Omnes puluilli prædicti de-
bent esse in spuma albuminum balneati: et competen
ter expressi: & primo ponendi debent liniri ex parte
rupturæ cum epithemate facto de albumine ouorũ:
& farina volatili molendini. sicut dictum est. In li-
gatura linteoli sit medicus ita solers & prouidus: ꝙ
taliter liget: ꝙ puluilli a loco vbi positi sunt: nullate-
nus valeant remoueri: & os fractum nequeat permu-
tari: & ponatur hastella super mandibulam fractam:
uel cutis soleę decenter parata, si fuerit opportunum.
Credo tamen si medicus bene ligauerit: ꝙ optime re-
staurabitur sine illis: et patet super hoc ratio: quamuis
modo non dicam illam: quia nõ oportet de omnibus
B reddere rationem. Ligatura prędicta, vsq; ad diem
decimum relinquatur intacta; vbi, sicut dictũ est plu-
ries, dolor nimius vel pruritus intolerabilis infesta-
ret infirmum. Si vero dolor talis uel pruritus contin-
geret, dissoluatur: & omnia modo simili pręparẽtur.
Et medicus, ne facta sit permutatio aliqua in osse fra-
cto, inspiciat diligenter: quæ si facta foret, iterato esset
mandibula restauranda: postmodum conuenienter li
get: et sic faciet vsq; ad sanitatem perfectam. Et os qui
dem mandibulæ stringitur in. xx. diebus, si bene fue-
rit procuratũ: sicut testantur sapientes veteres in hac
arte periti. Quoniam huiusmodi os, sicut dicit Haly:
est molle habens medullã: quare pręcipiatur infirmo,
vt quiescat: & sit tranquillus, & mutus: & cibus eius
sit sorbilis. Et si accidat calidum apostema, habean
tur maluæ coctæ optime: & locus diutissime embro-
C chetur cum aqua decoctionis ipsarum: & si sic nõ re-
soluatur, vtaris emplastris et embrochis, quæ ad illud
conueniunt, et cum ęqualitate resoluunt. & nos iã de
hoc in primo libro, fecimus capitulum speciale: & itẽ
rũ locuti fuimus in diuersis locis, postmodũ de eodẽ.

*De fractura nasi.* Cap. XXIX.

NAsi superior pars est os: quia inferior est carti-
lago. Cartilagini accidit attritio, non fractura,
& separatio ad vnum latus. Parti superiori nasi ac-
cidit quandoque fractura: & quãdoque frangitur: &
non curatur: perducit ad casum: & quãndoque indu
ratur: & remanet secundum tortuositatem suam: &
postea non recipit æquationem. Festina ergo in die
primo & non pertranseas decimũ. Et quando fra-
ctura consequitur loca superiora eius: conuenien-
D tius & rectius regimẽ eius est, vt tenta grossa mittatur
in nasum, vsque ad finem foraminis nasi. & teneat
ipsam cum manu sua: & æquet nasum cum manu al-
tera, donec æquetur: deinde intromittatur liciniũ cõ-
seruans ipsum in figura ęquationis. & melius quidem
est, vt sit de bona stupa: vel loco licinij, ponatur pen
na anseris optima: & molli stupa ĩuoluta. & huiusmo
di licinium dupliciter bonum est. primo, quia me-
lius & fortius conseruat æquationem. secundo, quia
infirmus melius potest respirare cum eo. & intromit
tatur in vtrasque nares, licet altera tantum sit læsa. &
plumaceoli in lateribus nasi, ita ingeniose ponantur:
ꝙ ligamentum non faciat nasum latum: quare tali-
ter ordinetur, quod nasum nec comprimat, nec di-
latet. Si autem fractura in inferioribus partibus na-
si fiat: tunc æquetur immittendo indices duarum

manuum in vtranque narem, vel duos auriculares.
Et quando in hac dispositione accidit apostema: tunc
vnguentum diachylon est bonum valde: quoniam
sedat apostema, & figuram æquationis conseruat: &
similiter medicamen factum cum aceto, oleo, cera,
et minuto thure. Et quādo fractura est attritio aper
ta: tunc secundum Auicen. & alios veteres sapientes
istius artis non rectificatur, nisi postquam scinditur: et
cōminutio ossium extrahitur: & cum sutura ipsius.
Et quando accidit inclinatio & separatio cartilaginis:
tunc peciam vnam de panno forti ex lino recipias: et
eius latitudo sit digiti vnius: & line vnam extremita-
tem eius cum glutino piscium, & glutino corij vacci
ni, aut gumma, aut alio glutinante: et inuisca ipsam su
per extremitatem nasi ex illo latere, ad quem inclina
tur: et donec siccetur, dimittas. Deinde nasum ad sitū
suum cum violentia reducas: & liga ipsum cum pul-
uillis, vt dictum est, ligamento illum secundum for-
mam debitam retinente.

*De fractura furculæ pectoris.* Cap. XXX.

FVrcula pectoris frangitur, aut propter pondus
delatum, aut propter casum magnum, aut pro-
pter percussionē vehementem. Et restauratio ipsius
est difficilis: & indiget ingenio & subtilitate. Quan
do ergo frangitur in duas medietates, fac infirmū se-
dere super sedē: et minister teneat adiutorium, in quo
est furcula fracta: & trahat adiutorium cū spatula ad
exteriora, & ad frigidiora iterum. Minister alter extē-
dat ceruicem et humerum cum quantitate necessaria:
& medicus digitis suis æquet impellens, quod eminēs
fuerit: & quod concauum ante & retro cōmoueat, et
foras trahat: & si indiget plurima extensione, ponat
sub titillico pilam magnam de pilis: & inclinet cubi-
tum, donec approximet ipsum costis: quoniam extē
detur. Et si frangatur extremitas furculæ ad inte-
riora, & non obedit cum attractione medici, & non
suspenditur, quoniam est plurimū in profundo sub-
mersa: fac infirmum resupinari: & pone sub hume-
ro eius puluinar gibbosum: & demerge humerum
eius inferius: donec extremitas furculæ, quæ est infe-
rius, eleuetur: deinde æqua ipsam, & rectifica cum
digitis tuis, & stringe. Et si infirmus inuenit punctu
ram ex deambulatiōe manus super ipsum: tunc illud
est frustum: quare scindas cutim: & aufer frustum. Et
caue ne in remotione frusti, disrumpas siphac pecto-
ris. Propterea intromitte instrumentum conseruans
siphac: & si frustulum retinetur ex aliqua parte, tunc
incide ipsum: posito prius instrumento, sicut dictum
est, ad conseruationem siphac. Deinde si scissura fue-
rit magna: suas ipsam: & cura sicut scis. Et si times
de aduentu apostematis calidi: tunc attende curationi
cum oleo ros. & aceto, & similibus, sicut dictum est.
Et si caput adiutorij descendit cum frusto furculæ ad
inferiora: suspendatur adiutorium cum ligamento la
to, & eleuetur ad partem ceruicis: & si frustum furcu
lę a parte adiutorij fuerit inclinatum ad superiora, qđ
quidem raro fit: non suspendatur adiutorium: sed re-
supina illud: & subtilia regimen eius.
Restaurato osse furculæ, & in debito loco reposi-
to: si fractura sine vulnere fuerit: habeat medicus pa-
ratos duos puluillos rotundos, & competenter gros-
sos: & sint quantitatis illius ossis fracti: & ambo vt di
ctum est, in spuma albuminum infundantur: & for-
E titer exprimantur: & vnus qui sit altero grossior, in-
uolutus ex parte fracturę in medicamine facto de spu
ma ouorum, & farina volatili iuxta os fractū ex par-
te gulę ponatur: alius minor puluillus similiter para-
tus cum spuma ouorum & farina volatili, ex pecto-
ris parte locetur. Et cætera omnia facias sicut est in re-
stauratione mandibulæ supradictum: & ponatur de-
super hastella subtilis: cuius latitudo sit trium digito-
rum, & longitudo quatuor digitorum: deinde cum
longa fascia tribus vel quatuor digitis ampla decen-
ter & ingeniose ligetur: deinde ligetur brachium infir
mi ad collum eius: & sub titillico ponatur puluinar
paruum in nocte præcipue: & sit dormitio eius super
dorsum suū. Et oportet vt respicias quotidie: ne mol
lificetur ligamentum: et ne moueatur hastella. Q. si
videris illud remoueri: iterum rectifica, & stringe li-
F gaturam decenter. Dixerunt quidam sapientes: ꝙ
furcula indiget subtiliatione apud curationem suam:
quoniam eius restauratio est difficilis valde: & dixe-
runt iterum ꝙ furcula stringitur secundum plurimū
in spatio. xxviij. dierum vsque ad. xxx. & quan-
doque in quibusdam hominibus in minori spatio
quam sit illud.

*De fractura spatulæ.* Cap. XXXI.

SPatulæ quidem locus latus parum frangitur. Et
plurimum fractura accidit marginibus eius late-
ribus & frustis. Et cura eius est omni subtilitate &
ingenio cum omni cautela manibus pertractare: et ab
interioribus impellere & æquare: & fortasse indiget
ventosis sicut existimo: donec trahatur ad superiora:
& æquetur cum cautela. Frustula autem spatulę cū
G franguntur, si sunt inquietantia, pungentia, lædentia:
extrahe illa: & si sint quieta: æquentur, & ligentur li-
gamentis & puluillis, vt dictum est supra in mādibu-
la & furcula: & pone super ipsam hastellam subtilem
latam seu cutim soleæ decenter factam secundū quan
titatem spatulę totius: & quotiescunque mollificatur
ligamentum: stringe ipsum & æqua hastellam, si mo-
uetur a loco suo: & in omnibus alijs serua magisteriū
supra dictum: & dormiat habens fracturam spatulæ
super latus sanum: & non super aliud. Stringitur et
confortatur, sicut dixerunt sapientes in. xxv. diebus:
& etiam in minori.

*De scissura & fractura cassi.* Cap. XXXII.

CAsso accidit scissura, sicut & fractura ad interio
ra: & cognoscitur sonitu sensato per tactum &
H auditum: & cognoscitur, quia sequuntur accidentia
mala cum constrictione anhelitus, & tussi sicca. Re
stauratio eius est, vt resupinetur infirmus super dor-
sum suum: & pone inter spatulas eius puluinar: dein-
de preme humeros eius: & aggrega costas eius cū ma
nibus a duobus lateribus: & omni subtilitate qua po
tes: & omni ingenio labora æquare eā, donec redeat
figura ossis, sicut oportet.

*De fractura costarum.* Cap. XXXIII.

COstis veris, quę septem sunt, accidit fractura ex
latere dorsi. Et quoniam extremitas alia est car
tilago hypocondriorum, nō accidit ei attritio. Co
gnitio aūt fracturę costarū est facilis: quia si pergratur
manu, sentitur in loco asperitas et inęq̄litas, et fortasse
audit̄ crepitatio eius occulta. Et huiusmodi fractura
fit

sit secundum duos modos: quorum vnus est ad exteriora: aliud ad interiora. Fractura quę eminet ad exteriora: facilius curatur. Et cura eius est: vt æques eam cum digitis: sicut melius poteris: donec redeat ad figuram primā: deinde epithemetur locus cū medicamine conuenienti. Et stringatur fractura cum hastella si fuerit opportunū. Et si fractura fuerit ad īteriora decliuis: cuius vera & ꝓpria significatio est dolor inquietus, & punctura: sicut punctura pleuresis: ex eo ꝙ os pungit velamen, & strictura anhelitus, & tussis: & sputum forsitan sanguinis. Tunc ingenium extractionis eius ad exteriora cum manu deficit omnino. Et de vētosis in hoc casu timetur, ne aggreget materiam plurimā in interiori parte. Et cibare infirmum cibis inflatiuis: vt infletur vēter valde: & impellat fracturam ad exteriora: quamuis aliquando sit necesse: est tamen ex his quæ faciunt accidere apostema. Dominus Hugo in hoc casu patientem duci faciebat ad balneum: & manibus intinctis terebinthina, melle, pice, seu visco vngebat: & super locum vbi infirmitas erat, imprimēdo, manus ponebat: & subito eleuabat: & sic fiat frequentissime, donec costa ad locum debitum reuertatur: deinde apostolicō chirurgicum, vel aliud simile superponatur emplastrum. Et si necesse fuerit incidere; quia res est vehemens, quā infirmus tolerare nō potest: quoniam os pungit diaphragma: tunc necesse est scindere super locum, & detegere costam fractam: & custodiatur siphac, ponendo instrumentum sub eo, ne possit lædi: & incide os quod pungit cū facilitate: deinde curetur curatione vulnerū. Et si accidat calidū apostema: cooperiatur locus puluillis in oleo ros. madefactis: & curetur in eo qđ cōuenit, sicut sępe dictum est ex reliqua cura calidi apātis.

*De attritione & fractura spondyliū colli.* Ca. XXXIIII.

ROtunditatibus spondylium colli accidit attritio: raro fractura: & cōminuuntur tunicæ nuchæ, & quandoq; ipsa nucha. Si vis scire an sanetur infirmus: considera si manus eius mollificatæ sunt, & stupefactæ & mortuæ: nec infirmus potest eas mouere: neq; extendere: neq; est eis sensus, quando pungūtur: tunc scias quia mirabile est. Si vero mouet, & sentit constrictionem cum digitis: tunc scias quia nucha salua est. Q; si spondylibus dorsi eueniat simile illius: considera in pedibus: & similiter iudica. Et si quando iacet super dorsum, egreditur egestio, & ventositas inuoluntarie, & resupinatur super dorsum: & cum vult mingere, non potest: tunc proculdubio est mortale: alias curetur ingenio medici. Et si fuerint frusta aliqua remouenda, quæ indigeant fissura: fiat illud cum facilitate.

*De fractura adiutorij.* Cap. XXXV.

CVm adiutorio accidit fractura: sicut dicit Aui. non declinat secundum plurimū, nisi ad partē exteriorē. Et oportet in eius rectificatione vt sint præsentes duo ministri: quorum vnus extendat brachiū: & alter teneat locum, qui est super fracturam. Deinde tangē fracturam manibus tuis, & æqua eam, æquatione vltima. deinde pone emplastrum consolidatiuum si non times calidum apostema: & liga ligamento ascendente vsq; ad humerum, & descendente vsq; ad cubitum, si fractura fuerit in medio adiutorij: & si fractura fuerit proxima humero, stringatur cum eo:

A et si fuerit propinqua cubito, stringatur cum eo similiter. & sit latitudo ligamenti quatuor digitorum: deinde in soluendo, & ligando sequaris doctrinam de ruptura membrorum superius assignatam. Et longitudo hastellarum sit secundum fracturam cum additione quatuor digitorum vel circa ex omni parte. Q; si amas vt soluas ligaturam de tertio in tertiū diē causa defensionis, sicut voluit Hippocrates, et est modus eius: fac illud: quoniam est res in qua quiescit infirmus: quamuis sit restauratiōi cōtraria. Q; si a principio timueris calidum apostema: ex eo ꝙ vides mēbrum rubefieri atq; tumescere: tūc non stringas cum emplastro, neq; cū hastellis vsq; ad septimum diem vel plus, donec de apostemate sis securus: & pone super membrum sicut frequenter dictū est ex illis quæ mitigant calidum apostema, sicut lana succida in aceto & oleo ros. madefacta: deinde cum quieuerit apostema, stringe fracturam sicut dictum est: & modus B stringēdi dictus est in capitulo vniuersali. Et oportet vt in qualibet hora noctis & diei consideres: ne mollificetur ligamentum: & mutetur figura membri: ꝙ si videris illud, tunc rectifica, & stringe ligamentum. Et dormiat infirmus super dorsum suum: sitq; manus eius super stomachum suum: & pone puluinar molle sub adiutorio. De diæta sufficienter superius dictum est. Dixerunt sapientes, ꝙ fractura adiutorij atq; cruris consueuit stringi. in. 40. diebus. Oportet ergo vt tunc soluatur: & cum aqua temperati caloris membrum balneari præcipias. Et si restauratio non fuerit tibi visa bona: tunc itera ligamentū, et hastellas: & dimitte vsq; ad. 50. dies: vel vsque ad duos mēses.

C *De fractura brachij.* Cap. XXXVI.

INquiunt sapientes: brachium est compositum ex duobus ossibus, quę duo focilia nominantur: quorum vnum est paruū, & est illud quod sequitur pollicē: & aliud est magnū, & illud est quod sequitur paruum digitum ab inferiori parte. Et quandoque frangitur alterum eorum tantum: quandoque pariter ambo franguntur. Et quando focile paruum frangitur superius: rectificatio et sanatio eius est facilior. quādo vero focile magnum inferius frangitur: fractura eius est mala: & sanatio eius est difficilis: quia focile inferius est brachium: & est nudum: & sustinet superius focile: & ideo fractura ipsius turpior. Et quando franguntur ambo simul: est fractura deterior omnibus.

Quando ergo frangitur focile paruum superius: tunc oportet vt æques ipsum cum extensione parua. D Et si fuerit magnum inferius: æqua ipsum cum extensione maiori. Et si sint ambo focilia simul fracta: tunc oportet vt extensio sit vehementior valde.

Et modus restaurationis fracturæ brachij in omnibus est sicut fractura adiutorij: & de consuetudine brachij, est quando frangitur vt sex administrentur hastellę: siue sit fractura in vno focili, siue in duobus. & hastella quæ ponitur super fracturam, sit latior & firmior parumper. Et nos iam diximus in capitulo vniuersali modum & qualitatem stringendi: videlicet vt strictura sit super locum fracturæ vehementior: & quanto ligatura ad superiorem partem fracturæ uel ad inferiorem tendit: eo amplius relaxetur. vtilitas quidem huius intentionis est vt a membro læso materia sanguinis expellatur: & non accidat apostema. Hastellæ non consequantur longitudine

ſua volam. ꝙ ſi oporteat illud propter nimiam propinquitatem fractruæ ad manum: tunc non veniant vſq; ad iuncturam digitorum. Et ſtrictura ligamenti cognoſcitur in hoc: quia ſi ex ſtrictura accidat in digito tumor paruus: tūc ligamētum eſt conueniens. Et ſi nō accidat: tunc nimis eſt molle: & ſi tumor magnus dolor uehemēs fuerit: tūc nimis eſt ſtrictū, quare mollificari oportet. Quādo vero amas, vt ſāguis ad fracturam trahatur pro nutrimento: extremitates ligaturæ vehementius & ſtrictius ligentur. Et quando in fractura membri apparet aliquod oſſis fruſtulum nō ſeparatum: tunc ſtude in reductione eius ad locū ſuū. Q, ſi fruſtū ſeparatū fuerit, & carnem pungit, & non eſt fiducia in reſtauratiōe eius: tūc neceſſe eſt vt incidatur ſuper ipſum, & extrahatur: & ſis ſolicitus circa ea, quæ accidunt cum fractura, & quæ ſequuntur ipſam, & antequam ipſa nocumenta accidant, vt obuietur eis: & nos iam præmiſimus ſermonem de illis in locis ſuis ſecundm u complementum. Et oportet vt manus infirmi ſuſpendatur angulariter ad collū eius: & ſit latitudo ſuſpenſorij ſecundū quantitatem quę totum brachium comprehendat: quoniam ſi ſolum locus fractus ſuſpendatur: & partes reliquæ negligātur: membrum a tortuoſitate non euacuabitur penitus. Et cuſtodiat ſe infirmus ab omni motu antequā brachiū fortificetur: & ſit eius dormitio ſuper dorſum. Fractura hęc in. xxviij. vel. in. xxx. diebus conſolidabitur: vel circa hoc ſecundun diſpoſitionem cōplexionum & diſpoſitionem virtutis.

### *De fractura oſſium digitorum.* Cap. XXXVII.

Oſſibus digitorum ſi fractura contingat: ſedeat infirmus ſuper ſedem: & teneat manum ſuper planam tabulam: & extendat oſſa fracta miniſter & medicus pollice, indice æquet illa. Si frangatur pollex, ligetur ſicut conuenit, vt dictum eſt: & poſtea ligetur cum vola: ſicut cadit eius complexio & figura. Si frangatur index aut auricularis: ligetur cum digito ſibi propinquo: et ita quilibet ſuo cōpari: vel (quod melius eſt) ſi infirmum nō grauat, ligentur digiti omnes ſimul: & illud poſtquam cū puluillis, haſtellis, & ligamentis membrum læſum ligatum fuerit, ſecundum doctrinam traditam in capitulo vniuerſali ſuperius prænotato.

### *De fractura coxæ.* Cap. XXXVIII.

Coxa quando frangitur, non occultatur ſenſui, & diſcernitur aperte, quando conuertitur ad interiorem vel exteriorem partem: quoniam os eius latum eſt. Et reſtauratio eius eſt vt iaceat infirmus ſuper faciem ſuam extenſus: deinde extendatur membrum ex vtraq; parte cum ligamentis aut alijs ſpeciebus extenſionum a duobus miniſtris cum fortitudine multa, ſi neceſſe fuerit: & medicus æquet fracturā manibus ſuis æquatione vltima, & ſi inueneris fruſta oſſium pungentia: fac illud quod multoties diximus de reductione illorū ad locū ſuū: aut de extractione ſi illud fuerit poſſibile: deinde ligetur ligatura decenti & regimen curationis eius eſt, ſicut in capitulo de fractura oſſium vniuerſali, & in adiutorio etiam eſt oſtē ſum. Inquit Auicē. Ille cuius coxa aut ancha fracta fuerit: parum denudatur a claudicatione. Propterea adhibendum eſt ſummū ſtudium & ingenium in adminiſtratione ligamentorum: & fortaſſe quando fra-
E ctura eſt valde magna ſuper ligamentā: ponuntur tabulæ valde magnę quæ capiunt longitudinem pedis: & intentio iſtarum tabularum eſt, vt ſana pars pedis prohibeatur a motu: quoniam eſt nociuus: & præcipue apud ſomnum: & oportet ꝙ abhorreas præparationem prædictorum inſtrumentorum, quando poteris modum alium īuenire quietis. eſt enim graue, & intolerabile valde infirmo. Et aliqui medicorum poſt decentem præparationem membri cū puluinaribus figūt palum iuxta pedem infirmi in terra: & ad palum ne aliquo modo moueri valeat, fortiter ligant pedem: & eſt modus melior & minori grauamine infirmi. Et in omnibus alijs ad vniuerſale capitulum recurratur. Et dixerunt ſapientes huius artis ꝙ coxa fracta, in quinquaginta noctibus ſolidatur uel circa.

F

### *De contritione rotulæ.* Cap. XXXIX.

Rotula poplitis raro frangitur: et ſecundum plurimum cōteritur, & cognoſcitur ex tactu, aſperitate & vacuitate, quę ſentitur cum tactu, & auditur aure. Et in cura eius oportet, ꝙ extendatur crus: deinde intromittatur rotula in locum ſuum. Et ſi ſeparata fuerit: aggregetur prius: deinde intromittatur: poſtea ligetur.

### *De fractura cruris.* Cap. XL.

Oſſa cruris duo ſunt: quorū vnum eſt magnū, & nominatur crus. aliud eſt paruum, & nominatur focile. Et quando frangitur os paruum, eſt ſaluius: quam ſi frangatur magnum: & eius reſtauratio eſt facilior, & inclinatio eius eſt ad interiora: & poteſt infirmus ambulare. Et ſi frangitur arūdo magna,
G replicatur ad exteriora. Et quando ambo ſimul oſſa franguntur: tunc eſt deterius: & tunc cōuertitur crus ad oēm partem. Et hęc eſt res, quę nō occultatur tibi.

Curatio vero fracturæ cruris eſt ſecundum ſimilitudinem fracturæ brachij: ex eo ꝙ ſpecies fracturarū iſtarum ſimulantur adinuicem. Verūtamen Albuca. addit operationem quandā in crure: videlicet vt ponantur tabulæ duæ decenter ſecundum longitudinē cruris a genu vſq; ad inferius pedis: & ponatur vna parte pedis cruris: & alia ab altera: deinde ligentur in tribus locis, in duabus extremitatibus, ſcilicet & in medio. Et vtilitas huiuſmodi tabularum eſt vtilitas, quam diximus de tabula magna in fractura coxæ. Inquit etiam Albucaſis: Adminiſtretur cunabulum ex ligno ſecundum longitudinem cruris: in quo crus locetur, vt ſeruetur a motu. Ego vero illis vſus non
H ſum: nec multum approbo: nec dominus Hugo multum approbabat. Multo melius eſt vt cunabulum de pānis mollibus quam de ligno paretur: quia crus mellius & calidius & magis ſine moleſtia requieſcit. Nutrimentum etiam melius diſcurrit ad membrum: & panni molles membro dolorem non inferunt ſicut lignum. Et ſi bene parentur, membrum reſtauratum in figura ſua bene cōſeruant. Calcaneus nō frangit, ſed diſlocatur: & nos de ipſius diſlocatiōe dicemus.

### *De fractura tali & digitorum pedis.* Cap. XLI.

Talus frangitur: & eius fractura eſt praua: & cura difficilis: & forſan accidit cum eo attritio oſſis, & curſus ſanguinis ad ventres: & coagulatur in eis: & quandoque perducit ad febrem & permiſtionem rationis & tremorem & ſpaſmum pedis.

Cum

Cum ergo accidit in eo apostema congelatum, quod non apparet, & non egreditur, & apparet iam tenebrositas, quæ non fuit antea: malum est signum: & significat ꝙ est in via putrefactionis. Si autē est apostema apparens impellens manū: tunc est minus malum. Et fortasse facilior erit eius eruptio. Et quando talus restauratur, deambulatio est dolorosa super ipsum: & quando non restauratur sicut oportet: destruitur eius iuuamentum. Digiti pedis in fractura & dislocatione curantur sicut digiti manus.

*De dislocatione iuncturarum.* Cap. XLIII.

Dislocatio est separatio vel egressio iuncturarū a loco suo: quare prohibetur motus earum. Et signa dislocationis sunt: infirmatio iuncturæ: et profunditas insolita: & vt consideres iuncturam infirmā cum sorore sua sana: & cum videris iuncturam non moueri: tunc iudica ꝙ dislocata est dislocatione integra: sicut quando mouetur naturali motu ad omnes partes: sicut in sanitate consueuit facere: non est in ea ægritudo separationis: & iterum vt concauitas appareat ex vna parte cum augmēto alterius lateris. Cū ergo accidit alicui dislocatio, considerandum est, an dislocatio sit simplex, aut composita cum alia ægritudine: vtpote cum vlcere vel vulnere aut apostemate calido. Si fuerit simplex, non est excusatio, quin uelociter reducatur: imo oportet medicum festinare ad ipsius reductionem: nā si tardatur eius reductio, apostematur locus: & in tempore apostematis non oportet, vt moueatur, neq; extendatur: quia frequenter ex hoc dolor vehemens sequitur atq; spasmus. Et quando accidit calidum apostema, propera ad phlebotomiam: & dimittatur donec sedetur apostema. Postea embrocha cum decoctione maluarum calida, & oleo: deinde reducatur cum facilitate. Dislocationū aliæ sunt difficiles, aliæ faciles: & facilitas & difficultas reductionis est secundum facilitatem & difficultatem dislocationis. Facilis dislocatiōis est sicut iunctura poplitis propter lenitatem ligamenti sui: & iunctura humeri est proxima ei: in macilentis tamen, non in pinguibus. Prauæ vero dislocationis, sunt sicut iuncturæ digitorum. Ipsæ vero nō dislocantur, imo franguntur, antequam dislocentur: & sicut iūnctura cubiti: & ideo reductio eius est difficilis. Mediæ inter duas prædictas sunt sicut iunctura anchę. Et quandoq; propter aliquam causam accidit, ꝙ aliqua iunctura sit facilis dislocationis, quæ in sui natura est difficilis: quare tunc erit facilis reductionis: sicut accidit vt pyxis anchę repleatur humiditate: quare fit facilis eius dislocatio: & tunc erit facilis eius reditio: & talis dislocatio indiget cauterio vel aliquo quod stet loco cauterij non alio. Et peior dislocatio est illa cū qua scinduntur seu franguntur capita frustorum ossis quod glutinat os cum osse iuncturæ: & raro reuertitur ad dispositionem suam naturalem. Et plurimū eius fit in capite anchæ: deinde in capite adiutorij: & duobus focilibus duorum pedum apud calcaneum. Et modus restaurando eius est: vt extendantur partes membri hinc & inde: donec duæ extremitates in loco dislocationis sibi alterutrum opponantur: dein de reducatur ad locum, vnde exiuit, & redit: & multoties significat illud sonus, qui auditur in reditu eius: deinde ligatur. Et quando remanet post reductionem dislocationis aut separationis durities, & quasi

A apostema: administra epithemata, & embrochas, & lenificātia. In principio vero indiget epithematibus, & embrochis confortantibus: et melius est vt embrochetur super fracturam proculdubio, in hyeme quidem ex oleo calefacto, quod sit ex oleis confortantibus: & in æstate cum aqua frigida. Et oportet ut cibus eorum sit qui confortet: nam illud confortat iuncturam & ligat eam. Si vero membrū elongetur: tunc eius cura est vt reducatur os mollificatum ad interiora illius: in quo quiescit, a quo elongatum & separatū est: comprimendo ipsum vt reuertatur: deinde emplastretur cum emplastris, in quibus est virtus styptica cōmistis cum eis quæ habent virtutem calefactiuā: sicut gallæ, balaustia, acacia, & similia cum aliquanto castorei & costi: & sufficit vt sit sicut nux cypressi, & iuniperi: & reliqua quæ cadūt in emplastris rupturæ: deinde stringantur. B

*De dislocatione mandibulæ.* Cap. XLIII.

Dislocatio mandibulæ raro accidit. Et signa eius sunt inæquatio dentium inferiorum cum superioribus: os etiam remanet apertum, nec potest claudi: sermoque impeditur: & applicatio vnius mādibulæ ad alteram fit difficilis: licet non priuetur motu cum lacertis suis, qui veniunt a posterioribus. Et mandibula quando dislocatur: necessarium est vt festinetur ad reducendum ipsam. sin autem fiet praua eius reductio: & perducet ad nocumēta. velocius autē & facilius redibit, si velociter succurratur: ꝙ si differatur, induratur, & apostematur, & extendit lacertos, & commouet febres inseparabiles & dolorem capitis: & hoc propter vehementiam tensionis lacerto- C rum: & fortasse accidit vt soluatur venter infirmi, & euomat choleram puram: & tunc multoties moritur in die decimo: quare oportet vt festinetur ad curam. Et modus extensionis & reductionis eius est: vt teneat minister caput eius: deinde intromittat restaurator pollicem suum: & moueat mandibulam dextra sinistra: deinde extendat eam subito intantum ꝙ inferiores dentes superioribus adæquentur: deinde reducat eam. Vel poterit alio modo reduci: si necesse fuerit infirmus, ducatur ad balneum: & si durities iā acciderit, & reductio eius sit difficilis durities cū oleo, & aqua calida leniatur in balneo embrochando embrochatiōe plurima, donec leniatur, postea infirmus iaceat resupinus: & restaurator intromittat pollicem suum in os eius: et moueat mandibulam sicut dictum est. Deinde extendat eam subito: & minister post caput infirmi teneat vtrunque caput mādibulæ sub au- D ribus. Et cum restaurator sufficienter extenderit, ille trahat capita mandibulæ, & reducat, & liget: & cum fascia sursum eleuet: & vngatur tūnc cum dialthæa, & martiaton: & ligetur, ita ꝙ dentes secundum consuetudinem suam cōiungantur: nec moueri possint. Diæta quoque eorum sit sorbilis: & mandibulas infirmus non moueat: & resupinetur ęger super puluinar lene: & aliud puluinar applicetur capiti eius, vt non moueatur: quousque perfecte sanetur. sanabitur enim velociter.

*De dislocatione spondylium colli.* Cap. XLIIII.

Spondylia colli quandoque a proprio loco discedunt, vnde collum disiungitur: cui nisi medicus

cito subueniat, mors festinat. Cui taliter subuenitur. os infirmi aperiatur: & lignũ vt os aptũ teneat, in ore mittatur: & linteolus sub mandibula supponatur. Vtrãq; igitur partem linteoli medicus ad superiora leuando firmiter teneat: pedem autem vnũ in vno humero infirmi, alterum in altero ponat: vt pedibus ad inferiora premendo, & manibus cum fascia, caput ad superiora trahendo, fortiter spondylis cum compressione necessaria æquetur: & ad iuncturam propriam reducatur: postea inungatur locus dialthęa, vel martiaton, vel cera & oleo ros. sicut dicit Auic. Et cũ puluillis de stupa, sicut necessariũ fuerit, optime ligetur. Minutio etiam die tertia fiet vtiliter. Et dislocatio spõdylis colli mortalis est, si fuerit completa: vel etiã plurima cura complementum. Et in illa quæ curatur: oportet sicut dictũ est, vt resupinetur infirmus: deinde extendatur caput eius ad superiora cum facilitate: & æquetur spondylis eius cum compressione & abstersione: & quando ęquatur, ponatur desuper emplastrum confortatiuum: & vela ipsum cum pannis: & stringe desuper hastellam cum mensura colli, & in latitudine & in longitudine eius: & liga ad caput, & iterum ad adiutorium vt non cadat ligamentum ad guttur, & resoluatur: & ponantur ea, cũ quibus stringis, secundũ formam iuncturæ.

*De dislocatione spondylium dorsi.* Cap. XLV.

SPondylia dorsi, quando dislocantur dislocatione completa: interficiunt sine dubio: & si remouentur remotione plurima, quamuis completa non sit, est mortalis: & hoc propter coarctationem nuchæ. Et signa eius sunt emissio egestionis, & vrinæ inuoluntaria, quod procedit ex debilitate lacertorum vesicæ & ani: & alia signa dicta super in capitulo attritionis spondylium. Et si est prima spondylis colli, quæ ĩmediate sequitur nucham: priuat anhelitum, & moritur statim. Si dislocatio facta fuerit in spondylibus dorsi: considera ad quam partem declinet. Quod si fiat versus partem interiorẽ ad pectus: in ipsius cura nullũ est ingenium: idcirco non sanatur. Et similiter in illa quæ fit versus duo latera. Illa autem quæ fit ad posteriora: dicitur gibbositas: quę si fuerit a pueritia, nõ sanatur omnino. Et quãdoq; spondylia spinę separãtur ad posteriora casu uel alia compressione: adeo q; oportet patientem caput inter coxas tenere: nec potest eleuare caput. Oportet igitur in tali casu medicum duas hastellas longas parare, quæ teneant siue prolongentur a spatula vsq; ad nates: & sit latitudo earum quatuor digitorũ: & sint firmæ sicut dogæ barilis: quæ satis conuenientes sunt in hoc casu, si rectæ fuerint: quæ taliter debent aptari, vna ex vna parte spinæ, alia ex altera: ita q; sint spinę collaterales: & valde iuxta spinam positæ spina inter hastellas in medio existente. Et antequam prędictę apponantur hastellę, fiat puls hoc modo. Rec. stercus vaccinum cũ bono vino: et ponatur in patella seu caldaria: & sic tantum vini q; possit bene bullire: & cum bullierit, apponatur de sale ualde trito pugillus unus: postea addatur cribratura furfuris in tanta quantitate q; puls sit quasi solida: superaddatur postea mel in ea quantitate q; puls sit æqualis inter mollitiem & duritiem. Hoc facto extendatur super vna pecia quę sit longior quam sint hastellæ, & lata in tanta quantitate, q; plicata per medium spinam, & loca circum- E adiacentia complectatur. Et pecia plicata per mediũ superextẽdatur puls super ipsam valde calida per totum: postea pars illa pecię quæ desubtus plicata est, reuoluatur desuper super pultem: ita q; puls inter duas pecias quasi in sacculo remaneat extẽsa. Postquam prędicta bene fuerint præparata in promptu, ponatur infirmus super tabulam planam facie versus tabulam versa. Et primo sit ligatus infirmus cum latis fasciis sub ascellis, & ad spatulas. & inferius per coxas et circa anchas: & extremitates omnes fasciarum conueniãt in vnum ex parte superiori. similiter ex parte inferiori: & trahatur fortiter a duabus partibus: & qđ eminens fuerit, impellatur: et capita extremitatum ligamentorum ligentur cum duobus lignis: vt extremitates possint trahi fortius a ministris: & quando fit extensio, fiat impulsio apud gibbositatem cum radice F volarum manuum et cum calcaneis: & impellatur eminentia ossis ad interiora donec redeat ad locum suum. Et si fuerit necesse sedere super infirmum: fiat illud: & nihil ex hoc timeatur. quod si nec sic rediret: ponatur tabula vna super gibbositatem: & fortiter comprimatur. & si maior compressio necessaria fuerit, firmetur tabula ex vna extremitate in muro, vel aliquo modo: & infirmus locetur: ita q; medium tabulæ cadat super spondylem dislocatam: & ex altera extremitate quæ non est in muro, tabula ad inferiora fortiter comprimatur: quandiu spondylis ad locũ proprium reducatur. & sic omni studio & ingenio laboretur, donec æquetur. Postea ponatur puls calida quantum sustinere poterit: & desuper stuppa sicca & lenis: postea ligetur: & super ligaturam postea ponantur hastellæ prędictæ, sicut dictum est: et bene ligẽ- G tur: postea infirmus in lecto plano resupinus locetur: & vel ponatur desuper emplastrum restauratiuum: & super emplastrum tabula latitudinis trium digitorum: & longa tantum q; capiat gibbositatem, & plus aliquãtulum: deinde ligetur ligatura decenti. Et si post restaurationem aliquid gibbositatis remãserit: vtatur medicinis lenitiuis & mollificatiuis tempore longo cum appositione hastellæ prædictæ, vel laminę plumbi.

*De dislocatione furculæ.* Cap. XLVI.

FVrcula sicut dicit Auic. inter cętera animalia soli homini data est. Et accidit ei aliquãdo dislocatio ex lucta, aut ex re alia simili huic. Et æquatur, & redit ad locum suum, si vehementer cum manu comprimatur: aut cum puluillis plurimis positis super eam H cum ligatura necessaria. & hæc cura rectificat extremitates humeri, cum separantur: & reducit eas ad locum suum. & illud quo mediante coniunguntur adinuicem furcula, & humerus: est os cartilaginosum. & quando remouetur, æstimat ille cui non est experientia, q; caput adiutorij separatum sit de loco: quia caput spatulæ videtur tũc acutius: & locus qui est eo inferior, videtur concauus. Ideoq; distinguas cum significationibus: & signum eius est, vt nullo modo applicatur ad caput similiter & humerus.

*De dislocatione adiutorij.* Cap. XLVII.

QVãdo adiutoriũ dislocatur: signa eius sunt cõcauitas apud caput hũeri: eminẽtia pluria sub ascella: & est impossibile vt cũ illa manu tãgat aurem

aurē sibi oppositā: alij etiā motus sunt sibi difficiles. Cura dislocatiōis adiutorij facilis est in pueris: & illud est ut ponatur manus vna sub ascella: & eleuetur a terra: & altera manu trahatur adiutorium ad inferiora. Et forsan in infantibus possibile est vt digitus medius ponatur sub titillico: & impellatur cum eo caput adiutorij & reducatur. In corporibus fortibus leuior modorū est, vt restaurator intromittat pedem suū in latus infirmi: et locet calcaneū suum prope caput adiutorij infirmo resupino existente: & extendat manū manibus suis secundū rectitudinem, quasi velit eradicare eā ex spatula: & inclinet manū suā parumper ad interiora, & ingredietur: et iste modus teste Aui. et Albuc. & rectior modorū, & leuior omnium eorum. Et alius modus ad hęc bonus est: vt fiat vna pila de ligno vel de filis: & ponatur sub titillico: & impellatur vehementer manu vel pede siue cum instrumento infirmo resupino existente. Et restaurator manum adiutorij dislocati manibus suis teneat: ac si vellet ipsam eradicare a spatula: & fit illud ad interiora parumper. Et quando fit illud, cadit adiutoriū in iuncturam suā: deinde pila annectatur sub titillico annexione forti, sustentando caput adiutorij ad superiora: & ligetur cum humero ligatura facta cum vittis latis prohibentibus separationem eius. Et oportet vt vitta cadat super ipsum secundum modum crucis vsq; ad humerū alterum: & quandoq; cadit crux super humerum infirmū: deinde ligatur adiutorium cum latere ad inferiora: & ligatur cubitus ad superiora: & non soluitur vsq; ad septimum diem, aut post ipsum.

*De dislocatione cubiti.* *Cap.* XLVIII.

Dislocatio cubiti omnibus alijs difficilior est: & similiter eius reductio. & hic fit propter vehementiam ligamentorum, quæ continent ipsum, & eorum breuitatem, et etiam propter contrarietatem suę cōcauitatis. Et huiusmodi dislocatio fit ad omnes partes, & præcipue ad partem posteriorem, & partē anteriorem: & deterior & grauior earum est, quæ fit ad posteriora. Et signa huius dislocationis sunt manifesta ex eo, q̃ apparet gibbositas in vno latere: et concauitas ex altero: & non est possibile vt infirmus duplicet brachium: neq; potest cum eo tangere humerū suum. & declarat etiam id tibi manifeste diuersitas inter cubitum dislocatum & cubitum sanum. Et caue ne tardetur eius curatio quousq; superueniat calidum apostema: imo festinetur statim antequam apostema properet propter vehementiam doloris: quia postquam accidit, fit eius reductio difficilis valde: & fortasse non recipit sanitatem omnino: & præcipue si fuerit dislocatio ad posteriora: et fortasse moritur infirmus propter grauitatem doloris. Cū ergo dislocatio fuerit parua: tunc reductio est leuis, & reducitur sic. minister teneat humerum infirmi: & alter teneat brachium extensum valde: deinde restaurator ponat manus suas super cubitum: & imprimat iuncturam cum pollicibus, aut cum radicibus palmæ: donec ad locum debitum reuertatur. Et si fuerit dislocatio ad interiora: tunc reducitur sicut dicit Hippo. videlicet ut brachium a duobus ministris, sicut diximus, extēdatur. deinde applicet manum cum manu, donec cubitus reducatur, ac palma: deīde æquabitur statim: vel sic, super plicaturam brachij vittam ponas: & ambas extremitates vittæ pendentes desubtus minister

A coniungat, & teneat: & duobus ministris, sicut dictū est, brachium extendentibus restaurator vittam trahat ad inferiora cū pede: et cum palma restauret: deinde brachium & manum ad humerum leuet: & sic ter vel quater leuando ad humerum & deponendo faciat: deinde ligetur, & brachium eleuatum suspendatur ad collum, taliter q̃ plicari non possit. Post paucos dies infirmus sæpe eleuare & deponere brachium assuescat. Q̃ si dislocatio fuerit ad posteriora: tunc reductio eius est difficilis: & est necesse vt brachium extendatur extensione vehementi: & reuoluatur ad omnem partem, & vngat restaurator manus suas cū aliquo oleo, vt sit adiutoriū in lubricitate: deinde imprimat iuncturā cum impresione vehementi abstergendo cubitum cum vehemētia, donec ingrediatur: deinde stringatur cum emplastro restauratiuo, sicut
B oportet: & sit brachium infirmi suspēsum ad collum eius: & dimittat cubitum angulatum secundum quātitatem quam tolerat in ipsa hora. deinde nō cesset cōstringere suspensorium paulatim, donec angulus cōstringatur. & si cognoueris iuncturam firmatam in loco suo: tunc solue ligamentum, & dimitte ipsam. & si non: itera emplastrum, & ligaturam, donec firmetur. Et si post sanationem accidit grauitas & tarditas in iunctura apud motum suum: tunc humectetur locus in balneo: et fricetur cū lenitate, donec leniatur: & si vis, superpone sepum arietis cum butyro tēperatæ calefactionis: & portet ipsum ante balneum & post ipsum.

*De dislocatione iuncturæ manus.* *Cap.* XLIX.

C Rasceta siue iunctura manus facilis est dislocationis, & facilis reductionis. nam quando extēditur extēsione parua, & opponitur vnum duorum membrorum alteri: redit. sed eius buccellatio est parua: quoniam illud quod continet ipsam de corporibus, apostematur, & prohibet vinctionem. Et modus extensionis eius est: vt extendat minister brachiū ad posteriora: & restaurator extendat manum ad cōtrarium illius partis, scilicet ad anteriora: & extendat vnumquemq; digitū incipiens a pollice, & perueniens ad minimū. nam æquatur per illud, & redit: & oportet q̃ æquetur modis omnibus possibilitatis tuæ: & impellatur eminentia: & æquetur declinatio: & ponas hastellas decenter factas cum strictura earum desuper: & loco hastellarum potest poni plumbū. Verum ante appositionem hastellę emplastra iūcturam cū emplastro confortatiuo de illis q̃ scis. Et est alius
D modus in restauratione ipsius: & est vt ponatur iunctura manus super aliquam tabulam: & extendat minister manum illam extensione decenti: deinde ponat medicus palmam super eminentiam iuncturæ, & premat donec ad locum redeat naturalē: deinde stringatur cum emplastro, & dimittatur aliquibus diebus sic: postea soluatur, & moueatur manus. Et si in motu eius est grauitas aut motus priuatio: cum aqua calida fomentetur, & fricetur, donec leniatur.

*De dislocatione digitorum.* *Cap.* L.

Quando dislocatur digitus aliquis digitorum manus: extendatur digitus, & impellatur eminentia cum pollicibus, donec reformetur secundum figuram naturalem. Et eodem modo digiti pedum si dislocati fuerint, reformentur.

*De dislocatione anchæ.* *Cap.* LI.

DIslocatio anchæ quatuor modis accidit: aut. n. dislocaẗ ad ĩteriora: aut ad exteriora: aut ad anteriora: aut ad posteriora. Et plurimũ eius dislocatur ad exteriora, & parũ dislocatur ad interiora. Signa autẽ quando dislocatur ad interiora, sunt: qm̃ pes dislocatus longior reperitur: genu etiam eminentius est altero: neq; infirmus potest duplicare pedẽ suum versus inguen: et locus inguinis est inflatus inflatione manifesta, ex eo ꝙ caput coxæ peruenit ad ipsum. Signa vero dislocationis ad exteriora sunt: quia pes dislocatus abbreuiatur: & in inguine apparet profunditas: & ex parte sibi opposita hoc est in parte posteriori inguinis erit eminentia & inflatio: & genu submersum est ad interiora, & in summa signa dislocationis ad exteriora sunt econuerso signorũ dislocationis ad interiora. Et signa dislocationis ad interiora sunt: qm̃ infirmus potest plicare crus suũ secundũ ꝙ vult: nõ tamẽ fit illud absq; dolore genu: nec potest ambulare penitus nisi super calcaneũ: & vrina ipsius retinetur: & locus inguinis tumet. Et si dislocatur ad posteriora, abbreuiatur pes eius: & extensio eius est difficilis: et in inguine apparet mollificatio: & caput coxę decliue est ad obliquationẽ. genu etiam duplicare nõ potest: nisi prius duplicet inguina. Cura festinetur velociter, ne fortasse effundãtur ad eã humiditates, & putrefiant, vel perducãt ad corruptionẽ totius membri. Et cõis eius curatio quæ omnibus eius cõpetit speciebus, est illa, quã docuit Hipp. videlicet, vt coxã accipias, & extendẽdo voluas iuncturã dextrorsum et sinistrorsum: donec ad locũ redeat naturalem. Et iterũ est alia curatio cõis: & est vt minister fortis extẽdat crus infirmi ad ĩferiora cũ manibus suis, aut cum ligamento ligato super genu eius: et sit alius minister, qui corpus fortiter teneat: deinde posito desubtus ligamento, medicus sit ex latere infirmo: & teneat vnã extremitatẽ ipsius ligamenti: & sit alius ex alia parte, qui teneat aliã extremitatẽ: & sic ambo, ęqualiter extendẽdo stringant iũcturã. medicus vero sit solicitus ex latere suo, ꝙ impellat eã pedibus vel manibus, donec ad locũ propriũ reducatur. Cuius signum est: ꝙ quãdo cõiungis ambo crura infirmi, inuenis illa ęqualia, & potest crus extendere & plicare: deinde ponatur emplastrũ, & stringatur sicut oportet: & impera infirmũ quietum esse, ne ancha moueatur ad aliquam partẽ: et dimittatur vsq; ad quintum diẽ uel septimũ: deinde solue ligaturã & emplastrum: & cõiunge crus cum alio crure: & tunc si vides ipsa æqualia, iã est restauratio confirmata. Præcipe ergo tunc infirmo vti balneo. verũtamen si vides ꝙ dislocatio non firmatur, ĩmo mollificatur: tunc redeas ad emplastrũ & ad stricturam primã vsq; ad tres dies vel quatuor: deinde soluatur, & non festinet ambulare: ĩmo tardet per aliquot dies, donec bene restauratio roboretur. Si vero dislocatio fuerit ex humiditate plurima quę accidit ei: tunc post ipsius reductionem, cauterium administra: sicut in loco proprio ostendetur.

*De dislocatione genu.* *Cap.* LII.

GEnu, sicut dixerũt ueteres, dislocatur secundũ tres modos, scilicet ad interiora: ad exteriora: & posteriora. ad anteriora vero propter defensionẽ rotulæ dislocari non potest. Huiusmodi autẽ dislocationis significatio est: quouiã crus non adhæret cũ
E coxa. Et omniũ specierum dislocationis eius reductio est similis reductiõi cubiti: & curatio est vna: quare omnia quæ ibi diximus, in hoc fiant. Et speciale in hoc est, vt infirmus sedeat super sedẽ propinquam terræ: & eleuentur pedes eius parumper: deinde extẽdat vir fortis manũ suam desuper & subtus extensione forti: & restaurator reducat iuncturã ad dispositione suam. Et si necesse fuerit, fomentationes & vnctiones præmittantur vt facilius restauretur. postea ligetur primo contractũ, postea extensum: deinde paulatim moueatur, donec ambulare consuescat.

*De dislocatione rotulæ.* *Cap.* LIII.

ROtula si fuerit dislocata: ponatur pes plane in terram, & reducatur rotula: deinde impleatur curuatura genu pannis prohibentibus curuationem:
F & hastellæ ponantur desuper in partẽ, ad quam declinat, ne iterũ dislocetur. Cũ igitur stringitur, & adhæret: non duplicetur genu festinanter: sed paulatim donec alleuietur.

*De dislocatione pedis.* *Cap.* LIIII.

PEs si fuerit dislocatus; fomentationibus & vnctionibus præmissis: pes fortiter extẽdatur a dextra & sinistra: ante et retro ducendo, nodus ad propriã iuncturã redire cogatur: & puluillis & fascijs & hastellis ligetur. Diximus de dislocationibus ossiũ, nõ plene disserendo neq; completo sermone, sed ponendo experimenta aliqua, quæ interdum probauimus: & per dñm Hugo. vidimus experiri. Si quis vero super his diffusius desiderat documẽtum, quærat Aui. & Albuc. qui satis diffuse de dislocationibus tractauerunt.
G Ego autẽ in lib. isto nolui ponere omnia illa quæ nõ habebã experta: & etiã ne liber noster plus de alieno quã de nostro videretur habere. Superfluũ enim & vanũ videretur librũ de nouo cudere: si quæ scribimus, in alienis libris possemus ęque bene vel melius inuenire. studui etiam breuitati: ne librum legentibus redderem tędiosum.

## THEODORICI LIBER TERTIVS.

H POSTQVAM de vulneribus tã simplicibus quã compositis sermone cõpleto vniuersaliter in primo libro, et particulariter in secundo; pater charissime sufficiẽter disserui: ad curas aliarũ infirmitatum tã intrinsecus quam extrinsecus consurgentium, quantum videlicet ad chirurgiam digno scitur pertinere, cum dei auxilio proficiscor: & dicam in primis.



De can-

## *De fistula secundum omnes suas species.* *Cap.* I.

Fistula est vlcus profundum angustum cum nodositate & duritie carnis circundantis ipsum: & est sicut penna auis, penetrans in membrũ. Dicitur autẽ fistula ad similitudinẽ & instar illius instrumenti habentis os strictũ, & fundum amplum.

A Causa vero eius duplex est, scilicet interior, & exterior. Causa interior prouenit ex humoribus corruptis. Causa exterior ex vulneribus, vlceribus, & apostematibus male curatis.

Cuius significatio duobus modis assumitur: aut sumitur ab eius essentialibus: aut ab eius accidẽtalibus. Ab essentialibus: quia caro circũdãs ipsum, est indurata, & os eius constrictũ, & profunditas dilatata. Ab accidentalibus vero: quoniã accidit vt sit eius sanies indigesta, cũ horribilitate fœtoris: & interdũ est sine fœtore. Et sanies fortasse aliquãdo penitus desiccatur: & proprie qñ corpus non est repletũ, nec humida cõplexio, & regimen patientis exiccatiuum: & quãdo etiam membrũ, in quo est fistula, a doloribus custoditur. Et quando sanies currit: aut est multę quantitatis, aut modicę. Et sanies ipsa aliquando est B grossa: aliquando est subtilis secundũ diuersitatẽ mẽbrorum: & nos in primo libro locuti fuimus de regimine cursus virus cum aptatione & perforatione, & modis alijs: & illud satis sufficit in regimine cursus virus, & humiditatũ a fistulis. verum de regimine curationis eorum ad præsens intendimus.

Dico ergo ꝙ quemadmodũ fistulæ diuersificãtur secundũ diuersitatẽ locorum: sic diuersificatur curatio earundẽ. Nam alia fit in membris mollibus vt in carne: alia in membris medijs: sicut neruis, et uenis: & tũc est inobediens, & difficilis curationis. Et alia fit in membris duris vt in ossibus. Et cõmunis quidem significatio eius cũ in aliquo prædictorum membrorũ fuerit, est visibilis experientia quæ nõ fallit, aut prę sumptio vera: quoniã loca neruosa & ossuosa sunt tibi nota: & vides quã propinquitatem habeat fistula C cũ prædictis: & scis etiã per reuelationem infirmi quãtum pertrãsierit tẽporis super membrũ. nam si super neruum & os per aliquod tempus steterit, certum est ipsam in eo corruptionẽ fecisse. Sunt autem secundũ Auic. quędam alia significata sumpta a diuersitate putredinis: videlicet ꝙ quãdo fistula peruenit ad nerũ: tunc putredo exit subtilis tenuis, multiq; fœtoris, & ad nigredinẽ decliuis. cum autẽ peruenerit ad os, est subtilior ea, ad citrinitatẽ decliuior: & cum peruenerit ad venas & arterias, est multoties sicut fæx: cum vero ad carnẽ peruenerit putredo inde exiens, est viscosa, grossa, turbida, & cruda. Illa etiã quæ vadit ad carnẽ, non est tanti doloris, sicut illa quę vadit ad neruum: & proprie cũ tangitur eius profundum: quod est, quia neruus est valde sensibilis. vnde si læsionem patiatur, necesse est teste Gal. ꝙ sentiat in membris cæ D teris plus doloris. quæ vero vadit ad os, nihil sentit doloris: ex eo ꝙ in osse sensus non est. fistula etiam ossuosa notificatur tibi multoties per mollitiem carnis existentis super os: & per facilitatem penetrationis cũ tenta ad ipsum os.

Cæterum fistulæ diuersificantur secundũ diuersitatem tẽporis: quoniã alia est recens, & alia est antiqua. Fistula recens est, super quã nõdum quatuor tempora cucurrerunt: hoc est quæ anni circulũ non exiuit. Antiqua vero est econuerso, corruptio iam profundata est in membro: & est difficilior ad sanandum.

Illud autem ꝙ melius est de curatione ipsius, maxime quando fuerit antiquata, & corpus repletũ fuerit superfluitate maligna: est vt in principio particularibus cõueniẽtibus fiat purgatio generalis, prę cedente tamen consideratione humoris superabun-

dantis in ea: licet in fistula magis abundet phlegma. Significatio vero assumpta a chirurgis nudis, id est a nescientibus medicinã, circa qualitatẽ loci et diuersitatẽ coloris putredinis, est talis. Cũ enim superabũdauerit phlegma: locus erit albus & mollis: & putredo quæ manat a fistula, erit aliquantulũ alba, grossa, & multæ quantitatis. Si superabundet melancholía: locus liuet, & tendit ad nigredinẽ cum quadã duritie: & putredo est liuida vel nigra. Si cholera: locus est citrinus, & punctiones, & arsurę sentiuntur, et putredo emanat citrina. Si vero humor superabũdans fuerit sanguis: tunc locus rubet, venęq; inflatur, & putredo sanguinolenta decurrit.

Contra phlegma igitur digesta materia cũ oxymelle, detur benedicta: vel pilulæ aureæ: aut pilulæ phlegma purgantes. & si patiens fuerit debilis, ꝙ electuariũ vel pilulas non possit sumere, purgetur cũ medicina, quæ Reci. turbit, par. ij. zinzib. par. i. zucha. par. iiij. fiat puluis. de tali puluere simul ĩcorporato detur, vnc. 5. cum aqua calida. Deinde post purgationem patiens balneetur: & in exitu balnei offeratur, drac. i. alicuius opiatæ calidæ: sicut theriacę vel aureę, & hoc cum aqua calida vel vino. Opiata quidem medicina id qđ ex mala qualitate remanserit in corpe cõsumit.

Contra melancholiã detur hieralogodion, vel aliquid purgans melãcholiam, digesta prius materia cũ oxymelle cõposito: deinde post purgationem in exitu balnei similiter fiat exhibitio alicuius opiatæ conuenientis, sicut theriacæ, vel mithridati.

Contra cholerã, post digestionem materiæ cũ oxyzachara: catharticũ imperiale, quod vtranq; cholerã purgat, dabis: & consequenter dabis rubeã trochiscatam, vel aliud sibi simile.

Si sanguis in causa fuerit: fiat euacuatio per phlebotomiam. Deinde ad localia veniendum est.

Nota ergo ꝙ localis curatio fistularum vniuersaliter tres intẽtiones requirit. Prima est, vt fistula mundificetur, & abluatur. Secunda est, vt mortificetur, & desiccetur. Tertia vero est, vt eius concauitas continuetur, & sanetur.

Fistula mũdificatur & abluitur sicut in primo lib. in capitulo vlcerũ est ostensum. Et aquæ proprie fistulares, sunt sicut aqua cineris, aqua maris, vel artificialis salsa, & capitellũ: & multoties additur prædictis aquis ex sale arme. & arsenico: aut ex flore ęris aliqđ permiscetur: quoniã tunc fiunt maioris abstersionis: & aqua sublimata a chalcucę. & sale arme. & sansuco nõ currente: et aqua in qua decoquuntur alcali, calx ouorum, et calx. Et in summa aqua sublimata ab arsenico sublimato, sale arme. & sulfure est mirabilis: & in sublimando est scientia. Modus autem abluendi est, vt veniant aquæ vsq; ad profundũ fistulæ, donec impleatur ex ea: & ingenieris ad hoc inquantum est tibi possibile: & si non vales cũ alio, saltim clysteribus: deinde stude vt retineatur intus per horam: & exprimas locũ vndiq; manu tua. Maxime vbi profunditatem fistulæ arbitraris: deĩde extrahas aquam cum expressione competenti: & fac illud iterũ & iterum donec exeat aqua clara aut sanguinolẽta: & tunc eadem aqua iterum vlcus imple: & eius orificium oppila: & sic a mane vsq; ad vesperas, vel ecõuerso dimittatur. quod tot diebus faciendum est, donec virus mundificatum fuerit.

Malitia fistulæ mortificatur & extirpatur tripliciter: videlicet aut cum incisione et ablatione totius carnis corruptæ: aut cum medicaminibus acutis: quorũ memoriã inferius faciemus: aut cum cauterio ignis, in quo est facilius, & vltimũ iuuamentum.

E

Concauitas autem fistulæ continuatur, & sanatur cum administratione medicinarum facientium nasci carnem: de quibus in primo libro sermõe completo capitulum ordinauimus speciale. Oportet ergo in primis te ad cognitionẽ fistulę peruenire: & hoc est vt diligenter cum tenta perquiras eius profunditatem: & si tendat secundũ rectum, aut secũdum tortuositatẽ, & habeas tentam plumbeã, qm̃ est magis lenitiua: & si plicatur secundũ modum tortuositatis: & inquiras si orificia ipsius sunt plurima per singula: & videas si tẽdunt ad vnũ meatum: aut si quodlibet ipsorum proprium habeat foramen, cuius extremitas non cõmunicat alteri. Et tunc non est fistula vna, sed plures. Ait enim Albuc. ꝙ id nõ significatur tibi per inquisitionẽ cum tenta: ĩmo oportet ut clysterizes vnũ ex orificijs suis: quoniã humiditas cum qua clysterizatio fit, versus alia orificia tendit, & egreditur ex eis.

F

Cognita vero semita secundũ quantitatẽ & diuersitatem ipsius, erit tibi cura facilior. Tũc si orificium fistulę fuerit strictũ, sicut esse consueuit in fistula: cum incisorio elargetur, aut cum tenta de medulla sambuci vel stipitis medete, quæ melior est, id est de canna mũsyrici, & similibus: si patiens ferrũ timet: deinde mũdificetur, & abluatur sicut sciuisti per dies aliquot, donec virus abscindatur: deinde intromittatur medicamen acutũ vsq; ad profundum in licinijs inuolutum factis secundũ quantitatem profunditatis quam comprehendisti cũ tenta, donec fistula desiccetur, & mortificetur omnino. Et quandoq;, ĩmo multoties nõ est possibilẽ vt licinia cum medicamine profunditatẽ attingant propter longitudinẽ eius. siue quia meatus fistulæ tortuosus est & diuersus. Medicamen etiã licẽ cum sicut nosti, nõ submergitur ad profundũ: quare fistula nõ occiditur neq; extirpatur omnino. Paretur ergo medicamen secundũ hunc modum: in quo non est deceptio: ex eo ꝙ omnes profunditates fistulę perquirit: & est vt secundũ quantitatem necessitatis medicamen distemperes cum aceto: ita vt sit currens: deinde omni ingenio quo poteris vsq; ad profundum fistulæ intromittas: deinde orificiũ oppilabis: vel præpara figuram membri vt orificiũ sit superius, vt medicamen in profundo moretur. Cum autẽ fistula fuerit desiccata: succurratur cum medicamine mitigatiuo: sicut est butyrum vel axungia sine sale, & illis similia: donec ignis euaporetur: et in saniem eschara cõuertatur. Cũq; sanies quæ prius erat indigesta, digesta egreditur: & respectu quantitatis pristinæ minoratur: signũ est mortificationis fistulæ. curetur ergo postea cum medicina carnis generatiua: donec concauitas continuetur, & sanetur. Et sanies laudabilis, sicut dicit in ꝓgnosticis Hipp. et sicut iã diximus in lib. primo, est alba lenis & ęqualis ꝑ totũ: cui nõ est odor malus. alba enim requiritur: quoniam color mẽbrorũ radicalium est albus: et non facit eam assimulari: nisi natura potens sit super eam. & requiritur eius lenitas; per qđ significatur, ꝙ virtus digestiua operatur in ea. ex eo ꝙ non est mali odoris, significatur, ꝙ longinqua est, a putrefactione. sanies enim mala est fœtida: quoniã significat putrefactionem: quæ est cõtraria digestioni: et significat dñium caliditatis extraneæ

Qꝫ si fistula nõ fuerit multæ profunditatis, neqꝫ tendit secundũ rectitudinem & profunditatem mẽbri, imo sequitur superficiem cutis tantum: tunc nisi neruus, vel arteria, aut vena magna, vel aliquid aliud tibi prohibeat: intromissa prius tẽta lignea, donec venias ad profundum, secetur vsque ad finem: ita vt ipsa tenta liberetur omnino: & auferatur cũ nouacula caro putrida et corrupta ab omni eius circuitu cum totalitate sua: deinde si fiat hæmorrhosagia, succurre cũ eo quod cõuenit, sicut dictum est in capitulo suo. Cõsequenter curetur locus cum medicina carnis generatiua, donec sanetur. si vero patiens nõ tolerauerit carnis ablationem cũ nouacula: tũc post sectionem vsqꝫ ad profundum factam administra medicamẽ acutũ: deinde mitigatiuũ: & carnis postmodum creatiuum. Si autẽ nõ sanatur per illud: tunc nullo prohibente vltimo remedio succurratur, id est, vt vsqꝫ ad profunditatem suam cauterizetur. Verũ oportet ut caueas, ne in quantitate profunditatis ipsius decipiaris: & diuersitatem eius cũ cauterio nõ possis attingere. Nam multoties ex imperitia et negligentia accidit illud quãdo in fistula est orificium vnum, et profunditates plures & diuersę: quapropter si cauterizes vnam earum, & alia remanet: nihil confert. eodem modo oportet vt caueas ab hac deceptione, quando medicinam administraueris comburentem: quoniam tota uirtus curationis fistulæ est vt cõprehendas cum cauterio aut cum medicina acuta, omnem ipsius cõcauitatem vel profunditatem.

Qꝫ si fistula in concauitatem vel profunditatem corporis penetrat: & non est possibile vt consequaris eam omnino: & quandoqꝫ appositio medicinarum nequit ad radicem fistulæ peruenire: aut timetur, ne ipsius nocumentũ ad aliquod membrũ perueniat nobile, vel etiã principale: vel locus in quo est fistula, nõ suffert incisionem penitus: tũc in ipsius curatione nullum est ingenium ad pręsens scribendum. Et illud qđ secundum plurimũ est conuenientius, est, vt dimittatur operationi naturæ.

Et fistula quæ peruenit ad intestina, aut vesicã, aut ad membra principalia: sicut volunt veteres sapientes, non sanatur omnino: & quæ accidit alicui spõdylium dorsi, vel costarum, vel alicui iuncturarũ, sicut manus vel pedis, aut quæ accidit neruis vel venis magnis aut arterijs aut siphac: secundũ plures dispositiones incurabilis est. Verum fistula quæ fit in neruis & similibus, non propter aliud difficilis curationis existit, nisi quia sectionẽ & cauterium minime patiũtur: neqꝫ speratur in ipsa curatio, si fuerit antiquata: & nisi sit ex summa recentium. Et tunc in ea medicinam administramus, quæ non vehementer sed leuiter et suauiter mortificet, & desiccet.

Si vero fistula impressionem iam fecit in osse: oportet vt ipsum si detectum nõ fuerit, detegatur: & cũ instrumentis conuenientibus abradatur: vt tota ipsius auferatur corruptio & nigredo. Qꝫ si non sanatur, & emittit saniem sicut pus: signum est ꝙ adhuc de ipsius corruptione remansit. Igitur iterũ detegatur, & abradatur cum vltimitate diligentiæ tuæ: ita vt non dimittatur in eo offuscatio, neqꝫ corruptio, aut cortex, aut humiditas omnino: quoniã prohibẽt natiuitatem carnis super ipsum: nam cum obseruaueris hæc, possibile est vt caro generetur in eo. ait enim Auic. illud quod est magis faciens nasci carnem in osse, est vt exiccetur

A ab humiditate, & separetur ex ea. Deniqꝫ si corruptio fuerit in ossibus magnis, sicut osse coxę, cruris, et similibus, et iam peruenit vsqꝫ ad medullam: tunc nõ est excusatio, quin secetur: & incidatur os cũ medulla sua vsque ad locum corruptionis: deinde restauretur sicut scis.

Si vero corruptio iam totum os membri fuerit cõsecuta: tũc nõ expectetur eius curatio, nisi assumatur os totum. Veruntamen si fuerit os ex capite coxę vel anchæ, aut ex spondylibus dorsi, ab eius curatione fugiendũ est propter timorem & incommodũ nuchæ.

Et nos dicemus modo medicinas, quę in fistulis stãt loco cauterij: & dicemus medicinas, quæ carnem superfluã minuunt, & resoluunt. dicemus etiam medicinas fistulares, quæ ex proprietate operantur. Ponemus etiã multa experimenta contra fistulã, quæ
B ex libris sapientum antiquorum, excerpsimus: & aliqua quibus fuerunt aliquæ pſonæ fide dignæ, quę nobis retulerũt postea, de grauibus satis fistulis liberatę.

Et de medicinis quæ in fistulis stant loco cauterij, est arsenicũ sublimatum: ipsum enim est mirabile in omni fistula, & in omni cancro, & herpete esthiomeno, et in quolibet vlcere fraudulento. Et emplastrũ de arsenico, qđ dicemus in fistula lachrymalis, est mirabilis iuuamenti. Item. Reci. ellebori albi, aristolo. centaureæ, radicis scolopendriæ, iridis, farinæ herbi, ana. terantur: et fiat ex eis puluis: & impleatur ex eis fistula cum assiduatione: quoniam sanatur inde. Idẽ facit succus virgæ aureæ mistus cũ succo rapastrelli si frequenter injciatur: & herbæ tritę desuper apponãtur: & ego expertus sum illud in fistulis recentibus. Idem facit succus herbę, qui dicitur panis cuculi: et cũ
C ea liberata fuit quædã domina, quæ plures fistulas habebat in pectore, & pluribus annis portauerat. Idẽ radix laureolæ desiccata, & trita cum melle confecta, factis ex ea licinijs mittantur in fistulam vsque ad profundum: quia curant eam.

Et cortex laureolę minoris sicut reperi in quodam libro cuiusdam sapiẽtis viri huius artis, plus valet ad corrodendum & elargandum quolibet alio. Item accipe succum chelidonię, plantaginis, absinthij, lanceolæ, & tantundẽ mellis: decoque mel vsque ad consumptionem succorũ: & cum illo distempera myrrham, & aloen. miro modo sicut quidam sapiens scrisit mortificat fistulam. Et fistula inueterata curatur cum radicibus vel succis gẽtianæ vel bryoniæ seu maliterræ. Et dicitur, ꝙ gentiana potata curat fistulã. Item aristolo. ro. bene puluerizatam da patienti bibe
D re mane meridie & sero qualibet vice quantum potes tribus digitis eleuare, cum aliquo liquore: uel fiant inde pilulæ, quibus vtatur patiens. totam materiam educit per secessum: & mirabiliter curat. Item tenta de elleboro albo posita in fistula: & per duos vel tres dies ibi dimissa, sine dubio mortificat fistulã: grauẽ tamen generat dolorem, ad quem reprimendum pars patiens ponatur in aqua calida, & teneatur sibi quandiu dolor fuerit mitigatus. Item ad fistulam, sicut quidam asserunt probatissimũ, succum pimpinellæ ponas in loco fistulato quotidie vsque ad profundum: et herbam tritã desuper apponas. Idem facit muscata maior. Idem facit panis cuculi iam dictus. Item ad fistulam expertũ. Re. laureolæ minoris, radicis raphani, & tartari, misce cum melle & terebinthina: & fac inde licinium, & in fistulam impone:

fiſtulam corrodit:& puluis ſuperpoſitus ſanat. Itē ad fiſtulam ablutio bona: radices chelidoniæ contūde:& in vino veteri ad tertiam decoque:de tali vino fiſtulam frequenter infunde.

Idem facit ſuccus vitalbæ cum vino prædicto modo decoctus.

Inquit Auic. Etiam experta eſt radix ſcolopēdriç, nam cū fiſtula impletur ex ea ſanat ipſam. Item dixerunt quidam: ſi accipiatur puluis laureolæ,& puluis ellebori al.& diſtemperetur cum melle,& liniatur licinium,& ponatur in fiſtula per horam vnam, prouocat vomitum,& purgatur materia fiſtulæ optime. Emplaſtrum de quo Gal. in catageni dixit ꝙ in fiſtulis mirabiliter operatur. Re. aceti vini acerrimi,& clariſſimi, olei vetuſtiſſimi duas lib. lithargyri pulverizati & cribrati vt alcohol lib. i. coquātur die integro donec nigrū & relucens fiat:deinde fiant ex eo tentæ, & intromittantur. dixit enim ꝙ hoc emplaſtrum vehementer ſine mordicatione deſiccat, & coniungit plagas recentes, dum ſunt ſanguinolentæ.

Item euphorbij, maſtiches, ana ſcrop. ij. cōmiſceantur cum ſapone gallico, in quo liciniū intinctum ſępe fiſtulæ impoſitum deſiccando: ſaniem optime ipſam curat. Ad idē valet hermodactylus ſimiliter adminiſtratus. Dicit Plato in herbolario de plantagine: ꝙ ſuccus eius multis diebus fiſtulis imiſſus ſanat. Idē dicit ſi cuiquā circa naſum vel oculos vlcus natū fuerit: & lanam mollē in ſucco plantaginis madefactam impoſueris: par. ix. dies ſanus efficitur. Idem dicit ꝙ cinis pimpinellæ combuſtæ cum tanto pipere fiſtulā ſanat. Idem radix ariſtolo. purgata, & fiſtulis imiſſa, fiſtulas ad ſanitatem fortiter ducit.

Et de medicinis quæ nō repente, ſed cum ſuauitate operātur,& paulatim, ſunt aliqua iam dicta ſuperius: & de illis etiam ſunt vnguentum veneris: qđ dicitur, xij. apoſtolorum: quod ponit Auic. Item vnguentum pretioſiſſimū: quod ſic fit. Rec. piperis, pyrethri, arſenici, gallarum paruarū, aluminis iameni, ſinapis, ellebori al.& ni. viridis æris, ana drac. i. de calce vi. quantum de omnibus. confice ſic. terenda pulueriza: & cum ſapone diligenter incorpora: et de ipſis fac tentam: quam vſque ad profundum fiſtulæ intromitte. liquefit enim totū in meatu fiſtulæ: & fiſtulam ſuauiter occidit: atq; deſiccat. Et ex illis eſt medicamen de euphorbio & maſtiche ſupradictum: & emplaſtrum Gale. cum multis alijs ſupradictis. Item ferrugo ferri fortiter trita ſola: vel cum alijs carnem fiſtulæ & cancri corrodit:& ſaniem deſiccat.

Idem faciunt aſphodeli in corporibus ſiccis & fiſtulis auris.

Item. Reci. plumbū vſtum, limaturam ferri ſiue ferruginem, ęs vſtum,& boracem: omnium, ana. ponātur in cacia ærea pulueribus prius bene lotis: & ponatur deſuper multū de aceto acerrimo: & bulliat vſq; ad conſumptionem,& inflammationem puluerum: poſtea teratur, & adminiſtretur. optima medicina eſt & deſiccatiua valde. Item deſiccatur fiſtula ſicut dicit Aui. quando ſuffumigatur cum ſandaracha. Itē dicit: ꝙ centaurea ſicca poſita in emplaſtris cōſolidat fiſtulas,& vlcera profunda,& vulnera mala. Item dicit: quando ex elleboro nigro fiunt licinia: & ponūtur in fiſtulis, eradicāt corpora earum. Itē recipiantur ſucci chelidoniæ, abſinthij, quinque neruiæ, virgę aur. rapaſtrelli, pimpinellæ, panis cuculi, ſcolopēdriç,

E omniū, ana. bulliant cum melle vſq; ad ſpiſſitudinē: poſtea cōmiſceatur puluis myrrhæ,& aloes: & adminiſtretur, quia curat fiſtulam.

Et medicinæ quç carnem ſuperfluā minuunt,& reſoluunt tam in vulneribus quā in vlceribus, ſunt vehementis abſterſionis & mordicationis: & ex eis ſunt ſicut vitreolū, hermodactylus, elleborus albus, flos æris, aſphodelus,& his ſimilia. Et ſcias ꝙ quandoq; adminiſtratur vnum eorū per ſe, et facit excuſationē: & quandoq; cōponitur vnum eorum cum altero: & quandoq; omnia ſimul æqualiter cōponuntur: & qđ ex eis leuius operatur, eſt vitreolum: quia quando humidis adminiſtratur corporibus, carnē minuit. in ſiccis vero conſolidat. Si autem purificata fuerit fiſtula,& opus fuerit ſanitare: Reci. folia caprifol. agrimoniā. ſanamundā, herbā Roberti, id eſt muſcatā maio-
F rem. exprimatur ſuccus prædictarum herbarū: & infundantur in fiſtulam fortificatam: & optime impleatur de ipſo ſucco: deinde ſuperponantur herbæ tritę: & ligetur. infra ſeptimanam conſolidat.

Et miſturæ quæ dantur circa fiſtulam adhibendæ ſunt. Reci. ſaluiam, betonicam, ederam terreſtrem, violam, agrimoniam. tere: & ſuccū exprime: & cum uino miſtum bibat ęger, donec ſanus fit: nec aliud bibat. Item ſi fiſtula purificata opus fuerit vt ſanetur, ſuper plagā ponas viol. agrimoniā, piloſellā, & de eiſdem herbis apozema dabis ad diſciplinam ſupradicti apozematis. Item ſicut quidam dicūt, gentiana potata curat fiſtulam. Item potio ad fiſtulā & ad omnes venenoſos humores. Re. pimpinellæ, braſſicę, pedis licariæ, cimarum canapis, ſaluiæ, gariophyllatę, pedis columbini, chelidoniæ, rubeæ ma. bottonum, vel flo-
G rum prunelli, quinqueneruiæ, centinodiæ, abſinthij, lanceolę, cardi benedicti, omniū ad libitum. mel et vinum lymphatum cū aqua ad tertiam ſui decoq; cum melle, ſed non multū poſtea da patienti. Si paſſus fuerit per annū, vel circa: dabis per. xl. dies quotidie cyathum vnū. Si per duos annos paſſus fuerit: dabis duabus quadragenis: vel ſicut expedire videris, & ſenſeris effectum. Diçta. Caueat a potu aquç, leguminibus,& piſcibus, & auibus aquaticis, herbis, caſeo, lacte, carnibus vaccinis,& fructibus.

Et in practica Almageſti ponuntur quædam empirica: ex quibus ponemus aliqua, quamuis non magnam fidem adhibeamus: quia magis videntur nobis vetularum eſſe quam prudentis viri: & vnum ex illis eſt hoc. ait enim ſic: quia Alexander quibuſdā empiricis plures ęgritudines curaſſe nouimus, eius imita-
H ti diſciplinā: aliqua quæ vera cognouimus, in mediū deducemus. Accipe igitur hoc empiricum ad fiſtulā probatum. Reci. baculum, & cū inceperis eum acuere, dic pater noſter. In nomine patris et filij & ſpiritus ſancti: & ſi fueris intra domū, proijce baculum foras per feneſtram: ſi fueris in curia, proijce ſupra ianuā: caue ne baculum per portam totū extrahas: deinde accede ad locum vbi eſt agrimonia: et antequā illam fodias, verte te ad orientē, & fodias eam taliter: ne de radicibus eius aliquid in terra remaneat: & cum eradicaueris eam: dic pater noſter. vſq; ſed libera. Et cum extraxeris: plica radicē ſurſum, & folia deorſum: & ſume tres particulas, duas de parte ſuperiori, & vnā de parte inferiori: & cum ſumpſeris partem inferiorem, dic hoc verbum poir, zenō, zebeta, zaraiabuari, paraclitus: & cū ſumpſeris partes ſuperiores dic hoc verbum

bum potor, zenō. cum aliis prædictis nominibus excepto poir: & hæc tria frusta in nouo panno lineo sigillatim per se quodlibet in tribus modis pāni quodlibet frustū in suo nodo a se distantibus per aliquod spatium cū filo torto liga: dicendo in quolibet nodo pater noster: & si infra. ix. dies non conualuerit: itera totum experimentū: & sic concedente domino infirmus sanabitur. Item accipe radicem agrimoniæ, dicendo dominicā orationem, liga ad collum infirmi: sicut desiccabitur radix, desiccabitur & fistula. Prædicta posui: quia sunt aliqui qui magnā fidem habent ī huiusmodi empiricis: & forsitā fides eorū iuuat eos

*De fistula quæ fit in lachrymali.* Cap. II.

Fistula in lachrymali accidit, aliquando propter vulnus: aliquando ex humoribus superabundātibus. in lachrymali nascitur quoddam apostema, qđ dicitur hypopyon: quod nisi diligenter curatum fuerit, citissime in fistulam conuertitur: quæ postea cum difficultate curatur.

Signum ipsius est, ꝙ in nocte circa lachrymale, fit paruus tumor: qui cum exprimitur apposito digito, oculus repletur sanie, & tumor delitescit: & aliquando habet meatus diuersos, qui extendūtur versus palpebras tam inferiorem quam superiorē: & præcipue si fistula fuerit antiquata.

Et sicut dicit Auicen. Vera cura ipsius est cauteriū: & te oportet esse solicitum, vt scias diuersitates eius, vt comprehēdas cum cauterio omnes meatus ipsius, alias nō confert cura tua. Si ergo fistulā habens in lachrymali, curandus fuerit chirurgia, vel etiā cū medicamine acuto, ante oīa particularibus cōuenīetibus, sicut dictū est in capitulo fistulæ vniuersali, totū corpus mundificetur: deinde caput primo ꝑ pharmaciā, postea per phlebotomiā. & materia totis viribus ad partem trahatur contrariā, ponendo ventosas in posteriori, & cauteria in brachiis faciēdo: postmodū fiat cauterium tali modo. cōsideretur diligenter foramē, vnde putredo egreditur: et cōsideretur vtrū sit unū, aut duo, vel plura. Et postquam foramen seu foramina deprehenderis: oculus in primis cū aliquo instrumento argenteo vel æreo facto ad modum mediç testę nucis secundum oculi quantitatem ad alterā partē compellatur: & foramen illud amplietur incidendo cum aliquo phlebotomo aliquantulū forti ne frangatur in rectum: facta incisione pecia in albu. oui infusa imittatur vsq; ad profundū fistulę. Postmodum si fuerit homo delicatus, posito plumaceolo balneato in aq̄ ro. super oculū: & desuper instrumēto prędicto ad cōseruationē & desiccationē oculi ne lędatur: per foramē illud intromittatur ferrū cādens vsq; ad radicem fistulę. Et si timuerit ignem: licinium de unguē to ruptorio vel de arsenico sublimato secundū doctrinā vestrā, quod melius est, īmittatur: & dimittatur ibi per tres horas vel plus vel minus sicut videris expedire: postea ponatur vnguentum nostrum viride: quod non sit forte, id est, quod sit cū vnguento albo repressum vsq; ad casum ignis. Deinde sicut superius in capitulo vniuersali de fistula dictum est, & sicut cætera uulnera, curetur. Si vero aliquod os ibi infectū fuerit: vix unquam curari poterit, nisi illud educatur: quare fiat illud cū diligentia & cautela. Si vero fuerit homo delicatus, & timeat incisionem vel ignem: elargetur foramen cū radice de malo terræ, vel simili.

A deinde exprimatur, donec egrediatur qđ in ipsa est. postmodum abluatur cum vino styptico distillato in ipsam. Et si sanies nō fuerit in fistula: ligetur, & dimittatur sic ligata, quandiu sanies congregetur in ea: deinde exprimatur: postea lauetur cū vino: quo facto: distilletur in ipsam collyrium algarab: & fiat distillatio post distillationem interueniente vna hora: vel sic inter duas distillationes. Et sicut dicit Auic. De melioribus eius est: vt tentetur profunditas eius cum tenta: deinde inuoluatur stuellus in medicina: et ponatur in ipsam: siue medicina sit vnguentum liquidum siue puluis. Et quotiescunq; ponitur medicamen: ligetur oculus, & adhibeatur quies. Et de collyriis ad hoc expertis est. Reci. arsenici rubei, atramenti, cantharidum, calcis, cortic. salis, arme. aluminis iameni, vel plumei. omniū, ana. aggregentur, et terantur cū vri-

B na puerilli: & siccentur, & administrentur sicca. Et Auicen. dicit. Quando teruntur folia ruthæ domesticæ cū aqua cucumeris, antequam consequatur os: & post consecutionē eius, consolidat ipsum: et rectificat carnem: sed mordicant in principio, cū ponuntur: deinde nō mordicant. Et canō in ipsa est, vt mundificetur primo: deinde curetur. Et ex eis quæ mundificant ipsum, sicut dicit Auic. est vt recipiatur lanugo arūdinis inuenta intra ipsam, & proprie proquinqua radici: quæ grossitudinem quandā habet: & submergatur in melle: & adhibeatur fistulæ: deinde lauetur locus spōgia submersa in aqua mellis: & sola lanugo sicca quando potest poni bene in fistula sine medicina alia exiccante, sufficit. Inquit Auic. Ex mirabilibus in ipsa, sunt folia ruthæ cum aqua granatorum super posita ei: & de proprietate eorum est, ꝙ prohibent re-

C manere vestigium fœdum. Et ex medicamentis vltimis, sicut ipse dicit, est. Reci. atramenti, aloes, sarcocollę, corticum thuris, & memithe. omniū, ana. terantur, & cribellentur: & ponantur in lachrymali.

Cum autem consequatur os, & non iuuatur medicinis: tunc scindatur, & detegatur: & abscindatur caro vnctuosa & mortua, donec perueniat ad os. Et post illud sit regimen eius secundum tres modos: si os fuerit saluum: & aliqua nigredo apparuerit: fricetur nigredo & radatur: & ponatur aliq̄ ex medicinis consolidatiuis, & ligetur. Et si res fuerit maior ista, necessarium erit cauterium: & quādoq; necesse est vt fiat foramen in osse corrupto: & incendatur cum hoc, vt fiat cauterium: quam profundius potest in infimo concauitatis, nō declinando ad oculum neq; ad nasum: & eleuetur coniunctiua ad latus

D nasi in profundo: & fiat cauterium vltimum cū fiducia: & teneatur oculus vltimo. deinde ponantur in ipso medicinæ, & ligetur: & quandoq; cauterium excusat a foramine. Et quando fit cauterium, vel ponitur in ipso medicamen acutum: ponatur super oculū spōgia infusa aqua infrigidata in niue: & quādocūq; calefit, roretur aqua prædicta. Item ad idem ruptorium quod fit de calce uiua, sapone, et capitello. Itē medicamen Rasis quod ipse dixit in Almansore. Inquit enim nos inuenimus medicamen quod adhibitum fistulam lachrymalem adeo tardare facit, ut ęger sanus videatur: cuius confectio est. Reci. aloes, thuris, sanguinis draconis, sarcocollæ, balaustiæ, antimonii, aluminis, omnium partes æquales. floris æris quantū est quarta pars vnius. fiant ex eis sief. Cūq; necesse fuerit, intantum prematur fistula, vt quicquid in ea con-

tinetur puris, egrediatur. Deinde infirmus super latus cõtrariũ fistulæ iaceat: & de prædicto sief aliquid dissoluatur in aqua ro. de quo ĩ lachrymalis angulo tres guttæ vel quatuor inijciantur magno interposito interuallo inter iniectionẽ vnam & alteram: quo facto æger iaceat sic per tres horas. Sequenti die mane fistula simili modo bene prematur: et fiat eadẽ cura: quod per hebdomadã vnam fieri cõuenit: & etiam tandiu, donec a fistula nihil egrediatur, cũ premitur. Ex hac enim cura locus multis mensibus siccus permanebit. Et quando fiunt collyria ex prædictis: addatur eis antimoniũ, et alumen, amborum, ana drac. ij. Et Auicẽ. dicit ꝙ solatrũ sanat fistulã lachrymalem fractã. Et collyrium, si rubet, prędictũ conferens ad dolores antiquos: & consumit carnẽ additam in angulo lachrymalis: & cõfert ad fistulas in prædicto angulo: est qd' Reci. climiæ ablutæ, & sedenegi cõbusti abluti, ana aureos. xviij. cineris de fornace, in qua purgatur æs, aureos. xxiij. myrrhæ, aureos. xlviij. croci, aureos. iiij. opij, aureos. viij. piperis albi. grana. xxx. gummi, aureos. vi. conficiantur cũ vino: & administretur cũ albumine oui in locis propinqui tẽporis: et sit subtile.

*De fistula mandibulæ.* Cap. III.

MAndibula aliquando fistulatur: & os eius aliquando est strictum, aliquando amplum. Si os fuerit strictum, elargetur cum tenta de malo terræ sicco vel simili. Deinde ponatur arsenicũ nostrũ, vel vnguentũ ruptorium: sed primũ plus valet: quia incontinenti occidit fistulã: & non facit magnũ dolorem. Mortificata fistula, apponatur quod faciat mortuã carnem cadere: deinde curetur sicut superius dictũ est. Si vero iam penetrauit ad os: & os iam corruptũ est: tunc oportet os discooperiri: & oportet os corruptũ vsq; ad sanum remoueri. Et cum videris exire saniem albã spissam & bene digestam: scias fistulam esse mortificatã. Si vero liquidus & aquosus humor exierit: timendũ est ne fistula ad radices dentium perueniat: & tunc dentes illi radicitus extrahantur: deinde cura vulnus sicut scis: & sicut est iam antea supradictum.

*De fistula circa collum.* Cap. IIII.

SI fistula circa collum fiat in neruis, venis, & arterijs plurimum intricata: incisio, adustio, & medicamen acutum verenda sunt: quinimmo plus valeat in talibus locis operari, & curare cum medicinis: quæ non repente sed paulatim, & cum facilitate operantur: et nos iam diximus in capitulo fistulæ vniuersali illa quæ ex proprietate, & quæ cum suauitate operantur. quod dictũ est de fistula in quacunq; parte corporis fiat, tenendum est, excepta fistula auris & ani: de quibus in sequenti libro dicemus: vbi proponimus tractare de oibus morbis auris, similiter et ani.

*De cancro.* Cap. V.

CAncer nomen æquiuocũ est ad duas ægritudines, ad apostema scilicet melancholicum, & ad quædam vlcera rotunda, concaua: quibus sunt labia indurata, quæ difficulter valde sanantur: & vtplurimũ contingunt in cruribus: & frequenter liuescunt: & nos in capitulo isto propter æquiuocationem, quã habent in nomine, tractabimus de vtroque: quamuis propter istam causam conuenientius fuisset capitulũ

E apostematis melãcholici cum capitulo apostematũ, & sclirosis ordinare. Dicemus ergo primo de cancro contingente a causa exteriori, id est propter vulnus, vel vlcus male curatum: quæ sunt vulnera rotũda, sicut diximus: & dicuntur cancri propter similitudinem quã habent cum cancro in rotunditate: & tractabimus primo de illo propter cõmunitatem, quam habet cũ vulnere. omne enim uulnus, postquam antiquatur, & non sanatur, & remanet incuratum: transit in cancrum vel fistulam. de tali cancro ad præsens dicemus.

*De cancro contingente ex apostemate, uel uulnere, uel aliquo simili male curatis: & de bugantijs, & ulceribus malis crurium.* Cap. VI.

F CAncer est vlcus latum, rotundũ cum ostracitate, duritie, & plurimũ cum eminentia et liuiditate labiorum: & nõ est dubium quin vulnera interdum ex imperitia & mala cura, vtplurimũ autem interiorum humorũ vitio cancerentur. Idcirco cancer distinguitur secundũ tres modos: videlicet secundũ diuersitatem causæ, secundũ diuersitatem membrorũ, & secundum diuersitatẽ temporis. Secundũ diuersitatem causæ distinguitur: quoniã quãdoq; fit ex melancholia quæ frigida est & sicca: & tunc est parui doloris, & paruæ vlcerationis: quandoq; fit ex cholera adusta pura: & tunc est vehementis doloris & magnæ vlcerationis. Distinguitur etiam secundum diuersitatem membrorum. quoniam alius fit in membris mollibus, sicut in carne. alius in mẽbris mediis, sicut in neruis, & alijs mẽbris cõsimilibus. alius fit in duris, sicut in ossibus. Distinguitur etiam secundũ diuersitatem

G tẽporis: quoniã alius est recẽs: alius est antiquus. & antiquus quidem cognoscitur per diuturnitatem tẽporis, & per vehementem liuiditatẽ & nigredinem: quãdoq; & per magnã duritiem labiorũ, & vlceris dilatationem. Cancer etiam distinguitur a modernis secũdũ diuersitatem specierum: quoniã, vt volunt moderni: alius dicitur noli me tangere, alius lupus, alius cancer, qui sumitur pro vtroq;. Et assignant differẽtias inter ipsas species secundũ locũ: quia sicut dicunt, noli me tangere a mento superius habet fieri: & lupus in inferioribus partibus. Assignant etiam differentiã in qualitate cõplexionis: quia dicunt ꝙ cancer & lupus fiunt de cholera magis ignita quã noli me tangere. Et inter lupum & cancrum, quia differunt in eodem: & propter hoc existimant ꝙ illa species, quæ fit de cholera magis ignita, sit lupus, quia lupus vehemẽ-

H tius corrodit. In libris veterũ de huiusmodi distinctione nihil inuenitur omnino: quia veteres huiusmodi vlcera nõ nominauerunt cancros, ĩmo de eis in capitulis vulnerum & vlcerũ difficilis consolidationis tractauerunt: & sub illis voluerunt cancros huiusmodi comprehẽdi. Vbi autem de cancro locuti sunt, de apostemate melãcholico, de quo loquemur in sequẽti capitulo, intenderunt.

Cancer quanto antiquior, tanto peior. Et quanto in locis magis neruis, venis, & arterijs nutricatis: tanto peior, & difficilior ad curandum. In talibus enim locis incisio, incensio, & medicamen acutum verenda sunt. Si vero cancer in locis carnosis fuerit, vbi de venis & neruis timendum non sit: vsq; ad sanam carnẽ incidatur, & accendatur postmodũ, sicut de fistulis dictum est, curetur: vel fiat cura quam nos

nos semper facimus: & multoties experti sumus. Mortificetur cancer cũ arsenico secundũ doctrinam nostram sublimato. Prima enim dic fistulã, cancrum, herpetem esthiomenũ, siue lupum, noli me tangere, seu formicẽ, & omnes similes morbos occidit. postmodum procuretur casus carnis mortuæ: deinde vt dictum est, cura. Si vero fuerit in locis neruosis & similibus, vbi medicamen acutum verendũ est, temperetur prædictũ arsenicum sublimatum cũ dialthea: & frangatur virtus eius, ita ꝙ neruos vel arterias non lædat: & tunc quia virtus eius iã fracta est, secure potest administrari. Et post casum carnis mortificatę, si necesse fuerit, secũdo & tertio iteretur: vel fiat sicut dictum est de fistula in collo: & in summa cura cancri, herpetis esthiomeni, formicę, et omnis vlceris melancholici: cura fistulæ est: quare ad capitulum ipsius vniuersale recurras. Et nos hic, sicut in capitulo de fistula fecimus, ponemus aliqua experimenta contra cancrum, quæ de libris excerpsimus antiquorum: & quæ a viris didicimus fide dignis. Et de illis est vnguentum diapompholigos quod cõposuit Gal. conuenit enim ad refrigerandũ, erysipelatis, vulneribus, cancris iam vulneratis & sordidis, plus omnibus medicaminibus purgat, & sanat: tibiarũ vulnera cõcaua vel dissipata replet, refrigerat, & cicatrizat. Reci. olei ros. ceræ albæ, ana vnc. vi. succi fructus vuæ lupinæ, vnc. iiij. vel quod sufficiat psymmithij, vnc. i. plumbi, vsti, & loti, pompholigos, vel spodij, olibani puri, ana vnc. i. confice sic. cera & oleo lento igne liquefactis: & ab igne depositis puluerem specierũ subtiliter tritum & cribratum adde: & in mortario diutius cõmisce, & supra scriptum succum sæpius infunde. Cũq; per. vi. horas sine intermissiõe agitatum fuerit, coagulari permitte: & supernatantem succũ proijce, & vtere. Vnguentum qđ prodest vulneribus æruginosis, fistulis, & cancris. Reci. axungiæ porcinæ vetustissimæ, vnc. ij. olei antiq. vnc. iij. vitreoli, drac. iij. auripigmenti, drac. ij. aristolo. ro. ireos, ana drac. iij. terenda optime terantur: & axũgia liquefiat: & cum oleo in mortario tundantur: donec fiant sicut medulla: postea misceantur cũ axungia ad ignem, donec sufficiat. Macer dicit: ꝙ vulneribus inueteratis et cancris prius lotis cũ uino: ponatur caulis tritus desuper, & mutetur bis in die. Item cerfolium cũ melle tritum medetur cancris. Item cinis anethi cõbusti positus frequẽter in cancris & sordidis vlceribus membri uirilis: curat oĩa prędicta. Lolium tritũ cũ rafano, & modico sale, cãcros, & pascẽtia vulnera curat.

Dragõtea magnum solet cancris pręstare iuuamẽ.

Puluis quo sicut idẽ Macer ait, experti nil esse vtilius dicunt. Reci. pulueris stercoris humani cõbusti, piperis, ana fiat puluis, & superponatur. Vnguẽtum diaphœnicon quo Gal. vtebatur ad mamillarum, cæterorumq; locorũ loca erysipelata: cõpetenter enim infrigidat vulnera, replet, & purgat inguinis stromata, herpetes, cancrenosas vsturas, & omnes rheumaticas passiones sine suspitione curat. Rec. lithargyri, olei veteris, amborum, ana lib. ʒ. cerę, lib. ʒ. axungię porcinę nõ salitę, vnc. i. & ʒ. chalciteos, seu sinopidis, vnc. ij. et. ʒ. chalciteos diu ĩ mortario cũ oleo simul tere: delnde lithargyrum supermitte: & ad solem tribus diebus cõmisce: nouissime axungiã superfunde: & optime cõmisce: & cũ bene miscueris, lento igni applica: & cum spatula de viridi palma excoriata cõmisce: & ad plenum decoque: & vsui reserua.

Si farsus cancro superuenerit, de mille hoc vnum probatũ sufficiat. Puluis ad farsum hominis vel equi & ad omnem plagam malã hominis vel equi. Re. draganthi, boli, sulfuris, gallæ, fuliginis, ana vnc. i. aloes, myrrhæ, olibani, atramenti, picis nigræ, cornu ceruini, aristolochia long. & ro. foliorum myrti, corticis, mali grana. gypsi, aluminis, salis, saponis, ana vnc. ij. panis hordeacei, testarum oui, mellis combusti, ana vnc. iij. pulueriza & superasperge.

Vnguentum ad carnis regenerationem post extirpationem cancri, secundum Rasim mirabile. Recip. lithargyri triti, sicut alcool, vnc. i. olei, vnc. iij. coquantur agitando, donec resoluatur lithargyrus. postea. Recipe, olibani, sarcocollæ, sanguinis draconis, galbani, colophoniæ, ana drachmas. ij. puluerizata omnia & cribrata prædictæ decoctioni cõmisceas, et decoquas, donec ingrossentur: cura cũ eo vlcera, cũ sanguinolenta nõ fuerint. Ad idẽ æstatis tempore, & quando vlcera indigent refrigeratione, cum in vulnere, scilicet fuerint calor & ardor. Reci. lithargyri triti sicut alcool, vnc. v. misceas cũ aceto, & teras cũ eo, donec resoluatur, & mollescat: deinde oleum ros. desuper effundatur, donec ingrossetur. Et nota cũ teris, nunc acetum, nunc oleũ superfundenda sunt, donec infletur: & ad magnitudinem deueniat, & fiat vnguẽtum. Cui postea admisceas cerussæ, drac. v. camphoræ modicum: tere cum eis, & vtere.

Bugantiæ sunt vlcera in calcaneis, quę plurimum consueuerunt accidere adolescentibus tempore magni frigoris: & curantur sic. Accipe cortices mali granati, gallarũ: pulueriza, & coque in aceto: postea cola, & in colatura intinguas stupam canapinam: & superponas vsq; ad desiccationem: postea cura cũ vnguento facto de aloe hepatico, thure, mastiche, sarcocolla, sepo arietino, & cera: & superponas in modum sparadrapi. Item ad idem fel porcinum desuper ponatur: nec remoueatur donec sanetur. Experti dicunt: ꝙ certa res est.

Item nota: ꝙ ab ipso principio si cancer non videtur posse curari per localia: digeratur materia cũ tribus partibus cum oxyzachara, et quarta oxymelitis: digesta materia purgetur cum cathartico imperiali, quod purgat vtranq; choleram: tertia die fiat stupha de herbis frigidis, & quibusdam calidis exeunti a stupha: offerantur tres partes rubeæ trochiscatæ: & quarta theriacę maioris, cum uino bene lymphato. sequenti die fiat phlebotomia de hepatica, vel aliqua aliarũ secundũ positionem materiæ. Si autem cancer sit inueteratus: particularibus cõuenientibus digeratur materia cũ tribus partibus oxymellis prædicti squillitici, & quarta oxyzacharę, digesta materia, purgetur cum tribus partibus hierę logodion, & quarta cathartici imperialis. tertia die fiat stupha de herbis calidis: exeunti a stupha, offeratur theriaca maior cũ vino calido. sequenti die si corpus sit plethoricum, fiat phlebotomia: si non est plethoricum: ponatur ventosa in proximo fonte: vel si locus rubuerit, vel caluerit, ponantur sanguisugæ. Scabiosa cum axungia contrita & superposita cancro expertissima est.

Vnguentum vlcera tibiarũ æruginosa plana optime desiccans, & cauterizans, & malã & superfluã carnem corrodens, probatum. Rec. calcis vi. cerussę, ana terantur, & distemperentur cum succo foliorũ cucu

meris asinini: deinde addatur axungia porcina colata ad quantitatem qua fiat in modũ vnguenti. postmodũ addatur modicũ mercurij, extincti cum saliua.

Item vnguentum ad refrigerandum, & pruritum ex vlceribus remouendum. Reci. lithargyri, mercur. olibani, ana vnc. i. olei rosati, cerussæ, ana vnc. ij. mastiches, vnc. i. &. ʒ. fiat vnguentum.

Vnguentũ Rasis ad consolidationem vlcerũ multarum humiditatum, et generationẽ carnis in eis: & remotionem humiditatis eorum. Re. lithargyrum pulurizatum: & ex aceto aqua & oleo simul in mortario imbibatur, donec ad vngnentũ perueniat, & albificetur. Deinde. Reci. calcucæ, balaustiarum, antimonij, cucumeris, gallarũ, sanguinis draconis, aluminis, cadmiæ argenti, omnium, ana. hæc omnia puluerizata desuper mittantur: & in mortario donec vnita fuerint agitẽtur: deinde ex hoc vnguẽto vulnera, in quibus est caro putrida, superponatur: et cum pãno suauiter ligetur: hoc vnguento tandiu vtendũ est, donec in vulnere tantum carnis generetur, quod sufficiat, et ipsum induret: & coriũ perfecte inducat. Dicto de cancro ꝙ est vlcus melancholicum: quod secundum plurimũ fit ex vulnere siue vlcere male curato: dicendum est de cancro quod est apostema melancholicũ: & fit a causa interiori.

*De apostemate melancholico qui dicitur cãcer. Ca. VII.*

Cancer est apostema melancholicum ex melancholia adusta materia cholerica, sicut dicit Aui. Et quandoq; accidit incipiendo: quandoq; post apostemata calida, cum indurantur. & in principio si sue curatur ei, quandoq; stat & sanatur.

Et signa eius sunt: ꝙ incipit apostema simile auellanæ & minus: deinde paulatim augmentatur cum duritie vehementi, & tenebrositate coloris, & rotunditate figuræ: & aliquantulo caliditatis in tactu: Et quando incipit magnificari, apparent in eo venæ virides, & habet radices penetrantes in corpore.

Et cura eius est sicut dicit Auicẽ. cura dicta in capitulo de lepra, ex phlebotomia, et assiduatione eorũ, quæ educunt melancholiam: & permutatione sanguinis totius corporis cum sanguine nouo, subtili, aquoso, temperato, per cibos humectantes, laudabilis humoris & boni. Et cãcer nascitur in qualibet parte corporis: sed pręcipue in mamillis mulierũ: quę nõ purgantur naturaliter, & tẽpore solito menstruis. Nam omnes mulieres quæ tẽpore solito & congruo ex more purgantur: & sanæ sunt, & raro huiusmodi ægritudines illis contingunt. Generaliter autẽ sicut dictum est, cancer ex melancholico humore nascitur: quia ex nigra fæce sanguinis, & spissa, sicut dicit Gal. admisto felle ruffo. Hæc cum abundauerint, & excreuerint, miro modo vitia in corpore generant, nõ solum canceromata: verum etiã varices & elephantias. Aliquoties etiam hic talis humor per hæmorrhoidas purgatur: quia splen nõ potest tantum quantũ moris est, ad se trahere, atq; consumere: & infunditur in venis, & in cute totius corporis, & maxime in extremitatibus, sicut in vultu, manibus, et pedibus: & dicitur elephantia. Aliquoties etiam in partibus corporis cui dens nascitur, vt in mamillis: & occultus, vt in matrice: & dicitur cancer. Videntur etiam venæ locorum vbi consederit hic talis humor, plenæ atq; tensæ sanguine corrupto, nigro, & spisso: & quanto nigrior & **E** spissior fuerit, tanto peior & ꝑiculosior credẽdus est & grauior & insanabilior causa, si cum cancro pedes, ac si venæ tensæ ex vtraq; parte cernuntur. Quam quidẽ causam ait Gal. Scias a nobis in principio mox incipientẽ medicamine ferreo, facile fuisse curatam. inueterata autem, sicut ipse ait, nullo potuit medicamine, nullo vnquã fine sanari. Quippe si excreuerit, & totam mamillam occupauerit: dubium est de morte: quia hæmorrhosagia verenda est, & phlegmon ex quo solent febres acutissimę nasci: quæ vulnus sordidant, & periculũ mortis inferunt: & reos constituunt medicos. Oportet ergo mox in principio purgari eos frequenti purgatione, quę melãcholicum humorem purget: & tandiu id faciendũ est, donec causa penitus diminuta purgeť. sunt vero purgatoria ad hæc vtilissima, quę recipiũt epithymũ. Deinde si nihil obstet vel prohibeat sanguinis detractionem: **F** phlebotomia fiat de brachio. Denuo ĩtermissis diebus purgatorijs purgabis. Et si mulier fuerit ætatis congruæ menstrua vehementer prouocabis. Quia si quinquagenaria fuerit, quæ patitur: minime hoc facere poteris. Et locũ ubi cancer fuerit, succo strychni frequẽter linies: quia materię huius morbi cõgruit. ꝙ si hoc modo facere nequiueris, succũ ipsum misceas medicamini, qđ dicitur diapompholygos, quod dictum est in capitulo pręcedenti, & in modũ ceroti temperabis: & in linteolo mũdo inductum adhibeas. Nam cancer si iam vulneratus est, prædictis curabis medicaminibus: & magis illo quod dicitur diapompholygos.

Diæta. Maxime his cõuenit succus ptisanæ in lacte decoctę, et in aqua de oleribus maluarũ blettarum, attriplicũ, & tempore suo cucurbitę decoctæ. **G** de piscibus autem dabis omnes aspratiles, et saxatiles. de volatilibus omnes ꝑter aquaticas: et vitellos ouorum sorbiliũ, & similia. Et quando est caliditas, detur lac vaccinũ statim extracto ab eo butyro. Et regimen in solutione ventris ipsius est, vt sumat frequenter qualibet uice quatuor aureos epithymi cum syrupo acetoso: & si fuerit fortis, detur hiera ellebori.

*De formice siue noli me tangere. Cap. VIII.*

Formix vulgari sermone noli me tangere dicitur. Morbus est qui fit in ore, aut in vultu, et in naso, lente crescit quasi pustula toto anno manẽs parua: et in summa noli me tãgere est quoddã apostema, quod fit a mento superius. et dicitur noli me tangere, quia est nimis de contagiosis morbis: vel dicitur noli me tangere, quia si tãgatur, magis fluunt humores ad **H** ipsum: & sic augmentatur morbus. Fit ergo de duplici cholera: quarũ vna non est adusta. idcirco prętẽdit iuxta radicem rubeum colorem. altera est adusta: vnde prætendit superius nigrum colorem.

Primum consiliũ est, vt digeratur materia cũ oxyzachara: purgetur cũ cholagogo. Et mũdificentur humores q parati sunt aduri, sicut sanguis, & cholera. Tertia die fiat stupha de herbis frigidis. & aqua exeunti a stupha offeratur theriaca cũ vino, & aqua decoctionis linariæ. Sequenti die fiat phlebotomia de hepatica: quia humores calidi vbicunq; sint, originem habent ab hepate: vel melius de cephalica. Remoueatur ergo crusta cũ rasorio, vel cum alio. & puluis factus de salgẽma, & cineribus vitium siccarũ bene vel veterum, quæ meliores sunt, attramento, calce viua, et tartaro, ana, distemperetur cum lixiuio facto

cto de cineribus dictarũ vitiũ: vt sit mediocriter spissum: & tota nocte superponatur: & fiat illinitio circũ quaq; cũ populeon. In crastino autẽ remoueatur: & si adest pellicula, cum rasorio auferatur: & tunc distẽperetur puluis salisgẽmæ cum succo plãtaginis: & fiat mediocriter spissum: & superponatur. & tũc folia plãtaginis trita, & modicũ expressa a succo superponantur. Ad vltimũ folium plãtaginis integrum superponatur: prius tamen lauetur bene locus cũ prędicto lixiuio: & desiccetur cũ pãno vetusto rarefacto: & ita fiat per nouẽ dies. Mortificato apate, apparebit caro rubea sine aliqua infectiõe effundẽs sanguineas guttas: & tunc apponatur linaria trita cũ toto succo, quæ facit ad pręseruationẽ & curationẽ. Sequenti die laue tur cũ pdicto lixiuio: & apponatnr puluis de ro. thure, et mastiche. Repleto ulcere, cicatrizetur vt dictũ est i aliis apatibus. Abstineat ab acutis acruminibus & salsis, & ab oĩbus inflãmantibus sanguinẽ. Item cõtra noli me tangere, vngatur locus succo caulis rubei freqnter in die. Item inungatur cũ sanguine alicuius hoĩs, qui eundẽ morbum passus fuerit: quia specialis cura est in hac passione, & infallibilis.

Alij prædictum experimentũ pretiosum & valde probatum asserẽtes hoc taliter fieri mãdant. Quęre de plãtagine plenas manus tuas: & sit in tali loco nata, q sol oriens aspiciat eã. Collige herbam, & ablue eã bene: deinde in mortario mundo pistello mũdo tere eã multum, vt possis habere de succo: & cũ succo distẽpera aliquantulũ de salgẽma, ita spisse, ut plagella fiat: deinde auferas crustam desuper a morbo: & de vrina patientis laua morbũ bene cum vna pẽna. ad vltimũ pone desuper plagellã: & reserua quod residuum fuerit de succo: quousq; aliã facias plagellã. Hoc autẽ emplastrum maneat super morbum a mane vsq; ad nonã: quia nimis est graue: nec ęger dum emplastrũ habuerit, potest bene comedere propter dolorẽ. Remoto emplastro in nona comedatur: postea ponat aliud emplastrum: qd sic fit. Fiat lixiuiũ de cinere vitium: & distemperetur cum eo calx viua, tartarum, et attramentũ añ. & sit spissum vt inde possit fieri emplastrũ, & in nona super vlcus ponatur vsq; mane: & tũc prędictum emplastrũ de salgẽma & plantagine imponatur vsq; ad nonã: & tunc vt diximus alteretur emplastrum: ponẽdo de calce & reliquis: & illa duo alternatim ponãtur, donec sanet p. v. vel. vij. hebdomadas. Infra enim hoc tempus sanari solet cũ cura huiusmodi morbus iste. Caueat a vino, caseo, omni legumine, & ab omni carne melãcholica, sicut bouina, vaccina, leporina, ceruina, & similibus. & vitet omnia indigestibilia, vtendo digestibilibus, sicut bono pane, pullis gallinæ, cũ aqua. diligenter enim est dięta frigida obseruanda: quia ex dolore prędictę medicinæ, sicut vidimus plerunq;, accidunt acutę febres.

Alij aũt prędictum succũ cum salgẽma super vulnus distillant, et cauẽt tunc ne locus patiens aliqua re tangatur, nisi sola medicina: & quoties locus desiccatur, prędictus succus distillatur: et hoc fit per diẽ vnũ & noctem, vt prędictũ est. Alia die prędicta ponãtur puluerizata, aut cũ lixiuio distemperata: & hoc cum penna: ad istud remouendũ stilletur oleum de lentisco, siue oliuarum in circuitu, & desuper per totum: et si fecit crustulas aut squãmas, insufflendo remouẽt: aliter nunquã locum tangunt. Item ad idem aliud iucundum. Infunde bis in die loum succo linariæ herbę & plantaginis: & ipsam herbam tritam desuper postea ponas: & si vis vt malum mortificetur, adde salgẽmę, attramentũ. Morbo mortificato fac emplastrũ de salgẽma & amylo distemperato cum succo plantaginis: & appone donec sanetur.

### *De herpete esthiomeno, siue lupo.* *Cap. IX.*

Herpes esthiomenus est apostema, & dicitur q̃si seipsum comedens: & alio nomine dicitur lupus: & quãdoque fit ex erysipelate pręcedente: quandoque a causa intrinseca, sicut ab humore corrupto transmisso ad membrum & corrodente ipsum, cui insidet: et aliquando ab vlcere malo, aut bothor nigro, aut viridi, aut ea quę habet colorem pauonis, accidit vlcus pessimũ ambulatiuum: & incipit dilatari velociter. & in principio eius magnus est feruor punctionis & arsuræ. Inueteratus lupus cognoscitur per mẽbri duritiẽ & nigredinẽ, & in profundo corrosionẽ.

Oportet vt festinetur ad cauterizandũ ipsum: aut ponatur super ipsum medicamen acutũ: & liniatur in circuitu eius cum luto & aceto. Cum ergo denigratur, & mollescit nigredo eius: tunc ponatur super ipsum sulphur contritum confectum cum butyro, donec cadat nigredo. Et iteretur illud, donec cadat caro mortua mala tota. deinde abluatur cum aceto & aqua: & curetur cum medicamine generatiuo carnis: & nisi succurratur cito, dilatabitur nimis. Ego autem semper curaui sic: & bene. quãcito deprehendi herpetem: tãcito nullo alio pręcedenti, etiã in hominibus valde plethoricis apposui arsenicũ sublimatum: quod in herpete tam cito dolores punctiões & arsuras: quas in aliis locis, infert, tollit: & herpetem mortificat: & prohibet dilatari: postea procurato casu carnis mortuæ, cum regeneratiuo carnis curaui: & sic cito semper sanaui. Et in summa cura herpetis esthiomeni est cura cancri.

### *De cancrænis.* *Cap. X.*

Cancrænę dicuntur nõ præmortuæ carnes, sed adhuc morientes. aliquantulũ tamen vitæ sensusque retinentes cum nigro colore. Crosis dicitur caro: q pene mortua est, & sine sensu. Ideoque neque ferrum, neque ignem sentit. Vnde mox vt saniatio euenerit, ferro secari debet vsque ad viuũ, & vsq; ad locum sanum: ita vt nihil de mortua carne remaneat: deinde cauterizãdus est locus. Pars vero quæ nondũ priuata est sensu, nec penitus mortua: frequẽti scarificatione purgetur. Nũc multis & profundis plagis: nunc paucis & leuibus: sicut locus & causa postulauerit: detracto sanguine mortuo, & constricto post scarificationem, vtaris medicaminibus: quibus putrida curantur vulnera, id est farinam orobi cum aceto & melle decoquas, & cataplasma locum. Idem facit farina fabæ cum aceto & melle cocta, & apposita. Et si volueris vehementius siccare loca: adde his aliquid salis: deinde si opus fuerit, vtaris trochiscis Andronis, et Musę, et resolutis trochiscis cũ aceto vel vino loca linias. Et cũ adhibes huiusmodi medicamina violẽta: caue vt semper attendas ad qualitatẽ et habitudinẽ corporũ, & virtutem infirmi. Si. n. durus et fortis corpe est: facile fert vim medicaminis. Si mollis & tenuis est: non fert: necesse est. n. alia adhibere in virtute medicamina, q̃lia viderimus et corpora: quia

vir, mulier, & infans multū distant corpore & virtute. Similiter si de rure sit quis et opere quotidiano: vel si de vrbe & ociosus: & si iuuēis aut senex: & si cōsuetus aut nō consuetus hęc pati. Et si necesse fuerit amputari aut secari aliquod corporis mēbrū, vsq; ad loca sana abscindas: ita vt nihil carni putridę derelinqs: sed magis de viua aut sana carne aliqd auferas. Sic enī melius & citius curabis. Et qñ cauterizabis locum, folijs porri teneris cū sale tritis cooperies. sic citius eschara cadet, atq; feruor minuet. Hoc etiā ad canis morsum vtilissimū est mox appositū: et post triduū sublato porro, puluere cephalico, id est de hermodactylis cū melle vtaris: & citius cadet eschara. Excutit etiā escharam medicamē, quod dicitur tetrapharmacō & macedonicon. quod Reci. taurinū. vel bubalinū sepum, & caprinū, oleū, & cerā. Et omnia medicamina quę suppuratione faciunt, id est quæ ad saniē cito perducunt. Itē facit panis cum apio viridi, vel cum ozimo contritus, et appositus rūpit & separat escharas. Idem facit iris, si cū melle teratur: similiter & aristolochia lōga, & acorus. Et si infirmus fuerit molli carne: sufficit farina herbi cū melle: si ad excutiendas escharas apponatur. Idē facit thus masculum cū melle: & medicamen quod dicitur Macherion & Isis cū melle solutum. Prædicta medicamina excutiunt escharas: & cum ceciderit eschara, epuloticis curabis: quia cito sicut dicit Galenus, huiusmodi ęgritudines cicatrizāt, & sanant. Et Auicē. dicit, φ semen rafani cum aceto eradicat vlcus cancręnarū integre: & similiter operatur in impetigine.

*De apostemate secundum omnes suas species.* Cap. XI.

APostema est tumor vel inflatio membri præter naturam.

Cuius causa sicut asserit Aui. duplex est. scilicet antecedens, & primitiua. Et antecedens, quidem causa est interior: quæ ex repletione & corruptione fit humorū: & fit ex nutrimēto membri superfluo. unde omne membrū quod nutritur, apostematur ex superfluitate humorū & nutrimenti. Ideoq; in osse etiam accidit apostema. Causa vero primitiua est exterior quæ ex casu, percussione, & similibus accidit. Apostematis causę materiales, sicut dicit Auic. sex sunt, quatuor scilicet humores, & aquositas, & vētositas: & sic ex eis sex genera apātū generātur: ex quorū diuersa cōmistione, multę aliæ species possunt puenire: quorum noīa nō habentur. De simplicibus tamē dicimus: φ aut fit ex sanguine, & dicit phlegmon: aut ex cholera rubea, & dicitur erysipelas: aut ex phlegmate, & dicitur zimia: aut ex cholera nigra, & dicitur scirrhos, aut cācer: de aquositate vero hydropisis generatur, siue ramex in testiculis: de ventositate, cachexia. Cōpositorū aūt apostematū, pauca habētur noīa sicut phlegmonodes de sanguine & cholera sanguīe domināte. erysipelatodes domināte cholera, ex eadem: ex eisdem sanguine & melancholia adusta, anthrax: ex phlegmate & melancholia, glādulæ molles.

Et signa phlegmonis secundū Ioannitium & alios antiquos sunt hęc, calor, rubor, pulsus, dolor, & tumor. Ex cholera rubea signa sunt, calor, rubor mistus cū citrino colore, doloris magnitudo, & velox augmētatio. Ex phlegmate signa sunt, albedo, mollities, ita ut si digitū impresseris, penetrat in eo faciliter, & quasi signum foraminis derelinquit.

E Ex cholera nigra signa sunt, ingens durities cū nigredine, absq; sensu. Et scias, φ apostemata teste Auic. parū fiunt singularia. Verum plurima eorū sunt composita: & compositorū difficilior est notitia propter cōpositionē signorū. Astutus tamē diligens, & assuetus medicus subtiliter intuetur: & secundū prudentiā suam agnoscit, & indicat: deinde secundū materiam magis & minus, aut medio modo curā īpendit. Et ego quidem rememorabor ad pręsens secundū fortitudinē virtutis meę singulariter et distincte curationē vniuscuiusq; speciei secundū canones antiquorum: et ponam curā dñi Hug. sicut in cæteris hucusq; feci. primo tamen ponam ea quæ vniuersaliter conueniunt: postea ad curas particulares descendam.

Si apostema fit a causa exteriori primitiua: sicut percussione, casu, & cæteris, sine cor-
F poris repletione, non est necessaria euacuatio. Sufficit enim humorū repercussio, & membri confortatio. Si aūt cum repletione fuerit: euacuandū erit. Apostema vero a causa interiori, siue antecedente, quod idē est: nō est sine repletione vniuersali, vel particulari: et propter hoc vniuersalis vel particularis pręcedat purgatio. postea cū repercussiuis & membrorū confortatiuis insiste. Vniuersalis autē cura oīum apostematum, antequā indurentur, est purgatio. Purgatio autē membri apāti fit cum mollificatis: sed quia membrorum alia sunt rara, alia sunt spissa: cuilibet cōuenit propria medicina. Idcirco si curare debueris, chordas & ligamēta miscenda sunt, sicut pręcipit Gal. cū mollitiuis incisiua: quorum unū est acetū: qd' Gal. testatur frequenter se posuisse in duris apostematibus. In ligamentis tamen & chordis, lapidē molarē in aceto ex-
G tinguas: & proprie marchisitā: quam si nō habes, lapidē molarem: & apātis locū super fumū teneas: & suffumiga: postea mollitiua superpōas. Ab initio enim oleum infundi: sicut dicit Gal. Oportet studere tamē vt sit subtile: & aliquando coquitur in eo radix maluę, & elaterij, & similia. Acetum vero raro imponatur cū diuturnū extiterit. sæpe enim impositū nocet neruis: proinde in ligamentis & chordis nō ponatur sępe. In splene vero & locis carnosis acetū bonum est: quoniā rara sunt. Itē ammoniacū cum aceto, bonū erit in splene. In apostematibus calidis post euacuationē, ponēda sunt repercussiua pure frigida. In apostematibus frigidis ponantur repercussiua, in quibus virtus existit calida: sicut est sqnāthū, absinthiū, & folia caulis. Naturalis aūt ordo curādi apāra est, vt in principio apponātur primo repercussiua: In au-
H gmento, misceantur dissolutiua cū repercussiuis prędurantibus: In statu, ęqualia sint repercussiua cū dissolutiuis: in declinatione vero, vtendū est dissolutiuis abstersiuis mundificatiuis. Principiū apātis dicitur, cū materia incipit locum extendere. Augmētū, cum capacitas & concauitas, manifeste augētur. Status, cū grossities cessat augmentari. Declinatio, cū incipit minui: & cū maturatur & manifestū est caput: & sanies incipit depurgari. Iste autem ordo naturalis qui dictus est, aliquando mutatur ex aliquo impedimento. Primū est si materia fuerit venenosa: quę magis est ad exteriora trahenda quam repercutienda. Secundum est materiæ multitudo: quam si repellas, timendū est, ne ad membrum nobile mittas. Tertium est, materiei grossities, & frigidas ipsius: quam si repercutias, indurabitur sicut lapis: & locus dupliciter mortificabitur, scilicet

scilicet frigiditate materiæ, & repercussiōe. Quartum est, materiei paulatina congestio, quæ magis est dissoluēda quā repercutienda. Quintum est, apostema criticum vi naturæ transmissum a membris nobilibus ad membra ignobilia. Sextū est, propinquitas ad membrum nobilis operationis: vt si fiat apostema in aure vel in collo, uel sub ascellis, uel in inguine: cauendum est a repercussiuis: īmo apponemus quod augeat apostema: ut materiam ad loca prædicta trahamus, nō curantes de malitia illius membri: dummodo malitiam a mēbro nobili & principali detrahamus. Si enim repellatur ab inguine: testiculi vel hepar corrumpūtur: quæ p inguina superfluitates suas emittunt: si ab ascellis, timendum est cordi vel pulmoni: si a collo, timendū est gutturi: si ab aure, timendū est cerebro. Exceptis prędictis casibus: & remota corporis repletione, in ipso principio repercutiendū est per frigida & sicca: & in contrariā partem trahendū, uel per exercitiū in opposito factū, vel per ventosam attrahentē, vel per emplastra calida attrahentia. Si autē apostema venitiā ad cōplementū, maturatiuis est vtendum talibus, quę calida sunt, oppilatiua, cōglutinatiua, calorē retinentia. Generale autem maturatiuum est hoc. Re. altheam, liquiritiam, se. lini, iuiubas, ficus siccas, radicem lilij. hęc diu coquantur in aqua. postea ablatis iuiubis et liquiritia, alia fortiter cōterātur: deinde apponatur farina orobi, seminis lini, fœnugræci. & bene omnia incorporentur: & fiat prius inunctio cum dialthæa, vel butyro recenti. Hoc enim maturat apostema interius et exterius: & plurimum valet in apostemate duro, et siccco. de quo ab ipso principio timendum est: ne apostema induretur, & fiat lapis.

Deinceps ad particulares curas apostematum veniamus. Cōsiderari autē omnia oportet, vtrum materia sit simplex, an composita: quoniā simplici simplex cura: compositæ debetur composita. Notandum est etiam a principio, vtrum sit sanguineum, vel cholericum: quæ distinguuntur per signa iam dicta. & in hoc etiam, quia sanguineum magis profundatur, & maiorem habet pulsationem: & magis est rubeum & latum in superficie: cholericum vero, acutius & eleuatius, & in dolore intensius, & in colore citrinius. Dicemus ergo primo de phlegmōe, qui fit ex sanguine.

Et phlegmon quando accidit, nō euacuatur, quin causa eius sit primitiua. aut enim inuenit corpus mundificatum: aut repletum. Si autem mundificatum, tunc sicut ait Auicenna, non est aliud necesse nisi curare apostema inquantum est apostema, scilicet extrahere materiam extraneam, quæ facit accidere apostema: & fiat id cum mollificatiuis, & resolutiuis, lenibus. Et quandoq; necessaria est scarificatio, præcipue quādo apostema est multæ materiei. Ille autē phlegmon, qui inuenit corpus repletum: non est præsumptio, vt curetur primo cum resolutiuis: ne forte materia trahatur ad locum plus, quā resoluatur ex ea: sed est necessarium soluere ventrem: & proprie quando corpus est nimis repletum, & apostema magnum. Deinde fiat administratio medicinarū resolutiuarū, mollificantium. Inquit, & nō differt ab eo, q corporis mundificationē inuenit: nisi quod non indiget refrænatione plurima in principio: sicut ille: īmo minus illo. Cū autem causa phlegmonis fuerit antecedēs: tunc necesse est a principio, vt fiat phlebotomia a par-

A te cōtraria secundū positionē materię: & fiat etiam solutio vētris, si necessitas nimię repletionis, aut magnitudo apostematis prouocat te ad illud: deinde ad mēbrum ægrū redeas: & administra in principio repercussiua pura cū stypticatione: nisi apostemata fuerint in locis euacuatorijs iam dictis: ex quibus timetur, ne materia ad membrū redeat principale: īmo cura imponenda est: sicut est iam dictū, vt materia ad membrum trahatur ignobile. Quod si materiā in principio refrænare nō poteris: tunc ab augmento vsq; ad statum ponenda sunt, partim repercussiua, & partim resolutiua: sicut habitum est superius. Et de melioribus, quæ administrantur in hac hora: sicut Gal. testatur in libro de simplici medicina, est oleum ros. quoniā ipsum resoluit ex parte olei, & refrænat cū stypticitate ex parte rosarum. In statu autē & in declina- B tione pura resolutiua lenificantia ponantur. In declinatione tamen necessario ponantur fortiora resoluētia, quam ponantur in statu.

Si autem nō sufficiat, & videas apostema declinare ad exteriora: tūc pone maturatiua: vt sanies aggregetur in eo, & aperiatur: sed post apertionē, mundificatiua, & carnis generatiua ponenda sunt: sicut aristolochia, thus, myrrha, & similia. Vel pcedas sic: In sanguineo apostemate, id est in phlegmone, ab initio fiat phlebotomia ī parte opposita. In cholerico, detur cholagogū, vel aliquid solutiuum cholerę, quod nō nimis calefaciat, sicut diaprunis, uel syrupus uiolarū, et serum caprinū cū scāmonea. Deinde cū epithematibus, in qbus sint infrigidatio et humectatio, sicut psylliū conquassatum in aqua citrulorum, rasura cucurbitæ, citroli, & portulaca contrita, & similia ex herbis C frigidis. Cum aūt ad statum peruenerit apostema, necessaria sunt ea quæ resoluunt cū facilitate: de quibus aliquid misceatur cū prędictis medicinis. Apostema tamen cholericum parū indiget resolutiuis: quoniā post statum resoluitur per seipsum: & infrigidantia imponenda sunt loco, donec locus incipiat dealbari. Infrigidantia autē sunt. hyoscyamus, lactuca, portulaca, virga pastoris, psylliū, solatrum, lentigo aquę: succi prædictarum herbarū per se, vel cum farina hordei imponantur. Si locus propter infrigidantia, in viriditatem vel nigredinem cōuersus fuerit: oportet locum aqua calida fomentari suauiter: deinde locum scalpella. Si materia fuerit coagulata: aqua calida cū pauco sale infundatur. sic enim præcipit Gal. Cōpleta repercussiōe, apponatur emplastrum de cera, oleo, & farina hordei in apostemate cholerico. In apostemate sanguineo, fiat emplastrum de succo apij, farina D fœnugræci, & melle: vt resoluatur, quod influxit: ne cōuertatur in erysipelas vel carbunculum: & fiat emplastrum de farina hordei, & coriadro. Et Rasis in libro diuisionum, dicit: q apostemata calida perueniunt ad vnam triū rerū. Aut enim sanantur per resolutionē: cuius signum est minoratio materiei: & diminutio pulsationis & doloris. Aut faciunt collectionē saniei: cuius signū est calor vehemens: & pulsatio assidua: quā infrigidatio nō prohibet: deinde sedatur pulsatio: & lenitur apostema. Aut apā fit durum: cuius signum est: q minoratur apā: et sedatur dolor: & augetur durities. Quando ergo vides apostema in via resolutionis: adiuua ipsum ad resoluendum. Et similiter quando delinat ad saniem: fac vt maturetur velociter, & aperiatur. Quando vero fit apā durum:

cura ipſum cum lenitiuis, in quibus eſt calefactio: donec leniatur. hęc enim eſt generalis cura in omni apoſtemate calido. Medicinæ repercuſſiuæ, ſunt ſuccus ſolatri, & eius ſubſtantia, ſemperuiua, endiuia, portulaca, raſura cucuritbæ, virga paſtoris, ſuccus pſyllij, aqua roſ. acetũ, ſandali, memite, cãphora, roſæ, & ſimilia his ex rebus frigidis & ſtypticis. Et quãdo decoquuntur cortices granatorũ, acacia, et ſumach in aceto, & ſucco ſemperuiuæ, & intingitur in eis ſpongia: fit repercuſſiuũ bonum. Crocus cum admiſcetur eis, iuuat ad ſedationẽ doloris. Mollia vero & reſolutiua, ſunt ſicut farina tritici, farina fabarũ, folia maluarum, maluauiſcus, ſemẽ lini, fœnugręci, chamomilla, et eius oleũ, abſinthium, melilotum, adeps gallinæ, anſeris, & vitulorũ, omnes medullę, & vnguẽtũ diachylon. Itẽ repercuſſiuũ bonum in apoſtemate calido, fit de farina hordei bullita in aceto & in ſucco plantaginis: vel plantago teratur, & ſuccus, & folia tepida ſuperponãtur. Si vero nec ſic percuti poterit: materia reſoluatur cũ furfure triticeo decocto in aceto: & frequenter tepidũ ſuperponatur. Si autẽ nec ſic reſoluatur: teratur fermentum triticeũ cum axungia gallinacea: & ſuperponatur calidũ ad maturandum: quia fit collectio. In calidis vero apoſtematibus maturatiua ſunt. radix hyoſcyami, & tota herba cõquaſſata inuoluta in ſtupis madefactis, & ſub prunis decocta. hęc enim cum axungia valde maturat: & mitigat calida apoſtemata. Idem facit frumentum maſticatum cum ſaliua, aperit, et maturat. Idem facit radix porri cocta cum melle & oleo: maturat: & rumpit cutim vbiq; locorum in corpore. Maturato apoſtemate, ponantur rumpentia, vel ſecetur. Et ſcias amice: ꝙ huiuſmodi collectiones, ſeu apoſtemata, fiũt aut ex phlegmõe et eryſipelate male curatis: aut ex hũore corrupto ipſius loci, in quo naſcitur: aut ex humore cõfluente ad locũ ex alijs partibus corporis: aut ex uapore ſpiritus: vel ventoſitate corruptis humoribus commiſtis: aut ex thrombo ſanguinis conſtricto, ſpiritu ſibi admiſto.

Apoſtemata vero ſeu collectiones quæ intrinſecus fiunt, viſu, tactuq; carẽtia: nõ de facili cognoſcuntur, nec ſine periculo ſunt. cognoſcũtur tamen ex natura membrorũ. Si in thorace, ſi in pulmone, ſi in iecore, ſi in ſtomacho ſeu uentre, ſplene, latere, coxa: ſi intra coſtas, ſi in hymene coſtarũ, ſi in matrice: ex ipſorum locorũ dolore noſcuntur: qđ ſũma diligentia primo inquirendũ eſt: deinde potionibus medicandũ. a foris vero emplaſtris & vnctionibus curandũ, talibus ſcilicet qbus cauſa diſpergatur: aut ſiccetur. Et ſi hoc fieri nõ poteſt: fiant emplaſtra, quibus citius matureſcat, rumpatur, purgetur, & ſanetur. Et ſcias, ꝙ ſi collectiones ante diligentẽ purgationẽ cicatrizentur, ſeu ſanẽtur, patiuntur recidiuã: & rurſus ſordes ſerpunt. In principio igitur tẽtandũ eſt: ſi medicaminibus diaphoreticis, ſeu alijs congruis, diſpergi & ſiccari poſſunt. Quod ſi propter loci vel cauſæ difficultatẽ fieri nõ poteſt. properandũ eſt, vt citius matureſcãt: & dolor minuatur. Et quia freqẽter ex hoc febris naſcitur: circa diætam, cautela adhibenda eſt: ne aliquid ex hoc ſiniſtrum contingat. Si ergo volueris maturare: vtere emplaſtris maturatiuis iam dictis. Primo tamen locum aqua calida, in qua euiſcum decoxeris: fomentabis diutiſſime: & locum oleo calido frequenter inunge. Deinde pollinem triticeum tenuiſſimum cũ

E aqua & modico oleo diligenter decoque: & pro emplaſtro appone. hoc fac quouſque ad maturitatẽ perfectam duxeris apoſtema.

Si vero ne ad ſaniẽ veniat, reprimere & prohibere volueris: panẽ in aqua & oleo, diutiſſime decoq;: & cataplaſma: & hoc in principio cauſę, quia eſt diaphoreticum cataplaſma. Idẽ facit fermentum panis ſalitum, & optime in furno coctũ. Farina hordei coquatur, ſimiliter cataplaſma fiat. hordeum tamẽ magis deſiccat. panis autẽ paragorizat. vtilior etiam eſt panis ſi ſit opyrus, ſeu autopyrus, nec aquaticus. Opyrus autem panis eſt: de quo nec eijcitur ſimula, nec multũ furfuris. Magis diaphoreticum cataplaſma ſic fit: caricas pingues in aqua decoquas vſque ad ſpiſſitudinẽ mellis: & ea decolata, panẽ miſceas, & coque, & cataplaſma. Scias etiam ꝙ emplaſtrum de polline tritici,

F ad ſuppurandũ & maturandum efficaciter accipitur: quia proprie pyiticę virtutis eſt. Hordei autem farina eſt virtutis diaphoreticę ualde. Panis autẽ opyrus mediæ virtutis eſt: magis tamen diaphorericus, quã pyicus, id eſt tardior ad ſuppurationẽ, quam ad diaphoreſim. Et ſi apoſtema ſeu ſuppuratio fuerit profunda, & cutis ingens & groſſa: ſcarificamus locũ: non tamen plurimis neque profundis plagis: & deſuper ponatur cataplaſma de hordeo, ſicut dictum eſt. Et ſi ex hoc nullum beneficium ſenſeris: rurſum ſcarificabimus profundioribus plagis: quia ſine dubio quidam ſpiſſus et pinguis humor inhęrens loco quaſi quoddã glutẽ nõ poteſt aliter auferri. Poſt ſcarificationem vero cura vulnera tanquam plagas: quia talibus cauſis in principio, talia adiutoria cõueniunt. Et ſi videris tardiorem diaphoreſim fieri: aquæ vbi coxiſti cari-

G cas, adde, hyſſopum, & origanum: & erit vtilius. Si vero locum magis ſiccare volueris: adde his ſalem, ſicut videris expedire: & ſic facias, & vtaris cataplaſmate de farina hordei. Si vero vehementer volueris deſiccare: farina non ſit nimis furfurea: nec ſit penitus ſine furfure: & bene coquatur. Et dum iſta facis: quotidie diligenter locum conſidera, & caueas ne nimium deſiccando ſcliroſim inducas.

Si vero ſcliroſim fieri videris, citius hoc medicamine ſuccuras. Recip. radices cucumeris ſeu bryoniæ in aqua diutiſſime decoquas: & ſi neceſſe fuerit, addas, vt ſupra diximus, caricas pingues: deinde aqua colata farinam commiſceas, & adipem anſerinum & pullinum quantum videris expedire: pro quibus nõ habitis adipe porcino vtaris cum prędictis radicibus cõgrue coctis: addita etiam maluauiſci radice in aqua de

H cocta, ſimulque trita cum adipe, & pane. diaphoreticum eſt. Fortiorem autem prædictis virtutem diaphoreticã habet radix dragontheæ. Et ſi volueris vel ipſa, vtaris ea in huiuſmodi, ſicut de prædictis radicibus dictum eſt: addẽdo adipes malacticas. Nam ſi aliter vtaris, cauſam quidem & humorem loci ſiccabis, ſed ſcliroſim facies, quæ poſtea difficiliter ſoluetur: quia fit vt lapis. Et ideo huiuſmodi valde diaphoreticis taliter vti oportet: adipes ſcilicet malacticas admiſcendo. Itaque ſi cataplaſmando diaphoreticis ſenſeris oraium, id eſt duritiem collectionis nõ poſſe minui atque ſiccari: ſed magis ad ſaniẽ & ſuppurationẽ tendere: ſupradicto vteris cataplaſmate, id eſt farina triticea, cũ aqua et oleo cocta, q̃ ſicut Gal. aſſerit, mox maturat, & ad ſaniem ducit. Cum aũt bene videris maturatũ & molle factum, ſecurus incidas iuxta loci

&

& membri qualitatem. Cõmunis autem ſectio eſt in A
modum folij oliuæ ſeu myrti. Ceſſante feruore in
gyro & circa ſectionem phlegmonis, paracollecticis
curabis medicaminibus, nullã acredinẽ ſeu auſterita-
tẽ habentibus: ſed mediocriter ſiccantibus & mollien
tibus: quale eſt emplaſtrũ diazimis, vel diachalcuce,
vel oſtreon, vel diaphœnicon. Et ſi aliquid adhuc
feruoris remanſerit, ſolue diaphœnicon cũ oleo roſ.
& cum frigefactum fuerit, tempera cum vino, ducen
do cum manibus, & induc linteolo, & ſuperpone.

Si vero diſſolutũ videris & ſordidum apoſtema
factum propter nimiã ſuppurationẽ: quando ſcilicet
cutis ipſa eſt ſicut pannus tritus: & dicitur colpus, id
eſt quaſi ſinus pendens: nõ in ſuo tẽpore ſectus. tunc
maiori diligentia opus eſt: quia cito hæc cauſa ſolet fi-
ſtulas facere, aut rheumatiçare, & mutare loca, & qua
ſi paſcendo repere, tunc mulſa aquata laudãdum B
eſt vt pendignẽ vel colpum ipſum purges: & cum iã
purgaueris mulſa, tunc demum hydromelle lauabis,
injiciendo cum ſyringe vel aliquo ſimili inſtrumẽto:
vel injicias cum veſica porcina collo ueſicę ad injiciẽ
dum parato: ſicut in capitulo fiſtulę dictum eſt: & ſic
medicamen quod dicitur chalcucecaumenon modi-
cũ cum multo oleo roſ. tẽpera: uel medicamen quod
dicitur iſis, vel aliquid tale & tepide per auliſcum ſeu
colpum infunde: deinde leni petia minutiſſime carmi
nata claudas vulnus vel os colpi.

Et cum videris nutritã carnẽ, & factum carnoſum
atq; mundũ: apponas emplaſtrum peracollecticum:
quale eſt emplaſtrũ quod dicitur barbarũ: quod Rec.
ceræ, reſinæ frixę, picis brytiæ, bituminis, omniũ, ana
vnc. v. ceruſſæ, thuris, aluminis iameni, ęruginis, cam
panæ, vnc. iij. opopana. aluminis rotundę, laureolæ, C
croci, gallæ ſyriacæ, olei veteris oĩum, ana vnc. ij. cõ-
fice ſic. puluerẽ terendorũ in ſufficienti aceto in mor-
tario. ſine intermiſſione tere: ſolubilia cum oleo & ce-
ra ſoluta adiunge: & indeſinẽter cõmiſce: eo cõmiſto
magdaliones cõpone: & ſerua: facit autẽ ad oĩa vul-
nera recentia: proprie autẽ ad neruorũ muſculorũq;
contuſiones, laxata intumeſcere nõ patitur, articulos
inciſos iũgit: oĩa neruorũ periculoſiſſima vulnera mi
rifice ſanat: interius prius iniectũ: poſtea ſuperius ap-
poſitũ: ſumptũ vẽtres & veteres cõſolidat fiſtulas.
Vel apponas emplaſtrum quod dicitur diacurcume,
vel meline quæ recipiunt lithargyrũ. Oĩa enim metal
lica quãto magis fuerint excocta, fortius exiccant hu-
morẽ. Ideoq; huiuſmodi vtilia ſunt ad peracolleſim
pendiginũ, vel aliorum vulnerũ. Vtile eſt etiã quã
do apponis emplaſtrum peraccollecticum, appone- D
re ſuper emplaſtrum nouã ſpongiã in hydromelle in
tinctã atq; expreſſam. Ligatura ſit ſtrictior a calce col
pi, ſicut dictũ eſt in ſuo capitulo: veniens laxior vſq;
ad os vulneris: ſicut fieri cõſueuit in vlceribus cauer-
noſis. Emplaſtrum vero quod ſupponit, forfice ſcin-
datur, ut uulnus ualeat exhalare. hoc eſt ꝙ emplaſtrũ
in loco vulneris ſit apertũ ad euacuationẽ humoris:
quod tantum filis minutiſſime carminatis cooperies.
Et ſcias paracolleſim fieri optime, ſi ſaniẽ modicã can
didã & bene digeſtã exire videris, & neq; rubor, neq;
dolor, neq; feruor fuerit in loco infirmo: & ſi iã ſiccus
erit oĩno, ſcito peracolleſim factã. Si vero tertia vel
quarta die adhuc ſordidus & indigeſtus humor ſeu ſa
nies exierit plurima & cũ dolore: ſcias nõ eſſe factam
peracolleſim. tunc vtaris medicamine qđ dicitur cyr

A rhon: qđ cerã nõ recipit. quo nihil virtute ſiccius eſt:
& nihil eſt adeo peracollecticũ: ꝙ cõficitur ex metal-
licis, & oleo ſycionio & aceto. Inquit Gal. hoc me
dicamine ſcio me fiſtulas difficiles & profundas ſordi
bus plenas aliquoties curaſſe. Primo enim inquit lixi
uio laui per fiſtulã, id eſt triſtitiam: & cum purgaſſem
bene, ſuperpoſui hoc medicamẽ: & mox peracolle-
ſim feci: & ad integrũ curaui, ita vt colpos ſordidos,
& multã putredinem habentes: primo lixiuia cito la-
uandi & purgandi: deinde hydromelle lauandi: & ſic
medicamẽ ſupponẽdum: & deſuper ſpõgiola, vt ſu-
pra dictũ eſt, ponenda. Optimum etiã ad huiuſmo
di ſcito mel nõ nimis decoctũ: deinde ſublato ab igne
et tepefacto myrrham modicã, aut aloen, aut cortices
thuris, aut mannã tenuiſſime tritã ſuperaddas, & lin-
teolo ſuperduc in modũ emplaſtri: & tepidum ſuper
B ponas. Simili modo & centaurea minor facit, ſicut
& iris illyrica, & farina herbi cũ melle decocta: vtaris
pro emplaſtro: quia omnia peracollectica ſunt: ſed
iſta iã cocto melle & tepenti et ab igne depoſito ſuper
miſcẽda ſcito: & tepida in modũ emplaſtri ſuperpo-
nenda. Emplaſtrũ vero quod dicitur iſis de quo di
ctum eſt ſupra: qđ putridas plagas & humectas fiſtu-
las deſiccat, oĩa diuiſa deſiccãdo cõſolidat, & vniuer
ſorum articulorũ dolores peragoriçat: eſt, Reci. picis
nigrę, vnc. ij. galbani, calcutæ, terebinthinæ, aſpalthi,
ana drac. iij. & .5. colophoniæ, ceræ, olei. ana drac. iij.
opopanacis, cõfitę rubeę, olibani, viſci quercini, ana
drac. ij. ſtyracis calamitæ, lithargyri, chalcãthi, alumi.
floris ęris, propoleos, corticũ cappar. ana drac. i. anti-
monij, ceruſſę, ana drac. 5. cõfice ſic. lithargyrũ pulue
riçatũ cum oleo bullias lẽto igne: deinde cerã, picem
C adde. quibus liquefactis metallica oĩa ſpatula bene cõ
miſce. poſt viſcũ, propolim, galbanum, terebin. cõfi
tã, ſtyracẽ calamitã adde. ſic colophoniã & aſpalthũ
et demum opopanacũ & alumen: ultimo olibanum:
et ſpatula oĩa optime incorpora, et in aquã funde, ma
nibuſq; oleo perunctis circa ignẽ malaxando magda
liones informa, & vſui reſerua. Et Gal. dicit: ꝙ in
phlegmonibus, carbunculis, & formicis, ſi ſanguis
vſq; ad defectionẽ trahatur, nihil eſt adeo iuuatiuũ:
vtiliſſimũ enim eſt, ſicut ipſe ait, ſi cõtrariũ non appa
reat. Mẽbro vero ꝓpter ipſius incenſionẽ refrige-
ratiua ponãtur. Vbi etiã de peſſimitate materiæ time-
tur, repercuſſio verenda eſt, ne interiora lędantur.
Medicina ergo parum ſit repercuſſiua, & aliquantulũ
diſſolutiua, ſicut arnogloſſa, & lentes coctę cum mica
panis ſimilaginei. In vulnere vero fortior ponatur
D medicina: ſicut trochiſci Andronis, cũ uino dulci. Me
dicina vero quæ cæteris competit vulneribus, huic
bona non erit: quia locum putrefaciet.

*De anthrace.* *Cap.* XII.

ANthrax vel carbunculus, ignis perſicus, & ſi-
milia apoſtemata, oĩa fiunt, ſicut dicit Auic. ex
cholera citrina permiſta melancholiæ: ſecundũ Con-
ſtantinũ ex ſanguine groſſo corrupto & cholera adu
ſta: & huiuſmodi apoſtemata frequẽter accidunt tem
pore peſtilẽtiæ. Et ipſum, aut eſt rubeũ: aut citrinum:
aut viride: aut nigrum: & vnumquodque ipſorum,
ſicut dicit Raſis, eſt malum. & ſecundum eius pluri-
mum eſt mortale propter ipſius materiam veneno-
ſam. veruntamen Auicenna diſtinguit dicens: quod
ſaluius mortalium eſt rubeum, deinde citrinum, et ex

eo quod ad nigredinem declinat, ficut dicit, non euadit aliquis: & magis timorosum est quando accidit locis euacuatorijs propter vicinitatem principaliū membrorum. Et fortasse hoc apostema inducit malitiam per viam arteriarum ad cor. & sequitur inde, vomitus, & syncope, quæ sunt signa praua.

Curatio vero eius secundū veteres est, vt in principio corpus mundificetur per phlebotomiā, & subtilietur regimen, et dētur velociter omnia cōfortantia cor cū infrigidatione & aromaticitate: sicut sunt granata acetosa, & acetositas citri, et caro pullorum & hœdorū cocta cū agresta vel aceto forti: & cōfert odoramentū rerum redolentiū cum infrigidatiōe sicut rosarū, & caphorę. nihil enim sicut ait Gal. adeo iuuatiuū est, vt phlebotomia quæ fieri debet ex eadem parte, anteq̄ vlceretur, ait enim. In phlegmonibus, erysipelate, carbunculis: si sanguis vsq; ad defectionē trahatur, vtilissimū erit. si cōtrariū per hoc nō appareat, mundificetur sanguis cū lauatura. Medicina apponēda super locū sit aliquantulū repercussiua, & aliquātulū dissolutiua: sicut arnoglossa, & lētes coctę cū mica panis simulaginei mistæ. vnde dicitur. Lēs, arnoglossa cū gallis, panis opyrus. Exiccāt prunas, possuntq; resoluere virus. Vel ponantur in circuitu apostematis infrigidātia: & supra apostema ponantur talia quæ sanguinē gossum dissoluāt: sicut emplastrū factū de succo apij, melle, et farina tritici. Et de medicinis bonis in hac hora, & post ipsam, teste Aui. est vt sumātur grana acetosa: fundātur, & decoquantur in aceto, donec liniātur. deinde terantur, & ponātur super pannū: et administrētur. ipsum etiā, sicut ait, cōueniens est in oī hora, et eradicat ęgritudinē in principio, & in statu. Aliqui volūt ꝙ super locū repercussiua tantū in principio apponātur, nisi sit in locis euacuatorijs. Et licet per euacuatiōnē corpis fiat securatio ex reditu materiei ad mēbra principalia: nō tamē propter hoc cū apostema est in locis prædictis, debet interius repelli: quoniā nō est tutū. super locū uero nihil apponi volunt, nisi illud quod resoluit, maturat, & rumpit: & ex illis est sicut emplastrū de fermento, oleo, & sale: aut frumentū masticatū solum: & ficus pingues cū sinapi & oleo de lilio: aut teratur ficus cū nitro, & superponatur. Q₂ si post hoc tardauerit eius apertio: perfora ipsum: & fac vt tota sanies effundatur. deinde si indiget vt mundificetur, fiat mūdificatio cū melle: & si nō, curā locū cū medicamine carnis generatiuo, donec sanetur. Et consolida minor, illa scilicet quę ab aliquibus dicitur herba venti, & in quibusdam partibus vocatur vincetoxicū, est mirabilis in hoc: nam sicut dicitur de ea, inter duos lapides fluuiales contrita et frequenter apposita diuino miraculo anthracem interficit: & ex toto concauat: et superligata infra vnius diei spatium ita curat, vt non sit necesse postmodū nisi curare vulnus. & ego frequenter expertus sum eā: & efficaciter valde operantē inueni. Idem facit, sicut dicūt aliqui, scabiosa. Idē facit pes columbinus. Idem facit apiū risus.

Si vero locus iā sit vlceratus, & apostema cōuersum sit in saniē: nō fiat phlebotomia: sed locus in circuitu scalpelletur. et postmodū abluatur cū aq̄ calida modico sale apposito, ne sanguis coaguletur, & non currat: & fiat ex succo leuiter cū ventosis, vt facilius egrediatur: & sicut pręcipit Auic. vlcerato apponatur medicamen fortiter exiccans: sicut trochisci An-
E dronis, & similia cum sapa vel vino dulci distemperati. & mutetē emplastrū bis in die: & semel in nocte, sicut videris. Et linias in circuitu si necesse fuerit cū bolo ar. & aceto & aqua & reliquis quæ infrigidant, et repercutiūt: et festinetur si fuerit opportunū: et cor cōfortetur. Cōtra pulsum cordis & syncopim subueniatur, sicut dictum est, cū illis quę cōfortant, & infrigidāt, sicut sunt mala granata acetosa, aq̄ ros. odor sandalorū & rosarū, & oīum redolentiū frigidorū. Diæta tota declinet ad frigiditatē & humiditatem.

Et in carbunculo & anthrace repercussiua vitanda sunt, propter pessimitatem materiæ, ne interiora lędātur. Nec valde dissolutiua calida sunt ponenda: ne materia magis aduratur: sed ponantur ea quæ dicta sunt. Vitellus oui crudus cum sale tātundē dicitur multū valere apostemati superpositus: & ego credo
F ꝙ sit bonū valde: nō tamē sum expertus: & debet apponi ter vel amplius in die vsq; ad rupturā apātis: sequenti die post primā appositionē, crustula denigrabitur aliquātulum magis superius: & ita singulis diebus augmentabitur denigratio vsq; ad rupturā apostematis. Rupto anthrace exibit liquida substantia: & quasi aqua sanguini mista. Accipe ergo succū apij, & mel dispumatū, & farinā siliginis, et tritici: & bulliant insimul vsq; ad spissitudinē pultis: & ter vel quater in die tepidū superponas: et quotiescunq; accidit pulsus cordis, & syncopis, intendas ad cor. & si hoc accidat ex appositione epithematis frigidi super locum infirmū, tolle istud, & embrocha cū aqua calida. et calefac ipsum. Et sis semper solicitus ad conseruandā virtutē: & infrigidādum cor. Curatio enim loci nō est possibilis nisi post illud. Cum ergo cessat pulsus cordis,
G & virtus est fortis: tunc cura cū his quę dicta sunt. Et si iā denigratum est, cū his quę dicta sunt: etiā si necesse est cauterizare: vel medicamē acutū apponere, cū est incipiens cum malitia plurima: cauteriza vel medicamen acutum apponas.

Et aliqui dixerunt, ꝙ anthrax cōpositus est ex triplici materia scilicet sanguinea, cholerica, & melāncholica: et dixerunt ꝙ vetus anthrax habet virgulatā formā scilicet unam lineā citrinam, aliam rubeā, aliam nigrā: & in principio apparet ad quantitatē paruę lenticulę: & habet nigredinē paruam in superficie: & summitas apostematis videtur trahi quasi cū folio ad profundum: & in mēbro vbi est collectio, sentitur aggrauatio & pōdus: ac si essent mēbra plumbea, & ꝓpter aggregationem melancholiæ. Primū ergo cōsiliū est, sicut dictum est supra, vt fiat phlebotomia a parte pa-
H tiente: quia si fieret a parte opposita, traheretur materia ad aliquod mēbrum nobile. Si patiens nō febricitet, quod raro cōtingit in aliquo vero anthrace: detur theriaca per os cū uino tepido: & bis vel ter in die superponatur anthraci. Quia si theriaca, probata est, vt verus sit anthrax, cito desiccatur apposita theriaca. ita ꝙ potest puluerizari, sicut cinis. apponatur ergo singulis diebus vsq; ad rupturā apostematis. Itē contra anthracem fel porci siccetur in furno: & incidas ex eo tantum quantū tenet spatij pustula anthracis: quia si adhæserit, sicut dicitur, non dimittet pustulam, donec secum abstrahat. Si vero non adhæserit, signum est mortis.

## De foruneulis. Cap. XIII.

Foruneulis genus est apostematis calidi. Ille ergo in quo

in quo multiplicatur foruncul: minoret cibum, & proprie carnium, et mel, & lac, & vinum. & declinet cibus eius ad acetositatem. Quandoq; enim faciunt collectionē saniei: & fit ex eis malitia maxima lædens aut interficiens. Cui ergo post multiplicationē forunculorum, aut post exiturā accidit tremor cordis, nausea, & sudor frigidus: illud tunc est signum malum.

Et in cura forunculorum regimē principij eorum est regimen apostematis calidi. Si autem pertrāseat tres dies, & non extenuentur: sed eorū pulsatio perseueret, & febris ipsorū: tunc necesse est vt collectionē faciāt saniei. Quare oportet vt ipsorū maturatio cū eis quę aggregant saniem, ex eis quæ iā diximus, festinetur. deinde extracto quod in eis est, cōsolidentur.

*De erysipelate.* *Cap.* XIIII.

Erysipelas est apostema factū de cholera ignita. vnde membrū, cui insidet corrodit, & cōburit: & quia grossa est & compacta caro, facit collectionē. vnde plus habet corrosionis quā inflāmationis.

Licet signa diuersitatis inter phlegmonē & erysipelas sint pręmissa: bonū est tamen vt multiplicenter, vt melius discernamus. Scias ergo ꝙ signa quibus erysipelas discernitur a phlegmone, sunt multa & manifesta. Et ex eis sunt, quoniā erysipelati rubor est magis apparens et prior: phlegmonis autē rubedo declinat versus viriditatē. Rubedo etiā erysipelatis admiscetur colori citrino. Et iterum rubedo erysipelatis ꝑ tactū illico euanescit: & locus albet. deinde albedo rubet. Et erysipelas magis fit in superficie cutis: sed phlegmon in carnis profunditate. Nam phlegmon fit in carne partē cutis amplectens: & erysipelas fit in cuti: & partē carnis amplectitur. Nascitur enim erysipelas ex cholera rubea. Et si cholera rubea fit calidissima et grossissima, cutim excoriabit, usq; ad sui interiora: et locus circundans vesicabitur. Et erysipelas magis attrahit febrē, quā phlegmō: quia maior inflāmatio est in ea. veruntamē dolor & tumor phlegmonis est maior: & dolor maior fit propter maiorē extensionem. Et differt, quia phlegmon fit ex sanguine, erysipelas fit ex cholera.

Vniuersalis autem horum medicina purgatio est. In principio ergo necesse est corpus euacuare cum eo quod soluit cholerā absq; multa calefactiōe: deinde redeas ad infrigidandum locum cū infrigidatione vehementi. Et fac omne id quod diximus in cura phlegmonis: verūtamen, sicut dicit Aui. infrigidātia magis sunt necessaria in erysipelate quam in phlegmone, propter maiorem inflāmationem: & econtra, euacuatio magis est necessaria in phlegmōe, ex eo, ꝙ materia ī eo grossior est, & magis inobediēs. Et erysipelas multoties fit ex materia venenosa: et tūc nullo modo refręnanda est ad interiora: sed ponimus frigida in circuitu tantum. hoc idem faciendū est etiā in omni alio apostemate malitioso: & tu iam sciuisti ꝙ euacuatio securat ex reditu materiei ad mēbra principalia. Et caue ne ex superflua euacuatione indure tur apostema, aut ne tendat ad viriditatem & nigredinem: et incipiat membrum corrumpi. Cum ergo vides aliquid ex his, cura cum mollificatiuis. Et fortasse quando dubitatur de corrosione membri, necessarium est scarificare locum & apponere sanguisugas. Veruntamen quando apostema est magnum, & membrum magnum: sit scarificatio profunda. In

A membro autem paruo scarificatio fit apparens. In principio autem horū, sicut dictum est, euacuatio faciēda est. facta enim euacuatione membrum ad suam qualitatem reuertetur: & quia non solū quantitatiue, verum etiam qualitatiue nocet, sicut dictum est, refrigerari necesse est: & sicut phlegmoni conuenit phlebotomia: ita erysipelati conuenit pharmacia. deinde refrigera, donec calor apostematis reprimatur. Si fit purum erysipelas, represso calore mox euadet. Si vero erysipelas sit phlegmoni admistum, frigidis diu impositis cutis fiet liuida: & ad nigredinem declinabit. Et si adhuc refrigeraueris, apostema indurabitur: cum resolutiuis postea non sanandū. Ideo refrigeratiua tollantur, prius quam appareat nigredo vel liuor. Calore & incendio cum repercussiuis refręnato, cataplasma locum cum farina hordei, antequam liueat, vel nigrescat. Apparentibus nigredine vel li-

B uore, scalpella locum, sicut dictum est: & fomenta cū aqua calida. Et quidam volunt ꝙ in ipso principio fiat phlebotomia a parte patiente. deinde in succo solatri, & semperuiuæ tepido intingatur pannus bis vel ter in die, & superponatur. Item distemperetur farina hordei cum succo plantaginis: & superponatur. Si vero ex frigiditate appositorum, locus vergat in terrestreitatem, nigredinem, vel liuorem, propter cōgelationem cholerę & sanguinis: decoquatur furfur triticeus in aceto, & superponatur.

Si autem fiat cum vlcere & corrosione, facta phlebotomia ab eadem parte, digeratur materia cū oxyzachara: & purgetur cum cholagogo. quod etiam in erysipelate facto sine vlcere & corrosione faciendū. facta phlebotomia, statim circa uulnus fiat illinitio cū

C succo solatri, & semperuiuę tepido: & in vulnere apponatur emplastrum factum de farina hordei, & succo plantaginis: vel terantur sandali, & ro. & misceantur cum æquali pondere farinæ hordei: & conficiantur cum succo virgæ pastoris. & superponatur. Itē puluerizetur lithargyrus cū aceto albo, vel aqua virgę pastoris, vel aqua ro. & cōficiatur in modū vnguēti. & cum eo bis vel ter in die vngatur locus. Mundificato erysipelate apparebit caro rubea: tūc teratur linaria & pimpinella: & expresso aliquātulū succo superponatur. illud fiat ad pręseruationē, & curationē. Et nota ꝙ in tali casu nō debet fieri inūctio cū aliquo vnctuoso: ne forte cū materia sit nimis inflāmata, fortius inflāmaretur. Diæta fit sicut laborantis in continua. Et nos iam ista in diuersis locis sicut in capitulo phlegmonis, & in isto, replicauimus. Et contra ery-

D sipelas, sicut dicit Macer, cōficitur pretiosum vnguētum ex spuma argenti, succo coriandri, aceto, & oleo rosato mistis pariter, & tritis in mortario: vel solum succus coriandri cum aceto.

*De uesicis.* *Cap.* XV.

Vesica est quędam ęgritudo faciens vesicā: sicut fit ab ignis incendio, in qua est aq; subtilis: cuius superficies aliquando est nigra: et aqua cōtenta in ipsa aliquando est crocea.

Huius cura est phlebotomia corpore pleno existēte: & dentur ægro assidue aqua prunorū, & aqua granatorū acetosorum, & omnia quæ extinguunt sanguinem: & rumpantur vesicæ, vt currat quicquid continetur in eis. postea liniatur cū vnguento facto ex oleo ros. cerussa, & lithargyro.

Item vnguentũ hoc eſt optimum. Rec. ceræ albæ,
par. i. olei roſ. partes. iiij. quibus reſolutis addatur ce-
ruſſæ quantũ ſufficiat: & bene incorporetur. deinde
poſtquam frigeſieri cœperit, addatur albumen oui: &
ſine intermiſſione agitetur, quouſq; fuerit inſpiſſatũ,
frequenter huiuſmodi veſicas curauimus tali modo.

*De formica.* *Cap.* XVI.

Formica eſt puſtula, aut puſtulæ quę egrediũtur,
& faciunt accidere apoſtema paruum, & ambu-
lant: & fortaſſe vlcerant: & color formicæ, ad citrini-
tatẽ declinat: & eſt inflãmata cum ſubſtantia veruca-
li & rotunda: & ſecundũ plurimũ habent radicem la
tam: & quædã ſpecies eſt radicis paruę. Et in omni ſpe
cie formicæ ſentitur ſicut pũctura formicæ. Et in ſum
ma omne apoſtema in cute ambulatiuum quod lati-
tudinem non habet, eſt formica.

Si curas locũ ſine euacuatione, morbus reuertitur.
Quare educatur cholera. Et aqua caſei cũ
ſcamonea eſt bonũ euacuatiuum materiei formicę &
ſimiliũ illi. Et formica corroſiua alienetur ab hume
ctantibus. humectatio enim incõueniẽs eſt vlceribus.
et in principio eius adminiſtra nenuphar, lactucã, ſem
peruiuam, portulacã, & ſimilia: et ſi neceſſe fuerit, ſo-
latrum, & proprie ſiccũ tritum. exiccat & formicam
arnogloſſa, & rubus, & lens: et poſt ipſa ſauic hordei,
& cortices granatorũ: & ſi timetur corroſio & vlce-
ra, ponas cũ iſtis infrigidatiuis aliquid mellis & ſimi-
lium, aut farinã thuris cũ aceto. Cum apparet cor-
roſio & vlceratio: ponas fel hirci, & piper, & vitrum
cũ vrina pueri. Et Gal. iubet eam eradicari cum in-
ſtrumento ferreo, ad hoc parato. Et formicæ pue-
rorũ deſtruuntur ſi intromittantur in balneũ, deinde
egrediantur ſine mora: quia aer balnei nocet eis: & li
niantur cum oleo roſato. Hæc eſt ergo cura formicæ
& aliorum quæ in curſu ſimili currunt.

In cura vulneris ponatur cũ ſolutiuo ſuo turbith
cũ eo quod ſoluat cholerã: et ex epithymo etiã: quo-
niã non eſt ſine melancholia, & phlegmate quæ admi
ſcentur choleræ. Deinde Reci. gallas, fructus tamari-
ſci, cortices granatorum, & bolũ ar. aggregentur om
nia cũ aceto et aqua roſ. tali quantitate ne mordicent:
& liniantur deſuper cũ penna. Et lac dulce vehemen
ter cõfert huic ægritudini. et poſt principium curetur
cum capite piſcis ſaliti aduſti cum uino pontico. Et
quando neceſſe eſt deſiccare vltime, Re. floris ęris, ſul
phuris citrini aduſti: fiat ex eis linimentũ cum vino et
aqua ligni vitis, quæ manat quando comburitur.

*De apoſtemate frigido.* *Cap.* XVII.

Apoſtematis frigidi quatuor ſunt ſpecies: aut enĩ
fit ex phlegmate ſubtili: aut ex phlegmate groſ
ſo: aut cholera nigra: aut ventoſitate.

Facti ex ventoſitate, ſigna ſunt: lenitas, mollities, le
uitas, ſicut vtri inflati: & ſi cõprimatur di
gito, nõ remanet ueſtigium. Cura. Vaporetur cum
farina hordei calefacta, aut cũ farina milij, aut cum ci-
nere: & melior cinerum eſt cinis quercus. deinde in-
ungatur cũ oleis calidis: & ſi non ſufficit: fiat empla-
ſtrum de cinere quercus, & cinere vitis, cõfecto cum
aqua iuniperi, & cypreſſi, & tamariſci: et ligetur. Et
caueat patiens a repletione cibi, vino, & aqua, & ole-
ribus, & granis: & eſuriat, & ſitiat quantũ poteſt.

Facti ex phlegmate ſubtili, ſigna ſunt, mollities, cũ
aliquantulo ſpiſſitudinis, & cũ quadã gra-
E uitate. & iſtis tribus ſpeciebus cõmunicat frigus, ta-
ctus, & albedo coloris. Cura eis eſt ſicut apoſtema
tis ventoſi, & confert ei quando fricatur oleo & ſale.
deinde imbibatur pannus in capitello: & ponatur de
ſuper, & ligetur.

Et facti ex phlegmate groſſo, ſigna ſunt albedo co
loris, frigiditas tactus cum duritie. Si
fuerit magnũ: ſoluatur æger: & euomat ſecundũ quã
titatẽ quam inquirit cum pilulis de hermodactylis: &
cum eis quæ recipiunt pulpam colocynthidos, & cẽ-
tauream, & ſuccũ cucumeris aſinini, & ſimilia. & em
plaſtra locum cũ eis quę ſunt leuis calefactionis, ſicut
vitelli ouorum, & medulla panis de ſimula cũ lacte
dulci, & croco, & ſimilibus. Si autem fuerit vehemẽ
tis frigoris in tactu: cura ipſum cũ ſtyrace, caſtoreo, et
euphorbio. Et cum peruenerit ad ſtatum, et incipit
F declinare: ſtude in reſolutione, vt nõ fiat lapis: & for-
taſſe neceſſaria erit phlebotomia, ſi corpus fuerit ple-
thoricum valde: & iterũ neceſſaria eſt abſtinentia a fa
ſtidio & multiplicatione aquæ, & ab omnibus cibis
generantibus phlegma. deinde ad curam localẽ acce-
dendũ eſt. Et cura localis eſt cũ eo quod reſiſtit, &
reſoluit. Et nõ eſt intentio vt curetur cũ medicinis fri
gidis repercuſſiuis in principio: ſicut apoſtema cali-
dum: ĩmo cũ reſolutiuis. Et ſi ponãtur aliquando
medicinæ frigidæ, nõ euacuentur a reſolutione: neq;
ponantur ſolæ. ĩmo cũ medicinis calidis miſceantur.
ex eis vero quæ diximus, ſunt ſicut aqua cineris cum
aceto miſta: & proprie ex cinere ſarmentorũ, aut lixi-
cis, quando intingitur in eis ſpongia ſiue pannus du-
plicatus: aut madefiat ſpongia in aqua capitelli, aut in
aqua aluminoſa: aut miſceatur cum aquis prædictis
G oleũ roſ. & acetum, & aqua myrti. Et ex eis quæ ex
perta ſunt apud nos, & inuenta ſunt plurimi iuuamẽ
ti, eſt vt recipias alumen, & myrrhã, & ſalem, & ſul-
fur. & confice omnia cũ oleo roſato, & aceto. Et ſi
militer ſtercus caprinũ antiquum cũ aceto confert, ſi
militer ſtercus vaccinum: Et iterũ decoquantur cau-
les, & abſinthium in aqua: & madefiat ſpongia in eas
& ſuperponatur: aut ſumatur aloe, crocus, & bolus
ar. vel acacia, et cyperus, & myrrha: & conficiatur cũ
aceto & ſucco caulium. aut fiat emplaſtrum ex bolo
ar. ſale, et oleo. Et oportet q̄ ligatura tua cõprehẽ-
dat omnia latera apoſtematis: ne fiat declinatio mate-
riei ad latus. ſi mediũ tantum apoſtematis cõſtringa-
tur. Et ſcias q̄ apoſtemata phlegmatica pura raro
faciunt collectionem ſaniei: immo ſecundum pluri-
mum reſoluuntur.

H Ad maturandũ autem phlegmaticũ vel melãcho
licũ apoſtema, extrahatur ſuccus de ſambuco, ebulo,
lapathio, leuiſtico, et marathro: & decoquantur bene
cum dialthæa, melle, oleo, & butyro. hoc eſt optimũ
maturatiuũ. Itẽ decoquãtur folia porrorũ, ſenatio
nes, radix althęę, abſinthiũ: prædicta cocta terãtur cũ
axungia recenti vel veteri. hoc eſt ſumme laudabile.

Dura apoſtemata nõ iuuantur ex medicina aliqua
calidiſſima & ſicciſſima: ſed ex medicina mollitiua &
diſſolutiua, ſicut medulla ceruina, bouina, vitulina,
hircina, leonina: ſi miſceatur cum eis ammoniacum,
bdellium, & ſimilia.

*De regimine oĩum exiturarũ ſecũdũ cõplemẽtũ.* *Ca.* XVIII.

Poſtquam apoſtema cõgregatur, & incipit fieri
in eo collectio ſaniei, tũc vocatur exitura. Et
ſigna

signa maturationis eius secundum complementum sunt: quoniã apparet lenitas apud locũ, & diminutio rubedinis, & dolor iam quieuit, & pulsatio ac febris recessit. tunc nõ est aliud necesse, nisi vt in eius apertione studiũ impendatur. Verũtamẽ scire debes: ꝙ quędam exiturae aperiuntur per se: & sunt illae in quibus materia est subtilis & acuta, quae nõ est profundata. et in quibus eleuatio & acuitas est in capite. Quapropter si aestimas ꝙ exitura rumpatur per se tẽpore congruenti: tunc nõ est ferro perforatio facienda: nec etiã facienda est ferro, si possibile est vt aperiatur cũ medicinis aperiẽtibus exituras. multoties enim talis perforatio ferrũ excusat. Si uero apertio nõ speratur per se aut per adiutoriũ medicinae: tunc faciẽda est perforatio cũ cautela. Dixerunt autẽ veteres sapientes, ꝙ in omnibus exituris existentibus in locis carnosis vsq; ad tempus perfectę maturationis perforatio differenda est. Et ex eis excipitur exitura ani, cuius perforatio nõ est expectanda vsq; ad tempus perfectę digestionis: imo sicut testatur Albuc. debet cruda existente materia perforari, ne ad ani intrinseca ꝓfundetur, & fiat fistula cũ medicinis postmodũ nõ sananda. In exituris vero existentibus in locis neruosis, & propinquis iuncturis, non est perforatio differenda. immo ante complementũ maturationis exitura velociter perforãda est. Si enim exituras in locis carnosis existentes ante cõplementũ digestionis perforaueris: cursus virus prolongabitur, & plurimę sordes fient. & fortasse labia vulneris indurescent. Et econtra si expectaueris digestionẽ, donec cõpleatur in locis, qui sunt prope neruos & iuncturas: in membris ipsis putrefactio forsan fiet, & fortasse ligamentum iuncturae discooperietur. & os exterius eminebit.

Praedictis cum diligentia obseruatis in loco magis gibboso & maturiori: qđ tactu cognoscitur digiti: si fuerit possibile perfora: et elonga manũ ab arterijs, venis, neruis, & chordis. Et intẽdas vt perforatio ad inferiora declinet. & fiat secundũ longitudinẽ corporis: aut secundũ mẽbri dispositionẽ. quod est, quia omnis perforatio fieri debet secundũ diuersitatẽ locorũ. In omnibus enim locis aequalibus in quibus nõ est reflexio, incisio debet fieri secundũ longitudinem: in locis vero quae reflectuntur, incisio faciẽda est secundũ reflexionem ipsorũ: praeterquã in frõte, quoniã vt dicit Auic. si incisio fieret secundũ reflexionem frontis, fieret casus supercilij. & similiter in membris reflexionis, cuius incessus diuersificatur ab incessu uillorũ, et musculorũ suorum. Quapropter necesse est vt sector sciat anatomiã: quae est maxima pars huius artis: ne ĩcidat in errorẽ: & secet aliquid ex neruis et similibus. Et huiusmodi quidẽ sermo est vniuersalis. verum ego faciã ad pręsens de incisione exiturarũ sermonem distinctum, & particularem secundum antiquorum doctrinam.

Cum ergo exitura fuerit in capite: tunc eius sectio fit ęqualis, id est secundũ lõgitudinẽ. Et si apud oculũ fuerit: perforatio faciẽda tunc sit secundũ latitudinẽ, qm̃ situs oculi est latus. & fiat incisio secundum longitudinem nasi: & in mandibula, secundũ longitudinẽ ipsius: et prope aures, et post aures, fiat ęqualiter: quoniã illius loci compositio est ęqualis: et cognoscitur in corporibus senũ. In brachijs cruribus, virga, testiculis, & lacertis ventris, et in dorso, fiat perforatio secũdum longitudinẽ: similiter in manibus, digitis, & pe-

A dibus, sit aequalis. In subascellis vero & inguinibus, & prope anum fiat perforatio rotunda. Et rotunda quidem perforatio est, quae comprehendit aliquid ex latitudine cum longitudine corporis. Et quãdo loca praedicta non perforantur, sic possibile est vt coadunetur illic materia propter sinum: et fiat fistula. Et in latere & in costis fiat perforatio secundũ latitudinem: quoniã situs costarum transuersus est: & prospice semper situm carnis villorum et lacertorum: & caue secundũ fortitudinem virtutis tuae, ne incidas neruum, aut villos lacertorũ, aut arteriam, vel venas magnas. Et in exituris magnis fiat perforatio ampla: et in paruis parua. Cõmunis autẽ perforatio est sicut foliũ oliuę, aut myrti. Et si cutis exiturarũ fuerit subtiliata, & facta sicut pannus tritus, & est quasi mortificata: tunc testante Albuc. necesse est concauari: & om

B nino incidi: quia eius adhaerentia amplius nõ speratur propter subtilitatem, & corruptionem suam.

Cum autẽ exitura perforata fuerit: tunc si necesse fuerit, cũ expressione diligenti, & ĩmissione tentarũ, tota sanies expellatur. Veruntamen si exitura magna fuerit, nõ est subito tota sanies extrahẽda: ne propter resolutionẽ spiritus animalis patiens syncopizet. immo paulatim expellatur: maxime si patiens fuerit debilis naturae, aut senex decrepitus, aut puer paruus, aut mulier praegnans. Deinde apponatur emplastrum mundificatiuum: & fortasse necesse erit mundificare & abluere locum: tunc fiat cum aqua & melle: quoniã de proprietate mellis est vt mundificet, et abluat: aut fiat cũ melle & vino, quoniã vinũ desiccat, & facit adhaerere sinum, & proprie vinum stypticũ: aut cum aceto & melle: aut mundificetur cũ vnguen

C to, quod fit ex melle & sarcocolla aequaliter: & est vt coquatur mel vsq; ad spissitudinem, deinde sarcocollam pulverizatam cum eo cõmisce. Et fortasse locus non indiget mundificatione: tũc oportet administrare medicinam carnis generatiuam, donec sanetur locus. Et obseruetur ligatura quae faciat adhaerere sinũ: sicut dictum est in vlceribus cauernosis. Et quando necesse est vt exitura ante cõplementum maturationis, perforetur propter causas praedictas: tunc rectum est ut administres embrochas ex farina tritici cũ melle & succo apij: quoniã huiusmodi embrocha crudam digerit materiã, resoluit, atq; mundificat. & emplastrũ de farina, oleo, & aqua, quod dicetur, in hoc casu multo plus valet. Et scias ꝙ hęc est vera cognitio vniuersalis curationis omniũ exiturarũ: & est secundũ viam ratiocinationis, quam secuti sunt sapien

D tes veteres huius artis. Obserua ergo hoc capitulum: quoniã est de secretis maximis antiquorum.

Nos tamen viam experimentationis secuti, ponemus modo curã domini Hugonis generalẽ in omnibus exituris, & apostematibus: de quibus praesumptio aliqua est ꝙ ad saniem debeant peruenire: quã ignorauerunt antiqui: vel forte propter suam bonitatem & facilitatẽ occultauerunt. Omnia ergo apostemata sic curentur. primo per diem & noctem, vel per diẽ tantum, emplastrũ de puris folijs maluarum optime coctis cũ stupis desuper apponatur. Post apponantur sanguisugae magnae vel paruae iuxta aetatẽ patientis. Et apponantur a tribus vsq; ad. xv. secundũ apostematis quantitatem. Et apponãtur omnes in vno loco, vbi natura magis videtur ad generationem & expulsionem intendere saniei. po-

ſtea habeantur folia porrorũ optime cocta abſq; adu
ſtione in teſta calida cũ modico oleo oliuarũ. Et poſt
remotionẽ ſanguiſugarum loco diutius abluto cum
aqua calida, & poſtmodũ bene terſo, ponatur empla
ſtrum de prædictis folijs porrorũ calidum, adeo ma-
gnum, ꝙ omnia latera apoſtematis cõprehendat: &
deſuper de ſtupa ſicca in maxima quantitate: & em-
plaſtrum illud vſq; ad quartum diẽ quotidie renoue-
tur. Quarto die in ſero emplaſtrũ de maluarum fo
lijs iteretur. Et in craſſino ſanguiſugę. Et poſt ſanguiſu
gas, emplaſtrũ porrorum. Scias ꝙ cum cura prædi
cta vel apoſtema reſoluetur infra diem decimũ: & pe
nitus deliteſcet, vel maturabitur, & ad ſaniẽ deduce-
tur. ita ꝙ ſecundũ plurimum per ſeipſum abſq; ferro
vel medicamine alio aperietur. Si tamen infra ter-
tiam appoſitionẽ ſanguiſugarum fuerit maturatum,
nec tamen apertũ: aperiatur cum lanceola. Et com
munis ſectio, ſicut iã pluries dictum eſt, eſt ad quanti-
tatem folij myrti, ſeu folij oliuarũ. Et ſi patiens timet
ferrum: aperiatur cum medicinis aperientibus exitu-
ras. Et quando ſectio nouiter facta fuerit: bonũ eſt
ꝙ tentam de ſagimine intromittas: quia prohibet ad-
hęrẽtiã: & facit vulnus lubricũ, & magis habile ad exi
tum ſaniei: & deſuper ponatur emplaſtrum factũ de
farina triticea, cribrata aqua & oleo modico: ĩmo ſit
valde conditum, & bene coctũ. ita ꝙ facta decoctio-
ne in patella emplaſtrũ durum remaneat: ſicut paſta
de qua panis conficitur, vel quaſi: & tale emplaſtrũ
cõpetenter ſpiſſum & calidũ deſuper apponatur: &
deſuper ſtupa ſicca. emplaſtrum prædictũ renouetur
quotidie ſuper locum quandiu infirmus perfecte fue-
rit liberatus. Et caue ne in vulnere aliquã tentam po-
nas, excepta prima vice: quando poſt ſectionẽ ſicut
dictum eſt, ſagiminis tenta eſt imponenda. Credo ꝙ
in mundo cura ſimilis huic altera nõ ſit. & ego vltra
quam centies ſum expertus: & vidi eã per dominum
Hugonẽ frequẽtiſſime experiri. Præmiſimus tamẽ
curam veterum: quia ſanguiſugæ non poſſunt vbiq;
& oĩ tempore, & pręſertim cũ in hyeme nõ ſeruẽtur,
ſpecialiter inueniri. Quando autem inueniri poſſunt,
omnis alia cura vituperabilis eſt, cõparata huic. Scias
ergo illam, & charam habeas, ſicut aurum.

De medicinis uero apientibus exituras, ſunt ſicut
radix narciſſi, et proprie cum aqua
& melle bullita: ſed priuſquã medicamen ſuperpona
tur, cõſiderandus eſt locus vbi eſt perforatio facien-
da. Item elaterium cum farina hordei ana. conficia
tur cum oleo, & albumine oui: apoſtema celeriter rũ
pit. Item. Reci. mellis anacardi, olei iuniperi, picis li
quidę, ana. calefiant oĩa ſimul ad ignem, donec vnian
tur. deinde locus perforandus intingatur. rumpet enĩ
velociter exiturã. & eſt huius medicamen ab Alman
ſore cõpoſitum. Item ſumatur fermẽtum, et nitrũ,
& ſinapi, & ſtercus columbinũ, & ſtercus accipitris
vel anatis. conficiantur omnia ſimul cũ vitellis ouo-
rum, aut cum mucilagine ſinapis, vel naſturcij: & fiat
medicamen: quoniã eſt mirabile. Et ex medicami-
nibus fortibus eſt, vt ſumantur cantharides, & teran-
tur cum aceto & oleo vetuſto. deinde calefiant medi
cinæ ad ignem: & fiat emplaſtrum: & melius omniũ
horum eſt vt aperiatur cum ſanguiſugis.

*De exitura ſub aſcellis quæ dicitur bubo.* Ca. XIX.

EXitura multoties accidit ſub aſcellis, & inguini-
E bus: & vocatur bubo. Et exitura inguinis eſt magis
quieta, quã ea quæ accidit ſub aſcellis: & quãdo ꝙ nõ
facit collectionẽ ſaniei. Illa uero quę fit ſub aſcellis, for
ſan nõ euacuabitur a collectione. Et confert ei in prin
cipio phlebotomia. Exituræ inguinis confert phle
botomia baſilicæ ex manu oppoſita. ei vero quæ fit
ſub aſcellis, de ſaphena pedis oppoſiti, aut baſilicę ma
nus alterius, aut ambarũ, ſi fuerit res ſuperflua. De-
inde illa quę fit in inguinibus, inungatur oleo tepido.
reſoluetur enim & delebitur ſecundũ plurimũ. Ea
vero quæ fit ſub aſcellis, ſi poſt phlebotomiã non ſe-
datur eius rubedo, & pulſatio: tunc ſcias ꝙ collectio-
nẽ faciat. ponatur ergo ſuper ipſam emplaſtrũ matu-
ratiuum: aut procedatur cum cura dicta de ſanguiſu-
gis: & maturetur, & aperiatur, & mũdificetur ſanies,
& conſolidetur. Et Raſis pręcipit ꝙ habẽs exiturã
F ſub aſcellis, a vino debeat abſtinere.

*De apoſtematibus mamillarum, & uirgæ.* Cap. XX.

APoſtema in mamillis, & virga, tam ex humore
calido quã frigido generatur. Si autẽ album
& liuidum eſt: tũc eſt ex lacte coagulato: ad quod va
lent lentes ex farina ſeminis lini cũ oleo roſ. cõfecta.
Item valet cyminũ cum melle temperatũ. Item ra-
dices caulium & menta cum farina fabarũ. Si autẽ
apoſtemetur ex humore frigido, ſuperponatur mica
panis cum ſucco apij tepido: vel ſtercus bouinũ cum
fœnugræco. Si apoſtema ſit duriſſimum: ſuperpo-
nantur fęces aceti cum batitura molendini. Et ſcias
ꝙ apoſtemata dura, ſicut iam dictum eſt, non iuuan-
tur ex medicĩa aliqua calidiſſima & ſicciſſima: ſed ex
mollitiua & diſſolutiua: ſicut medullis & ſimilibus,
G quæ dicemus.

*De ſcliroſi.* Cap. XXI.

APoſtema durum ex cholera nigra: aut eſt ſcliro
ſis: aut cancer. In cancro eſt dolor & inflatio
cum pulſatione quadam, & apparent in circuitu eius
venæ quaſi pedes cancri, quæ quidẽ ad nigredinẽ &
liuiditatem declinant: et nullũ iſtorum eſt in ſcliroſi.
Et cancer fit incipiendo ſecundũ plurimum: ſcliroſis
vero ex phlegmone & eryſipelate male curatis. Et
in ſcliroſi eſt frigiditas tactus cũ multa duritia: & quã
to durius, tanto peius & deterius ad ſanãdũ: & in pu-
ro ſcliroſi nõ eſt ſenſus neq; dolor: & aliquod ex ipſis
cũ induratur, nõ ſanatur. Et ſcias ꝙ ſcliroſis eſt tu-
mor durus, vt lapis ex glutinoſo quodã, & ſpiſſo, fri-
gidoq; humore: & frequẽter ſicut dictum eſt, accidit
H ex ĩperitia medicorũ, qui a principio loca tali humo-
re laborantia atq; tumentia curãt medicaminibus ve
hementer diaphoreticis: ſublata tenuitate humoris,
ſpiſſitudo remanẽs in lapidẽ cõglobatur. Sic in ſcliro-
ſim phlegmõ, & eryſipelas cõuertũtur, ſi a principio
mox frigidiſſimis & ſtypticis continue procurẽtur.

Et in cura ſcliroſis oportet te incipere a mundifica
tione corporis cũ eo quod choleram ni
gram expellit: & abſtineat infirmus a cibis choleram
nigram generantibus. Et mollifica, & reſolue alter
natim, ſicut diximus in capitulo apoſtematũ calido-
rum, ne fiat lapis. & cura cũ eo quod reſoluit, & lenit
ſimul. & nõ cum eo quod reſoluit, & exiccat: vt for-
te, ſicut dictum eſt, propter reſolutionẽ eius quod eſt
ſubtilis, & exiccationẽ illius quod eſt groſſum, in ſub
ſtantiam lapideam conuertatur. Et caueat patiens ne

multum

multũ vtatur balneo: quoniã balneum resoluit materiam subtilẽ, et spissam indurat. Ideoq; sicut iã dictum est, oportet medicamina quę sclirosim curant, nõ valde sicca esse: sed mediocrem habere calorem, humoremq; nõ nimium, nec penitus. parũ. nam si fuerint nimis humida, nõ faciunt diaphoresim omnino. si uero parum sint humida: siccãt magis & cõstringunt. proinde debent esse temperata: & dicuntur malactica: sicut sunt omnia illa in quibus est resolutio & lenificatio simul: & sunt remollitiua, & fortiter resoluentia: sicut adipes gallinarum, anserum, vitulorum, coruorũ, hircorum, vulpium, & luporũ, medullæ omnes, & mucilago fœnugræci, & seminis lini, ammoniacũ, galbanũ, bdelliũ, styrax, mastiche, ladanũ, oleũ antiquũ, oleũ alcãnę, oleũ de lilio, & similia: & sepum ceruinũ est primũ inter oẽs: deinde taurinũ. Ex cõpositis sunt. resoluãtur ammoniacũ, bdelliũ, galbanũ, styrax, mastiche, simplicia vel cõposita cum oleo cõmuni. Itẽ valet oleũ de lilio cum ladano. Itẽ resoluatur in forti aceto opopanax: & fiat illinitio. Et valet vitrum cũ decoctione althęę, & stercore bouino. Item emplastrũ scroffularum, quod fit ex semine vrticæ, & cæteris. Item euaporatio cum aceto cũ lapidibus molaribus calidis, valde prodest. Materiã enim grossam dissoluit, & cõsumit. Item si in oleo laurino dissoluatur ammoniacũ cum serapino, vel ammoniacum tantũ per se: delet sclirosim, & omne apostema durum, & omnes durities in modico spatio temporis, emplastratum scilicet et superpositum.

*De tumore.* *Cap.* XXII.

TVmor est mollities carnis inflatæ, sine dolore, qui fit ex spiritu vaporante, vel crescente sua ventositate: quæ tamen causa propriе in cruribus uel pedibus fieri solet, phthisicorum, cachecticorum, hydropicorum, stomachicorum.

Si vero in his causis cõgrua adiutoria facta fuerint: is talis tumor qui symptoma dicitur, cito sedatur. Nam cum fricatione manus & vnctione olei rosati cũ aceto addito modico sale vel nitro, curatur. Si inungatur etiam oleo tãtum roseo, & confricentur blanda manu diutissime, mox sanantur.

Si vero ex phlegmatico humore in aliquẽ locum cõfluente tumorem talẽ videris exortũ: mox spongiam nouã in pusca infusam superponas, & sanabis. Et si is qui patitur, fortis corpore atq; dura carne et cute fuerit: pusca acrior esse debet aliquid salis vel aluminis habens. spõgia vero si nõ habeatur noua, tollatur vetus, & lauetur nitro albo, vel vitello oui, vel bono sapone: & idẽ faciet. Si vero vt fieri solet nihil proficiat, debemus tunc diaphoreticis vti medicaminibus: & magis si tumorẽ viderimus solidatum. Inqt Gal. Ego sæpius curaui talem tumorẽ oleo perungẽs locum: & molli diu perfricans manu. deinde supradicta spõgia intincta in lixiuia superposita, fortiter stringas: & mirifice medeberis. Item milij farinam tritam cocinabis attamina, & cum succo chameactes distempera, & vtere.

Si vero in aliquo membrorũ articulo hic talis tumor natus fuerit: fiat ligatura sicut in fracturis fieri cõsueuit. vt cõfluens illuc humor, possit repelli. deinde, vt dixi, medicaminibus diaphoreticis vtẽdũ est: quæ testimonio antiquorum utilissima fore scimus: quorũ Gal. teste vnũ est hoc. Reci. spumę argẽti, vnc. xxvij.

A adipis porcini veteris, vnc. 50. olei veteris sextaria. v. &. 5. radicum euisci. lib. ij. cõficitur sic. radices & adipes cum oleo diutissime decoque: & sic fortiter coletur: & spuma argenti vehementer trita colaturæ supermutatur: & sine intermissione agitetur. & iterum lento igne ad modum emplastri coquatur: & vtere.

Si vero antiquus tumor inueteratus sclirosim fecerit, & si penitus sine sensu fuerit, vt non sentiat, nec tactum, nec punctũ: hunc talem cõsulo ut relinquas. ne incassum labores: quia insanabilis est. Si autem sentit medicum: nõ est penitus insanabilis: sed prope sanabilis: nõ tamen valde facilis ad sanitatẽ. Et nos de sclirosi iã in plerisq; locis, videlicet in capitulo phlegmonis, & in proprio suo capitulo locuti sumus.

Et cura tumorum diuersificatur: teste Gal. secundũ diuersitatem mẽbrorũ, in quibus fuerint.

B Inquit enim. In ore, palato, & lingua si fuerit tumor: gargarysmata caueas: sed magis materiã ad nares declinare procures, & per eas expellatur. In vua vero & squinantia, primo vena manus incidatur: deinde sub lingua. In collo vero, vena est quę est in manu, et vena frontis incidatur. In renibus & ventre, si tumor existat: incidatur saphena. Si tumor calidus in manibus vel pedibus fieri incipiat: spongia in aqua frigida & aceto: vel vino pontico supponatur: & cibus suscipiatur facilis ad digerendum sicut ptisana, et malagranata, & similia. Diuersitatẽ ergo membrorũ oportet cognoscere quia tumori vẽtris nullus spõgiam in aceto infusam apponet. Oleum absinthiatum in splene & hepate valet multũ, testante experimẽto. Si hepar tumefiat, nemo sensum habens, spõgiã cum aceto & aqua frigida superponet. Q; si epithemaueris oleo myrtino, vel cotanino, aut mastichino, siue nardino, vel aliquo alio styptico, licet cõueniãt, ea tñ frigida nõ appones. nec etiã frigida cataplasmata: sed oportet cotana cũ vino decoq: et calida cataplasmari. In aurẽ tumidã, si acetũ cum oleo ros. inijcias, nõ nocebit. Itẽ in molli carne si tumor extiterit: sufficiet oleũ calidum. In magno tumore linguę si ętas pmiserit, phlebotometur, & purgetur pilulis: q Re. aloes, scãmoneę, & colocynthidos: et sup linguã imponantur infrigidantia, sicut succus lactucæ, & similia. Si tumor fuerit in visceribus vel in ventre: oleum in quo decoquitur ruta: vel calida spermata, sicut cyminũ, apium, petroselinum, iuuant. valet & ventosa bis vel ter absq; scalpellatione apposita. In tumore veretri, qui priapismus dicitur, vomitus pcuretur. & si particularia nõ discrepant, phle

D botometur, & inũgatur cum ceroto & simplici oleo ros. & aqua: & apponantur frigida in femore & virga: & aliquãdo vnge cum oleo chamomilino. Et iterũ comedere semina agni casti, ruta quoq; vtilissima est ad hoc. In omni ergo tumore intendimus purgationẽ eorum quæ sunt extra naturã in membro illo. Emplastrum probatum ad inflationẽ cruriũ & coxarum. stercus columbinum albũ cum forti aceto tritum, corio inductũ superpone. Itẽ ad inflationẽ quæ fit cum rubore & calore secundũ Auic. farinam hordei, & fabæ tolle: & in aceto coque: & superpone. Emplastrum, omnẽ inflationẽ efficaciter consumens. Recip. asphodelos. radices filicis decoquantur in vino optimo addito modico furfure ad conglutinationẽ. Fęx vini tepida superposita omni inflationi & omni apostemati prodest. Contra tumorem

pedum fiant fomentationes cū vino decoctionis absinthij, origani, pulegij, calamenthi, & parietariæ prodest. Idē faciunt flores fœnugræci. Idem facit radix ebuli. Ad idē. Re. herbam tribulorū, foliorum sambuci, & ebuli: bulliant in aqua marina, vel in aq̄ salsa.

*De bothor albis, quæ apparent super naso: & super pomis maxillarum.* Cap. XXIII.

QVandoq; sparguntur super nasum: & super poma maxillarum, bothor albæ, ad modū punctorum lactis.

Et cura eorū est ebulus albus cū medietate succi de iride: de quo fiat linimentū. Et iterum semen lini, & nitrū salsum, & ficus, & nigella cū aceto: & in summa omne in quo est exiccatio, & resolutio: curat illud. Si in facie fuerint pustulæ siccæ & parvæ. Reci. alumen, gūmi, lentes, pulueriza, & faciē inde laua. Ad pustulas faciei rubeas, et quasi lepras probatū. Accipe succum vrticæ maioris, & succū nasturcij aquatici, & plantaginis, & cicutæ, ana, adde parum argenti viui: & adde cū eis sagimen porci: confice, & vnge: postea combure mures, & fac puluerem: misce cum oleo: & vnge faciem.

*De scroffulis, & glandulis & nodis.* Cap. XXIIII.

SCroffulæ & glandulæ sunt dura apostemata: & differunt: quia glandulæ sunt ex phlegmate dominante melancholia: scroffulæ vero econuerso: & secundū plurimū in collo, sub ascellis, & inguinibus, ex indigestionis malitia generantur: & dicūtur scroffulæ, sicut dicit Auic. quia multū accidunt porcis, propter gulositatem ipsorū. Et præter scroffulas, aliæ superfluitates quæ assimilantur eis, in corpore generantur, scilicet glandula, nodus, testudo, bubo, bociū, & cācer: quę om nia differūt inter se. scroffulę enim multæ sunt simul, & nō sunt separatæ a carne: neq; priuātur dolore. Glādulæ vero sunt paucæ numero, dolore carentes, tactuq; in partē ducūtur leuiter: ac si essent a corpore separatę: vtpote quia neque radicem, neq; principium habent in corpore. Nodi differūt a prædictis, quoniā secundum plurimum accidunt in mēbris duris, vt in dorso manuū, atq; pedum, & quādoq; in curuaturis iuncturarū accidunt, omnino dolore carentes. Et nodus est rotūdus omnibus durior, licet cancer sit durior eo. Testudo differt ab omnibus supradictis, quoniā cæteris maior est, & mollior: cū maior pars generatiōis eius sit phlegma, & minor melancholia. Bubo cæteris dissimilis est: quoniam nō est separatus a carne: imo vehementer inuolutus, sicut cancer: & nō nascitur in alijs locis: nisi sub ascellis, & inguinibus. Bocium enim ab alijs differt: quoniam semper est in gula: & crescit plus alijs. generatio vero eius est carnositas phlegmatica: quæ ex rheumate a cerebro descendit in gulā: & contingit hęc ægritudo plurimū in regionibus, in quibus sunt grossa cibaria, sicut castaneæ, & similia, & aqua multę grossiciei, & multæ viscositatis, qua patientes vtuntur, & præcipue sine vino. Et scias quod prędictę infirmitates quanto duriores sunt: tāto magis abundat melancholia in illis: & phlegma plus abundat in illis, quæ fluxibiliores amplius & molliores sunt. & ex eis sunt ī quibus admista est materia sanguinea, & apparet in eis rubor, & dolor sentitur fortior quā in alijs: quæ etiā sæpius faciunt collectionē sanici. Cācri autem dif-

E ferentia in proprio capitulo requiratur.

Et scroffulę quibus admiscetur materia calida, sunt faciliores & maioris doloris. illæ vero quibus nullus est dolor, sunt difficilis curationis: & forte tales indigent chirurgia. Et scroffulæ quæ accidunt infantibus, sunt minus malæ: & peiores sunt quæ accidunt iuuenibus.

Scroffulæ vero quæ plurimum contingunt, teste Gale. triū generū sunt. quorū vnū pulsi secundū sepum: tertiū fauum vocatur: quas sicut ipse ait, trino modo curamus, videlicet dissoluendo, putrefaciendo, & incidendo. sed in quodā loco hęc tria erunt facienda, in quodā vero duo, in alio uero vnū. Fauum enim & pultē dissoluendo & putrefaciendo curamus. in sepo vero nō nisi ferrum iuuabit. Si in interioribus membris oriatur aliquod prædictorum,
F maxime in uisceribus, odorifera medicina ualebit: dissoluit enim & eliquat materiā in eis collectam: & laudabilior oībus est theriaca magna, athanasia, & omorusia. Quæ autē, sicut ipse Gal. ait, modico pretio cōponitur nostra medicina, est diacalamenthum & similia. Et radix in qua confidendū est, sicut ait Aui. in cura habentiū scroffulas, est euacuatio & regiminis subtiliatio. In curatione enim scroffularū nō solum Aui. sed omnes conueniunt veteres, vt in principio corpus euacuetur, & subtilietur regimen. Et euacuatio corporis facienda est duobus modis, scilicet per ventris solutionem, & phlebotomiā: & proprie soluatur venter cū eo quod educit phlegma grossum viscosum: sicut est puluis qui fit ex turbith, zinzibere, et zucharo: quemadmodū dictum est in capitulo fistularū: quoniā prædictus puluis, teste Aui. neq; calefacit,
G neq; intestina excoriat. Phlebotomia de cephalica facienda est. Et vomitus est laudabilis: quare assuefaciat illud. Subtiliatio vero regiminis est vt infirmus abstineat a repletione. imo famē quanto plus poterit, patiatur: neq; cibū grossum comedat: neque aquā bibat omnino: abstineat etiam a locutione superflua, & artu, & similibus: quoniā omnia huiusmodi materiam trahunt ad locū. & vitet quantū potest, ne caput eius grauetur dolore, rixā, & iram. Et cū dormit, sit puluinar planū sub capite suo, & non altū. Inqt φ appositio ventosarū inconueniens est patientibus scroffulas secundū plurimū: quoniā non est possibile vt euacuetur materia scroffularū per illud: imo fortasse trahit ad ipsas: et ingrossat eas: propterea quia extrahitur de sanguine subtili.

Et curatio localis est cū eo quod aggregat mollifi-
H cationē & resolutionē simul: sicut est mucilago maluauisci, fœnugræci, & seminis lini: & radix lilij, & omnes medullæ, & adipes. Et de vtilioribus vtilior est adeps vrsi, leonis, taxi, lupi, et vulpis. Et ex eis quę fortius resoluunt, & lenificant, sunt sicut ammoniacum, bdelliū, galbanū, styrax, mastiche, & ladanum. Et non oportet, sicut iā dictū est, vt administretur qd resoluit cū exiccatione tantum, ne materia induretur: propter resolutionē subtilis, & exiccationē grossi: immo necessaria est eis lenificatio, ut liniat grossum donec obediat resolutioni. deinde addantur resolutiua. & fortasse singularia pura. deinde subducas ex resolutione ipsarum: ne id quod subtile est, resoluatur: & quod grossum fuerit, fiat lapis. Et ego narrabo ad præsens medicinas compositas: quas longo probaui vsu. Ex illis est emplastrū probatissimū resoluēs

duritIes

durities breui ſpatio temporis: quod narrauit Gal. in
catageni: & eſt hoc. Re. ſinapi, ſemen vrticæ, ariſtolo
chiã, ſulphur, ſpumã maris, bdelliũ, ammoniacũ, cõ-
ficiantur cũ cera & oleo antiquo. Itẽ vnguentum
diachylon bonum. Reci. lithargyri triti, vnc. i. pona-
tur in patella: & addãtur ſibi olei veteris, vnc. ij. & .5.
& ſimul agitentur. deinde fiat ignis lẽtus ſub eis: & co
quatur donec reſoluatur lithargyrus: deinde mucila-
ginis maluauiſci, fœnugræci, ana vnc. ij. ſumantur: &
prædictis adiungantur. poſt hæc agitando cũ ſpatula
coquatur, donec ingroſſetur. Cũ autem coctum fue-
rit, deponatur ab igne, & agitetur donec frigeſieri in-
cipiat. poſtea malaxetur, donec groſſitiem & viſcoſi
tatem acquirat. deinde fiant magdaliones, & vſui re-
ſeruẽtur. Et Cõſtantinus dicit ꝙ ſumere quotidie.
7. pilulas cõfectas de ſucco lilij agreſtis, & euphorbio
vſque ad. xxx. dies diſpergit omnes ſcroffulas, ita ꝙ
nec vna remanet. Et potio iſta delet ſcroffulas quæ
in alto corporis poſitæ ſunt, & per ſeceſſum educit.
Re. bruſci, aſparagi, polypodij, uiolę, eſulę, iari, iridis,
dragontheæ, ellebori nigri, ſquillæ, acori, radicũ & ci
marum oliuæ, floris ſtœchados, pæoniæ, ſcroffularię,
corticum vlmi, omniũ viridiũ, Manipulũ. i. euphor-
bij, piperis, cococnidij, cymini, omniũ quatuor drac.
vi. conficitur ſic. radices & herbæ in vino ſufficienti
infuſæ ad leues prunas ad medietatẽ coquãtur, & dili
genter exiccentur: & melle ſufficienti adhibito, iterũ
modicum bulliant. & ſic puluis terendorum miſcea-
tur. cũq; opus fuerit, detur phiala, id eſt mãe a ieiuno
per triduũ: vel minus ſecundũ virtutem patientis.
Et potio hæc dicitur probata ad ſcroffulas. Reci. her-
bę ſcroffularię, aſari, uiolaℛ, ariſtolochię ro. bryonię,
mali terrę: herbas cõtuſas in vino ſufficienti decoque
ad tertiam partem. & da luna decreſcente. Item ad
ſcroffulas, fiſtulam, & gauonẽ, ſiue bocium. Reci. cin-
namomi, gariophyllorũ, nuciſmuſ. ſpicę, olibani, om
niũ electorum, ana drac. i. piperis, ſeminis coriandri,
diagridij, ana drac. ij. euphorbij ad pondus omnium
dentur ex eo mane, ſcrop. ij. vel eunti dormitum cũ
vino calido ſemel vel bis in hebdomada. poteſt etiã
fieri prædictus puluis ex pipere, coriãdro, & euphor
bio. tantũdem valet. Itẽ. Re. radices pentaphyllon,
filipendulæ, & agrimoniæ, pulueriſatas da in potu
cũ bono vino ſubtili: & miſce parum de rubea maio
ri, ſi nõ ſunt fractæ: & diſſoluẽtur. Si vero fractę ſunt:
bibat de prædicto puluere triũ herbarum. & de eodẽ
puluere ſuperponas vlceri: & ex toto deſiccabũtur,
& ſanabuntur cito. præcedat tamen ad purgationem
perfectam miſtura herbarum, quæ conſueuit in cau-
ſa vulnerum exhiberi.

Purgata materia phlegmatica in glandulis, & me-
lancholica in ſcroffulis: cura locũ cũ emplaſtro de ſe-
mine vrticæ, & diachylon iã dictis. Item cõtra om
nes prędictas ęgritudines, radices ebuli lauentur opti
me cũ vino vel aceto. deinde coquantur in optimo
aceto vel vino puro & forti prius aliquantulum con
quaſſatæ: & ſcroffulis, & glãdulis, vel bocio cataplaſ-
mantur: & per diẽ & noctem dimittãtur: & infra per
nouem dies quotidie renouentur. Item ſtercus ca-
prinum ſiccũ, cum melle & aceto diſtemperatum, &
ſuperpoſitũ multum valet. Itẽ radix biſmaluæ co-
cta cum fœnugræco, & ſemine lini, & cauliũ, & ſter-
core vaccino, & pauco aceto forti. hęc omnia confe-
cta ſimul calida apponantur. Et vnguentũ apoſto

A licon, quod dicitur veneris, ſicut teſtatur Auic. inuen
tum eſt magnæ ſanationis, in ſcroffulis mortalibus ru
ptis cum facilitate & leuitate: & tu inquiras illud in fi-
ne libri. Et de emplaſtris calefacientibus ſcroffulas
eſt diachylon: et quandoq; permiſcetur cum eo radix
lilij, quoniã in ea eſt proprietas ad hoc. & ſimiliter ſter
cus caprinũ, & ouinũ, & naſturcium, & radix cucu-
meris aſinini. et ficus quę cadunt ante maturationem.
farina fabarum, & amygdalæ amaræ aggregentur cũ
diachylon. Et de melioribus quæ ponuntur ſuper
ſcroffulas, eſt pix cõfectis cum ea ficubus et ſquilla, cõ
fecto cũ ea ſtercore vaccino aggregato cum aceto.
Et hoc eſt mirabile. Recip. radices lilij, ſemina lini, in-
fundantur in vino: & in illis ambobus ponatur fimi
columbini quantũ neceſſe fuerit. & fiat emplaſtrũ ex
eo, quoniã eſt mirabile. Et teſte Auic. almugath eſt
B de epithematibus mirabilibus. Item Re. picis liqui-
dę, olei antiqui, fimi columbini, aluminis iameni, radi
cum capparis, et adipis pauonis, omniũ, ana: aggregẽ
tur omnia cũ melle ad ignẽ: & fiat emplaſtrum, quo-
niam eſt mirabile. Itẽ emplaſtrum bonũ & proba-
tum in omnibus apoſtematibus duris. Re. ammonia-
ci, bdellij, galbani, ana. in aceto forti per triduũ diſſol
uantur. deinde adde furfurẽ, & fiat emplaſtrum. Et
in ſcroffulis in quibus eſt caliditas, cõficiantur medici
næ calidæ prædictæ cum oleo roſ. & dimittantur die-
bus aliqbus. poſtea adminiſtrẽtur. Et ſicut dicit Auic.
In ſcroffulis calidæ complexionis ſufficit ſauich, id eſt
puls de tritico cũ aqua coriãdri: & eſt regimẽ in hoc,
vt vincat aqua coriandri, aut vincat medicamẽ aliud
ſecundũ ꝙ exigit vehementia inflãmationis, aut par
uitas eius. Item Auic. dicit ꝙ piper cũ pice reſoluit
C ſcroffulas. Item ſuccus ruthæ caprinę cũ ſucco agri
moniæ bibitus & cataplaſmatus, curat ſcroffulas.
Item expertiſſimũ contra ſcroffulas. Rec. radicem ra-
phani, & thapſiæ, & ĩcide minutatim: & ex illis aliqd
paruum vas vſq; ad medietatem reple. cementando
in vaſe radicẽ raphani cum radice thapſię. deinde vas
illud repleas oleo cõmuni uel pulegino: quod melius
eſt: & vſq; ad tertiam partem bullire permittas: & ite
rum de eodem oleo admiſto cũ eo modico oleo mu-
ſcellino reple: & iterum prædicto modo fac bullire:
tunc vas ipſum de prædictis radicibus vſq; ad ſũmũ
reple. & iterũ in prædicto oleo admiſto aliquantulũ
de petroleo fac bullire. de iſto oleo tepido duas vel
tres guttas auribus inſtilla, ſcroffulis prius inunctis cũ
oleo violarum. & caue ne aliquid ex oleo exterius ca
dat in faciem.

D Si prædictis remedijs patiens nõ ſanatur: tunc nõ
eſt fiducia, niſi vt cum ferro curetur:
ſed ad hoc peritus medicus eſt maxime neceſſarius. Et
proprie quando ſcroffulæ ſunt in partibus colli, quo
niam iã vidi multos ſcroffulas patiẽtes periſſe ex ope
ratione & incuria ſtolidorum in his locis. Idcirco
dicam modo, & oſtendam modũ breuiter in inciſio-
nibus ſcroffularum. & hic eſt modus operationis ea-
rum. Antea ſcire te volo, quoniã ſi ſcroffulæ in col
lo fuerint magnæ, vt non appropinques eis cũ ferro
neq; cum medicamine acuto: quoniã illud eſt de illis
quæ ducunt ad vlceratiõẽ ipſarum, & earum corru
ptionem. Et in ſcroffulis vicinãtibus venis, neruis,
& arterijs, neceſſaria eſt cautela: & aliquando medi-
cus nõ incidit neruũ, ſed detegit eũ frigori: quare cor
rumpitur nerui complexio, & deſtruitur eius opera-

tio, quousq; cũ calefactione ipsius cõplexionis reuertatur. Si ergo sicut dictũ est, prædictis remedijs nõ sanatur: & necessaria fuerit chirurgia: tunc primo mũdificato corpore sicut dictum est, accipe scroffulam cum vna manuũ tuarum: & firmiter ipsam teneas. deinde scinde pelliculã super ipsam secundum modum æqualem, id est secundũ longitudinem corporis: caue tamen ne pertranseat incisio tua vltra terminũ pelliculæ. & incidas sacculũ scroffulæ: nam si incisus fuerit, eius extractio difficilis erit valde. deinde extende labia vtriusq; lateris, & scroffulã cum sacculo suo perfecte circũcirca excoria. deinde apprehensa scroffula cũ uncino, cũ itegritate, si possibile fuerit, extrahatur. & ne aliquid ex ea, vel de sacculo eius remanserit, cũ multa oportet diligentia perscrutari. ꝙ si remanserit aliquid, extrahe: verũ si sanguis impedit operationẽ tuam, tunc imple vulnus ex medicinis abscindẽtibus ipsum. deinde refrænato sanguine, ad operationem tuam donec ipsam cõpleas, reuertaris. Et ad vltimũ si aliquid de scroffula remãserit, & iteratio nõ est possibilis, aut propter magnitudinẽ ipsius scroffulæ in principio, aut propter terrorẽ nerui vel arteriȩ: tunc pone medicamen acutũ, & corrosiuum. donec putre fiat, & cõsumatur. & illud: quia nisi scroffula extrahatur cũ integritate sua, & panniculi eius, aut destruatur residuũ cum medicamine acuto: ȩgritudo procul dubio reuertetur. deinde post administrationẽ medicaminis acuti administra butyrum, donec eschara cadat in pus: & loco purificato, vt vulnus cõsolidetur, studium impendatur.

Hominibus autẽ qui ferrum abhorrent, operatio talis fiat. In primis ponatur aliquod ruptoriũ, donec excorietur cutis: sicut est stercus columbinũ cum cantharidibus contritis, et confectis cũ aceto. deinde medicamen acutũ, putrefactiuum, & cõsumptiuum: sicut calx viua cũ sapone & capitello: & eius similia. Etiam probatum est hoc medicamen. Reci. calcis vi. vnc. ij. arsenici citrini, drac. ij. resalgaris, drac. 5. conficiantur cũ melle: & fiat medicamen: & facta ruptura cutis ponatur ex eo quantum sufficit. & sis solicitus ad defensionẽ partium circũstantium cum rebus frigidis: & ne medicamẽ moueatur & comburatur vbi non debet. Quando scroffula fuerit adnexa neruis aut venis & arterijs: aut fuerint valde magnæ, sicut iã antea dictũ est: tunc nõ est curatio cum medicamẽtis prædictis acutis: neq; cum ferro penitus: quoniã non est possibile vt eradicetur absq; lȩsione membrorũ. Cum autẽ scroffula putrefacta & cõbusta fuerit: succurrendũ est cũ butyro, donec cadat in pus. & oportet vt sit magna cautela circa quantitatẽ necessariam medicaminis acuti. Quantitas autẽ necessaria determinari nõ potest, sed id est in vsu & discretione medici, vt cognoscat locum & dispositionẽ ægritudinis, & violentiã siue acuitatem medicaminis, & similia: & securius quidẽ est, vt sistatur in hoc citra terminũ, & fiat reiteratio in appositiõe medicaminis acuti, quam transeatur terminus, vt fiat superfluitas in appositione ipsius. Et quidam medicorum prius aperiunt cũ sagitella: postea terũt alliũ cum sale simpliciter ad rũpendũ. facta ruptura apponunt medicamen acutũ. Et aliqui ante appositionẽ ruptorij, quatuor diebus vel pluribus inungunt locum cum populeon. postea ponunt emplastrum de folijs caulium cũ axungia veteri porcina ad maturandũ: postea ponunt ruptoriũ,

E & tunc minus lædit. Facta corrosione scroffulæ & totius folliculi eius incarnetur locus. postea consolidetur. Item medicamen contra scroffulas. Acci. calcẽ viuã, & saponẽ non iuduratum. añ. pone in plãta manus: & cõmisce cũ saliua ieiuni: & fac magdaleones: cũq; necesse fuerit, pone vnũ magdaleonẽ recẽter factum super scroffulã: plumaceolis circũquaq; locatis ne valeat remoueri: & liga fortiter stricte: & dimittas per vnã noctem. In crastino medicamẽ apponas, qđ escharã cõuertat in pus. Cõsequenter habeas puluerem, qui. Reci. alumen zucharinum, arse. thus añ. calcis vi. quantum de tribus alijs prædictis: tere fortiter. & misce. postea pone in sacculo: & liga: & loca sacculũ in olla cum suspensorio: vt in medio pẽdeat. & ollã impleas ex aqua: & bulliat, quousq; medietas aquȩ consumatur. & medietas sacculi appareat. & item po-
F stea imple. & similiter fac bullire. & sic fac nouies. postea sume sacculũ, & pone ad solem: & desicca donec ad modum lapidis induretur. de hoc lapide abradas cũ cultello: & ponas satis in ruptura, vbi vis ꝙ scroffula seu caro aliqua corrodatur. postea liga, & dimitte quousq; patiens dolorẽ nõ sentiat. postea remoue. & pultes cum axungia seu medicamen aliud putrefactiuum pone, donec mortua caro cadat: & per illud foramen abstrahe scroffulam. qua extracta vulnus incarna: & deinde consolida. Item medicamẽ cauterizatiuũ, carnem vsq; ad os comburens: & omnem superfluitatem remouens, sic fit. Rec. saponem liquidũ: & si vis vt fortius operetur, sarracenicum mollificatum cũ saliua, & puluere calcis viuæ impasta, quantũ potest recipere: et fac psilothrũ, seu magdaleonem ad quantitatẽ quam vis. postea sepelias eum in puluere
G calcis vi. in crastino inuenies in modum lapidis induratum. pone vbicunq; vis cauteriũ facere, seu carnes mortificare. et liga valde stricte. et dimitte sic per. xij. horas: & mortificabit carnem vsq; ad os. caue tamen ꝙ lapis ipsa die, vel sic sit factus. perdit enim virtutẽ suam ex mora. Et vltimũ omnium tã in remotiõe scroffularum, quam omnium superfluitatum corporis, est arsenicum sublimatum iam dictum in capitulo fistularum.

### *De nodis & glandulis.* Cap. XXV.

NOdi sunt diuersorum generũ. & omnes communicant in hoc ꝙ separantur a carne corporis: & mouentur cum moues eos sicut res contenta in folliculo.

H Et curatio glandularũ & modorum per incisionẽ non differt ab eo quod narratũ est de incisionibus scroffularum. propterea non est necessaria ipsius rememoratio in hoc loco.

In curatione vero glandularum non est intentio nulla, nisi incisio, & abstractio.

Nodorũ vero cura quãdoq; absq; incisione completur. & ipsius curatio est vt fiat cõpressio vehemẽs super nodum, donec penitus destruatur, & locus vacuus remaneat, & æqualis: vel accipias vnã scutellã; & si nodus sit in tergo manus, sicut secundũ plurimũ fieri cõsueuit, teneas cum vna manuũ tuarum manũ patientis: & cũ altera manu percutias super nodũ fortiter cũ scutella: reiterando percussionẽ tuam secũdo & tertio si fuerit optimũ. donec scilicet frangatur folliculus, & locus nodi vacuus remaneat: & optime cõplanetur. Deinde fac emplastrum ex rebus stypticis: sicut

ficut aloe, acacia, myrrha, olibano, sarcocolla, & similibus cōfectis cum oui albumine, vel aceto: deinde superposito plumbo stringatur locus strictura vehemēti: & sic diebus pluribus dimittatur. deinde soluatur: & emplastrū si necesse fuerit, renouetur. fiat illud donec nodositas delitescat. Ex sola nanq; euacuatione loci nō fit securitas quin quandoq; redeat ægritudo. ideoq; post illud stricturę administratio necessaria est: quoniam ipsa prohibet recidiuam.

*De testudine.* Cap. XXVI.

INtentio curationis testudinis nō est nisi incisio & extractio: aut perforatio tantū, quando est de illis quæ cōtinent humiditatem ad hoc vt sanies educatur: & scias q testitudo cōtinetur in sacculo: sicut glādula & scroffula: quare diligēter inuestigādum est, ne aliquid ex eo remaneat: quoniam ægritudo rediret, si ex sacculo aliquid remaneret: aut pone medicamen, donec penitus corrodatur.

*De nodis siue testudinibus factis in capite.* Ca. XXVII.

MVltoties in capite fiunt apostemata quædam quasi cornua dura tāquam lapis: & tunc sunt de genere nodorum: & aliquando sunt mollia: & tūc proprie sunt testudines. Et omnia apostemata quæ fiūt in capite, tā dura lapidea, quā mollia carnosa, vel pinguia: debēt incidi secundū formā cutis, vt facilius possint excoriari. Pręterea, quę ex eis continent humiditatem, & quæ accidunt post aurē ipsorum: incisio superficialiter fiat. Et ex eis quæ facilius cōuertuntur in saniē, sunt ea, quæ accidunt in capitibus puerorum, & hoc propter abundantiam sanguinis, & fluxibilitatem cutis.

*De nodis siue lupijs quæ nascuntur in palpebris oculorum.* Cap. XXVIII.

ET ex nodis quidam nascitur in palpebris oculorū, qui vulgo lupia appellatur. Et eius cura est vt palpebra inuersa, nodus ex parte īteriori palpebrę per latitudinē vsq; in concauitatem eius cum phlebotomo scindatur: & extracta humiditate et vulnere bene mundificato, interius incarnetur, & consolidetur.

*De bubone.* Cap. XXIX.

ET nos iā diximus de bubone in capitulo exiturarū: & bubo est dura magna & profunda aggregatio materiei expulsę a membris principalibus cum caliditate adurente.

Curatio ergo eius sicut iā dictū est, est vt ante omnia corpus mundificetur: & regimen subtilietur, & minoretur: & euacuatio quędam facienda est per solutionē ventris, & phlebotomiā: & cōuenit vt fiat phlebotomia de vena basilica manus oppositę. deinde ad locū reuertaris: et administra resolutiua, mollificatiua. & quādoq; oleum tepidū solum resoluit ipsum: & mitigat eius dolorem. aut fiat embrochatio ex eo & farina hordei. Et non oportet vt administretur repercussiuum omnino, ne materia redeat ad membra principalia, & fiat causa maioris nocumenti. Neq; oportet vt administrētur resolutiua, nisi post mundificationē corporis, sicut dictū est: & illud propter timorem q ad locum materia plurima attrahatur. Q; si post hoc nō resoluitur materia: īmo augetur caliditas & pulsatio: tunc scias q sanies aggrega-

A tur. necesse est ergo maturatiua administrare. deinde perforetur locus perforatione rotunda, quemadmodum superius in capitulo exiturarū iam dictum est: et curetur donec sanetur. Et si eius sanies prolōgetur, & multiplicetur: tunc cura sicut superius dictū est in capitulo apostematū circa finem. Q; si nec sic curatur: administra cauterium, seu medicamina acuta.

*De bocio.* Cap. XXX.

BOcium est apostema carnosum in gula generatum: & fit secundū plurimum in mulieribus: & assimilatur colori cutis earum: & aliud est naturale: & aliud accidentale.

Et in cura naturalis sicut dicit Albuc. nullum est ingeniū. Accidentale vero si fuerit paruū, curatur. Et curatio eius est sicut diximus in plerisq;

B experimentis, in capitulo scroffularū. Q; si sic non sanatur: tūc incidatur eo modo quo ī incisione scroffularum iam narratū est. & extrahatur sicut dictū est cū sacculo suo, ne aliquid ex eo remaneat. deinde vulnus in aliqua parte suas. & superpone stupā in oui albumine madefactam, aut in aqua, & aceto: vt refręnetur fluxus humorū: & inspissetur sanguis. deinde curetur locus cū eo qd conuenit, donec sanetur. Et scias q non est præsumptio, vt accedas cum ferro ad bocium: quod est intricatum neruis, & arterijs, neq; ad illud quod est magnum. Et prohibitio generationis eius est mundificatio corporis, cum eo quod purgat phlegma grossum, sicut cum puluere turbith iam dicto. & subtiliatio regiminis, & abstinentia aquæ, & omnium cibariorū frigidorum, & indigestibilium. Et sit cibus eius panis bene coctus, & bene fermenta-

C tus, caro arietis, castrati annualis, hœdulina, pullina, perdicina, et similia his: vinū sit rubeum, clarū in substantia, in odore aromaticum.

*De napta.* Cap. XXXI.

PLerūque accidit superfluitas quædā in quibusdam hominibus quę vulgo dicitur napta. & est apostema magnū carnosum, & molle vt plurimum, sicut fungus: et nō est cum ea dolor, neque calor: neq; pulsatio. & fortasse ex eo est quæ magnificatur adeo, ut superet omnes alias superfluitates corporis. Etiam vidi quendā scriptorem qui habebat naptā in humero suo, & cū vidissem eum, putaui eum habere pulsinar in humero. deinde detecto loco vidi ægritudinē, & considerata ægritudine fuit consilium meū, vt nō tangeretur, sed remaneret cum dn̄o suo: timui enim

D pper magnitudinē eius: & moris mei semper est cōsilium in incisionibus nunquam dare, vbi potest aliquod periculum in incisionibus euenire. vir autem contempto cōsilio meo accessit ad quendā chirurgū mihi notum, & incidit eum. & peroptime liberauit. extraxit enim naptam septem libras & amplius pōderantē. verum scias q hoc est ex raro contingentibus.

Et modus curationis eius est, vt incidatur, & excorietur ex omni parte cū facilitate, & extrahatur. deinde locus cauterizetur peroptime, ppter sanguinis fluxum: qui multoties apud incisionē accidere consueuit. interdum etiam nisi fiat cauterizatio, morbus redit. Si vero napta fuerit nimis grossę radicis: eius incisio verenda est. verum incide circa medietatem eius: & cauteriza residuū. Et quando radix eius est valde subtilis, & pendet sicut testiculus: tunc

non oportet excoriare ipsam: sed incidas eã circa ra-
dicem: et cauteriza: vel liga eã cũ filo serico, vel simili
stringendo, quandiu penitus abscindatur. Et caue
ne incidas naptam, quae est fusci coloris, & pauci sen-
sus: quoniam est apostema cancrosum.

*De pinguedine mamillarum, siue inflatione quae apparet in mamillis uirorum.* Cap. XXXII.

IN mamillis quorundã virorum accidit quãdoq;
quaedã inflatio: ita vt assimiletur mamillis mulie-
rum: quam natura nimis abhorret: et id nihil aliud est
nisi pinguedo.

Cum ergo vis illud curare, incide super mamillã
sectione lunari: & excoria pinguedinẽ
ipsam, & extrahe. deinde incarna vulnus. & aggrega
eius labia cum sutura. & cura ipsum, donec sanetur.
Verũtamen si mamilla propter magnitudinem suam
pendet inferius, sicut mamilla mulieris: tunc oportet
vt scĩdatur a duobus suis lateribus superioribus dua
bus scissuris similibus figurę lunari: et quęlibet earum
continuetur cum altera apud finẽ suum. deinde cutis
quę est ĩter duas scissuras, excorietur, & auferatur pin
guedo, et administretur sutura, cureturq; locus cũ eo
quod est necessarium, donec sanetur. Q; si remanse-
rit aliquid de pinguedine, propter intolerantiã infir-
mi, aut propter abundantiam sanguinis: tũc appona-
tur acutum medicamen, donec corrodatur.

*De hydropisi.* Cap. XXXIII.

HYdropisis est error virtutis digestiuae in hepa-
te. & dicitur hydropisis ab hydor, quod est aq̃,
& pisis q est passio, inde hydropisis, quasi aquosa pas
sio: cuius species secundũ sententiam antiquorũ sunt
tres: ascites, hyposarca, et tympanites: sed nulli earum
curatio ferri administratur, nisi ei quae vocatur asci-
tes: vt aq̃ q̃ inter siphac & intestina locata est, educat.

Cum ergo in curatione huius speciei volueris vti
ferro, fac secũdũ hũc modũ, & est vt in
primis venter manibus cõprimatur. vt tota aqua ad
inferiorem pectinis partẽ declinet. Deinde considera
cum omni diligentia vtrũ aquae generatio sit ex par-
te intestinorũ, aut propter passionem hepatis, vel sple
nis. Q; si sit ex parte intestinorum, perforetur cu-
tis cum toto siphac tribus digitis sub vmbilico, secun
dum rectũ, donec venias ad locũ vacuũ. Et si genera
tio aquae fuerit propter hepar: tunc sectio fiat in parte
dextra. Si vero propter splenẽ, in latere sinistro fiat.
Non enim oportet vt sectio fiat in latere super quod
vult infirmus iacere, ne superfluitates ad illũ locũ de-
currant. Facta perforatione, cãnellum ęneũ vel ar-
genteum intromitte, vt aqua per ipsum euacuetur: et
caue ne extrahatur ex ea in vna hora plusquam opor
tet: quoniã fortasse propter resolutionem spiritus ani
malis morietur infirmus: aut syncope ei superueniet,
& appropinquabit morti: sed euacua ex ea secundũ
quantitatem virtutis infirmi. deinde extrahe cãnellũ,
& oppila foramen. altera vero die iterum per cãnellũ
extrahe ex aqua, si virtus eius tolerauerit illud. & sic
facias, donec ex ea non remaneat nisi parũ. Si autẽ
times super infirmũ, & dimittis ex aqua multum: tũc
cura ipsum post alleuiationẽ eius cũ cathartico aquae
citrinę purgatiuo, & diaeta desiccatiua, & cum sepeli-
tione in arena calida, & sudore multo in balneo, & so
le, deinde curetur vulnus cum medicina exiccatiua,

E donec sanetur. & abstineat patiens a potu quãtũ pot.

*De omni eminentia & ruptura quae accidit in siphac uentris.* Cap. XXXIIII.

MVltoties accidit eminẽtia etiã in siphac vẽtris,
id est in panniculo qui extenditur super ven
trem: quandoq; in partibus inguinũ: quãdoq; in par-
tibus superius vẽtris. Et huiusmodi quidẽ eminentia,
aut fit ex ruptura siphac, & tunc exit intestinum: aut
zirbus. Cuius significatio est: quia cum cõprimis emi
nentiã quae apparet: occultatur, deinde redit p se: aut
cum infirmus retinet anhelitum: aut viriliter tussit:
quandoq; etiã auditur gurgulatio intestini. & magni
ficatur eminentia ex nimio labore, & calefactione bal
nei: & dum iacet infirmus resupinus, eminentia occul
tatur. cum autem surgit & ambulat, reuertitur sicut
F prius. Aut fit ex carnositate: cuius significatio est
mollities: & quoniã non occultatur cõpressione, neq;
constringitur. Aut fit ex sanguine, qui fluxit ex scis
sura venae, aut arteriae. cuius generale signum est ru-
bedo eius ad nigredinem decliuis. Aut fit ex vento
sitate: cuius signum est: q est absq; grauedine & pon-
derositate cum leuitate tactus.

Cum autem eminentia fuerit ex carnositate, et de-
sideras eius curationem: tunc incide
super ipsam, & extrahe. deĩde cura vulnus, sicut scis.
Et si multa fuerit humiditas, perfora locũ: & dimitte
vt egrediatur. Et quando accidit ex sanguine, qui
fluxit ex vena vel arteria: non oportet vt curetur cũ
ferro penitus: quoniã est timor. Si vero eminentia
ex ventositate fuerit: tunc exhibeantur extenuantia
ventositatẽ, sicut est ruta, anisum, & similia. Si au-
G tem eminentia fuerit ex ruptura: tunc erit difficilior
eius cura. Et oportet te primo scire causam ipsius. Est
ergo multiplex eius causa: quoniam aut accidit ex ca
su, vel percussione, aut saltu, aut clamore superfluo,
seu lucta, aut eleuatione magni põderis, et similibus.
Curatio vero rupturae diuersificatur secundũ diuersi
tatẽ locorum in quibus accidit: quoniã aut accidit ab
inguinibus superius, sicut in vmbilico & reliquo vẽ-
tre: aut tantũ in inguinibus, per quam adhuc intestina
ad testiculos nõ descẽdũt: vel additur per tempus, &
descẽdunt intestina: & propter hoc visum est mihi ut
ponam vnicuiq; singulariter curam suam.

Si ruptura igitur fuerit in vmbilico: oportet vt pa
tiens stans extẽsus, retineat anhelitum,
donec appareat eminentia. deinde signa cũ incaustro
vel carbone in circuitu vmbilici totius. deinde fac in
H firmũ resupinari super dorsum suũ: et incide cum spa
tumine circulũ, quẽ cum incaustro signasti. post hoc
vncinum in medio eminẽtię fige: & ad superiora ex-
tende. postea cũ spaco in circuitu fortiter liga. & fac
in spaco nodum currentem. postea caput eminentiae
scinde, & ĩdice intromisso, quaere ne intestinũ aut zir
bus sit captus cũ ligamento: q si captum inueneris in
testinũ, solue ligamentũ: & impelle intestinum ad in-
teriora. Et si inuenis zirbũ, amputa superfluitatẽ eius.
Et si sanguis cõtrariatur tibi propter incisionẽ arteriae
vel venę: tunc succurre cõpetenti remedio, donec flu
xus sanguinis constringatur. deinde ad operationem
tuam redeas: vel habeas duas acus cum filis duplicatis
fortibus: & intromitte eas in incisionẽ quam prius fe-
cisti in circuitu vmbilici secundũ modum crucis: &
fac vt penetrẽt ad latus. deinde stringãtur fila in qua-
tuor

tuor locis: & auferatur acus. & dimittatur locus, donec putrefiat, & caro ſtricta decidat. deinde cura vulnus cũ eo quod cõuenit ex medicinis, donec ſanetur.

Quod ſi fuerit eminentia ex ruptura, quę fit in reliquo ventre: tũc oportet vt patiẽs ſtans extenſus retineat anhelitũ, donec infletur locus: deinde ſigna ſuper rupturam: & reſupinetur patiens ſupra dorſum. deinde cauterizetur ruptura ſecundũ quantitatẽ eius: & ſit illud quod cauterizatur ex cute tantum. deinde curetur locus cũ butyro: donec eſchara cadat. adminiſtra poſtea regimen vulnerũ, donec ſanetur. ex hoc enim ruptura non additur.

Si vero ruptura fuerit ex magno tempore, & magna etiã quãtitate: tunc curatio eius eſt per inciſionẽ. Signa ergo cum incauſtro locum rupturæ, ſicut diximus. deinde reſupinetur patiẽs ſuper dorſum ſuum: & ligetur cũ faſcijs ſuper bancũ: aut a viris fortibus teneatur. deinde ponat miniſter digitum ſuper locũ rupturæ, vt nõ exeat inteſtinum: & incide cum ſpatumine æqualiter cutem totam, donec peruenias ad rupturam. deinde ſuatur ſiphac, ſicut ſcire te feci in vulneribus ventris, quando foras exeunt inteſtina: & curetur locus cum eo, quod conuenit, donec ſanetur.

Quando vero ruptura accidit in inguine, & nõ deſcendit eminentia ad teſticulos, aut ſi deſcendit aliquid ex ea, deſcendit modicum valde, et cũ facilitate reuertitur omni hora: tunc ſi cum medicinis volueris eius curationẽ: conſidera prius magnitudinẽ ipſius, & diuturnitatem temporis, & patientis ætatẽ. & illud quia non ſanatur ruptura cum medicinis, niſi quando eſt parua, & ex modico tempore, & ętas patientis puerilis. & ſecundũ hoc etiam ſanatur laborioſe, quoniã ſiphac eſt neruoſum & difficilis incarnationis. Qui ergo dicũt ſe ſanare rupturã magnam et diuturnã, & in qualibet ætate cum medicinis: deceptores ſunt. Et ſcias ꝙ quanto corpora patientiũ fuerint humidiora, eo ipſorum ruptura facilius incarnatur. Et eminentia quandoq; fit ex ventoſitate ſola, aut ex ſola relaxatiõe abſq; fractura. Et ſigna eorũ parũ diuerſificantur a ſignis rupturæ. Idcirco rudes & ſtolidi decipiuntur in hoc: quia quando curant ventoſitatẽ ſeu relaxationem, credunt ſe curare rupturam. Curatio autem relaxationis, ventoſitatis, & rupturæ quando de illis eſt qui curam recipiunt cum medicinis, eſt cum rebus expellentibus ventoſitatem: in quibus eſt fortis ſtypticitas, & glutinatio quædam: ſicut eſt nux cypreſſi, dragaganthi, myrrha, & ſimilia. deinde ſtringatur cum ligamine, ſicut oportet cum ligatura eius nota. Et iaceat infirmus ſuper dorſum ſuũ. xl. diebus. Et ſeruet diætam inferius ordinatam: & ſumat ex rebus ſtypticis ſolidatiuis in potũ, & cibo omni die, mane, et ſero: niſi ventris conſtipatio timeatur: ꝙ ſi timetur illud, ſumat per interualla ex illis de tertio ſcilicet in tertium diem. Deinde cum ſurgit: nõ dimittat emplaſtrum, nec etiã ligaturam. alijs. xl. diebus vel circa illud, ſi indiget. Et ex emplaſtris conferentibus rupturæ eſt quod fit de pelle arietina. Item emplaſtrum bonum & expertum. Reci. nucis cypreſſi, acaciæ, gallarum, balauſtiarum, ana drac. v. dragaganthi, myrrhæ, ſarcocollæ, thuris, gummi arab. ana drac. iij. ſanguinis draconis, mũmiæ, ana drac. ij. terantur omnia, & cõficiantur cum aceto. Item emplaſtrum quod compoſuit Raſis in lib. diuiſionum. Reci. nucis cypreſſi, cyperi, ſanſuci, gallarum, acacię, thuris, gũmi arab.

A ana. diſſoluantur gummi in vino: & aggregentur cũ eo reliqua. & fiat emplaſtrum.

Diæta patientis ſit humectatiua: ita tamen ꝙ abſtineat ab omnibus cibarijs generantibus ventoſitatẽ, et ab omnibus graſſis cibarijs. imo vtatur eis quę ventoſitatem exterminent, & reſoluant: & vitet motum ſuperfluum, & laborem, riſum imoderatum, tuſſim, ſternutationem, clamorem nimium, balneum aquæ calidæ, coitum, et ſimilia his: quia dilatant rupturam.

Modus autem aſſumendi medicinas in potu & cibo, eſt vt coquantur nuces cypreſſi in aqua myrti, uel pluuiali: & temperetur ex ea vinũ, & bibatur. aut fiat puluis ex nuce cypreſſi, conſolidę maioris, & millefolij: & detur cum vino calido. & fiat iterum puluis ex bolo armenico, ſanguine drac. & mũmia, ſingulariter vel cõiunctim: & detur in cibis ſorbilibus. Aut
B fiat iſtud electuariũ. Re. cõſolidę maioris, nucis cypreſſi, dragaganthi, gummi arab. maſtiches, boli ar. ſang. drac. mũmię, picis gręcę, ana. de pilis leporis minutatim inciſis ad libitum. omnia terantur, & puluerizentur: & cum melle optimo deſpumato cõficias. de iſto electuario detur quotidie ſero et mane: qm̃ eſt mirabile. Hoc etiã eſt regimen curationis rupturæ cũ medicinis: & eſt ſecundũ ſemitam rationis. Multoties vero mulieres ſagaces abſq; aliquibus medicinis ſanant pueros ſuos: quando percipiunt initiũ ęgritudinis: & defendunt, ne addatur cũ brachali, & prohibitiõe plãctus, & vociferatiõis, & motus, & ſimiliũ rupturã dilatantiũ. Q; ſi ruptura inguinis cũ medicinis huiuſmodi nõ ſanatur, tunc ad chirurgiã recurrendũ eſt. Et operatio qdẽ chirurgię in huiuſmodi ruptura, duplex eſt: qm̃ aut fit per cauterium: aut per inciſionẽ: et
C ego dicam modum operationis vtriuſq; ſecundũ diſpoſitionem antiquorum. Quæ vero fit per compreſſionem, et laqueationem: vituperabilis eſt: nec aliquatenus in hoc libro noſtro ſcribenda eſt.

Chirurgia cũ cauterio in ruptura eſt duplex: quoniam alia fit cum cauterio potẽtiali: alia cum cauterio actuali.

Chirurgia vero cũ cauterio actuali eſt: vt p̃cipias infirmo ꝙ retineat anhelitũ, donec appareat eminentia. deinde reduc ipſam digitis tuis: & ſigna cũ incauſtro, uel aliquo ſimili ſub ruptura ſuper os pectinis cũ ſigno, cuius extremitas ſimilis ſit medietati circuli ad ſuperiora corporis. deĩde reſupinetur infirmus ſuper dorſum ſuũ in ſcamno ſiue tabula: cuius vna extremitatum ſit altior altera, quantitate vnius cubiti vel circa id: vt coxæ eius ſint eleuatæ: & caput inferius ſit de
D preſſum: & ligentur manus ſuper pectus ſuum: et corpus totum cum diſco vel tabula, ne poſſit moueri: & coquas ubi neceſſe eſt. deinde teneat miniſter manum ſuam ſuper locum: vt non exeat inteſtinum. deinde ignitum cauteriũ, qđ ante ad ignẽ poſueras, ſuper prędictum ſignum appone. & firma manum tuam cum eo ſecundũ rectitudinem, donec conſequaris os. & ſi nõ fueris conſecutus cũ cauterio, parum cõferet operatio tua: & caue ſumma diligentia, ne in hora cauterizationis exeat inteſtinum, & cõburatur, veniantq; per id accidẽtia mala. deinde curetur cauteriũ cũ butyro donec eſchara cadat. Poſt hæc vulnus cũ alijs medicinis curetur, donec reſtaurẽ: & iaceat infirmus ſuper dorſum ſuum. xl. diebus, donec vulnus cõſolidetur. Et poſtquã ſurrexerit, teneat brachale artificialiter factum per alios. xl. dies: & ſeruet diætã ſuperius

ordinatam: sicq; sanabitur integre deo dante.

Quia vero plurimi ferrũ verentur, & ignem non minus abhorrent: si cũ potentiali cauterio curare vo lueris, sic curabis. in loco supra os pectinis vbi sub ru ptura cũ ĩcaustro signauisti, medicinã adhibeas cõbu rentẽ. cõbusta vero cuti cũ medicina, medicamẽ ap ponas acutũ qđ tandiu iterãdũ est, donec os pectinis cõseqris. deinde carnẽ cõbustam cũ butyro instrumẽ tis ferreis, & alijs medicinis abijcias: & vulnus cũ me dicinis carnẽ generantibus velociter incarnare ꝓcu res, infirmo iacente resupino cõtinue iuxta disciplinã superius assignatã. sic enim cito et bene sanabitur dño cõcedente. Et scias ꝙ quãdo iteras medicamen acu tũ, aliquid de carne cõbusta potes dimittere, vt super illam & non super carnẽ viuam propter nocumenta ipsum medicamen apponas. Et ne per didymũ & cir cumadiacẽtes partes ad bursam, & testiculos plurimi humores descendentes herniã carnosam generent, & fiat nouissimus error peior priore: cũ stypticis confor tantibus & repercutiẽtibus purgato ante inceptionẽ curę toto corpore, ꝓcura antequã fluãt, reprimere: et si cõtingat eos fluere, ne in carnosam cõuertantur her niam, velociter eos repellere studeas toto posse.

Rupturæ vero curatio cũ frigido est, vt infirmũ super dorsum suũ iacere pręcipias. dein de locũ rupturę quantitate triũ digitorum secundum latitudinem seca: deinde scarna, donec didymus dete gatur. tunc accipe instrumentũ ad modũ tentę factũ, & pone extremitatem super locũ eminentię in didy mo: & reduc cũ eo intestinum ad interiora vẽtris. de inde sue vtrũq; locum cõtinuatum cum instrumẽto: & ab vtroq; didymi latere vnũ eorum annecte cũ al tero cum sutura. deinde instrumentũ extrahas: et vul neri adhibe curationem. Sed scias ꝙ cauterium prę dictum est melius & securus. antiqui etiam fugiebant incisionem: & cauterium eligebant.

*De hernia intestinali.* *Cap.* XXXV.

QVando eminentia descẽdit ad bursam testicu lorũ: tũc aut est ex scissione siphac, aut relaxa tione ipsius. Et signum ex scissione siphac est, quando descendit subito vehemẽter vsq; ad fun dum bursę: & illud est propter grauitatẽ intestinorũ, & cursum eorũ ad inferiora. Signum vero ex dila tatione siphac est, quãdo descendit paulatim in tẽpo re longo, & nõ subito, neq; vsq; ad fundũ: et illud ꝓ pter leuitatẽ ventositatis: & intestina quidem & zir bus redeunt cũ difficultate. vẽtositas vero absq; diffi cultate: & iterũ intestina & zirbus redeunt cũ mino ri gurgulatione: sed ventositas, cum plurima: & for tasse aggregatur stercus in intestinis, & tunc infirmo accidit dolor grauis: & præcipue quando premuntur ad interiora. ĩmo fortasse sequitur inde mors. Iã enim vidi duos homines ex hoc mori.

In curatione autẽ huius scissionis seu rupturæ vix aut nunquã conferunt medicinæ. ĩm mo curatio eius est curatio ferri. & tunc erit cum ea ti mor magnus. quoniã multoties accidit super infirmũ malitia magna: & moritur de facili. Quapropter amice nõ est pręsumptio, vt medicus accipiat hãc cu rã cupiditate lucri: nisi quãdo rogatus fuerit ab infir mo: & tunc corã ipso & amicis suis, vel saltẽ coram amicis suis periculũ eminens protestetur. Et huius modi quidẽ intentio non est prętermittenda: ĩmo di

E ligenter seruanda in oĩbus ægritudinibus timorosis: quoniam illud erit vt medico loquar, salus corporis tui: & defensio turpis famæ. Et non oportet etiam vt senes & ætate prouecti curationi cum ferro de faci li exponantur. ĩmo sufficit vt custodiantur, & seruen tur cum brachijs, ligamine, & diæta: vel cum cura po tentiali cauterij superius assignata.

Modus vero curationis cum ferro est, vt pręcipias infirmo, ꝙ reducat intestina manu sua ad ĩteriora vẽ tris. & si nõ obediunt reddituí: tunc fiat clysterizatio, vt alleuientur a superfluitatibus suis. deinde sedeat in firmus in aqua calida multoties: & vngatur locus cũ lenitiuis, donec redeunt, sicut debent. post hoc infir mus resupinetur super scamnũ vel tabulatã prępara tam: sicut iã diximus: ita vt crura eius sint eleuata, & caput inferius sit depressum. & cũ scãno seu tabula tri

F bus fascijs alligetur, vna videlicet in tibijs circa pedũ iuncturã, alia in coxis supra genua, tertia ĩ pectore cũ qua manus & brachia cõstringantur. deinde ducatur testiculus vsq; ad rupturã: & ponat minister digitum suũ super locũ rupturę: vt nõ exeat intestinũ. deinde seca pelliculã supra testiculum secundũ longitudinẽ: & sit sectio adeo magna: vt ex ip̃a testiculus possit tra hi, & postquã egressus testiculus fuerit: pręcipe mini stro, vt extendat ipsum ad superiora: & tu scarna di dymũ vsq; ad inguen cũ instrumento aliquo ad hoc apto nõ valde acuto, aut cũ vnguibus, quod est sal uius: & tunc quęre digitis tuis, ne sit aliquid ex intesti nis in didymo. & si inueneris ex eis aliquid, impelle il lud interius. deinde accipe acũ magnã quadratam, in qua spacum sit forte: & liga id inuolutione plurima vehemẽter: & capita ipsius spaci pendere de foris di

G mittantur. tunc positis tabulis cũ ferro lato benegni to iuxta ligamentũ secundũ rotunditatem didymus incidatur: & duobus alijs cauterijs vehemẽter ignitis bene decoquatur. caue tñ ne incidas vel cõburas ali quid ex ligamẽto. deinde seca in inferiori parte cutis testiculorũ: vt sanguis & sanies educantur. & admini stretur in vulnere stupa in oleo ro. vel oui albumine madefacta: & ponatur liciniũ in sectione quã inferius in bursa fecisti: et ligetur desuper ligamẽto cõuenienti. deinde soluatur patiens a ligamentis, quibus cũ ban co fuerat alligatus: & portetur caute sicut cadauer, ad locũ mollẽ, & bene paratũ: & ita locetur in eo, vt pedes sint aliquantulũ capite altiores. & diligenter co operiatur maxime si sit hyems, ne infrigidetur: & ꝓ pterea accidẽs aliquod sinistrũ veniat super eũ: & ca ueat ab oĩbus accidentibus animę, sicut ira, tristitia, et

H similibus. Q; si post septẽ vel nouẽ dies eschara nõ ceciderit: tunc embrochetur locus cũ aqua calida so la, aut cũ aqua calida & oleo, donec cadat. Deinde ces set aqua calida & oleũ, vt curetur vulnus cũ exiccati uis, donec sanetur. Et rectũ est etiam ut quoties mu tatur vulnus: vngantur partes inguinũ cum oleo te pefacto: quoniã prohibet malitiam super vulnus. Hęc etiã ægritudo curari potest cum ruptorio acuto modo narrato in capitulo de cauterizatione rupturę.

*De hernia aquosa, uentosa, & carnosa.* *Cap.* XXXVI.

SPecies herniæ quæ accidunt in bursa testiculorũ pręter herniã intestinalẽ generaliter tres videntur esse. Quarũ vna est aquosa: alia uẽtosa: tertia carnosa.

Aquosa enim nihil aliud est quã aggregatio humi ditatis. Et causa eius est debilitas testiculorũ. quare

huiusmodi

huiusmodi materia festinat ad eos: & quãdoq; accidit ex percussione super testiculos. Et signũ eius est grauitas & splendor: & quia quãdo tangitur, cedit tactui. Cura autẽ est, vt incidatur cutis testiculorum sectiõe ampla secundũ longitudinẽ: & excorietur, donec ad locum aquę peruenias. Deinde perfora, & extrahe totam aquã: & inuestiga secundũ diligentiam tuã, ne testiculus sit corruptus: q̃ si fuerit corruptus, cũ ferro calido incidatur, & extrahatur. deĩde curetur vulnus cũ eo, quod conuenit, donec sanatur. Et quãdo dimittitur testiculus corruptus: ęgritudo patitur recidiuam: imo absque testiculi corruptione multoties recidiuat. & indiget iterum perforatione, nisi cauterizetur post perforationem, & euacuationem suam.

Cum autem fuerit hernia ex ventositate: quod cognoscitur per extensionem sine põdere & lenitatem tactus, & etiam per alia signa dicta: tunc curatio eius est extenuatio ventositatis.

Si vero fuerit ex carnositate: signum eius est grauitas, grossities, & durities cũ paruitate doloris: et causa eius est effusio materiei ad testiculos, aut percussio. Curatio aũt eius est cum repercussiuis in principio. deinde cũ remollitiuis. Si vero materia, nec in principio possit repcuti, nec post statũ possit resolui: ad chirurgiam oporteat deuenire: tunc cura eius est, vt incidatur cutis testiculorũ, & excorietur vsque ad superiora. deinde extrahe didymũ & testiculum: et libera eos ex omni parte ab illa carnositate. verũtamen si testiculus iã consolidatus est cum illa carnositate: oportet vt incidatur, & extrahatur cũ ferro calido: tamẽ propter timorẽ sanguinis emanãtis, qm̃ sicut dicit Albu. difficile est ipsum refrenare, & propter hoc ex huiusmodi operatione multi deficiunt. deinde suatur vulnus, & curetur cũ eo qđ cõuenit, donec sanetur. & aliqui ꝓpter timorẽ hęmorrhagiæ seu hęmorrhosagiæ, cum ruptorio & medicamine cõburente carnositatẽ illam extirpare procurant: iterando medicamen acutum, quousque tota carnositas fuerit extirpata.

*De apostemate testiculorum.* Cap. XXXVII.

ET quandoque accidit vt apostemẽtur testiculi apostemate calido seu frigido ex hũore ad ipsos rheumatizante. Et signũ apostematis calidi est pulsatio vehemens, caliditas tactus, & coloris rubor. Signũ vero apostematis frigidi est: qm̃ color eius assimilatur colori reliqui corporis: caretque dolore.

Et curatio apostematis calidi est phlebotomia basilicę in principio, & emplastratio cũ repercussiuis. deĩde cum sedatur pulsatio, epithemetur locus cũ resolutiuis lenificantibus, sicut chamomilla, farina fabarum, & similibus.

Curatio aũt apostematis frigidi est resoluere tãtũ, & nõ repercutere. Et quandoque ex sola ventositate absque apate inflãtur & signũ eius iam dictum est scilicet q̃ extẽsio absque põdere sentitur. A quocũq; humore fiat, secundũ Rogeriũ vena saphena interius phlebotometur. Itẽ ponãtur vẽtosę supra renes. In calida ergo causa repercutiatur materia cũ emplastro facto de fabis coctis in aceto: vel de farina hordei distẽperata cum succo solatri: uel herba trita cũ succo et substãtia cataplasmetur. si autem non possit repercuti materia, decoquatur farina tritici cũ axungia galli & oleo viol. & fiat emplastrũ: & calidum frequẽter superponatur. Si aũt fiat de frigida causa, fiat stupha

A particularis de herbis calidis. & tunc inungantur testiculi cũ melle rubeo despumato: & terantur testę allio rũ aqua decoctę, & fiat emplastrum: & supponatur: resoluit enim materiã in fumũ, et cõdensat in sudorẽ. Et apa quandoq; rumpitur interius, quandoq; exterius. si exterius rumpatur, curetur curatiõe apatum: si interius rumpatur, offerãtur electuaria diuretica, & syrupi. Itẽ aliud cõmune ĩ vtraq; causa. Accipe rosas, ficus, millefoliũ, et stercus caprinũ. decoquãtur in vino albo: & fiat emplastrũ: & superponatur. Itẽ ĩ calida causa, cimolea uel terra quę reperitur sub mola fabri, desiccetu: & distemperetur cũ aceto: & fiat emplastrũ. vel fiat inunctio supra testes in calida causa. Si autẽ fiat ex ventositate: repercutiatur materia in principio, sicut dictũ est. si aũt repercuti nõ possit, fiat emplastrum ad exterminandũ & aperiẽdum de

B furfure triticeo decocto in vino, & superponatur. Itẽ decoquãtur semina fœniculi, petroselini, apij, carui, dauci, anisi, cymini, in aqua: & in illa decoctione intingatur lana succida: & calida superponatur. Item apata et tumores testiculorũ reprime hoc vnguento. Re. lithargyri, plũbi vsti, olibani, mastiches, asce, colophonię, aloes, ana. tere & distempera cũ oleo rof. et cum aceto: & vnge: vel distempera cum melle: & adde farinę fabarũ, et stercoris caprini: & fac emplastrũ: & superpone. Si vero vulnera sint ibidẽ: & fuerint putrida: appõe pulueris cucurbitæ vstæ, chartę cõbustę, fabę vstę, anethi vsti, ana. Si desiccata sanie sanare volueris: pone puluerẽ myrrhæ, aloes, carici lignorum, aristol. thuris, plantaginis siccę, & aspalthi, ana. Radix pastinacæ trita et cataplasmata, dolorem testiũ tollit: & tumorem sanat.

C Item multoties relaxatur cutis testiculorum sine ipsis testiculis: & turpiter inferius dependet. Et eius curatio est incidere totam cutem relaxatam vltra cutem naturalem. deinde aggregẽtur labia vulneris cũ sutura: & cura vulnus cum reliqua curatione vulnerum, donec sanetur.

*De uerrucis, et poris accidentibus in uirga uel in alia parte corporis, & de clauis, & formicis.* Ca. XXXVIII.

VErrucę multoties accidũt & in omni parte corporis, maxime in manibus et pedibus ex malis qualitatibus, quas natura expellit ad exteriora. Earum vero aliæ sunt duræ: aliæ molles: quę duræ sunt, ex cholera nigra fiunt: molles autem, ex phlegmate.

Ipsarum vero curatio est, vt in ipsis purgetur humor, qui fecit accidere morbũ. deinde sit su

D pra morbũ ponenda sunt desiccatiua, sicut oleũ mistum rosarũ, & cinis ramorum vitis cũ aceto distẽperatus, similiter acacia, bolus arme. cum oleo ro. his vero nõ valentibus ponenda sunt acuta & corrosiua, sicut est calx viua distemperata cum capitello, & similia: quę si nondum sufficiant, susspẽdantur cum vncinis, & incidantur. deinde administretur medicamen acutum, vt putrefiat radix quę remansit, et consumatur. deinde cauterizetur cum ferro candenti: & si patiens non tolerauerit, & ligetur cum filo serico strictura vehementi. & dimittatur ligamentum, donec verruca ab alio corpore separetur: & cadat. deinde apponatur medicamen acutum: & curetur sicut conuenit. Et cum accidunt in capite præputij, & sunt molles: scindantur cũ forficibus, & mundificẽtur. Itẽ abstrahatur verruca radicitus: & impleatur sale bene

trito tota concauitas, & prematur cum digito longo tempore. Item in quacunq; parte corporis nascuntur verrucæ, accipiatur palmes vitis bene siccus, incēdatur, & coquatur verruca in medio sui: ita vt calor & virtus ignis transeat bene vsq; ad radices: postea dimittatur, quia cadet: & si necesse fuerit iterato coquere, fiat illud.

### *De clauo siue callo.* Cap. XXXIX.

CLauus est caro callosa dura, atq; rotunda, similis clauo: et est eiusdē coloris cū reliquo corpore: & fit in qualibet parte corporis: & secundū plurimū in pedibus & digitis pedum: & inducit dolorem infirmo apud ambulationē. Curatio vero eius est vt concauetur in circuitu, deinde cum forficibus vel alio instrumento radicitus extirpetur. postea cauteriza locum: & cura donec sanetur.

### *De cura formicæ cum ferro.* Cap. XL.

CVram formicæ cum medicinis iam supra notauimus diligenter: nunc dicemus curationē eius cū manu, & est vt in ipsius circuitu cōcauetur: & extrahatur sicut de clauo diximus. Gal. aūt narrauit, vt accipiatur cānula pennę anseris fortis, aut cānula ferri vel æris, cuius extremitas sit acuta: & sit secundū quātitatem formicę: deinde caput eius ponatur super formicā: ita vt circulus cānę recipiat eā totam. deinde reuolue cannulam manu tua, donec in circuitu formicę vsq; ad carnis profundum incidatur: & ex radice sua eradicetur. deinde cauteriza eam. aut cura cum medicinis exiccatiuis, donec sanetur.

### *De hæmorrhoidibus.* Cap. XLI.

HÆmorrhoides quādoq; dicuntur .v. rami cauę venę, qui terminantur in fine longaonis in circulo ani: quandoq; dicitur passio illarum venarū: & sunt venę deputatæ à natura ad recipiendū sanguinē grossum & melāncholicum superabundantē in corpore. Et causa passionis earū est extensio & inflatio ex illo humore proueniens: vnde cōtingit vt fiat earum disruptio, & aliquando contingit ex nimia siccitate ipsas venas cōstringente. Et hæmorrhois dicitur ab hęma gręce qđ est sanguis latine: & rhoos, quod est fluxus, inde hæmorrhois, q̄si fluxus sanguinis. Sūt autem hæmorrhoides secundū duos modos: aut enī sunt intra anum, & tunc sanguis egreditur ex eis semper: aut sunt extra anum in extremitate eius, & tunc exit ex eis aqua citrina, aut parum sanguinis cursu assiduo, & sunt secundum colorem corporis.

Et huiusmodi fluxus in viris: quandoq; est naturalis, sicut fluxus menstruorum in mulieribus. vnde sicut mulier singulis mensibus menstruatur: sic & quidā viri singulis mensibus hæmorrhoidas patiuntur. quidā autem in quatuor anni temporibus: quidā semel in anno. isti vero non sunt stringendi: quia corpus eorum sic mundificatur a superfluitatibus melancholicis.

Quandoq; vero est innaturalis: quia nimis fluunt: vel quia retinentur: aut quia inflantur. In istis ergo casibus particularibus cōuenientibus fiat phlebotomia de vena hepatica: deinde purgetur cū medicina compressiua. Itē non detur medicina euphorbiata, vel scāmoneata: quod seruandū est in omnibus fluxibus per alia emunctoria frigidis, proprie si nimis fluant. Et scias q̄ qcquid aperit mēstrua, aperit hæmorrhoi-E das: & quicquid stringit mēstrua, stringit hęmorrhoidas. Si fiat nimius fluxus, et sit de frigida causa: purgetur cū decoctione myrobal. chebul. si de calida, cū myrobal. citrinis. sequenti die vel tertio fiat balneum constrictiuū: & tunc offeratur tryphera magna cum opio, acuata cum sang. drac. sequēti die aperiatur vena saphena interius, & fiant suffumigationes & encathismata, & alia localia quæ in fluxu menstruorū fieri consueuerunt. Itē offeratur mane & sero succus millefolij cū vino tepido. similiter ipsa herba trita cū melle cocta cataplasmetur. Item si prętex naturam retineantur, purgetur cū prędicta decoctione. & fiat balneū aperitiuum: sicut in retentione menstruorū: exeunti a balneo offeratur theriaca magna sine opio acuata cū myrrha & nigella: & fiant alia localia quæ fiunt in menstruis. Si autē in phlegmate fuerint hę-F morrhoides, accipe pannū blauum et cornu hircinū, si patiēs sit masculus, vel caprinum, si sit fœmina, psidiā, rānum, ana. cōburantur omnia: & fiat puluis subtilis. deinde ablutis bene hęmorrhoidibus cum vrina patientis, superspergatur puluis iste in vna vice vel duabus. desiccat hæmorrhoidas, detumefacit, dolorē tollit. Idē facit puluis pineę cōbustę similiter administratus. Item coquatur oleū nucum in pomo colocynthidos, & intingatur totū: hæmorrhoidas tumidas consumit, & desiccat. Itē succus ex calendula sumptus: valet contra tuberositatem hæmorrhoidū, & dolorē earundem. Itē myrrham, folia lauri, et cornu cerui pulueriza: & facta lauatura cum vrina patientis, super quod spergatur puluis prędictus: valet etiā contra exitum ani. Item emplastrū qđ aperit & desiccat hęmorrhoidas: porri desiccati cū sepo G hircino pistentur: & cataplasmentur. Item si vsq; hęmorrhoides fluant, sic fac. Rec. puluerē ellebori nigri: misce cum succo cępę: & sicca: & iterū cum eodē succo misceas: & iterū siccari permittas: fac hoc quater vel quinquies. postea distēpera cum felle taurino: & informa in modū digiti grossi: & ponas in ano: iaceat æger quousq; cesset fluxus. Item hoc aperit, & desiccat. calamenthū, calendula, origanū, sal, et nitrū. ista decoquantur in aqua: & patiens fumū recipiat super sellam perforatā sedēs per embotū, vel pone sanguisugas: aperiūt enim, sanguinē educunt, & curant. Ad hæmorroidas profundas. Accipe radices iari: & fac inde suppositoriū: & alias radices eiusdē herbę pone in circuitu: vt reprimant suppositoria: et consumetur per se. Item vnguentum contra dolorem hæmorrhoidum. Reci. lithargyri valde triti & cribrati, H & Reci. aceti, par. iij. olei, par. i. mitte acetum & oleū super lithargyrum, ponēdo nunc acetum, nūc oleū, & fortiter & diu incorporando quousq; lithargyrus albescat, & veniat augmentum: & sit vnguentum æquale inter duritiem & mollitiem. vngatur cum eo pannus: & vadens dormitum superponat loco dolēti. Item. Re. ix. spicula alliorum mundata, & aliquātulum quassata ligentur in panno lineo: & in oleo fac bullire. postea ponantur super hæmorrhoidas, quanto calidiora poterunt sustineri, & dimittantur. educunt morbum cum tota petia.

Si autem in cura hęmorrhoidū necessaria fuerit chirurgia, prius sicut dictū est ex vena basilica phlebotoma patientem. deinde si hæmorrhoides sint interius, & nō apparent, extrahantur cū vētosis: aut pręcipe infirmo, vt ascellet, & exprimat se, donec egrediatur

egrediatur anus. et appareat hęmorrhoides: & si anus A
nõ obedit egressioni, tunc clysteriza infirmum, clyste
ri parum mordicatiuo. Deinde projce uncinũ in eas:
& suspende: aut teneas cum vngue tuo: deinde incide
radicitus. Q si vncinus nõ retinet eas propter hu-
miditatem suam: tunc accipe eas cum pãno aspero, et
extrahe cum digitis tuis. deinde incide: & pulueriza
super eas medicamen acutum post incisionẽ: aut cau
teriza eas. deinde curetur locus curatione uulnerum,
donec sanetur. Si vero hęmorrhoides sint exterius:
tunc erit res facilis. Accipe ergo eas cum vncino, aut
cum vngue tuo: & radicitus incidas, sicut dictum est.
deinde pone medicamẽ acutum, aut cauteriza eas.
Et si infirmus timet incisionẽ cum ferro: quęlibet hæ-
morrhois cum serico filo ligetur: & fortiter constrin-
gatur: et dimittatur sic, donec per se cadat. deinde lo-
cus sicut dictum est superius, pcuretur. Hoc tamen B
nota, ꝙ si hęmorrhoides sunt antiquę, semper vnã ex
eis relinquas: ne super infirmũ veniant accidentia ma
la: sicut hydropisis phthisis, aut mania, aut melancho
lia: testante Hippo. Hęmorrhoidas sanare antiquas, si
non vna relicta fuerit, periculum est. etc.

*De fistulis in ano.* Cap. XLII.

Fistulæ in ano quandoq; accidunt ex vlceratione
hęmorrhoidum: aut ex vuulneribus, aut aposte
matibus quę accidunt de foris prope anũ. & maxime
qñ expectatur in eis cõplementũ digestionis. Interdũ
etiã qñ itromittitur clystere mollificatiuũ: mollificat
intestinũ interius: & infra intestinũ maturatur apa: &
mollificatur locus: & aperitur interius: & fit fistula.
Et ex fistulis ani, aliquę sunt penetrantes: aliquę nõ
penetrantes. Et signum penetrantium est: quando C
ex eis egreditur aliquid ex egestione & ventositate: et
quandoq; egreditur ex eis vermis. Cum intromittis
etiã indicem tuum in anũ patientis, & tentam per ori
ficium fistulę: sentis ipsam tẽtã super digito tuo a par-
te interiori: & si accipias pedem folij maluę viridẽ, &
intromittis in fistulam: ingreditur intestinũ absq; ob-
staculo. Fistularum vero penetrantiũ aliæ penetrãt
prope marginẽ ani secundum magis & minus, in qui
bus speratur sanitas. Aliæ penetrant vsq; ad vesicam
vel vsq; ad interiora virgæ. cuius significatio est exi-
tus vrinæ per eã. & tunc nõ est pręsumptio vt conso
lidetur locus cum medicinis propter dissolutionẽ vri
nę. Aliæ penetrãt vsq; ad os coxæ, & vsq; ad nodum
caudæ. & eius signum est, ꝙ tenta peruenit vsq; illuc:
sed nõ est in eis meatus tortuositas: quod viderim. Et
in omnibus istis fistulis penetrantibus, pręter eas quæ D
penetrant prope marginem ani, non est omnino cu-
ratio: quia neq; sanatio: & curatio earum, vt dicit Al-
bucasis, est labor, & vanitas ex stultis medicis.

Non penetrantium autem curatio est facilis: &
est sicut dictum est in capitu
lo vniuersali. verũtamen cauterium ignitum est ma-
gis vltimum in iuuamento curationis: elargato prius
orificio, & ipsius profunditate diligenter inuestigata,
sicut sciuisti in capitulo suo: vt nõ decipiaris cum cau
terio: sicq; tenta cum qua inquiritur fistula, sit subtilis
valde: & cauterium cum quo cauterizas eam, simili-
ter sit subtile secundum amplitudinem eius.
Verum curatio fistularũ penetrantium prope mar
ginẽ ani, sit secundũ duos modos: quorum vnus est
per incisionẽ cum strictura spaci: alius per incisionem
cum ferro. Et operatio primi modi est, vt accipias ten
tã plumbeam perforatę extremitatis sicut acus: & in
tromitte in eã spacum ex filis lini aut ex serico. deinde
intromitte digitũ tuũ indicem oleo inunctum in anũ
patientis, & tentã in fistulam donec consequaris eius
profunditatẽ et sentias tentam ipsam iã ad digitum pe
netrasse: tunc plica caput tentę cum digito qui est inte
rius: & extrahe ipsam per anũ. deinde aggrega duas
extremitates spaci. et stringe ipsum strictura bona, do
nec incidãtur carnes cõprehensę ab eo: & quãdo spa-
cũ propter carnis incisionẽ elargatur, addas in ipsius
strictura quousq; carnes prædictę incidãtur omnino,
& liberetur spacũ. Tunc, si vis, pone medicamen acu
tum in fistula: & si tin adiutorio curę ipsarũ cauteriũ.
deinde curetur locus curatione vulnerũ, donec sane-
tur. Operatio autẽ secundi modi est vt non stringa
tur spacum, sicut narratum est: sed ligentur extremi-
tates ipsius simul: & sit spacũ istud grossius & firmius
primo. deinde extende spacum cũ vna mannum tua
rũ versus exteriora: & cũ altera manu incide illas car
nes, quę cõtinentur infra spacum cũ instrumento cur
uæ extremitatis secũdũ figurã falcis: aut cum rasorio,
si est possibile tibi: donec spacum integre liberetur &
tunc mortifica fistulam: quia licet quidã dicant, ꝙ nõ
est opus mortificare eam, sed tantum incidere, & cu-
rare cum medicina carnis generatiua: ante tamen vi-
detur id tutius. deinde curetur locus donec sanetur.
Et scias ꝙ iste modus est melior, saluior, et expeditior
primo: quod est, quia in incisione quæ fit cum cõpres
sione spaci, dolor est longinquus & continuus: & ex
hoc timor super infirmũ, ne spasmus accidat ei, aut fe
bris: quia locus ille cartilaginosus est. Et in extremi
tate lõgaonis terminatur lacertus contines anũ. imo
quãdo accidit illud, necesse est succurrere: et spaci cõ
strictionẽ laxare. In incisione autẽ cum ferro, non est
tantus timor propter abbreuiationẽ operis. Et ite-
rum scias amice ꝙ sermo quẽ audisti, est rectus & re-
ctus. & nõ existimo ꝙ sit alia ratio seu semita in cura-
tione fistulæ penetrantis: qđ est: quia veteres in libris
suis nullã curã aliã posuerũt. & ego de multis quos vi-
di, nullum adhuc per viã aliam vidi curatum nisi per
modũ quẽ narraui tibi, scilicet ꝑ incisionẽ totius par-
tis. & adhuc etiã declinat intẽtio antiquorũ, & præci-
pue Rasis in lib. diuisionũ, cum dicit. fistulę quidẽ pe-
netrantes nõ sanantur nisi cum ligatione & secatione
cũ falce. Et causa quare nõ sanatur fistula penetrãs
absq; totali incisione carniũ: sicut ostensum est, nõ as-
signatur ab auctoribus. mihi autẽ videtur, ꝙ accidat
propter impedimentũ egestionis, & humiditates con
tentas intus in profunditate fistulę. verum postquam
ĩciditur locus, nõ retinetur aliquid ex eis, scilicet quia
non est cauernosus, sed æqualis.

Quãdoq; contingit ꝙ fistula nõ est penetrans, sed
est propinqua penetrationi. Et scitur quoniã qñ po
nis digitũ in anũ, & tentã in fistulã, inquirendo, sentis
ꝙ inter tentã & digitum nõ est aliud nisi solum vela-
men. Et tunc sicut periti ueteres iã dixerunt: necesse
est vt ipsam facias penetrare, dum modo nõ habeant
multã profunditatem: qm̃ tunc nõ oportet illud pro
pter incisionẽ lacerti. Et quãto fistula est minoris pe
netrationis: tanto facilioris curationis, & minoris ti-
moris. Et quãto magis est cõtrariũ illius: tanto plus ti
metur, ne processus incisionis perueniat ad lacertũ cõ
tinentem anum: & accidat super infirmum ægritudo

deterior, exitus scilicet egestionis absq; volũtate.

*De ficu qui fit in ano.* Cap. XLIII.

FIcus nascuntur in ano, & sunt quædã carunculæ superfluę. Cura. Re. millefolium, et parietariã: pistentur cũ pauco sale: & emplastretur locus quotidie, donec ex toto curetur. Quãdo ficus est interius. Accipe prędictas herbas, et teras. distempera cũ uino. postea cola cũ expressione herbarum: & propina mane ieiuno stomacho & sero, donec ex toto liberetur. Item ad ficũ. Accipe puluerem capilli veneris, cepæ, et aristol. ro. põe super ipsum: quia sine dubio destruitur. Item ad ficus qui exterius, & in apparenti sunt positi. stercus pullinũ, saponẽ, mel, & cepas, squillas, cõmisce: & calidum superpone: & dimitte sic: tertia die sanum inuenies. Item ad idem res probata. Plãtaginis, millefolij, mẽtastri, ana Manipuli. i. hæc oĩa tere, et succum exprime, addens piperis grana. ix. mastiches, gra. vi. commisce: & patienti ieiuno propina: & renoua potionem. ix. diebus. Item ad omnes ficus sanãdos. Sulphuris, drac. iij. piperis gra. xxvi. tere. & coque cum duabus libris vini ad mediũ: & da quotidie calicẽ vnum. Q. si perseuerauerint ficus, & nõ recedant cũ medicinis, & necessaria fuerit chirurgia: tunc fac per omnia, sicut est de hæmorrhoidibus supra dictum.

*De lapide uesicæ & renum.* Cap. XLIIII.

LApis aliquando generatur in vesica: aliquando in renibus: et sicut dicũt auctores iuuenibus vtplurimũ lapis generatur in renibus: & pueris in vesica: cuius collũ strictum est, prohibẽs materiam vnde lapis efficitur, exire: verũ quamuis de causa et curatione lapidis quæ aggregatur in renibus, nõ sit nostrę intentiõis in libro isto, vtpote quia nunquã curatur chirurgiæ beneficio: propter cõitatẽ tamen & conueniẽtiam quã in curatione cum medicinis habet, cum lapide in vesica abbreuiato sermone in capitulo isto aliquid scribemus de cura ipsius. dicemus tamen primo de lapide vesicæ, super quẽ cadit operatio chirurgię.

Dico ergo ꝙ secundũ sententiam auctorũ, causa quare lapis nascitur ĩ vesica, est humor grossus & viscosus. Et significationes quibus certificatur quis eo, sunt plures. Nã ex eis est ꝙ vrina egreditur ex vesica alba & subtilis cum fęce arenosa, et cum difficultate, & dolore vehemẽti circa partes pectinis: & puer tenet virgã manibus suis: & fricat eam: & laborat cũ ea: & erigitur sæpe virga. & egreditur anus. manuq; tractata vesica, durum quid sentitur in ea. Species vero lapidis multę sunt & diuersę. Nam alius paruus: alius magnus est: alius lenis: alius asper: alius longus: alius rotundus: alius ramosus. Lapidis vero lenis & rotundi facilis est egressus: sed illius qui est asper & ramosus, egressus est difficilior: quare necesse est vt addas in eius incisione. Item sicut dicit Rasis: alius est qui frangitur medicinis: alius qui nõ frangitur. ideoq; necesse est ipsum probare aliquo tempore medicinis, antequam incidatur. Et nos primo dicemus de lapide in renibus & vesica, quomodo curari debeant medicinis. Deinde dicemus quomodo lapis in vesica, cui non conferunt medicinæ, curari debeat chirurgia.

Et quando lapis in renibus aggregatur: signa eius sunt dolor spinæ, & spinalium musculorum, & in profundo circa renes sentitur dolor, &

E ponderositas, & dormitatio, præcipue circa caput lõgaonis, & dormitatio tibiarum & coxarum circa exteriora, & formicatio parui digiti pedis.

Signa vero lapidis in vesica sunt dolor, & aggrauatio frequẽs in pectine, & suffocatio vrinæ, & quandoq; dolor iliacus, & colicus.

Si autem fiat in renibus siue in vesica, & fiat de calida causa, & non inueterata, hæc sunt signa: dolor pũgitiuus & acutus: & prę nimio acumine, vrinæ sequitur stranguria, vrina intensa rufa, vel subrubea, aliquando cum guttis sanguineis: arenæ rubeæ vel subrubeæ, virides, vel nigræ. Si fiat de frigida causa: sentitur frigus in profundo: et in loco collectionis põderositas: vrina quandoq; tenuis, quandoq; pinguis, & turbata: arenæ nigræ, vel albæ, vel cineritiæ. Si autem confirmatus sit lapis in vtraq; causa: vrina ap-
F paret pinguis, discolorata: superius distincte liuens semper, cum squamoso & manioso sedimine, aliquando cum sanguineo. Item quandoq; fit in iuuẽtute: quandoq; in senectute: qñq; in pueritia. In iuuẽtute frequentius fit in renibus: quia per caliditatẽ & siccitatem renum humores ibi petrificantur. In pueritia vero frequentius in vesica: quia tunc humores viscosi generantur, qui existente collo angusto vesicæ petrificantur.

Si autem fiat in renibus, & sit lapis cõfirmatus: vix aut nunquam curatur. Si lapis est in vesica, & sit inueteratus: in quacunque causa & in quacũq; ætate vix aut nũquã curatur, nisi per chirurgiã.

Si autem lapis nõ sit inueteratus: in calida causa digeratur materia cũ diaprunis mane et sero. post usum electuarij sequatur ozyzachara cũ tepida. debet etiã
G fieri inunctio ab exterioribus cum axungia cuniculina, vel leporina, & butyro ĩ frigida causa. in calida cũ oleo violaceo supra locum lapidis ad digestionẽ materię. Digesta materia purgetur cum electuario de succo rosꝰ. tertia die fiat balneũ cum decoctione mercurialis, absinthij, & foliorum salicis, & vitis, tormentillę, quinqueneruiæ, accedulę. exeũti a balneo offeratur rubea trochiscata cũ aqua decoctionis scolopendrię. sequenti die fiat phlebotomia de saphena interiori: si lapis est in vesica: vel de exteriori, si lapis est in renibus. deinde offerantur medicinę frangentes lapidẽ. Puluis optimus frangens lapidem. Accipe caput, pedes, & pellẽ totam leporis: & cõbure in olla rudi: & puluerizã: postea appone callithrychũ, & milium solis: & da patienti cũ cibis, vel cum vino calido in quo cocta sit saxifragia: & ponas cõ puluere prędicto con-
H fortantia renes & vesicam: ne lędantur propter molestiã pulueris. Item fiat inunctio supra locum passionis cum populeon, & aceto: & superponatur emplastrum, quod fit de seminibus melonis, citruli, cucur. acedu. portulacæ, attriplicis: san. marathri puluerizatis: & distemperatis cum vino, aceto, & succo mercurialis. Itẽ si lapis est in renibus: fiat cauteriũ in poplite: si est in uesica, in crure sub genu interius tribus digitis. Itẽ singulis. 15. diebus fiat clystere cholagogũ: et aliqñ singulis septimanis. Itẽ misceatur diaprunis, et electuariũ de succo rosarũ. añ. cũ balsamo. Et singulis septimanis cũ ierit dormitũ, offeraẽ de illa mistura ad quantitatem castaneæ sine obseruatione diætæ. Item fiat syrupus de scolopendria, endiuia, capillis ve. ceterac, polytrycho, adianto, radicibus fœnicu. petrose. milio sol. saxifragia, ebulo, sambuco, & frigidis

dis semi. & aceto: & accipiat de eo quantũ capit testa
oui, cũ tribus partibus aquæ tepidę de tertio in tertiũ
diem. Itẽ accipe semina frigida ace. dul. portul. spi-
cam nardi, galangã, semina saxifragiæ, puluerem pil-
lorũ leporis, & lac caprinũ, ana comburantur, & pul
uerizentur & cõficiantur cum aqua limonũ vel semi
num frigidorũ distillata per alembicum: in qua resol-
uatur balsamus, vel muscus: & fiant trochisci vnius,
drac. & de tertio in tertium diem offeratur vnus distẽ
peratus cum vino & aqua calida.

Si autẽ fiat de frigida causa, quod cognoscitur per
prædicta signa: digeratur materia cum æquali mistu-
ra electuarij ducis, & philãthropos lithontripton, vel
Iustini. Post vsum electuarij mane & sero sequatur
usus oxymelitis diure. uel squillitici cum aqua tepida:
purgetur cũ benedicta. tertia die fiat balneum vsque
ad vmbilicum cũ aqua decoctionis fœniculi, petrose
lini, apij, carui, dauci, saxifragiæ, milij solis. exeunti a
stuffa offeratur aurea alexandrina cũ opio, vel theria-
ca maior cum vino decoctionis saxifragiæ, vel milij
solis: sequenti die aperiatur vena saphena exterior si
lapis est ĩ renibus: vel interior, si lapis fuerit in vesica.
Singulis mensibus vtatur prædicto balneo: & offera-
tur prædicta opiata. Et singulis mensibus in tertia
ætate lunæ vel quarta iteretur prædicta phlebotomia
de saphena: & singulis. 15. diebus, vel de octauo ĩ octa
uum diẽ fiat clystere hydragogũ. Et fiant cauteria, si-
cut superius dictũ est. Item de tertio in tertium diẽ
acci. de prædicto electua. semel in mane. & sequatur
vsus istius syrupi. & extrahatur succus radicis rapha-
ni, & saxifragiæ: & bulliant ad ignem: & colentur: &
colaturæ addatur zucharum & syrupetur. Vel fiat
syrupus huiusmodi valde diureticus. Re. radicis apij,
saxifragię, petroselini asparagi, fœniculi, macedonici:
omniũ radicum, & seminum, ana vnc. ij. carui, anisi,
grani solis, leuistici, sileris montani, anethi, amomi, la-
pidis lincis, agapis, cicadarum siccarũ, sanguinis hirci
collecti secundũ doctrinam Alexan. meu. ana vnc. ij.
Radices cõtritas diutissime fac bullire in aqua: & cola
semina, et puluerẽ specierum ligata in panno fac bulli
re ad syrupi decoctionem perfectam. da mane & se-
ro, vnc. i. cum aqua calida. Item vtatur vino saxi-
fragato: quod sic fit. Rec. radices fœniculi, apij, petro-
selini, macedonici, asparagi, brusci, anisi, anethi, leuisti
ci, radi. & semi. oĩum, ana lib. 5. saxifragiæ, milij solis
sisalidos, ana unc. ij. radi. pẽtaphyllon, parietarię rub.
lapidis lincis, sile. montani, masti. gũmi ederę, seminis
basiliconis, ana vnc. iij. graminis, eretani marini, beto
nicæ, acori, elennij, ana vnc. iiij. &. 5. spicęnardi, zin-
zi. galangæ, cinnamomi, olibani, ana vnc. i. cicadar.
cantharidũ, ana vnc. ij. &. 5. seminũ cõmunium, ana
vnc. i. &. 5. prædicta omnia in mortario ęneo fortiter
cõterantur: postea ponantur in vino albissimo in do
lio: & dimittãtur ibi per mensem, vel plus: deinde de
tur vinum ad potandũ: & balneetur patiens ter vel
quater in aqua decoctionis maluæ, & bismaluæ. dein
de vngatur circa renes, & perinęon dialthęa & buty-
ro mistis pariter. postea offeratur vinũ diureti. prædi
ctum ad quantitatẽ duarum vnc. bis in die: mane scili
cet & sero. in secundo & tertio die detur patiẽti, vnc.
5. de puluere facto de sanguine hircino, cum vino diu
re. & si in quarto die curatus nõ fuerit, detur postea
singulis diebus vinũ diure. et puluis sanguinis hircini
distemperatus cũ uino diureti. in quantitate prędicta,

A vsq; ad perfectam curationẽ. Item certissimũ ad la
pidem in vesica frangendũ granorum solis, gar. zin-
zib. cicada. siccarũ, melanopiperis, petrosel. se. aspa-
ragi, saxifragiæ, leuistici, ana drac. xi. mel quod suffi-
cit: dentur drac. ij. cum lacte: & si puluerẽ antidoti da
re volueris, vtilissimus est. Itẽ contra calculum &
impotentiã vrinandi, quidã omnes calculos curabat
per exhibitionẽ sanguinis menstrui in potu dati. Idẽ
facit stercus muriũ bibitũ. Contra impotentiã vri-
nandi Gal. in lib. de curationibus ægritudinũ refert
medicamen quod frangit lapidẽ, & paulatim expel-
lit, donec vesica mundificetur, & vrina clara & pura
egrediatur: in quo maximũ cõsideratur secretũ: præ-
cipue cum hãc ægritudinẽ omnino curet, ita vt lapis
post ipsum nõ generatur: quod Reci. semen cucume-
ris sacreos, idest semen ferulę, semen olusatri, myrrhę,
B omniũ, ana aur̃. ui. xylocasię purpureæ, cinnamomi,
phu. oĩum, ana aur̃. iiij. puluerizẽtur: & cum melle di
spumato conficiantur: de quo ad lupini quantitatem
sumatur. Qui autẽ hoc medicamẽ cõpositurus est, ut
sacrosanctũ custodiat, ne has species terat, nisi in mor
tario ligneo cum pistello ligneo: nec super se ferrum
habeat, neque in cingulo, neque alibi. In hoc enim
secretum ualde occultum cõsistit. Medicamẽ quo
sicut dicit Macer ad calculũ, nullum utilius creditur.
Reci. mille foliũ, betonicã, berbenam, pari pondere:
hæc mista aqua potentur. Item ad lapidẽ in uesica.
Re. cortices radi. petrosel. & fœniculi, & semen eorũ,
miliũ solis, semen maluę, et maluauisci: bulliãt ĩ aqua,
et cola: ĩ parte istius colaturæ ponas olei laterini, unc.
i. et totũ tepidum dabis ad bibendum, siue in balneo
siue extra balneũ patientis sedenti, stomacho ieiuno,
C uel cibo iã pene digesto: & hoc frequẽter quousq; to-
tum lapidem emittat. verum si patiens fuerit iuuenis
& siccus, aut macilentus, aut ęstus: dabis cũ decoctio
ne seminũ frigidorũ cõium, ut semine lactucæ, et mal
uæ. Itẽ ad lapidẽ in renibus & vesica, probatũ. cõ-
templare tamẽ cui dederis. nimis nãq; molestat infir-
mũ: lapidẽ tamen fractum cũ nimio fluxu urinæ ex-
pellit. Re. philanthropos, iustini, adriani, musę, theria.
oĩum horum in furno desiccatorũ. nõ tamen adusto
rũ, pellis leporis cum sanguine adusti, ana vnc. i. scor
pionis cõbusti, & in aceto extincti, vnc. ij. cãtharidũ
adustarũ, drac. ij. vitri diligẽter pulverizati, drac. iiij.
sanguinis hir. triẽnalis, seu uetustioris desiccati, drac.
ix. nardi, cicada. sicca. grilli, myrrhę, ana drac. vi. hęc
oĩa pulueriza. & puluerẽ per diem & noctẽ in petre-
leo infunde: postea puluerem cum succo brunectę, &
D melle distempera: dabis mane egredienti a balneo cũ
decoctione ciceris erratici, drac. i. &. 5. aut plus uel mi
nus secũdũ uires: & si fiat angustia, & ardor in stoma
cho, dabis medullã citruli, cucu. cucur. melonis, distẽ
peratã cum butyro. Item accipe sanguinẽ leporis,
& totã pellem: &. vi. unc. saxifragiæ, & in latere cru-
do cõbure: & totum in cinerẽ cõuertatur: & dabis ie
iuno: cũ calida cochlear unum istius pulueris: si uis, p-
bare uirtutẽ eius, põe calculũ in uitro cũ puluere isto
et aqua. in crastino inuenies cõminutũ. Et scias ami
ce q; Alexan. dicit q; quibus lapides in renibus gene-
rantur, utilissimum est balneum: non solum enim mi
tigare, sed curare potest: et cum lauerit se nephtiticus,
ungenda sunt loca dolentia oleo chamomilino, &
diutius confricanda: oportet enim non solum semel
in die, sed secundo uel tertio, & sæpius lauari.

In locis autē dolētibus imponendū est cerotum: hoc modo cōfectū. Re. olei chamomilini, vnc.ij. olei ro. vnc.i. vitellorū ouorum crudorum, vnc.iij. confice: & in linteolo inductum superpone. hoc enim paragorizat: & intemperātiā loci deponit: et causam minuit: & prohibet lapides generari. Si dolores perseuerēt, & lapides cōminui nō possunt: fortiora medicamina sunt adhibenda. Accipe ergo sanguinem hirci: misce in pila cum fermēto hordei: & terens fac cataplasma: & impone: prædictū cataplasma facit ad poros et ad lapides in renibus & vesica mirifice. Oportet enim sanguinē hircinum bene siccari: & teri: & cribrari. Et habētibus lapides in renibus, aut vesica: da bibere cochlear.i. Similiter de cicadis siccatis et tritis puluerē dabis. Oportet enim auferri eis alas & pedes: & sic dari patiēti in balneo ad bibendū. Melius facies si in vino melle cōmisto dederis: hæc enim fortiora in virtute sunt & simplicia: & minus probata. Operatiuū satis & nimis forte medicamē est hoc in Augusto, quādo vua primo incipit maturari: Acci. patellā nouam factam de terra figuli: & mitte in ea aquam: & fac bullire: vt terræ saporem amittat: & occide hircum: & collige sanguinē non primo nec vltimo fluētem, sed medio: & cum se coagulauerit, incide minutatim: & in duplici linteo spisso pone in patella subdiuo, vt a sole & luna siccetur: & cum bene siccatus fuerit, tere: et repone in pyxide. dabis ex eo cum sapa bibendum cochlear vnum. hircus, qui occidendus est, sit plena ætate annorū non plus vel minus quatuor: & antequam occidatur, vt sanguis sit boni odoris, comedat folia fœniculi, ederæ, aut lauri: & admisceatur in potione amomū. Inquit Alex. ego miscui cum sanguine hircino myrrham troglodítidem. i. rotundā, vel electam: & dedi ad potandum cū nimios dolores pateretur: nec posset prę magnitudine lapidis vrinam facere: & accepta potione mox confractos & cōminutos proiecit lapides: & confestim subinde bibendo minutatim proiectus est lapis. nec vlterius alij renasci permissi sunt. Anodyna enim hęc potatio dicitur: quia et generatos lapides cōminuit: & alios generari nō permittit vlterius. vnde & Dei manus vocatur: quia & dolorem amputat, & renes de lapidibus purgat. Si sanguis hircinus non fuerit ad præsens: dabis hanc potionē cum condito spicę nardi, saxifragiæ, betonicæ, asari, semīs lini, petroselini, ana vnc.i. costi, folij, ana vnc.iiij. fac puluerem. dabis bibere ante horam prandij. ista enim potio minutat lapidē, & proijcit: et alios nasci nō permittit. Item extrahatur succus viticellæ, saxifragiæ, rafani, buglossæ, & admisceatur cum oleo laurino vel muscellino: & decoquatur vsq; ad consumptionē succi: coletur, et admisceatur colaturę cera: & fiat vnguentū: & fiat vnctio super locum passionis: & superponatur hyssopum, cerotū accuatum cum puluere aloes, & malaxatum ad ignē: vel cū succo saxifragiæ: vel puluerizētur semina fœniculi, apij, petroselini, carui, dauci, saxifragiæ, milij solis, rafani, gumi ederæ: & conficiantur cum succis prædictis: fiat emplastrum: & superponatur. Item distemperetur sanguis menstrualis cum vino tepido: & injciatur per argaliam: & si diues est, addatur quarta pars, scrop. vnius de balsamo. Et accipiat singulis. xv. diebus in sero, cum ierit dormitum de benedicta simplici: & si diues, de benedicta balsamata ad pōdus, drac. iij. sine obseruatione diætæ. Item si nec sic potest cu-
E rari, fiat balneum vsq; ad vmbilicū cum decoctione maluarū, bismaluarum, & brancæ vrsinæ. exeuntia balneo fiat inunctio circa regionē vesicæ cum butyro: & proijciatur olei petrolei, drac.i. per argaliā corpore existente plethorico vel phlegmatico, vel olei violarū, corpe existente cholerico, vel extenuato: & sit argalia argentea: & sic fiat vsq; ad quatuor dies. In quinto autem die ponatur iterum in balneo: & tunc ponatur argalia argentea, vel aurea, vel ærea per collum vesicę quousq; tangat lapidē: & tunc lapis fortiter trudatur cum argalia: & si fieri potest, deducatur lapis a collo vesicæ vsq; ad fundum: & ibi potest morari per. xl. annos sine molestia. Ad hoc valet lapis spongię, lapis repertus in ventriculo ventris galli: distemperetur vesica porci cū vino: & detur de tertio in tertium diem.

F Diæta. olera danda sunt, intubæ, lactucæ, maluæ, blitæ, chrysolachana: & ea quæ infrigidant, & humectāt. Brassica vero, & calamenthū, eruca, petroselini, allia, cepæ, vt inimica fugiēda sunt. De volatilibus fasiani domestici, pulli, perdices, merulæ, & ficedulæ.

Cum autē curatur infirmus per mensem, studiose cum modis medicinarum, & nō prouocatur vrina, neq; egreditur cum ea arena: tunc æstima ꝙ lapis est durus cōfirmatus: & non obediens ad frangendum: tunc ergo recurrendum est ad chirurgiam. veruntamen nō præsumas vt extrahas lapidem viri qui processit in ætate: neq; si lapis fuerit nimis magnus: quoniā sicut dicit Albucasis, timor est ne incidatur aliqd ex vesica: & moriatur infirmus: aut accidat ei distillatio vrinæ assidue: quia locus non cōsolidatur omnino. Etiā determinatum est ab antiquis prudentibus,
G ꝙ curatio lapidis cum ferro est facilis in pueris vsque ad quartūdecimū annum: & difficilis in senibus: quoniam, sicut dicit Halyab. eorum membra sicca sunt, quapropter eorum vulnera vix cicatrizantur. Iniuuenibus autē curatio est media: & eius cuius lapis est magnus, curatio est facilior: & eius cuius est paruus, est contrarium illius. hoc ideo quoniā lapis magnus propter suā grauitatem subiungitur ad profundum: vnde citius inuenitur: & facilius ad locum incisioni aptum deducitur: ibiq; securius inciditur. Illis qui propter aliquā prædictarum causarū nō fuerint incidendi: iam diximus qualiter debeat subueniri, videlicet, ꝙ patiens balneetur in aqua: vbi sint coctæ herbę lenificantes: sicut malua, viola, melilotum, bismalua, branca vrsina, & similia: vt meatus vrinales elargentur. deinde argalia, siue syrings sicut dictum est, oleo
H vel butyro inuncta in virgā cum facilitate intromittatur, percutiendo, & impingendo a collo vesicę remoueatur: & vsque ad fundum eius impellas. Quidam aūt agunt taliter. intromittunt enim digitum in anum: & cum ipsa collum vesicę tractant: sicque paulatim lapidem remouent: & ad fundum vesicæ premunt: ibique sicut dictū est, per. xl. an. potest absque molestia remanere.

Cum autem lapidem extrahere volueris: oportet vt in primis mundificetur infirmus cum clysteri: quod extrahat totum stercus ab intestinis, ne prohibeat inuentionē lapidis cum inquiritur. Aut ieiunet duobus diebus, ut parum comedat: tunc præcipe infirmo vt multoties de loco alto ad locum infimū saliat: vt lapis moueatur: & a superiori parte vesicæ ad collum descendat. deinde paretur scānum

in

in loco lucido: in extremitate cuius sedeat aliquis vir A qui patientem teneat ante se. coxæ tamen eius ligẽtur cum longa fascia ad collũ: ut tota uesica decliuis sit ad inferiora: aut vir qui tenet ipsum, accipiat eius crura, maxime si fuerit puerulus: eleuet ea ad supiora: neque dimittatur ipsa operatio, donec compleatur. deinde vnge oleo digitũ sinistræ manus: & intromitte eũ in anum patientis: & cum altera manu tua preme vesicam supra pecten inferius. & perquire de lapide, donec stet sub digito tuo: & deduc eũ paulatim ad collum vesicæ. deinde preme super ipsum digitum tuũ: & impelle eum ad inferiora versus locum in quo vis incidere: et pręcipe ministro vt extendat testiculos & virgã ad superiora manu sua: & cum altera manu remoueat cutẽ quæ est sub testiculis a parte, in qua debet sectio fieri: & tunc incide super ipsum lapidem inter anum & testiculos: non tamen in medio: ĩmo in la B tere sinistræ natis: vt sit sectio secundũ longitudinem exterius ampla: et interius stricta secundũ quantitatẽ, qua possit egredi lapis. deinde intromitte instrumentum curuæ extremitatis, & extrahe cum eo lapidẽ: & multoties ex compressione digiti qui est in ano, lapis apud sectionem egreditur absq; difficultate, & absq; intromissione instrumenti prædicti. Si vero lapis est plus quam vnus: tunc præcipit Albucasis, vt premas in primis magnum ad os vesicæ: deinde incide super ipsum: & extrahe. post hunc autẽ impelle paruũ. Similiter facias si sunt plures duobus. Cum autẽ cõpleueris operationem tuã, tunc administra puluillos in oleo ros. & aqua frigida, vel oui albumine madefactos: vt sedetur calidum apostema. deinde aggrega duas coxas patientis, si fuerit puer: & liga eas cum fascijs decenter: vt medicamen super vulnus positum C conseruetur. Si autẽ calidum apostema superuenerit, fomenta locũ cum decoctione maluarũ, maluauisci, & similium: vt ardor vrinæ mitigetur, & elargetur meatus: per quem siqua superfluitas remansit, ad lapidẽ exire possit libere cum vrina. Vulnus autem post colli vesicæ constrictionẽ, si magnum fuerit, aggrega cum sutura. deinde curetur reliqua curatione vulnerum, donec sanetur. Et scias ꝙ multoties accidit vt sanguis congeletur in vesica, & fiat ibi apostematio, & vrinæ prohibitio cõsequatur. Et signũ eius est egressio sanguinis cum vrina: propterea oportet si vulnus fuerit amplum, vt extrahas illum sanguinem cum digito. Et si vulnus fuerit strictum, extrahe cum instrumento: nam si ille sanguis non extrahitur, fit putrefactio & corruptio in vesica. deinde abluatur vulnus cum aceto & aqua, vel cum vino calido. Et D oportet ut solicitus sis circa hoc, qđ dico tibi: et est qñ rogaris super curatione lapidis, & tu volueris lapidẽ inquirere, prępara tibi prius necessaria scilicet instrumenta, & medicinas, quæ sanguinẽ abscindant. deinde quære: & cum inueneris, non dimittas ipsum sub spe iteratiõis altera vice: ĩmo illico incide, et extrahe: multoties quippe inquisitio magis grauat infirmum, quã sectio. Et sint apud te ex instrumentis quæ extrahunt lapidem plura & diuersa. diuersificantur autem inter paruitatem & magnitudinẽ et curuitatem extremitatum ipsorũ: & administretur quod ex eis magis conueniens est apud necessitatẽ. Pręterea. quãdoq; accidit, vt cum lapis est paruus, ad virgæ meatũ ascẽdat: & ex eo vrinæ prohibitio cõsequatur: tunc ergo accelera curationem eius, secũdũ ꝙ narro tibi: et est: ut liges virgam cum filo vno sub lapide: ne redeat ad vesicam: & liges iterum cũ alio filo supra lapidem: deinde seca super lapidem in ipsa uirga inter duo ligamẽta: & extrahe ipsum: & facta solutione ligamentorũ, vulnus a sanguine mundificetur, & non est necessarium ligamentum superius: quia quando soluitur filum post extractionem lapidis, redit cutis ad locum propriũ: & tegit vulnus quare oportet apud ligationem fili, vt extendatur cutis ad superiora: vt cum redit vulnus, cooperiat, quoniã facilius incarnatur.

### *De cauterijs, & iuuamentis ipsorum.* *Cap.* XLV.

Cauterium est res valde iuuatiua corporis: quoniam cõfortat mẽbra: & adiuuat ne corruptio descendat in eis: & exiccat humiditatem corruptiuã: & adiuuat ad retinendum fluxum sanguinis, spissam B & grossam faciendo crustam: & adiuuat ad aperiendũ vias & poros, vt superfluitas innaturalis nõ cursilis currat: & vt calore coctionis fiat attractio, & humiditatum subtiliatio, & ad exitum separatio. Et non oportet vt fiat cauterium ad resoluendũ humiditates causa caloris nisi in complexionibus naturaliter frigidis & humidis. & similiter in ægritudinibus eiusdem qualitatis: quod est: quia non conuenit cauterium, sicut testantur antiqui calidis & siccis complexionibus & ægritudinibus eiusdẽ qualitatis: quoniã ignis naturaliter est calidus & siccus: & propter hoc inconueniens est, vt sanetur ex eo ægritudo calida & sicca. Est autem cauteriũ duplex, scilicet cauteriũ actuale, et potentiale. cauterium actuale est illud qđ fit per ignẽ. potẽtiale autẽ quod fit per medicinam comburentẽ, sicut per cãtharides, allium, flãmulam, apium raninũ, C vnguentũ ruptorium, & similia. & teste Albucasi melius est cauterium actuale quã potentiale: eo ꝙ ignis est simplex, & eius actio non peruenit nisi ad mẽbrũ quod cauterizatur: & nõ nocet membris alijs cõiunctis cum eis, nisi nocumento paruo. Actio vero medicinæ cõburentis peruenit ad id quod elõgatur ex mẽbris: & fortasse quandoq; facit accidere in membro ęgritudinem difficilis sanationis: et fortasse interficiet: sed ignis nõ facit illud propter subtilitatẽ & bonitatẽ suæ substantiæ, nisi superfluat. Et scias ꝙ in hoc libro meo nõ rememorabor, nisi cauteria, quæ sunt humano corpori magis necessaria: & quæ sæpius cadũt in vsu. verum qui cupit adipisci scientiã omniũ cauteriorũ quę humano corpori administrari cõueniũt, nec nõ multifarias formas instrumentorũ: ad prudentem Albucasim dirigat gressum suum. Ipse enim in D his dilatans fimbrias suas, recte vltimo sermone locutus fuit.

Igitur a capite ĩcipiẽtes dicamus. Cõtra epilepsiam fiat cauteriũ in fontanella colli, et extremitate capitis. Contra maniã uel melancholiã, fiat cauterium in summitate capitis: quod & valet ad hemicraniã, vel epilepsiam. Cõtra chronicum & antiquũ dolorem capitis, fiat cauterium super vtrũq; cornu capitis. confert etiam si fiat in occipitio: & huiusmodi quidẽ cauteria conferunt paralysi. Cõtra lachrymas oculorũ, cauteriza in medio capitis. deinde cauteriza duobus cauterijs supra duo tempora, si fluxus lachrymarũ fuerit in duobus oculi: & si est in vno tantum, cauteriza in vno latere solum: et cauterium in fontanella sub aure. Et scias ꝙ quando cauteriũ fit in capite, ferrum super os non multũ morari debet, ne sicut dicit

Auic. cerebrũ ebulliat, & panniculi ipsius lædantur. Contra fistulã quæ fit in lachrymali oculi, si non confert curatio cum medicinis, elargato prius eius meatu ferrũ ignitũ p cãnellum ferreũ vel æreum intromittatur, donec radices fistulæ cõburantur. Contra dolorem humerorũ et spatularum, fiat cauterium tribus digitis ab humero inferius: et si accidat propter humectationẽ lubricantem, vt humerus dislocetur, & nõ figitur in hora reductionis suæ: tunc fiat cauteriũ sub titillico cum instrumento triãgulato, donec penetret cutim vsq; ad latus aliud. prius tamen reducenda est dislocatio ad locum suũ. Contra dolorẽ & vitium hepatis, fiat cauterium super ipsum hepar. Contra dolorẽ vmbilici, fiat cauteriũ tribus digitis sub ipso. Contra asthma & vitiũ pulmonis, fiat cauteriũ apud radicem gutturis in loco depresso: & caue ne peruenias cũ cauterio ad guttur. nõ ergo comburas nisi ex cute parũ. Contra vitium splenis, fiat cauterium super ipm cũ cauterio habẽte duo cornua vel tria: et est illud qđ dicitur triãgulatum: & transeat vsq; ad latus aliud. Cõtra dolorem lumborũ, fiat cauterium sub ipsis in fontanella. Contra hæmorrhoidas, fiat cauterium triangulatũ super inferiorem spondylẽ dorsi. Contra dolorẽ iuncturæ manus, fiat cauterium retro digitis tribus a nodo. Contra sciaticam passionem, fiat cauteriũ triangulatum supra sciam: & cum accidit vt dislocetur ex humiditate lubricãte, tunc reducatur ad locũ suum: deinde cauteriza super pyxidem anchæ, cum cauterio simili circulo. postquã tu signaueris cum incaustro in circuitu pyxidis, taliter vt pixis cadat in medio circuli: confert etiã cauterium triãgulatum. Contra arthreticam & dolorẽ superiorũ membrorũ, fiat cauterium supra nodum pedis a parte exteriori. & aliud cauterium fiat ĩ fontanella tribus digitis sub genu. Prædicta enim duo cauteria, sunt cõmunia ad remedium totius corporis: & valent etiã contra hydropisim: quæ est species ascitis: & similiter valent ad hoc cauteria super vtrãq; coxam.

*De combustione ignis, aquæ, & olei, & alterius huius modi.* Cap. XLVI.

IN curatione combustionis ignis, vt dicit Auicen. duæ intentiones principaliter requiruntur: quarũ vna est, vt prohibeatur vesicatio loci. secunda, vt rectificetur quod cõbustum est. Cum ergo vis vesicationem prohibere: locum cũ medicinis infrigidantibus frequenter inunge, neq; dimittatur exiccari: immo omni hora pannus infusus superponatur. Et ex huiusmodi medicinis sunt sicut aqua ro. super niuem infrigidata, succus solatri, endiuiæ, virgæ pastoris, & similium: & tenere mẽbrum combustum cõtinue in vase pleno aceto forti. dolorẽ enim tollit: & vesicari nõ permittit: & teneatur mẽbrum in aceto, quandiu omnis dolor & ardor quiescat: vel saltim ponantur supra panni in aceto frigidissimo balneati, nec tamen expressi: & mittantur: & renouẽtur frequenter. Et de cõpositis est hoc vnguẽtum. Re. vitellos ouorum cum oleo ros. & succo solatri cõficiantur. Aut. Re. farinã hordei & vitellos ouorum, & cõfice cum oleo ros. & succo endiuiæ, vitelli enim ouorũ dolorẽ mitigant vehementer. Aut. Re. boli armeni. par. iij. cerussæ, par. i. opij, par. ʒ. conficiantur omnia cũ aceto, & albumine oui. Aut fiat vnguentũ ex oleo ros. et cera, & modico opij: aut decoquantur folia maluę, in
E aqua dulci: deinde pistentur cum oleo ros. Cum ad tem locum iã inueneris vesicatum: tunc necesse est administrare medicinas, in quibus est abstersio quædã, & desiccatio nõ magna absq; mordicatione: & ex eis sunt sicut cimolea, folia myrti, & similia. Ad idem Reci. corticẽ interiorem sambuci, coque cum oleo, et cola: & adde parum mastiches, & thuris, & cerę albę: & iterum coque, donec liquefiat: & vnge. Ad idẽ vnguentũ bonũ. Re. cerę, p. i. olei ros. p. iij. resoluatur ad ignem: & addatur cerussa, quantũ vnguẽtũ potest ex ea capere: & moueatur in circuitu diligenter. dein de post infrigidationẽ addatur albumen oui, & parũ camphoræ: deinde absq; interuallo moueatur, donec inspissetur. Q; si fuerit ibi vlceratio magna: tũc laudatũ est vnguentũ de calce abluta: & est ut cõficiatur calx bene abluta cũ oleo ro. vel cõi: & fiat vnguẽtũ:
F vel fiat sic melius. accipiatur calx viua: & ponatur in cõcha lata: deĩde ponatur super calcẽ multũ de aqua: & dimittatur per noctem: in mane recipiatur quædã nebula quam inuenies in superficie aquæ, quam posuisti cum calce ad modum glaciei: & distemperetur cum oleo ros. & fiat optimũ vnguentum. calx abluitur, donec ab ea omnis acuitas separetur. Item vnguentum contra combustionem ignis, aquæ, & olei. acci. radices cardi asinini: & mundatas a superfluitatibus tere bene cum axũgia porcina. post modũ coque in aqua miscendo cerã. & fac vnguentũ. quo vtere.

*De scabie, & pruritu.* Cap. XLVII.

SCabies fit ex humoribus corruptis ui naturæ trãsmissis ad cutem corrumpentibus, & vlcerãtibus membra. Et scabies quandoq; fit de sanguine: quandoq; de cholera: quandoq; de phlegmate salso. Si
G fiat de sanguine, cognoscitur per ruborem membri, & molliciẽ eiusdem, per paruum et delectabilem pruritum, & multã & celerem generationem saniei. Si de cholera, propter siccitatẽ & ariditatem mẽbri, per punctiones, & arsuras, mordicationes, et acutum pruritũ, per desiccationẽ mẽbri, per paruã generationẽ saniei. Si de phlegmate salso, flauescit locus, & a loco scabioso quasi squamæ cadũt, pruritus mediocris est, & mediocris generatio saniei.

Primum consiliũ est vt particularibus cõuenientibus in causa sanguinea, fiat phlebotomia secũdũ materiei positionẽ: deinde digeratur materia. In causa cholerica corpore existente plethorico, fiat phlebotomia, & si nõ est plethoricum, primo digeratur materia. In causa sanguinea & cholerica, cũ oxy-
H zachara et media parte syrupi de fumoterrę. Salsum autẽ phlegma cum vna parte oxymelitis diuretici, altera parte oxyzacharę, tertia parte syrupi de fumoterræ, debet digeri. Digesta materia, causa sanguinea purgetur cũ chologogo. Cholera purgetur cũ duabus partibus cathartici imperialis, & tertia hierę Rufi. Salsum phlegma purgetur cũ vna parte hieræ picræ, vel benedictæ, & alia cathartici ĩperialis, & tertia hieræ Rufi. Tertia die fiat stupha de plantagine, quinqueneruia, lactuca, solatro, boragine, fumoterræ, scabiosa, lapathio acuto. Exeunti a stupha, in sanguinea & cholerica causa, dentur duæ partes rubeæ trochiscatæ cũ tertia parte theriacæ: & distemperetur cum succo fumiterræ tepido. In phlegmatica detur vna pars rubeæ trochiscatæ, & alia aureę, & tertia theriacæ, & sic tribus diebus cõtinuis fiat stupha: & dentur prædicta opiata.

opiata. sequenti die post stuphas aperiatur cephalica, si scabies abundet a diaphragmate superius. si vero abundet a diaphragmate inferius, aperiatur hepatica. Item fiat scarificationes in anterioribus & posterioribus tibiarũ. Item singulis diebus mane et sero accipe de simplici syrupo fumiterræ. Et scias ꝙ materia semper trahenda est ad exteriora: et euacuanda, ne ad interiora fluat. iccirco ante purgationem non sunt in unctiones faciendæ. Si sano corpore scabiem quis patiatur, sufficit balneũ in quo fricetur corpus cũ fur fure, farina ciceris, & sale nitro. Et quando res est fortior, abluatur cum aqua dulci: & fricetur cũ aceto, & oleo ros. Si fuerit cũ ea caliditas: & apparuerint in ea signa dominij choleræ rubeæ in corpore: fiat phlebotomia: deinde purgetur cũ decoctione myrabol. epithymi, sene, & fumiterræ. deinde procedatur ad localia: & vitet omnes cibos salsos, & acutos, & dulces: & comedat insipidos, & acetosos. Humida vero indiget phlebotomia, & solutione ventris: & indiget fortitudine vnguentorũ secundũ humiditatem suã. Regimen autem in cibis & medicinis est vnum.

Et scias ꝙ scabies & pruritus differunt in hoc: quia cum pruritu non sunt pustulę: sicut cum scabie: & ad vltimũ materia pruritus aggregatur inter duas cutes. ꝙ si de ea aliqd est in corpore: tũc est scabies sicca, & dulcia plurimũ generãt pruritũ, & bothor: et scabies, fœda attrahit vulnera, & permutatur ad impetigines. & olea nocẽt eis: syrupus acetosus prodest. Et cura quæ multoties sufficit est, euacuare humorẽ acutum adustũ, & phlegma salsum. deinde rectificatio cibi: et regimen humectatiuũ, & administratio rerum aquosarum insipidarũ, sicut sunt limones indi, lactuca, et similia: Et dimittere coitum omnino. Et euacuatiuũ bonum materierũ scabiei est decoctio epithymi cum myrabol. citrinis, & fumoterræ, sene, polypodio, absinthio etc. & pilulæ de aloe, & scãmonea, sunt bonæ iuuatiuæ. Decoctio bona. Rec. myrabol. citrinorũ, & passularũ, ana drac. xx. decoquantur cũ tribus lib. aquæ: donec remaneat tertia. sumantur de aqua illa, viij. vnc. & fricentur in ea manibus casiæfi. drac. x. deinde coletur. postea ponatur agarici, drac. i. Pilulæ contra salsum phlegma, & omnẽ scabiem, quæ secure possunt sumi semel in hebdomada sine obseruatione diætæ. Reci. aloes, myrabol. citrinorũ, ana drac. iiij. dragaganthi, rosarũ rubearũ, diagridij, ana drac. i. sene, fumiterræ, ana drac. ʒ. croci, drac. ij. conficiãtur cum succo fumiterræ. Digestiuum cõtra phlegma salsum, & scabiem. Reci. fumiterræ, par. ij. absinthij, par. i. sene, thymi, epithymi, ana par. vij. coque cum aqua. postea cola: & adde mel vel zucharũ ad libitũ. Pilulæ de fumoterrę. Reci. myrabol. kebul. citrinorũ, & indorũ, omniũ, drac. v. aloes succotrini, drac. vij. scãmoneę, drac. v. conficiantur sine cessatione cũ succo fumiterræ: & dimittantur donec exiccentur: & imbibantur secundo: & iterũ exiccentur. fiat illud ter. et qualibet vice imbibitio fiat, sicut sorbitio. deinde dimittatur, donec inspissetur: & fiant inde pilulæ: & aq̃ casei & epithymus sunt bona, quando administratur quotidie, & cũ myrabol. & succo fumiterræ est vltima diebus singulis exhibita.

Cura autẽ pruritus sicci post euacuationẽ, si indiget ea cũ illis quæ sciuisti, est vt des ĩ potu lac vaccinũ acetosum: & balneatio cũ aqua tepida: & administratio vnctionum cũ oleis frigidis, & proprie quãdo po

A nitur in ea succus apij: & de medicinis lenibus in hoc est papauer tritum cum aceto. Et de medicinis fortibus est vnguentum opiatũ, cum quo vngatur corpus: & quiescit pruritus. Et ex fortibus iterum est: vt medicinis prædictis admisceatur sal ar. & liniatur cum aceto: & proprie super testiculos, & alumen iameni, & alkitran. Et contra pruritum vuluę, & ani, liniantur cum fæce vini confecta cũ anetho humido. Balnea pruritus & scabiei sunt aqua maris calida siue frigida, & aqua decoctionis cucumeris calida siue frigida, & aqua decoctionis cucumeris asinini. Itẽ aqua sulfurea, & decoctio acetosę est vltima, si fiat balneũ ex ea. Item fiat decoctio hyoscyami, & suffumigatio ipsius pruritum tollit. Habentes pruritũ ostrachiũ vtãtur oleo sisamino, & amygdalis, & nõ alio: & dięta eorum sit boni sanguinis generatiua: & ad humiditatem & frigiditatẽ decliuis. Ventosæ in ambabus

B cruribus positæ cõferunt scabiei fœdæ. Medicinæ locales scabiei & pruritus sunt balnea, & medicinæ abstersiuæ dissolutiuæ mundificatiuæ: & inunctiones resolutiuæ. Succus bletę cum aceto multum valet. In scabie multum humida prodest succus cucumeris asinini vel apij agrestis, acetum cũ farina fœnugræci, & melle. Item vnguentum contra omne genus scabiei: lapathium acutum inuoluatur in stupis canabis balneatis in aceto: & coquatur sub cinere calido diu: & radix lapathij cũ fuerit bene cocta, teratur cũ axungia porcina vetustissima, stupis & corticibus exterioribus radicis remotis. postea appõatur tertia pars sulfuris & fuliginis quæ adhęret camino vel tecto: et parum argenti vi. deinde manibus cum saliua ieiuni ma defactis omnia bene misceãtur, & incorporetur: hoc

C generaliter probatissimũ est in omni specie scabiei. Item vnguentum prob. Reci. pinguedinis porcinæ, vnc. v. liquefac ad ignẽ. salis cõmunis bene triti, vnc. viij. argenti vi. mortificati cum saliua & cum duabus vncijs olei laur. vnc. ij. olibãi, vnc. ij. succi plãtaginis, succi fumiterrę ad libitũ, cerę mundę, vnc. ij. cõmisce oĩa: et fac vnguentũ probatissimũ. vngãtur de eo plãtę manuũ et pedũ, per. ix. dies posito de vnguento in vnctione qualibet vice ad quãtitatẽ auellanæ in manibus: et tãtundẽ in pedibus apponatur: & procuretur ꝑ diuturnã fricationẽ, ꝙ totũ ingrediatur, & bibatur a plãtis. Itẽ inũctio de cerussa staphide agria, sulphure, plũbo vsto, distemperatis cũ aceto & pauco oleo multũ ꝓsunt. fiat cũ prædictis inunctio ad solẽ calidũ vel ad ignẽ. Vnguentum quo vngantur pulsus, & curat scabiem. Reci. olei laur. vnc. ix. argenti vi. vnc.

D iij. aloes hepatici, unc. iij. boracis, vnc. iij. cerussę, unc. i. cymini quartã, vnc. vnius. fiat vnguentũ. ponãtur brachium in aqua calida: & teneantur ibi per horã ad apertionẽ pororum, vel supra fumũ aquæ calidæ qđ melius est: & postea abstergantur: & prędicto vnguẽto quatuor digitis circa pulsus ambo brachia bene vngantur. Prædictum vnguentũ habui a quodam amico meo apothecario, qui dicebat valde expertũ hoc modo. Re. aloes succotrini, cerussæ, boracis, cymini, ana par. i. argẽti. vi. partis vnius tertiã cum oleo laur. conficiantur in modũ vnguenti. & inungantur brachia circa pulsus per vnum palmũ. & dicebat ꝙ erat probatissimum ad omnẽ speciem scabierum. Radices asphodeli bene coctæ in aqua, & mundatæ a pelle extrinseca, & pistatæ cum axungia porcina veteri sanant omnẽ scabiem. Idẽ facit succus cimarum tithy-

malli cum axungia vel oleo, & modico ſulfure ſuper prunas lenes incorporatus, facto vnguento inunge, quia ſanat. Idem facit radix cicutæ ſicut dictum eſt de radice aſphodeli. Item radix enulæ piſtata cum axungia porcina veteri ſcabiem ſanat abſq; veſtigio turpi. Pruritũ curat pſyllium, et alcanna cum aqua roſ. & de medicinis localibus quandoq; ſufficit illud, cuius abſterſio eſt cum cõfortatione cutis, & rectificatione cõplexionis, ſicut aqua maluarum, acetoſæ, & ſiclę, & granatorũ, et farina lentium excorticatarum: & forte indiget eis, in quibus eſt reſolutio fortis, ſicut pulpa colocinthidis, & gumma pini cum aceto: & vitriolũ cyprinum aſſatum cum oleo ro. & aceto. Et ex eis quę experta ſunt, eſt ſemẽ erucę: cuius oleũ ſumatur, & fricetur cũ eo ſcabies, & inungatur cũ eo in ſole calido, aut ad ignẽ: & iterẽt, q̃m eſt vltimũ. Itẽ argentum vi. extinctum, ſtyrax liquida, & oleum ro. aggregentur, et adminiſtrentur. Adminiſtra in humida quæ ſunt maioris exiccationis. In ſicca vero minus exiccatiua cõueniunt. Et illud vbi ponitur argentum vi. elonga a partibus ſtomachi & membrorum nobilium, quantũ potes. Vnguentum probatiſſimum contra omnem ſpeciẽ ſcabiei. Rec. ſtyracis liquidæ, vnc. ij. olei roſ. vel communis abluti, vnc. i. aceti acerrimi, vnc. viij. argenti vi. drac. i. coque ad ignem donec ſpumeſcat: & cum coctũ fuerit, incorpora argentum vi. mortificatum prius cũ ſaliua. deinde vngatur patiens eo in ſero ad ignem bis vel ter. poſt eat ad balneum. Epithema Raſis ad ſcabiem humidam Reci. argenti vi. extincti, lithargyri argentei, ſulfuris albi, foliorum oleandri, cõdiſichali: miſceantur cum aceto & pauca aqua & oleo roſ. plurimo: & dormiat ſuper ipſum: & ingrediatur balneum, & lauetur. deinde inungatur cum oleo roſ. Epithema eiuſdem ad ſcabiem ſiccam & pruritũ. Reci. ſalis nitri, venarum ſalis, myrrhę, coſti dulcis, condiſi, omniũ, ana drac. ij. ſtyracis liquidæ, drac. v. liniantur cum oleo roſ. & inungatur cum eo corpus totũ: & dimittatur tribus horis: deinde abluatur. Ad ſcabiem tibiarum & brachiorum, ſtupheturpatiens cum ſambuco, & ebulo. poſtea vngatur hoc vnguento. Reci. populeon, vnguentum album, oleũ lau. ana vnc. iij. miſceantur cũ eis puluis aloes, caball. colophonię, thuris minuti, maſtiches, viridis æris, ana vnc. ſ. miſceantur omnia: & fiat vnguentum. Item probatum contra omnem ſpeciem ſcabiei de ſalſo phlegmate, quæ fit frequẽter circa pedes: & dicitur vulgo focus ſylueſter. Re. oleũ quod fluit a cucurbita, in qua ſolet oleũ reponi, quãdo cõburitur, par. i. ſucci chelidoniæ, par. ij. miſce ſimul. deinde acci. lib. i. ſanguinis porci veteris. argenti viui, vnc. i. ſulfuris, auripig. lithargy. plumbi vſti. omniũ, ana vnc. i. pulueriza: & cum butyro confice: & inunge ad ignem. tertia die vadat ad balneum: & ſi neceſſe fuerit, iteretur. certum enim eſt contra omnẽ ſcabiem remediũ. Vlcera tibiarũ ex ſalſo phlegmate ceruſſa cum medulla maxillarum porci temperata mirabiliter ſanat. Item vnguentũ ſaracenic. curat phlegma ſalſum, & omnẽ ſcabiem. & nos ponemus id in capitulo de malo mortuo. Item vnguentum contra ſcabiem, & pulchras facit cicatrices, & carnes. Reci. radices enulæ campanæ ad libitum. lauentur bene, & mundentur, & bulliant proiectis interioribus. deinde cum bene coctæ fuerint, conterãtur bene: & miſceãtur cum æquali ſui axungiæ porcinæ, antiquę,

E & ſale. deinde bulliant cũ bono vino albo. facta perfecta decoctione, coletur cum ſtaminea vel per pãnũ fortiſſime comprimatur: & cum tepefactum fuerit, & inadminiſtretur. Contra ſcabiem inueteratam, & induratam, & ſpecialiter contra phlegma ſalſum: extrahitur ſuccus fumiterræ, ſcabioſæ, lapathij acuti, enulæ cãpanę, abſinthij, ana. vnc. iiij. decoquantur: & colentur per pannum. deinde admiſceatur oleum nucis, & oliuę, ana vnc. ij. picis. vnc. iiij. decoquantur ſucci cũ iſtis parum: & colentur. & ſic admiſceantur tartari, drac. ij. & nitri, drac. ij. Itẽ continue in oĩ cauſa. Reci. ſuccũ lapathij, ſcabioſę, fumiterrę, ana. miſceãtur cũ oleo, & decoquantur ad ſucci cõſumptionem: & tũc liq̃fiat cera rubea: & deponatur ab igne. deinde apponatur puluis factus de thure, lithargyro: et maſtiches & fiat vnguẽtum. Item vnguentũ contra ſcabiẽ: et

F valet ad tineã. Reci. ſcabioſę, enulæ cãpanæ, cymini, elebori albi & nigri, axungiæ porcinæ veteris. fiat vnguentum. Vnguentũ ad phlegma ſalſum. Reci. argenti vi. extincti, vnc. i. lithargyri, vnc. ij. plũbi vſti, libram. ſ. ceruſſę, lib. i. thuris, vnc. i. cineris vitis, vnc. iiij. arſenici, vnc. ij. aceti et olei, quod ſufficit. terãtur, & incorporentur cum aceto, diu agitando in mortario. poſtea conficiantur cum oleo. Itẽ pilulæ Almãſoris quæ ad pruritum & ſcabiẽ valent. Re. aloes, myrobalanorũ citrinorum, ana drac. i. ſcãmoñ. roſarum rubearum, ana quartam partẽ drac. vnius. fiant ex eis pilulæ, quarum receptio vna eſt doſis, quæ multis, ſicut dicit, ſumendę ſunt vicibus. Poſtquam corpus de minutione & ventris ſolutione euacuatum fuerit, detur quotidie potio iſta. Re. pruna damaſcena. xv. tamarindorum a ſeminibus mundatorũ. zuchari albi,

G ana drac. x. ſuper iſta duæ partes aquæ bullientis fundantur: & per noctem, id eſt dimiſſa fricentur, & colentur: & in potu ſumantur. Si autẽ coquantur, fortius operabuntur. iſti quoq; quãdoq; addantur ſene, & fumuſterrę: ex quibus quotidie vnc. quatuor ſunt bibendæ. Pilulæ de fumoterræ probatiſſimæ cõtra ſcabiem. Reci. aloes, cortic. myrobal. citrinorũ ponderatorum ſine oſſibus, ana vnc. ſ. ſcãmoñ. roſarum, ana drac. i. temperentur cum ſucco fumiterræ. Itẽ Almanſor ponit hoc electuariũ contra ſcabiẽ & pruritum. Reci. myrobal. citrinorum. par. i. ſene, fumiterræ, ana par. ſ. ſucci abſinthij quantũ ad eorum cõſperſionem ſufficit: aliquoties additur huic cõfectioni abſinthij quãtum quarta pars myrobal. conficiãtur omnia cum melle: & ſumatur ex eo quotidie ad quantitatem magnitudinis auellanæ. Serum quoq; caprinũ

H cũ myrobal. & zuchar. prurituí ſicco valet. ad quod etiam valet, ſicut iam dictum eſt, in aqua calida balneari: & corpus ex aceto & oleo roſ. & ſucco apij cõfricare. Qui autem ſcabiem patitur et pruritum, ab omni re ſalſa dulci et acuta abſtinere debet. olera autẽ frigida & res acetoſas & leues carnes comedat.

*De puſtulis faciei.* *Cap.* XLVIII.

SI in facie fuerint puſtulæ ſiccæ & paruę. Reci. alumen gũmi, & lentes pulueriza: & faciem inde laua. Ad puſtulas faciei rubeas, quaſi lepras probatum. Acci. ſuccũ vrticæ minoris, & ſuccum naſturcij aquatici, cymbalariæ, plantaginis, & cicutæ, ana. adde parum argenti vi. diſtempera cum eis ſagimen porci. cõfice, & vnge. poſtea combure mures: & fac puluerẽ. miſce cum oleo, & vnge. & nos dicemus de his in capitulo

pitulo de gutta rosea: & in capitulo etiam de lepra.

### De malo mortuo. Cap. XLIX.

QVædam infirmitas nascitur circa tibias & brachia, quæ malum mortuũ appellatur. sunt enĩ ulcera liuida et sicca, modicę saniei generatiua: et quãdoq; fiunt de pura melancholia naturali: quandoq; ex melancholia cũ admistione phlegmatis salsi. Si fiat ex pura melãcholia, cognoscitur per nigras pustulas sine pruritu. si autem admisceatur salsum phlegma, q̃si liuescit locus cũ pruritu & mordicatiõibus.

Particularibus ergo cõuenictibus si pura sit melancholia, digeratur materia cum oxymelite squillitico & syrupo de fumoterræ ana. Si phlegma salsum admisceatur: digeratur materia cũ duabus ꝑtibus oxymelitis. et tertia parte oxyzachar. & quarta syrupi de fumoterrę. Digesta materia, qd̓ cognoscitur per vrinę colorationem, inspissationem, & maiorem quantitatẽ: purgetur cum duabus partibus hierelogodion, & tertia hieræ Rufi, & quarta cathartici imperialis. Sequenti die in vtraq; causa fiat stupha de calamentho, origano, ruta, menta, marubio, folijs lauri, & omni genere apij, nasturtio, scabiosa, fumoterræ, spatula fœtida: exeunti a stupha offerat theriaca magna cum succo fumiterræ tepido si sit ex pura melancholia. Si autẽ admisceatur phlegma: apponatur tertia pars rubeę trochiscatę. Sequenti die si sit vniuersale malũ mortuum: fiat phlebotomia de hepatica. Si autẽ sit circa crura & tibias: fiat phlebotomia de venis saphenis ĩterius & exterius: successiue tñ etiã aliquãdo ponatur vẽtosa super renes. Itẽ de fœniculo, spatula fœtida, lapathio acuto, fumoterræ, folijs ebuli, & sambuci, fiat cinis: et fiat inde lixiuium; in quo decoquantur prędictæ herbæ: & cũ herbis prędictis & lixiuio isto stuphentur membra patientia: postea fiat inunctio super spatulas cum hoc vnguento. Sũmitates tapsi bar. terantur subtilissime, & apponatur cum eis puluis lithargyri in æquali pondere: & distemperetur cum oleo ros. & aceto: et fiat vnguentũ. Item accipe succũ chelidonię, lapathij acuti, scabiosę, spatulæ fœtidę: et cum his succis æqualiter cõmistis distemperetur axungia vetus: deinde ponatur parum pulueris de elleboro, auripigmento, sulfure uiuo, thure, mastiche, lithargyro. & bene incorporentur cum pistello. ad vltimũ apponatur aliquid de argento viuo extincto: & fiat vnguentũ. Itẽ aliud quod valet contra tineam, scabiẽ, et malum mortuũ. Reci. argen. vi. sulfuris vi. ellebori, cymini, tithymalli, et staphidis agriæ, ana. cõfice cũ axungia porcina veteri, vnc. vi. vel vrsinę, qd̓ melius est, vel vulpina, qd̓ melius est. Itẽ accipe sũmitates vrticę, tapsi bar. chelidoniæ, ana .M.i. saluię. M.5. terantur ac si deberet inde fieri salsamentũ: deinde admisceatur parũ axungiæ porcinę: et bene incorporẽtur cũ pistello: & addatur modicum argẽ. ui. extincti: et apponatur puluis ellebori, salis cõmunis, & attramenti: & fiat vnguentum. Macer dicit: ꝙ lolium cũ rafano & modico sale tritum, pustulas liuidas, & lepras curat. Et Almagesti cõtra malũ mortuũ huiusmodi ponit curam, purgato corpore sicut oportet. Accipe puluerẽ baccar. lauri, sulfuris, ana. lib.i. salis gemmæ, lib.5. pulueriza simul omnia. hoc puluere patientẽ in balneo diu frica, fricando solum brachia et tibias, nequaquã tamen ventrem, neq; pectẽ, neq; alias partes corporis. fac hoc quatuor die-

**A** bus: quinto die purga ventrem cũ competẽti cathartico, quod semel aut bis laxet. Septima die vnge ad ignẽ loca patientia hoc vnguento. Re. olei lauri. axungiæ porcinæ veteris, ana lib.5. lithargyr. plumbi vsti, ana vnc.iiij. tartari, vnc.ij. argenti vi. vnc.i. cõfice sicut scis: & vnge loca semel in die quatuor diebus aut plus si necesse fuerit. Et si vis vt omnes humores per os emittat post vnctionẽ: mox bene cooperiatur pannis in lecto vt sudet: & hũores varij coloris per os effluent: vel ambulet per vicos optime coopertus ne lædatur a frigore: & fluet de subascellis humor quasi riuulus assidue: & sic liberabitur vt certo cognouimus experimento. Et caueat patiens longo tempore a venere, & ab omnibus cibis grossis, & cõuertibilibus: nec lauet tibias in aqua frigida. Item vnguentum sarracenicum, quod sanat scabiem, cãcrum, ma-**B**lum mortuum, phlegma salsum, educendo materiam per os: & dicitur etiã curare leprosos in principio, cõfert etiã arthreticæ & podagrę. Re. nitri salsi, pyrethri, plumbi vsti, euphorbij, ana drac.ij.&.5. pumicis marinę, chameleontę, ana drac.i.&.5. cerussę. argenti vi. ana vnc.5. conficiantur cum axungia, & oleo. prius mortificetur argentum vi. cum axungia veteri, & cũ oleo antiquo: eo bene extincto adde puluerem supradictarũ specierũ, & bene incorpora: postea fac duos ignes: & in medio põe tabulam in qua locetur patiẽs, & vngatur a genibus inferius vsq; ad pedes & supra genua tribus digitis. similiter a cubitis vsq; ad manus & supra cubitos tribus digitis. & fiat ista vnctio bis in die: & caueat patiẽs multũ a frigore. Cũ aũt phlegma incipit dissolui: recedas ab vnctiõe. Diętą sit tenuis, & bene digestibilis. Et si ꝓpter multa sputamina & ra-**C**scationem, asperitas & dolor in gutture sentiãtur: da mel ros. vel mel simplex. Si patiens multum debilitatus fuerit: confortetur cum electuario, sicut zucharo ros. vel violis, si nimis fuerit constipatus. Et sicut superius dictum est, si necesse fuerit, purgetur ante vnctionem cũ cathartico competenti, tutius erit: hoc in memoria teneas, & diligẽter obserua: vt patiens quocunq; tempore fiat hæc cura, custodiatur a frigore: sicut mulier in partu. Alij faciunt hoc vnguentũ sic: & est melius. R. euphorbij. lithargyri. aur. ana lib.5. argenti vi. lib.i. axungiæ veteris, lib.i.&.5. lauetur axũgia studiose: deinde argentum vi. mortificatũ cum saliua incorporetur cum ea, ut nõ remaneat oculatum: deinde cætera puluerizata cõmisceantur: & bene incorporentur: de hoc vnguento vngat se infirmus sicut dictũ est: & cooperiat bene pedes et brachia quo-**D**usq; durat vnctio: hanc vnctionẽ faciat mane & sero inter duos ignes: donec dentes dolere cœperint: tunc statim cesset ab vnctiõe: & teneat se optime calidum: sic stet donec cesset fluxus phlegmatis per gingiuas. Hoc facto nõ se lauet vsq; ad.xl. dies: & accipiat gummi arab. axungiã vrsi, & oleum ros. ana, & aliquantulum balsami: & cõmisceat totum: & vngat cũ eo mãnus, faciẽ, & tempora, vt redeat color: qui quasi mortificatus fuerat. Fit etiã vnguentum prædictũ hoc modo. Re. argenti viui, vnc.ij. euphorbij, vnc.i. staphidis agriæ, vnc.ij. lithargyri argentei, vnc.ij. axungiæ lib.5. in æstate non apponatur staphis agria. Inungatur patiens triduo post horã nonã, ad solem calidum vel ad ignẽ: si die quarta cœperit phlegma descẽdere, nõ inungatur amplius. si vero nondũ descendere cœperit, iterum inũgatur. In secũda septimana la-

uetur cum aqua calida, si in quinto die humor descẽderit. si vero nõ descẽderit quinta die humor, fac fomentũ de rosmarino & saluia in aqua bullitis: & tunc certissime descẽdet. Si vero fluxus superfluat: sic restringes: bolum armenicũ cũ succo lanceolæ vel san. drac. & frigidã aquã ĩ ore teneat: vel teneat in ore succũ solatri: & cũ in eodem succo inũgantur loca prius inuncta. Inunctio cũ vnguento fiat circa tibias & brachia modo prædicto. Et caue ne partes aliæ inungantur: & tibiæ & brachia quæ inuncta fuerint, tegantur panno rudi et nouo nõ curato. Si fluxus ante tempus stringatur, & ipsum volueris reuocare: staphidẽ agriam masticet: & in ore teneat, vel tapsiam. Tenui & sorbili tantũ vtatur diæta. Et nota ꝙ in vnguento debes ponere thapsiæ, vnc. i. contra phlegma salsum, hydropisim, & leprã. Contra lepram sic facias. Re. lithargyri aur. vnc. i. pyrethri, ellebori al. ana vnc. i. argenti vi. vnc. iij. succi bryonię, vnc. ij. succi lapathij acuti, vnc. iij. de prædictis cum media lib. axungię vetustissimæ fac vnguentum. Patiens semetipsum inungat, & vngat brachia & tibias sicut dictum est: custodiat se patiens a frigore etiam in æstate: & semper habeat ignem ante se: & nõ exeat domũ, donec fluxus egreditur per gingiuas. Si vero dolorem nimiũ in dentibus patiatur: cũ succo absinthij & albumine oui mistis pariter inungantur partes corporis prius inunctæ. Ad idẽ & ad quamlibet turpem scabiẽ, vnguẽtum. Re. vrinam hominis in magna quantitate, vt patiens in ea lauare possit tibias vsꝙ ad genua. Et si per totum corpus patiatur, sufficit vt tantũ tibias abluat: quia ex quo desiccantur tibiæ, et reliquum corpus, distempera in vrina puluerẽ carbonum orni, vel quercus: & adde eis succum ellebori nigri in minori pondere quam carbones sint: cõfice simul. & tibias ablue per. xv. dies. vel per mensem. hoc est sũmum leprosis & tibijs & alijs mẽbris corporis fœdis & deturpatis ex vlceribus & pustulis. hũc autẽ morbum speciẽ leprę credo esse. Item multũ valet chelidonia trita, & cum veteri axungia cõfecta, & inuncta. Item ad idem nota: vtatur patiens oxymelite diu, quandiu materia sit digesta: deinde fiat stupha de fumoterræ, abrotano domestico, lapathio acuto, flauia, & scabiosa: omnia prædicta bulliant in aceto: & cũ hoc stuphetur patiens: deinde purgetur cũ hieralogodion. post purgationẽ vtatur hoc vnguento. Reci. ellebori albi, foliorum rafani, asphodeli, enulæ, ana vnc. iij. terãtur fortiter in mortario. postea. Reci. pulueris lithargyri, aur. pigmẽ, ana vnc. i. misceatur in mortario cum prędictis: deinde. Rec. pulueris tartari, atramẽti, ana vnc. ʒ. argenti vi. vnc. i. incorporẽtur cũ prædictis in mortario addita axungia porci masculi: & conficiatur in mortario nouo ad ignem.

*De impetigine & serpigine.* *Cap.* L.

IMpetigo & serpigo sunt de genere scabierum: & fiunt de materia calida & sicca multũ ignita & superincẽsa. Si morbus talis diu permaneat, locus vlceratur ex nimio pruritu & ardore.

Ab initio ergo morbus curandus est cum medicina laxatiua. Si multa fuerit repletio, pręcedat phlebotomia: facta phlebotomia, detur cholagogũ de prunis, iuiubis, seminibus frigidis, casiafi. mãna, myrobal. citrinis, & indis. hęc enim sanguinẽ mũdificant: & adustos humores euacuant: post hæc fiat

E balneum aquæ dulcis. caliditas enim aquę dulcis aperit poros: humiditas uero extinguit, et tẽperat acumẽ materię. Vel sicut dicit Rogerius, particularibus cõuenientibus corpore existente plethorico si multæ sint infectiones: quia signa sunt ad vniuersalẽ corruptionẽ & humorum, & leprã: digeratur materia cũ æquali mistura oxyzachari, & syrupi de fumoterræ. digesta materia purgetur cum duabus partibus cathartici imperialis, & tertia hieræ Rufi: tertia die fiat stupha de herbis frigidis: & apponatur scabiosa, fumusterræ & lapathium acutũ: exeunti a stupha detur rubea trochiscata cum tertia parte theriacæ magnæ. Sequenti die fiat phlebotomia de hepatica, vel de alia vena secundum positionem materiæ.

Hoc facto procedas ad vnctiones, & alia localia. vngatur ergo locus cum hoc vnguento. Accipe radi-
F ces lapathij acuti, & bene lauẽtur: & extrahatur illud durũ quod est interius: alia pars incidatur frustatim: & ponatur in butyro per duos dies: in tertia die decoquatur vsque ad integram resolutionẽ radicum: & tunc exprimatur fortiter per pannũ: & in colatura liquefiat cera: & fiat vnguentũ. Vnguentum ad impetiginem. Lacertam viridem & succũ vitis albę coque in oleo vsque ad tertiam partẽ: colato oleo adhibeatur cera purissima, probatũ est. Item aliud, quod fortius operatur in inueterata serpigine, & impetigine. Accipe radicem lapathij acuti, & bene teratur, ac si deberet fieri salsamentũ: & tunc apponatur argentum viuũ extinctum: & bene incorporentur cum pistello, & liquefiat in patella axungia, et cera colentur: & cũ hac colatura distemperentur radix lapathij acuti, & argentum viuũ extinctum, & atramentũ: & fiat
G vnguentum. Aliud quod valet inueterata serpigine, & impetigine. Puluerizetur thus, & alumen ana. & incorporetur cum axungia porcina veteri, et argẽto viuo extincto. ad vltimum conficiatur cum succo absinthij: & fiat vnguentũ. Contra herpetẽ miliarem nõ oportet ꝙ fiat purgatio. sed particularibus cõuenictibus fiat phlebotomia. tertia vel quarta die fiat balneum: & suauiter fricetur totũ corpus vt ex humiditate balnei alteretur cholera: & per actualẽ calorem aperiantur pori: & fumositas ignita expiret ad exteriora. Item ad idẽ probatum pluries contra serpigines & impetigines. Reci. axungiam porcinã & liquefactam in cacia projce in acetum acerrimũ: & valde diu cõcutias in eodem: post collige, & incorpora cũ argento viuo mortificato anteã cum saliua. Si serpigo multum est impetuosa, æstuosa, acuta, & mobi-
H lis: liniatur ex amygdalis amaris contritis, & farina lupinorũ, ana drac. i. seminis raphani, aristolochiæ lon. ellebori nigri, ana drac. ij. terantur, & distemperentur cum aceto: & liniantur. Si autẽ impetigo humiditatẽ habeat venenosam: addatur atramentũ, & elleborus al. Itẽ fiat inunctio. Reci. anacardorum, & costi cõbustorum, vtriusque ellebori, & aristolochię: conficiantur cũ aqua salsa. Hoc vnguentũ valet serpiginosis, impetiginosis. & elephantiosis. Re. aloes, lithargyri, arsenici, argenti viui, tartari, masticheṡ, thuris, sulfuris viui, cymini, picis, axungiæ veteris. terenda teras: & tempera cũ aceto, oleo, et succo lapathij rotũdi, & succo fumiterræ: quod sufficiat: postea vnge ad ignem vel ad solẽ: lauetur assidue cũ farina fabarũ & furfure: assuefaciat balneum aquæ dulcis. Vngatur oleo frumenti, aceto citranguli, & citri. sulfure cum aceto.

aceto, farina ciceris cũ lacte ficuũ, elleboro nigro cũ
aceto: postea lauetur cum aqua dulci: & vngatur cũ
oleo ros. In summa nota, ꝙ impetigini confert assi
duatio balneationis, & vt fricetur vehemẽter: deinde
liniatur cum aceto citri. oleo frumenti, & oleo de cor
ticibus nucũ viridium. Cum autẽ antiquatur, indi
get sanguisugis, fricatione & abrasiõe, donec resolua
tur caro mala tota: et currat ex ea sanguis plurimus.
Et post fricationẽ apponantur sanguisugæ: deinde li-
niatur cum epithemate fortis exiccationis. Vnguẽ
tum probatum ad omnẽ impetiginem & serpiginem
Re. olei lentiscini, et admisce cum serapino, pice, & au
ripigmento. Et nota: ꝙ in huiusmodi morbis sicut
impetigine, serpigine, morphea, tinea, semper ante ap
positionẽ medicaminis, quando fortis est morbus, fa
cienda est fricatio cũ staminea aspera vel simili: & le-
uis indiget leui medicamine: & fortis indiget forti.
Itẽ multum valet oleum de ligno, quod dicitur cor-
nus, & oleũ iuniperi. Aui. dicit ꝙ appositio sangui
sugarum est de melioribus medicinis eius: & est neces
se, sicut iã dictum est, mundificare corpus iuxta indi-
gentiam. & balneum similiter est de melioribus cura-
tionibus eius.

Et quando impetigo expãditur, & multiplicatur:
tunc cura eius est cura lepræ: & gũmi arab. cum ace-
to est bonum ad illud. similiter gũma amygdalarum,
& gumma pini cũ aceto: & sinapis cum aceto est vlti
ma. Et serpigini confert saliua hominis ieiuni cum
fortificatione.

Et scias, ꝙ oleum de tritico est cõueniens omni spe
ciei impetiginis & serpiginis etiam antiquæ: & alchi-
tram, & pix sunt mirabilia in hoc. Et mel anachardi
est vltimum, & omnia quæ valent morpheę: valent
impetigini & econuerso.

Et quandoque ex phlegmate salso quædã species
scabiei seu herpetis circa manus et
pedes contingit, quæ vulgo dicitur focus syluester: et
est scabies spissa, serpens membra vicina, quasi ignis
talis qualis est in pueris. Si autẽ fuerit in pedibus uel
manibus vel coxis, hoc vnguentũ facies ad hoc pro-
batum iã dictum etiam positũ in capitulo scabiei. Re.
oleum quod fluit a cucurbita, consueta cõtinere oleũ
cum comburitur, partẽ. i. succi chelidoniæ partes. ij.
misce simul: postea accipe sagiminis porcini libram
vnã, argenti viui, vnc. i. misce bene omnia simul: &
vnge. Si autẽ per totum corpus fuerit: adde prædi
ctis succum lapathij acuti, vrticę, & bardanæ. Item
vnguentum ruptoriũ de calce auripigmenti & sapo
ne appositum per noctẽ super impetiginem, facit cru
stulam, quæ postmodum cum vnguento albo cura-
tur: & sic recedit impetigo.

*De gutta rosea.* Cap. LI.

RVbor similis principio lepræ apparet: aliquan-
do super nasum & super poma maxillarum, &
in partibus adiacentibus: & aliquãdo super extremi-
tates, & proprie in frigore: & aliquando vlceratur: et
dicitur uulgo gutta rosea. Et causa eius est, quia frigus
eius coarctat vaporem plurimũ sanguineum: & hu-
mores trahũtur illuc: & inficiunt membrũ rubeo co-
lore præter naturam. Et scias ꝙ in quibusdã est signũ
præuium ad leprã. Fit autem quandoqꝫ de sangui-
ne: quãdoqꝫ de cholera, Si de sanguine hęc sunt signa,
sentitur pruritus delectabilis, cito fiunt pustulæ, & ci-

A to trahũtur ad saniem multã. Si de cholera: sentiun-
tur mordicationes & punctiones, adest loci ariditas:
& si fiant pustulæ, sunt siccæ, & in paruam vel nullã
saniem conuertuntur.

In principio ergo particularibus conuenientibus
fiat phlebotomia de cephalica. & si
corpus est plethoricum, digeratur materia cũ æquali
mistura oxyzacharę, & syrupi de fumo terrę. Dige
sta materia, purgetur cum duabus partibus cathartici
imperialis, & tertia hieræ Rufi. tertia die fiat stupha de
herbis frigidis prædictis. exeunti a stupha dentur duę
partes rubeæ trochiscatæ, & tertia theriacæ magnæ. se
quenti die fiat phlebotomia prædicta de cephalica. sci
licet & aliquãdo fiat in sũmitate nasi, & proprie cum
sanguisugis, aliquando sub lingua: & ventosa pona-
tur aliquando sub mento, vel ruptorium. deinde fiat
B stupha cum aqua decoctionis maluarũ, herbæ viol.
absinthij, paleæ hordei. postea fiat inunctio cum vn-
guentis prædictis in impetigine & serpigine. Et cũ
hoc vnguento. Re. boracis, drac. ij. farinæ cicerum ru
beorum, drac. ij. cãphoræ, drac. i. farinæ fabarũ drac.
i. hic subtiliter trita cum succo cepę, vel cũ melle de-
spumato distemperentur: & fiãt inde trochisci: & de-
siccentur in vmbra: & cum opus fuerit, distemperen
tur cum eodẽ succo vel melle, & ex illo facies inunga
tur. Item ad idẽ. Accipe farinam hordei, fænugræ-
ci, ciceris rubei, boracis, ana. pulueriza, & confice cũ
succo cepę, & melle dispumato: & fiat vnguentum.
Item terantur nuces excorticatæ cum colophonia, et
amylo, ana. & fiat emplastrum. & superponatur per
totam noctẽ. Facta præcedenti stupha, sequenti die
fiat inunctio cum hoc vnguento. Reci. thuris, masti-
C ches, amyli, boracis, cerussæ, ana drac. ij. camphoræ
drac. ʒ. argenti viui extincti, scrop. ʒ. confice cũ axun
gia veteri porcina: vel apponatur, drac. ij. lapidis qui
reperitur in hepate tauri: & conficiantur cũ oleo amy
gdalarũ amararũ: uel de nucleis persicorũ, et oleo ro.
& fiat vnguentũ. Itẽ vnguentũ ꝓbatissimũ ad gut
tã roseam ex quacunqꝫ causa fiat. primo fiat phlebo-
tomia de vena cephalica, vel de summitate nasi, viri-
bus & ætate permittentibus. postea digeratur mate-
ria cum oxyzachara, & aqua decoctionis endiuię. di-
gesta materia, purgetur cum cathartico conuenienti:
post purgationẽ fiat stupha de herbis frigidis diur. si-
cut endiuia in magna quantitate, capil. ve. ceterac, po
lythryco, adiãto, hepatica, & similibus, palea hordei,
& auenæ. Facta stupha, iteretur phlebotomia. Secũ
da die postea hoc vnguento vtatur: quod est. Rada-
D tur radix lapathij acuti: & proiectis interioribus, cum
axungia porcina veteri, et cera alba prius resolutis ad
ignem optime cõficiatur: & fiat vnguentum, cui ad-
datur aliquantulũ argenti viui mortificati: prædicto
vnguento quotidie inungatur. & radix lapathij, &
axungia sint, ana vnc. ij. cera, vnc. i. argẽti viui, drac.
i. & ʒ. valet etiã hoc unguentum contra guttam inue
teratam. Item ad idẽ experimentum infallibile. Re.
sulphuris uiui, unc. i. argenti viui extincti, succi ederę
terrestris, ana unc. ʒ. lapathij parum, fellis porcini mo
dicum: fiat ex prædictis unguentum cũ cera alba, &
sepo arietino, uel hircino. Item ad guttã ro. inuete-
ratam, & pustulas eiusdem inueteratas, puluerizẽtur
borax cũ pipere, & cum succo cepę, & melle despu-
mato conficiantur. Item circa guttã ro. inueteratã.
Re. camphorę, drac. i. farinę cicerũ rubeorũ, drac. iiij.

boracis, drac.ij. terenda tere: & confice cum succo cepę & melle despumato: & faciem vnge. multũ valet. Item experimentũ. post appositionem ventosæ sub mento emplastretur locus infectus cum emplastro facto de soleis combustis & melle: & dimittatur per noctem: curat ita ꝙ vsq; ad annũ nõ redit. Et hoc vnguentum est bonũ ad ruborẽ faciei. Re. ferruginis subtiliter puluerizatæ, pulueris pedum boum cõbustorum, pulueris splenis bubali, vel bouis nigri cõbusti, ana vnc.iij. de prædictis fiat vnguentum cum succo plantaginis, & aqua ros. ana. axungiæ porcinæ sine sale. lib.ij. coquantur omnia vsq; ad spissitudinem.

Et in summa nota, ꝙ pustulæ faciei si sunt rubeæ, de sanguine fiunt misto cum cholera rubea. Patientes ergo sicut dictum, purga primo per phlebotomiam de vena cephalica: deinde purga cum cholagogo qđ dicitur sofia, vel cum simili: post fac vnguentũ. quod Rec. lithargyri, cerussæ, ana drac. iij. plumbi vsti drac. ij. tempera cum aceto & modico oleo. Si pustulæ fuerint aliquantulũ humidiores, adde boli. drac.i. & misce cum succo solatri, & oleo ros. Si vero sunt aliquantulum pruriginosæ: adde argenti viui, vnc.ʒ. pone sæpe ventosas in occipitio. abstineat a vino forti & alliis, & ab herbis crudis, & cibis. Item ad ruborẽ faciei qui quasi lepra videtur, & contra scabiem in aliis partibus corporis: lauetur prius pars ipsa quæ rubet in fronte vel scabiosa est, cum vrina patientis frequenter: & si sic curatus nõ fuerit, fomentetur frons cum aqua feruenti. postea lauetur frons cum aqua in qua sulphur tritum admistum & distemperatum sit. & fiat hoc sæpe. fiat etiam minutio de vena quæ est in medio frontis. Aliter optimũ. Acci. faseolos: & pone in optimo aceto: & dimittas in eo octo vel nouem diebus. postea extractis & desiccatis terantur, vt fiat puluis. puluis iste misceatur cum albumine ouorum: & liniatur locus in modum emplastri.

*De pannaricio.* *Cap. LII.*

PAnnaricium est apostema calidum accidens in latere vnguis vehementis doloris: & quandoq; vlceratur: & perducit ad corrosionem. Et quando ex vlceratione currit sanies subtilis fœtida, est timor digiti. Si phlebotomia & solutio ventris fuerint necessaria, fiat. Gal. dicit ꝙ si in principio submergatur in aceto calido: ꝙ est vehementis iuuamenti: & proprie cũ farina hordei. Item si de farina hordei, camphora, opio, & mucilagine psyllij extracta cum aceto fiat emplastrũ, est iuuatiuum valde: & submergatur sæpe in aqua frigida. & sedetur dolor cum opio: quoniã est mirabile. Et nõ approximet oleo, neq; humiditati: cum timetur vlceratio. Et grana myrti decocta cũ agresta, refrenant ipsum. Cum autẽ transit principium, & non sedatur: non insteтur cum infrigidantibus: quoniã inspissant cutim: & indurant materiã: et fit vehementior dolor. Nec attendatur calor eius etiã, si fuerit sicut ignis. imo resoluatur, & exiccetur: & tenere eũ sub titillico calenti & sudanti confert valde etiam in principio: & prohibet augmentari omne apostema in principio sui: assidua: ergo illud. frequenter experti sumus. Cum autẽ accidit maturatio: tũc pone super ipsum semen almari, & psyllium cũ lacte. Et cum peruenerit ad statum maturatio: tunc perfora cum acu, vt egrediatur quod in ipso est. Et cũ euacuatum fuerit, emplastra cum stypticis, sicut cum lentibus, & rosis: & post illud cum farina lupinorum & melle. Et quia vlceratur, tũc aloe est de melioribus curationibus eius, similiter thus cum arsenico: & cooperiatur cum pãno imbibito in vino. Et emplastrum bonum draganthi vsti, thuris, amborum, ana par.i. floris æris, par.ʒ. aggregetur cum melle: & ponatur super ipsum. Et forte si fuerit timor corrosionis, oportebit administrare calcadion. quod fit ex arsenico, dragagantho, flore æris, & calce: quoniã exiccat ipsum: & nõ est melius eo. Et quando ex pannaricio vlcerato incipit currere sanies: tunc cauteriza, & incide, vt nõ perambulet malitia eius in toto digito. deinde cura donec sanetur.

*De morphea,* *Cap. LIII.*

MOrphea est inæqualitas coloris cutis sine inęqualitate carnis: quia si adesset carnis inęqualitas, sicut dicit Rogerius, iam non solummodo esset morphea: sed lepra. Fit aũt quandoq; de sanguine: & est rubei coloris. quandoq; de cholera: & est citrini vel crocei coloris. quandoq; de phlegmate naturali: & est albi. quandoq; de melancholia: & est nigri coloris. Fiunt autẽ huiusmodi morpheæ de humoribus corruptis ad membrũ transmissis inficientibus illud. Cum ergo quodlibet membrũ habeat suam assimilitiam, & suas virtutes naturales: si deficiant, paruũ nutrimentũ & corruptũ generatur: & inde corrumpitur membrũ. Vtrum autẽ morphea sit curabilis, sic ꝓbatur. Scarificetur in duobus locis, si sanguis exiens fuerit naturalis, membri significans sanitatẽ: signũ est ꝙ membrum nõ est corruptum. idcirco curabilis iudicatur. Si vero sanguis innaturalis exierit, corruptionẽ mẽbri significat: & talis vix aut nunquã curatur. Item morphea vix aut nunquã curatur, si fuerit antiqua. Recens vero facilis curationis existit. Et alba quidem quando antiquatur, deterior est quam nigra.

Et cura morpheæ antequam antiquatur, est vomitus: & abstinere a cibis humectatiuis: & sudare in balneo: & assiduatio zuchari ro. confecti cum mastiche et thure. Et solutio cum medicinis in quibus est turbith, & pulpa colocynthidos: & fricare locum donec rubeat. et si sic non curatur: liniatur cum cepis, aut cum tapsia, aut cũ rubea tinctorũ cum aceto forti. In antiqua vero primo fiat phlebotomia: & fiat inunctio cum medicinis, quas dicã ad hanc ægritudinem, & ad baras. Igitur in curatione morpheæ particularibus conuenientibus: si materia sanguinea vel cholerica fuerit: digeratur cũ æquali mistura oxyzacharę, & syrupi de fumoterræ. In salso phlegmate addatur materia misceatur de oxymelite squillitico. Digesta materia sanguinea purgetur cum cholagogo. Cholerica cum duabus partibus oxy. & tertia hieræ Rufi, vel duabus cathartici imperialis, vel electuarij. de succo ro. Si est phlegmatica salsa: cum vna parte cathartici, et alia hieræ Rufi, & tertia hieræpicræ. Tertia die fiat stupha de herbis calidis & frigidis: & apponatur de fumoterræ, scabiosa, & lapathio acuto, & foliis boraginis. exeunti a stupha detur theriaca magna, & rubea trochiscata cum succo fumiterræ. Sequenti die si circa collum & faciem fuerit: de cephalica minuatur. Si a diaphragmate inferius de hepatica. deinde super totam morpheam apponatur ventosa cum scarificatione: & tũc fiat inunctio cũ sanguine leporino tepido. postea puluis de thure albo, mastiche, amylo, lithargyro, & sarcocolla,

cocolla, quę potenter dissoluit sanguinē grossum, superponatur: & ita tribus diebus. Quarta die apponantur fortiora. Acci. ergo thus, mastichē, & myrrham, & aloen, sarcocollā, amylum, lithargyrū, ana. fiat puluis: facta ergo inūctione cū sanguine leporino, superspergatur, & cooperiatur cum folio plātaginis. Itē fiat inunctio cū æquali mistura succi absinthij, & mellis despumati: & apponantur prędicti pulueres. Itē in hoc conueniunt omnes auctores: ꝙ sanguine leporino calido frequēter inungatur. soluit enim omnem morpheam. idem facit succus spatulæ fœtidæ. abstineant ab omnibus conuertibilibus.

Contra morpheā al. talis fiat cura. digeratur materia cum dia triō pepereon, & diacymino, singulis diebus mane et sero. post vsum electuarij detur oxymel squilliticū cum tribus partibus aquæ tepidę. Digesta materia purgetur cū duabus partibus hierępicræ, & tertia hieræ Rufi. tertia die fiat stupha de herbis calidis, de omni genere lapathij, calamentho, origano, fumoterrę, ruta, marrubio, et scabiosa. exeunti a stupha dētur duę partes opopyrę, & tertia theriacę cū succo de fumo terrę tepido. sequēti die si corpus est plethoricum, fiat phlebotomia. & nota. dum exit a stupha, et adhuc est membrum calidū: inungatur cum sanguine leporino calido: & hoc fiat ter vel quater in die: & fiat tribus diebus continuis. Quarto die adhibeant remedia fortiora. Scarificetur ergo locus morpheatus, et superspargatur puluis factus de castoreis, hermodactylis, & thapsia: vel pulueriz etur lapis lazuli: & distēperetur cum succo flāmulę: & postea desiccetur ad solem: & postea puluerizetur. facta ergo inunctione cū sanguine leporino, vel cum succo flāmulæ, puluis superspargatur. Iste autē puluis transit vsq; ad viuā carnem, & grossum phlegma, & carnē mortuam corrodit. Item axungia vetus. & distēperetur cum ea puluis staphidisagriæ, spatulæ fœtidæ, hermodactylorū, et flāmulę: et apponatur aliquid de puluere atramenti adusti in olla rudi cū aceto: & cum isto vnguento ter in die fiat inunctio: et cooperiatur cum folio caul. vel plantaginis. Itē accipe agrimoniam, pimpinellā, saltiam, abrotanū, & spatulam fœtidā. decoquantur in vino. accipiat patiens mane & sero. ista potio nō solū soluit albam morpheā: imo potenter desiccat fistulā, & scroffulas soluit. Item expertum. laua locum patientem cum aqua frigida vsque decies. postea Reci. tartari bene combusti, gallarum vstarum, soleæ veteris combustæ, pennarum nigrarum gallinæ combustarum, calcis non extinctæ, argenti viui, arsenici. Item accipe serpentem, & combure eum in olla noua bene cooperta. Reci. omnium prædictorum, ana: de argēto viuo, calce viua, et arsenico ī duplo vnius aliorum. & adde de radice flammulæ, vel filicis combustæ & tritæ. omnia prædicta bene puluerizata distempera cum forti aceto in modum vnguenti: ita ꝙ confectio sit æqualis cum prædicto vnguento: inungas totam morpheam bis vel ter vel plus, sicut videris expedire. vltimo mitte eum ad balneum: & in introitu balnei vngatur cū vnguento confecto ex vna parte arsenici: & quatuor partibus calcis viuę, quæ scilicet ponantur in sacculo bene ligato. & sic ligatum mitte in aquam vel acetum ad bulliendum: & cum satis coctum fuerit extrahe. & dissolue petiam: et ducas pennam gallinæ per medium: & si penna depila-

A tur, satis coctum est cum tali vnguento inungatur in introitu balnei. postea intret balneum: & sudet cum eo in balneo aliquantulum. deinde optime lauet se cū aqua: & sanatus erit. Et si aliquid remanserit, Acci. de puluere serpentis cum cymino, & pipere, & sale: & mitte in ouum molle: & da comedere patienti ieiuno. fac bis vel ter, sicut videris: & si necesse fuerit, iterum ad balneum mittas ipsum: & sicut dictum est, cū vnguento facto de calce & arsenico inungatur. Cum prædicto experimento quædam domina Pisana curabat oēs. In morphea tamen nigra nō ponebat codicem flāmulę, vel silicis, neq; duplicabat receptionem calcis viuæ, argenti vi. & arsenici: sed tātū de eis ęqualiter, sicut de alijs apponebat. valet etiam ad alias ęgritudines, sicut suo loco dicetur.

Cōtra morpheam nigrā digeratur materia cū oxy-
B melite squillitico. purgetur cum duabus partibus hierę logodiō, & tertia hierę Rufi. tertia die fiat stupha de prædictis herbis calidis: & apponatur thymus, & epithymus, geromandrea, & chamedrys. Exeunti a stupha offeratur theriaca maior, uel mithridatum cū succo fumiterrræ tepido. nō fiat phlebotomia: quia tam durus humor non euacuatur ꝑ phlebotomiā. fricetur morphea cū panno aspero, deinde fiat inunctio cum petroleo decocto cū puluere castoreo. Si autē nec sic, tribus diebus curetur. apponatur supra morpheam ventosa cum scarificatione. Et fiāt si necesse fuerit, fortiora dicta in. §. de morphea alba. Et specialiter unguentum prędictū de serpente: quia est expertum. Item vnguentū ad morpheam, loco prius fricato donec rubeat. inungas cum vnguento facto de calce vi. et succo corticis nucum viridium. Item puluis ana-
C cardi. & hermodactylorum. curat morpheam nigrā inueteratam. si pręcedente vnctione cum sanguine leporino frequenter superspargatur. Et Rasis dicit in Almansore, ꝙ semen maluauisci cum aceto mistum & super morpheam epithematum, remouet ipsam. Item oleum tartarinum cum lacte ficuum mistum curat morpheam nigram, & remouet pannum, & lentigines. Item vnguentum contra morpheam al. radices serpentariæ bene teras, & cum aceto vsque ad spissitudinem decoquas, & cola, & morpheam inunge. Item cantharides abstergunt morpheam. Et de euacuantibus sublimibus, teste Auicenna, est aqua casei cum epithymo, potetur quotidie, drac. i. epithymi cum cado vno seri caprini. Et confert ei administratio ciborum boni chymi: & administratio balneorum, & administratio trypherarum factarū cum epi-
D thymo: & administratio epithematum fortis abstersionis, & attrahentium fortiter sanguinem sanum. Cum ergo propter appositionem fortiter abstergentium vesicatur, quiescat diebus aliquot, donec cadat cutis. deinde iteretur, si necesse fuerit medicamen. Et illæ medicinæ incensiuæ sunt illæ quæ dictæ sunt. & similiter gumma, rutæ syluestris, piper, sinapi, nasturcia, lac tithymalli, thapsia, semen raphani, cortices radicum capparis, allium, succus asphodelorum, flammulę, apij risus, & similium fortium attractiuorum.

*De lentiginibus, panno, liuore, & nigredine, & cæteris maculis faciei.* Cap. LIIII.

IN superficie faciei quædam paruissimæ pustulæ & sordes aliquando generantur, quæ dicuntur len-

lentigines. Et quandoq; ſunt naturales: quãdoq; accidentales. ſi fuerint naturales, incurabiles ſunt: poſſunt tamen reprimi. Et fiunt, aliquando a cauſa exteriori, vt a calore ſolis vel aeris attrahente ſanguinẽ, vel ebulliente qui plus diſſoluit quã cõſumat. ſi enim attrahit, & non conſumat, quãtum diſſoluit: facies denigratur: vel maculæ generantur in cute. Fiunt etiam aliquando a cauſa interiori, ſicut a natura ſuperfluitates humorum ad exteriora expellente: ſicut patet in ſcabie veris, & in lepra. huiuſmodi autem infectiones fiunt aliquando in viris conſuetis ad hæmorrhoidas, & ad alias euacuationes propter indebitam earum retentionem. In mulieribus vero propter menſtruorum retentionem, et ſimilia.

Fiunt autem ex diuerſis humoribus: quorum ſigna habentur per colorem, & diuerſas figuras: & per complexionem: & alia particularia. Si fiant de ſanguine, fiat phlebotomia de cephalica: ſi de cholera, detur cholagogum. ſi de aliјs humoribus, fiat purgatio corpore plethorico exiſtente. Cõtra quamlibet cauſam multum prodeſt ventoſatio ſub mento cum ſcarificatione: vel quod melius eſt, fiat ruptorium ſub mento. Item in omni cauſa multum prodeſt ſcarificatio in anterioribus partibus tibiarũ. hęc enim valent ad mundificationem. deinde ſequantur localia. Si tamen fiant vi naturæ, non apponatur aliquid locale, niſi corpore mundificato: quia redirent. Si vero fiant per retentionem menſtruorũ: primo fiat inunctio de ſaphena ſub cauilla pedis interius: deinde apponas localia. Item huiuſmodi infectiones, aliquando fiunt ex cauſa calida: & quandoq; ex frigida. ſi de frigida cauſa fiant, inungatur facies cũ ſapone gallico acuato cum nitro, & diſtemperato cũ aceto, præcedente ſuffumigatione cũ aqua decoctionis abſinthij. In calida cauſa diſtẽperetur amygdalæ amaræ cum farina fabarum, & aceto: & facta ſuffumigatione cum decoctione auenę fiat inunctio. Itẽ contra lentigines intingatur ſtupa in ſanguine galli, vel columbi, uel leporis: et ſuperponatur faciei. Itẽ tam in frigida cauſa quam in calida valet ſanguis leporinus ſiue capriolinus calidus, ſuppoſitus & dimiſſus, donec per ſe cadat. Puluis bacarum lauri cum melle deſpumato bene cõmiſceatur, cum hoc inungatur facies præcedente ſtupha cum decoctione abſinthij, & palea hordei vel auenæ. In mane vero lauetur cũ furfuris colatura.

Ad rugas & omnem nigredinem de facie tollendam. Radices cucumeris agreſtis ſiccas cum aqua miſce: & faciem lini. ſequenti die laua cum aqua frigida. ſi hoc triduo feceris, miraberis effectum. Trotula vero multa ponit ad ornamentum faciei. dicit enim ꝙ diſtemperetur borax, & farina fabarum cum aqua limacarum appoſita aqua roſata, & ex hoc facies liniatur. & mane ſimiliter abluatur. Item aliud. Reci. entale, dẽtale, boracem, ſarcocollam, marmor albũ, corallum alb. cannapi & fabas. hæc omnia diſtemperentur cum aqua lentium & fabarum appoſita aqua roſ. & modico muſci: & fiant trochiſci: & deſiccẽtur in vmbra, qui poſſunt diebus pluribus reſeruari. Et quãdo neceſſe fuerit, diſtemperetur vnus in vola manus, & in ſero facies liniantur, & abluantur in mane. hoc ſuper omnia faciem, ſicut dicit, mundificat, & tollit lentigines de facie: & qualibet parte corporis.

E Item ſicut dicit Macer. ſi accipiatur ellebori al. pars. ſi ireos partes duæ: & conficiantur cum melle: & ſuperponatur lentiginibus, purgat eas.

Vnguentum clarificans & ſubtilians pellem, albedinem & rubedinem inducens, barulos, & pilos tollit. Re. ſucci cucumeris agreſtis, ſucci radicum iari, ſucci viticellę, ſucci ſerpentariæ, ana drac. i. ceruſſę, drac. ij. mellis, lib. iij. confice ſic. coque prædicta lento igne donec ad ſpiſſitudinem mellis deueniãt. cum vis vti, vade ad balneum. & cum bene lotus fueris, abſtergaris ſubtilibus pannis. poſtea vngaris prædicto vnguẽto: & poſtquam ſatis ſudaris, bene laueris. Item ad maculas faciei, ſaponem & medullam ceruinam miſce: & faciem inunge. Item ad lentigines. Accipe ouum: & pone in aceto, donec teſta maceretur. miſce poſtea cum ſinapi: & vnge faciem in ſero. mane laua

F cum farina hordei. Item capillos veneris decoquas cum adipe gallinaceo: & cum hoc inunge faciem frequenter. lentigines tollit: & faciem candidam reddit. Item vt mulier ſeruetur in colore, pulchritudine, & figura ſua, mirabile. Suffumigetur inferius cum ambra, & ligno aloes tribus diebus ter in die. quarto die in balneo vngatur facies eius optimo balſamo ſemel in die tribus diebus. Item vngatur facies cum amygdalis amaris coctis cum melle, ſemine erucæ, farina orobi, oſſe ſepiæ vſto. Item mel ad lentigines, pannum faciei, & faciem dealbandam, & mundificandã ab omni ſorde. Re. ſuccum mali terræ, ſuccum ireos, ſuccum cucumeris agreſtis, ſuccum bryoniæ, & ſuccum viticellæ, mellis deſpumati, & ammoniaci albi, ana. fac bullire cum capitello ad conſumptionem ſuccorum: & dum quaſi coctum fuerit, adde fel bouinũ,

G & eleuato ab igne, admiſce puluerem ſpecierum. Re. ſtygit, eboris, nitri, oſſis ſepiæ, zinziberis, hermodactylorũ, ariſtolochię rotundę, lenticulæ, boracis, amentis, cryſtalli, vernicis, dragaganthi, entalis, dentalis, bellirici, & ſeminis ſinapi albi. Item ad lẽtigines, ſitulas, barulos, & omnes puſtulas faciei probatum. Reci. ramos caprifici: & minutiſſime incide: & in olla parua pone: & ſuperpone tartarum: & ſuper tartarum pone auripigmẽtum: & iterum ramos: & ſic alternatim donec impleatur olla: & bene cooperta cum paſta in nouem furnis, donec coquatur, panis ponatur. hoc facto in loco frigido & humido per dies aliquos dimittatur: poſt adde boracem vel nitrum alexandrinum: & parum camphoræ cum modico mellis: & cũ neceſſe fuerit, inungatur. Ad idem valet oleum factum de tartaro cum lacte ficuum, & modico mellis

H albi cõmiſti. Item aliud valens ad omnia ſupradicta, ammoniacum et maſtichen cum oleo tartarino, & argento viuo ſublimato confice: & nota ꝙ prædicta vnguenta debent adminiſtrari in balneo: vel ſupra fumum aquæ calidæ.

Ad faciem dealbandam, ceruſſam albiſſimam & mundiſſimam in aqua puriſſima diſtempera: & per pannum rarum ſubtilem cola: & exponas per menſem ad ſolem calidum, quotidie mutando aquam limpidam: poſtea ſicca: & cum aqua roſ. diſtempera: & per tres dies ad ſolem cum ea dimitte: deinde ſiccari permittas. Et cum ſiccatum fuerit, puluerem margaritarum, cryſtalli, boracis, nitri, & camphoræ. miſce: & omnia ſupra marmor mundum diu cum marmore mundiſſimo moueantur. Et tunc cum aqua roſ. diſtemperentur:

ſtemperentur: & ad ſolem ſiccentur: & ſi addatur ar- A
gētum viuum ſublimatum, melius erit: plus valebit,
ſi apponatur oleum tartarinum: & cooperta cum pā
no mundo ſiccentur: & cum opus fuerit, vtere. Itē
elaterium & ceruſſam, ana. commiſce: & cum aceto
calido confice: & in vaſe ſtanneo repone: ſæpe cum
modico oleo amygdalarum amararum faciem inun-
ge. omnē maculam & ſordem abſtergit. Item ad
faciem dealbandam & clarificandam quo omni ma-
ne poteſt vngi. Reci. cryſtal. boracis, vernic. dragagā
thial. & parum camphoræ, & tantundem ceruſſæ, &
cum axungia gallinæ liquefacta diſtempera. Con-
tra liuores factos ex percuſſione vel caſu. Acci. pul-
uerem bacarum lauri: diſtempera cum melle: fac em-
plaſtrum: & tepidum ſuperpone. valet etiam contra
pannos, et lentigines de frigida cauſa. Ad recentem
liuorem faciei, fiat cataplaſma de farina fabarum cum B
melle: vel de vitello oui cum melle. Diuturnum li
uorem curat cataplaſma de raphano. Si vero liuor
fuerit cum phlegmone, fomentetur facies cum aqua
calida: et imponatur cataplaſma de lenticula cocta tri
ta cum melle.

## *De lepra.* *Cap.* LV.

Lepra ſicut dicit Auicenna, eſt mala complexio
prouenięs ex mala diſpoſitione choleræ in toto
corpore: quare corrumpitur complexio, forma, & fi
gura: & forſitan in fine fit ſolutio continuitatis: ita vt
findantur membra: & vlcerētur: & cadant pili: & eſt
quaſi cancer cōmunis toti corpori. Et in lepra quæ
fit de phlegmate ſiue de melancholia phlegmatica, nō
vlcerātur membra. Et huiuſmodi lepra tarde augmē
tatur, & cōfirmatur. Et lepra dicitur infirmitas ma C
la merito: quia in ea concurrunt tria genera morbo-
rum, ſcilicet mala complexio frigida & ſicca, vicium
in forma & figura, & ſolutio continuitatis ab vlcera-
tione. Item eſt infirmitas mala ex generatione, &
perſeuerantia, & ex radicatione: quoniam generatur
ex omnibus cauſis, ex quibus generātur omnes mor
bi: ſicut ex parentela, & eſt morbus hæreditarius.
Item generatur in matrice, menſtruis immundis re-
pleta, licet ſemina ſint munda. Item ex corrupto re
gimine matricis. Item poteſt generari ex coitu le-
proſi cum pręgnante: quia inficitur fœtus: licet nō in
ficiatur mater. Item propter malum regimen, ſicut
per nimium vſum carnis vaccinæ, buballinæ, lentiū,
& omnium leguminum. Item eſt infirmitas mala
in permanentia: quia ſemel adueniens nunquam cu-
ratur niſi beneficio medicinę: cum tamē ad alios mor D
bos curandos natura quandoq; ſufficiat. Item ex radi
catione eſt mala: quia ad ipſam curandam & eradicā-
dam neceſſaria ſunt ea quæ medicantur ex parte ele-
mentariarum virtutum, & a tota ſpecie: vt eſt theria-
ca, & ſerpentes.

Fit autem lepra de materia melancholica inculcata
in tota carne, & in cute exterius, quæ eſt
putrefacta & a naturali caliditate deſtituta. idcirco fri
gida eſt & ſicca duriſſima non perfecte membris con
tinuata. vnde findūtur membra, ſicut terra arrefacta
a ſole vel prunæ combuſtione. Et Auicenna dicit,
ꝙ cauſa efficiens leprā eſt complexio hepatis valde
decliuis ad caliditatem & ſiccitatem: vel eſt comple-
xio calida & ſicca totius corporis: vel vtraq; ſimul,
vnde aduritur ſanguis in hepate.

Et ſecundum veteres quatuor ſunt ſpecies lepræ,
ſcilicet elephantia, quæ habet fieri de melancholia in-
ficiente ſanguinem. Leonina de cholera ſanguinem
corrūpente. Thiria de phlegmate ſan. inficiente. Alo-
pecia de ſan. corrupto. Valde tamen raro accidit ꝙ tā
tum ex vnico humore cōtingat. imo frequentius ex
duobus vel tribus vel quatuor interponentibus par-
tes ſuas. vnde diuerſa & cōpoſita apparent ſigna quę
poſſunt per ſimplicia comprehendi. Idcirco medici-
næ debent diuerſæ & compoſitæ exhiberi.

Signa vero lepræ incipientis ſunt. ſignum cōmune
in omni lepra in principio maculæ ſuperue-
niunt: & cito recedunt. Item ſignum commune eſt
quarundam partium inſenſibilitas. Item ſignū cō-
mune eſt, ꝙ ſi tria grana ſalis ponuntur ſuper ſangui-
nem patientis, ſtatim reſoluūtur. ſi vero ſan. infectus
non fuerit, non reſoluuntur. Item aliud cōmune: ſi
accipiatur ſan. & fricetur in vola manus: & ſtrideat,
vel nimis ſit vnctuoſus: ſignum eſt infectionis & cor
ruptionis.

Elephantiæ autem ſigna ſunt color liuidus faciei,
& totius corporis emulus, ſuperciliorum depilatio,
oculorum rotunditas, narium conſtrictio, linguę gra
nuloſitas, muſculi interioris inter policem & indi-
cem conſumptio, quod thiria et alopecia nō tenet, te-
nuitas & diſſolutio atq; paucitas vrinæ: terreus & ci-
neritius color ſanguinis in phlebotomia, cita conden
ſatio ſan. poſt exitum de vena, & quanto magis laua
tur in aqua, tanto magis condenſatur, & in lauatura
quaſi quędam venulæ apparent, vel quaſi neruorum
rami. hæc ęgritudo tarde venit ad augmentum: & cū
venerit, facit fiſſuras in manibus & pedibus & ſuper-
cilijs et alijs diuerſis partibus corporis.

Leonina vero ſicut dictum eſt, habet fieri ex cho-
lera inficiente ſan. fit autem de cibis & potibus, ſicut
ex forti alliata, & piperata, & forti vino, vſu acrumi
num, & alijs prędictis cauſis. Et ſigna leoninę, ſunt
depilatio ſuperciliorū, citrinitas faciei vergens in ſub
rubeum. color citrinus totius corporis, rubor & pun
ctio palpebrarum, rotunditas oculorum, conſtrictio
& compreſſio nariū, aggrauatio vocis, corroſio gin-
giuarum, fiſſura labiorum, ſtrictura thoracis, gracili-
tas extremorum, ſtrictura ventris, tenuitas, paucitas,
& coloratio vrinæ: impetigo, ſerpigo, & morphea
ruffæ vel croceæ: ſanguis. exiens a venis, ſubtilis eſt,
& ignitus, & quaſi ſcintillis diſtinctus, & tarde con-
denſatur, & quando lauatur, cito diſſoluitur. iſta ſpe-
cies cito venit ad augmentum. & poſt, vix aut nun-
quam curatur.

Thiria eſt ſpecies lepræ facta de phlegmate. hęc ſpe
cies habet fieri de cibarijs phlegmaticis corruptis: &
ſpecialiter ex piſcibus corruptis, & omnibus alijs cau
ſis pręmiſſis. Huius autem ſigna ſunt ſuperciliorū
depilatio, & inflatio: palpebrarum inuerſatio, lachry
matio oculorum, oppilatio narium, gingiuarum &
labiorum putrefactio, ſpiritualium oppreſſio, vocis
raucedo, facies ſubtumida, extremitatū groſſitudo,
caſus & putrefactio vnguium: vrina diſcolorata, &
pinguis. ſanguis exiens a venis cito in aquoſitatem re
ſoluitur, et ſpiſſum ex eo ſubalbidum eſt, vel ſubcine
riciū: & quanto magis lauatur, tāto magis induratur.

Alopecia fit ex ſan. corrupto ſuperabundante ex
negligētia diętæ uel phlebotomię. Huius aūt ſunt ſi
gna, facies tūida, & inflata: color rubeus vergēs ī ter-

reum colorem & æmulum, ſupercilia depilantur, palpebræ inuerſantur, et ingroſſantur, oculi lachrymantur. venæ circa oculos, & in facie inflantur: nares obturantur, gingiuæ putreſcunt, & inflantur, et ſanies effluit: ex leui palpatione narium ſanguis educitur. ſpiritualia opprimuntur. corpus rubeis maculis diſtinguitur: adeſt corporis habitudo ſanguinea. vrina ru. & de natura pinguis. ſanguis de vena eductus apparet ſpiſſus, & viſcoſus, & in lotura denigratur, & inuiſcatur. corpus eſt glanduloſum: caro mollis: cutis alba, nimia per totum corpus humiditas.

Aliqui ponunt in lepra ſigna cõmuniter hoc modo. color faciei rubſcundus ad nigredinem plurimũ decliuis. rotunditas oculorũ: in albedine ipſorum liuiditas: mutatio coloris vnguium cum diminutione ſanguinis clari: ſi cõprimatur vnguis, anguſtatio narium, vnde videntur loqui cũ naſo: item ſomnia terribilia: item multum de facili iraſcuntur, & facilius ſolito: mali mores adſunt, & doloſi: quemlibet habet ſuſpectum, ne ſibi noceat: ſudor malus, & corruptus: facies inflatur: pili palpebrarum & ſuperciliorum ſubtiliantur. rareſcunt: & cadunt: nodi ſentiuntur in cute: & aſpectus eſt turpis: vox alteratur ad groſſitudinem tendens, vel ad ſubtilitatem. vnde rauceſcit ad vltimum. & vox deficit. exterius per totum cadunt pili & proprie in facie: & ſentiuntur eminentiæ duræ lapideæ, propter melancholiam frigidam, & ſic exterius diſperſam. vnde ſi punguntur in talo, ignorãtes parum ſentiunt, vel retro in tibia: pulpę aurium accurtantur. ſanguis taliũ aſper & acetoſus ſentitur pro pter aduſtionem. inter omnia certius ſignum fuſcus color, liuiditas albedinis oculorum, & rotunditas eorundem.

His apparentibus feſtinetur minutio de baſilica dextri brachij, ſi ſanguis fuerit in cauſa: vel etiam ſi multum uidebitur abundare. Poſtea per ſeptem dies quieſcat: & ſit in ocio, quiete, & delitijs. Si autem ſanguis non ſit in cauſa, neque abundet: fiat ſyrupus de thymo, epithymo, ſene, cuſcute, fumoterrę, lapathio acuto, gentiana, caſiaſi. mãna. hoc ſyrupo vtatur quotidie: et fiat cum ſucco boraginis: poſtea euacuetur materia cum myrobal. citrinis in cholerica: cum indis, in melancholica: & kebul. in phlegmatica. detur etiam hieralogodion. hieræ Rufi ſine acumine tamen. Medicina fortiter acuta indurat materiam: & multum nocet. Omnis leproſus, ocio, quiete, delitijs vtatur: ſemper teneat ventrẽ laxum: vt ſemel in die vel bis aſſellet: a coitu omnino alienetur. vtantur nutrientibus multum humectantibus, ſicut hectici & conſumpti: vt ſunt hœduli, pulli, aues campeſtres, panis recens, uitelli ouorum, optimi piſces, vinum ſubtile, clarum, aromaticum: exercitẽtur ante prãdium: ſaliant, & cantent: poſt prandium quieſcant: labores, et vigilias fugiant, & omnia generantia melancholiam: balneum aquæ dulcis intrent ſępiſſime: & cum farina cicerum vel fabarum fortiter fricentur: regãtur penitus ſicut illi qui deſiderant corporis humectationem: vtãtur gargariſmis, caputpurgijs, vnctionibus, & cauterijs in occipitio, & cõmiſſura capitis. Iſta tamen localia non fiant niſi corpore mũdificato multis vicibus. Raſis enim dicit, ꝙ in ſex menſibus quadrageſies leproſo dedit medicinam. Ad vltimum ſi lepra multum adhæſerit: ſuccurratur cum carnibus thiriæ, & cum trochiſcis eiuſdem: quo-

E rum copia reperitur, & ſyrupus ſerpentinus, & cum carnibus etiam ipſorum ſerpentũ. Comedi enim debent carnes ſerpentum, & viperarum montanarum capite & cauda abſciſis: & poſtea bene ablutæ, & cũ cæpis & porris coctæ, vel cum cæteris ſpeciebus. Patiens ergo bibat ius illud, & comedat carnes quandiu ſcotomiam patiatur, & cadat: tunc enim ſufficit ſicut dicit Raſis: vel donec corpus patientis incipiat inflari, ſic enim multi curati ſunt. Capita etiam et caudæ aduntur: & cum calce lota & butyro tota facies inungatur, vel emplaſtretur. Hæc eſt enim vniuerſalis cura omnium leproſorum. Item circa lepram, experimentum quo plures ſanati ſunt. Quando credis vel veriſimiliter dubitas aliquem infectum: fac ipſum lauari aqua frigida: quo facto, fac ipſum comedere tonninam: poſtea da ſibi bis vel ter de brodio ſerpentis:
F vbi ſerpens adeo ſit decoctus: ꝙ totus in brodium ſit reſolutus: paretur hoc modo: accipiatur ſerpens de montibus: & abſciſis extremitatibus, quatuor ſcilicet digitis ex parte capitis, & totidem ex parte caudæ: ponatur in aquam calidam, & excorietur: deinde extrahatur ſpina: poſtmodum coquatur in aqua, quouſque totus in brodium reſoluatur: tale brodium detur ter vel quater: poſtquam tonninam comederit, patienti, poſt octo dies, accipe vnguẽtum de ſerpente dictum in capitulo de morphea nigra: & hoc in lepra fracta et vlcerata. In lepra vero non vlcerata, pone vnguentum morpheæ albæ, & inunge bis vel ter ſicut videris: poſtmodum accedat ad balneum: & extra balneũ vngatur, & ſudet in balneo: & cætera omnia faciat in capitulo de morphea nigra prædicta. Confectio pilularum valentium ad lepram, & melancholiã quas
G ponit Auicen. & ſunt expertæ. Re. epithymi, drac. x. pulpæ colocynthidos, drac. v. ellebori nigri, drac. iij. ſalis & tertia. centaureæ, drac. v. hieræpicræ, agarici, ſalis indi. omnium, ana drac. v. ſtœchados, drac. vij. polypodij, drac. x. doſis eius, drac. iiij. Decoctio epithymi educens melancholiam, bona melancholię, impetigini, ſcabiei, & morpheæ nigræ. Reci. myrobal. nigrorũ, drac. x. polypodij, drac. v. ſene, drac. vij. turbit, drac. iiij. paſſularum enucleatarũ, drac. vi. eupatorij, drac. v. ſtœchados, epithymi, ana drac. x. decoquantur omnia præter epithymum, donec diſſoluantur: deinde projciatur ſuper ea epithymum: & compleatur eius decoctio, & coletur: deinde ſumatur ex ea in potu poſt pilulas quæ dictæ ſunt, aut cum agarico, & aloe, & ſale indo, & elleboro nigro. Et eſus ſerpentum teſte Auicen. & alijs veteribus confert le-
H præ magnifice: & vnguẽtum ſarracenicum, quod dictum eſt in capitulo de malo mortuo. dicitur enim in principio morbi curare leproſos. cõfert etiam his qui ſunt conſueti hęmorrhoidas prouocare. Alij dicũt ſpecialem curam in qualibet ſpecie leprę hoc modo.

In elephantia cognita cauſa digeratur materia cũ æquali miſtura oxymelitis ſquilliti ci, et ſyrupi de fumoterrę cũ aqua decoctionis thymi, epithymi, ſene, folij boraginis, vel florũ, detur mane & ſero. pręcedente tamen vſu æqualis miſturæ dianthos, & diaſene. Digeſta materia, purgetur cũ duabus partibus hierẹlogodiõ, & tertia hierę Rufi, vel cũ oxymelite Iuliãi. Tertia die fiat ſtupha de fumoterrę, ſene, lapathio acuto, ſcabioſa, folijs boraginis, thymo, ſene, epithymo, et alijs herbis calidis: exeũti a ſtupha offeratur theriaca cum ſucco fumiterræ tepido: & ſic tribus

tribus diebus continuis. ſequenti die poſt vltimã ſtupham quia materia putrefacta eſt intus, & extra aperiatur vena hepatica. Quarta die apponatur ventoſa ſuper renes ad extrahēdum ſubcutaneam materiam. Singulis autem. xv. diebus detur theriaca prędicta ex ſingulis menſibus: fiat prædicta ſtupha: ita tamē ꝙ die ſequēti poſt ſtupham offeratur opiata. de ſeptimo in ſeptimum aperiatur cephalica in vna parte, & in hepatica in alia. Item aliquando in declinatione lunæ fiant ſcarificationes in anterioribus & poſterioribus tibiarum: aliquando ponatur ventoſa in fontanella colli: aliquando ſub mento: aliquando fiat phlebotomia in ſummitate naſi. Fiant cauteria in tibijs et brachijs: & ſic venias ad localia: ſtuphetur facies cū aqua decoctionis thymi, & epithymi, ſene, cuſcute, foliorū boraginis, croci, paleæ hordei, & auenæ: & tunc diſtēperetur trochiſcus vnus factus de radice gerſe puluetizata in vola manus cum aqua roſata: & liniatur facies cum ea, & emplaſtretur, & in craſtino lauetur cū colatura furfuris, vel fabarum. Item redeat ad prædictam commiſtionem electuariorum: & poſt vſum eius accipiat de ſyrupo ſimplici fumiterrę, vel fiat iſte ſyrupus, qui ſuper omnes potenter operatur in omni ſpecie lepræ. Decoquatur ſuccus fumiterræ, & coletur: et in colatura decoquatur thymū, epithymum, ſene, ariſtol. rot. gentiana, myrrha, bacæ lauri, tamarindi, cinnamomum, zinzib. caro ſerpentis ſic præparata. Accipe ſerpentem qui reperitur in nemoribus, qui habet ventrem album: & in medio ventris lineam rubeā diſtinctam: & deorſum niger: remoueatur caput & cauda: & medium decoquatur cum prędictis vſq; ad integram carnis reſolutionem. Deinde coletur, & colaturę admiſceatur zucharum, et ſyrupetur. de prędicto ſyrupo accipiat de tertio in tertium diem, quantum capit teſta oui cum aqua tepida: præcedente tamē vſu electuarij iſtius. Electuarium. Decoquatur ſerpens modo prædicto præparatus in vino albo: & remotis ſpinis & oſſibus, teratur caro: & cōmiſceatur cum duabus partibus diaſene: & fiat electuarium contra cauſam frigidam. Si autē fuerit de cauſa calida admiſceantur duę partes roſatæ nouellæ, & tertia carnis ſerpentis. Item poſtquam diligenter ſicut prędictū eſt purgaueris, Accipe ſerpentem rufum de nemoribus, & abſciſſis extremitatibus, quæ receptacula ſunt veneni ſicut dictum eſt: partem mediam elixa cū porris aliquantulum ante appoſitionem ſerpentis decoctis: & bene decoctum ad comedendum dabis. hoc enim non ſolum ab iſto, ſed etiam ab alijs morbis liberat. Caro enim ſerpentis acuit viſum multum: & podagræ calidæ confert magnifice. Item accipe duos vel tres ſerpentes: & abſciſis de extremitatibus tribus digitis ſicut dictum eſt ponas in ſaculo lineo: & in vino mitte, vt putreſcant: de quo vino patiens aſſidue bibat. plurimos liberat.

In thiria cognita cauſa, digeratur materia cū æquali miſtura oxymelitis ſquillitici, & ſyrupi de fumoterræ præcedente tamen vſu electuarij, diacymini, & dianthos. digeſta materia, purgetur cum duabus partibus hierępicrę, & tertia hierę Rufi. Tertia die fiat ſtupha de folijs ſambuci, ebuli, ſcabioſę, fumiterræ, lapathij acuti, boraginis, & alijs herbis calidis tribus diebus continuis: & ſingulis diebus exeunti a ſtupha detur mithridatum, vel opopyra; vel melius theriaca cum ſucco fumiterræ tepido. Sequen-

**A** ti die poſt vltimã ſtuphã aperiatur cephalica in vno brachio, & hepatica in alio. Quater in anno purgetur: fiat ſtupha: dentur opiata: fiant phlebotomiæ, vētoſę, ſcarificationes, cauteria, & ruptoria temporibus præmiſſis, & in locis prædictis: poſtea fiant localia. Stuphetur facies cum aqua decoctionis ſambuci, ebuli, calamenthi, origani, ſcabioſæ, fumiterræ, lapathij acuti. poſtea fiat inunctio cum ęquali miſtura vnguēti citrini et vnguenti albi: & acuatur cum lithargyro, vel puluere plumbi vſti. In craſtino lauetur cum colatura furfuris, vel fabarum, vel ſero caprino tepido: Item apponatur ſanguiſuga in ſummitate naſi: & cū illo ſanguine facies liniatur: & ſuperſpargatur puluis prædictus: & in craſtino lauetur ſicut dictū eſt. Itē accipe ſerpentem, & decoquatur cum tritico vſq; ad ſui integram reſolutionem: et de illo tritico paſcantur **B** gallinæ: & tunc deplumabuntur: & renouabunt plumas: aſſentur huiuſmodi gallinæ: & dentur omnibus leproſis ad renouationem cutis, & depoſitionem vetuſtæ. Item cum pinguedine defluente inungatur facies, & operabitur illud idem. Item ad prædicta electuaria reuertatur: & poſt vſum electuarij, ſequatur ſimplex ſyrupus de fumoterræ: & detur electuarium de ſerpente: et ſequatur prędictus ſyrupus de eodem: & localia alia, quæ dicta ſunt in elephantia.

In leonina digeratur materia cū duabus partibus oxyzacharę, et tertia ſyrupi de fumoterræ. digeſta materia, purgetur cū duabus ptibus oxy. & terria de hieræ Rufi: vel cum duabus partibus electuarij, de ſucco roſa. & tertia cathartici imperialis. Tertia die fiat ſtupha cum herbis frigidis, lactuca, portulaca, plantagine, qnqueneruia, folijs vitis, ſalicis, bo**C** raginis, lapathio acuto, ſcabioſa, fumoterræ, & ſimilibus. Exeunti à ſtupha offerantur duæ partes rubeæ trochiſcatę, & tertia theriacæ. ſequenti die iteretur ſtupha, & dentur opiata. Similiter in tertio die ſequenti, fiat: poſt tertiam ſtupham aperiatur una cephalicarū, & altera hepaticarum. Singulis menſibus in ſecunda ętate lunæ fiant prędictę ſcarificationes in tibijs: vētoſa ſub mento: phlebotomia in naſo, aliquando ventoſa in fontanella colli: fiant cauteria in tibijs & brachijs vt prædictum eſt. Item quater in anno prædicto modo purgetur. Simili modo quater purgandus eſt in elephantia. Item ſingulis menſibus fiat prędicta ſtupha: & ſingulis. xv. diebus iterentur prædicta opiata. Localia ſic fiant: fiat ſuffumigatio cum ſcolopēdria, & endiuia, palea hordei, & auenę, & de fumoterrę aliquid apponatur: deinde fiat inunctio cū ungu**D**ento citrino acuato cum puluere gummi arab. et dragã. alb. lithar. corall. al. et tunc facies obuoluatur peplo: & in craſtino lauetur cum colatura furfuris vel fabarum, & ſero caprino tepido. Si autem fortiori indiges medicamine: Reci. gummi arab. dragaganthum, amylū, ſpodium, raſuram eboris, ſarcocollã, claſſam, entale, dentale, marmor al. cetallos al. puluerizа cum ſepo arietino ceruino tepido: & addatur aliquid de aloe ſuccotrino, vel hepatico: fiat inūctio: & ſicut prędictum eſt, in craſtino abluatur. Itē extrahatur ſanguis a ſūmitate naſi, & liniatur facies inde tota: & ſupſpargatur puluis p̃dictus: & in craſtino lauetur, ſicut dictū eſt. Itē ex p̃dictis pulueribus fiant pilulę cū aq̃ ro. vel aqua limonū: & cum opus fuerit, diſtemperetur vna cum aqua ro. & facies inungatur: & mane lauetur. Item lauetur facies frequenter cum lacte ſe-

minum frigidorũ tepido Item ſingulis diebus mane & ſero, recipiat de diaprunis, & diaceraſeos, ana. et poſt ſequatur vſus ſimplicis ſyrupi, de fumoterræ. Item recipiat ſingulis diebus de iſto quantum teſta oui capit. Re. ſucci boraginis, aquæ cucurbitæ, ana de coquantur in eis violæ, & pruna colentur: colaturæ, admiſceatur zucharũ, & ſirupetur: in fine decoctiõis admiſceatur medulla caſiaſi. et tamarindorum: & tũc decoquatur ex integro: & ſi aliquid de mirabol. citrinis apponatur, melius erit. Vel offeratur prædictũ electuarium de ſerpente, & ſequatur ſirupus de eodẽ: vt dictum eſt. In hac ſpecie confert abſciſio teſticulorum. In frigidis tamen nocet.

In alopecia digeratur materia mane & ſero cũ diaprunis: poſt vſum electuarij ſequatur potus oxyzacharę, cũ tertia parte ſyrupi de fumoterrę. Purgetur cum duabus partibus oxy. & tertia hierę Rufi. Tertia die fiat ſtupha de herbis frigidis, et apponatur fumuſterrę, lapathium acutum, borago, ſcabioſa. Exeunti a ſtupha dentur duę partes rubeæ trochiſ. & tertia theriacę ma. cum ſucco fumiterræ tepido: & ita fiat tribus diebus continuis. Sequenti die poſt vltimam ſtupham fiat phlebotomia de vena cephalica vnius brachij, & hepatica alterius. Singulis autem. xv. diebus vſq; ad tres menſes iteretur prædicta ſtupha, & dentur prædicta opiata, ſcarificationes, cauteria, ventoſæ. ruptoria ſub mento temporibus aſſignatis fiant vt prædictum eſt: reuertetur ad prædicta electuaria: & poſt vſum electuarij ſingulis diebus mane & ſero accipiant de ſimplici ſyrupo de fumoterræ. Stuphetur facies cum decoctione herbarum frigidarum, paleę hordei, & auenæ. tunc inungatur cũ axungia prædicta gallinarum, vel cum vnguento prædicto de thure: et tota nocte obuoluatur facies peplo: et in craſtino lauetur: poſtea mundificetur facies cum lacte ſeminum frigidorum vel lacte caprino: vel cum vino decoctionis ſerpentis, prædicto modo præparati: quod etiam valet in omni ſpecie lepræ ad conſumptionem venenoſæ materiæ, & mundificationem faciei. valent etiam cætera localia in alijs ſpeciebus lepræ prædicta.

Inficitur etiam quis poſt coitum leproſorũ: & quãdoq; poſt coitũ calidi: quandoq; poſt coitum frigidi. vnde ſecundum diuerſitatem infectionis variatur cura: variantur & ſigna. Si de calida cauſa fiat, cognoſcitur per calorem lentum in profundo corporis ad exteriora ſe diffundentem, vniuerſaliter ſentiunt punctiones & arſuras in exterioribus: quoniam cum frigore & rigore, quandoq; ſine. variãtur colores frequenter de rubeo in album: & econuerſo. item malitioſos & venenoſos ſentit diſcurſus ſubcutaneos. item ſentit quaſi formicas ſuper faciem tranſeuntes: facies diffunditur colore inflãmato: frequens adeſt inſomnietas. Primum conſiliũ eſt vt fiat phlebotomia in vtroq; brachio: deinde digeratur materia: & fiant cætera dicta in alopecia. item poſt purgationes & ſtuphas, bis in ſeptimana diſtemperetur in vola manus vnguentum cum aqua roſ. & inungatur facies, & cooperiatur cum folio plãtaginis & tota nocte pepletur: & in mane lauetur cum colatura furfuris vel fabarum.

Item quandoq; inficitur aliquis poſt coitum frigidi: ſicut phlegmatici, vel melancholici leproſi: quod cognoſcitur per colorem emulum faciei, qui in pri-

E mo die apparet. Iſta enim ægritudo licet quædam ſigna infectionis oſtendat: tardius tamen ſentitur quã prior: vnde tardius curatur quam calida: in qua ſtatim poſt coitum ſentiuntur prędicta ſigna. Item in frigida facies ſubtumeſcit, omniũ membrorum adeſt aggrauatio. vix poteſt moueri de loco in quo ſedet. ſubcutaneũ ſentit frigus cum formicatione faciei principaliter, et ſecundario totius corporis. Digeſta materia cum duabus partibus oxy. & tertia ſyrupi de fumoterræ, purgetur cum duabus partibus hieræ logodion, & tertia hieræ Rufi. ſi materia eſt melancholica, cum duabus partibus hieræ picræ: & tertia hieræ Rufi, ſi materia eſt phlegmatica. Tertia die fiat ſtupha de herbis calidis, in qua ponantur folia ſambuci, ebuli, ſcabioſa, lapathium acutum, & fumuſterræ. Exeunti a ſtupha detur theriaca maior cum ſucco fumiterræ

F tepido. Sequenti die fiat phlebotomia de cephalica, vel hepatica. iteretur altera earũ, vſq; ad tres vel quatuor menſes ſingulis. xv. diebus. & ſemper parũ extrahatur de ſanguine, videlicet vſq; ad duas vnc. cũ apophoreſi. Iteretur ſimiliter prędicta ſtupha cũ prędicta opiata. Item fiant ſcarificationes, ventoſæ, & ruptoria ſub mento. Contra emulum colorem faciei. acci. ſingulis diebus in mane vinum tepidum, in quo reſoluatur, drac. i. vel duæ reub. Item bis in ſeptimana, lauetur cum vino tepido, in quo poſitum fuerit primo reub. in ſero. Item acuatur vnguentum citrinum cum puluere braſilis: & in nocte inungatur facies: & in mane lauetur ſicut prædictum eſt.

*De tuberibus tumore rubore faciei, oppilatiõe narium, & depilatione ſuperciliorum.* Cap. LVI.

G PVſtulæ ſiue tubera fiunt in leproſis quãdoq; de ſanguine, quandoq; de alijs humeribus. Si fiãt de ſanguiue: rubeę ſunt & molles, & cito attrahuntur in ſaniem. Si de cholera: citrinæ ſunt, & aliquantulum duræ, & in paruam trahuntur ſaniem. Si de phlegmate: albæ ſunt, & molles. Si de melancholia: liuidæ vel terreæ, & duræ.

In cauſa calida ſubfumigetur facies cum aqua decoctionis maluæ, biſmaluæ, herbę violariæ: & ita fiat tribus diebus continuis & mane & ſero. Et poſt ſingulas ſtuphas inungantur puſtulæ cum raſura lardi, quod facit ad remollitionem & cõſumptionem: & tunc phlebotomo aperiantur in duobus, vel tribus locis. & cum ſanguine inde fluente diſtemperetur puluis lithargyri, plumbi vſti, & maſtiches: & fiat emplaſtrum: & in omnibus puſtulis ſuperponatur.

H Contra cauſas frigidas, fiat ſubfumigatio ex aqua decoctiõis fumi terræ, lapathij acuti, & ſcabioſæ, duobus vel tribus diebus continuis mane & ſero & ſemper. poſt ſubfumigationem fiat inunctio cum raſura lardi: & tunc aperiantur cum phlebotomo, & cũ ſanguine inde fluente pulue. hermodactyli, elleboro al. & alumine, & fiat emplaſtrum, & ſuperponatur: & ſi fortius velis operari, addatur puluis tartari. Item aliud quod fortius operatur, pone ruptorium vnicũ æquali miſtura cantharidum, & fermenti, diſtemperetur cum aceto: & puſtulis, ſiue tuberibus ſuperponatur. Itẽ facto ruptorio, remota cute, in omni ſpecie leprę in frigida apponaẽ pulueris tartari, et uiridis eris ana. Si autẽ de calida, ponatur pulueris tartari, & lithargyri, ana vſq; ad corroſionẽ puſtularũ: et tunc in vtraq; fiat inũctio cũ unguẽto citrio acuato cũ lithargyro

gyro ad carnis regenerationem, & ſubtilem cicatrizationem. Item acci. limacias rubeas, & ſcindantur per medium, & ſuperaſpergatur puluis ſalis gemmę: & illud liquidum quod inde ſtillauerit, admiſceatur cum pinguedine terrę quæ vbiq; terrarum reperitur. Et inde liniantur puſtulę & facies. iſtud facit ad mundificationem, et cōſumptionem puſtularum. Si vero appoſito ruptorio humor ad locum illum fluat: et tumorem faciat, appone deſuper emplaſtrum de gallis, thure, & farina hordei: & diſtempera cum albumine oui. Si vis defendere oculos, ne tumeſcant: fac emplaſtrum de maſtiche, ceruſſa, thure, cum albumine oui: & circum vnge. Si totius faciei tumorem reprimere volueris: Reci. cimoleam, quæ reperitur ſub mola fabrorum, vel argillam deſiccatam diſtempera cum aceto. & bis in die cataplaſma: & hoc incipias facere ſtatim poſt purgationem. Vnguentum al. etiā valet ad cutim generandam, & tumorem reprimendum. Contra ruborem faciei, ſcarificetur occipitiū appoſitis prius ventoſis. aufert luborē, & cutis groſſitiem: apponatur etiam hoc vnguentum. Recipe cimoleæ, radices dragonteæ, amyli, ſeminum citruli, melonis, amygdalarū amararum, ana drac. i. radicis iari, nō ſubſtantiam ſed quod extrahitur, & in fundo vaſis reſidet, nitri, ana vnc. 5. radicis viticellę, drac. ij. ceruſſæ, vnc. iij. ceruſſa tamen nocet dentibus: et faciē corrugat. confice ſic. quatuor ſupradicta terantur: & ſuccus per pānum cum duobus baculis exprimatur: & ponatur in ſcutella terrea: & dimittatur donec reſideat: & quod in fundo reſiderit, exiccetur. eo deſiccato teratur, et pulueriʒetur. poſtea terantur ſupradictę ſpecies: & miſceantur cum ſupradicto ſucco: & conficiantur cum oleo amygdalino & melle addito duplo aquę ro. fiat autem in modum emplaſtri malaxando: & ne facies fiat lucida, fiat ſine oleo. Cum vero faciem lauare volueris, laua cum colatura furfuris vel fabarum. Prædictum etiam vnguentum facit faciem limpidam. Prodeſt etiam ad remouendum ruborē faciei ſcarificatio naſi; & cętera dicta in capitulo guttę roſeæ; & ſcarificatio tibiarum inter muſculum & cauillam; & cætera ſupradicta in qualibet ſpecie leprę.

Oppilatio narium quandoq; fit ex inflatione venarū exiſtentium in ſtrictura narium, quādo replentur ex ſanguine vel etiam ex phlegmate uiſcoſo, ſeu ex muccis viſcoſis. Si fuerit ex repletione venarum, ſoluatur repletio per venarum inciſionem, & pharmaciā. Valet etiam decoctio roſarum attracta per nares. plurimum enim confert narium ſtrictura. Si vero ex phlegmate viſcoſo ſiue muccis fuerit: pilulæ diacaſtoreę, uel dialthæa, inunctis interius naribus plurimū cōferunt. Idem facit aqua roſata. Suffumigatio etiam calidarū herbarū idē facit. Et explicit liber tertius.

*Capita libri quarti.*



A THEODORICI LIBER QVARTVS.

*De dolore capitis.* Cap. I.

PRIMO dicamus vt dicit dominus Hug. dolor capitis quandoq; fit a cerebro: quandoq; a ſtomacho. ſi fiat a cerebro, dolor eſt cōtinuus. ſi aūt a ſtomacho, dolor eſt interpolatus. Item quandoq; eſt humoris vitio: et tunc adeſt grauatio: quandoq; ex ſola diſtemperātia, ſine aggrauatione. Item quādoq; cū rheumate, et ſentitur titillatio, & quaſi formicatio inferius deſcendens per foramina et alias partes. ſi ſine rheumate ſit, hęc non ſentiuntur.

Regula quidem ſecūdum Conſtantinum. q; ſi fiat cum rheumate, non debet fieri fomentatio B in aqua vel lauatura. vnde etiam dico q; ſi fiat febris continua cū rheumate, non debet lauari vel fomentari extrema. ſed tamen inunctio poteſt in dolore ſeu febre fieri cū oleo ro. cum vnguentis cū quibus diſtemperetur, vnc. 5. opij. circa frontē, et tempora fiat inunctio. Alia quidē regula ſecundū Cōſtan. et alios veteres, exiſtente cauſa rheumatica, nō fiat ſternutatio. ſed in declinatione poteſt fieri. Itē alia regula. ſecundū Cōſtan. & Alex. & alios veteres. ſi fiat dolor capitis de cauſa calida, ſupintolerabilis vel patiens ſentiēs arſuras & pūctiones in loco collectionis materię: oris adeſt amaritudo, ſitis continua, in ſomno quaſi flāmę igneę vidētur. Omnia quę debent apponi, frigida apponātur actualiter vel tepida, ne poris per appoſitionē frigidorū oppilatis interius ſequatur nocumentū. Alia regula ſecundū Alex. et alios ueteres ſapientes: ſi C ſit dolor capitis de calida cauſa cū repletione: & ſi ſit ſternutus cum rheumate, dum nō ſit inueteratus: vel etiam ſi fiat corpore exiſtente repleto, fiat vniuerſalis purgatio. ſolo vero capite exiſtente repleto, non fiat vniuerſalis purgatio: ſed purgetur caput cum ſternutationibus, & gargariſmis, maſticationibus, & iniectionibus per nares. Alia regula. ſi fiat dolor capitis de calida cauſa, & ſit inueteratus apponenda ſunt calida cum frigidis. Item alia regula. quando apponuntur actualiter calida nō faciant magnam moram ſuper dolorē capitis de calida cauſa: ne actuali calore magis lædant quam potētiali frigiditate iuuarent: ſed frequenter remoueantur. Idem dico de diabetica paſſione & hepatis calefactione inueterata. Item alia regula. ſi fiat dolor capitis ratione choleræ furioſæ exiſtentis in ſtomacho, plus laborandum eſt ad repreſ- D ſionem choleræ, quam ad diſſolutionem eiuſdem, ne exiens per inteſtina cauſa ſit dyſenteriæ vel œſophagum exiens ſit cauſa excoriationis eiuſdem. Item alia regula. ſi dolor capitis ſit & ſignis diſtinctionis apparentibus in die critica, non apponas aliquod frigidum vnguentum maturatiuum vel repercuſſiuum: quia ſic poſſes impedire curſum, cū fortis natura ſit: licet velit exonerare per fluxum ſanguinis ex naribus. Item in dolore capitis non apponatur ſimpliciter narcoticum: ſicut eſt oleum mandragoræ, & ſimilia: niſi in deſperatione.

Et quandoq; fit dolor capitis ex fumo ignito reſoluto a vino vnde efficitur patiēs quaſi paraphronun. Cōtra huiuſmodi dolorem generale præceptū ſecundum Conſtanti. & Alex. et alios veteres ſapientes, q; offeratur ſuccus caulium per os, vel trifolij, vel fiat.

cataplasma vniuersale super caput cum aceto tepido: fomententur testiculi. gargarismus sæpe fiat ex aqua frigida: & illi fumi repercutiantur ad inferiora. in vulnere mamillę fomententur cum vino.

Item cũ franguntur menynges cerebri existẽte illęso craneo: tunc medicus nõ apponat manum: quia relinquitur chirurgiæ: cognoscit ergo medicus talẽ fracturam per signum: cũ a principio cum dolore capitis lęta febris est, id est singulis diebus paulatĩ augmẽtatur dolor: anguli oculorum detorquẽtur, ac si spasmarentur. genæ rubent: quod est prauum signum in omni lęsione capitis: & emplastra superposita cito desiccãtur: reperitur cutis arida & sicca. his signis cognitio relinquitur chirurgis. Item in omni dolore capitis ex vulnere: si nõ fluat multus sanguis, generalis est regula, ꝙ fiat phlebotomia a parte capitis opposita: sed frequenter tamen hoc nõ fit: quia cõtra vulgi opiniones esset. Alia regula est: ꝙ si corpus sit plethoricum: & natura fortis: licet multum fluat sanguis, inde est facienda phlebotomia: sed tamen nõ ita frequẽter fiat: quoniã est contra vulgi opinionem. Itẽ in dolore capitis cum fractura cranei, & magno vulnere, maneat patiens in diæta tenui: & a vino abstineat.

Item quandoq; fit dolor ex apostemate confirmato in pia, & dura matre, quod cognoscitur per dolorem cõtinuum manifestum acutũ, & continuam malleationem, & saltum. generalis ergo regula est medicinis dissolutiuis & attractiuis. Acci. ergo folia hyssopi, leuisti. & absinthij. quassentur, & decoquantur in aqua: & cum aqua illa fiat fomentatio. Item cũ illa eadẽ decoctione, fiat gargarismus, vel fumigatio per os, & aures, et nares. Item fiat inunctio cum oleo lau. Item distemperetur sinapi cum aceto: & colatura ponatur cum oxymelite: & distemperetur cum aqua: et fiat garga. et nõ est vtendum multum maturatiuis: ne forte materia trahatur ad saniẽ. et fit causa putrefactionis piæ matris, & duræ matris. istud dicitur de collectione materiæ in neruo: sicut est de punctura nerui, in phlebotomia brachij.

Item quandoq; fit dolor capitis ex humore sicco: & tunc ad digestionẽ materiæ non est vtendũ multũ calidis, ne ꝑ dissolutionẽ et cõsumptionẽ subtiliũ partium, maior fiat cõpactio vel ingrossatio materiæ residuæ. vnde in ueterata quartana nõ competit longus vsus balnei, ne forte ex longo balneo cõsumatur subtilior pars. Item si dolor capitis sit de frigida causa: tunc regula generalis est: ꝙ non est vtendũ multum dissolutiuis. ꝙ quandoq; multum dissoluitur. vnde subtiles partes consumuntur: & grossæ remanent. Idem dico in arthretica, quartana, in oppilatione splenis & hepatis & matricis, nõ debent apponi multum calida ab exteriori: ne subtiles partes consumantur: et grossæ remaneant, id est ꝙ fortis medicina: quia propter sui violentiam consumerentur partes subtiles, & extraherentur: & grossæ relinquerentur: quæ postea essent causa maioris nocumenti: sed paulatim & frequenter debent dari leues medicinę. Itẽ quando fit dolor capitis ex phrenesi cerebri, quandoq; humores oppilant poros: et dolor ibi est, quãdo fumositas exire non potest: quod cognoscitur ex sonitu, & sibilo existente in cerebro, in isto ergo casu vtendum est frigidis ac calidis aperitiuis: & per fumigationes oris & naris: & per vnctiones super locum patientẽ fiant. Et de passionibus quæ circa dolorem capitis fieri ha-
E bent hęc sufficiant.

### De *passionibus oculorum.* Cap. II.

Post passionem capitis dicamus de passionibus oculorũ: antequã dicamus de passionibus aliorum instrumentorum sensuum: incipiamus ergo ab ophthalmia. Nota. ergo ꝙ ophthalmia est apa oculi. & dicitur ab ophthalmu quod est oculus. fit autem ophthalmia quandoq; de causa calida: quandoq; de frigida: quando fit de causa calida, sentiunt punctiones in profundo. quando vero de frigida, nõ sentiuntur punctiones: & fit cum limpitudine.

Regula est: ꝙ in nulla ophthalmia debet fieri fomẽtatio circa oculos circa meridiem cum sit vna de rheumaticis. Item alia regula. si sit de causa calida, cum omnibus particularibus conuenientibus
F fiat phlebotomia de cephalica. Itẽ si sit de frigida, corpore existente plethorico, fiat phlebotomia in quarta die: & potest fieri fomentatio ad pororum apertionem, & fumositatis extirpationem: & hoc super oculos. Item alia regula. in vtraq; causa siue fortis siue debilis sit natura, potest fieri vẽtosa in fontanella colli. Itẽ si fuerit de causa calida, seruetur dięta sicut febricitanti continue. Itẽ alia regula. in nulla ophthalmia debet fieri fomentatio circa pedes vel tibias, ante iiij. diẽ. Itẽ alia regula. in utraq; causa a principio insistendum est cum repercussiuis. Item alia regula. non violenter apponantur repercussiua: ne repercutiant ad neruos: & sic sit causa perpetuæ cęcitatis: extrahatur ergo succus herbæ violæ: & admisceatur cũ albumine oui, & aqua ros. & conficiatur cũ aqua hordei: & ibidem fiat emplastrum: & ponatur super ocu-
G los. Item potest fieri cum succo solatri vel semperuiuæ, vel ponatur psyllium, citoniorum grana quassata in aqua: & cum illa mucilagine illiniantur oculi. Item de meliori consilio est: vt quãdo imponitur emplastrum super oculos, interponatur aliquid de bombace vel stupa lini vel canabis propter oculorum teneritatem. Item alia regula. in causa calida oculorũ nõ morentur emplastra diu super oculos: sed frequẽtur remoueantur: ne forte actuali caliditate magis lęderentur quam iuuarentur potẽtiali frigiditate. Itẽ dixi ꝙ a principio materia debet repercuti. si autem sit furiosa, & magnus sit dolor: insistendum est mitigatiuis tantum: quoniã si a principio repercuteres, timendum esset de cursu materiæ furiosæ: & de duro symptomate: deficiente vero aliquãtulũ dolore, vtẽdum est partim mitigatiuis partim repercussiuis. ces-
H sante rheumate, vtendum est dissolutiuis. Mitigatiua sunt mica panis trita cũ lacte mulieris, & vitelli oui. partim mitigatiua & partim repercussiua aqua ro. lac mulieris. repercutiẽtia sunt prædicta. dissolutiua sunt succus fœniculi, & mentæ. Itẽ generalis regula est Gal. in cõmento super aphorismis, fomentatione oculorum quandoq; augmentatur dolor: quandoq; minuitur: quandoq; permanet in eodem puncto. si autem augmentatur, in causa calida fiat phlebotomia. in frigida, purgetur.

Item contra suborẽ oculorum tollendum purgatione capitis maxime ab humore facta. Reci. gũmi euphorbij, seminis rutæ, seminis scroffulariæ, & mastiches, ana drac. i. vel se. de omnibus contere omnia: & cõmisce fortiter: & facta confectione, pone pondus duorum denariorum, vel quantum sufficit in panno lineo

lineo mundo: & infunde aquam desuper, & cola: & fac patientem aquā illam trahere ad se per nares: & sedeat & teneat os apertum cum ligno lōgo ad mensuram vnciæ vnius digiti: & teneat scutellā sub barba in qua recipiat humores defluentes per dimidiam vel vnam horā vel quantum sufficit: & iterum fiat fomētatio: & si tunc augmentetur dolor, cessabit a fomentatione: & fiat phlebotomia vel pharmacia. si autem minuatur dolor, sine phlebotomia uel pharmacia īsistendum est: quia solis fomentationibus potest curari dolor. si autem maneat in eodē puncto, debet augmētari collyrium in aliquo istorum triū, & fieri fortius: & apponi aliqua fortiora dissolutiua.

Item vt dictum est, ex fluxu humorū ad oculos fit ophthalmia: & ophthalmia soluta remanet aliqñ macula: & ex macula fit tela: ex tela fit pānus: ex pāno fit vnguis. Generalior ergo regula est, ꝙ qđlibet istorū inueteratorū vix potest curari. Itē. nō debet apponi desiccatiuū cōsumptiuū: nec forte collyrium in aliqua istarum: nec prius digeratur, vel molliatur collyrio debili. Item alia regula. nō debet apponi oleū in oculū: quia cum nimis sit incisiuum, timendum est de dissolutione substantię oculi nisi causa digestionis, vt dictum est, prius decoquantur auellanæ cum testis exterioribus in aqua: & tunc extrahantur nuclei: & terantur, & extrahatur inde oleum: et singulis diebus de hoc oleo vna gutta vel duæ mane & sero ponantur in oculo ad materiæ remollitionē: & de succo chelidoniæ cum ęquali mistura fellis vulturis, vel aquilę. Item alia regula. nō apponatur forte collyriū in oculo, ne dolore acuatur rheuma: & fluant humores ad locum dolentem: & fiat maior collectio: vnde de tertio in tertium diem debet apponi forte collyrium: & in die alia mitigatiuum collyriū. Itē. in prędictis passionibus generalis est regula. vt duo fiant cauteria in duobus fontibus iuxta angulos oculorum. vel si fiat cauterium in fontanella colli, & fauces sub teneritate aurium. Item cauterizentur venę quæ sunt in fronte, in temporibus. propterea ꝙ dicit Constantinus, apertio illius venæ quę est iuxta auriculam, cauterizari debet ex transuerso.

### *De sanguine superabundante in oculo.* Cap. III.

Post passiones oculorum, dicamus de sanguine superabundante in oculo. Est ergo generalis regula siue fiat ex sanguine humidante, siue ex percussione in oculo, particularibus cōueniētibus, fiat phlebotomia de vena cephalica. Item aliud est experimētum in quo cōueniunt omnes auctores: ꝙ puluerizetur cyminum: & incorporetur cum cera malaxata ad ignem: & inde parua emplastra fiant: et ponantur calida successiue super oculum.

### *De antilopa et est turbatio uisus in una hora diei.* Ca. IIII.

Sequitur de antilopa: in qua in vna hora diei turbatur: & impeditur visus vt dicit Alex. Generalis est regula secundū omnes auctores ꝙ insistendū est cum medicina purgante melancholiam sicut hieralogodion. similiter cum electuarĳs: & pulueribus. habet fieri illa ægritudo ex melācholico humore, qui in illis horis mouetur. Item est regula secundū omnes auctores: ꝙ particularibus cōueniētibus fiat phlebotomia de cephalica: sed melius est ꝙ fiat de vena, quę terminatur ad radicem pollicis & indicis. Item

A dicit Constantinus ꝙ cum apponatur piper longum hepati caprino, & assetur, & liquor qui inde eĳcitur, recipiatur: & de illo vna gutta vel duæ inĳciantur in oculo in sero.

Item vna passio oculorū defectus visus: & quandoꝗ fit de calido humore: quandoꝗ de frigido. siue ergo de calido humore, siue de frigido, generalis est regula: ꝙ particularibus conuenientibus fiat phlebotomia de vena quæ est in angulo oculi iuxta nasum, vel apponatur sanguisuga. Experimentū generale contra defectum visus ex frigida causa, & contra lachrymas, & lippitudinem oculorū. Recipe tria fellicula trium auium viuentiū de rapina. & extrahatur succus fœniculi, & rutæ, & sanguinariæ: & cum istis. vi. liquoribus distemperetur æquali mistura, myrrhæ, & aloes, & cannæ, & sarcocollæ: & tūc colentur, per pā-

B num in vase ęreo seruetur: & de illo collyrio duæ guttæ vel tres ponātur in oculo: cum desiccabitur, renouabitur cum prædictis liquoribus. Contra defectū visus & ardorem, & ruborem oculorū fiat collyriū hoc modo. Acci. folia agrimoniæ, berbenæ, fœniculi in maiori quantitate, de folĳs ro. & decoquantur in duplici vase: & extrahatur aqua ad modum aquę ro. & de ista aqua vna gutta vel duę ponantur in oculo. Item secundū Auic. & Gal. & dominum Hug. collyrium si rubent prædictum conferens ad dolores antiquos: & consumit carnem additam in angulo lachrymali vel in palpebris confert in prædicto angulo quod. Reci. cachymiæ ablutæ, & serici combusti abluti, ana aur. xvĳ. cineris de fornace in qua purgatum est aurum aur. xxĳ. myrrhæ, aur. vi. conficiatur cum vino: & administrentur cū albumine oui in locis pro-

C pinquis tempori: & sit subtile.

### *De arthretica passione siue gutta.* Cap. V.

Gutta diuiditur in sciaticam, & podagrā, & chiragram, & arthreticam. sciatica enim est arthretica manus. podagra est arthretica pedis: et est vt species lepræ.

Quælibet ergo arthretica fit a calido aere nimis dissoluente, vel a frigiditate nimis constringente: vnde humores rheumatizant ad articulos: vel ex frequenti balneo: vel ex itinere in habentibus repletionem: vel ex multis cibis & potibus: vel ex frequenti coitu post prandium. Item quādoꝗ de sanguine: quandoꝗ de melancholia: quandoꝗ de phlegmate: quandoꝗ de cholera.

Si de sanguine, cognoscitur per inflāmationem, &

D ruborem membri, per saltum eiusdē, & per subdulcedinem oris, per venarū repletionē, per rubrorū corporum in somno apparentiā, & quia a calidis læduntur, a frigidis iuuātur, in horis sanguinis magis infestatur, & in vere similiter: qa ista ægritudo, sicuti & quędam aliæ dilucidam habet interpolationem. Et nota, ꝙ in nulla specie arthreticæ patiens notabilem calorē vel frigus sentit, sed tātum dolorem: nec a calore, nec a frigore patientis certū est hoc iudicium, & si aliquādo hoc constat, valde rarum est hoc tale.

Si autem ex cholera fiat, paruus erit timor: maximus dolor. vnde aliquādo febricitat, citrinescit locus exterior: aliquando punctiones sentiuntur in profundo. amaricatur os: rufæ & citrinæ fiunt in somno apparitiones: a frigidis iuuantur, a calidis lædūtur. in horis calidis temporis, & in æstate fortius infestantur. Et

nota. ꝙ etiam in frigidis causis propter instantiā vigiliarum factarū a dolore, tingitur vrina. vnde per colorationem vrinæ nō certificatur medicus de causa.

Si autem fiat de phlegmate, cognoscitur per mollitiem membri, per oris insipiditatem, & per albam in somnis apparitionē, & per minorem dolorē, & a frigidis læditur, a calidis iuuatur: et in horis phlegmatis, & in hyeme fortius infestatur.

Si autem de melancholia, cognoscitur per membri ariditatē, & liuorem eiusdē, & minimam inflāmationem, per pondus, aggrauationem, per oris acetositatem, per melancholicam in somnis delusionem, a frigidis læditur, a calidis iuuatur: & in horis melancholiæ, & in autūno infestatur magis.

Prima ergo regula est secundū Constantinū, Gal. & Auic. si tale est corpus, ꝙ possit purgari, non apponatur aliquod repercussiuū vel locale vsq; quo facta sit euacuatio, vel per medicinā laxatiuā vel per phlebotomiā. Secūda regula. ꝙ nulla fiat fomētatio causa existente rheumatica: quia ita fieret maior fluxus. Tertia regula. ꝙ paulatim cū leui medicina educatur materia, sicut paulatim fluit. Itē quarta regula secundū Alex. in arthretica: & in q̃libet alia chronica ægritudine, consideretur stomachus: quia si abhorreat medicinam, non debet dari: quia quanto magis debilitaretur stomachus, & alia mēbra: & ita rheumatizarent humores ad articulos.

Sanguinea ergo existente materia, & particularibus conuenientibus: si est arthretica a causa superius, aperiatur hepatica a parte opposita in principio. in confirmata ab eadem parte. Si a cholera, inferius aperiatur saphena exterius sub cauilla pedis. exterius facta phlebotomia in sanguinea, et sine phlebotomia in cholerica arthretica, digeratur materia cum oxyzachara. non existente causa rheumatica, cum oleis frigidis & electuarijs digeratur: non cum oxyzachara: quia nimis aperit: & magis fluent humores: quia vt dicit Galenus, omnis vsus diureticorū rheumatibus aduersatur. Digesta materia, purgetur cum cholagogo, & electuario ad calidam guttā, & acuato cum puluere reubarbari: & inde fiant pilulæ: & offeratur in secundo & tertio die: si corpus est nimis plethoricum, et nimis rheumatizatum, fiat leuis stupha, et de herbis frigidis. si autem non rheumatizat, fortis fiat. exeunti a stupha, offeratur rubea trochiscata: & requies cum aqua decoctionis thuris. sequenti die aperiatur vena hepatica vel saphena secundū positionem me. & sic fiat tunc inunctio cū populeon vel oleo. Item teratur solatrum vel plantago: & cum substantia vel succis tepidis cataplasmetur. Item farina hordei distēperetur cum succo solathri, vel aceto: & superponatur. Item de farina siliginis, & aceto cum oleo ros. fiat emplastrum. si autē dolor sit īmoderatus, pulueri zetur, drac. i. opij cū tribus croci: & accipiantur quatuor vitelli ouorum vel. v. & cum oleo vio. fiat emplastrum. istud mitigat: & post repercutit materiam: vnde dicit Gal. viscositas vitelli replet poros; ita ꝙ vlterius non recipit fluxum.

Si autem inueterata sit passio, cum frigidis calida ponantur. acci. thuris, mastichis, et aloes ana. puluerizа cum succo absinthij: & parum de aceto: & fiat emplastrum. Itē de stercore bouino, vel porcino decoctis in aceto, & axungia vulpis vel criti vel ardeæ fiat emplastrum. Item sola inunctio cū pinguedine **E** ardeę valet. Item in singulis septimanis in sero cum ierit dormitum, accipiat de mistura duarum partium diaprunis vel zuc. violato. & tertia electuariū de succo ros. ad quantitatem minoris castaneæ: vel fiant pilulę de thure, & mastiche, & reubar. ana puluerizatis: & conficiantur cum syrupo ros. & offerantur tres semel in septimana in sero, dum ierit dormitum. Cōtra sciaticam fiat clystere cholagogum singulis septimanis, vt prædictum est. Item dicit Gal. fiat cauterium tripūctale. vel acci. tria grana thuris. & cū vno cauterizetur vena notabilis supra sciam: & duæ sub scia, cum reliquis duobus granis. Item in omni arthretica calida, apponatur ventosa proxima fonti cū scarificatione: aliquando sanguisugæ supra locum patientem ponuntur. Item rheumatica existente causa, & inueterata fiant tria cauteria. vnum supra lo- **F** cum passionis: & duo inferius. item si recens, & fluat tantum a parte opposita. Item dicit Gal. ꝙ caro bouina iugulata debet dari: & ego concedo, si liquida est materia, quæ fluit ad inspissandum humores.

Si autem fiat de frigida causa, particularibus cōuenientibus, & rhematica existente causa, digeratur materia cum zinzib: alex. & oleribus ex nasturtio, et berula: vel si non est causa, digeratur materia vtrobiq; purgetur cū pilulis arthreticis, hermodactylis: sed antequam offeratur, infundatur stomachus cum iure decoctionis gallinæ, ne venenositate hermodactylorū excorientur stomachus, & intestina. vel purgetur cū oxymelite Iuliani. Itē tertia die corpore non existente nimis plethorico, vel rheumatizato, quia in tali nō fit stupha, fiat leuis stupha cum herbis calidis. si vero causa rheumatica fortis, fiat stupha de marrubio, & **G** iua, ruta, parietaria. exeūti a stupha, offeratur theriaca maior cum vino decoctionis sene, & memite. sequenti die corpore existente plethorico fiat phlebotomia de hepatica vel saphena, vt dictum est superius. si autē non sit plethoricum, fiat ventosa in proximo fonte iuxta locum patientem. Item singulis mensibus iteretur prædicta stupha: & iterum offerantur prædicta opiata. Item post stupham primā primo ueniendū est ad localia: et est generalius illud ꝙ primo debet cōfortari membrum, quod mandat: & postea cui mandatur. verbi gratia. si rheumatizāt humores a capite, fiant suffumigationes, & vnguēta intercipientia rheumа capitis, vt dictum est superius: & tunc fiat inunctio cum arrogon vel agripa super locum patiētem, vel cum oleo laur. Item nō est laudabile ꝙ cū solo petroleo fiat inunctio: quia cum sit nimis siccum con- **H** sumendo liquidiores partes, faceret nodosam & incurabilem arthreticam. vnde cū eo debet apponi aliquid humidū. Item teratur iua, parietaria: et extrahatur succus: & admisceatur cum oleo nucū: & decoquatur cum radice cucumeris agrestis vsq; ad succi consumptionem: & tunc liquefiat cera rubea: & deponatur ab igne: et ponatur parum de puluere euphorbij, & gummi ederæ: & fiat vnguentum. Itē parietaria teratur, & iua & marrubium, ruta, & radices cucumeris agrestis, & cucurbitæ, gūmi ederæ, & folia, & fructus, & euphorbium, & castoreum. cum axungia anseris, vel ardeæ, vel cati, vulturis, & vulpis: repleatur catus excoriatus, vel excaturizatus assetur: & suatur: & qđ vnctuosum exierit accipiatur: & resoluatur cera rubea: & fiat vnguentum. Item malaxetur hysopum coctū cū succo iuę, & acuatur cum gūmi ederæ,

ræ, & euphorbio: & facta inunctione superponatur A
dialthęa acuata. Item accipe formicas, et oua formicarum cũ aliquo de terra eorundem: terãtur cũ axungia vetusta: & ceratus pãnus superponatur: ne nimio calore lædat membrũ: et hoc emplastrum superponatur. Item in sciatica pas. singulis. xv. diebus fiat clystere hydragogicum. Item sępius cũ ierit dormitũ, accipiat de æquali mistura dianthos, & benedictæ ad pondus. ij. drac. & sine obseruatione diætæ: vel offeratur de tertio in tertium una pilula de gummi ederę, vel bis in septimana vna pilula de euphorbio ad quãtitatem ciceris sorbili: vel semel drac. ij. oxymelite Iuliani. Itẽ cum succo iuę & vitellis ouorum, fiant crispellæ; vel cum puluere eiusdem. Item in salsamentis & cibarijs, & quocunq; modo poterit vtatur hoc puluere: et fiant cauteria in proximis fontibus: & suppositoria: apponantur sanguisugæ supra locum patiẽ B
tem, vt supra dictum est. Itẽ moderato exercitio, & moderata diæta vtatur: et a nocturna abstineat cœna. Item vnguentum pretiosissimũ contra guttam frigidam vel calidam secundũ Gal. & dominum Hugonem, & alios veteres sapientes. Reci. summitates teneritatum foliorũ maluæ, radices bismaluę, ana drac. ij. radi. brancæ vrsinę, manipulũ. i. fœnugræci farinę, seminis lini, seminum frigidorum mundatorũ, seminis maluæ, seminis citoniorum, ana vnc. iiij. ponantur in aqua bullienti: & stent ibi per duos dies: postea coquantur vsq; ad consumptionẽ dimidiæ aquæ dragaganthi albissimi in aqua infusi, drac. v. olei violati, lib. i. cum mucilaginibus abstractis ponãtur axungiæ gallinæ, anserinæ, anatinæ, & butyri, ana quartam. i. axungię porcinæ quod sufficit: mucilaginibus tamen abstractis dragagãthum distemperetur cum quatuor C
se. frigidis mundatis. bulliatur oleum viol. cum axungia & medulla pedum animalium: & fiat inunctio.

## *De paralysi.* Cap. VI.

Sicut infectiones prædictæ vniuersaliter membris superueniunt: ita paralysis vniuersaliter mẽbris superuenit. fit ergo paralysis, et contractio neruorum hoc modo. quandoq; humores discurrunt ad aliquẽ neruum & ipsum imbibendo sunt causa quare spiritus non possunt discurrere vsq; ad partes inferiores. Vnde præ paupertate spiritus & caloris infrigidãtur, & paralyticantur, & mollescunt. & quia spiritus plenarie non possunt discurrere ad partes inferiores, nõ possunt eas regere. vnde ex cõtrarietate morbi ad naturam sequitur morbus grauatiuus: & fit tremor. Fit ergo paralysis quandoq; vniuersalis, quãdoq; par D
ticularis. Vniuersalis fit in medio corporis secundum longitudinẽ: quandoq; ab vmbilico inferius: ita q̃ remanent partes superiores sanæ. Particularis in minori parte medietate. Item quandoq; particularis est in lingua: quandoq; in oculis: quandoq; in superciliis: & fere in alijs partibus indifferenter. Item quandoq; fit de sanguine: quandoque de phlegmate. Si autem fiat & sanguine, cognoscitur per ruborem membri, per pruritum, & titillationes, per inflationem venarum, & vniuersalem corporis repletionẽ. Si autem fiat de phlegmate, cognoscitur per mollitiem, & albedinem membri: & tunc fit sine pruritu, & mordicatione. A principio ergo offeratur theriaca maior: & sequenti die fiat phlebotomia particularibus conuenietibus a parte opposita, si materia est sanguinea: et licet cholerica sit materia: quia difficilis est ad extrahendũ & dissoluendum: apponantur ecphractica nõ multum calida. Digeratur materia cum æquali mistura oxylaxatirij, & oxyzacharæ. Digesta materia, purgetur cũ æquali mistura hieræpicræ & cathartici. Tertia die fiat stupha de salua, & sanamunda, & primula veris, et consolida maiore, mẽta, absinthio, herba viol. rosis, plantagine: exeunti a stupha offeratur theriaca maior cum vino decoctionis saluiæ: fiat phlebotomia a parte opposita: & si dolor particularis, fiat inunctio circa collum & spinam cum æquali mistura olei & martiaton acuatis cum puluere castorei: fiant ruptoria in brachijs & lateribus & tibijs. Item extrahatur succus a prædictis herbis: & apponatur cum æquali mistura olei nucũ & ro. vel viol. & decoquatur vsque ad succi consumptionem: & tunc apponatur cera rubea: ad vltimũ castoreum: et cum hoc vnguento fiat inunctio, primo circa collum, secundo supra spinam, postea supra membrum paralyticatum. Item fiant cauteria in brachijs, & tibijs.

Si fiat particularis paralysis, & fiat circa caput & collum: quod cognoscitur per remollitionem & insensibilitatem illarum partium: corpore non existente plethorico, fiat purgatio per sternutamenta et masticationes & iniectiones per nares. radatur caput: & vngatur cum æquali mistura olei ro. & mellis: & sinapizetur cum æquali mistura pulueris ro. & sinapis: & apponatur aliquid de castoreo: & fiant circa corpus & collum prædictæ vnctiones: & ruptoria circa fontes adiacentes. Si autem fiat a partibus inferioribus, vel fiat vniuersalis: fiat clystere. Item nota: q̃ si fiat particularis in vno membrorũ inferiorum a loco oppilatiõis inferius. fit dormitatio et insensibilitas ipsius membri. vbicunque fit in talibus inferioribus consilium est. Fiat primo inunctio supra totam spinam: & postea supra locum patientem. Itẽ in quacunque parte fit paralysis: consilium est, vt singulis diebus offeratur mane æqualis mistura dianthos & rosatę nouellę: & sequatur vsus syrupi frigidi de prædictis herbis: & in fine decoctionis ponatur puluis castorei. Si autẽ fiat de frigida causa: offeratur theriaca cum vino decoctionis saluiæ: sequenti die si corpus est plethoricũ & particularia conueniant: fiat phlebotomia: offerantur in sero. iiij. pilulæ de simplici hieralogodion, & de simplici blanca: & hoc fiat tribus diebus continuis. Item digeratur materia cum oxymelite distemperato cum aqua decoctionis saluiæ, præcedente vsu diãthos, vel pliris, uel zinzib. Alexãdri. Digesta materia: purgetur cum hieralogodion, vel blanca. Tertia die fiat stupha de calamentho, origano, saluia, artemesia, consolida maiore, & quolibet genere nasturcij. exeũti a stupha, offerantur prædicto modo opiata. Sequenti die: si corpus est plethoricum, fiat phlebotoia: & si non est plethoricum: apponatur ventosa prædictis fontibus proximis iuxta locum patientis. Item singulis. xv. diebus: offeratur prædicto modo theriaca: & singulis iteretur prædicta stupha. Item semper cũ ierit dormitum, semel accipiat dianthos diacastoreos ad pondus. drac. ij. cum vino decoctionis saluię. Item de tertio in tertium diem in mane accipiat de æquali mistura dianthos, & pliris muscati: & post vsum electuarij accipe de syrupo quantum testa oui capit, cum tribus partibus aquę decoctionis castorei: Accipe calamenthi, origani, consolidæ ma. ana. mani

puli.i.saluiæ, manipuli.ij.sanamūdæ,primulæ veris, bryonię, vtriusq; nasturcij, ana manipuli.i.&.5.decoquantur in aqua:colentur:colaturę admisceatur zingiber, & syrupetur:& in fine decoctionis apponatur puluis factus de zucharo & castoreo. Itē puluerizentur prædictæ herbæ: ita ꝙ de qualibet sit drac.ij.zinzib.galangæ, cinnamomi, vnc.5.& apponatur de castoreo tertia pars totius pulueris:& vna de myrobalanis kebulis quantum in vna dosi:& sit drac.i.& offeratur singulis diebus in principio prandij.

Item fiat inunctio cum vnguento:quod sic fit.puluerizetur castoreū & euphorbium:& in his pulueribus terantur prædictæ herbæ cum axungia vulpina, & repleatur anser:& assetur.quod inde exierit, id est distillauerit,recipiatur:et in illo vnctuoso liquefiat cera rubea.& cum hoc vnguento vngatur. Item caro vulpina cum prædictis herbis & oleo nucum in olla rudi infodiatur sub terra vsq; ad anni reuolutionem circularē:tūc extrahatur a terra, & decoquatur: & in colatura resoluatur cera rubea.fiat vnguentū. Item dico ꝙ caro vulpina valet contra vtrãq; partē. Item fiat cauteria a parte patiente. Itē fiat inunctio de prædicto muscato.Item in septimana semel cum prædicto ruptorio. Item in.xv.diebus offerantur semel pilulę de simplici hieralogodion,vel singulis septimanis. Vnguentum muscatū sic fit.Reci.anisi, zinzib. bacarum laur.maioranæ, calamenthi, basiliconis,satyrię,origani,hyssopi,ana vnc.iij.olei laur.martiatō, olei pulegij,ana vnc.5.radicum petroselini,fœniculi, ana manipulū.i.sauinæ,artemisiæ,consolidę, ma.ana manipuli.ij.musci.drac.i.zinzib.bacæ laur.puluerizentur herbæ:& radices terantur, & decoquantur in vino & oleis prædictis:& ponatur de oleo nucū.lib. ij.bulliant aliquantulū:et sic tota die dimittatur in vasello:& in crastino decoquantur vsq; ad vini consumptionem:& tunc colētur.colaturæ admisceatur cera rubea:& ad vltimum pul.zinzib.& bacæ laur. addendo aliquid de castoreo & euphorbio:& bene incorporentur:& ad vltimū apponatur muscus.

Vnguentum ruptoriū sic fit.oleum laur.puleginum, rutaceum,oleū decoctionis cymini, anisi, oleum muscellinum, & alia olea talia bullita cum liquore resoluto a pinguedine leonina, vulpina, & similium & succo basiliconis,& artemisiæ,& similium calidarū vsq; ad consumptionem succi facias bullire.deinde galbanum,serapinū,ammoniacum, ana vnc.iij.in eo resoluas:tunc ceræ punicę.i.ceræ rubeæ,lib.ij.vltimo apponantur ladanū, sulphur,mastiche, sinapi,olibanū, styrax de pruno, ana vnc.5.frequenter ab igne auferas quousque ad modum vnguenti cōgeletur:& fiat inunctio ad solem vel ad ignem diu fricando. Item quod faciūt alij veteres, & Gal.& dominus Hugo affirmabat:ꝙ est verum et certū, id est vnguentum resumptiuum contra contractionē neruorum.Reci.saluiæ,absinthij, gariophyllatæ, mentæ,sauinæ,marrubij albi & nigri, lauandulæ,febrifugæ,tenaceti,eupatorij,herbæ sancti Petri,stœchados citrini,& arabici. hieromandreæ maioris, radicum leuistici,mentastri, mentæ, melissę,ana manipulū.i.radicum maluauisci, radicum brancæ vrsinæ,ana manipulos.iij.bacarum laur.seminis lini, fœnugręci, ana quart.i.& agni casti. manipulos.iij.pimpinellæ,gētianæ,radicū valerianę, summitatū teneritatum maluæ, ana manipulū.i.summitatum iuniperi cū granis suis, manipulos.iij.deco-

E quantur in adipis gallinæ,anserinę,anatinæ,medullę, arietinę,porcinę, vaccinæ,ana quar.5.taxi & vulpinæ ana vnc.i.& misceantur insimul cum colatura prædictarum herbarum:deinde apponant bdellij,galbani, ana quar.i.olei iuniperi,spicę,castorei, ana vnc.i.stēt istæ gūmę per duas horas vel per tres in aceto calido: deīde recipiat vnā scutellā plenam limacibus: videlicet limacibus rubeis,cerę rubeę quart.i.& bulliant insimul,& colentur, & fiat vnguentū:postea vnge neruos & membrū contractum ad ignem vel ad solem suauiter:postea patiens stet calidus cum pannis.

*De confectione oleorum.* *Cap. VII.*

Sequitur de oleis calidis & primo de laurino:& quia multis modis conficitur. Accipe bacas lauri virides:terantur,et decoquantur in oleo:colentur: F & habebis oleum laurinū. Item terantur bacę lauri recentes & maturæ:& ponātur in sacculo:& extrahatur oleum. Aliter conficitur. Accipe bacas lauri, & teras cum folijs:& decoquantur insimul:& habebis oleū laurinū. Item alio modo.Terantur bacę laur.& infundātur in vino:& dimittātur putrescere p tres dies:& tunc ponaẽ in torculari in sacculo:& extrahatur oleū. Specialia huius olei sunt de iliaca & colica pas.& sciatica aliqđ singulare & speciale remedium. Contra insensibilitatem neruorum fiat inunctio: siue sit in oppilatione:siue in paralyticis: vel ex mortificatione.

Sicut extrahitur oleum a bacis lauri, ita a bacis ederę:sed ista oīa sunt contra frigidas causas:& specialiter cōtra arthreticā de frigida causa.unde dico ꝙ qcquid est ederæ:valet cōtra arthreticā.vnde oleū quod fortius opatur, sic fit de edera. Accipe ligna sicca ederæ, G & gūmi ligni si poteris habere:& frustatim diuisa ponantur in vas terreum perforatum in fundo in duobus vel tribus locis:& superponatur tunc olla:& ponatur in terra:& ligetur fundus superioris ollæ cum orificio sub terra cum argilla: ita ꝙ tota olla superior sit super terram:& obuoluatur cum argilla cooperto superiori orificio:& tunc circumquaque apponatur ignis:et distillabit oleū nigrum. Specialia huius olei sunt causas frigidas reprimere,& super omnia alia arthreticam de frigida causa remouere.

Sicut extrahitur oleum de bacis lauri: ita extrahitur a semine iuniperi decocto in oleo in duplici vase: & sicut extrahitur a lignis ederę,ita a lignis iuniperi. Specialia vtriusque olei sunt frigidas causas reprimere:facta inunctione super spinam,typum quartanę remouent:sed magis specialia facta inunctione ab vm- H bilico vsque ad muliebria:& supra renes & matricē habent confortare,& eiusdem humores desiccare:& eam a corruptione præseruare.

Eodem modo extrahitur oleum a fraxino. Specialia huius olei sunt,arthreticam remouere,& excoriationes cicatrizare: magis singulare morpheam albam soluere:& ipsos pilos denigrare:ita potest extrahi oleum ab omnibus lignis.

Et de herbis similiter extrahitur oleum. Reci.folia rutæ, & diuidantur frustatim,& dimittantur computrescere,par.ix.vel per.x.dies:& decoquantur in duplici vase vsque ad consumptionē tertiæ partis,& colentur. Specialia huius olei sunt frigidas causas reprimere:sed magis specialiter epilepsiam de causa priuata. Item alia causa speciali iliacam et colicam passionem

sionem soluit per vnctionem: similiter per clystere.

Item sequitur de oleo pulegij. Accipe ergo summitates cũ floribus & folijs pulegij regalis: & decoquantur in oleo in duplici vase. Istud oleum reprimit causas frigidas: sed singularia & specialia sunt facta inunctione super regionem matricis, habet eam confortare, & frigidos humores desiccare: & eam habilem ad conceptionem reddere.

Item de vitellis ouorum. Accipe ergo.x. vitellos ouorum duros, & calefiant in patella vsq; quo denigrentur: & postea remoueatur patella ab igne: & ponatur in decliui: & cõprimantur vitelli, & distillabit quædam vnctuositas. Specialia huius olei sunt cõbustionis dolorem & arsuram mitigare: subtiles cicatrices facere: & impetigines & serpigines soluere: sed magis singulare & speciale est soluere serpiginem & impetiginem. Est oleum tritici quod sic fit. Accipe duas laminas ferri calidi: cõprimatur triticum: & distillabit quoddam oleũ nigrum: quod cum pluma apponatur supra impetiginẽ & serpiginem. Itẽ in combusturis speciale contra impetiginem & serpiginem.

Item oleũ de fœno quod sic fit. Accendatur fœnũ & extinguatur. Item ponatur super carbones: & tũc resoluitur in fumum: superponatur lamina ferrea: & adhærebit quædam succositas: quæ dicitur oleum de fœno. & de hoc cũ penna intingatur impetigo & serpigo. Itẽ oleum castorinũ sic fit. Decoquatur, vnc. i. castorei & lib. i. olei. vsq; ad tertiam partem cõsumptionis: & conseruetur cum puluere castorei. Singularia & specialia huius olei sunt frigidã causam reprimere, sed magis specialia facta inunctiõe supra caput epilepsiam de priuata causa soluere: valet similiter cõtra lethargum & cephaleam, & contra iliacam & colicã: & cõtra impedimẽtũ coitus de frigida causa, facta inunctione super renes & supra virilia & muliebria.

Et oleum mastichinũ sic fit. Decoquatur vnc. i. mastiches, & vnc. 5. thuris puluerizati, lib. vna olei. Singularia & specialia sunt virtutem debilẽ assimilatiuã in membris confortare: valet hecticis consumptis ex habitum in senectute & senio. stomachum cõfortat in frigida causa, facta inunctione supra regionem matricis frigiditatẽ eius reprimit: & humores eius desiccat: & eam conceptioni præparat.

Item oleum de tartaro sic fit. Puluerizetur tartarũ, & infundatur in aceto: & tunc imponatur in panno lineo, & inuoluatur stuppis aqua ĩtinctis: & decoquatur sub cineribus: & tunc ponatur in scutella terrea sub diuo. ita q; scutella ponatur in decliui: & tunc distillabit quędam vnctuositas nigra vergens ad subrufum colorem: & dicitur oleũ de tartaro. Specialia istius olei sunt, pannos & maculas de vulua post partum remanentes abstergere, & faciem mundificare.

Item experimenta Extrahatur succus a folijs plãtaginis, quinqueneruiæ, tormentillæ ro. Singularia huius aquæ sunt. si recipiatur cum vino calido: calorem spiritualium alterare: vulnera facta de causa calida consolidare.

Item extrahatur a floribus vel folijs vitis albæ, & nigrę, tapsibar. ro. caninę, lapathij acuti, lapathij rotũdi. Singularia huius aquę sunt frigiditatẽ spiritualiũ alterare: si recipiatur in potu cum uino: phlegmaticos humores habet consumere: & vulnera facta de frigida causa consolidare.

Item accipe mentam, melissam, betonicã, balsami-
A tam, satureiã, serpillũ, pulegiũ regale, hastam regalẽ, a folijs earum extrahatur aqua vt prædictum est. Specialia huius aquæ sunt debilitatem capitis prouenientem ex debilitate digestionis reprimere, digestionem stomachi ex frigiditate impeditam confortare. fluxũ ventris de frigida intercipere. similiter per contrariũ aqua ros. calidam dyscrasiam stomachi alterare: vel fluxum ventris ex causa calida habet intercipere.

Item extrahatur aqua a folijs restabouis: hæc aqua fortius alterat dyscrasiam stomachi: & intercipit fluxum de causa calida.

Item oleum nigellę fit sicut oleum frumenti: valet impetigini sicut oleum frumenti.

Item oleum frumẽti sic fit. Accipe frumentum, & pone super marmor, & laminam calefactam grossam pone desuper, & exibit oleum: & fit alio modo: & di
B cit Rasis in Almansore valet vertigini.

Item oleum de semine lini fit sic. Accipe se. lini tritum: sub calido cinere cooperiatur: extractum comprimatur: & inde fit.

Item oleum benedictũ, quod composuit Gilibertus: est oleum optimũ in frigida causa: & fit ex lateribus veteribus sarracenicis contritis optime in puluerem: madefactis in petroleo oleo: & extrahatur per duas ollas vna super aliam posita superiori sigillata, & igni apposita, & perforata in fundo inferiore in terra stante eo modo quo fit oleum iuniperi: quod optimũ est leprosis & pustulis eorum: postea sublimatur: melius fit ex lateribus fornacis contritis & distemperatis cũ petroleo & fellibus: in quibus resoluitur ammoniacum, puluis euphorbij, puluis ellebori nigri, et salis alcali: omnibus simul cõpositis, extrahatur oleũ
C modo priori, post sublimetur per alambicum. debẽt autem fella esse vulpium, & vrsium, & bouinũ si esse potest: & istud oleum vocant benedictum.

Oleum benedictum quod cõposuit dominus Hugo sic fit. Accipe oleum antiquum, & lateres rubeos quos non tetigit aqua: frange ipsos per frusta minuta ad pondus vnius, drac. & accende in igne donec rubicundissimi fiant: postea quodlibet frustum per se sigillatim in oleo submerge: deinde conquassa, & imple ex eis vasa vitrea: quæ possint sustinere ignis fortitudinem: deinde claude cum luto, & suspende in furno: sicut suspenditur vas olei ros. multum debet esse inter ipsum & ignem: & cum desiccatum fuerit lutũ: mitte sub vasis illis ignem suauiter, & paulatim vigora ignem: & sic facias donec aqua fluat a vasis illis: & tunc incipiat vigorare ignem, donec videas currere
D oleum valde rubeũ: & caue ne illud ignis tãgat: quia postea non extingueretur: sed continua ignẽ, donec cesset oleum fluere: & tunc permitte, donec infrigidetur furnus: postea extrahere foras facies de vasis: & pones alios lateres, si vasa sunt sana: si non, accipe alia vasa: & sic facias donec habeas oleũ sufficiens: et reponas in vase stricti orificij: & claude istud: hoc oleum est de secretis philosophorum. valet sicut balsamum: sed est subtilius, & clarius, & maioris vtilitatis in ægritudinibus frigidis: perforat etiam malum, & expanditur cito cum spatio lato: valet lapidi, ægritudinibus vesicæ, & prouocat vrinam: valet doloribus frigidis aurium: interficit vermes in eis: valet paralysi, & torturæ oris inunctum aut bibitũ: valet sciaticæ & doloribus dorsi. Item oleũ boraginatum. Reci. boraginis, siccæ, vnc. iiij. olei communis, lib. i. decoquantur

in vaſe duplici, donec bis mandetur oleo: coletur. colatura valet dolori iũcturarum ex frigida cauſa: mortificat: & excipit dolorem.

*De ſomniferis & ſublimationibus.* *Cap.* VIII.

CONfectio ſaporis a chirurgia facienda ſecundũ dominũ Hugonẽ ſic fit. Re. opiĳ, & ſucci mori ĩmaturi, hyoſcyami, ſucci conidĳ, ſucci foliorum mãdragoræ, ſucci ederæ arboreę, ſucci mori ſylueſtris, ſemi. lactucæ, ſeminis lapathĳ quod habet poma dura & rotunda, & cicutæ, ana vnc. i. hęc omnia in vnum cõmiſce in vaſe æneo: ac deinde in iſtud mitte ſpõgiã nouam: quod totum ebulliat: & tãdiu ad ſolem canicularibus diebus, donec omnia cõſumat: & decoquatur in ea: quoties autem opus erit, mittas ipſam ſpongiam in aquã calidam per vnam horã: & naribus apponatur: quouſq; ſomnum capiat: qui incidẽdus eſt: et ſic fiat chirurgia: qua peracta vt excitetur: aliã ſpõgiam in aceto infuſam, frequenter ad nares ponas. Item fœni. radicũ ſuccus in nares ĩmittatur: mox expergiſcitur. Item. Recip. antimonĳ, quart. i. argenti viui, quart. 5. diſtemperetur cũ capitello quouſq; argẽtũ cũ antimonio ſit bene inuolutũ. Poſtea accipe calcem viuam, ſaponẽ gallicũ. & aliquantulum de arſenico: poſtea totum ſimul ponatur in ſublimatorio. facta ſublimatione totũ inſimul congregetur: et iterum inuoluatur cum capitello: & inde efficiatur pomũ ad quantitatem nucis: & inde ponatur ſuper crepaturã, vel ſuper rupturam, vel quicquid volueris facere curam, de puluere retine poſt ſublimationẽ: & inde fiat puluis: diſtemperetur cum ſapone gallico: & poſtea ponatur vbicunq; volueris et operatur.

Arſenicum ſublimatum ſecundũ dominum Hug. ſic fit. Re. arſenicũ, & exfolia, lib. 5. deinde accipe æris vſti, ſaliſgẽmę, ceruſſę, ana lib. 5. deinde arſenicum exfoliatũ tere fortiſſime: & paſſa per tamiſum groſſum: quod remãſit in tamiſo tere donec totum fit paſſatũ: poſtea fiat idem per omnia de ære vſto ſeparatim: idẽ de ſaliſgẽma & ceruſſa ſeparatim: poſtea omnia ſic trita cõmiſce fortiter in aceto forti ſuper marmor cum lapide ſuo: deinde totum cõmiſtum pone in vaſe, id eſt in diſco cum alutel. da ſibi ignem quanto poteris pleniorem. in ſignum ſublimationis ſunt. vi. horæ in æſtate &. ix. in hyeme vel circa: & quando videris arſenicum ſublimari, & diſtillationem ceſſare, remoue alambicũ cum ſuo recipiente: deinde foramen alutelli claude cum modico nitri quantitatis conformis foramini: deinde modicum vigora ignem per vnã horam, ne materia aduratur: quo facto remoue: & vaſa infrigidari tota nocte ꝑmitte: poſt ſuauiter vaſa diſiũge: & quod remanſit ſublimatum in alutello ad partẽ pone. poſt accipe fæces, quæ ſunt in fundo vaſis inferioris: & fortiſſime tere cũ aqua dicta diſtillata fac omnia ſicut prius. hoc reitera de fæcibus quinquies. poſt fæces reĳce, & vaſa munda: poſt accipe totũ album, & tere tantum ſaliſgẽmæ ad ſpiſſitudinem vnius digiti pone in fundo diſci, poſt folium papyri eidem foramini ſuperius pone: dãdo ei lentiſſimũ ignem donec ſublimetur totũ ſicut prius: hęc acus fiat mitis & ſuauis: ſicut ſudor beatę virginis qñ peperit Chriſtum.

*De epilepſia.* *Cap.* IX.

DE epilepſia dicendum eſt, quæ dura paſſio eſt: quæ inuenta creditur eſſe, ſicut eſt paſſio duo-
E rum menſium. Fit autẽ epilepſia vera de phlegmate non naturali & de melancholia. Item quandoq; fit a cauſa primitiua, id eſt vitio cerebri. quandoq; fit de remota, id eſt vitio ſtomachi, & dicitur analepſia. iſti duo & analep. & catalepſia pręſentiunt caſum ſuum: epileptici vero nõ. Item generalis regula eſt: ꝙ omnis epilepticus laborans de priuata cauſa debet curari per calida. Catalepſia quę habet fieri ex ſanguine viſcoſo, id eſt ignito et malitioſo, vt dicit Cõſtantinus, debet curari cum frigida. Item ſecundum diuerſa ſymptomata quæ proueniunt in caſu potes cognoſcere: in quo membro materia ſit poſita: quia quandoque ponitur in cerebro, quandoque in ſtomacho, quandoque in inteſtinis, quandoque in vĳs vrinalibus, quandoque in teſticulis, quandoque in genitalibus. quando eſt ex cerebro, multa ſpuma reſoluitur
F in hoc caſu more patientis. quando eſt in ſtomacho, in caſu fit vomitus. quãdo in inteſtino, in caſu fit egeſtio. ſed in vĳs vrinalibus in caſu effunditur vrina. in teſticulis & genitalibus, fit ſpermatis emiſſio. Itẽ ſecundũ diuerſitates lunę affliguntur de diuerſis humoribus. Quatuor enim ſunt lunæ ætates. prima eſt calida & humida. ſecunda calida & ſicca. tertia frigida & ſicca. quarta frigida & hũida. ergo qui laborat de humida materia, debet affligi in prima & vltima: qui laborat de ſanguine lucido, in ſecũda frequentius, quãdoq; in fine primæ: qui laborat de melancholia, in tertia ætate lunæ. Item quædã affligit ſemel in die: quędam in ſeptimana: quædam in menſe: quędam in quatuor temporibus anni.

Generalis ergo regula eſt: ꝙ illa quæ cadit tardius: tardius curatur: quoniã quanto tardius
G affligit: tanto compactior eſt materia: quæ longiori tempore indiget ad ſui decoctionem. Itẽ quãdoq; fit in lactenti ętate & debili: quandoq; in forti. ſi fiat in lactenti ætate, tunc tota cura debet exhiberi nutrici in electuarĳs, & ſyrupis, ſubfumigationibus, et pulueribus. vnde dico ꝙ caſtoreum nõ debet ſuſpendi collo pueri lactentis: quia eius humiditas liquida eſt & ſubtilis. vnde maior fieret diſſolutio quam conſumptio: & ita timendũ eſſet de ſuffocatione. idem dico de muſco: quia ex ſubtilitate ſubſtantiæ & calore magis diſſolueret quam cõſumeret. Itẽ nota: ꝙ inter omnes herbas quæ ſoluunt epilepſiam in lactenti ætate iudicatur hyſſopus, ſi lactens recipiat odorẽ illius herbæ: vel nutrix vtatur eadem: vel in electuarĳs: vel ſyrupis: vel puluere: vel quocunq; modo voluerit. Itẽ generale documẽtum: qđ alio modo extra caſum: &
H alio modo in caſu fieri debet. Nota tamẽ ꝙ ſi in principio caſus epilepſiæ extrahatur aliquid de ſanguine de quocunq; membro uolueris, nunquã infeſtabitur poſtea patiens ab epilepſia. Item in caſu apponatur: vel puluis rutæ deſiccatæ in naribus, ſtatim ſoluetur: vel ſuccus eiuſdem herbæ inĳciatur. Item regula. in caſu nõ debet apponi ſternutatoriũ: non debet fieri fricatio circa caput, ne fumus a tali corpore trahatur ſuperius: ĩmo primo debet fieri fricatio circa pedes & tibias: et hoc diu: deĩde fieri fricatio poteſt circa caput, vt exeant fumoſitates capitis ad exteriora: & tũc nõ eſt timendum de attractione fumi ad ſuperiora. Itẽ regula, a quocunq; membro fiat epilepſia: non detur opiata, niſi ſtomacho inanito: quia omne antidotum debet exhiberi ſtomacho inanito: vt fortius operetur: excepto ſale ſacerdotali, & ſale marcelli, & diacitonicon:

ton: quod datur cum cibis ad compressionem, & cõsumptionẽ. Item alia regula: ꝙ si corpus sit plethoricum, uel epilepsia fiat a stomacho: detur medicina laxatiua vniuersaliter purgans. Si autem fiat a capite, & patiens non sit plethoricus: fiat tribus diebus fumigatio cum aqua decoctionis rutæ & hyssopi. Et in quarta die facta fumigatione mittatur vna pilula de diacastoreo distemperata cum succo bletæ cum paruo sale in nares. similiter per gargarismata, & sternutationes, & masticationes fiat cura.

Item si fiat epilepsia a stomacho: specialis cura, est vomitus, & si fiat a capite, similiter valet: qa sicut stomachus omnibus membris subministrat: ita ab omnibus membris attrahit.

Item dicit Alex. ꝙ analepsia fit a cholera. intelligas ergo mentem auctoris. ex cholera fit, id est tanquam a causa mouente. Primo, quia cholera abundans, quãdoq; in stomacho calore suo dissoluit phlegma, & facit ebulliri. vnde attrahitur, et facit epilepsiam. licet ergo dicant auctores, ꝙ epilepsia debet solui, vt analepsia. per calida tamen in hoc casu est, primo causę mouenti obijciendũ. vnde debet purgari cholera: & postea frigidus humor. Item omnis epilepticus debet mane cibari. similiter & scotomia: quia nihil magis lædit epilepticum quam ieiunium: quia regula generalis est: ꝙ si fiat vitio stomachi multum cõfert ieiunium: nisi adsit debilitas cerebri. Item generalis regula est: ꝙ omnis inspectio vitri lædit epilepticum. Itẽ omnis odor malus lædit epilepticũ, exceptis his. iiij. odor rutæ, castorei, ammoniaci, opopanacis. de istis tamen dico: ꝙ frequenti vsu turbant cerebrum: vnde nõ debet castoreum suspendi collo epileptici: nec frequenter in manu portari. Item nota, ꝙ antiqui philosophi consueuerunt facere phlebotomiam post casum: quia melius poterit cerebrum mundificari, & viuificari: sed quia debilitata sunt modo corpa magis quia melius poterit cerebrum mũdificari, & viuificari: sed quia debilitata sunt modo corpora magis quã prius non ita facere cõsueuimus: et tamen nota, ꝙ forti existente corpore specialis est phlebotomia in vena cõ-

A iunctionis pollicis & indicis: quia illa vena specialiter subministrat capiti. Item quandoq; contingit ꝙ in epilepsia de causa priuata sub lingua apparent quędã venę vergentes in liuidum colorem, vel virides, quę dicuntur fagindes venæ. in tali casu generalis est regula, vt aperiantur venę illæ: quia per illarũ aperitionẽ, etiam inueterata epilepsia consueuerat solui. Itẽ potes habere rationem: quia in prædicta epilepsia circulus apparet viridis in vrina vergens in liuidum colorem. nulla autẽ epilepsia alia potest cognosci per vrinam. Item regula generalis est: ꝙ omnibus epilepticis nocet balneum: & est ratio: quia balneũ laxat neruos, & debilitat: quia in balneo generantur multi humores, qui caput ascendentes turbant cerebrum: vel quia epilepsia est vna de rheumaticis. cũ igitur in nulla causa rheumatica debeat fieri balneum, ergo non
B in epilepsia.

Item alia regula. omnibus epilepticis confert theriaca de. xv. in. xv. diebus ad pondus oblata. v. denar. cum vino decoctionis rutæ, excepta catalepsia: & suffumigatio fiat bis in septimana. Item alia regula generalis: ꝙ in nulla epilepsia debet fieri coitus: quia in coitu multum debilitantur nerui. vnde fiunt epileptici & paralytici. Item alia regula: ꝙ in omnibus epilepticis confert antidotum, diacastoreũ. & potio sancti Petri: et offeratur bis in septimana cum ierit dormitum cum vino rutæ ad pondus. v. denariorum.

Item subfumigatis rutæ fiat bis in septimana. Itẽ alia regula secundũ omnes auctores et dominus Hugo affirmat, ꝙ coagulum leporis soluit epilepsiam. Item regula: ꝙ oleum frigidos humores in epilepsia soluit & consumit: sic fit, lib. i. laureolæ, foliorum lan
C ceolatę: quassentur & decoquãtur in lib. i. vini, & alia olei. vsq; ad consumptionem vini bulliant: & cũ hoc vnguento vngatur caput epileptici, & stomachus, & analeptici. valet etiam in frigida causa phlebotomia de cephalica, & in paralysi & in spasmo de repletiõe, & arthretica frigida, & in omnibus oppilatiõibus ex frigidis humoribus. Et hæc de generalibus epilepticis dicta sufficiant.

Finis chirurgiæ Theodorici.

## LIBELLVS DE CHIRVRGIA EDItus siue compilatus a magistro Rolando feliciter incipit.

MEDICINA æquiuocatur duobus modis. Vno enim sensu dicitur instrumentum medici: alio vero dicitur ipsa ars. secundũ ꝗ ipsum diuiditur in theoricam, & practicam. Est autẽ triplex instrumentum medicinæ: per quod medicus diligenter medetur, scilicet diæta, potio, et chirurgicum instrumentũ. Primo enim æger est diætandus: secundo potionandus: tertio si quid est superfluũ in ipso, quod per prædictum instrumentum, scilicet potionem nequit remoueri, per chirurgicũ instrumẽtum est extirpandum. Cum autẽ ista tria instrumẽta, quandoq; adinuicẽ sibi deseruiant: de diæta, & medicina multi a plurimis fuerunt libri conditi: de chirurgia vero nulli vel pauci. Magister Rogerius tum rogatu sociorum & amicorũ suorum, tum propter paucitatẽ tractantiũ de chirurgico instrumento quẽdam tractatum edidit: quem chirurgiã appellamus: in cuius principio ista requiruntur, Intentio, Causa intentionis, Vtilitas, Partitio operis, Ordo tractandi, Et libri titulus. Intentio est soluta & continua et superflua chirurgiæ beneficio curare. Causa intentionis fuit in copia labiorum & intercessio amicorũ. Vtilitas est curationis cõtinuitatis solutionis & superfluitatis, facilis et certa notitia. Partitur hoc opus in quatuor particulas pro varietate partium humani corporis. Ordo tractandi talis est. In prima particula agit de læsione quæ fit in capite vsq; ad collum. In alijs tribus nõ seruans ordinẽ mistum, tractat de qualibet læsione aliarum partiũ, intermiscendo curas de apostematibus, de cancris, & fistulis: & ita finit tractatum suũ. Libri titulus talis est. Libellus de chirurgia editus siue cõpilatus a magistro Rolãdo feliciter incipit.

Chirurgia dicitur a chir quod est manus, et ergia quod est actio: ꝗ in actione siue in operatione consistit. Incipit vero primo de læsione capitis. ideo ꝗ dignior pars corpis est & appellatur. Vnde sciendum est ꝗ humanũ corpus in .iiij. partes diuiditur, scilicet in animatam, vitalẽ, nutritiuam, et generatiuam. Et dicitur caput dignior pars: quia superiorem locũ obtinet. fundamentũ enim est tam rationis quam cæterarum animaliũ virtutum. primum ergo de capite tractatus fuit prçponendus: quia ab ipso cæteris mẽbris sensus & motus ministratur. Antiqui enim philosophi caput radicem cçterorũ membrorum corporis esse asseruerunt: & arbori inuersæ assimilauerunt: & a capite quasi a radice simplici incepere: & in plurima mẽbra velut in ramos extenderunt: vel dignior pars dicitur: quia primo apparet videntibus: vel quia anima principaliter dicitur habitare in cerebro: quamuis Augusti. dicat: ꝗ aĩa nec in minoribus minor: nec in maioribus maior reperitur. dicitur autẽ principaliter habitare in cerebro ꝑpter principalitatẽ operationũ: quas ĩ eo exercet: unde dignior pars corpis iudicatur. Et primo tractat de craneo: gratia cuius et ad amorẽ eiusdẽ cũ rationis euidẽtia, de cerebro quędã sunt prçlibanda. Est igitur cerebrum album, humidum, lene, multum habẽs de spiritu, et multum de medulla, tribus cellulis distinctum, duobus panniculis coopertum: tres enim cellulæ dicũtur, anterior, media, & posterior. In anteriori, fit imaginatio. In media, ratio. In posteriori, memoria. quæ sunt operatiões trium principalium virtutum, scilicet phantasticæ, longisticę, et memorialis. Anterior cellula est calida et sicca ad alias comparata, multum habens de spiritu, & parum de medulla. Media calida et humida ad alias comparata, multum habens de spiritu, & multũ de medulla. Posterior frigida & sicca ad alias comparata, parum habens de spiritu et parum de medulla. Et ideo secundũ diuersas complexiones cellularum diuersa sunt exhibenda medicamina. Duobus panniculis coopertum, scilicet pia matre & dura matre.



27

*De modis quibus caput uulneretur: & de signis læsionis pãniculorum cerebri.* Cap. I.

CApur diuersis modis vulnerari contingit. vulneratur enim aliquando cũ fractura cranei: aliquando sine fractura eiusdem. Fractura enim cranei cũ vulnere aliquoties est magna & manifesta: aliquoties parua. Et est sciendũ ꝙ fractura cranei peior est cum paruo vulnere quã cum magno. in paruo enim uulnere ad hoc ꝙ reperiatur craneũ: faciẽda est maior incisio. Sed tam magna quã parua alia est cum magno vulnere & largo: alia cũ stricto & paruo. Quæcunq; vero fractura sit cranei, de læsione pãniculorũ cerebri semper est dubitandũ. Nam aliquando dura mater, aliquando pia mater læditur. Cũ autẽ dura mater læditur, per hęc signa cognoscitur. patiẽti nãq; dolor adest in capite ex solutione cõtinuitatis. Rubor faciei ex spiritibus illuc concurrentibus: oculorũ incẽsio ex eadem causa: nigredo linguæ ex febre: alienatio mentis. Iterũ piæ matris lęsio per hęc signa cognoscitur. s. defectu virtutis appetitiuæ, digestiuę, & expulsiuę, ablatiõe vocis ex spiritibus & fumositatibus neruos motiuos linguę replentibus. pustulæ quoq; in facie solent superuenire ex nutrimento attracto actione naturæ, & nõ incorporato: sanguis & sanies ab auribus & naribus fluere ex eadẽ causa, vel ex defectu retentiuę: & etiã constipatio ventris ex spiritibus confluentibus ad vulnus, & depauperantibus nutrimenta membrorũ et inferiora. Et nota ꝙ si cõstipatio vel fluxus sequitur: mortale est: & qđ deterius est, rigor febrilis ter vel quater in die patienti solet accidere: & hoc pessimũ signum est: quia tunc calor naturalis deserit partes extremas: quas vltimo petịt: et hoc est certum signũ mortis: & in omnibus siue pluribus superueniẽtibus de supradictis ad plus usq; ad. c. dies mors expectetur. Et maxime si aliqua miryngarum, seu menyngũ cerebri læsa sit: morietur æger in primo plenilunio aduenięte vt in pluribus. hoc enim cõtingit ex hoc ꝙ cælestia corpora effectũ habẽt in terrenis: & luna mater est humiditatis: humiditate lunę adiũcta, augmentatur humiditas terrena senitium: & tunc humiditas cerebri augmentatur, & ebullit cerebrũ, cum intus in magna quantitate nequeant contineri. vnde exit: quoniam non habet obstaculum: & ita moriuntur. Quia igitur de fractura cranei magnum sequitur periculum, qualiter fracturæ cranei subuenire possumus, per ordinem prosequamur.

*De cura fracturæ cranei in uniuersali.* Cap. II.

CVm multæ sint ægritudines capitis, vt cephalęa, monopagia, & hemicrania: illas solũ modo auctor in tractatu assumit: quæ chirurgiæ solent curari beneficio: vt est solutio continuitatis: quæ quãdoq; fit in anteriori parte capitis: quandoq; in media: quandoq; in posteriori cellula: quod ideo distinguendum est, ꝙ artifex prouidus vnicuiq; prouidens: ꝙ secundum diuersitatem naturarum vnicuiq; competẽtem adhibeat curationem. Cum autem fractura cranei est in anteriori parte capitis: licet defectus medullę ex postulet calidorum plurima superponere; natura ta-

A men ipsius cellulæ prohibet, cum ipsa iudicetur calida & sicca, & ex hoc habeat virtutem attrahendi nutrimentum calidum & siccum. vnde minus in ea parte vtendum est vehementer calidis: licet potius restauratio carnis habeat fieri per calida & humida. Fractura existente in media cellula, non est facienda superpositio calidorum: ne eius fiat putrefactio, cum sit calida & humida, & multum habens de medulla. Fractura existente in posteriori parte, necessaria est calidorum appositio: quia frigida est & sicca naturaliter. Nota etiam ꝙ non potest reparari craneum ex toto añ. xxx. vel. xlv. diẽ, nisi sit in puero, vel in adolescentulo. Et est sciendum ꝙ in quolibet vulnere timetur spasmus tam de repletione quam de inanitione. si sit nimius fluxus, de inatione: & non debet phlebotomari: si paruus fluxus, de repletiõe: et debet fieri

B minutio de vena cephalica, si fortis sit iuxta illud, nerui & re. etc. Si vero fiat vulnus, ita procedendum est. in prima die non debet fieri incisio ne syncopizet propter hæmorrhosagiam: quod est nota dignum. si vero incisione vel percussione magna fuerit hæmorrhosagia, stuppa delicata exprimatur: deinde aspergatur puluis de sumach, & vtraq; consolida, mummia, & bolo: & imponatur vulneri: & super stuppam madidam iterum aspergatur de eodem puluere: & postea superponatur stuppa non madefacta, & vltimo plumaceolus. ista enim constringunt extremitates venarum. similiter stuppa cum albumine oui. idem fiat cũ eisdem pulueribus, & magis constringit album oui solũmodo in æstate. albumen cum vitello in hyeme, quia aliquantulum magis est calidum quam albumẽ.

C

*De manifesta fractura cranei cũ amplo uulnere.* Ca. III.

CVm fractura cranei magna & manifesta cũ amplo & largo vulnere fuerit: vt si fiat cum ense, vel alio simili: ita ꝙ os vel aliquid aliud quod remoueri debeat in aliquo tẽpore: a medico, si fieri potest, illico extrahatur, nisi sanguis multus effluat: vel aliud impediat, sicut est syncope: subtilissimus pannus de lino vetus, ne asperitate sua lædat inter craneum & duram matrem, velut ex obliquo caute mittatur. In ore vero fracturæ cranei pannus de lino vel de serico qđ longe melius est, ita ꝙ extremitates panni vndiq; sub craneo cum penna vel tasta non imponendo ex directo, proinde immittatur, ne putredo ab exterioribus fluens ad duram matrem decurrat, & maiorem læsionem cerebro inferat. de spongia vero marina diligenter lota & exiccata idem fieri consueuit: spongia lauari debet,

D vt amittat salsedinem: & hoc vicesies, ne tantum nitrositate sua mordicet piam matrem, uel durã: quia omnia mordicantia sunt calida: & corrodentia calida, & sicca. Hæc enim putredinem ab exterioribus deriuantem vel de bibula recipit. vulnus autem extrinsecus totum vndiq; petịs lineis albis, & delicatis in albumine oui infusis & aliquantulum expressis, diligenter repleatur. Est enim sciendum quod non oportet apponere albumen oui cessante hæmorrhosagia: ne frigiditate sua saniei generatio impediatur: & naturalis calor ibi minoretur: plumaceolus desuper ponatur pro varietate partis capitis, & ligetur. Plumaceolus dicitur a pluma qua impletur: & debet fieri ad modum saccelli. pluma quidem delicata loco uulnerato apposita, peroptime cõfortat calorem

naturalem bis in hyeme: ter in æstate: mutetur bis in hyeme: quia frigiditas impedit saniei generationem: caliditas econuerso. Patiens vero super dolentem partem ad iacendum locetur: vt putredo ibi generata liberius exeat: ne inficiat duram matrem. ratione etiam compressionis minoratur dolor. spiritus enim currentes ad locũ dolentem: & non inuenientes liberum decursum, se retrahunt vt potest videri in capite dolente compresso. cum hac autẽ cura vsq; ad plenam cranei restaurationem est insistendum.

Si vero ante cranei reparationẽ aliqua superflua caro excreuerit, spongia marina nõ bene lota & exiccata superpõatur, quousq; caro superflua corrodatur: & est sciendũ ꝙ superflua caro non crescit super duram matrẽ, cum sit membrum ita neruosum, vt vesica. vnde non potest habere cohærentiam, sed crescere potest super ipsa cranei reparatione. Vbi ergo excreuerit caro mortua in circũferentia pori sarcoidis, debet superponi spõgia vt dictũ est super durã matrẽ.

Cæterum si post reparamentũ cranei super ipsam reparationem caro superflua creuerit, puluerẽ de hermodactylis secure ponere consueuimus: quia puluis iste leuiter & sine violentia corrodit. Vulnus autẽ extrinsecus cũ panno solo & carpia vsq; ad finẽ perfecte curamus. carpia, id est carpitura panni siue rasura. Post vulneris consolidationem apostolicũ chirurgicum superponimus. Et nota ꝙ quidã non approbant appositionẽ apostolici propter nimiã attractionem, & consumptionem. Apostolicum chirurgicũ sic fit. Accipe picis naualis lib. i. picis grecæ. i. colophoniæ, lib. 5. galbãi: serapini, ammoni, opopa. anñ. vnc. 5. ceræ, vnc. iij. in æstate. in hyeme duas. Et nota ꝙ plus de cera in æstate, quã in hyeme ponitur, ꝑpter liquefactionem. econuerso. in hyeme propter consolidationẽ: ne indurescat, aceti lib. 5. fiet aũt sic acetum in stannato cum gũmis: quæ nõ debent teri. ponatur 5. galbanum, serapinum, opopanax, pix naualis: et supra ignem ponatur, vt liquefiant: & cum liquefactæ fuerint: parũ de ipso in aqua frigida mittatur: & cum se tenuerit, & colorem mutauerit, pix græca puluerizata in supradicta quãtitate cum mastiche, et olibano ana vnc. 5. puluerizatis cum prædictis: in stãnato mittantur. & cũ spatula semper agitando bene simul omnia incorporẽtur. Cum aũt de subalbido colore quasi in citrinum colorem deuenerit, signum habes plenæ decoctionis. stãnatũ ergo ab igne remoueas. & vnc. 5. terebin. adiungas: & cum prędictis diligenter incorpora. hæc autem omnia supra aquã frigidam cola: & manibus vnctis oleo lauri, vel alio liquore malaxa iuxta ignem ipso primo de aqua extracto fortiter malaxi, vbi magdaleones formare valens. valet autẽ apostolicũ chirurgicum ad splenem et post ossis cõsolidationẽ. in fine nõ in prĩcipio: quia dissolutiua ibi sunt. Vna etiam decoquatione ossis & carnis ad dolorẽ ex fractura pectoris: quæ fit ex contusione casu percussione. Nota. stannum frigidum est cuprum calidũ. vnde in stannato debent coqui vnguenta, & syrupi: in vase cupreo oxymel & emplastra.

*De magna fractura cranei cum uulnere stricto in superficie.* Cap. IIII.

SI fractura cranei magna est: vulnus autẽ in superficie strictũ: ita ꝙ de quãtitate fracturę cranei cer-

E tificari nõ possis: digitus in vulnere est ponẽdus: et cũ digito diligẽter est tentandũ: quia nullo modo fractura cranei melius dignoscitur quã tactu digiti: quia cũ penna vel ferro perfecte sentire nõ possumus cũ sensibilia nõ sint. Postquam ergo quãtitatẽ fracturæ cranei ex maiori parte cognoueris, vulnus strictũ in modũ crucis cum rasorio incidas: et cum rugine cutim a craneo separa: et nisi multus sang. uel aliud impediat, vt syncopis: os vel aliud quod abstrahendũ est cũ picicarolis: illico abstrahas: ꝙ si multus sang. superueniat, vel aliud impediat, quousq; illa cessauerint, differas: licet tuo beneficio remouẽda statim si potes: cõpetenter remoueas pannũ inter craneum & durã matrẽ cum penna diligenter & caute mittas: & quęcunq; in cura superius dicta faciẽda docuimus inter craneũ prosequaris. extra craneũ uero scarnaturis. i. quarterijs in

F primis infra se coarctatis & strictis: totũ vulnus pãno lineo albu. oui infuso. primo etiã pręparato bene impleatur plumaceolus de panno, superponatur vt bñ cõcurrant quarterij. in fine super quãlibet quartã partẽ ponendus est suus plumaceolus: & in extremis subtus ponãtur duo stuelli vt sanies effluat: & pro varietate partis capitis caute ligetur: et sic a mane vsq; ad sero uel econuerso dimittatur. Cum aũt ad idẽ vulnus redieris, & quarterios tumefactos videris: bonũ signũ est: quia tunc significatur ꝙ natura sit potẽs sibi ponere nutrimentũ. Cęterũ si diminutos & mortificatos videris, malũ est: quia tunc significatur ꝙ naturalis virtus sit impotẽs inferius & superius mittere nutrimentũ. Nota ꝙ in vulneribus putredinẽ cito fieri bonũ est. tarde uero malũ. uulnus etiã si sit contractũ malũ. Iuxta illud Hippoc. laxa bona: cruda mala. Cũ

G hac cura insistas extrinsecus, quousq; craneũ plenẽ reparatum esse cognoueris: & tunc pãnus diminuatur: & quartarios prædictos ad proprium locum redire compellas: & vsq; ad finem carpia vel alio panno curare nõ dubites. In vulneribus autem vbi fractura cranei est solum: pannum ĩmittimus super craneum infusum in albumine oui. Vnguentum vero vel aliquid vnctuosum immittere: omnino refugimus. nullum enim vnctuosum ponendum est in loco prope medullam: ne veniens ad interiora lædat duram matrem, vel penetret. Sed vt videaris aliquid de tuo imponere, fac hoc vnguentum, quod secure poteris imponere circa labia vulneris extrĩsecus. Accipe crocum, & pone in aquam: & ibi tandiu dimitte, quousque aqua bene sit colorata: & cola: & in hac colatura pone farinam triticeam, & incorpora: & pone su-

H per ignem, vt aliquantulum bulliat: semper agitando cum spatula: & vsui reserua. dolorem mitigat, & lenit. apostolicũ chirurgicum supra corium aliquando in fine ponere consueuimus. Nota etiam in hoc loco, ꝙ in vulnere capitis profundo, ita ꝙ craneum sit scissum intus & exterius, & si aliqua myringarum læsa sit: vel etiam ipsa substantia cerebri: propter eius debilitatẽ timetur de morte. vnde in huiusmodi vulneribus non est facienda phlebotomia. augetur enim debilitas. In alijs vero vulneribus capitis: dolor sit siue in fronte, siue in facie: & si non satis sang. emanauerit: & si fluxus humorum timeatur: phlebotomãdus est de vena cephalica. Eadẽ consideratio habeatur in oĩ uulnere corpis: sed semp est faciẽda phlebotomia ꝑ ntis spasim, & de vena mẽbro lęso specialiter seruiẽti.

quia

qaomnis dolor acuit rheuma: & vbi dolor: ibi fit decurſus humorũ. Item notandũ eſt ꝙ cũ in augmento lunæ aliquis vulneratur: timendũ eſt: ne dura mater tunc lędatur: quia tũc eſt cõiuncta ipſi craneo: quę ſi ſuper craneum exeat: cum pollice leniter eſt cõprimenda: & ad propriũ locum reducenda: deinde curetur vt dictum eſt. Sciendum eſt etiam ꝙ quandocunque in capite fit inciſio, ſemper ante præparanda ſunt corpuſcula de ſtuppa madefacta in aqua & bene expreſſa ad modum amygdalę: vel plus ſecundũ proportionem vulneris: factaq; inciſione vulnus corpuſculis ſupradictis repleatur: & ita dimittatur vſq; ad tertium diem in hyeme: in æſtate bis in die mutetur: & hoc propter citam vel tardam ſaniei generationẽ.

*De fractura cranei in modũ rimulæ, & de cranei depreſſione.* Capitulum. V.

Contingit aũt craneũ in modum rimulę ſcindi, illa ſcilicet vt neq; eleuatior neq; depreſſior altera, altera pars videatur. vtrũ aũt talis fractura vſq; ad interiora deſcẽdat, nõ cognoſcitur. vt ergo poſſis certificari, teneat ſibi infirmus os & nares clauſas, et inſuflet viriliter: et ſi per rimulã illam aliquod exhalauerit: ſcias craneum uſq; ad cerebrum eſſe fractũ. Cui ſic ſubuenire curabis. Si vulnus ſit ſtrictũ, elargetur: et niſi ſang. vel aliud te impediat: ſtatim iuxta rimulam trypano ſumma cautela ex vtraq; parte rimulæ fora: & quot tibi videbuntur congrua foramina, facias: & poſtea ſpatumine ab vno foramĩe ad aliud ipſum craneum incidas: ita tamen vt vſq; ad extremitatẽ rimulę talis inciſio veniat, vt putredinẽ quę ſupra cerebrũ deriuauerit, bombacello vel ſubtiliſſimo panno delino ex obliquo inter cerebrum & craneũ penna ĩmiſſa diligẽter extrahere valeas. In huiuſmodi aũt vulneribus cętera eadẽ ſunt exequẽda: quę in pdictis docuimus. Nota ꝙ ſi rimula cranei nõ ſit tãta, vt ſubſtãtia cranei penetret cũ inſtrumẽtis chirurgicis, abradẽdũ eſt craneũ, & quocunq; modo illa rimula ſit, ex toto cũ prędictis inſtrumẽtis remoueatur, vt ſecurus ſit medicus vtrũ penetret rimula vſq; ad durã matrem. Si vero craneum ita ſit fractũ, vt ſit in altera parte depreſſum. i. fractura depreſſa, vt fruſtulũ non valeat de facili ſegregari ex illa parte, ex qua ſerẽ perforare incipias: et quot ibi cõpetentia fuerint viſa foramina, facias: deinde cũ ſpatumine & cũ alĳs inſtrumẽtis: vt iam dictũ eſt, curam adhibeas: ita tamen vt ſpatumine poſito in ipſa fractura eleuetur craneũ: & caute ne aliqua pars ſit ibi: vt dura mater lædatur ab illa.

*De uulnere in capite ſine fractura cranei.* Cap. VI.

Si vulnus in capite ſine fractura cranei fuerit: ſtatim de pãno lineo in albu. oui infuſo: & aliquantulũ expreſſo totũ diligẽter vndiq; repleatur. Sed nota ꝙ nõ debet agitari multũ albu. oui in tali cauſa, ne amittat frigiditatẽ. Et ſi tempus hyemale fuerit, talis embrocha ſuperponatur, quouſq; ſaniem generet. Quę. Re. brãcã vrſinam, maluam hortulunã, & alterã maluam. i. althęam, parietariã, uolubilẽ maiorẽ. omnes iſtę herbæ bene piſtentur in ſingulis manipulis: & de his folia ſolum accipiantur cum lib. 5. axungiæ: & inſimul bene incorporentur: ponantur omnia hęc cũ tribus vncĳs farinę tritici, & duabus vncĳs farinæ ſe. lini: et vncĳs duabus fœnugręci. omnia iſta ĩ vaſe ſubtili cum vino rub. bene incorporentur: qđ poſtea ſup

A lentum ignem pone: addito vino puro & rub. & agitando cum ſpatula tandiu dimitte donec inſpiſſetur: & inſpiſſatũ vſui reſerua. Nota ꝙ embrocha iſta vocatur pultes chirurgorum. Nota etiam ad dolorem ex percuſſione. Accipe mel cũ vino, & oleo, & cymino: & fac inde emplaſtrum: & appone loco dolenti. hoc etiam emplaſtrũ valet ad pleureſim: & ſi ex appoſitione huius emplaſtri augmẽtetur dolor: neceſſe eſt vt patiẽs phlebotometur. Item aliud emplaſtrũ & eſt valde maturatiuũ. Re. mellis, ſucci apĳ, anethi, farinæ ſubtiliſſimę tritici, quod ſufficit.

Si vero ęſtiuum tempus fuerit, talis fiat embrocha. Re. foliorũ maluæ. M. i. & piſta cũ tribus vncĳs axungiæ veteris & nõ ſalſę, ſolathrum, memite: & ſi nõ poteris habere memite: pone pro ea vmbilicũ veneris, vel caſſilaginem: quæ optima herba eſt, violariã: iſta B tria piſta, & ſuccum iſtum permiſce cum prædictis: & tãtum de mero quantũ de ſucco impone, & incorpora: & iterum impone tres vncias farinę tritici, & tres de melle diu cũ ſpatula agitãdo ad ignem, donec ſpiſſetur: & vſui reſerua. Has autẽ embrochas pro diuerſitate temporis ponimus vſquequo vulnus ſaniẽ mittat: & ipſas dilatas in pãno. Poſtquã autem ſaniem fecerit: pãnũ ſiccum in uulnere mittimus, quouſque pus deſiccetur. cum aũt exiccatum fuerit vulnus, carpiã ſuperponimus. A die vero rheumatis quouſq; vulnus ſit deſiccatum, vnguentũ fuſcum vulneri applicamus: qđ ſic fit. Accipe olei cõmunis, & ſepi arietini, ana lib. i. picis gręcę, vnc. iĳ. picis naualis, lib. 5. ceræ, vnc. iĳ. in ęſtate. In hyeme vero. ĳ. maſtiches, olibani, galbani, ammo. ſerapini, opopa. terebinthinę, ana vnc. 5. conficiantur hoc modo. oleũ, & ſepum, et C cera cũ pice nauali, & cum gũmis quę non ſunt terenda, vt galbanum, ammo. ſerapi. opopa. in ſtãnato ſupra ignẽ ponantur: & de maſtiche, & olibano, & pice gręca fiat puluis. ſupra dictis liquefactis ad ignẽ agitãdo ſemper cũ ſpatula puluis ſupra dictorũ addatur. Signũ decoctionis eſt quãdo gutta poſita ſupra marmor, adhęret digito, & non diſſoluatur: & dũ hoc fuerit, deponatur ab igne, & addatur terebinthina: & cola per pãnum: & vſui reſerua: valet ad omnes plagas: bonã carnem facit: ſaniem generat, & attrahit. In cæteris autem cura ſicut ſuperius diximus.

*De percuſſione in capite ſine uulnere cum fractura: & ſine fractura cranei.* Cap. VII.

Ex percuſſura quoq; fit tumor in capite ſine aliquo uulnere. aliquando cũ fractura cranei: aliqñ D ſine fractura eiuſdem. Fractura uero cranei aliquoties eſt ipſo tactu manifeſta, aliquoties occulta. Quãdo vero ipſa fractura cranei manifeſta eſt, locus in modum crucis cum raſorio incidatur: & cuncta per ordinem proſequantur: de his quæ ſuperius in ſecunda curã capitis diximus. Si uero fractura cranei eſt occulta, vt ſit in modũ rimulę, p indicia cognoſces quę circa ægrũ tibi videbũtur idonea uſq; ad. v. uel. ad. vĳ. diẽ: ut ſi non bñ appetat, male digerat, male dormiat, uix aſcellet, & urinet: & ſi calorem patiatur febrilem: tunc certi ſumus de fractura cranei. Cura huius eſt: ut cutis in modũ crucis cum raſorio incidatur: & concta per ordinem proſequatur. Quando tumor ex percuſſura ſine uulnere & ſine fractura cranei eſt per indicia patientis: cognoſces uſque ad quintum uel ad vĳ. diem: vt ſi bene appetat, bene digerat, bene dor-

miat, assellet, & vrinet. & si sit sine calore febrili: tunc certi sumus quia craneũ non est fractum: & tunc apponẽda sunt ea quę repellant tumorẽ. Fiat ergo embrocha talis. Accipe absinthij, artemisiæ, rutæ, cymini cepe æqualiter: & simul bene pistentur: & cũ oleo cõmuni coquãtur: & supra tumorẽ bis vel ter in die, vel quater, uel plus in die quantum pati potest, calida ponatur. Si ab istis non repellitur materia, ponatur embrocha talis. Accipe absinthium, artemisiã, maluã cõmunem, ana. M. i. ista omnia terantur: & ipsis tritis addantur. iij. vnc. de axungia: & bene cuncta simul incorporẽtur: et iiij. vnc. de farina frumenti admisceãtur, & cũ vino incorporentur, & addantur. iij. vnc. de melle: & ponantur ad ignem: & tandiu ducantur cum spatula quousꝗ ad spissitudinẽ veniant: & talis embrocha loco patienti supponatur: quousꝗ tumor deueniat ad maturitatẽ. Post vero vbi locus magis depẽdet, cum sagittella aperiatur: & sanies tota manibus exprimatur: & si opus fuerit, digitus intromittatur, & cætera ꝓsequantur vt in apatũ cura dicemus.

*De uulnere siue percussione capitis cum cuti laniata siue separata pendente cum craneo uel sine eo. Ca. VIII*

SI ex vulnere cutis capitis incisa cũ craneo vel ex alio casu vt lapidis ex percussiõe casui vel aliquo tali cutis ipsa laniata, vel incisa dependeat: tũc ipsa cutis depẽdens incidatur per medium vsꝗ ad craneum fractum: & ab illo craneo cũ ęrugine separata os cranei proijciatur: & cutis ipsa ex vtraꝗ parte suatur: incipiendo a superiori parte: & fiat vnus punctus cum acu subtili quadrata, & filo de serico: ipse pũctus optime & firmiter nectatur: & sub mensura vnciæ alius punctus eodẽ modo firmetur: & tot in hunc ordinẽ ibi fiant, quot necessarios esse ab vtraꝗ parte cognoueris. Inferior vero pars ex vtraꝗ parte relinquatur aperta, vt per illos meatus vulnus cõpetẽter possit curari. Super hanc vero suturã ponatur puluis rub. et consolidatiuus: qui sic fit. Accipe cõsolidę maioris, vnc. i. boli, vnc. i. picis gręcę, vnc. iij. mastiches, olibani, ana vnc. s. san. dra. mũmię, ana vnc. ij. quę oĩa terãtur, & vsui reseruentur. Hic puluis valet ad sanguinẽ cõstringendũ: & ad cõsolidationẽ ossis & carnis post suturã: cito etiã pellem supra vulnus inducit. Hic ergo puluis superponatur tali suturę vt diximus. supra ipsum vero puluerẽ folium plãtaginis, vel aliud in extremitatibus stuellũ ĩmittere: & plumaceolũ de pãno ponere cõsueuimus: vt cõprimẽdo aliquãtulũ sanies ad inferiorẽ meatuũ descendat: & vulnus cõpetẽtius curari ac sanari valeat. Hic autẽ puluis vsꝗ ad. ix. dies bis in die superponatur quousꝗ carnẽ videamus ex parte succrescere, & cõsolidari: & tunc prædictos pũctos dissoluimus: filũ extrahimus: & vsꝗ ad perfectã cõsolidationẽ cum pãno, carpia & alijs quæ diximus subuenire consueuimus. In illa vero incisione quæ facta est a medico, ponatur pannus siccus, & cętera intra craneũ & extra prosequãtur: quę in alijs curis fracturę cranei diximus. Si vero de craneo parũ est separatum cũ cuti, ut interiorẽ partẽ nõ cõtingat illud tantillũ ossis acuti remouemus: & in cęteris eandẽ curã prosequimur: quę ĩ supradictã suturã diximus, excepto ꝙ nõ debet scindi per medium: ne intra craneũ aliqua possint ĩmitti. Si vero cutis sine craneo vel ex vulnere: vel ex alio casu a capite sit segregata cura est eadẽ quę & in cura superius proxime dicta.

A *De uulnere facto ĩ cõtũacia capitis ante uel retro. Ca. IX.*

SI vulnus fuerit in contumacia capitis ante vel retro: ita ꝙ ad substãtiã ꝓcedat mortale est. Si vero a superioribus ad inferiora descendit: ita ꝙ descẽdit, nõ ꝓcedit sed per nares vel aures: vel aliam huiusmodi partem descenderit, non mortale. Cura quoꝗ talium vulnerum similis est præcedentibus.

*De suturis qualiter fieri debeant in membris faciei, & alijs membris nobilibus. Cap. X.*

SI in facie utpote pte uel labro uel aĩa nobili parte corpis vulnus fuerit qđ sui debeat: primo ptẽ ꝑpi reddere, & superficiem cutis ipsam inquantum delicatius pręsumimus, vt durare possit, cũ subtili acu & filo de serico suere cõsueuimus: sigillatim pũctũ quẽlibet per se nectendo: vnũ ab alio modicum segregando.
B Cęterũ si nasus cum labro sit ex transuerso incisus, quodlibet in suo loco reponimus, & diligentissime collocamus: & vt hic iã proxime dictum est, suime ex vtraꝗ parte nasi plumaceolũ de panno ei ponimus: & sustẽtaculũ in modum capistri: ne ad aliquã partẽ deuagari valeat, uelut retinaculũ facimus. Si vero necessariũ fuerit, stuellũ in naribus mittimus: vt ꝑ illos meatus sanies competenter educatur. In oĩbus quoꝗ suturis extremitates apertas reliquimus: quo et stuellũ ibidem mittere valeamus: & per illos meatus saniẽ effectã purgemus: nisi in cartilaginosis ĩ quibus locis nõ est dimittendus meatus: quia ipsi meatus expurgant velut in naribus, & auribus, virga, & similibus. Puluerem vero rub. qui iã dictus est usꝗ ad. ix. dies superaspergemus: & quæ dicta sunt circa ista superius, semper diligenter attendimus.

C *De uulnere ĩ partibus faciei facto cũ telo uel sagitta. Ca. XI.*

SI quis telo fuerit percussus in facie per nares uel iuxta oculũ uel maxillam siue in aliquo: ita ꝙ ferrũ sit in profundũ uel subtiles, uel angustos meatus intrauerit & tortuosos, licet laboriosum sit extrahere, tamen secundũ ingenium quisꝗ laboret: & æqualiter extrahi possit, diu cogitet. Et si ferrũ non careat ligno, iuxta lignũ tẽta mittatur usꝗ ad ferrũ per idem uulnus: & si cognoscatur lignũ bene cõiunctũ ferro, parum ac parũ uibretur: & etiã paulatim cõstrictum lignũ cum ferro moueatur: & sic cũ cautela abstrahatur. Q. si ligno careat ferrũ, cognito a patiente qualiter & quomodo stabat cum fuit percussus, sursum uel deorsum ex recto uel obliquo per uulnus tenta intromittatur: & cognita uia ferri, ferrũ si poterit extra
D hi, extrahatur: & si absꝗ multa molestia nõ possit extrahi, melius est ut dimittatur. Multi enim retinentes ferrum post multũ tempus uixerunt. Deinde cura sit talis. Extracto ferro, statim fiat stuellus de lardo: & intromittatur: & si adeo fuerit in profundo ut lardus intromitti nõ sufficiat: facias tastum de panno lineo, & sagimine ungatur: & sic intromittatur: et desuper plumaceolũ de panno lineo ponatur: & sic ligetur ut ligatura incipiat a loco unde putredo debet fluere: et si duo sunt foramina, illud plus retardetur ad consolidandum, quod magis pendet: quod in superiori parte est, citius consolidetur: & ita semper locetur infirmus: vt putredo ad exteriora, & non ad inferiora decurrat. Si uero saniem in tali uulnere generare secundum uarietatem temporis uolueris: embrochas hanc in æstate, illam vero in hyeme pones: quæ diligenter

ligenter districtæ sunt in sexta cura capitis superius dicta. Cętera vero fiat vt in alijs curis diximus. hoc aūt nō pretermittamus: q̄ postquam sanies cœperit exiccari, & vulnus cōsolidari, diminuatur similiter stuellus secundum purgationem vulneris.

Si vulnus fiat de sagitta barbulata, ita eā abstrahimus. Si forcipes ibi large mittere possumus, barbulas cū forcipibus caute comprehendimus: & eas ad stipitem retorquēdo plicamus. Q, si difficile est, cannellū aliquē subtilem ferreum vel æneum ad barbulā vnā apponimus: & ipsam barbulā in concauitate cannelli recipimus: & idem in alia parte facimus: & multo studio & diligentia cōpetenter abstrahimus. Idem facere poterimus cum duabus pennis anserinis. In alijs autem cura similis est cum prædictis.

*De vulnere cum penetratione cranei facto cum telo uel sagitta.* Cap. XII.

Licet autem superiorē partem capitis sagitta vel aliquo simili vulnerari nō sępe contingat, tamē quia in his cura difficilis est: eā non pretermittamus. Cum ergo sagitta vel aliud craneum ab vna parte penetrauerit: & per aliā partem cranei manifeste exierit: vt si in anteriori parte sit percussus: & per posteriorē exierit, vel econuerso: talē curam facere cōsueuimus. Si mortalia signa in eo nō appareant, cutim ab ea parte a qua sagitta exiuit, incidimus: & a craneo cū ęrugine separamus: & si statim fieri potest: craneū iuxta ferrum in modū crucis perforamus: vt meatus ille cōuenienter sic elargatur: & sic ferrū caute & prouide trahimus. ab alia vero parte lignum educimus. Cęterum si aliā partem cranei nō penetrauerit: et signa bona in eo vsq; ad. v. vel ad. vij. diē apparuerint iuxta ferrum vel lignū, vt hic superius, p̄xime diximus: cutim incidimus, et a craneo separamus: & in modū prędictū craneum cū subtili trypano foramus: & ipsam sagittam abstrahimus. Cura in omnibus eadem est cū ea quam de fractura cranei diximus.

*De casu uel percussione super caput sine ruptura cutis: & cum sola plicatura cranei.* Cap. XIII.

Ex percussura quoq; vel casu sine cutis & cranei fractura craneū ipsum ad interiora plicari cōtingit: & motui cerebri nō modicum repugnare. vnde patiēs in somnis hostiles impugnationes imaginatur, dormiendo surgit, arma rapit, & huiusmodi talia velut vigilans operatur. Cuius cura est vt supra locū illum cutis in modū crucis cum raso. incidatur: & cū ęrugine scarnetur: craneum vndiq; circa plicaturā trypano foretur: & totū illud cra. remoueat. Cura ī alijs eadē est his quę de frac. cra. ī prima cura prædiximus.

*De tinea & eius cura.* Cap. XIIII.

Tinearum alia est curabilis, & alia incurabilis. Incurabilis autem per hęc signa cognoscitur. Cutis enim densa est & dura, squāmas multas emittit, pilos corrodit. huius curā pro derelicta relinquimus. Eius vero quæ curabilis est, duæ sunt maneries. Nam alia pilos emittit multos, & quosdam valde grossos, & cutis est grossa. tamen cōtinua nō dura. alia cutim grossam habet, et scissuras cum multo pruritu: aliquādo saniē emittit. Sed quæcunq; istarum duarum sit cum hac cura medemur cū capillorū euulsione. Accipe ellebori al. vnc. i. picis naua. vnc. i. nucis cōmunis, vnc. vi. ista omnia bene terātur, & insimul incor-

A porentur ad modū vnguenti. q̄ si fuerit opus in hyeme, de ipsis nucibus oleum exit: & cum ipso oleo tale vnguētū liquefacias. de hoc vnguento per. viij. dies. vel per. ix. uel plus vel minus sicut medico uidebitur cōuenientius, caput eam patientis diligenter inungas. Cum aūt locum illū mollificatum videris, ipsos capillos radicitus euellas: & a quacunq; parte capillos abstraxeris, iterū inungas quotidie: & cum capilli renati fuerīt, caput de lixiuio lauari facias: et cū capilli deficati fuerint, caput de psylothro vngas: et tandiu psylothrū super caput relinquatur, quousq; capillos de facili remouere valeas. Fit aūt psylothrū ita. Accipe vnc. iij. calcis vi. & facias bullire in aqua: & adde quartā partem, vnc. auripig. et facias bullire. Signum decoctionis est quādo pēna īmissa, & statim extracta de facili depilari potest. Postquā enim cū tali psylo-

B thro capillos euulseris, & ruborē aliquē super caput videris; iterum vngas, & eadē facias quę iā supra diximus, quousq; caput ter sine rubore appareat. Cæterum si talis cura nō proderit, fiat tale vnguētum. Accipe staphidis agriæ se. vnc. i. ellebori al. vnc. i. auripig. vitrio. alu. ana vnc. 5. gallucæ, vnc. i. ista omnia puluerizata cum vnc. vi. fęcis olei: deinde de flaura, abrotano agresti siue domestico, eruca agresti, fumo ter. tithyma. lapa. acuto, ana. M. i. pista: et succum extrahe, & ipsum succū confice cum vnguēto: & facias bullire ad prunas. post adde. iij. unc. picis liquidę. De hoc vero vnguēto caput inūgas: & in cæteris idē facias, qđ dictū est superius in proxima cura. Si uero habeat multos pediculos: appone argē. vi. mistū, & extinctū cum saliua. Q, si locus est rugosus: vnge cū veteri sagimine: deinde pilos extrahe, et postea vn-

C ge cū psylothro: & procedas vt dictum est superius.

Si vero nō sit hęc passio inueterata, sed sit de nouo, velut infra annum, eā sine capillorū euulsione curamus hoc modo. Accipe abrotāi agrestis. erucæ agre. herbæ flauræ, fumiter. artemi. ana. M. i. bene pistatas in oleo cōpone: & per tres dies, vel si placuerit vsque ad. ix. dies vel plus etiā relinque: & postea in oleo illo fac prædictas herbas bullire: et per discrimina de ipso oleo calido prout pati poterit mane & sero diligēter inungas: & post vnctionē per discrimina puluerē superpōe: quod sic fit. Accipe staphidis agrię, et ellebo. al. ana. vnc. i. & tere: & puluerē istū semper post vnctionem abundanter impone: & ita facias donec sanus sit. Notandum est: q̄ si tinea recens sit, siue de sicca materia siue de humida, sine capillorum euulsione potest curari. si vero inueterata, cum capillorum euulsione: si tamen sit talis, q̄ possit curari. Ad illā

D quæ fit de humida materia, fiat psylothrum sicut bene dicetur inferius, scilicet de aqua & calce vi. & auripig. Si vero fiat de sicca materia, addatur oleum psylothro, ne nimis desiccet: vel fiat aliud psylothrum, quod etiam facit ad serpiginē et ad scabiem totius corporis: & fit de calce vi. auripig. & aqua rosa. addatur: sed loco aquę ros. eat, vel addatur pro ea succus lapa. acuti & suc. fumiter. & lacte anabule, et aloe. Nota etiā q̄ in curatiōe tineæ hic est ordo secundū quosdā. In primis locus est mollificādus, vt dicetur in p̄xima cura īferius. prius. n. apponatur psylothrū: qa radices capillorum non euellit, nisi prius locus remolliatur. et cum emollitus fuerit: accipe pileū de corio, et illinc cū pice et rasina liquefactis insimul: et tūdātur capilli ad mēsurā vnius pollicis supra cutī: & ibi ponat pi-

leus per.ij.vel.iij.dies & noctes: & ponatur scãnũ super pedibus eius, & ligetur pilleolus & chorda ad trabem, & caute auferatur scãnum vt remaneat cum pilleolo ad chordam: et euellãtur radices capillorũ a cute. Cura tineę etiam si fuerit antiqua. Re. adipis vrsi, vnc.i. calcis, vnc.i. fimi muris, vnc.iij. picis liquidę, vnc.iij. olei vsti ex lucerna, vnc.5. tere, & commisce omnia in vnum, & lini, & miraberis in liberatione tineæ. Item aranearũ combustarum cineris, vnc.iij. fimi muris, picis liquidæ, ana vnc.i. cedriæ, ꝙ sufficit, confice in vnum: & vtere, mirabile est. Alexã. posuit has curas in principio sui libri, quas nimis cõmendauit: & affirmauit, dicẽs: ꝙ patiens optime liberabitur a prædicta ægritudine hoc medicamine adhibito.

### *De rima seu rufa capitis.* Cap. XV.

SVperfluitas quædam nascitur in capite quæ dicitur rima, siue rufa, ad quã facit Rogerius tale vnguentũ. Accipe sulfuris vi. vnc.ij. ellebori al. vnc.i. arg. vi. vnc.i. cymini, caputpurgij, ana vnc.5. ista omnia puluerizata cum vnc. vi. axungiæ liquefactæ misce, & bene incorpora: & cũ opus fuerit inunge. probatum est. valet etiam ad phlegma salsum, & ad mala quæ solent esse in cruribus, et ad omnẽ scabiẽ. Nota vnguentum istud optimũ est ad malum mortuũ, et ad omnem scabiem: sed quia vehementer desiccat: & patiens inde multũ molestatur, non approbo eius appositionem. in hoc caue si patiens sit puer, aut delicatus: quia mortis inducit periculum.

### *De testudinibus capitis.* Cap. XVI.

NAscuntur autẽ aliç superfluitates in capite quç sunt similes scroffulis: quarum quçdam est dura, quædã mollis. Iterum istarũ quædam est mobilis, quædam ĩmobilis. Eius vero quæ est mobilis, talis est cura. Sub digitis tantũ teneatur ab extremitatibus firmiter, & ipsa supra locum illũ incidatur in longũ: & cum spatula talis scroffula vnco prius apprehensa scarnetur: et si fieri potest cũ ipso panniculo infra quẽ nata est abstrahatur: & si nõ poterit extrahi, relinquatur. vulnus de panno infuso in albu. oui impleatur: in secunda die puluis asphodelorũ ĩmittatur: quia panniculũ talem corrodit, & putrefacit. Nota ꝙ illç superfluitates dici possunt testudines, quæ quasi bocia sunt: & illæ si moueri possunt, dictum est superius in proxima litera qualiter curẽtur: si nõ est mobilis, scindatur cutis in modũ crucis: & fiat scarnatio circa bocium: ita vt libere possit fieri accessus ad locum: et tũc abscindatur cũ folliculo, in quo cõtinet. illa est enim bursa, quæ nisi remoueatur, facit recidiuationẽ. Et nota ꝙ testudo nascitur quandoꝗ in modum oui: quandoꝗ in modum castaneæ. Puluis asphodelorũ supra dictus sic fit. Accipe asphodelorũ succum, vnc. vi. calcis vi. vnc. iiij. auripig. vnc.i. conficiantur sic. succus bulliat in olla, & addatur calx: & bene incorporentur: & postea adddatur auripig. & parum bulliat: & cum bene incorporatũ fuerit: ponatur ad solẽ: & cum desiccatum fuerit, informentur trochisci, & bene desiccati seruentur. hic aũt puluis ad corrodendum talẽ panniculum est ĩmittendus. & sit ibi per. v. vel. vij. dies: et cum videris esse desiccatum, in vulnere ponendus est pannus in albu. oui infusus. superius vero stuppa cum ouo quousꝗ videas panniculũ decoctum, & uulnus aliquãtulũ mittere saniem. postea uero in omnibus curam adhibeas: sicut in uulneribus

E siue fractura cranei diximus. Notandũ est ꝙ auripigmetũ perdit uires suas in excoquendo. unde debet ultimo apponi.

Si uero scroffula capitis quæ ĩmobilis est cutim cũ craneo inficit, & cõdensat in unum: ita siquidẽ ut dura mater cũ craneo eadem sit infectione cõiuncta: tũc ab ipso uidetur habere principium. Cura talis est: ut illa cutis tota radicitus separetur. circa uero infectum craneum trypano prouide: & cum spatumine ipsum craneũ totum remoueas a dura matre caute & ingeniose: quia uero ipsam superfluitatem a dura matre separare difficile est, & periculũ quod exinde prouenire potest, ualde timendum: est talem curam potius derelinquere, quam prosequi desideramus. Scroffula immobilis est incurabilis.

F

### *De quibusdam incisionibus, & cauterijs ad maniam, melancholiam, & epilepsiam factis.* Cap. XVII.

AD maniã uel melancholiam in sũmitate capitis cutis incidatur in modũ crucis: et craneũ perforetur ut materia exhalet ad exteriora: patiẽs in uinculis teneatur, & uulnus curetur: sicut in curis uulnerum diximus.

Ad maniacam siue ad maniã vel melancholiã primo tẽtentur remedia physicalia. Nã si sit de humore, nõ prodest cura ista: nisi tantũ sit de fumo. incidatur cutis. Et nota ꝙ in hac incisione sustinenda est multa hęmorrhosagia: quia quandoꝗ per hęmorrhosagiã liberari possunt. potest etiã fieri cauterium in sũmitate capitis ad epilepsiã, & etiã contra maniã & melancholiã: & dicitur cauterium ad nodulũ ad differentiã cauterij cũ setone. Et nota ꝙ superius in hac cura ubi

G dixi, craneum perforetur: ꝙ perforatio ista debet fieri instrumẽto ferreo quod seca, uel serra dicitur: & est ad modũ circuli factum inferius & coarctatum circũferentialiter ad modum serrę, ut aptior sit ad penetrãdũ: & habet ĩ medio quasi pedẽ circini acuti: per quẽ infixum craneũ stabilius in eodẽ loco & in eadẽ circũferentia ad penetrandũ & circũuoluendum sit.

Ad epilepsiã fiat ustio in fontanella supra collũ: & hac in extremitate occipitij, et ad epilepsiam de priuata causa: & nõ superponatur foliũ ederæ: sed fiat stuellus ederę. hic est ordo cauteriorũ: facto cauterio imponatur lardũ usꝗ ad. vij. dies ut ignis cadat: postea pilula parua de cera, et sit caudata cũ filo: postea maioretur: ultimo fiat stuellus de edera uel de medulla: & fiat perforatio quædã super stuellũ: proximo loco foliũ ederę ponitur: deĩde plumaceolũ: & seruetur p. c.

H lx. dies ad minus. Itẽ nota ꝙ epilepsia est oppilatio principaliũ uentriculorũ cerebri cũ diminutione sensus & motus: & sunt tria potissima ad epilepsiã inducendã. s. defectus caloris, multitudo humoris, constrictio meatuũ. calore aũt debili multus humor dissoluitur: nec tñ dissolutus cõsumit: & p meatus cõstrictos nõ potest transire & elabi: sed retinetur, & replet uentriculos cerebri. & hęc est principalis causa q̃re fit epilepsia, ex prędictis patet. q̃re cauteriũ fiat in illis: et maxime in illis qui laborant de phlegmate. Et nota ꝙ si excreuerit caro mortua in circũferentia cauterij allia calefacta, & per diẽ apposita, corrodent illam leniter. Itẽ si cauterium a debito loco recesserit: fiat circulus de petijs lineis ad modũ annuli, & grossiorẽ partem pone uersus illam partem vbi cauterium ducere volueris. sequitur enim sine molestia.

De

De ægritudinibus oculorum, & earum curis, continens rubricas septem. Cap. XVIII.

De pilis inuersis in oculo. Rubrica. I.

OCuli quandoq; rubent, & lachrymant: & pili prçter naturā in palpebris ex parte interiori cōtinentur: qui mordicationes facientes in eis lacrhymari cōpellunt, aliquando rubent, et lachrymantur, nec ipsi pili præter naturam in palpebris continentur: sic subuenire valemus.

Si pili præter naturā in palpebris cōtinentur, et fuerit in palpebris multa carnositas: et pili superflui videri nō possint: primo fricentur palpebræ interius cū folijs parietarię, & cum sang. exit, et carne diminuta pili cum apparuerint, cū picicariolis retortis pili radicitus euellantur: postea superponatur albu. oui: & si fuerit in hyeme, aliquantulum de croco in albu. oui resoluatur: & quoties ibi renati fuerint, idē fiat. palpebra vero ita semper ligetur, ut superius cōprimatur. Si vero nō fuerit ibi multa carnositas: pilos euellas, et folijs prædictis palpebra frica: ita q̃ sanguinē emittat: procede vt dictum est superius in hac eadē cura. Item accipe succum cimarum rubi. & absinthij. & cum albumine oui commisce, & superpone.

De lachrymis oculorum, & relaxatione palpebræ, & ordeolo, & pruritu. Rubrica. II.

SI vero oculi lachrymantur, & rubent, & pili prę ter naturam in palpebris nō continētur: trūcetur vena quę est in frōte: & duę quę sunt in temporibus, & cum tantū sanguis exierit quantū medico videbitur sufficere: vena illa diligenter acu subtili apprehendatur: ita q̃ vena nō perforetur: & ex alia parte acus illa trahatur cū filo ei cohærente: & cū filo illo ligetur vena, & bene nectetur: ne sanguis possit exire. In plaga vero mittatur lardū per tres dies: postea imittatur caro porcina macra per. ix. dies: donec bene purificetur locus. Cū vero bene purificatū fuerit: caro illa remoueatur, et filū abstrahatur: et si opus est, carpia vel aliud huiusmodi ponatur. Iste debet esse ordo in stringendo fluxū sang. venientis ad oculū. Collū cōstringatur vt appareat vena in frōte. deinde curetur. Accipe duas acus primo cum filis sericinis. & infigantur vltra sub vena iuxta craneum ad instar duorum digitorum: & postea in medio scinde venam: et cū uideris sanguinem satis exisse, necte capita venæ cum filis: & postea impone albumen & puluerem constrictiuū. s. mastiches, boli, thuris, sang. drac. & similiter fiat in venis tēporalibus. Nota etiā q̃ aliquando relaxatur palpebra: incide igitur iuxta longitudinē palpebræ corrigiolam vnam: et subtiliter oportet suere: & cum puluere chirurgico consolidare. Itē consurgit aliquando quędā superfluitas ad modum lupinorū in pelle inter supercilium & palpebram, quādoq; interius quādoq; exterius. si exterius, et manibus tāgi & cōprehendi potest: curabilis est. si vero non, non. Si ergo curabilis sit: apprehendatur cum picicariolis: & ex transuerso incidatur, et extrahatur: deinde curetur vt cętera vulnera: & omnis incisio potius debet fieri in longum quā ex transuerso: q̃ est nota dignum. vt melius & abundantius sang. effluat, & sanies, & cōtenta nociua: quia magis dependet vulnus in longum quam ex trāsuerso: sed in palpebra vel sub oculo debet fieri incisio ex transuerso: qa si in longū incidere-

A tur: īpediretur motus palpebrę sursum vel deorsum cum cicatrizaretur. Ad lachrymas oculorū cōstringendas mittatur seton in fontanella cartilaginis auris. Item accipe crocum, olibanum, mastich. ladanū. et in feruenti marmore liquefacta in folio lauri posita in tēporibus super venas supradictas, calidius quam sufferi potest superponatur. Item ad idem. Accipe lithargyri, vnc. 5. olibani, aloes hepatici, quartam partem vnciæ, ista omnia terantur, & subtilissime puluerizētur: & cū oleo violaceo: & ita vicissim: modo de isto modo de illo apponēdo cui misceatur: & ad modum vnguenti al. conficiantur: et cum opus fuerit ad modum collyrij intromittatur.

Si vero fuerit ibi mordicatio, vel arsura, tale collyriū facimus. Accipe lithargyrū, aloen hepaticū, mastichē. pulueriza, & confice sic. Accipe cimas rubi & absinthij æqualiter, & succū extrahe: cum tali succo &

B aqua ro. vicissim de vtroq; prædictū puluerē diligenter incorpora: et cū opus fuerit, oculis superponatur. Nota. q̃ si deest aqua ros. appone aquā pluuialē, vel aquā de lenticulis: vel succus plantag. vel polygonię, & de agresta superaddatur. Itē agresta, aloe hepaticū pro quarta parte multum confert oculis exterius appositum, & interius acceptum: ladanū multum constringit: ad idem mittatur seton in fontanella sub aure, vel cauteriū cum modulo, quod melius est.

De panniculo oculorum corrodendo. Rubrica. III.

AD pannū oculorum corrodendū tale vnguentū facere consueuimus. Accipe centrū galli, chelidonię, ana M. i. & bene pista in vi. vnc. olei cōis. mitte per. vij. vel per. ix. dies: et dimitte donec marce

C scant: deinde ad ignē bulliant: & cū videris substātias herbarū petere fundū vasis, in quo coquuntur: quia tunc vētositas quę in eis erat: est iā consumpta: deponatur ab igne, & colentur: et cū bene colata fuerint p pannū, iterū ponantur ad ignē: & mittatur ibi, vnc. i. cerę. ipsaq; liquefacta experiaris ad marmor: & si aliquātulū tenacitatis habuerit, signū habes decoctiōis. postea vero pone ibi duas, vnc. viridis ęris: & ad lentū ignem parū facias bullire: & iterum ponas, qđ proba super lapidē: & si habeat colorem viridē, depone ab igne, & mitte ibi. ij. vnc. olibani puluerizati subtilissime, et incorpora cū prędictis: deinde mitte ibi puluerē sarcocollę puluerizatę, vnc. ij. et tucię: quia tucia multum valet in hac causa: quia naturā habet corrodendi. sarcocolla et succus cuiusdā herbę transmarinę secundū alios succus matrissyluæ: si nō potest haberi,

D ponatur loco eius succus chelido. et iterū ducendo cū prædictis incorpetur. in vltimo vero oculi litij, aloes hepatici, ana vnc. ij. diligentissime puluerizati: & cū oleo cōmuni prius incorporato insimul: ita q̃ permista parum sint liquida: & cū supradictis misce: & diu cū spatula cōmouendo diligenter incorpora: oīa ista incorpata per pannū cola: & vsui reserua: & cū opus fuerit, cū petia delicata oculorū extremitatibus impone. cū autem ex parte fuerit consumptus. accipe succū. rutæ, uel morgiliuæ: cuius flos est rubeus: misce in oleo simul, et impone quod valet etiam ad alia. Itē accipe castorei, olibani, sarcocollę, ana vnc. ij. 5. camphorę, vnc. ij. margaritę non perforatę, vnc. i. viridis ęris, vnc. i. cōficiantur sicut castoreū, oliba. sarcoco. viride ęris in marmore nitido & calido ponantur: & ibi agitētur, & desiccētur: et postea ī mortario pulue-

riza, vel terantur camphora, & margaritæ in mortario: pulueriza diligẽter: & cum istis prædictis admisce in paropside terrea uel alio simili cum aqua ro. misceãtur, & diligenter incorporentur: & ad solẽ desicca: & post tertium diem ista similiter cũ aqua ros. distemperentur: & ad solem iterum desiccentur: et hoc fiat ter. post. ix. vero dies ista desiccata & ĩ vnũ redacta vsui reseruẽtur. valet. n. huiusmodi ad pannũ corrodẽdũ.

### De rubore oculorum. Rubrica. IIII.

SI vero rubent oculi ex sanguine vel ex alia causa: & si inflati sunt: aut etiam panniculus in eis est: fiat etiã incisio in tribus venis frontis: nec tamen vsq; ad craneum. In hanc mensurã patiens sibi manum ad nasi summitatem apponat: & ab ea parte qua manus est iuncta brachio: & vbi supra frontem maior digitus determinauerit signa, prius tamen capite raso: deinde tribus vnijs ad manũ supra auriculam mensuratis signa ab vtraq; parte: et ab eo signo quod est supra frontem vsq; ad signum, quod est supra auriculam signum de atramento cũ penna vel alio simili protrahas. Item ab eo qđ signo est supra auriculã ad aliud signum facias ex trãsuerso ꝙ distet ab eo vncia: & ex vtraq; parte illius signi: & similiter cum attramento signum perducas ab vno signo ad aliud: & idem facias ab alia auricula. Supra uero productũ signum cũ rasorio incidas cutim, & sanguinem emanare permitte secundum ꝙ visum tibi fuerit: demum ferrum calidum producas supra cutim incisam: & ita competenter incedas. Si vero aliquis delicatus fuerit: quitot incisiones pati nõ uult: uel non potest, secundũ prędictum modum supra frontẽ signa: & in mensura triũ digitorum vel vnciarũ ad manum signa patientis: & cum encaustro lineam ex transuerso ab vno signo ad aliud producas. Supra signum vero incidas, & cũ ferro ardenti incendas. pannum vero infusum in albu. oui quousq; ignis cadat superimponas: deĩde alia mitigantia & ignem & incendiũ reprimentia: postea vero plumaceolum. Ligatura vero similis fit alijs eiusdẽ partis capitis: postquam ignis ceciderit, chordam de pãno superpone: & ita vsq; ad. xxx. vel. xl. dies illud vulnus apertum teneas: postea illam chordam remoueas, & vulnus consolidari permitte.

### De sanguine in oculo consurgente ex percussione, uel simili, & de tumore. Rubrica. V.

SI ex percussura vel alio simili sanguis in oculis cõsurgit: et tumor extrinsecus acciderit: sic subuenimus. Accipe ceram nouam pulchrã: & cyminum, & ipsam calefacias ad ignem: et cyminũ puluerizatũ: cum ipsa cõmisce: de ea emplastrum factũ. semper calidius indesinenter impone. probatũ est. Aliud Accipe absinthium, berbenam, & succum extrahe: & cũ aqua ros. misce, & superpone cum stuppa vel alio tali. Si vero fuerit in hyeme, crocum adiunge. Absinthium viride cum albu. oui incorporatũ & aqua ros. valet. Nota. ꝙ omnia ista reiterari debent ter vel quater si in principio non proderint. Et sciendum est ꝙ in oculo prius ponẽda sunt repercussiua: postea dispersiua: ad vltimum diaphoretica.

### De inuersatione palpebræ inferioris ex uulnere uel apostemate facta. Rubrica. VI.

SI ex vulnere vel apostemate facta sub oculo, fiat inferiori palpebræ inuersatio: incidatur non secũ

E dum longitudinem faciei sed ex transuerso supra vulnus olim factum & male sanatum plagella de plumbo facta quatuor foraminibus perforata cum palpebra suatur, plumaceolum in medio ponatur, & ligaminibus pellicula ad superiora comprimatur: & ita per. ix. dies vel. xi. dimittatur. postea plagella auferatur, & curetur vulnus vt cætera vulnera. Et nota. ꝙ quatuor fila debent necti in inferiori parte laminę: & in capitibus filorum sint quatuor acus, & perforetur supercilium cũ acubus & filis, vt trahantur superius, & nectantur in fascia extremitates filorum. similiter fiant totidem deorsum.

### De fistula in lachrymali. Rubrica. VII.

ALiquando infistulatur locus iuxta oculum & nasum ex paruissimo foramine: exit inde putre
F do, primo oculus ad alteram partem cum aliquo instrumento compellatur: & foramen illud amplietur cũ radice maliterrę, vel radice bryonię, vel cũ medulla sambuci: & in rectũ incidatur: & petia in albu. oui infusa ĩmittatur vsq; ad profunditatem loci. postea si fuerit homo delicatus, per illud foramen mittatur cãnellus ferreus vel æneus subtilis vsq; ad profundum si poteris: & per ipsum cannellum ferrũ candens immitte: & fistulę radices decoque: et si timuerit ignem, ĩmittatur pilula de vnguento ruptorio: & in informatione pilulæ imponatur filum longum: & sub pilula nodus est faciendus, vt extrahi possit: ne frãgatur pilula intus: sed magis approbo ponere stuellũ vnũ de vnguento ruptorio: quod fit de calce vi. & capitello, dimittatur ita a tertia, vel a nona vsq; ad vesperas: postea ponatur ibi petia cum alb. oui donec ignis ca-
G dat, & euaporet: deinde curetur vt cætera vulnera.

Vnguentum ruptorium sic fieri debet. Accipe capitellum & calcem vi. in capitello resolue, & diu misce: & in modum vnguenti incorpora.

Capitellum autẽ sic fit. Accipe duas partes cineris fabarum & tertiã calcis viui, & puluerizatas insimul misce: & in cophino vel in corba solum faciendo. pedibusq; calcando: & parum aquę instillando: & sic faciendo solaria, cophinum vel corbam impleas: foueã rotundam desuper cultello facias ad mensuram medij brachij: illam foueam ter in die aqua impleas, mane, meridie, et sero. concha ponatur inferius: et qđ extrahitur a prima die vsq; ad. viij. collige, et repone: & hoc est forte capitellum. medium vero dicitur qđ ab. viij. die postea colligitur. si vis scire vtrum sit forte, medium ouũ in filo ligatum in capitellum mitte: si nõ
H receperit medium, forte est capitellum.

### De superfluitate orta in naso, & polypo. Cap. XIX.

SVperfluitas quidem in naso consurgens aliquando est polypus, aliquando non est: sed videtur esse, & dicitur polypus a quodam pisce qui postquam adhæret alicui, vix eũ dimittet. sic & iste morbus ex quo aduenit, vix hominem dimittit: nam in ampliori parte nasi fit: & exit aliquando nasum, & supra labrum moratur. Nota. ꝙ polypus semper vel pluries fit ex rheumate descendente ad nares: & condensatur ibi, & facit polypum. Cura talis est. Fiat purgatio humorum qui vidẽtur superabundare: & si sit de frigida causa, debet fieri purgatio cum pilulis diacastoreis, vel hieralibus. detur post purgationem dia olibanum, vel aurea, & hunc modum debemus seruare

uare in multis ægritudinibus, vt in cancro, & fistula semper debet præcedere purgatio: & postea localia remedia. Nota. ꝙ polypus semper fit de frigidis humoribus: raro de calidis. post purgationē, spatumine vsq; ad fundum euellatur: vel etiam sagitella incidatur. & si oportet per interualla, & si intra nares patientis aliquid remanserit, tasta de vnguento, quod fit de calce vi. & capitello, intromittatur. deinde vitellus oui cū oleo cōmuni. Postquam uero ignis ceciderit, curetur vt cætera vulnera cum vnguēto viridi, & similibus: Fiat vnguentum viride sic. Accipe chelidoniæ, alleluia, radices, & folia, centrū galli, leuistici, agreste, ana manipulū. i. scaluosam similiter. omnes istę herbę bene pistentur: & cum lib. i. sepi arietini, & vna olei cō ficiantur, & sic dimittantur per. ix. vel. xi. dies: & postea coquantur in stagnato supra ignem: donec herbę petant fundū: deinde colentur per petiam: & colatura in caldario remittatur, & addantur, vnc. iij. ceræ in æstate: & in hyeme duę. post cuius liquefactionem ponatur puluis olibani, masti, viridis ęris, ana vnc. i. Sed antequā viride æs ponatur, probetur si se tenuerit, & calorem mutauerit. ita ꝙ viride videatur: deponatur ab igne, et addatur, unc. 5. aloes hepatici: qui prius puluerizetur, & in oleo resoluatur: et vsui reseruetur. Valet hoc vnguentum ad veteres plagas, bonam carnē generat, & malam corrodit.

Si vero infra nares fit tota caro: magna fit oppilatio: adeo ꝙ omnis attractio aeris impediatur: primo secundū modum foraminis per medium intromittamus tentam de maloterrę sicco semel vel bis aut ter si necesse fuerit. postea curetur ferro calido vel vnguento vt supra diximus in proxima cura.

Polypus magis fit ītra nares et ampliat. aliqn̄ descēdit inferius aere ducēdo illū ante se, & nares ampliat. Horū aūt alius est curabilis: alius incurabilis. Signa incurabilis hæc sunt: quia locus est niger totus, et durus magis, & niger: & caro illa nō descendit inferius. Signa vero curabilis hæc sunt. nasus enim est mollis bene tractabilis. Cui per inquisitionem sic subuenimus. Si fieri potest, statim illa caro superflua tenaculis accipiatur: & inquantum fieri potest, ad inferiora trahatur: & si totus venerit, totus extirpetur: & si totus nō venerit, qđ tamen venit, incidas: et si nullo modo venit, nec tenaculis ad inferiora trahere valeamus, tasta de maloterræ, sicco vel medulla sābuci, vel bryoniæ, vel draguntеæ, vel viticellæ, aut aristol. ro. nares elargentur: & instrumentū concauum factum ad modum cannæ per nares elargatas mittimus. per ipsam vero cannam ferreā vel æneam ferrum īmittatur, & locus diligenter incendatur: & vitellus oui cum oleo cōmuni supermittatur, quousq; ignis cadat ab eo. postea cura vt cætera vulnera.

Si vero ferrum calidum patiens timuerit, stuellus de panno de vnguento ruptorio inuncto intromittamus. vitellū oui, & oleum cōmune superponamus: & cætera quæ superius diximus in alia cura, fiant.

Aliquando contingit casu ꝙ per foramina palati ex virtute naturę expellente polypus exit. quod si cōtingat, casui imputetur ex vigore naturæ: incidatur, postea portetur in naso tasta de cera, vt bona pellis excrescat.

Ad polypum vrendū fiat cauterium tribus digitis supra frontem ad manum patientis sicut dictū est in paragrapho illius capituli. Qđ de rubore est oculorū,

A quod sic incipit. Si rubent oculi ex sanguine: ita tamē cauterizetur: vt non vsq; ad craneū: sed vsq; ad musculum vstura procedat. Nota tamen ꝙ non fortiter vel subito ferrum calidum debet imprimi propter substātiā cerebri, ne calore nimio inflāmetur: cura de cætero eadē est, q̄ in illo paragrapho diximus.

## *De cancro in naso & reliquis partibus oris & faciei: & de corrosione gingiuarum, & earum separatione a dentibus.* Cap. XX.

Cancer fit aliquando in naribus, palato, labijs, vel gingiuis: & locus vbi corroditur in circuitu rubet. aliquando inuersatur cutis, & cutim nō corrodit: sed carnem interius. Antequam ad curā veniamus, videamus quid sit cancer: & qualiter nominetur in diuersis partibus corporis. Cancer est apostema vehemens ex humore melancholico, proueniens

B ad similitudinem cancri: qui sic dicitur. Sicut enim illud animal retrograditur: ita cancer versus carnem retrogradiēdo corrodit: vel quia formā illius animalis in carne representat. In principio dicitur sclirosis, siue nigrosis. postquam incipit corrodere, dicitur cācrena: ad vltimū cancroma. Item in facie dicitur noli me tāgere, ad cautelā medici: ac si dicat morbus, noli me tangere cum manu: quia pulpa digitorum cū habeat generari ex succo ab hepate proueniente, humida est naturaliter: et morbus ille surgit ex humiditate. vnde cum fuerit in loco humido, incurabilis est. Manus enim hominis mane nō lota habet humiditatē exterius quasi contractā a sudore nocturno ex qua humiditate si manu non lota tangeretur, augmētaretur eius malitia. In medio corporis dicitur cincillum cor-

C poris: quia corpus cingit. In partibus exterioribus, dicitur lupus: et tunc incurabilis est: quia pedes solidiores partes sunt: & proprium est vt omnis proprietas in solidiori substantia fortius imprimit effectum et firmius: & ideo ibi potius incurabilis. Item cancer quandoq; fit ex melancholia naturali: & tunc fit sine incendio: quia melācholia frigida est & sicca: & tunc est curabilis, & quandoque ex melancholia innaturali: & hoc dupliciter. aliquando fit per adustionem cholerę existentis in fine suæ qualitatis: quia ex adustione choleræ æruginosæ: & tūc est incurabilis: quia in vna die & nocte totam coxā vel brachium corrodit. cum autē est ex melancholia naturali sine incendio: nō oportet nisi pulueres corrosiuos apponere ab initio. Aliquando autē ex melancholia innaturali per admistionem choleræ: & tunc fit cum incendio. Si fuerit ex

D ammistione choleræ, & cum incendio: tunc oportet reprimere feruorē cum aliquibus frigidis, & cum succo plātaginis, lanceolę, corrigiolæ, cichoreæ, & huiusmodi. & postea apponendi sunt pulueres corrosiui. His non valentibus, recurre ad chirurgiā. Nota tamē ꝙ si caro sit vndiq; dura, liuida, vel denigrata: nō facilis est ad curandum: ꝙ si sit de nouo, nec locus sit carnosus multū: sic curam adiungimus. inquantum possumus: cācer vsq; ad viuum cū rasorio incidatur: deide ferro calido vtatur: nisi sit in loco neruoso, vel venoso. Nota tamē ꝙ si fuerit ex melancholia naturali, purgādus est cum diasene, vel cum aliquo purgatiuo melancholię: postea danda est medicina opiata valens ad hoc: vt mithridatum, vel theriaca. Si fuerit ex melancholia cum cholera mista, purgetur cum duabus medicinis: quarum vna fiat ad melancholiā:

altera ad cholerã: & purgetur cum diasene, & frigido sophonis: vel cum electuario de succo ro. & cathartico imperiali, et postea detur rubea trochiscata admista cũ mithridato, vel theriaca. Facta vstione, vitello oui superposito curetur donec ignis cadat a vulnere. Si vero fuerit in æstate, albumen oui cũ vitello & oleo superponatur. ꝙ si de cancro vel carne tabefacta remanserit, vnguento ruptorio curetur iterũ: deinde cum ouo secundũ temporis quantitatem & diuersitatem vt diximus. Cũ vero labrum totum vel nares cõmaculauerit, atq; corroserit illud membrum tabefactum, vsq; ad carnẽ viuã cũ rasorio incidatur: postea diligẽter curetur vt diximus. Nota ꝙ in cura cãcri quies est superaddenda. Quãdo vero in palato fuerit, quia sepe contingit: cum ferro calido vel auro quod melius est aduri debet. Si vero fuerit in gingiuis, loco prius diligenter abluto cum aceto per tres dies cũ albumine zucharino prius fricato: postea abluatur, & fricetur: & cũ hoc liquore abluatur: quod sic fit. Reci. vinum coctũ & mel cum aceto, ana. & in his bulliant radicũ tassi barbassi, & caprifici, & corticũ mali granati, leuistici, agresti, piperis, zinzib. pyrethri, ana vnc. i. postea superponatur iste puluis: qui infra dicetur loco prius abstersо. Accipe aluminis zucharini, foliorum oliuæ, & rosæ, origani, corticum mali granati, ossium dactylorum vstorũ, pyrethri, ossium cancrorum, cinnamomi, gariophyl. nucis muscatæ, ana. ista oĩa puluerizata superponantur: vt diximus prius loco abluto cũ aceto, vbi bullierit calamenthũ: superponatur leuisticum agreste dentibus cõmasticatum: valet etiam puluis eorũ quæ relinquentur in sacculo post factum claretur. Et quandoq; gingiuę inflantur, & a dentibus separantur: quare multum sanguinem emittunt: quandoq; fœtet, & videntur gingiuæ quasi plurigiuosæ, nõ tantum sunt carnosę. contra quã talem facimus puluerem. Accipe gariophyl. cinnamomum, cortices maligranati, ossa dactyllorum, alumen zucharinum, folia oliuarum: omnia ista puluerizentur, & gingiuis bene lotis cum aceto vel supra dicto vino superpõatur. Puluis optimus ad cancrum post incisionẽ vel post appositionem pulueris asphodelorũ desiccat: & bonam carnem generat, & malã remouet. Accipe folia myrtæ, saluię agrestis, & domesticæ, pimpinellæ, laureolæ, mellissæ, ana manipulũ. i. desiccetur: & fiat inde puluis, & superponatur. Item ad vlcera curanda, & fistulas, & cancros mortificandos farina tritici, & succus apij, et mel coquantur vsq; ad consumptionem: & vsui reseruetur. Nota ꝙ contra cancrum valet puluis de cornu ceruino: quia multum constringit. Ad idẽ optimũ est alumen zucharinum si fuerit distemperatum cum succo pimpinellæ, & superpositum. Item ad idem radix tassibarbassi decoquatur cũ vino vel aceto, balaustia. ro. siccæ, & folia oliuæ: & colentur ista: gargarizetur colatura intra labia tantum & dentem. p[illegible]ea accipiantur vnc. ij. calcis viuæ, & vnc. 5. auripigmenti: & incorporentur cum aceto fortissimo, & desiccetur ad solẽ vel ad lentum ignem, et fiat puluis: et huic pulueri addatur gariophyllorum, et cinnamomi ana, & digito patientis inuncto propria saliua superponatur, & dentibus applicetur. Si gingiuis accidit corrodi, dicitur cancręna: et tunc lauetur cũ aceto ter vel quater. postea fricentur cum liquore, qui supra legitur: & postmodũ apponatur supra dentes. deinde

E accipe amyli, dragagã. gummi arabici, ana. & in aqua rosſ. vel pluuiali coq: et inde vigesies vel pluries in die cũ penna locum inunge: & infra tres dies sanat.

*De scissuris, arsura, & punctura labiorum.* Cap. XXI.

AD scissuras labiorum, quæ vulgari nostro dicitur seda: apud alios dicitur setula: talis cura fiat. Accipe se. hyoscyami, & super prunas ardentes: & superpone embotum, & fumum, qui exit per foramen emboti, diu recipiat patiens super labiorũ scissuram. Aliud. Accipe nucleum nucis cõmunis, & accẽde: & illud quod inde exierit oleum, super scissuram bis vel ter in die appone: et mirifice sanat. Item accipe aloẽ hepat. lytharg. vitriolum. olib. ęqualiter & subtilissime pulueriza. Item accipe herbam flaurã, & fumũ terræ, ana. & succum extrahe. cũ ipso autẽ succo aliquantulum prædictos pulueres distempera, & incorpora cum oleo violaceo vel cõmuni. Item ad inunge cum prædicto succo, & postea de oleo: & ita vicissim modo ponendo de hoc modo de illo ad modum vnguenti diligenter incorpora: & cum opus fuerit, diligenter locum inunge.

F

Ad arsuram labiorum. Accipe albũ zucharũ, amylum. & distempera cum melle. mel per interualla ponendo: & semper insimul incorporando ad modum prædicti vnguenti: & cum opus fuerit loco impone.

Ad puncturas labiorum. Accipe amyli, zucha. & cum syrupo distempera: & locum inunge. mitigatorium est. vnguentũ al. superimponimus: sed pro aceto aquam rosaceam impone: vel pro oleo communi oleum uiolaceum.

G

*De dislocatione mandibulæ.* Cap. XXII.

COntingit aliquando capita mandibularũ a propria iunctura secedere, qđ cognoscitur: quia inferiores dentes non cõiunguntur superioribus recte: ĩmo ad interiora uel exteriora: nec inferiorem malã, licet male coniunctam segregare, uel segregatam coniungere: cui sic est subueniẽdum. Capita mandibularum sub auribus accipiantur, & ad exteriora intantum deducatur: ꝙ inferiores dentes superioribus adequentur: ita scilicet ꝙ ad naturalem locum cautissime reducantur: & tunc accipiatur, & eleuetur fascia sursum: & tunc ungatur cum dialthæa, uel martiaton: & ligentur: ita ꝙ dentes utriusq; molæ pro consuetudine proportionaliter se habeant. non tamen patiens possit se mouere. diæta quoq; eorũ sit sorbilis: ut ęger mandibulas non moueat.

H

*De fractura mandibulæ cum uulnere.* Cap XXIII.

SI mandibula ex aliqua parte fuerit rupta, diligenter medicus locũ illum pertractet. cognito autẽ loco rupturæ quodlibet os ad suum propriũ locum reducat: qđ cognoscitur per ea quæ dicta sunt in prima cura de disiunctura mãdibulæ. eodem quoq; modo curetur, ligetur, & diætetur, ut in eadem cura prędiximus. Si fractura ossis & carnis fuerit, prĩo pars parti reducatur cõpetenter: et si uulnus longum fit ut debeat sui: ita suatur ꝙ partes sic iungantur: ꝙ post iũctionem contractio nulla appareat, qđ sępe accidit in uulneribus quæ suũtur: quia cum ex una parte labiũ uulneris magis extenditur: & alia pars fuerit longa sic contrahitur: et sic fit ruga. Vndecunq; fiat sutura in facie: ita caute fiat ut hoc non accidat: ne post uulneris consolidationẽ

consolidationem remaneat facies deturpata propter huiusmodi cõtractionem uel corrugationem. Sed ex illa parte vbi vnus magis dependet: dimittatur orificium apertum, et stuellus ĩmittatur: vt superius de sutura nasi diximus: prouide, & caute suatur. inferior vero pars aperta relinquatur, & stuellus intromittatur. puluerem quoq; rub. qui superius scriptus est, super suturã aspergimus. plumaceolum quoq; vnũ in superiori parte mandibulę, alium in inferiori parte locamus: & locum pro varietate partis ligamus: diætã iam dictã inungimus pro opportunitate tẽporis et patientis. puluerẽ & alia bis vel ter, vel plus in die superponamus. Nota ꝙ plumaceoli, pãni in alb. oui infusi debet apponi: & postmodũ magnus plumaceolus perforatus in medio apponatur: ita vt tegat alios plumaceolos: & ꝙ foramen plumacelli coaptetur æq̃ vulneri, vt vulnus possit mundari, & curari per medium, et ligari: et ita permittatur vsq; ad. viij. dies vel ad. ix. & post factam aliquã consolidationẽ ossiũ potest solui & remoueri plumaceolus: et tũc apponatur ẽplastrũ strictoriũ ex vtraq; pte: & nõ supra vulnus.

*De fistula mandibulæ.* Cap. XXIIII.

FIstulatur aliquando mandibula cuius os aliquando est strictũ, aliquãdo amplum. si os sit strictũ, tenta de maloterræ sicco intromittatur. Si contingat os infistulari: remoueatur os, si remouendũ sit. Sin autem cũ rugine, pars inde fistulata radatur, nec fiat carnis regeneratio ante ossis reparationẽ. Cũ vero elargatum sit os fistulæ: intromittatur vnguentũ ruptorium, & cũ eo mortificetur. cũ autem mortificata fuerit, imponas pannũ in albu. oui infusum: quousq; incendium remoueatur a fistula. postquã vero ignis ceciderit, cum vnguento viridi, & cęteris curetur vt cętera vulnera. Si vero substantiã ossis corruperit: diligenter est intuendum: et si quid ibi quod separari debeat est, vsq; ad viuũ recidẽdum est: & cum putredo alba, & grossa inde exierit: scias fistulam esse mortificatam. Si vero liquida & aquosa fuerit: timẽdum est: ne in radicibus dentium talis fistula habeat principiũ. qđ si ita fuerit, dentes illi radicitus sunt euellendi. In fistula vero tenta est mittenda: & cum vnguẽto viridi & cæteris quæ superius diximus vsq; ad finem procedendum est. Interius vero ponendus est puluis qui dictus est superius in cura gingiuarũ quando est ibi cancer. Nota ꝙ hic ordo debet attendi in fistula cum ipsa sit ex continuo fluxu alicuius humoris. primo debet purgari humor qui est in causa: & postea dari aliqua opiata cõpetens ad constringendũ fluxũ talis humoris. Et his signis potest cognosci quis humor superabundet. Albedo enim et liquiditas illius qui exit a vulnere, signũ est, ꝙ est phlegma in causa. citrinus vero color, ꝙ cholera: liuidus & niger significat, ꝙ melancholia sit in causa.

*De dolore dentium.* Cap. XXV.

AD dolorem dentium & gingiuarũ fiat coctura in fontanella quę est in eius carnositate, quę est in inferiori parte auriculę. In hac autẽ mãdibula intromittẽdus est modulus. Ad idẽ. Acci. se. casilaginis, & porri ana. & sup carbones ardẽtes pone. super carbones aũt illos pones embotũ, & per canellũ embori fumũ q inde egreditur patiẽs sup dolẽtẽ dentẽ recipiat. hic enim fumus rheuma qđ dolorẽ facit, mirabiliter

A dissoluit: & educit ipsum, & mitigat. Si sit dolor ex verme, quod cognoscitur: quia dens extra perforatur, & niger interdum cessat dolor: huius cura est vt ibi ponatur ferrum calidum super foramen dentis. Ad idem. Mel bullitum in testa oui, & calidum super positum peroptime valet. Nota ꝙ si fiat dolor ex aliquo humore a capite descendente vel a stomacho, nõ debet fieri incisio nisi p̃cedat uniuersalis purgatio.

*De pustulis faciei & uariolis.* Cap. XXVI.

AD pustulas faciei & variolas delendas Accipe, vnc. vi. mellis despumati & lactis ficus. & succi maliterræ, ana vnc. ij. ista tria commisce simul, et in maloterræ concauo mitte: & illud super lentas prunas bullire facias: & puluerẽ istum adde: quod. Re. tartari, vini al. sinapis al. ana vnc. ij. piperis al. alluminis
B zucharini, ana vnc. i. boracis, vnc. ij. olibani puri: ossis sepię, ana vnc. ij. ista omnia puluerizata ĩ tali liquore mittas: et diu incorpora: et vsui reserua. Et cũ opus fuerit, loco prius calefacto ad ignem inunge. cum autẽ pustulæ crepuerint vnguento al. inunge: sed pro aceto pone aquam ros. & pro oleo communi oleum violaceum. Fit autẽ vnguentũ al. sic. Accipe masticis, olibani, ana vnc. 5. lithargy. plũbi vsti, ana vnc. i. cerussæ, vnc. iij. ista omnia terantur, & puluerizentur diligenter, & conficiantur sic. Acetum purũ ĩ mitte, & prædictos pulueres cum oleo miscendo distempera. postea de aceto aliquantulum impone, & iterũ misce: & postea de oleo, & deinde aceto: & ita vicissim ponendo modo de isto modo de illo diligenter incorpora. Signũ vero perfectæ decoctionis est, quãdo ipsum vnguentũ æqualiter liquidũ est, & æquali-
C ter discurrit. valet autẽ hoc vnguentũ ad multa, quia valet ad pustulas quæ fiunt in facie, ex phlegmate salso, & ad impetiginem, & serpiginem, & ad mitigandã arsuram: quæ prouenit ex corruptis humoribus, & ad scabiem ex phlegmate.

*De impetigine & serpigine faciei.* Cap. XXII.

QVia vero in facie fiunt aliæ multę superfluitates, vt impetigo, & serpigo, atque morpheæ: quę licet quandoq; totum corpus occupent: tamẽ quia in facie magis sunt manifestę: ideo de eis curas in hac parte superponimus. Ad impetiginem igitur talem curam facimus. Accipe frumẽtum, & super incudinem fabri pone: & cum ferro lato calido tale frumẽtum combure, & exprime: et qđ de illo frumento exit calidum sæpe inunge: valet etiam ad phle-
D gma salsum.

Ad serpiginem tale facimus medicamẽtũ. Accipe tartarum vini al. plumbum vstum, succũ claminis, testam cucurbitæ vstã, puluerem fuliginis, pyrethrũ: oleum commune quod sufficit: cõfice sic. hæc omnia cũ succo cyclaminis, & oleo conficiantur modo prædicto ponendo succum. postea vero oleum: & ita vicissim modo de vno, modo de alio semper incorporando conficias, & reserua: et cum opus fuerit, patiẽs tali vnguento vngatur: & per triduum vero balneet se: & hoc fiat donec sanus sit.

Ad impetiginem, & serpiginem valet sapo cũ thopho trito cõmistus & superillinitus: vel sapo cum auripig. cõmistus, & superpositus: vel sapo spatarensis per se: vel succus chelidoniæ: qui optimus est ad maculam oculorum biennem vel triennem.

### De morphea tam alba, quam nigra. Cap. XXVIII.

MOrphea alia al. alia ni. quarum quædam est curabilis, vt alba: quædam incurabilis, vt nigra. alba vero quæ curabilis est, hoc modo cognoscitur: locus cum acu pungatur: si sang. viuus emanauerit, curabilis est: si vero aqua al. incurabilis. perfecta curatio non potest fieri in morphea, lepra, scabie, serpigine, & multis alijs ęgritudinibus, nisi præcedat vniuersalis purgatio, bis vel tèr secundum ꝙ necesse est. Albæ morpheę & curabili tale vnguentum facimus. Accipe tartarum, sulphur vi. auripig. sal coctum, crystallum, vitrum, saponem spatarẽsem, argentum vi. myrrham, lithargyrum, ceram al. oleum commune, oleum muscellinum, oleum laurinum, pinguedinem gallinæ, piper, mastiche, olibanum, cozumbrum, euphorbium. conficiantur autem hoc modo. terenda teras: & simul cum sulphure & sapone & oleo communi cõmisce, & fac bullire ceram & pinguedinem gallinę, per se resolue: & oleo laurino et muscellino additis & incorporatis cum supradictis; cõmisce, & diligẽter incorpora. hoc autem vnguentum bis in die & calidum superponatur. Ad idem. Accipe tartarum, sulphur canelatum & viuum, auripig. salem tostum, fuliginem. oleum lucidum æquali põdere: & ista omnia coquæ: vnge donec sanus sit patiens. Ad idem. Accipe sulphuris vi. saponis sarracenici, saponis gallici, nucis cõis bene tritę, ana vnc. iij. tarta. fuliginis, ana vnc. ij. auripig. salis cõis. ellebori al. et nigri. añ. vnc. i. aluminis scissi, vnc. 5. de fumoterræ, lapathio acuto, herba flaura, ana manipulũ. i. accipe, & pista, et succũ extrahe: & prædictis puluerizatis cum succo tali confice: & diu ducendo diligenter incorpora. valet autẽ tale unguentum ad omnem impetiginem. Item ad idem. Accipe centum capitum radices auripig. foliatum. i. habens folia. argenti viui, lithargyrum, oleum commune quod sufficit. conficiantur autẽ sicut. quæ terenda sunt tere: & de radicibus supra dictis succum extrahe: & prædictum puluerem cum tali succo distẽpera. postea vero oleum immisce: & sic vicissim modo de hoc modo de alio ponendo: diligenter prædicta incorpora, & vsui reserua. In hoc tali vnguento argentum viuum, cum saliua prius extinctum vtiliter ponitur: & cum prædictis incorporetur: vtantur sic radices centum capitum cũ sale trito, & cum ipsis tritis locum fortiter frica: & post triduum intret balneum: & pro viribus ibi moretur. post egressum vero balnei, vnguento supra dicto vngatur: & ita fiat donec sanus fit.

Licet morpheam nigram incurabilem diximus, tamen prout experti sumus, curam adhibemus: quæ valet etiam ad serpiginem, & impetiginem, & contra omnem pruritum, & scabiem. Accipe tartari, fuliginis, ana vnc. ij. salis nitri, sulphuris vi. ana vnc. ij. auripigmenti, aluminis scisi, ellebori albi & nigri, ana vnc. i. & omnia pulueriza in mortario. Item accipe fumiterræ, abrotani agrestis, ana manipulũ. i. lapathij acuti, & panis porcini æqualiter: & pista diligenter, & succum extrahe. Item saponis spatarensis, & sarracenici, ana vnc. ij. misce insimul cum prædictis pulueribus, & diligenter incorpora: deinde de prædicto succo aliquantulũ impone, & misce: & postea de oleo: & iterum agitando modo de illo ponendo diligenter incorpora, & vsui reserua.

E

### De dolore auris. Cap. XXIX.

DOlor in auricula cõsurgit, aliquãdo ex decursu humorum, aliquando quia pręter naturã aliquid in aure nascitur, vt vermis: aliquando extrinsecus recipitur aliquid quod in aure existẽs est causa cęteri doloris. Quando vero ex decursu humorum consurgit, nec ipsi humores ad apostema sunt confirmati: sic subuenire solemus. Accipe oleum muscellinum, & cepe: & scinde per medium ex trãsuerso, et caua: & ipsum oleum in cepe mitte: & super lẽtas prunas ardẽtes impone: & ibi diu facias bullire: & postea calida vt pati poterit auriculę superpone.

Item accipe alb. oui multum elixum & rutam: & hic duo insimul pista: & per pannum succũ extrahe: & in cepe per medium ex transuerso scisso & cauato impone: & ad ignem caute bullire facias, & vt patiẽs F poterit calida superponatur. Et est sciendum ꝙ nihil actu frigidum in auricula debet imponi: & nihil actu calidum in oculis. Accipe absinthium, calamẽthũ, iuniperum, sauinam: et in aqua bullire facias. etiam in cõpetenti uase imponas, super quod embotum inuersatum ponas, vel aliud quod tantundem valeat, & fumum qui per illud egredietur foramen in auricula diligenter patiens diu recipiat capite bene cooperto. Q. si his curis dolor non reprimitur, nec remouetur, cõstat ꝙ aut vermis est in auricula, aut humor ad apostema confirmatus. Cuius signa hic sunt: locus tumet, & rubet, & ardorẽ emittit: & tunc subueniendũ est cum saniem prouocãtibus, & ad maturitatem ducentibus: & concta prosequenda sunt, quæ in sequenti particula in apostematum cura dicemus. Si vero prædicta signa nõ apparent, proculdubio vermis est G in auricula generatus. ad ipsum vero interficiendum & extrahẽdum hanc curam adhibere solemus. Accipe herbam persicariam, & nucleos interiores persici: & bene insimul pista, & succum extrahe, & misce cum tantundem olei de lino: & in auriculam mitte: probatum est. ipso autem occiso extrahatur cum subtilibus picicariolis: apponatur cuffa quæ etiam viuũ vermen aliquoties ad se trahit. Si vermis etiam ingressus in aurem fuerit: oleum cum succo foliorũ capparis & calamenthi: et bene incorporatum in aure instilletur. vermem enim eijcit, & dolorem mitigat. Si vero in alio membro nati fuerint, elleborus albus bene tritus cymino misceatur: et loco ĩmittatur. uermes enim proculdubio necat.

### De quolibet alio extrahendo si in aurem ceciderit. Cap. XXX.

H

SI faba vel lupillus vel aliquid huiusmodi in aurem ceciderit, caput super dolentem partem flectatur: & cuffa multum atrahens auri applicetur. sternutamenta adhibeantur: ut cuffa suggendo ad se trahat: & spiritus proportionaliter interius ad exteriora expellat. Quidam uero lignum uel ferrum lana uel bombace obuoluũt: et in therebinthina, uel alio glutinoso intingunt: & in aurem intromittunt: ut quod in aure cecidit, tali instrumento inhærendo abstrahatur. Sed quia timemus, ne ea quæ intromittuntur, potius dolorem augmentarent quam curent: ideo a tali cura desistimus.

Explicit liber primus.

Chirurgiæ

NEMO prolixitatis vel rudis sermonis mihi crimen imponat. Nã multa paucis implicata obscuritatem potius et cõfusionẽ quam compẽdij cõmoditatem parare solent: & ego nõ solum prouectis, sed & alijs proficere disposui: quocirca quęcunque ab egregijs doctoribus cõiter & priuatim recepi, et de eorũ scriptis habere valui, ordine certo in scriptis, & vt pulchrius elucescant: in cõmunem deducere delibera ratione decreui.

Curis ergo capitis compendiose per ordinem executis, ad eas quæ circa collum & ceruicem & guttur quantũ ad chirurgiam spectat, fieri consueuerunt, descendamus. Primo vulnerũ: secundo apostematum: tertio glandularum & scroffularum: quarto fistularum: quinto botij: sexto eorũ quæ intrinsecus consurgũt: curas, & signa diligentissime prosequẽdo ponã.

**Capitulum primum** De vulneribus, quæ fiunt in collo, & partibus eius, tã cum incisione nerui & venę arterię, quã non.

2 De apostematibus cuiuscunq; generis in gula, & partibus eius nascentibus.

3 De glandulis, testudine, & scroffulis ortis in gula & partibus eius.

4 De bubone sub ascellis, & in inguine.

5 De fistula, & potissimum in partibus colli.

6 De botio gulæ.

7 De squinantia.

8 De branchis natis interius siue de amygdalis.

9 De passione quadam gutturis dicta folium.

10 De tumore & elongatione vuulæ.

11 De dislocatione ossis cõiungẽtis caput cũ collo.

12 De vulnere in gutture.

*De uulneribus quæ fiunt in collo, & partibus eius tam cum incisione nerui & uenæ et arteriæ, quã nõ.* Cap. I.

DE vulneribus quæ fiunt in collo ense vel alio simili: aliquando sunt curabilia: aliquando incurabilia. Incurabilia per hęc signa cognoscuntur. si medulla ossis extra exit, incurabile est: sed si fuerit incisio vsq; ad os: ita q medulla nõ exeat: curabile est. lardum & omne vnctuosum omnino refugimus ad profundũ mittere: ne aliquid inde resoluatur: quo ad interiora penetret: sed apponimus ĩ ore ossis incisi pãnum: & ore carnis lardum: deinde talẽ consueuimus facere medicinã. In primis locum diligenter attendimus vtrum os vel aliquid huiusmodi sit ibi: quod abstrahi debeat intuemur: & digito attentius attractemus: si aliquid est ibi quod abstrahi debeat: ita q tũc si fieri possit illud, statim prouide abstrahimus: & postea vulnus suimus: & puluerem rub. superius dictũ superaspergimus: & vt superius iam in alijs curis diximus: curam omnino prosequamur. Q; si multus sang. superabũdet, aut aliquid impediat: vt qđ de uulnere remoueri vel abstrahi debeat: statim remouere nõ valeamus: vulnus ex parte suimus, & ex pte apertum relinquimus: vt cũ tempus ministrauerit recidẽda per locum apertum, melius remouere possimus. Abstracto vero qđ de vulnere remoueri debeat:

E apertum locum suimus: extremitatẽ magnam præcedentem apertã relinquimus: & cũcta quæ superius de sutura diximus: in hac cura diligenter attendimus.

**Collum** dicitur pars quædam quæ protenditur ab occipite vsq; ad primũ spondyle secundũ longitudinem. Guttur autem dicitur pars anterior ptensa inter duas venas organales a gula vsq; ad primã partem pectoris. Duæ sunt ceruices. vna quæ a dextra parte producitur secundũ longitudinem inter collum & guttur a capite vsq; ad humerũ. alia ceruix assignatur. in alia parte inter collũ & guttur secundũ longitudinem a capite vsq; ad humerũ. Pectus durat ab inferiori parte gutturis vsq; ad furculam pectoris: ista dico vt sciatis distinguere in quibus locis fiant vulnera.

F Si ergo collum ab vtraq; parte sit foratum sagitta uel alio telo, a dextra scilicet ad sinistram vel econuerso: lardonẽ vnum ab vna parte, et alium ex alia mittere consueuimus: vel duo stuelli fiant de panno lineo, & illiniantur lardo: & intromittantur iuxta os vulneris vsque ad tertium diẽ, & quousque saniem faciat. pultem superius dictã ad saniem prouocandam pro tẽporis varietate secure ponere cõsueuimus. Cum saniem fecerit, stuellum de panno ĩmittimus: et ad modum aliorũ vulnerum exinde curamus. In omnibus autem similibus vulneribus hoc diligenter est attendendũ: vt illa pars vulneris quæ magis dependet, diligentius curetur: & postremo ad consolidandũ tardius relinquatur: quæ vero superius eminet, & stuellum qđ ibi est, quotidie minuendo sanare festinamus. Sed si neutra extremitas magis depẽdeat alia: vulnus in medio suatur, & vtraque extremitas relinquatur

G aperta: donec cura facta fuerit.

Si uero in ceruice cũ ense uel aliquo simili uulnus fuerit: ita q organica uena incidatur: sic est subueniendum. Vena tota suatur cum acu: ita q uena nõ perforetur. & ex alia parte acus cum filo ei inhęrente ducatur: & cũ ipso filo ita nectatur atque stringatur, q sanguinem nõ emittat: & ita facias a superiori parte & inferiori. In uulnere autem pãnus in albu. infusus intromittatur: nec tamen de ipso pãno uulnus impleatur. embrocha si fuerit in hyeme, superponatur, quousq; saniem faciat. Si uero fuerit in ęstate, uitellus oui tantũ superponatur. Cum autem saniẽ fecerit, pãno sicco, & unguento fusco, & cæteris bonã carnem generantibus adhibeatur cura ut in cæteris uulneribus. Cum ergo extremitatem uenæ superioris & inferioris partis putruisse cognoueris, filos prædictos dissoluas: &

H a loco illo remoueas: & deinde procedas, ut dictum est superius.

Si uero fiat uulnus in superiori pte colli, ita debet ligari. scindatur fascia, & ligatura fiat super aures, & in anteriori parte capitis fiat nodus: & reliqua ligatura procedat post spatulas & sub ascellis: & simili modo ligetur. Si fiat in medio colli uel in parte interiori uel inferiori, fiat ligatura similiter sub ascellis, et ĩ alia sub mento similiter aptetur.

Si uero neruus incidatur in longũ uel in obliquum sed non ex toto: hac cura potest consolidari. uermes terrestres hoc est qui sub terra nascuntur, qui in longitudine & rotunditate lumbricis assimilantur, et apud quosdam lumbrici dicuntur: accipiantur, & aliquantulũ conterantur: & in oleo infusi ad ignẽ calefiant: et nullo alio mediante ter uel quater uel plures, si oppor-

tunū fuerit, plagę impone. Si vero incidatur ex obliquo totus, minime cōsolidatur: prædicto tamen remedio natura coadiuuante sæpe cōglutinatur: postea quoque cuticula quę est supra neruū debet sui. puluis rubeus, qui iam dictus est, debet superaspergi: quæ cura nō est inutilis. aliquos enim non solum conglutinatos, sed etiam cōsolidatos nostra cura cōspeximus. Si vero locus tumet, embrocha illa, quę in prima particula ad tumorē remouendum, quod ex percussura consurgi prædiximus, ponatur, quousque talis tumor præcesserit.

Nota ꝙ secundū Rogerium neruus omnino incisus, nō potest consolidari vel cōiungi, nec sui. nos autem dicimus ꝙ potest cōsolidari: & iterum ad modū reclinabilis: & ad cautelam cauterizetur vtrūque caput nerui incisi peroptime cum ferro candenti: sed caue ne labia vulneris calido ferro tāgantur: deinde apponantur vermes concussi & pulueres consolidatiui vt generetur ibi quoddā reparatiuū, vt rosbot in osse fracto. Et est sciēdum ꝙ omne vulnus factum in neruoso loco vel ossuoso, debet cauterizari & aliquātulum profundū: vt si crus vel spatula sit telo perforata. hæmorrhosagiam enim peroptime stringit ora venarum corrugando. Iterum nota, ꝙ si medietas nerui incisa sit, vel si etiam puncturam habeat, debet cauterizari, & cum ferro calido incidi ex toto: & postea curari vt superius dictum est.

Si vena organica prædicto vulnere nō incidatur: pannum in albu. oui infusum in vulnere mittimus. tamen non multū implemus. embrocha vero & alia sicut per ordinem in prædicta cura diximus, ita & in ista ponimus atque prosequimur. Nota ꝙ quāuis Rogerius dicat, ꝙ apponatur albu. oui nō approbo: quia frigidum est: naturaliter vena & arteria & neruus frigida sunt: & propter frigiditatem vtrorūque non perfecte potest fieri consolidatio.

Si vero telum sit in ceruice infixum, & venā perforauerit vel arteriam: ita ꝙ sanguinē nimium vulnus effundat: statim extracto telo vena suatur: et vt supra in prima particula diximus, puluerem rubeū superaspergimus: aut puluerē stercoris asini sicci superimponimus: ꝙ si stercus asininū sit viride, infra pannū ponimus, & fortiter premimus, & postea superponimus. Nota ꝙ si vena organica vel neruus incidatur ex toto: nullatenus debet ꝑmitti sanitas: quia debito modo nunqnā collum liberum habebit motū. Ad consolidandū autem venam, & arteriam fiat sic. Accipe thuris, vnc. i. aloes, vnc. i. albu. oui. pilorū leporis, quod sufficit. confice sic. terenda tere: & cū albu. oui distempera: & pilos leporis cōficiendo cōmisce: & incisis arterijs, abundanter impone, donec cadat a vulnere. Et nota ꝙ in quacunque parte corporis si vena aliqua incidatur, tuam medicinam non nisi post tertium diem remoueas. Ad idē valet gypsum cum granis vuarum tritis. Ad idem valet flos lanceolatæ: vel folia ipsius lanceolatæ, et folia ebuli terātur, & vsui reseruentur. Ad idem. granū frumenti in ore masticatum, & superpositum: sanguinē constringit et sanat. probatū est. Ad idem calx in capitello mista & superposita valet. Sanguine vero cōstricto curetur vt in alijs similibus curis quæ iā supra diximus. Ad idem ladanū bene tritum cū vermibus terrestribus & albu. oui incorporatum, multum valet ad strictionem & ad consolidationē. Ad cu-

E rationem neruorum. Accipe lac pecudum & lac asininum & semper calidū: & patiens vsque ad nouem dies inungatur sæpissime: sed si esset in loco, quo ipse possit tenere intus, vt est manus vel pes, teneat: multum plus valet: & postea inungatur bis vel ter in die cum butyro vel dialthęa: aut oleo laurino, & vnguētis calidis.

Si autem fiat vulnus in gutture: ita videlicet ꝙ ipse œsophagus, vel trachæa arteria, perforetur, vel incidatur, quocunque modo sit uulnus mortale est, ut in pluribus. Item erit ex quacunque parte uulnus incipiat: siue sit de telo: siue sit alicuius alterius rei. Si autē cuticula q̄ ibi est, uulneretur: ut cætera uulnera curet.

*De apostematibus cuiuscunque generis in gula & partibus eius nascentibus.* Cap. II.

F Sicut autem humores diuersi sunt in humano corpore: ita quidem & collectiones quæ ex eorū superfluitatibus consurgunt, diuersis nominibus nuncupātur. generali autē nomine apostemata uocātur. Quorum quatuor sunt species: aliud est de sanguine, & dicitur phlegmon: aliud est de cholera. Cholera uero alia est naturalis, & alia innaturalis. Naturalis dicitur cholera rubea: innaturalis melancholia. Apostema ergo q̄d fit de cholera rubea, dicitur herpes esthiomenus: quod autem fit de melancholia, dicitur cācer. Aliud fit de phlegmate: et dicitur zinia. Vndecunque fiat, per propria signa cognoscitur. Si autem fuerit apostema de sanguine, rubor, pulsus, dolor, calor, & tumor inerit. Ex phlegmate, signa sunt hæc. albedo, mollities, ut si digito compresseris, quasi signum foraminis facies. Ex cholera uero rubea talia signa pro-
G cedunt, calor, rubor mistus citrino colori. Ex cholera nigra cum melancholia innaturali signa hæc sunt. ingens duritia cum quadam nigredine.

Nunc autem ad curas eorum ueniamus: fiat ergo cataplasma huiusmodi. Accipe, rutam, cyminū, lardonem, farinam tritici, & cepe: quæ omnia coquantur in vino albo & oleo, & diu agitentur: deinde superponatur quousque ad saniem uenerit. maturato uero apostemate, inferius ubi locus magis dependet, caute cūm sagittella incidatur per longum: & si fieri potest, digitus intromittatur, & tota saniies diligenter exprimatur: qua diligēter emissa stuelus de panno intromittatur: & bis in die mutetur, & curetur deinceps ut cætera uulnera.

Si autem anthrax uel carbunculus fuerit: sic subuenimus cum frigidis circa loca patientia, ut oleo rosa-
H ceo, succo solathri, aceto, & succo capriolorum uitis, memite, uermicularis, & similibus calorem reprimētibus inūgimus. Fit enim anthrax uel carbunculus de feruentissimo sanguine. Supra locū uero ponatur scabiosa contrita cum axungia. probatum est. Consolida maior inter duos lapides contrita diuino quodā miraculo anthracem liberat, uel interficit: & ex toto concauat, & superligata intra unius diei spatium, ita curat, ut postea nō egeat nisi cura uulnerum. Et est sciendum ꝙ secundū physicam differētia est inter anthracem & carbunculum: secundū chirurgiam nulla: quia carbunculus dicitur ante apostematis confirmationem. post confirmationē dicitur anthrax: ad cuius curationem præter Rogerij auctoritates doctrina præcipue est phlebotomia per metathesim: & apiū risus appositum peroptimum est. Nota ꝙ in omni apostemate

stemate ante sui cõfirmationẽ superponenda sunt frigida & calida: pręter quam in anthrace & squinantia. A haec etiam vitamus apponere apocrustica in locis ortis a nobilibus membris vel prope nobilia propter refluxum. Sed debemus statim purgare materiam: quia quatuor sunt casus in quibus debemus materiã indigestã purgare, scilicet multitudo materiei: furiositas eiusdem: nobilis membri possessio; nobilis operationis læsio. In anthrace vero & aliis apostematibus periculosis frigida sunt apponenda circa loca, & maturantia desuper. Itẽ nota, ꝙ anthrax vel carbũculus nõ debet curari cum repcussiuis. hoc dico si cutis apta fuerit: sed cũ solis calidis, & extrahas furiosam. Calida hominis egestio multũ prodest ad anthracẽ interficiendũ: siue testa nucũ super caput apostematis posita. Item succus fœtidæ datus in potu liberat multos. Item emplastrũ contra anthracem & carbunculum. B Accipe puluerem salis, fici, pinguium passularũ, ana. omnia simul terantur: & superponatur: post appositionem huius emplastri in prima vel in secunda aut in tertia die solet locus apparere totus niger: & in medio quasi foramen: & cum per se crepuerit, appõe pultes de farina tritici, & succo apii, & melle vsq; ad mundificationem: & cum locum a carne mundatum videris, puluerem mastiches & olibani apponere consueuimus.

Si fuerit apostema de cholera nimiũ calida & spissa in aliqua parte consederit, eam vlcerat: altera vulnera facit: cui sic subuenimus, vt in anthracis cura prænotandum est.

Si fuerit apostema de phlegmate, facimus cataplasma: quod. Re. maluauisci. viii. vnc. & decoquãtur in. xviii. vnc. adipis porcini, olei veteris sextariis C duobus sublatis radicibus, & colato oleo addantur spumæ argenti subtilissime tritæ, vnc. viiii. & sine intermissione agitando lento igne coquantur: & ad modum emplastri ponatur. Vel fiat cataplasma quod facere consueuimus ad omne apostema: quod saniem facere debet: fiat autem sic. Accipe maluã, brãcam vrsinã, radices maluauisci primo coctas in aqua: & postea pista cum axungia: deinde adde butyrum, fermentũ, lac mulieris, tamarices, id est limacas, et pultes quas superius diximus ad saniem prouocandam, in vulnere mittimus. Et cũ opus fuerit loco superimpone hoc. Accipe radices lilii, & coque in aqua: & cum axũgia pista, ad ignem in olla iterum calefacias: postea adde cepe assatum, memite, folia cauliũ cocta & pistata cum axungia, & farinam se. lini in vino coctam: & queq; talia per quæ materia possit maturari, D & ad saniem duci. Ista omnia simul pista & incorpora: & superponatur donec apostema perducatur ad maturitatẽ. Cum autẽ maturatum fuerit: vbi locus magis dependet, aperiatur: & cætera, ꝓsequamur quę dicta sunt in apostematis cura: quod fit de sanguine. Potest etiam fieri hoc emplastrum: quod est leuius supradicto: & multum valet. Valet enim ad omne durum apostema: & ad carnes duras mortificandas: & ad materiam exterius extrahendam: & dolorem mitigat. Re. ficus siccas, saginien porci, mel, ana. & radices altheę bene coctas, ab interiori stipite mũdatas cõmisceantur: & fiat emplastrum.

Cancer aliquando vitio exteriorum, aliquando vitio interiorum consurgit in corpore. Vitio interiorum fit ex humoribus putrefactis. Vitio exteriorum, vt in vulnere non bene curato. Omne enim vulnus postquã quatuor vel. v. dies pręterierit, incuratum, iam nõ vulnus sed cancer, siue fistula nuncupatur. huiusmodi vero cancer aliquãdo habet esse ex multo tempore, aliquando ex breui. Item alius est in neruosis locis & intricatis & plenis arteriis: alius in carnosis: vnde aliter curandus est, qui in neruosis est intricatus, & plenus arteriis: & aliter qui est in carnosis. Nam qui in neruosis locis est, & intricatis & plenis arteriis, incisione vel incensione curandus non est secundũ illud dictum Hippo. Quibuscunq; cancri absconditi fiunt, non curare melius est. Curati enim cito pereũt: nõ curati multum tempus perficiunt: quia igitur circa collum ceruicem & guttur sunt nerui, & arteriæ plurimæ & venarum abundantia, ab incisione & incendio est desistendum: prout tamen possumus subuenimus. Si ergo fit cancer & nõ ex multo tempore, circa loca prædicta tale vnguentũ facimus. Accipe radic. linguæ bouinę, vnc. iii. radic. bardanę, vnc. v. radic. chelidoniæ, vnc. i. cĩnami, vnc. i. zinzi. vnc. ii. argenti viui, vnc. ii. cerę, vnc. iii. resinę, quod sufficit: & axungiæ veteris, vnc. vi. Cõfice sic. supra dictas radices herbarum in mortario marmoreo tere: quibus axungiam adde: & eas diligenter incorpora. de terendis autem puluerẽ facias: & cũ prædictis diligenter incorpora. argentum vi. in fictili vase ad ignẽ pone cũ resina, et liquefac. cumq; liquefactũ fuerit: cola, et vsui reserua. Q; si tale vnguentum non subuenit: ponatur puluis ad cancrum occidendũ: qui est in neruosis locis: qui sic fit. Accipe elleborum alb. & aristolochiam long. & rotundam: & puluer iza: & cum opus fuerit, superpone.

Si vero tali puluere extinctus fuerit: ponatur stuppa cum ouo & oleo. postea vero ponatur ibi vnguẽtum viride: & sic vsq; ad finem cũ talibus curabis. Aliud. Accipiantur cortices nucum, & terantur: & superponatur per totum cancrũ, eum mortificat. Signum mortificationis tale est: quando sanguis emittitur purus & spissus: et caro noua & bona crescit in extremitatibus, & non solũmodo in medio: quia si cresceret solũmodo in medio & non in extremitatibus: non esset signum mortificationis: vnde adhuc oportet insistere cum mortificationibus. De cancro vero qui fit in carnosis locis, suo loco dicemus.

*De glandulis, testudine, & scroffulis ortis in gula, & partibus eius.* Cap. III.

Glandula, scroffula, & testudo vbicunq; in corpore nascuntur, phlegmatis causam videntur habere materiam. Testudo autẽ mollior est, & multo maior: & varias in variis partibus habet formas. Glandula vero magis rotunditati accidit, et cũ manibus tractatur, et nõ dolet. Et quamuis Rogerius nõ distinguat inter glandulã & testudinem: tamen testudo fit ex maiori parte phlegmatis, et minori melãcholiæ. glandula econuerso: nodus semper est rotundus, & in iuncturis nascitur, & in locis neruosis, omnibus his durior. In omnibus his cura eadem. scissa in lõgum cute: sicut de aliis dictum est superius, radicitus extrahe: & exinde iuxta speculum prædictæ disciplinæ operare.

Sroffulæ nascuntur in gula sub ascellis & in inguinibus. Et glandulę sæpe nascuntur, quæ nõ sunt scroffulæ: ergo cognoscãtur vtrũ sint glandulæ vel scrof-

fulæ. Accipe herbam terreſtrẽ, & folia cedri, & be-
ne piſta: bulliant in oleo tepido: & ſuperponantur
per tres dies: & ſi glandulæ diminutæ fuerint, inſiſtas
cum hac medicina. Si autẽ rubeſcant: ita ꝙ videatur
vt debeant duci ad maturitatem vel ſaniẽ: ponantur
maturatiua: & cũ maturatę fuerint: poſtea incidantur
ſecundũ partis qualitatem, vt putredo exeat: deinde
ĩmittatur pannus in albu. oui infuſus: ſi vero glandu-
læ aliquid remanſerit: poſt tertiam vel quartã diẽ po-
natur puluis hermodactylorum, vel alius puluis qui
corrodat vel mortificet partem illam quæ remanſit
de glandula: exinde curetur vt ſuperius diximus.
Si autem indureſcant uel ſint natæ per mẽſem vel per
mediũ annum, & ſit puer: fiat hoc oleum. Re. radices
tapſiæ, & radices raphani agreſtis ana. & olei quantũ
ſufficit de omnibus. Radices bene purgatæ & contri-
tæ bulliant in oleo vſq; ad medietatẽ vel plus: & hoc
poſito in vaſe, vt in caldario pleno aqua bulliente ſu-
pra ignem. de hoc autẽ oleo. iij. vel. iiij. guttæ inſtillen
tur in aure illius partis: & dimittatur in parte illa: & ſi
per illud oleum auris intumuerit, et fracta fuerit: ita ꝙ
aliqua putredo exhalauerit: ſcias quoniã liberabitur
per hanc medicinã. Si vero non intumuerit per hanc
medicinam, nõ liberabitur. Q. ſi fuerit ſignum libera
tionis, inſiſtatur etiam adhuc pluries cũ illo oleo. Et
iterum fiat potio iſta: quæ ſic fit. Accipe radices arun-
dinis, radices mali terrę, radices ſcroffularię, aſparagi,
bruſci, ellebori albi & ni. ariſtol. radices fabæ lupinæ,
radices raphani agreſtis & domeſtici, radices ſpatulæ
fœtidæ, & folia laureolæ, æqualiter de omnibus: et de
illis bene purgatis & piſtatis cũ optimo vino bulliant
vſq; ad medietatem vini: & de hoc vino bibat ſemel
in hebdomadã in mane ſi erit puer. ſi erit iuuenis, bis.
iiij. vnc. per horam cum alio vino miſtum pleno ma-
gno cipho: & ſi fuerit nimis horribile ad potandũ, ſu
peraſpergatur puluis zuchari: & caueat ſibi patiens tã
quam acceperit laxatiuum: quoniã quater vel pluries
ſolet aſcellare. Item primo facias vſturam infra au-
rem ſupra mediam cartilaginem.

Emplaſtrum optimũ ad ſcroffulas delendas & cõ
ſumendas. Accipe radices filicis, & aſphodelorum: &
in optimo vino decoque: & addito pauco ſulfure vi
uo fiat emplaſtrum: & ſuperponatur. efficaciter ſcrof
fulas conſumit. Aliud quod ſcroffulas peroptime
curat. Accipe limacias: & tere eas fortiter cũ teſta ſua:
& diſtempera cum capitello, & pone ibi fel porcinũ,
& de radice linguæ bouis aliquantulũ trita: & omnia
iſta ſimul diligenter incorpora: & emplaſtrũ inde fa-
ctum ſuper ſcroffulas pone. prius da vi. vel. vij. gut-
tas lactis tithymalli cum ouo ſorbili ſi haberi poterit.
ſed ſi iſta non valent, fiat vniuerſalis purgatio. conſi-
deratis particularibns dentur aliqua opiata ſecũdum
varietatem humorũ. Si humores diuerſi ſunt in cau
ſa, detur opiata compoſita: & poſtea fiat hoc empla-
ſtrum. Re. radicẽ vrticæ, & ellebori. decoquantur in
aceto: & addita calce viua & axungia fiat emplaſtrũ.
Ad glandulas vbicunq; & in quacunq; parte corpo-
ris fuerint, vel ſint: combure plumbum cũ lignis ſam
buci, vel ficus, vel coruli: & fac vnguentum cũ oleo
& aceto, et inungas glandulas: deinde laminã plumbi
tenuem et planã firmiter ſuperliga: et dimittas per. ix.
dies: poſtea auferas, & iterum inunge: poſtea laminã
ſuperpone: & ſic p. iiij. hebdomadas hoc facias: & ſic
faciendo liberabitur, ſi deus voluerit. In diminu-

E tione lunæ cum luna ſit tantũ. xi. dierum. Accipe. xi.
criſpellas de radice ſpatulę fœtidę, & raphani agreſtis.
alia die. x. alia die. ix. & ſic vſq; ad finem lunæ quoli
bet die diminuendo vnam. ꝙ ſi hęc medicina nõ va
luerit: ad chirurgiam eſt recurrendum: hoc tamẽ prę
notato: ꝙ non debet incidi aliqua ſcroffula vel glan
dula: quæ manibus bene teneri & tractari non poſſit.
Ad incidendũ igitur ſcroffulam vel glandulã, primo
debet accipi: & cum vna manu fortiter teneri: & cuti
cula ſuperior in longum incidi non ſecundũ longitu
dinẽ morbi: ſed ſecundũ longitudinem carnis: et vn
diq; ſcarnari: & cum vnco ipſa apprehendi, & ad ex
teriora trahi: & ſi alia ſcroffula vel glãdula circa ſe fue
rit: ipſa cum illa extrahatur ex toto, & ſuauiter: & om
nes quę ſunt ibi, ſemper cũ ſuo folliculo extrahantur.
Si autem hæmorrhoſagia nimis ſequitur, per interual
F la trahantur: & tunc vulnus impleatur pãno in albu.
oui infuſo. Secũda vero die ſiquid de folliculo ſuo
vel de ſcroffula remanſerit, ſuperponatur puluis de
aſphodelis: qui ſuperius dictus eſt in cura capitis: in il
lo capitulo qui intitulatur de ſcroffulis quæ naſcũtur
in capite: deĩde carnoſitas & putredo illa extrahatur.
Hic autẽ puluis ad corrodendum & ad rumpendum
talem panniculum eſt mittendus: & cũ vulnus tunc
factum fuerit & deſiccatum, pannus in albu. oui infu
ſus in vulnere eſt mittendus. ſuperius vero ſtuppa cũ
ouo, quouſque videas panniculũ bene putrefactum
atque corruptum: et vulnus aliquantulum ſaniẽ emit
tere. Poſtea vero vnguẽtum viride quod dictum eſt
ſuperius in capitulo: qđ intitulatur de curis naſi a ſu
perfluitatibus: & cum alijs quæ ſunt adhibẽda in vul
neribus, curã adhibeamus. Cartilago quæ ex trãſuer
G ſo extendit auris cauterizata ſolet ſcroffulas liberare.

*De bubone ſub aſcellis & in inguine.* *Cap.* IIII.

SOlet quandoque humorum fluxus accedere ſub
aſcellis, & in inguine, et facere diram collectionẽ,
& magnam extremitatẽ, & in profundo & imis mẽ
bris comburentem: quæ bubo vocatur. Eſt autem
quidã curabilis, & quidã incurabilis. Si enim æger
& febrẽ, & cõtinuum calorem inde patiatur, & ſitim
vehementem, extenuetur corpus, & nimis magna ſit
collectio, & dolorem in ꝓfundo pectoris ſentiat, qđ
contingit quandoque cum eſt ſub aſcellis: incurabi
lis eſt. Item ſi cũ prædictis ſignis in aliquo loco ali
quantulum ſit mollis: ita ꝙ de ſanie aliquid videatur
eſſe in profundo bubonis, et cutis ĩmoderate ſit dura:
incurabilis eſt. Item ſi erupta ſanie quoquo modo
ſit intus ſuperflua, & plerũque dura, & aliquãdo mol
H lis, quæ appoſitis corroſiuis plus creſcat, quã minua
tur: ſimiliter incurabilis eſt. Si autem fuerit quantũ
ouum anſerinũ, uel minor, & omnino dolore careat,
pectoris, & magis duritie mollities: nec extenuat cor
pus a prædictis ſymptomatibus: licet modicam tamẽ
habeat ſitim, et calorem: poſſibile eſt curari: dũmodo
dicta ſuperius non habeant cohærentiam. Indiget
ergo maturatiuis: ex quo uero maturata fuerit, cũ la
gittella ubi magis dependet, aperiatur cũ amplo uul
nere. Nulla enim ratione expectetur, donec crepet
per ſe: qđ ſi feceris: uix aut nunquam de cętero curabi
tur. Inciſione uero facta, ad inſtar aliorum apoſtema
tum uel uulnerum curabitur.

*De fiſtula & potiſſimum in partibus colli.* *Cap.* V.

FIſtula eſt apoſtema, cuius os eſt ſtrictum & fun
dum

dum habet amplum & profundum, quæ aliquoties
fit vitio interiorum. interdum vitio exteriorum. Et
accidit vitio interiorum, vt ex humoribus. Vitio ex-
teriorum, vt in dicta cura vulneris. Huiusmodi au
tem fistula aliquando est ex multo tempore: aliquan-
do ex breui. Item alia est in neruosis locis & intricatis
et plenis neruis venis & arterijs. alia est in carnosis. Itē
alia corrodit carnem. alia corrodit os. alia neruū. Vna
quęque igitur per propria signa cognoscitur. Quæ
nāque carnem tantum corrumpit: putredinem emit-
tit velut aquam albam. Cum vero os fuerit læsum:
exit putredo velut lotura carnis. Si vero neruus fue-
rit læsus: putredo exit nigra, & fœtet multum. Ex qui
bus omnibus manifeste cognoscitur ꝙ pro varietate
subiectarum partium corporis in hac ægritudine va-
ria cura est adhibenda. Quia igitur circa collum cer
uicem & guttur quæ implicata sunt, & intricata ner-
uis, venis, & arterijs: incisiones, vel adustiones facere
non audemus: ideo tali cura succurrimus. Si talis mea
tus fuerit strictus, amplietur cum tasta mali terræ, vel
radice laureolæ, vel iari, vel bryoniæ, vel draguntęę,
aut cum meditullio sambuci uel ellebori siue cucume
ris agrestis. hoc modo fiat tenta de malo terræ sicco
vel de aliquo supra dictorum: & per meatum fistulæ
imittatur: ita ꝙ meatus ille īpleatur: & ita a mane vsq;
ad sero vel econuerso dimittatur. Cum vero os fi-
stulæ bene elargatum fuerit: nisi locus ille multum fit
implicatus & intricatus neruis, venis, & arterijs: vt si
fit circa collum, vnguentum ruptorium quod fit de
calce viua & capitello immittimus. Si vero fuerit
pars multum implicata venis & arterijs, puluerem
de asphodelis immittere consueuimus. Q; si fuerit
vir delicatus & diues: vnguentum pretiosum ad hāc
curam īmittimus: quod est. Accipe piperis, pyrethri,
auripigmenti, aluminis zucharini, sinapis, ellebori al-
bi & nigri. gallutiæ, floris æris, ana: calcis viuæ quan-
tum de omnibus. confice sic: terenda tere: puluerizā-
da pulueriza: & cum sapone spatarensi diligenter in-
corpora: & ideo informa tastam: & vsq; ad profun-
dum fistulæ intromittas. hoc autem vnguentum in
illo meatu liquefit totum, & fistulam suauiter occi-
dit, atq; desiccat. vnde statim vitellum cum stuppa
vel albumen cum oleo quousque ignis cadat, appo-
nimus. Postquam ergo fistula quę prius saniem velut
aquam liquidam emittebat: emittit saniem spissam:
mortua est: deinde cum vnguento viridi quod dictū
est in cura carnis, quæ videtur polypus, et cū alijs vn
guentis vsque ad finem curamus. Si ergo fistula nō
sit in neruosis locis nec in arteriosis implicata: sed fit
inter carnem & cutim, ex longo uel ex obliquo: si
os fistulæ est strictum, elargetur sic. tenta linea vsque
ad profundum mittatur: & sic aliquantulum cuticu-
la ad superiora leuetur, & a profundo fistulæ vsque
ad os eius super tentam vsque ad ipsam scindatur:
pannus infusus in albumine oui mittatur a mane vs-
que ad sero: vel econuerso relinquatur: postea ve-
ro puluis de asphodelis superponatur. Cum au-
tem vulnus ipsum tumefactum videris: signum est
mortificatæ fistulæ: cui subueniendum est cum ouo
& vnguento viridi, & alijs quæ in curis vulnerum di
cta sunt. Et est sciendum, ꝙ si incisio debet fieri in
istis locis in quibus sunt nerui, venæ, & arteriæ, vt cir
ca collum: debet fieri cum magna cautela: nec festi-
nanter, vel subito fiat. timendum enim esset infirmi

A defectus. caueat etiam sibi ne faciat incisionem in tali
loco: & maxime chirurgis nouus et rudis.

## *De botio gulæ.* Cap. VI.

BOtium fit in gula, & fit ad illud tale experimen
tum cantando pater noster. fodias nucem quæ
nondum fecisset fructum, et radices cum tota alia sub
stantia bene pista cum. cc. granis piperis. bulliant in
optimo vino vsq; ad medietatem: & hoc vino vta-
tur patiens omni mane donec liberetur. Vel fiat ta
le electuarium. Accipe radices uiticellæ, radices cucur
bitæ agrestis, cyclaminis, polypodij, asparagi, brusci,
aristolochiæ rotundæ, cucumeris agrestis, iari, ballā
marinam, spongiam marinam, brancam vrsinā, bu-
rit, lac de scrofa primo filios producente, & radices
B tassi barbassi: confice sic. Omnia ista desiccata tere, &
cribra. ballam uero marinam & spongiam incende,
& tere: cum supradictis ad modum electuarij cū mel-
le misce: & cum dormitum uadit, sub lingua mitte.
item polypodium, malum terræ. modica enim parti
cula ibi remanente inde patiens cadit. loco ergo bene
purificato in parte sui: & puluis rubeus potest super-
aspergi: & sicut in alijs superius diximus: ita quidem
in hac cura ualet expleri. Si uero botium ipsum ual
de magnum sit, & intricatū uenis et arterijs: ꝙ manu
non possit eleuari, & bene tractari, & uirtus patien-
tis non multa sit, & ætas processerit. nostro enim di-
cto ab eius cura est desistendum. solet enim huius-
modi botium multas partes habere: quas ualde diffi-
cile est euacuare: quibus ferrum calidum appone: ne
pulsus arteriæ, neruique lædantur: omnino refugi-
C mus: quocunque modo his per chirurgiam subueni-
mus: eos super bancum ligamus: & firmiter tene-
ri facimus.

Medicamentum pretiosissimum & ueracissimum
contra botium. Accipe semen canapis, & ritium, uel
eius pellem, spongiam marinam, ballam marinam,
tartarum, os ursi, & præcipue de capite, os sepiæ, ana
uncias quatuor, piperis, zinzib. pyrethri. salisgēmæ,
ana uncias duas, nucis muscatæ, gariophyllorum, cu-
bebe, piperis longi, piperis albi, galangę, cinnamomi,
euphorbij, ellebori albi, & nigri, ana unc. duas, botij,
ulmi, salisnitri, cuticulæ cypressinæ, adarcis, bedegar.
terantur terenda: & comburantur comburenda: &
omnia in puluerem redigantur: & detur patienti ieiu
no in mane & sero eunti dormitum quantum tribus
digitis capi potest: & transglutiat paulatim cum mo-
D ra. postea fiat emplastrum supra botium, de calce ui-
ua, & tegula una torrefacta, & puluerizata: & caricis
tritis, & pumice, omnia ista in uino puro bulliant: re-
mota ab igne supra pellem pillosam ponātur: & aloe
puluerizata desuper aspergatur: & gutturi patien-
ti calida superponatur, botio radices tassi barbassi
in aqua coquas; ut tres phialæ redeant ad unam: & ibi
prædictum puluerem in sero pone: & mane patienti
de aqua prædicta colaturam similiter tribue. Eodē
uero die aquam non bibat: & usque ad tertiam diem
neque potionem, neque puluerem bibat, a tertio ue-
ro die in antea puluerem sic præparatum sub lingua
mitte: & usque ad decem dies, uel undecim, sic facias
potionem, de undecimo in undecimum diem da-
bis. Si uero talibus experimentis patiens non libe-
rabitur, ad chirurgiam est recurrēdū. Si ergo fuerit

vnum botium tantum, cum ferro calido ĩmittamus, vnum setonem tantum in longum & alterum in latum. pannus infusus in ouo, vel axungia superponatur: & omni die mane & sero setones ad exteriora trahantur: vt penitus caro truncetur cum illis: quod cũ factum fuerit: si quid de botio remanserit: ponatur supradictus puluis de asphodelis, & purificato loco curetur vt cętera vulnera. Q. si sit minus implicitum arterijs, botium sub vna manu firmiter apprehẽdatur, & cuticula in longum caute incidatur: & botio vnco apprehenso hincinde botium illud scarnetur, & a cuticula remoueatur: & digitis ĩtromittatur: & accepto botio cum folliculo suo extrahatur. vulnus panno lineo impleatur leuiter tantum: & si multus sanguis superuenerit: ea remedia adhibeantur: quæ superius dicta sunt in hac particula in eo capitulo quod intitulatur de vulnere cum sagitta ceruice: & cũ his remedijs per tres dies dimittatur. Postea vero si quid remanserit, ponatur puluis de asphodelis: cui postea subueniẽdum est cum ouo: deinde procedẽdum est, vt in alijs vulneribus. Hoc quoque diligenter est attendendum: ꝙ folliculus botij radicitus euellatur: vt de eo nihil relinquatur.

Diæta sit talis. Comedat patiens panem fermẽtatũ bene coctum, et recentẽ: bibat vinũ purum, et modicũ de istis: & sic vsq; ad. xv. dies vel. xx. dies vel. xxx dies: vtendum est desiccatiuis: & sic sine dubio liberabitur: etiam si fuerit. xxv. annorum vel. xxx. Fiat etiam fumigium de cruce marina: & patiens accipiat hoc fumigium in ore cum emboto. caueat sibi patiẽs a coitu vsq; ad vnũ annum si potest, & ab omnibus frigidis, & indigestibilibus, & a frixis, a pane azymo, & ab aqua vsq; ad annum si potest, & ab omnibus inflatiuis cibis. Fricetur sæpe botium manibus fortiter: & inungatur balsamo, si fuerit regina, vel aliqua ditissima persona. Si fuerit inferior persona: inũgatur cum vnguento aureo: & si hoc non habet, fiat idẽ cum saliua vel aceto, vel cum vino tepido.

Fiat etiam hoc emplastrum de radice lapathij acuti in vino decocta: & cum axungia porcina, vel vrsina, quæ melior est: diligenter insimul incorpora: & vnc. i. aloes triti & pulverizati supra dicto emplastro aspergatur: & sic calidum supra botium apponatur. Sed vt videantur fieri plura: talem faciat medicus incantationem vel coniurationem. Coniuratio siue incantatio botij. Cauo, Cauo, Cauo, recede, quia filius Dei te maledicit. In nomine patris & filij & spiritus sancti. recede ab isto famulo Dei: et faciat circulum ad collũ de cãdela benedicta de festo sanctæ Marię cantãdo pater noster tribus vicibus in nomine sanctæ trinitatis.

### *De squinantia.* Cap. VII.

Squinãtia est apostema quod in gutture nascitur: cuius tres sunt species. Quarum prima squinantia vocatur: & hæc inter tracheã arteriam, & œsophagũ nascitur, in loco qui dicitur isthmos: quæ species est pernecabilis: cuius cura soli Deo seruatur. Secunda dicitur sinantia: quæ partem materiei retinet interius: partem vero foras emittit: vt tumorem exterius videre possis: & hęc minus malitiosa est. Est & tertia species quæ dicitur schinantia: cuius materia tota foras emittit: de cuius malitia maxime timere debemus. Quęcunque vero istarum specierum fuerit: generalia signa sunt hæc. Difficultas inspirandi & respirandi: E cibum quoque non potest suscipere: sputum a gutture emittere non possunt. Quibus a principio sic subueniamus.

Si virtus & ætas permiserit: sanguinem de vena cephalica vel de vena quæ est sub lingua: extrahimus. Gargarisma de sapa, vel diamoron fieri volumus: uel fiat tale gargarisma. Sumat gallas, balaustias, rosas: lẽte facias bullire in aqua rosacea vel pluuiali: & de hac sibi patiẽs gargarizet sæpius. hoc enim gargarisma humores currentes ad locũ dolentẽ reprimit. In principio debemus insistere cũ repercussiuis gargarismatibus: qa fere semp fit de rheumatico humore ꝑ maiori parte: deinde cum consumptiuis & inspissatiuis humorum. Extrinsecus autem de dialthæa, & similibus vngatur. Vel fiat cataplasma: quod omnino secundam & tertiam speciem curat: quod sic fit. Accipe raF dices ebuli, porrinas, quæ non sint remotæ neq; euulsæ a loco: in quo sunt natæ absinthium, cardum benedictum, senationes ad libitum. ista bene pistentur: & succus extrahatur. Item accipe farinam hordei, & farinã seminis lini, & cũ succo supradicto distempera, & incorpora: ita tamen ꝙ multũ remaneant liquida. postea vero accipe axũgiam porcinam, & liquefacias ad ignem in patella: & adde mellis ęqualẽ quãtitatẽ cum axungia: & facias bullire: deinde prædictum succum in farina hordei in eadem patella mitte cum prædictis admisce, & incorpora: et tãdiu facias bullire: quousq; ad spissitudinem veniant: & in modum alicuius embrochæ tale cataplasma super locum illum ponatur: ter vel quater in die mutetur: & semper calidũ remoueatur. Cum autem tale apostema intus saniem fecerit, digito vel aliquo instrumento ipsum apostema G rumpere, & saniem emittere non est inutile. sic enim aliquos propria manu curaui.

Emplastrum ad squinantiam. Accipe althæam, & restas alliorum, & coque in aqua: & postea pistentur cum axungia: & desuper ponatur. Vel fiat emplastrum de radicibus lapathij acuti, & restis alliorum, et axungia: & desuper ponatur. Contra squinantiam fiat tale experimentum. Sumantur carnes bouinæ salsæ semicoctæ ad modum castaneæ vel ad modũ auellanæ: et insuãtur firmiter filo longo serico: ne fortẽpatiens velit nolit carnem illam transglutiat: et medicus extrahat illam subito cum violentia: vt ita possit apostema rumpi.

### *De branchis natis interius, siue de amygdalis.* Ca. VIII.

BRanchi interius tumẽt: & quasi amygdalas creãt H duas: vnde difficilis est screatio, & anxia spiritus attractio. Quibus gargarismata prius adhibeantur: a quibus si patiens non liberabitur: ad chirurgiã est recurrendum. Infirmum ergo primum coram te constitue. cuius ore aperto linguam inferius cum instrumento apto premas: ita ꝙ illas amygdalas videre possis: & vnco ferreo vel æneo capere: & competenti ferro incidere valeas. Pelliculas autem illas quæ stant iuxta eas illæsas relinque. postea de aqua rosacea cum aceto æqualiter fac gargarisma: & cum succo arnoglossę similiter. Si uero sanguis multus fluxerit, melicratum adde: ꝙ si putredinem fecerit: horum incisio fiat. Cutis in longum incidatur: & instrumẽtis ad hoc factis illæ extrahantur: & a radice funditus euellantur: locum autem aureo instrumento vel ferreo decoquimus.

*De passione quadam gutturis dicta folium.* Cap. IX. A

Est autem alia quædam passio quæ nascitur in ore iuxta epiglottin quæ dicitur foliũ: quia sunt vna vel duę carunculę tenues & latę ad modum folij: quę obstruuntur circa tracheam arteriam: & vocem impediunt. cum vero patiens os aperit ad loquendum, se eleuant: & foramen tracheæ arteriæ oppilant. cum vero os claudit, subsident: unde patiẽs vix potest formare aliquod verbum intelligibile: quæ passio nunquam curatur, nisi beneficio chirurgiæ.

*De tumore & elongatione uuulæ.* Cap. X.

Vvula sæpe tumescit vel elongatur: quæ deficcetur pulueribus constrictiuis & consumptiuis, & gargarismatibus: & hoc puluere: qui. Recip. gallæ, balaustiæ, piperis, pyrethri, cinnamomi: & superponatur puluis cum cõcauo ferreo vel alio instru- B mento, & eleuetur. Vel fiat gargarisma. quod Reci. vini dulcis, & mellis, et aceti, ana. piperis, pyrethri, staphidis agriæ, balaustię, æqualiter de omnibus: ista pulverizata bulliant in prædictis liquoribus. Vtatur vino isto mane & sero. Vtatur etiam hoc emplastro quod fit de melle calido & pulueribus bacarum lauri, cymini, pulegij, origani, & euphorbij, ana. & pone in summitate capitis cum stuppa. Item ad relaxationem vuæ coctura facta in occipitio confert: & emplastrum factum de pice liquefacta super ignẽ: & de puluere mastiches, & olibani commistis: & illud tepidũ in occipitio ponatur. fiant gargarismata constrictiua: nisi multus humor sit in causa: ꝙ si sit, fiant gargarismata in parte consumptiua & in parte dissolutiua. Si autem nõ sic desiccetur: incidatur cum forcipibus ad hæc factis: vel cum aliquo alio instrumento com- C petenti ad hoc iuxta palatum in subtiliori loco. Caue tamen ne radices vuulæ tangas: & fiat gargarisma cũ desiccatiuis: de quo gargarizet die et nocte. Caueat sibi patiens ne supinus iaceat: & aquam vbi cocta sit gallina pinguissima: sæpissime gargarizet. Caueat sibi patiens ne multum dormiat per tres noctes: quia in somno prouocatur rheuma. Vel post incisionem incendatur numo aureo: & gargarismata fiant vt superius diximus.

*De dislocatione ossis coniungentis caput in collo.* Ca. XI.

Os iugulare id est os rotundũ, quod est in summitate colli vbi nuca incipit: quandoq; a proprio loco descendit. vnde si collum disiungitur, fit vitium in iunctura colli. Cui nisi medicus cito succurrat: moritur de facili, & suffocatur infirmus. Cui sic festinã- D ter est subueniendum. os ei aperiatur: & lignum vel aliud tale, vt os apertum teneat, in ore mittatur: curetur postea: ꝙ si iuuenis est, & de nouo disiunctio sit, arripiatur in summitate capitis per capillos: & eleuetur subito: et faseolus sub mãdibulis põatur: vtranq; partem faseoli medicus ad superiora leuando: firmiter manibus teneat. pedem autem vnum in vno humero, aliud in alio ponat: vt pedibus ad inferiora premendo; & manibus caput ad superiora fortiter leuando: os ipsum ad propriam iũcturam competenter reducat. Postea vngatur locus de dialthæa, vel martiaton, & lana succida vel stuppa superligetur: & sic omni die fiant fomentationes & inunctiones. minutio solet fore vtilis in tertia die.

*De uulnere gutturis.* Cap. XII.

Si autem fiat vulnus in gutture: ita ꝙ œsophagus vel trachea arteria, pforetur vel incidatur: Cuiuscunq; modi sit: mortale est. tamen si œsophagus incisus fuerit, stricte suatur, & spisse: & vnguento fusco semper vngatur. Si ex transuerso perforetur gula, & non œsophagus, suatur cuticula illa: & curetur vt cætera vulnera vt superius diximus. Si vero telum sit in ceruice infixũ, & venã perforauerit, vel arteriam: ita ꝙ sanguinem nimium vulnus offendat: statim abstracto telo vena suatur: vt diximus in tertia particula superius. puluerẽ rubeum uulneri apponimus: uel alios pulueres: quos inferius dicemus. Sanguine constricto curemus: deinde vt in similibus curis iam diximus.

Explicit liber secundus.

## CHIRVRGIÆ ROLANDI LIBER Tertius.

Qvod tanti operis vtilitatem tractare tetigi, & ordine certo doctorum meorum scientiam: in hac arte redigere desideraui: plus fuit deuotio pręsentibus & futuris proficiẽdi, quam de viribus aut commoditate temporis. Quocirca prouidus lector negocijs imminentibus, & breuitati temporis parcat potius deliberata ratione, quam inuidiæ liuore rescindat. Hoc autem opus in pluribus particulis diuidendum esse decreui: ut curarum varietates de singulis particulis valeant competentius colligi: & diligentibus lectoribus commodius memoriæ commẽdari. Curis igitur eorum quæ sunt ab omoplatis superius & osse, quod est catena gulæ prosecutis: De curis omoplatarum & catenæ gulæ omnium eorum quæ sunt ab istis vsq; ad genitalia tractare curabo.

Capitulum primum De vulneribus quæ fiunt in omoplatis.

*De uulneribus quæ fiunt in omoplatis.* Cap. I.

VUlneribus quæ fiunt in omoplatis, si fuerit ensis vel alterius similis, sic subuenire consueuimus. Si vulnus recens fuerit; illico superfluis purgatis fuimus: extremitatem apertam relinquimus: puluerẽ rubeum superaspergimus: & cætera diligenter prosequimur: quæ dicta sunt superius in secunda particula de suturis. Si vero vulnus non fuerit recens: primo bene purgetur, & sanguis in vulnere prouocetur: deinde suatur, & fiat vt dictum est superius. Si vero telo fuerit perforatum: lardonem immittimus: & cætera facimus vt dictum est superius in secunda particula, in cura colli quando telo est perforatum, vel vulneratum.

Si magnum & profundum sit vulnus in humeris vel omoplatis, quod sui debet: quia uerendum est, ne putredo generetur sub sutura: quia stuelli nõ possunt attingere ad medium. ideo antequam fiat sutura, mũdificetur vulnus, & bene purgetur ab omni superfluitate: deinde ponatur quasi seto de panno lineo bene loto & stricto & siccato, & valde longus: deinde vulnus competenter suatur: & ponatur ibi bis in die vel ter secundum quantitatem putredinis: trahatur ex illa parte vbi magis vulnus dependet: & abscindatur tantum quantum fuit in putredine: & si deficit ille seto, suatur ad alterũ caput: & sic fiat quousq; vulnus consolidetur. Et postea abstrahatur seto ille: et deinde fiat stuellus ad modum foraminis diminuendo: vt superius dictum est.

*De uulneribus quæ fiunt in catena gulæ.* Cap. II.

SI catena gulæ fuerit incisa: sic est subueniendum. In primis vulnus ipsum pãno in albumine oui infuso & aliquantulum expresso, bene impleatur. vitellus oui cum stuppa superponatur. postea vero pannus siccus cum embrocha ad saniem prouocandam, pro varietate temporis superponatur. Cum vero os vel aliud videris, quod abstrahi debeat, caute illud re-

E moueas: deinde cum vnguẽto fusco & cæteris vt alijs vulneribus diximus: curam adhibeas.

*De ruptura, uel dislocatione catenæ gulæ cum uulnere, & sine uulnere.* Cap. III.

SI os quod est catena gulæ, fractũ fuerit: uel aliquo modo a nodo resederit: medicus brachiũ infirmi vel humerũ eleuet vna manu: & altera manu partem illius ossis: eleuationem inferius comprimat: & plagella stuppæ inuoluta ĩ albumine oui superponatur: plumaceolo etiam superposito ferula ad modum crucis superponatur: & longa fascia superligetur ex omni parte: & brachium ligetur ad collũ vt sit suspensum: & plumaceolus immittatur sub ascellis: ne brachium ad inferiora cadere possit: & nullo modo deponatur donec sanus sit.

F Si vero talis fractura sit cum vulnere: super locum illum fascia longa non superligetur. Sed vbi est fractura, relinquatur apertum, vt per locum illum stuellus intromittatur, ut curari possit sicut cętera vulnera. Ligatura vero illius sit partis super longam fasciam.

*De uulnere humeri cum eius dislocatione.* Cap. IIII.

SI ex vulnere humerus a superioribus sit disiunctus: sic cura adhibeatur. primo vulnus mundificetur: & si non sit recens sanguis in eo prouocetur: si aliquid abstrahendum est: primo remoueatur: deinde vulnus hoc modo suatur. pars parti primo competenter reddatur: & in superiori parte humeri utraq; pars cum acu firmiter capiatur: & filum quod acui adhæret, ipsi acui diligenter obuoluatur: & acus in hac sutura relinquatur usq; ad consolidationem uul-

G neris. In hunc quoque modum fiant quousque punctos in hac cura utiles esse cognoueris: ita q̃ semper acus in quolibet puncto relinquas. postea uero puluerem rubeum qui dictus est, superasperge: plumaceolũ superpone. extremitates, ut in alijs curis diximus, apertas relinque: et cætera ut superius diximus in alijs suturis, diligenter attende. Cum autem uulnus uideris consolidatum circa suturas, acus prædictas & fila remoueas. stuellos, sicut in alijs suturis diximus, imittas, & diminuas: & deinde ut in similibus usque ad finem curam adhibeas. Si uero a superioribus non disiungitur: primo si aliquid abstrahendum sit, remoueas: & deinde usq; ad finem curetur: ut in suturis uulnerum diximus.

*De uulnere brachij cum incisione nerui, uel ossis ex transuerso.* Cap. V.

H SI os brachij uel neruus ex trãsuerso sit incisus: primo impleatur panno in albumine oui infuso: deinde pannus siccus intromittatur: & pultes pro diuersitate temporis ponantur. Si uero de osse aliquid remouendum sit, abstrahas: sed si extrahi non possit nisi cum magno dolore & difficultate, dimittas: & facias tale emplastrum: quod optime habet remouere os fractum, uel lignum ibi existens: polypodium cũ modica axungia ueteri tritũ superliga. Si uis etiã, adhibe apostolicũ in quo multũ sit de puluere magnetis.

Aliud ad idem quod etiam extrahit sagittam sine dolore. Radices pimpinellæ, radices arundinis, cum melle tere, & superpone. Neruo curã in secũda particula dictam mediam cum lumbricis terrestibus, vel cum

cum futura cuticulæ & nerui adhibeas: deinde cũ vnguento fusco et alijs iam dictis curam adiungas. Et nota ꝙ si de tali vulnere sanguis vnctuosus in modum olei exierit: certum est medullam incisam fuisse: & mortale esse.

*De dolore, uel inflatione, aut duritie neruorum.* *Ca.* VI.

SI vero dolor vel inflatio aut durities neruis inhę serit: vnde ipsi contrahantur: dialthæa inungere consueuimus: quæ sic fit.

Accipe euisci siue althęę radicum libras duas, seminis fœnugræci libram vnam, scillæ libram mediam. olei libras tres, cerę libram vnam, terebinthine, galbani, gummi ederę, ana vncias tres, colophonię, resinę, ana libram mediam. omnes radices bene abluantur, & terantur. similiter semen fœnugræci, & scilla: & cũ bene trita fuerint, ponantur in sex libris aquæ per tres dies. quarta die super ignem ponantur, & bulliant donec incipiant inspissari: deinde paulatim in sacculo ponantur: & cum exprimere volueris: addatur aliquantulum feruentis aquæ ad extractionem illius viscosissimi succi: de quo accipiantur libræ duę, & ponantur in libris quatuor olei: & bulliant ad succi cõsumptionem: quod cognoscitur cum nihil succi supernatauerit. Postea addatur ceræ libra vna: & cum liquefacta fuerit, terebinthinam adde. postea gũmi ederæ contusum, & galbanum. ad vltimum ponatur puluis colophoniæ & resinæ: & cum coctum fuerit, deponatur ab igne.

Signa vero decoctionis sunt cum gutta super marmor inspissatur: & postquam colatum fuerit, et infrigidatum, reponatur: & vsui reseruetur. Valet etiã ad dolorem pectoris ex frigiditate, & pleuresi prius in testa oui aliquantulum calefactum ad ignẽ: & super pectus inunctum: sanat omnia loca infrigidata, & desiccata: calefacit, mollificat, & humectat. Qꝫ si nõ habes dialthęam, facias tale emplastrum: quod valet ad duritiem neruorum. farina hordei admisceatur cum terebinthina: & insimul incorporentur, & superponatur. Hoc idem valet ad duras carnes remolliendas. Probatum est.

*De unguentis ad purificationem uulneris.* *Cap.* VII.

ACcipe olei libram vnam, sepi arietini librã mediam, ceræ albæ vncias duas, picis græcæ vncias tres, saluię, sisimbrij, ana vnciam vnam. balsamitæ aquaticæ, lentisci, sauinæ, anethi, rutæ, omniũ ana manipulum vnum: confice sic. ceram & sepum cum oleo solue, & cola. postea puluerem terendorum misce: cumque conglutinatum fuerit, vsui reserua. Vel facias sic.

Accipe saluiæ syluestris, & domesticæ, lanceolę, cẽtinodiæ, pimpinellæ, artemisiæ, & linguæ bouis, ana manipulum vnũ: & pista in mortario cum libra vna sepi arietini: & inde magdaleones informa: & dimitte vt insimul marcescant: postea in libram vnam olei cõmunis ipsos magdaleones mittas: & in stannato ad ignem tã diu bullire facias quousqꝫ herbæ petant fundum: deinde stannatum ab igne remoueas: & prædictas herbas & oleum per pãnum cola: & ad ignem in stannato repone: & cum bullire ceperit: addantur ibi vnciæ tres ceræ in æstate, & duæ in hyeme: & cum cera liquefacta fuerit, addatur mastiches, olibani, colophoniæ, ana vncia vna. prius bene puluerizatæ: & cũ

A spatula agitãdo diligẽter incorporetur: deide ab igne remoue: et aliquantulũ terebinthinæ adiungæ: & diu agitando cum spatula simul incorpora: & vsui reserua. Valet etiam hoc vnguẽtum mirabiliter ad vulneris putrefacti mundificationem: & ad bonam carnem generandam, & nutriendam.

*De superflua carne a uulnere remouenda.* *Cap.* VIII.

SI vero superflua caro vulneribus superuenerit: puluerem de hermodactylis ponere cõsueuimus hoc modo. Inficiatur bombax saliua, et puluis de hermodactylis superponatur bombaci: & deinde uulneri superponatur. Vel fiat talis puluis. Accipe calcis viuæ vncias quatuor, auripigmenti vnciam vnã, aquæ calidæ quod sufficit: omnia ista prius ponantur ad ignem: cum spatula diu commisce, donec in-
B simul incorporentur: & postea ad solem tandiu dimitte, donec multum siccetur. postea vero subtilissime tere: & vsui reserua. Vel fiat talis puluis: quo sæpius vti consueuimus: qui Recipit. hermodactyli, aristolochiæ rotundæ, floris æris ana. quæ omnia simul puluerizentur: et hic puluis vsui reseruetur: competenter enim & non violenter carnem superfluam in vulnere corrodit. Vel accipe calcem viuam, & distempera cum melle: & ad modum pastæ: & fac inde panem, & super tegulam calidam coque: & fac inde puluerem. carnem corrodit, & cancrum interficit

*De erysipelate superueniente uulneri.* *Cap.* IX.

QVia solet erysipelas vulneribus superuenire & quædam alia accidentia: ideo & signa & curas erysipelatis ponimus. Fiũt enim in vul-
C nere pustulæ aliquoties albæ, & locus temperatus, & bene tractabilis: & hoc bonum signum est in vulnere. Aliquoties vero nigredo superuenit vulneri, & locus est durus, & tostus, et male tractabilis: quod malum est in vulnere signum.

Si ergo erysipelatus est locus, cum frigidis subuenimus. apponitur ergo plagella cum succo semperuiuę infusa, et succo solathri vermicularis, vmbilici veneris, hyoscyami: quibus admiscemus albumẽ oui, oleũ rosatum, & viola. sandalos albos & rubeos: ꝙ si hæc omnia habere non possumus: de quibus tantũ apponimus: & cum ad propriam naturam redierit: statim ab hac medicina desistas.

Videmus quandoqꝫ vulnera cõcaua fieri. fit enim concauitas in vulneribus tribus de causis: vel lęsione: vel ex inobedientia ægri non patientis perfecte cura-
D ri vsqꝫ ad profundum, vnde interius putrefit: vel ex imperitia medici superficialiter curãtis: super quibus ad carnem creandam & regenerandam tale medicamen fieri potest. Accipe sepi colati libram vnam. colophoniæ, vncias sex. cerę, vncias quatuor. olei phyalas duas, mastiches, olibani, myrrhæ, ana vncias quatuor: confice sic. sepum & ceram cum oleo solue, & cola: & postea puluerem terendorum admisce: & cũ conglutinatum fuerit, vsui reserua.

*De carbunculo superueniente uulneri.* *Cap.* X.

CArbunculo vero superueniente uulneri populeon inungere circa cõsueuimus: sed quicquid dicat Rogerius, hoc non approbo: quoniam apocrustica non debent apponi propter refluxum materiei.

Fit aũt sic populeõ. Accipe oculorũ populi folio-

rum papaueris albi nigri. foliorũ mandragorę, cimarum rubi tenerrimarum, foliorũ hyoscyami, solathri vermicularis, lactucæ, semperuiuæ, bardanæ, violæ, vmbilici ueneris, scatuncelli, ana uncias quatuor. axũgiæ porcinę nouellę vel veteris bene ablutæ: lib. tres: & fit hoc modo. oculi populi bene per se pistentur: et iterum cum axungia pistentur: & magdaleones inde formentur: et per duos dies permittantur. In tertia uero die supradictæ herbæ omnes colligantur, & bene terantur: & cum magdaleonibus formatis, rursus per septẽ dies dimittantur. postea vero magdaleones frustatim in caldario cum libra vna odoriferi & optimi vini supra ignem ponantur: & bulliant vsq; ad vini consumptionem cũ spatula semper agitando: & deinde per saccum exprimẽdo cola, & dimitte frigescere: & in vase reconde: valet enim hoc vnguentum ad calorem acutæ febris: et his qui dormire nequeunt inunctis temporibus & pulsibus & plantis manuum & pedum. hoc idem oleo rosato vel viola. mistum, & super inunctum, mirabiliter calorem tollit: et super vmbilicum inunctũ sudorem prouocat.

Super carbunculum vero pone hoc vnguentum: quod recipit auripigmenti, piperis ana. ficus siccas ad libitum tere insimul, & confice cum melle, & coque ad spissitudinem & superpone. carbunculum enim mortificat. Postquam autẽ mortificatum videris, vt caro mortua cadat: hoc vnguentum superpone: quod recipit, maluauiscum, & aliam maluam et brancam vrsinam ana. cũ axungia tere, & dimitte per tres dies marcescere: & postea coque, & cola: & in colatura aliquantum ceræ, & masticheS appone: & iterum coque, & serua.

*De uulneribus brachij.* Cap. XI.

SI carnositas brachij vulnerata fuerit: aut inter humerum & cubitum vbi lacerti affinitas est spatio trium vnciarum infra vulnus fuerit ex mala & incauta cura, periculum euenire prędiximus. Si uero in alijs partibus brachij fuerit, de periculo non est sic timendum. Si enim in iam dictis partibus pustulæ nigræ superuenerint: & tumor ad superiora consederit: signũ malum est. Si vero albæ pustulæ fuerint: & ad inferiora tumor consederit: bonum signum est. Cura vero in vulneribus talibus est eadem, his quæ diximus de vulneribus vbi non est os fractum vel vulneratũ.

Si lacertus est vulneratus, cum suo neruo vel musculo mortis iudicio est condemnandus: ꝙ si nec neruus, nec musculus vulneratus est, & vulnus in longũ est, vtraq; pars alteri comprimendo iungatur, & caute suatur dimisso tamen aperto vbi plaga magis depẽdet, vnde vulnus competentius curari possit. deinde procede vt in alijs suturis diximus. Si vero erysipelas superuenerit ei, cura vt dictum est superius. hoc tamẽ diligenter notato: ꝙ si lacertus conteratur, vel cõdatur ferro, uel cũ aliquo in obliquũ: mortale est. si uero in longũ fuerit vulnus, prædicta cura prosequamur.

Si brachium telo est perforatum ab vna parte ad aliam partem: lardonem vnum immittimus ab vna parte et vnum ex alia: & ita succurrimus: vt in alijs dictum est in secunda particula quando collum est perforatum ab vna parte ad aliam. Si vero tantũ ab vna parte est perforatum: lardonem vnum tantum intromitte: cura decætero vt in similibus dictũ est. Nota ꝙ si brachium & os telo sit perforatum vsq; ad me-

E dullam: timorosum est.

*De uulneribus manus.* Cap. XII.

SI os manus & neruus incidatur, pannus vt in alijs vulneribus intromittatur: & deinde vt dictũ est superius in cura brachij quando os vel neruus est læsus, diligens cura exhibeatur. Et nota ꝙ si incisio sit supra genu vel infra tribus uncijs, uel supra iuncturam manus uel infra: mortale est. Si uero opus fuerit, supra tabellam aliquã manus ponatur, et alligetur tabulę: ne pars uulneris ab alia segregetur. Si autem neruus sit læsus sine osse: supra neruum suatur: & totum uulnus secundum prædictum modum: & puluis rubeus superponatur: & hac cura mirabiliter conglutinatur: et sæpe consolidatur.

Nota ꝙ si nerui manus inciduntur interiores: ita læ-
F ditur manus: ꝙ nec claudi nec aperiri potest: sed in eo erit status in quo uolueris eam, manus, dum curabis. Si uero nec neruus nec os lęsum fuerit: sicut iam dictũ modum uulnus suatur, & cura exhibeatur.

*De contusione, casu, uel percussione membri.* Ca. XIII.

ADuenit sæpe membra ualde lædi ex percussione, casu, uel aliqua fractura. unde contingit tumorem magnũ ibi effici, et humorum superfluitatem abundare: & nisi putredo illa foras emittatur, putrefiunt mẽbra, nerui, caro & os. unde apponenda sunt mollificatiua: ut putredo emittatur. primo manibus ipsa putredo leuiter prematur: & membrum membro iũgatur: ut si fuerit in iunctura brachij brachium humero: si in crure, tibia, coxæ: & sic de reliquis. inungatur dialthæa: & hoc fiat sæpe donec tota materia
G exeat: postea curetur ut cætera uulnera. Nota ꝙ in contusione, uel casu, aut percussione primo facienda est phlebotomia: postmodum repercussiua sunt apponenda. Repercussiuis appositis post phlebotomiã: & nõ conferentibus: iterum est phlebotomia fienda: quousq; conferat: consequenter repercussiua: donec sentiat iuuare. ad ultimum diaphoretica. Et per antispasim facienda est phlebotomia si ex utraq; parte sit per utranq; partem. Iterum notandum est: ꝙ si tumor uel inflatio sit in cubito, quæ per incisionem sit curanda, pręcedẽtibus maturatiuis non debet fieri incisio supra cubitum directe: licet ibi fiat maturatio: ne ex motu impediatur consolidatio in hac parte: sed ex altera parte, ubi magis dependet materia.

*De dislocatione humeri.* Cap. XIIII.

H SI humerus a spatula disiungitur: taliter subuenire solemus. Iaceat infirmus supinus: & lapis uel lignum rotundum ex una parte magis acutum: & ex alia magis rotundum accipiatur: & filis superpositis quasi globus foliorum: & illum rotundum sub ascellis ponatur: & medicus supra ipsum calcaneo diu imprimendo calcitret: & manibus humerum eleuando os ad pristinum statum reducat: & antequam globus auferatur petia in albumine oui ĩfusa, superligetur lõga fascia undiq;: & globus dimittatur ibi, et ligetur: et alia fascia globus & plumaceolus sub brachio ponatur: & illud semper sit suspẽsum & eleuatum. post tertiam uero diem si non bene sit aptatum, apta, & inunge: & eodem modo liga: & si aliqua collectio ibi fuisset facta, fiat minutio contrarię partis.

Et est sciendũ: ꝙ si fiat solutio continuitatis in iun-
ctura

ctura manus vel alia iunctura: præterquam in humero, quoties curatur vulnus, debet membrum moueri sursum & deorsum duplici de causa: vt & proprium habeat motũ, & superfluitas si qua est interius, tali motu effluat.

Contingit quandoq; ꝙ neq; iam dicto modo potest aptari: & tunc longum lignum præparetur: & aliquantulũ amplum: & in medio fiat foramen ad modũ supra dicti globi: & globus ibi ex ampliori parte intromittatur: & lignũ a duobus fortiter teneatur: & teneatur infirmus supra scãnum: & globus sub ascellis collocet. Medicus vero firmiter & viriliter teneat brachium & humerũ ex altera parte: & tenẽtes lignũ eleuent: & alius sit qui scãnum a pedibus patientis auferat: & dum ita pendebit: infirmus humerus ad proprium locum radicetur: postea ligetur vt dictum est superius. Q; si fuerit puer, nõ oportet, nisi vt medicus pugnũ mittat sub ascellis patiẽtis: & teneat humerum eius alia manu: & eleuet cum altera: & ita os ad propriam iuncturã redibit, atq; sanabitur. Si vero fuerit opus: fiat fomentũ prius de aqua, vbi bullierit malua, brãcha vrsina, & similia. locus postea vngatur de dialthæa, vel martiaton, & lana succida: vel stuppa superponatur, atq; ligetur. Cum vero ad propriam futuram redierit: perfecte fiat strictoriũ: quod sic fit. Accipe puluerem rubeum: & cũ albumine oui optime misce: & iterum de farina tritici adde, & insimul cõmisce: & ex eo locum inũge: & desuper cum ligno longo diligẽter inuoluas: deinde liga sicut prius: & sic per plures dies dimittatur: donec iũctura bene fuerit confirmata: Cumq; tumorem illum qui ex strictorio superuenit, repressum videris: tunc patiens aqua calida balneetur: & strictoriũ eleuetur: & ex aqua prædicta fomentetur. Et si cuncta bene stare videris: superponatur sparadrapum: quod sic fit. Puluis mastiches, olibani, picis græcæ, boli, ponantur in cera: & sepo arietino supra ignẽ: quibus prius liquefactis supra ignem, deinde petia inficiatur: & superponatur loco patienti tepidum: & si necesse fuerit, amplietur.

*De dislocatione cubiti.* Cap. XV.

Si os cubiti a proprio loco disiungitur: hoc modo subuenimus. Medicus sub plicatura brachij fasciam imponat: & ex ea tanquã stapham faciat: & pedem in stapha tenendo, & cõprimendo inferius manum & brachium ad humerum eleuet, et deponat: et iterum eleuet: & sic ligetur vt brachium eleuatum sit ad collum: ita ꝙ nõ possit replicari. post paucos vero dies sæpe infirmus tentet brachium ipsum deponere, & eleuare: & sic ligetur, vt non impediatur eleuatio vel depressio: siue depositio. Potest etiã fieri & alia cura: extendatur brachium super terram planam: & cũ calcaneo iuxta læsionem primo apprehensa a medico manu reducatur iũctura ad locũ: & tabellæ sint ex vtraque parte: & caueas ne ferulæ nimis stringantur in extremitatibus propter impedimentum nutrimenti ad locum.

*De dislocatione manus & digitorum.* Cap. XVI.

Si iunctura manus exierit a proprio loco: brachiũ cum vna manu teneatur: & cum altera medicus manum accipiat: & leuiter ac suauiter ad propriũ locum os tanquam attrito loco reducat: & fomentationibus si opus fuerit factis & inunctionibus & tabellis

A ex vtraque parte positis ligetur. Eodem modo digiti ad proprium locum reducantur, cum a propria iunctura recesserint.

*De fractura ossis brachij & humeri.* Cap. XVII.

Si os brachij vel humeri frangatur vsque ad medullam: et maxime si medulla lędatur: semper est infirmus iudicandus ad mortẽ. Et est distinguendum inter brachium & humerum. dicitur enim humerus a iunctura omoplatæ vsque ad iuncturam cubiti. brachiũ dicitur a iunctura cubiti vsque ad iũcturam manus: sed si nõ sit vsq; ad medullã læsus, bene curatur.

In primis ergo ad proprium locũ reducatur. Si fuerit sine carnis ruptura, membrũ debemus ex vtraque parte capere, & leuiter ac suauiter extendere, & manibus cõprimere: vt si sit fractura in brachio, medicus
B faciat discipulum suum tenere infirmũ per manum extendendo digitos et brachium totum: alter sit ex altera parte: qui firmiter teneat infirmum per humerũ. Medicus vero ossa coniungat, & reducat ad propriũ locum vel schema. Quo facto: accipiatur plagella quatuor digitis ampla ad ligandum brachium: quę infusa in albumine oui superponatur: & ex ea brachiũ optime stringatur. Item accipiatur alia petia: supra ipsum ligetur: & ex oĩ parte adæquet. postea quoque ferulas primo paratas aptamus, & chordis superligamus: et sic per tres dies dimittimus. In capite uero triũ dierum similiter facimus: et similiter in alio tertio die. Post nouẽ vero dies p̃paretur strictura: scilicet puluis rubeus sic pręparatus, ut dictũ est superius in tertia cura: & de tali strictura brachiũ optime inungatur & fascia ad supradictũ modũ ponatur et ferulę: et semper
C custodiatur mẽbrũ: ne ĩfirmus se sup illud appodiet: et sic per plures dies dimittatur medium. donec os bene consolidatum fuerit: quod cognoscitur quãdo tumor qui ex strictorio venerat, desinit esse. balneetur aqua calida, & eleuetur strictorium: & bene fomentetur aqua: vbi cocta fuerit malua, & alia talia. postea bene stringatur: sed si os bene consolidatũ fuerit, vngatur dialthæa vel martiaton: & stuppa superposita ligetur vt supra cum fascia vel ferulis: & si visum est ꝙ non sit adhuc bene consolidatum, iterum fiat strictorium, & expectetur simili modo: & si consolidatum fuerit, omni die fiant inunctiones, & fomentationes & ligationes, donec sanus sit: ꝙ si per stricturam vel ligaturam nascatur erysipelas: dissoluatur locus: & dum erysipelas ibi fuerit, non ligetur: sed prædicto modo erysipelati obuietur.

D Si ossis fractura sit cum vulnere: primo sint aliqui, qui membrum firmiter teneant ex vtraque parte: & medicus tentet digito, si aliquod os fractum & separatum sit: quod statim abstrahatur: & os ossi iungatur: & ad proprium locum reducatur. Quo facto fascia ad supradictum modum albumine oui infusa stricte superligetur: ita tamẽ ꝙ supra vulnus fascia sit ad modum vulneris perforata: et supra ipsam aliam fasciam sicut supra diximus: quæ ibidem sit perforata: & ferulæ apponatur vndique: ita ꝙ pars apponatur ex vna parte: alia ex alia parte. intromittatur pannus in albumine oui infusus: & omni die curetur vt cætera vulnera: ferulę vero non soluantur nisi de tertio in tertiũ diem vt dictum est: quousque vulnus sanetur. postea fiant fomentationes, & cętera adiutoria exhibeantur: quę superius diximus.

Contingit quādoq; ex senectute, vel debilitate virtutis, nutrimentū membris non præstare potentis os ex parte nō posse consolidari: & licet consolidetur: tamen patiens ibi magnū sentit dolorem: ad quod tale facimus emplastrum, quod Recipit. picis grecę, & naualis, & resinæ æqualiter: & ad ignem resoluantur: & quātum calidius patiens sustinere poterit, superponatur, & suauiter ligetur.

Si vero tribus vel quatuor mensibus antequā accedat ad medicū, os non bene rectū fuerit, primitus tibi cum supradicta fomentatione indesinenter comtēperetur: & bene fomentatum iterū rumpatur: & postea vt superius diximus, cura adhibeatur.

*De cancro, fistula & apostematibus in brachijs euenientibus.* Cap. XVIII.

De canceris vero et fistulis hoc dicimus in his partibus quod superius. Si enim ex vulnere cōtingat, vnguētum superius dictū ponatur: vel istud vnguentū quod valet ad cācrum. Re. myrrham, aloen: & fac puluerem subtilissimum. postea accipe succum lanceolatæ & absinthij, chelidoniæ, ana libras tres: & pone in mortario: & diligenter omnia incorpora, & vtere. Q, si fuerit in neruosis partibus brachij: puluerem de asphodelis, vel vnguētum, ad hanc curam dictum īmittimus: quod de fistula solum dicimus: & non de cancro. Nam in neruosis locis melius est cancrum non curare quam curare. Si vero fiat cancer in ea parte brachij, in quam de læsione lacerti & nerui nō sit timendum: cancer vsq; ad viuum incidatur. cum calido quoq; ferro diligenter coquatur, vitellus oui cum oleo mistus, quousq; ignis cadat a loco suo, superponatur: deinde cum vnguento viridi & cæteris curetur vt cætera vulnera. Q, si fistula fuerit in carnosis locis brachij, vnguentū ruptorium īmittere & incisionem facere secure valemus. In alijs cura eadem est: quæ dicta est superius. Si vero os a fistula tabefactum fuerit atque corruptum: os illud totū est purificandum, & corruptum abstrahendum: deinde procedendum est, vt dictum est superius. De apostematibus vero hic dicemus quod superius: & eadē cura curetur.

*De uulneribus thoracis & pectoris.* Cap. XIX.

Si vulnus fuerit in thorace, pectoris vel ense, vel alio simili, ita q; sit ex transuerso, & vulnus depēdeat: suatur, & curā medicus prosequatur, vt dictum est superius. fiat etiam ligatura hoc modo: vnū caput fasciæ perforetur: & ex eo vnus humerus obuoluatur: deinde procedat sub ascellis alterius humeri: et ita circuēat corpus, donec iterum redeat ad humerū nō obuolutum: & ibi scindatur fascia, & circumligetur illi humero prius non obuoluto. tamen ego non consueui scindere fasciam. Ita quidem dixi: quia leuior videtur mihi ligatura cū foramine quam sine foramine, astutia vestra vos doceat: vel addiscatis ab aliquo sciente. Si vero interiora penetret: pannum īmittimus: & eandē curam medicus prosequatur: vt in alijs vulneribus diximus. Si vero sanguis vel putredo ad interiora intrauerit: patiens coram se super discum flectat: & modo illac et modo hac vergendo, sanguinem vel saniem foras emittat per vulneris meatū: & hoc, quoties ipse mutatur: & super illam partem ad iacendum locetur, donec sanus sit. Si vero hoc vul-

E nus in longum sit: suturam facere nō cōsueuimus: sed cū pannis & alijs vsq; in finem curamus. Si vero infra thoracis pectoris substantiam lanceæ ferrum osse pectoris perforato in rotundum intrauerit, leuiter extrahimus. Si sub costis fuerit vel intra costas, inter costam & costam incidatur: & cuneus, vt sit locus apertus, intus eas ponatur: & sic de facili extrahatur.

Si vero de facili extrahi nō possit: melius non poterit. Q, si ferrum ad interiora non penetrauerit: ferro abstracto lardo intromittatur. melius tamen est vt intromittatur stuellus. timendum enim esset ne lardo dissolueretur, & generaret putredinem: & si penetrauerit vsq; ad interiora vulnus, tenta fiat caudata & lōga: & hoc fiat tam in ventre quā in thorace: & caudę istę extra mittantur: ita tamen q; nō possit intus cadere. postea curetur vt dictum est superius in alijs. Hoc

F quoq; notandum est vt stuellus, qui in talibus vulneribus mittitur: ita fiat, & locetur, vt competenter extrahi, & intus remanere non possit.

*De plicatura costæ.* Cap. XX.

Costa quando flectitur: & ad interiora ducitur: patiēs ad balneum ducatur: & medicus manus suas siccas melle vel terebinthina, vel pice aut visco perungat: & supra locum vbi infirmitas est, manus imprimendo imponat. & statim eleuet: & sic pluries faciat, donec costa ad locū suum ducatur. idē quoq; cum igne facere consueuit: deinde apostolicon vel aliquod simile emplastri superponatur.

*De uulneribus uētris sine uulnere intestinorū.* Ca. XXI.

G Si fiat vulnus ī aliqua parte corporis usq; ad ignē, & intestina non sint læsa: eodē modo cura est adhibenda vt diximus in cura thoracis & pectoris, siue ferrum lateat siue non interius: excepto q; non debet in rotundum sed in longum incidi quando ferrum latet interius.

*De uulnere cordis, pulmonis, diaphragmatis, stomachi, & hepatis.* Cap. XXII.

Si quis vulneratus fuerit in corde, hepate, pulmone, stomacho, diaphragmate, eum nostræ curæ non committimus. horum enim vulnera his signis cognoscimus.

Si. n. vulnus ī corde fuerit: sanguis inde exit niger.

Si vero sanguis spumosus fuerit, vel exierit abundanter: de pulmone est: & anhelitus mutatur.

H Si in diaphragmate: magnus & spissus erit anhelitus: & cito moritur.

Si in hepate: manifestum erit, per læsionem operationum quæ in eo fiunt.

Si in stomacho: cibus per plagam egreditur: quorum omniū vulnera mortalia iudicamus. Ne nostro iudicio videantur perire ab huiusmodi cura potius desistamus.

*De uulnere splenis.* Cap. XXIII.

Splen seruile membrū est. vnde incisiones & alia de facili patitur. quare si vulnus habuerit: præcedentiū & subsequentiū cura secure, & cito liberabit.

*De uulnere in regiōe hepatis cū exitu eiusdē.* Ca. XXIIII.

Contingit quandoq; hepar per vulnus strictum exire: timentes læsionem vulnus nō audemus elargare: cui sic subuenimus. Patiens supinus iaceat &

& bene distentus. medicus vero a superiori parte manibus ex trāsuerso cutim accipiat. discipulus vero ab inferiori parte eodē modo faciat: & ita talis medicus et discipulus se tenendo cutim ad superiora totū corpus festinanter eleuēt: vt patiens subita aeris attractione quadam proportione ipsum hepar ad propriū locum redire compellat.

*Quod uulnus pulmonis sanari potest.* Cap. XXV.

CLamauerunt & clamant medici vulneratū pulmonem curari non posse. Motum enim continuum cum humorositate assidua curationi uulneris asserunt obuiare: quod quidem verum est, vbi uulneris superfluitas sufficienter expelli non potest. aliter enim falsum est quod dicunt. Nam si cum extrinseco vulnere ipsum vulnerari contingat: sic conuenienter pulmo mundatur, & optime cōsolidatur. Quod quidem ego Rolandus Parmēsis gratia fauente diuina expertus sum operando. vocatus enim ad quendā Bononiensem quinto vel sexto die vulnerationis inueni pulmonis partem exiuisse exterius inter costas: & nimio spirituum & humorū concursu facta fuerat tāta partis illius inflatio, q intromitti nequibat. costarū etenim constrictione nutrimentum retinebatur interius. vnde exteriora mortificata fuerant: & vermes etiam intra se continebant. conuocati ergo peritiores chirurgi Bononienses, eum pro mortuo reliquerunt. Ego autem ipsius & amicorum suorū precibus condescendens: & ab episcopo venia impetrata: & tā ab ipso quā a domino suo, & illorum amicioribus securitate obtenta. xxx. fere rogātibus atq; astantibus cutim circa vulnus pro latitudine vnguis minoris digiti circuncidi. deinde prope circūcisionem totum exteriorem abscidi pulmonem. Loco igitur abscisionis sanguine circūcisæ cutis confortato: & cum puluere rubeo & aliis adiutoriis frequenter procurato, consolidatum est dei gratia vulnus: & sanatus est ille. Post multum vero tēporis cum domino suo Gerardo Rolandini Hierosolymā adiuit. & inde iandudū regressus sanus atq; incolumis viuit. Si autē quęsieris qualiter egissem si a principio vocatus fuissem: respōdeo q elargato vulnere caute cū cuneo intromisso: & postea erecto segregādo costas ad inuicem: pulmonem prius calefactum cū gallo vel gallina scissa a tergo intromisissem: et vulnus tenuissem apertū vsq; ad mūdificationē pfectam. Sed obiicies: nōne melius erat vulnus tātūmodo elargari, & cōfortari nutrimento: & ab intrinsecis veniēte: & sic tandē sine abscisiōe intromitti? Nō: quia mortificato exterius membro cū sua natura non fieret nutrimenti attractio: nec per tertiam digestionē eius incorporatio. Amplius si interrogaueris qualiter homo ille sine pulmone uiuere possit: dico q particula quæ remansit interius augmenta ta est ab ipsa natura totius membri accipiens nutrimētum. vel forsitan ipsa natura pennulas alias concreauit: quod in membro molli facile fit: & propinquitate caloris cordis: cui necessarium erat membrum.

*De uulneribus intestinorum, & si foras exierint, qualiter ad proprium locum reducantur.* Cap. XXVI.

SI intestina per aliquod vulnus factum in corpore foras exierint: & ex obliquo: vel per longū incisum fuerit: ita q maior pars intestini sana remaneat: sic subuenimus. primo si intestina per aliqua interual-

A la infrigidata fuerint: aliquod animal viuum per medium scindatur: & super intestina ponatur: & tandiu dimittatur ibi: quousq; intestina calefiāt, & calore naturali iuuentur atq; ī mollescant. Iterum pręparetur cānellus de sambuco ad modū vulneris intestini: ita q superet longitudine sua longitudinem vulneris ex vtroq; latere vnciam vnā. cānellus quoq; valde subtilietur: & per vulnus intestini intromittatur: & subtilissima acu & filo de serico suatur. cānellus quoq; ita locetur: vt superfluitas intestini per ipsum valeat trāsire & secure vulneri impedimentum non exhibeat. Quo facto spōgia in aqua calida infusa & bene abluta: sordes ex intestinis suauiter abstergātur: quibus bene purificatis, per vulnus, per quod exierit in ventrē intromittantur. & tunc patiens supra tabulam positus cōcutiatur: vt etiam primo schemate collocentur
B intestina: & si vulnus non fuerit tantum q possint intromitti amplietur. Quibus intromissis tantum dimittatur vulnus apertum quousq; videris intestinum cōglutinatum. vnde supra suturā intestini omni die puluis rubeus superponatur: postquā vero intestinum fuerit consolidatum, vulnus extrinsecus cū sutura & aliis curetur, vt dictū est superius. Q si vulnus fuerit magnum, hoc superaddimus: vt petia satis lōga in vulnere mittatur: in longum ab vna extremitate ad aliam existens: & supra ipsam petiā vulneris interior pars caute suatur: & puluis rubeus superponatur. petia vero quæ remansit, interius omni die versus pendentem partem trahatur, vt pānus in vulnere quotidie renouetur. Cum autem vulnus videris consolidatum: petiam totam abstrahas: & in extremitatibus nondum cōsolidatis vt in aliis vulneribus curā adhi-
C beas. diæta quoq; sit multum tenuis & digestibilis.

*De cancris & fistulis & apostematibus in his locis nascentibus scilicet intestinorū & uentris.* Ca. XXVII.

DE cancris & fistulis & apostematibus in his locis nascentibus idem dicimus: quod superius: quia cum in carnosis locis sint, incisiones & vnguenta violēta & incisiones facere possumus. hoc autē sup addimus: q si fistula vētrē penetrauerit: nec puluerē nec vnguēta ī mittere debemus: ne lędere possint interiora. Sed si meatus fuerit strictus, cū tenta mali terræ elargetur: & supra discū se inclinet: ut putredo quæ interius est, possit exire. postea ī mittatur stuellus in vnguentum de vnguento ruptorio, & caute intromittatur: & deinde cura vt dictum est superius.

*Item de cancro.*

D Cancer est apostema melancholicū ex melancholia adusta a materia cholerica: sicut dicit Auic. & quandoq; accidit in incipiendo: quādoq; post apostemata calida, cum indurantur, & in principio si succurratur ei: quandoq; stat et sanatur: & signa eius sunt q incipit apostema simile auellanæ & minus: deinde paulatim augmentatur cum duritie vehementi, & tenebrositate coloris, & rotunditate figurę, & aliquantulo caliditatis in tactu: & quando incipit magnificari, apparent in eo venæ virides: & habet radices penetrantes in corpore. Et cura eius est sicut dicit Auic. cura dicta in capitulo de lepra ex phlebotomia & assiduatione eorum quæ educunt melancholiam, & permutationem sanguinis totius corporis cū sanguine nouo subtili, aquoso, temperato: per cibos

humectantes laudabilis humoris & boni. Et cãcer nascitur in qualibet parte corporis: sed præcipue in mamillis mulierũ, quæ non purgantur naturaliter, & tẽpore solito menstruis: nam omnes mulieres, quæ tempore solito & congruo ex more purgãtur, sanæ sunt: & raro huiusmodi ægritudines illis contingunt. Generaliter autem sicut dictũ est, cancer ex melancholico humore nascitur: qa ex nigra fęce sanguinis & spissa, sicut dicit Auic. G. admisto felle ruffo. hoc cũ abundauerit, et excreuerit: miro modo vitia in corpore generãtur: nõ solum carcinomata, verum et varices, et elephantias. aliquoties etiam hic talis humor per hæmorrhoides purgatur: quia splen non potest tantum quantũ moris est ad se pertrahere atq; consumere: & infunditur in venis & in cute totius corporis: & maxime in extremitatibus: sicut in vultu, mãibus, & pedibus, & dicitur elephantia. aliquoties etiam in quibusdam partibus corporis eiusdem nascitur: sicut in mamillis: in quibusdam occultis, ut in matrice, & dicitur cancer. videntur etiam venæ locorum, vbi consederit hic talis humor, plenæ atq; tensæ sanguine corrupto nigro & spisso: & quãto nigrior & spissior fuerit, tanto peior & periculosior credẽdus est, & grauior & insanabilior causa, si cũ cancro pedis, ac si venæ tensæ ex vtraq; parte cernuntur: quam quidẽ causam ait G. Scias a nobis in principio mox incipientur medicamine nullo vnquam siue sanari. Quippe si excreuerit: & totã mamillam occupauerit: dubiũ est de morte: quia hemorrhosagia verenda est: et phlegmõ: ex quo solẽt febres acutissimæ nasci: quę vulnus sordidant, et periculũ mortis inferũt, & reos cõstituunt medicos. Nota auctoritatem G. ad Glauconem dicentis. dubium quippe si incidatur: et vadat: quia feruor grauis fit: ex quo febres solent acutissimę nasci, quæ vulnus sordidant: & periculum mortis inferunt, & reos cõstituunt medicos. si hęc omnia nõ ante prædixerint esse futura. Oportet ergo mox in principio purgari eos frequenter purgatione, quæ melancholicũ purgat humorẽ: & tandiu id faciendũ est, donec causa penitus diminuta purgetur. Sunt vero purgatoria ad hoc vltima, quę recipiunt epithymum. deinde si nihil obstet, vel prohibeat sanguinis detractationem phlebotomia de brachio de vno intermissis diebus purgatorijs purgabit. & si mulier fuerit ętatis congruæ, menstrua vehementer prouocabis: quia si quinquagenaria fuerit, quæ patitur: minime hoc facere poteris. Et locum vbi cancer fuerit: succo strygni frequenter linies: quia maxime huiusmodi morbis congruit. Et si hoc modo facere nequiueris: succũ ipsum misceas medicamini: quod dicitur diapompholigos: quod dictũ est in capitulo præcedenti: & in modo ceroti temperabis: & in linteolo mundo inductum adhibeas. Nã cancrũ si iam vulneratus est: prædictis curabis medicaminibus: & magis illo quod dictũ diapõpholigos. Dięta. Maxime his cõuenit succus ptisanę in lacte decoctę: & in aqua de oleribus maluarum, bletę, atriplicum: & tempore suo cucurbitę coctę. De piscibus aũt dabis aspratiles & saxatiles. de volatilibus omnes pręter aquaticas & vitellos ouorum sorbilium et similia: & quando est caliditas, detur lac vaccinum, statim extracto ab eo butyro. Et regimen in solutionẽ ventris ipsius est: vt sumat frequenter qualibet vice quatuor aureos epithymi cum syrupo acetoso: & si fuerit fortis: detur hiera ellebori.

E *Et hoc capitulum tractum fuit de Theodorico.*

### De *cancro mamillæ.* Cap. XXVIII.

DE cancro vero qui in mamilla fit hoc adiungimus: quia si tota dura & tosta & liuida fuerit, dimittatur quia incurabilis est: nisi mamilla tota radicitus euellatur. Si autem tantum circa locum illum sit dura: & in alijs locis sit bene tractabilis: curetur puluere asphodelorũ & vnguento ruptorio: vel etiam incisione ut diximus: vel fiat puluis iste: qui cancrũ & fistulam interficit & desiccat: qui Reci. auripigmentũ, viride æris, atramentũ, salgẽma, cornu cerui vsti, os leporis vstum, stercus humanũ combustum, restam alliorũ combustã, sanguinẽ draconis, tartarum, puluerem centrum galli, cancrum fluuialẽ vstum, calcẽ viuam, herbã linariam siccam, piper nigrum & albũ, F & etiam thus, mastichẽ, nitrum, puluerem soleę veteris combustæ, alumen scissum primo abluatur cum vrina puerorum: & postea superaspergatur puluis abundanter.

### De *duritie mamillæ propter lac retentum.* Cap. XXIX.

MAmilla enim spongiosum membrum est. vnde attrahit ad se menstrualem sanguinẽ: & ibi conuertitur in lac: ꝙ cum in partu nõ emittitur: remanens ibi membrũ indurat: & inde dolor magnus fit: cui sic subuenimus. Maturatiua apponantur: vt malua, branca vrsina: & alia quæ dicta sunt superius. fiat etiam istud cataplasma, caules cocti cum folijs maluæ triti & cum butyro admisti optime maturant apostemata. Cum vero membrũ mollificatum fuerit, secundum iã dictum modum incide: & stuellum caudatũ primo factum intromittatur: & totam saniem exprime: & locum purifica. caudatum dixi: quia sæpe tenta interius attracta remanens ibi, causa fit magni doloris: & tunc oportet vt incidatur: & prædicta tenta extrahatur. G

Primarolæ & in partu nouæ caput mamillæ sæpe interius ducit: ita etiam ꝙ infans non potest accipere. vnde sequitur prædictum malũ: & tunc apponenda est cupha super caput mamillæ: vt trahat ad se, & sugat saniem: & postea curetur vt diximus.

### De *uulneribus genitalium.* Cap. XXX.

SI in virili membro vulnus fuerit: eodem modo curetur vt dictum est superius cũ suturis & alijs. Idem in testiculis dicimus: ꝙ si folliculum suũ exierit, ad proprium locũ reducatur. vulnus autem suatur: & puluis rubeus superaspergatur: & curetur decætero vt cætera vulnera. H

Nota ꝙ si vulnus fiat ex trãsuerso: ita ꝙ ad vrinales meatus nõ procedat, cũ suturis partẽ parti reddendo & puluere & vnguentis potest curari. Si autem ad vrinales meatus veniat: non potest curari, vel vix curatur propter acumen vrinæ, solutionem continuitatis operando.

### De *cancris, & fistulis, & alijs pustulis in genitalibus consurgentibus.* Cap. XXXI.

SI cancer in virili membro fuerit: totum membrũ occupauerit: totum cancrosum & infectum incidatur. ita ꝙ de sano aliquantulum auferatur: & cũ ferro calido vel auro coquatur: deinde curetur vt dictũ est superius. Si vero fistula ibi nata fuerit, cum vnguento ruptorio & alijs cura adhibeatur, vt dictum est

est superius. Q, si pustulę superueniunt: vnguentū album superponatur: sed pro aceto aquā rosatam, & pro oleo cōmuni oleum viola. ponimus. Si aūt ex coriari, filumq; corrumpi cōtingat: vnde inflettur, & tumet, atq; durescit: oleū viola. albumine oui permistum imponimus: & interius īmittimus. Cæterū si orificium eius sit strictum, aliqua tēta de cera vel de alio simili immittatur, vt sanies ad exteriora melius educatur. Ad idem. Accipe aloen, succū apij, oleum viola. & albumen oui. incorpora, & in locum impone.

Ad excoriationē & suborē testiculorū et inflationem. Accipe cimoleam, vernicem, myrrham, terantur: & cum oleo misce, & resinā adde, & simul incorpora: & testiculis aqua calida bene ablutis tale vnguētum rubenti loco superponimus. Ad idē valet faba excoriata & purgata: & sicut comedi deberet superposita. Vel accipe vermicularē, fistulam, & oleum violatū. herbas prius diligenter tere: & postea oleum viola. cum albumine oui admistum pone.

Solent quandoq; in virili mēbro verrucæ nasci, & pustulę superuenire. vnde ad verrucas delēdas apponatur puluis asphodelorū, vel puluis hermodactylorum: quibus electis fiant medicamēta vulnerū. Ad pustulas. Fomentetur locus cū aqua decoctionis maluæ, brancæ vrsinæ, & similibus.

## *De ruptura siphac & eius cura.* Cap. XXXII.

Siphac est pāniculus ille qui retinet intestina ne cadant in oscheū: qui sæpe relaxatur. alias etiā rumpitur secundū magis & minus. Q, si parua fuerit crepatura: sola vētositas exit: & facit inflationē quasi ad modum nucis: quasi etiam ad modū oui. Si vero magna fuerit fractura, descendunt intestina per didymū: qui per medium siphac ad testiculos venit: & fit hernia, si per longum tempus steterit.

Si parua fuerit crepatura, & ex breui tēpore, & sit puer, fiat ligatura: quę supra crepaturam cōprimat: et dentur crispellæ de consolida maiori vndecim: quando tātum vndecim dies supersunt in luna: ita vt quolibet die vnam diminuendo vsque ad finem lunæ de his comedat.

Si vero ruptura magna sit, aut parua sit, sed in adulto, & prouectæ ætatis, aut etiam in puero, secundū tēporis diuturnitatem cōgenita: per incisionem & incēsionem curare sic consueuimus. In primis patiens collocetur in banco caput et humeros habens depressos: vt tota intestina descendant ad pectus. Coxas autē teneat eleuatas. testiculus autem illius partis deducatur superius ad rupturā: inquantum caute duci potest: & ibi encaustro vel carbone signetur in circuitu: deinde accipiatur rotūditas tota cū didymo: & primo primū ferrum calidum de vno signo ad aliud mittatur: deinde stilus de ligno abstracto ferro in longū intromittatur, & bene ligetur: quo facto tribus cauterijs vsq; ad stilos foret caute, & diligenter vratur.

Est quandoq; fractura pauca: & tūc accipiatur pellicula cum didymo vt diximus: & signetur prædicto modo: & ferrum calidum mittatur ab vno signo ad aliud: & bñ ducatur ferrū huc & illuc sursum & deorsum: & hoc tribus cauterijs: quandoq; supra eundem locum accipiatur pellicula solū, et longum incidatur, et didymo hincinde scarnato vratur cauterio: & ouo superposito in stuppa patiens sic eleuatis cruribus & coxis portetur in lecto; & ligentur tibiæ ad coxas, vt
A se non distendat. postquā ignis ceciderit, ponatur puluis rubeus, & alia quæ constringant: & postquā sanatus fuerit, ponatur apostolicon. diæta quoq; tenuis et digestibilis & sorbilis sit: hoc totum fiat ligatura vt diximus: & per tres vel quatuor menses sibi caueat.

Si cadant in oscheum intestina: primo reducantur in locum suū: q si leuiter fieri non poterit, fiat clystere, vel purgetur: apponantur mollificatiua, & intestinis reintromissis interius aptetur vt diximus: & vt ruptura est, discipulus ponat digitū, & medicus incidat pelliculam supra testiculū illius partis: & extracto testiculo, scarnetur didymus vsque superius: quo facto cum gioua siqua vētositas est, in didymo remittatur interius, & spaco bene suatur: & ligetur didymus de spaco: utrūq; caput dimittatur pendere per semissum extra: & tabellis superpositis tribus cauterijs īcidatur
B didymus: & scindatur vsq; ad spacū: quo facto superponatur stuppa cum ouo: & portetur in lecto vt diximus: & vsq; ad nouē dies superponatur ouū cū oleo: post nouē vero dies ignis cadit: et spacus similiter cadit: et tūc fomētetur ibi cū aq vbi cocta brāca vrsina, parietaria, malua, absinthiū, & talia. Postea vt dictū est superius, fiat ista cura q leuior est: et sine etiā periculo & sine incensione. Sed prius distinguamus causas p signa: quibus cognitis meliorē processum habeamus in cura. Siphac est panniculus quē multis de causis cōtingit rūpi: quandoq; ex motu nimio, ex saltu, & magnis ponderibus viriliter eleuatis. Inflatur locus quādoq; ex ventositate sine fractura siphac: vt possimus certificari: vtrum inflatio sit cū ruptura: vel nō: quæratur a patiente si sit magni temporis vel parui q sibi euenit: & vtrū emplastrum vel ligatura fuisset facta:
C q si sit ex magno tēpore, & paruus sit tumor, & nulla cura ei facta fuit: constat esse ex vētositate. sed si ex paruo tempore, & tumor sit grossus ex ruptura: In iuuene vel puero ex vtraq; causa patiente fiat angulus in modum siphac: & bene in loco illo aptetur: quo facto contra ventositatem dentur reprimentia ventositatis: & fiant emplastra.

In crepatura vero dentur crispellæ, quę dictæ sunt superius. dētur etiam in potu succus sigilli sanctę Mariæ: & sigilli Salomonis, & puluis boli. detur etiā hoc electuariū qd recipit, consolidę maioris. 5. et minoris, boli ar. mumię, ana vnc. ij. san. dra. vnc. ij. pilos leporis minutissime incisos, vnc. 5. sanguinis leporini, sigilli salomonis, radicū uiticellę, ana vnc. ij. radicum brusci lib. 5. gallas, et cypressinas, vnc. i. colophonię, vnc. iij. omnia terantur cū melle dispumato. cōficiantur:
D deinde mane & sero propinentur. Hoc enim electuarium mirabiliter ualet: ut experti sumus quotidiano experimento. Dentur etiā pilulæ, quibus frequēter consueuimus uti. Reci. pellem leporinā, combustam & puluerizatam, sanguinē leporinum, & pilos leporis minutissime incisos, ana. & misto sanguine & melle cum puluere: & cū pilis confice: & fac inde pilulas. & de mane & sero secundū virtutem patientis cum aqua pluuiali calida propinentur.

Emplastrum quod mirabiliter ualet in crepaturis. Rec. picis de naui, vnc. iij. lithargyri, vnc. ij. cerę varię & rubeæ, colophoniæ, ana vnc. iij ammoniaci, vnc. ij. galbani, uisci quercini, ana vnc. sex, aloes, vnc. iij. mastiches, vnc. ij. boli armenici septē unc. gypsi unc. sex, aristolochię longę & rotundæ, ana unc. quatuor, myrrhę, thuris, ana unc. sex: terebinthinę, unc. ij. iscu-

li vncias quatuor, radices anagallici maioris & minoris, ana vnc.ij. sanguinis hominis, lib.i. sic medicamẽtum coquendũ est. pellis arietina cum pilis vsq; ad liquefactionẽ decoquenda est: cuius aqua cum iure pellis liquefactæ decolata cũ puluere supradictarum specierum in olla decoquẽda est, & competenter miscenda. hoc medicamẽ ita valet: ꝙ infra nouem dies sanũ & incolumem adeo hominẽ restituit sine incisura et sine coctura, ac si nullam habuisset læsionẽ.

Ad idem Reci. axungiæ porcinæ sine sale lib.5. mellis albi, vnc.iiij. olei, vnc.v. dialthęę, vnc.ij. medullæ mandibularũ porcorum siccarum, vnc.ij. albuminis ouorũ, vnc.iiij. olibani, mastiches, & boli arme. ana vnc.ij. ceræ, vnc.ij. cõficiantur autẽ sic: axũgia & medulla mandibulæ porci in patella impone: & dimitte liquefieri: deinde pone puluerẽ olibani, boli, & mastiches: semper agitando cũ spatula: deinde depone cerã minutatim incisam: & fac bullire lento igne donec cera liquefiat: & cum liquefacta fuerit, depone ab igne: & dimitte infrigidare: & vsui reserua.

Item emplastrũ ad idem. Re. gallarũ imaturarũ, balaustiorũ, corticũ glandularũ. ana vnc.i. sang. draco. boli arme. capitum rosarũ, ana unc.5. terebinthinam, collam piscium, ana vnc.5. omnia ista confice cũ pinguedine caprarum.

Item ad idem. Accipe mastiches, myrrhæ, sarcocollæ radicũ consolidæ maioris, ana vnc.i. conficiantur cum sepo caprarum.

Item ad idẽ. Accipe nucẽ cypressi tritam, & facias decoqui in aqua: & in decoctiõe ponatur puluis millefolij & maioris volubilis, & git, & hypericon. & detur in potu.

Item aliud emplastrũ: quod Reci. collã piscium, & dimitte in aceto per mediam diem: et pone in cacia super ignem, & dimitte bullire: deinde habeas puluerẽ factum de corticibus incẽsi, mastiches, myrrhę, sarcocollæ, gallarum cypressi, ana vnc.i. optime misceatur puluis cũ illa glutinositate: & scias sicut fit recens, statim debet poni super crepaturam: aliter non valeret.

Et est notandũ ꝙ postquam æger steterit cum ligatura per tres vel quatuor hebdomadas: debet dari ei omni sero et mane iste puluis ad potandũ & ad comedendum omnibus modis: quia valde consolidat, qui Recip. millefolij lib.i. volubilis minoris, vnc.iij. & de isto puluere detur patiẽti per quindecim dies, sicut superius dictũ est: post quindecim dies detur puluis iste mane ad bibendũ cum vino frigido. qui Reci. consolidæ maioris, lib.i. boli armeni. vnc.iij. & omni sero puluerem millefolij & volubilis maioris vsq; ad perfectam liberationem.

Si cadunt in oscheum: fiat cura quæ superius est dicta in eodem tractatu: præter ꝙ testiculus nõ extrahatur. Iaceat ergo infirmus supinus, & medicus accipiat didymũ ex transuerso: & cum acu spaco de serico ei cohęrẽte super didymo penetret: ita ꝙ didymus ligetur cum filo illo: si potest per eundẽ foramẽ mittatur acus, & post connectetur filum. ponatur etiam bacculus in filo: & voluat omni die incidendo & ponendo axungiam, quousq; fiat solutio cõtinuitatis. postea curetur vt cætera vulnera.

*De hernia.* Cap. XXXIII.

Hernia fit quandoq; ex ventositate: quãdoq; ex humoribus: quandoq; ex carnositate. Contra
E ventositatem dentur extenuantia ventositatem. Succus Hypericon datus in potu liberat multos.

Sed si hernia fiat ex humoribus venientibus a renibus ad testiculũ: quod cognoscitur tactu: quia tactui cedit: incisa pellicula supra testiculũ, extrahatur aqua illa: et stuello ĩmisso bene purificetur vulnus. Si vis vt non reciprocetur ægritudo: cognoscatur, si testiculus sit putridus, vel non. & si non fuerit putridus, dimittatur: si uero fuerit putridus: extrahatur. postea curetur vt cætera vulnera.

Fit etiam hernia quandoq; ex carnositate quadam præter naturã nascente iuxta testiculum: & tunc pellicula incisa vndiq; debet excoriari: & discooperta carnositate illa a corio exteriori usq; superius cauterio abscindatur didymus: et proijciatur: et deinde oscheum suatur: & curetur postea vt dictum est superius.

F

*De lapide uesicæ.* Cap. XXXIIII.

Si lapis fuerit in uesica, dentur diuretica, & lapidẽ frangentia: si hoc modo nõ curatur, certus eris ꝙ lapis est in causa. Sedeat igitur aliquis fortis, & pedes teneat in scãno: & patiens super illius crura sedeat, habens crura ligata cum fascicula ad collum & ad spatulas subsedentis firmatas: & tunc medicus stet ante patientẽ: & duobus digitis dextræ manus intromissis in anum, & pugno sinistræ impresso supra pecten, vesica intromissis digitis ad superiora eleuetur: & tota diligenter tractetur: & si aliquid velut globum durum inuenies, constat ꝙ lapis est in vesica: quia si molle est quod inueneris, carnositas est, quæ vrinam impedit.

Si lapide in collo vesicæ existente in fundo eiusdẽ ad præseruationem impellere volueris: pręcedẽtibus
G fomentis & vnctionibus petroleũ per syringa ĩmittatur. per interualla vero postquã syrinx per collũ vesicæ mittatur: & leuiter & suauissime caute lapis a collo vesicæ ad fundum impellatur. & quod leuius est et securius fiat ꝙ operari consueuimus, præmissis fomẽtis & vnctionibus prosequamur, quæ diximus ad cognoscendum si lapis est in vesica, digitis intromissis et pugno sinistræ manus super pecten impresso ipsis digitis collum vesicæ tentetur: & paulatim lapis qui ibi est, moueatur: & sic caute & diligenter ad summum ducatur. sic enĩ qui tali passione grauatur, diutius præseruari valebit.

Si autẽ lapidem extrahere volueris: diæta pręcedat tenuis: & antequã curetur, debet ieiunare duobus diebus, & parum comedere, consideratis particularibus tantũ vt si potest ieiunare, vel sit puer, vel aliquis debilis virtutis: quibus nõ debemus iniungere dięta. tertia vero die ante prandiũ pręmissis omnibus quę diximus ad cognoscendũ si lapis est in uesica: inueniatur lapis, & ducatur vsq; ad collum vesicæ. & ibi in foramine illo duobus digitis supra anum incidatur in longum cũ instrumento. Caue tamen ne incidatur filum quod est intra anũ & testes: sed tãtũmodo ab vna parte fiat incisio: deinde lapis extrahatur: post ĩcisionem vero & lapidis abstractionẽ vsq; ad. xi. dies mãe & sero utatur fomentatione de branca ursina, parietaria, malua, et similibus, utatur patiens stuppa cum uitello oui in hyeme: in ęstate cũ uitello oui & albu. ponatur.

Superflua caro quæ in collo uesicæ iuxta uulnus sępe nascitur, cum rasorio est remouenda: & incisio est suenda duobus uel tribus punctis: deinde curetur ut cætera uulnera. Hic diligenter est addendum: ꝙ si magnus

magnus fuerit lapis: cura nequaquam est habēda; sed ad præseruationem a collo vesicæ ad profundum est impellendus.

*De uulneribus factis ĩ posteriori parte hoĩs.* Ca. XXXV.

DE vulneribus quę quandoq; fiunt in posteriori parte idem dicimus, quod superius diximus quocunq; modo cõtingat. De spinali vero medulla hoc superaddimus: quia si in longũ vulneretur sine læsione medullę interioris: veluti aliquis neruus conglutinari potest: ꝙ si ex transuerso vulneretur, & medulla exierit, vix aut nũquã posset liberari. Lõgia est pars illa carnositatis: quæ est ab vtraq; parte spinæ vsq; ad caudã: quę si ense vel alio simili incidatur, vel in longũ vulneretur: curetur ut in lacertorũ cura docuimus. Si vero ex trãsuerso cutis: quæ est supra lõgaonem, tota incisa fuerit, et extremitatibus a spina separatis, ab utraq; extremitate ligamus, aut ab una parte solã ipsam longã cum aliquo forti spaco iuxta aliã partem vbi se tenet: primo ligetur atq; stringatur: vt ad exteriorẽ partem illam nutrimentũ nullum venire valeat: & ita ipsa sæpe vratur: quousq; pars extrema de ipsa cadat a corpore, vel cũ rasorio incidatur: deinde vt in aliis vulneribus curam adhibeas. si vero ex toto non sit incisa: & ex mala cura periculum sępe venire contingit: ꝙ si telo vulnus sit factum, cura eadẽ est: quæ in lacertis docuimus.

*De uulnere renum.* Cap. XXXVI.

IN renibus fieri vulnera raro contingit: sed tamen hoc quando euenit, cura eorũ potius diuinæ gratię beneficio cõmittimus naturæ, quã nostro operi. tamen pro viribus ingenii & vulneris quãtitate et qualitate diligens operator curam adhibeat.

*De fistulis, & cancris natis in posteriori parte corporis hominis.* Cap. XXXVII.

DE fistulis & cãcris in his locis nascentibus idem dicimus, quod superius docuimus. iuxta fundamentũ nascitur aliquando aliquod apostema quasi carbunculus: & fit ibi ampulla per mensem: & patiẽs propria manu aufert illã: & iterum nascitur: & negligentia nõ curatur: & ita locus infistulatur. vt ergo de eius principio certificari melius valeas, primo patientem interroga si aliquã per anum ventositatẽ emittit: & pars illius ventositatis per fistulam exea: quod si uerum est, certũ est fistulã ad caput longaonis penetrasse. Cui sic est subueniendum. In primis longior digitus oleo inunctus in anum mittatur: & tenta per fistulã ĩmittatur: & tractetur versus caput lõgaonis, & tactu digiti cognoscatur si exeat tenta de facili per foramẽ: & tunc petia quasi setõ in capite tentæ vel acus missa transmittatur, et ligetur: & tunc dimittatur. alio vero die truncetur caro vsq; ad petiam: et si nõ vis incidere, ab vna parte petię de vnguento ruptorio pone quantum sufficiat, supra carnem trahatur petia interius: & cum vnguentum carnem consumpserit, curetur ut cætera vulnera.

*De hæmorrhoidibus.* Cap. XXXVIII.

HÆmorrhoides fiunt tribus modis: aliquando fiunt intus, & emittitur sanguis, et faciunt dolorẽ: aliquando sunt extra: & quandoq; emittunt putredinẽ, quando nihil emittunt, & ingrossantur, & sunt

A attriti, vel ficus, & cõstringunt, multum faciunt dolorẽ. si fuerit intus & sanguis emittitur, primo fiat fomẽtum ad dolorem mitigandum de radice tassi barbassi, marrubio nigro, origano, et mentastro. postea accipe corticẽ castanearum, corticẽ cucurbitæ, & soleas veteres pone super carbones accẽsos: & patiẽs sub sella stando recipiat fumũ: & hoc ter in die fiat: donec sanguis constringatur, & minuatur dolor. postea si volueris vt attriti cadant, per aliquod instrumentũ simile clysteri succus cucumeris agrestis mittatur: et p vnã vel duas horas dimittatur: & fiat hoc donec ardor recesserit: & postea vnguento albo inungat: deinde fomentationes fiant: donec sanus sit.

Item ad idẽ. Accipe radices bardanæ: & decoque eas in optimo vino albo: & fiat fomentũ sedendo super scãnum foratum: & multũ valet ad eas desiccan-
B das et delendas: vel recipiat fumũ per embotũ. Succus parietariæ cum vitello oui & oleo ros. valet contra hæmorrhoidũ tumorem. Item vt desiccentur hæmorrhoides: liniãtur cũ melle, & superaspergatur puluis, vel mẽzabi bouis tassi barbassi ĩ magna quãtitate. Si vero fuerint exterius ingrossatæ: & nulla putredo emittatur: accipe foliũ artemisiæ, & absinthiũ trita: & cum oleo de lino vel cõmuni cocta & calida inquantũ sufferre potest, superponatur vsq; ad tres vel quatuor dies: & tũc si videris prodesse, insistas: & hac medicina si videris ꝙ nõ decreuerit: accipe fructus caprifici: & impone cũ flore viridis ęris: & oleum supra ignẽ, donec vertatur in carbones: ex quibus fiat puluis: & vncto loco prius de melle superponatur: deinde lana succida cũ pede uel manu bene premat. quãdo autem infrigidatũ fuerit: statim alius puluis super-
C ponatur similiter. & sic fiat donec diminutę fuerint. Deniq; si penitus uis curare: quisq; attritus filo de serico bene ligetur: et si patiens sustinuerit, incidatur: ꝙ si nõ sustinuerit, dimitte filũ donec ceciderit: deinde super unumquenq; attritũ ponatur parum de unguento ruptorio in capsula de cera facta: uel ponatur calidum ferrũ: ꝙ si sanguis non emittatur, sed putredo tẽtetur cũ tenta. uide tamen utrum tendat uersus os nariũ: uel uersus longaonẽ ierit. immittatur ferrum calidum uel unguẽtũ ruptorium: deinde apposito ouo, curetur ut cętera uulnera.

*De retentione urinæ propter uulnera.* Cap XXXIX.

QVia per uulnus circa pecten et alias partes uicinas uesicæ stranguriã sępe fieri contingit: qualiter iuuamen prępstari possit: dicamus. fiat er-
D go emplastrũ: quod Rec. cinerem foliorũ & radicum ebuli: & cinerem ipsum, et ebulũ tandiu bullire facias in aqua uel in uino: ꝙ ita calidum quantum tolerare potest patiens in facculo superponas: & statim patienti urinam reddet.

*De cauteriis.* Cap. XL.

QVia cauteria humano corpori, beneficia plurima pręstare consueuerũt: de his quæ ab omoplatis ad genitalia fieri debent: & ubi & ad qd docere curamus.

Ad inflatiouem, tumorem iuncturæ manus & brachii, & ad dolorem manus, uratur in brachio retro tribus digitis a nodo.

Ad eiusdem dolorem et dolorem manus uratur in cõcauitate manus: & ex alia parte inter digitos, ad idẽ

confert vſtio facta inter digitos.

Ad dolorem humerorum & ſpatularũ & defectu oculorum: fiat vſtio ad nodulũ in fontanella brachij intus & extra: vel mẽſura a nodo humeri tres digitos inferius: & facias ibi cauteria.

Ad aſthma: mittatur ſeton in concauitate ſupra pectus, ſcilicet ſub epiglotti tantum pelliculam perforãdo in ſummitate & in longum.

Ad dolorem pectoris & ſtomachi: ſub furca pectoris mittatur ſeton.

Ad vitium ſplenis: mittatur ſeton in ſiniſtro hypocondrio, ſupra ſplenem. quidam etiam mittunt vnũ ſetonum ab alio.

Ad dolorẽ et vitiũ hepatis: fiat uſtura ſupra hepar.

Ad dolorem lumborum: ſub ipſis lumbis in fontanella fiat vſtura ad nodulum.

Ad dolorem ſpinæ: ſetones mittantur vnus in medio ſpinæ: alius tribus digitis ſupra: tertium tribus digitis ſubtus.

Ad dolorem teſticulorum: mittatur ſeton ſub ipſis in oſcheum. caue tamen ne filum quod eſt ibi uratur.

Ad hæmorrhoidas: mittatur ſupra anum retro: & ſic cauteria operi finem imponent.

Explicit liber tertius.

## CHIRVRGIÆ ROLANDI LIBER quartus.

IN parte deo annuente diſpoſui, ſed non cum ſublimi ſtilo, non colorato ſermone in artem redactum: cuncta pfeci. quapropter diligens lector mihi veniam pręſtet: et quo ſermone et quo ordine ĩ artem redactã ceperim: & in quid eã mutauerim: quibus velociter, ſiue diligẽter attendat: & hoc velut in ſtabili firmoq; principio ſuperędificare laboret: vt æternã ſibi gloriã & laudẽ proſequi mereatur. Ægritudinibus igitur a ſcia ſuperius diſtincte & lucide proſecutis, de curis ſciæ & aliorũ membrorũ a ſcia inferius tractare curabo.



### *De uulnere uertebri ſiue ſciæ.* Cap. I.

SI vertebrum quod dicitur alio nomine ſcia, et os rotundũ, & ligatura enſis, vulnere læſum eſſe cõtigerit, iſta quidẽ vbi quædam pars ſciæ remaneat, ſiquidẽ eſt extrahendum remoueas: & in ſuturis & in

E alijs, vt dictum eſt ſuperius, curã adhibeas. ꝙ ſi telum ei inhæreat, et ſubito trahi non valeat: vſq; ad os caro incidatur, vt euelli cõpetentius valeat. Cæterũ ſi euelli nõ poterit, ſubtili trypano circa ferrũ iuxta prædictum modũ foretur: et ſic caute trahatur: deinde curã adhibeas, vt dictum eſt ſuperius. ꝙ ſi os læſum nõ fuerit: cura eſt manifeſtiſſima.

### *De uulnere coxæ.* Cap. II.

SI vulnus in coxa, enſe, vel alio ſimili fieri contingit, ſiue os lædatur, ſiue nõ: eandẽ curã adhibeas; quam in brachijs fieri diximus. Si telo coxa vulneribus lædatur: nihil adiungimus his quæ in cura brachiorum ſunt dicta ſuperius.

### *De uulnere in genu.* Cap. III.

F SI in genibus fiat vulnus, vt etiã patella ex magna parte ſeparetur, per ſuturam iuxta prædictũ modũ curam adhibeas: idem dicimus ſi ex tranſuerſo. Siue patella ſit læſa, ſiue nõ. ſed raro vel nunquã liberatur ad plenũ. Telum quod patellæ inerat, ſũma cautela eſt abſtrahendũ ſecundũ prędictam curam: deinde curã adhibeas vt in alijs vulneribus: hoc addito ſi patella ex toto incidatur: ambæ coxæ cõprimantur faſcia: et poſtquã erit aptata in locũ ſuum, ligetur: et ſi opus fuerit, ponatur farina ſigali, mumia, vel ſanguis humanus: quia hodie non reperitur vera mumia, & ſanguis draconis. omnia terãtur: & cum albumi. oui cõmiſceantur, & ſuperponantur.

### *De uulnere in crure & pede.* Cap. IIII.

DE vulneribus cruris hoc idẽ dicimus, quod de alijs. hoc tamẽ ſuperaddimus: ꝙ ſi fiat vulnus
G ſpatio triũ digitorũ a genibus infra vel ſupra, vel carnoſitate cruris: vbi organicũ membrũ eſt, de eius periculo timendũ eſt. Vnde curam quã de lacertis prędiximus, ſuperadiũgamus: Hoc prænotato: ꝙ ſi tumor innaſcitur cum quadã duritie aut nigredine & multo dolore, & ad ſuperiora conſcendat: mortale eſt. ſi vero ad inferiora, nõ mortale. Si vero crus cũ telo ſit perforatũ: iam dictam curã adiunge. Si in pede vulnus fiat cum læſione neruorũ & oſſis, vel ſine læſione eorum: eodem modo cura adhibeatur, vt in vulneribus manuum diximus. Calcaneo autem cura cautiſſima prębeatur.

### *De dislocatione uertebri.* Cap. V.

SI vertebrum caſu vel percuſſione aliqua reſilierit a ſcia: vel propter humorẽ ibi decurrẽtem: ſi neruus qui oſſa cõiungit, rumpatur: in æternum fiet clau-
H dus: tamen meliorari poteſt. primo ſupinus iaceat infirmus: & medicus ſedens ei oppoſitus reuolutis pedibus contra ipſum pedẽ: imprimendo inter vnã coxã & aliam tenendo crus, alius fortis teneat corpus firmiter a ſuperiori parte: medicus manibus trahendo, & pedibus imprimendo os ad propriũ locum reducat. Si vero opus fuerit: ligetur infirmus duabus faſciolis iuxta iuncturã illam: & medicus ſedeat, & trahat capita vnius faſciolæ: & alius ex alia parte idem faciat: & ſic æqualiter trahendo reaptetur os, & menſurentur pedes: vt ſciatur ſi vertebrũ ſtet in ſuo loco: vertatur etiam infirmus: vt medicus nõ decipiatur: & calcanei menſurentur: & ſi ambæ nates ęqualiter iacuerint, bonũ eſt: & tunc petia in albu. oui infuſa, & plumaceolus in illis neceſſarius ſuperpoſitus ligetur; vt coſtę nõ poſſint

possint vagari: & sępe fiāt vnctiões & fomentatiões.

*De ruptura ossis coxæ, & etiam cum uulnere.* Ca. VI.

SI vero os coxæ rumpi contigerit: in primis ad proprium locum reducatur: et si fiat cum ruptura & vulnere carnis: membrū debemus ex vtraq; parte capere, & leuiter extendere, & manibus cōprimere, & cætera prosequi, quæ circa rupturā brachij diximus. hoc tamen superaddimus: vt ad mensurā alterius coxæ & cruris & pedis aptetur. oportet quoq; ad mensurā vnius vnciæ spatiū inter capita ossium relinquere. ad ligandum vero plagellam per semissem amplā ponere, & aliā super ipsam: & sub ipsa circumligare. circa vulnus quoq; si ibi fuerit, & circa illa, prædictā curam adiungimus.

*De dislocatione ossis cruris.* Cap. VII.

SI crus sit disiunctū a coxa, eadem fit cura, quā in disiunctura brachij diximus fomentationibus, & vt cōmunibus prædictis cū stupha prędicta: os ad locū violenter reducatur: sine tabulis quoq; ligetur primo contractum: deinde extensum: deinde paulatim moueatur: q; bene ambulare assuescat.

*De ruptura ossis cruris, & etiā cū uulnere.* Ca. VIII.

DE ruptura cruris cum vulnere & sine vulnere idē dicimus, quod ī rupturis brachij diximus, nihil addens, nisi vt spatium vnius vnciæ in ruptura coxæ docuimus inter capitula ossium relinquatur: & plagella, vi. digitis ampla ligetur. hoc enim nō pręter mittimus: quia infra spatium triū unciarum sub genu vel trium supra in coxa vel crure contingat fieri. Igitur malis superuenientibus vt pustulis, quę iam supra dictæ sunt, periculum mortis iudicamus.

*De dislocatione pedis & digitorum eius.* Cap. IX.

PEs aliquādo a suo loco disiūgitur: & modo hac, modo illac: modo uersus plantā, modo ad calcaneū vertitur. vnde fomentis & vnctionibus pręmissis, pes a medico trahatur: & fortiter pro varietate disiuncturæ nodus ad propriū locum redire cogatur: & tabulis vndiq; positis ligetur.

Digiti pedum quādo a propria positione recedūt: eodem modo ad iuncturam suam reducantur: vt in digitis manus prædiximus.

*De cācris, fistulis, lupo, & reliquis pustulis cruriū.* Ca. X.

CAncer & fistulæ qui in his locis nascuntur, aliquando os tabescunt, atq; corrūpunt: quia vero partes istæ carnosæ venis & neruis & arterijs non sunt implicitæ: secure incidere & incisiones facere, & vnguenta violenta īmittere videmus. Item cancer aliquando se cōstringit, aliquando se elargat: & a lateribus se corrodit: quē sic per incisionē curamus: quando est in elargando labrū, vndiq; ferro incidatur: deinde vsq; ad profundū vratur: et ouo superposito curetur, vt dictum est superius: q; si in loco effuso super uenerit, & super os aliquā eminētiam fecerit, cura sic. habeas capsulam de cera uel pasta: et admodū impleatur de vnguento rup. super locū dolentem ponatur, vt bonā carnem custodiat. locus autē patiens de vnguento impleatur: vbi caro in se mortificetur, & corrodatur, a mane vsq; sero dimittatur: vel econuerso: deinde ouū superponatur ad ignem tollendū: postquā ignem cecidisse cognoueris; ossi curā in vulneri-

A bus dictā adhibeas. Cæterum si os totū mortificatum fuerit, & tabefactū videris: incurabilis est. Item cācer in extremis partibus fit: qui potest occidi puluere psylothri. Item fit cancer fœtidus & niger, qui occiditur puluere asphodelorum.

Nascitur quandoq; lupus in cruribus vel tibijs distinctus a cancro per signa dicta superius vbi facimus distinctionem inter cancrū et lupum. fiat ergo incisio tribus digitis a radice, circūcirca a radice incidatur: & superponatur stuppa cum ouo prima die. secūda die vratur: deinde cū puluere & vnguētis curetur more cancri: vt superius dictum est.

Pustulæ & rupturæ quæ fiunt in cruribus, eodem vnguēto curantur: quod ad rupturā capitis diximus fieri. hoc autē superaddimus: vt de vrina matutinali patiēs bene se abluat circa loca rupta: deinde bene ab

B stergat: & de vnguento illo prædicto crura vngat. cū autem videris pustulas remoueri, & rupturas sanari: appone unguentum album in quo sit pro aceto aqua rosata: & pro oleo cōmuni oleum violatum.

*De sciatica & arthretica passione.* Cap. XI.

COntra sciaticā passionem: tria cauteria fiant supra sciam ad nodulum: vel fiat ibi cauterium triangulatum.

Ad remedium totius corporis duæ fiant vsturę in tibia tribus digitis supra nodum gatali & tribus digitis sub genibus: quæ multum valet contra arthreticā & dolorem superiorum, & vna fit sub crure.

Ad arthreticā fiat una ustura sub pede ī cōcauitate.

*De combustione ignis uel aquæ calidæ.* Cap. XII.

C SI combustio ab igne vel ab aqua calida fiat: tunc primo accipiatur oleū cōmune: & cum aqua frigida diu cōmisceatur, & cū bene incorporatum fuerit, iterum adde aquam: & diu cōmisce: & hoc tali vngas locum combustum.

Item accipe cortices mali granati, & in bono vino prius mollificatos: et in eodē vino decoque: et postea terantur cum albu. oui: & ex illis vngatur locus. Itē accipe herbas frigidas, scilicet crassulā maiorem, et minorē, scifulam, vmbilicum veneris, solathrum, semperuiuam, ana. M. i. & ista talia pistentur in mortario cum axungiæ nouellæ. lib. i. & coquantur omnia in olla noua, & colentur: & colaturæ addatur parū ceræ, & mastic. & hoc multū valet. Item summitates sambuci cū axungia bene terantur: & ter dimittatur per. iiij. dies: & postea illud tale coquatur in aqua: & colatura seruetur. Item si penetrauerit ignis multū

D ad profundū, fiat hoc vnguentū: quod. Re. lithargyr. plumbi vsti, mastic. olibani, ana vnc. 5. gerse, vnc. iij ista omnia puluerizentur. postea accipe succū vermicularis, vmbilici veneris, solathri, cimarum rubi, ana vnc. iij. olei uiol. unc. iij. succus cum oleo uiol. diu agitentur, & incorporetur. postea addatur puluis supradictus, & misceantur. Item addatur aqua ros. & fiat sicut unguentum alb. in mortario: & ponatur hoc unguentum in folio plantaginis uel caulis: et superponatur hoc unguentum. Item accipe calcem uiuam, & mitte in aqua, & abluatur: & per. iij. dies dimittantur residere in fundo: & aqua semper proijciatur. postea accipe oleum ro. uel uiol. uel cōmune. uel cū calce bene incorporentur: & iterū ablue cum aqua: pijce: & usui reserua. Item accipe alumen zucharinū, ace

tum, & licium insimul mistũ dolorem statim tollit: fimus colũbinus idem facit. Solet quãdoq; plurimũ valere inũctio sapõis sarracenici si a principio fiat. Sapo sic fit. Accipiantur duæ mensuræ quarti capitelli et vna olei cõmunis: & fiat decoctio ad aliquantulã spissitudinem: quod perpenditur gutta posita super marmor: & etiã si applicetur linguæ, ipsam vehemẽter incendit & mordicat: postea addatur mensura tertij capitelli, et fiat decoctio, vt prius ad aliquantulã spissitudinẽ, et probetur supradicto modo ad marmor et ad linguã: sed nõ mordicat ita vt prius. postea apponantur duæ mensuræ de secundo capitello: & fiat decoctio vt prius. vltimo addatur vna mensura primi capitelli: & fiat decoctio vsq; ad perfectã spissitudinem semper agitando. signum decoctionis est quãdo gutta posterioris decoctiõis minus est acuta primi, & minus mordicans. dicitur autẽ sapo sarracenicus: quia niger est. Itẽ mel appositũ conferre consueuit. Itẽ sanguis gallinaceus in principio superiunctus plurimũ valet. Item ad idem. Accipe oleũ cõmune, vel viol. vel rosaceum: et perunge locum vstum: deinde superasperge puluerẽ factum de stercore asinino cõbusto. & liberatur.

### *De lepra.* Cap. XIII.

EX corruptis humoribus in corpore lepra cõsurgit: vnde sicut quatuor sunt humores: ita quidẽ & quatuor sunt eius species, scilicet. Alopecia, Elephãtia, Leonina, et Thiriasis. Fit enim alopecia de phlegmate: & vulpi assimilantur patientes: quia depilantur, sicut vulpes, qui hac specie lepræ pati consueuerunt. Elephantia fit ex sanguine ab elephante: quia sicut elephas omnibus alijs animalibus maior est: ita & sanguis, alijs humoribus maior est, & dignior. Leonina fit ex cholera sic dicta: quia sicut leo calidior cæteris aĩalibus iudicatur: ita hæc passio calidior perhibetur: vel vt leo varius est in colore: ita hæc in suis coloribus est variata. Thiriasis fit ex melancholia: quę thiro assimilatur. nã sicut thirus per compassionẽ & fricationem spoliũ emittit: sic & isti tota die se scalpere & fricare desiderant. Quibus hoc vnguentũ facimus. Accipe saponis gallici, unc. iij. farinæ lupinorum amarorũ & siliginis, ana unc. iij. axungiæ veteris, vnc. iiij. olei, & capitelli quod sufficit: confice sic. omnia in vas figuli ad ignẽ pone: quæ teri nõ debent quousq; liquefiant: & liquefactis ceram adde: & dein de puluerem terendorum: & sic eo tepido omni die vsq; ad. viiij. dies inungatur: & postea ad balneũ eat, E & balneetur, & abluatur. Cũm hoc factũ fuerit, post tertium diem testiculi abscindantur & paulo post inter cubitũ & humerũ vbi fons dicitur, coquatur: et sic per vtranq; auriculam in fontibus. valet autẽ hoc vnguentum proprie contra elephantiam.

Contra alopeciam tale fiat vnguentũ. Accipe picis, & sulphuris, ana vnc. iij. pyrethri, vnc. i. olei viol. vnc. 5. succi porrorum, saponis gallici, ana lib. 5. confice sic. pulverizanda terantur, & cum oleo bulliant, et saponẽ adde, & misce, & parũ dissolue ad ignem, sed prius lanuginem quæ ibi est, abrade: postea cũ eo fortiter frica, & ad balneum pergat patiens: & eo in sic co balneo diligenter inungas: cum eo sudet: & sic de tertio in tertium diem faciat quousq; sanus fiat: et semper abrasus existat.

### F *De spasmo superueniente uulneri.* Cap. XIIII.

SPasmus superueniens vulneri hoc modo curatur: vngatur vnguento quod sic fit. Accipe olei muscellini, vnc. i. petrolei, vnc. 5. olei cõmunis, & butyri, ana vnc. iiij. ceræ, vnc. i. styracis calamitæ, & ruthæ, ana vnc. iij. & . 5. mastiches, olibani, ana vnc. i. gũmi ederæ, vnc. iij. & . 5. confice sic omnia simul supra ignem ponantur: & cũ liquefacta fuerint, deponantur ab igne: & spatula agitando puluis terrendorum mittatur. vltimo vero cum ad spissitudinẽ venerit, & coctũ fuerit, superponatur styrax: & fiat inunctio inter duos vngues in ceruice, collo, spina: & toti corpori hoc vnguentum plurimũ valet cum fit ex repletione. Item accipe absinthij. M. i. bacas lauri, cymini: & omnia pulueriza: confice cũ melle: & fac bullire aliquantulum, vt inspissetur: et post tum in plagel- G la tepidum superpone loco dolenti: hoc mitigat dolorem mirabiliter.

Ego Rolandus Parmensis in opere præsenti iuxta meum posse in omnibus sensum & literaturam Rogerij sum secutus: nec mirũ si imperitia mea hoc egerit: cum pene omnes sapientes hoc egisse noscantur. Nam diuersitas curationum indicat φ literaturã semper sequi anteriorũ quisq; debeat. Possideat ergo vestra dilectio liberalitatis meæ præsens munusculũ, sperans inde multum fructum colligere, si secundũ præ dicta voluerit operari. Roget ergo creatorem nostrũ vestra benignitas: ut omnium mihi veniam dignetur concedere peccatorum. Amen.

Explicit liber qui dicitur Rolandina.

FINIS.

# CHIRVRGIA PARVA MAGISTRI Lanfranci Mediolanenſis.

INTENDENS venerabilis amice Bernarde componere librum: in quo tradã omnium concedẽte Deo datore plenã doctrinã ad inſtrumentum chirurgicũ pertinentẽ: non propono in prȩſenti opuſculo tradere tibi niſi pauca leuia & probata: quȩ licet breuia: tamẽ propter magnã utilitatem eã non vilipendas: ſed de his proponas plenarie confidere. Pono nãq; ſummarie ſecundũ tuam petitionem probatas medicinas et modũ curationis breuem vulnerũ, & apoſtematum, vlcerum, cancrorũ, & fiſtularum. & quaſdã oculorũ curas & de algebra parum: ſecundũ ꝙ me ratio docuit operari: & experi- B mento ſunt per me longo tẽpore roborata. Confido nãq; adeo de ſubtilitate tui intellectus: ꝙ per illa pauca tamen tuo ingenio ad magnũ opus poteris peruenire: & ꝙ inde nomẽ magni medici conſequeris. Cõiuro te tamen per deum & nobilitatem tuã: ne aliquibus idiotis tradas illud: ne per ignorãtiam eorũ opus meum noceat alicui: qđ ad cõmunem utilitatem eſt tibi charitate collatum.



*De intentione chirurgi.* Cap. I.

ATtende ꝙ omni opere medicus debet ſupponere certã intentionem: & vti rebus: quæ ipm adiuuent ad intentionẽ. In vulneribus vero curãdis, intentio prima eſt vera conſolidatio: quæ quidẽ fieri D nõ poteſt: niſi in vulnere ſimplici facto in carne: nam alia membra conſimilia: ſcilicet oſſa, nerui, cartilagines, panniculi, cutis non conſolidantur vera reſtauratione vel conſolidatione: quia eorũ materia fuit ſperma parentum: ſed loco rei ex eis perditæ reſtauratur aliquid quod ſupplet uicem eius, quod erat amiſſum: licet de neruis, venis & arterijs diuerſa ſit opinio. Nã aliqui credunt: & conſolidentur vera cõſolidatione. Alij dicunt ꝙ non: ſed reſtaurantur. Sed ego dico ꝙ non conſolidantur vera conſolidatione, quando eorum ſectio eſt magna: & conſolidantur vera conſolidatione, ſi eſt parua. Sed caro, cuius materia eſt ſanguis: qui quotidie in corpore generatur: bene recipit veram reſtaurationem. Vnde in uulnere facto in carne: ſemper ſit tua intentio conſolidare: niſi vna ſeptẽ rerum tibi cõtradicat. Prima eſt, ſi fuerit punctus neruus. Secũda, ſi vulnus fuerit vſq; ad os. Tertia, ſi cum vulnere fuerit apoſtema. Quarta, ſi fuerit tibi mala dyſcraſia. Quinta, ſi in vulnere ſit æqua concauitas. Sexta, ſi vulnus fuerit cum contuſione. Septima, ſi vulnus factum fuerit ab aliquo animali venenoſo. Quæ omnia ex neceſſitate ducunt medicum ad aliam intentionem: ſecundũ ꝙ aperte docebo: & primo.

*De uulnere facto cum puncta alicuius inſtrumenti, ut gladio uel ſagitta.* Cap. II.

INcipiam ergo a vulnere ſimplici carente prædictis rebus. vij. Illud ergo vulnus vide: vtrũ ſit factum cũ puncta alicuius inſtrumenti: ſicut cum cultello, lancea, vel ſagitta, vel alio ſimili: & illud omnibus citius conſolidatur: quia ſi non tetigit neruũ, nec panniculũ, nec chordam, nec muſculum tegentẽ os ſuppoſitum, cuius rei ſignũ eſt doloris carentia: nõ eſt tibi neceſſarium niſi ponere tentã infuſam in oleo roſa. quæ teneat cutim apertam per vnũ diem: & facere infirmũ quieſcere ab omni opere illius membri. Et ſi caret omni dolore, et tumore: permittas vulnus claudi: & facias ipſum quieſcere per duos dies: & erit ſanus. Si autẽ dolorem haberet: ſignum eſt nerui, panniculi, chordæ, vel muſculi puncti. Et tunc neceſſe eſt ꝙ infundas totum vulnus de oleo roſa. calido: & facias tẽtam non nimis groſſam nec longam: ſed talem, quæ non conſtringat neruum: & quæ nullum faciat dolorem: & infunde eam in oleo roſ. & vitello oui calido: & ſuprapone repercuſſiuum de eadem medicina: & circũiunge membrum de medicina facta de vnc.i. olei roſa. & vnc.ij. aceti, & vnc.5. boli ar. hoc fac do- C nec ſedatus ſit omnis dolor: & vulnus faciat ſaniem: quia tunc eſt ſecurũ ab apoſtemate & ſpaſmo: poſtea pone in vulnere tentã ſiccam de panno molli tantũ: & ſupra mundificatiuũ: quod fit de vnc.iij. mellis ro. colati: & vnc.i. ſubtiliſſime farinȩ hordei: & vnc.5. terebinthinȩ lauatȩ: inſimul parum bullitis ad perfectionẽ emplaſtri non duri: & ſic ad finem curabitur. Et nota ꝙ terebinthina non debet decoqui cum alijs: ſed debet poni in fine decoctionis. Si per infuſionem olei ro. & per defenſionem boli ar. ſupradicti non ceſſaret dolor, facias ægrum phlebotomari, ſi eſt fortis, ex parte contraria: ſi eſt debilis, fac ſcarificari: & facias ipſum aſcellare per ſuppoſitorium omni die: & inunge ei diætam ſtrictam vſq; ad ſedationem apoſtematis, doloris, & inflationis: et inunctio facta de bolo ar. & oleo roſa. & aceto circa vulnus, ſemper continuetur vt dictum eſt: nec aliquo modo propter inflationem factam ex punctura nerui, ponas aliquod emplaſtrum de herbis & axungijs, vel aliquibus marcentibus: nec propter dolorem tangat membrum aqua calida: quia omnia iſta ſunt cauſa putrefactionis, et perditionis membri.

*De uulnere facto cũ enſe, uel alia re incidente.* Ca. III.

SI vero vulnus factum fuerit cum enſe vel alia re incidente ſecũdum longum: vide ſi eſt ita paruũ ꝙ ſola ligatura cum plumaceolo poſſit tenere partes coniunctas: ſufficit tibi coniungere partes, & ponere ſupra plumaceolum de ſtuppa infuſum in albumine oui: & ligare cum binda: & non indiges alia medicina. Si vero eſt tam magnum quod ligatura nõ ſufficiat: ſue vulnus cum acu quadrata & filo æquali incerato: & ſemper fiant puncti impares ſi poſſibile ſit:

incipiendo in vna extremitate vulneris, & poſtea in
alia: poſtea in medio: & poſtea ex vtraque parte me-
dij puncti: & fac ibi tot punctos quot ſunt neceſſarij:
elongando vnū punctū ab alio per quantitatē vnius
vnciç.i. digiti minoris vel medij, dimittens in inferio-
ri parte orificiū apertum: per quod īmittas vnā tentā:
per quam expurgetur vulnus. ſuper ſuturā pone pul
uerē factum de parte.i. thuris: &.ij. ſang. dra. &.iij. cal
cis viuæ: & aliquādo ſola calx facit opus: ſup puluerē
ponatur peciola pāni intincta in albu. oui: poſtea lige
tur cū binda & plumaceolis: & cōſeruet̄ ſutura: & ſic
inungatur vel mutetur: vt conſolidetur vſq; ad finē.
Si autem iſto tempore vulnus mutaretur ab aere,
& faceret ſaniem, & ſoluerentur pūcti: mundificetur
cū medicina facta ex vna parte farinæ tritici &.ij. mel
lis, &.iij. aquæ: ſimul bullitis ad modum pultis vſque
ad finem. In fine ponantur ſupra vulnus ſtuppæ infu
ſæ in vino calido.

*De inciſione nerui.* Cap. IIII.

ATtende hic ꝙ, ſi ex vulnere enſis vel ſimilis ner
uus in brachio vel manu, crure, collo, vel pe-
de, incideretur ex tranſuerſo: ꝙ licet Theodoricus &
multi alij dicāt cōtrariū: ꝙ bonū eſt & vtile ſuere ner
uum cū acu: quādo ſuis vulnus in ſuperficie vtriuſq;
capitis nerui inciſi: & cū ſutura continuare capita ner
ui adinuicē: & ſupra talem ſuturā nerui pone oleum
roſ. in quo bullierint uermes terreſtres longi: qui dicū
tur lumbrici: & conſerua ſuturā tam propter conſoli
dationē nerui: quam propter conſolidationem vul-
neris exterioris. Ex hac enim ſutura fit nobilior cō
ſolidatio & melior reparatio: ita ꝙ aliquando ſpeciali
ter in corpore pueri: & re vera per talē ſuturā recupe
ratur motus membri: cui ſeruiebat neruus inciſus: qui
nō recuperaretur: ſi ſutura, non fieret in neruo: nec ti
meas de dolore: qui dicitur fieri propter ſuturā acus
in neruo: quia talis dolor mitigatur incontinenti per
oleum prędictū: nec talis dolor poteſt inducere ſpaſ-
mum propter talem inciſionem nerui.

*De fluxu ſanguinis ex uena uel arteria.* Cap. V.

SI fluxus ſanguinis egredientis ex vena vel arteria
te īpedit, ſtringe eū ſic. Rec. thuris. par.i. aloes p.5.
& pulueriza, et incorpora cum albumine oui vſq; ad
ſpiſſitudinem mellis: & pilos leporis minutiſſime inci
ſos intus incorpora: pone digitū tuum in loco, & tan
ge pulſum vnde exit ſanguis: & tene per horā: & ſu-
perpone de illa medicina abundāter: & caue ne in ho
ra mutationis illam medicinā vi auferas: ſed ſi adhæ-
ret: firmiter loco appone de eadē medicina magis li-
quida ſupra ipſam medicinam prædictam: donec ca-
dat a vulnere ſine violentia: quia tunc erit conſolida-
ta vena vel arteria. Et huic medicinæ nō eſt par in re-
ſtringendo ſanguinē, et conſolidando venam.

*De uulnere in carne cum oſſe.* Cap. VI.

QVando autē cum vulnere carnis eſt vulnus in
oſſe: nō oportet vt conſolides vulnus carnis
ante reſtaurationē oſſis. Reſtaurationem di
co: quoniā os nunquā conſolidatur vera conſolida-
tione: ſed loco oſſis oritur quædam caro calloſa, quæ
vocatur porus ſarcoides: vel caro poroides: quæ ſtat
loco oſſis: quæ quidem reparatio debet exſpectari an
tequam conſolidetur vulnus, quod eſt in carne: alio-
E quin nō fieret reparatio: quia humiditas carnis impe-
diret: cum reparamentū non poſſet fieri, niſi locus vl
timo deſiccetur. oſſa nāq; ſunt ſicciſſima: & materia
reparamenti eſt oſſium nutrimentū: quod naturaliter
eſt ſiccum. nutrire non eſt aliud quam nutrimentum
cū nutrito aſſimilare: quare nutritio fit per ſimilia, ſi-
cut diminutio per contrarium. Et quia inter cæte-
ra oſſium vulnera, periculoſiora ſunt uulnera oſſium
capitis: quia ſi in vulneribus capitis cū fractura cranei
fieret conſolidatio carnis ante reparamentum oſſis: eſ
ſet cauſa mortis propter nobilitatem cerebri: & acci-
dentia peſſima, quæ ſequentur ab illis, in curis oſſium
capitis incipiam.

*De uulnere capitis cum fractura cranei.* Cap. VII.

CVm vulnus fit in capite & cū fractura cranei:
F conſidera ſi fractura tranſit ad interiora: ꝙ po-
teſt ſciri multis modis, ſcilicet per perſeuerationē vo-
mitus, & doloris paruitatem, oculorū lachrymas, &
curuitatem aſpectus, & incenſionē, & circuitionem
oculorū. & per experimenta quæ non fallunt, ſcilicet
ꝙ ponas in dentibus ægri filum biſtortum inceratū
& teneat illud æger firmiter cum dentibus: & tunc in
cipias apud os cū vnguibus tuis: et duc vngues ſtrin-
gendo filum: & faciēdo ſonū vſq; ad aliud caput fili:
quod diſtabit per cubitum ab ore: & facies hoc pluri
bus vicibus: ſi patiens poteſt ſuſtinere ſonum. & non
ſentiat dolorē, non habet fractum craneum. Si autem
fractum eſſet: nullo modo poſſet ſuſtinere cōfricatio-
nem vnguium ſuper filum. Itē percutiatur caput
cū leui baculo ſicco de ſalice vel de pino: & pone au-
rem tuā apud caput: & ſi ſanum eſt os: tunc audies ſo
G num ſanū: ſi fractum aut ſciſſum, audies ſonum mutū
ſecundū comparationem factam a campana ſana ad
campanā ſciſſam: neq; confidas in expectando ſigna
bene comedendi, dormiendi, aſcellandi, & ſimilium:
de quibus Rolandus & Rogerius dicit ꝙ ſunt fallibi-
lia: ſed aliquando eſt manifeſta tibi per tactum ipſius
cranei. Cum ergo certus es de fractura cranei pene
trante, vide ſi vulnus cutis eſt minus quam fractura
ipſius cranei: & amplia illud: dūmodo nō videas ſi-
gna mortis: quia tunc nihil eſt de nouo faciendū. Am
pliato vulnere tantum vt oportet, detegatur tota fra-
ctura cranei: inde ſi pars fracta ſubintrauit ſanum os:
aut ſi ſit ibi aliquod fruſtum a quo pūgat dura mater:
quia in his duobus caſibus oportet te remouere par-
tem oſſis ſuppoſitam cū inſtrumentis: et fruſtula om-
nino remouere: & tunc remoueas: vide vbi pars ſup
H poſita ſe teneat craneo: & erit ibi aliquantulū plicata:
& aliquando erit circūferentialiter tota depreſſa: tūc
infunde totum craneū læſum cum oleo ro. calido per
vnū diem vel duos: & in vulnere ſupra craneū pone
ſtuppas vel petias panni vetuſti. & infuſas in oleo ro.
& vitello oui calidis: ſecundo vel tertio die labora cū
inſtrumentis leuiter ad remouendum os: & remoue
quod eſt remouendum leuiſſime operando: ne tāgas
duram matrē, uel aliquod principium nerui. ſimiliter.
remoue fruſtulum pungens duram matrē: remoto oſ
ſe habeas pannum ſubtilem: & intinge in melle roſa.
colato, par.i. & olei roſ. partibus.ij. & pone intus cra
neum & duram matrem caute & leuiter: & imple to
tum vulnus cranei leuiter de illis pannis ſic intinctis.
In vulnere carnis ponas petias cum viticello oui &
oleo ro. poſtea habeas plumaceolum de ſtuppa ſub-
tilem:

tilem: qui cõprehendat totũ vulnus cutis & prius in-
tinctum in eadẽ medicina. Ad vltimũ habeas pluma-
ceolos magnos seu stuppas magnas madefactas in aq̃
frigida in æstate: & in hyeme, in calida: & bene expri-
mas: quas madefacias in medicina facta de vnc. ij. olei
ros. & vnc. 5. aceti, & vnc. i. boli ar. quas petias supra
capite prius raso pone: & sic fac donec vulnus abun-
danter emittat saniẽ: & tunc incipe ponere supra du-
rã matrẽ de puluere subtilissimo facto ex thure quod
descendit per cribrum: et supra puluerem pannum in
tinctum in melle ro. & oleo prædicto calido: sed tunc
pannus melius exprimatur: de quo panno impleatur
totum vulnus quod est in craneo. In vulnere autem
cutis, pone fila sicca, & imple: adeo ꝙ non permittas
carnẽ cooperire craneũ: donec fractura sit reparata:
& supra vulnus cutis ponas mũdificatiuum superius
dictum de melle ro. & farina hordei: tantum ꝙ teneat
vulnus: & vltra circũquaq; per latitudinem digiti cir
ca illud semper ponas defensiuum de bolo ar. In fine
pone consolidatiuum seu cicatrizatiuum: de quo tibi
faciam doctrinam in fine operis. In omnibus alijs
scissuris cranei & fracturis: ubi neuter prædictorũ ca-
suum est: sufficit tibi ponere super os fractum medici
nam de melle ros. & oleo rosa. ca. & imple totum vul
nus cutis de oleo ros. ca. & vitello oui vsq; ad genera
tionem saniei: & supra vulnus, & circa defensiuũ bo.
ar. Et facta sanie: pone supra craneum petiam intinctã
in ipso melle ros. & oleo: et imple vulnus cutis filis sic
cis: & supra vulnus mundificatiuum de melle ros. &
farina hordei: & circa vulnus defensiuum boli vsq;
ad perfectam curam.

*De omni uulnere sine fractura cranei.* Cap. VIII.

Regimen omniũ aliorum vulnerum, quæ sunt
sine fractura cranei: potest fieri per suturã et per
puluerẽ de calce dictũ, & secundũ supra proxime di-
ctam doctrinã, sed nõ oportet in illis vti melle ros. co
lato, & oleo ros. nisi vitello oui cum oleo ros. vsq; ad
generationẽ saniei: & postea mundificatione de mel-
le ro. & farina hordei: & defensiuo boli circa vulnus.
Nam defensiuũ boli est optimum in omnibus vulne
ribus corporis propter euitationẽ apostematis: quia
nihil vtilius ęgro & honorabilius est medico, quã ne
membra vulnerata in tumore veniant apostematũ.
Nã ipse superueniens vulneri capitis est causa aliena-
tionis & mortis: & si accidat mẽbris neruosis, est cau-
sa spasmi ex repletiõe & mortis vel corruptionis mẽ
bri & mortis. Ad cuius apatis euitationẽ multum va
let regimẽ bonę diętæ: & ideo ponã diętam vt sit tibi
doctrina cõmunis in omnibus vulneratis in capite &
neruosis locis. Specialis dięta a prĩcipio sit mica pa
nis lauata quinquies cum aqua calida in hyeme, & po
stea ter in frigida, & post vltimã lauationem ponatur
de zucharo ro. albo. in ęstate lauetur cũ aqua frigida:
pultes rarefactæ de hordeo prius mollificato, & po-
stea pistato & colato: & colatura coquatur & condia
tur cum penidijs, vel zucharo ros. vel cum lacte amy
gdalarum in omnibus vulneribus, pręterquã in vul-
nere capitis vbi non approbo amygdal. habent enim
quandã proprietatem fumosam nocentẽ capiti. Si au
tẽ ęger esset nimis debilis, aut naturaliter haberet debi
lẽ stomachum, posset paruos pullos conditos cũ agre
sta sumere, & carnes hœduli, et pedes porcorũ omnia
condita cum agresta vel vino granatorũ acetosorũ.

A Potus eorum & specialiter vulneratorũ in capite &
locis neruosis: si sit vinũ de granatis cũ decuplo eius
de aqua frigida vel agresta cũ aqua clara frigida: vel
iste potus optimus confortans stomachum, & prohi
bens vapores ascendere, & non cõstipat & extinguit
calorẽ. Reci. hordei mundi, vnc. ij. micæ panis, vnc. i.
zuchari rosa. vnc. i. granorũ granatorum, vnc. i. pru
norum siccorũ decem numero: omnia coquantur in
decem lib. aquę usq; ad medietatẽ. coletur & seruetur
in vase vitreo, & administretur frigidũ: Nihil actu ca
lidum detur. Si autem ęger iuuenis fuerit, & sangui
neus, et parum sanguinis exiuit ex vulnere, phleboto
metur ex parte contraria si est fortis, vel ventosetur
si est debilis vt dictum est: & omni die ascellet vna vi
ce cũ suppositorio, si per se non ascellasset. Nã omnia
ista cum defensiuo boli defendunt vulnus & mẽbrũ
B a receptione superfluitatum. Cũ autem omnis cursus
humorum cessauerit, tunc securus es ꝙ non superue-
niet apostema: & nõ subito, sed paulatine fac ęgrum
transire ad grossiorem diętã: & ad vsum vini: saluo
ꝙ in vulneribus capitis & neruorũ non des licẽtiam
vini, nisi propter necessitatẽ debilitatis stomachi vel
virtutis: & tunc sit vinum leue acerbũ & bene lym-
phatum, quia nõ est aliquid, quod ita percutiat caput
& neruos sicut vinũ: & propter hoc in illis vulneri-
bus nõ concedatur vsq; ad finem. Et quando vul-
nus ceciderit super ossa alia, & fracta fuerint illa ossa,
curabis secundũ doctrinã quæ tibi dabitur in capitu-
lo de algebra. Quando autem cũ vulnere est apo-
stema: quod est, quia medicus nõ sciuit defendere, uel
quia tẽta est nimis grossa, vel vnguentũ calidum fuit
semper positũ, vel alteratio aeris, vel debilitas mem-
C bri recipientis: quod quidẽ si accidit non obstantibus
remedijs appositis, erit prauum signum, scilicet signũ
magnę debilitatis membri lęsi. tamen si tale apostema
fuerit in membro neruoso, iam dicta est cura. Si vero
fuerit in mẽbro carnoso, facies pultes de quatuor par
tibus aquæ, & vna olei oliuarum maturarũ, & farina
tritici: & pone supra apostema factum cum vulnere,
& illud tãdiu ponas donec remoueatur totus tumor
& dolor, & ꝙ vulnus emittat abundanter saniem: &
tũc pone mundificatiuũ de melle farina & aqua vsq;
ad perfectam mundificationem, quoniã non potest,
neque debet consolidari vulnus in quo est apostema:
quia omnia consolidatiua nocent vbi apostema est,
nisi prius maturetur, & dolor sedetur, & postea mun
dificetur, & ad vltimũ consolidetur. Item si fuerit
mala dyscrasia, prius curetur cum suo cõtrario calida
D cum frigido, et sic de alijs: & remota dyscrasia redi ad
curã principalẽ. Item si fuerit in uulnere aliqua con
cauitas, carne debita repleatur, quia si consolidaretur
superficies, & concauitas remaneret, ex necessitate
in concauitate remaneret putredo: quæ putrefaceret
locũ, & cogeret medicum iterum aperire vulnus, &
esset labor vltimus maior priore. Repleatur ergo pri-
mo cum mundificatiuo superius dicto, posito supra
vulnus: & cũ puluere ex puluere thuris facto posito
intra: vel cũ alio vnguento regeneratiuo ex dicendis
in fine: postea cõsolidetur. Itẽ si factum est vulnus
cum contusione, scilicet casu vel percussione lapidis
vel ligni, vel alicuius rei non acutæ, nõ debes in prin-
cipio ponere consolidatiuum. quoniam in omni con
tusione contunduntur necessario caro & nerui, si mẽ
brum est neruosum: & necessario putrescit locus & vi-

de consolidatiuum esset causa constringendi putredi
nem in membro, et sic aut membrũ totum corrum-
peretur: aut oporteret te iterum aperire, & esset labor
multo maior, et tibi & ęgroto: quia lõga debilitas ali-
cuius membri ducit totũ corpus ad corruptionẽ. est
ergo prius maturandum, postea mundificandum: &
si remanet concauitas ibi, est regenerandũ, ad vltimũ
consolidandũ: saluo ꝙ si contusio esset parua, cito fir
maretur locus, vngẽdo circa vulnus de oleo ro. & su
per iũcturam puluerizando puluerem myrtillorum:
& vulnus mundificando cum mundificatiuo de mel
le, postea consolidando.

*De morsu canis rabidi.* *Cap.* IX.

CÆterum si factum fuerit vulnus a cane rabido,
cuius signum, ꝙ gallina nõ sumit panem infu-
sum uel infectum in vulnere: et si sumpserit, moritur.
hoc iterum prohibet ne medicus intendat ad consoli-
dationem, sed dimittatur vulnus apertũ per. xl. dies
ad minus. De melioribus localibus est cauterizare lo-
cum cũ ferro calido, & ponere medicinã calidam, si-
cut sal & sinapi cum melle supposita: & fiat remedia
physicalia, quorum melius est. Reci. cineris cancrorũ
fluuialium adustorum, partes. v. gentianę, partes. iij.
terræ sigillatę, partes. vi. fiat puluis. Da bibere drac. ij.
omni die vsq; ad mensem cum aqua: in qua cocti sint
cancri per. xl. dies consolidetur. his omnibus confide
ratis, securę potest in curis vulnerum procedere, reli-
cto residuo tuę discretioni.

*De apostematibus.* *Cap.* X.

DE apostematibus scias ꝙ eorũ causa est duplex,
scilicet extrinseca, ut ex percussiõe, casu uel vul
nere alterato vel similibus. Vel intrinseca, scilicet ex
abundantia interiorum superfluitatum. Materialis
causã est sexcupla: nã aut est humoralis sanguinea, vel
phlegmatica, cholerica, vel melancholica, aut aquea,
aut vẽtosa. & hoc aut simpliciter aut cõposite: licet ra
rissime inuenias apostema ex uno humore solo factũ.

Sanguis nãq; si superabũdat supra totũ corpus, &
calefiat calore inflammante cor, & sic cor
pus, non tñ putrefit, sic fit febris continua synocha. Si
autem putrefit, fit synochus continuus. Si autem non
super totum corpus sed aliquem locũ occupauerit, et
sanguis est tenuissimus in substantia & fluens in quali
tate, facit inflationem rubeam latã sparsam per mem
brũ in superficie quę vocatur erysipelas nothũ, quia
fit de sanguine reducto quasi ad naturam cholerae. si
autem sanguis est grossus naturalis in substantia & ca
lidus in qualitate: fit carbunculus, cuius color est fu-
scus, & tactus durus, & in superficie est sicut color ci-
neritius, quod uenit ex adustiõe. Et si sanguis est na
turalis, tamen nimius in quantitate, facit phlegmonẽ:
cuius signa sunt subrubedo propter similitudinẽ, du
rities propter lenitatem: tumor profundus propter
materiam in profundo membri, scilicet carnis cõten-
tam, pulsus propter inundationes, quæ fiunt calore
agente in materia. calor ex caloris multiplicati pręsen
tia, aliquando febris efficit ephemera, specialiter circa
generationem saniei, in quo tẽpore omnia prædicta
accidentia sunt maiora quam facta sanie.

Cholera vero si corpori dominatur, aut putrefit,
aut nõ. quæ non putrefit, aut est in
toto corpore, & facit icteritiam: aut in vno loco, & fa
cit serpiginem seu theriam. Putrefacta autem, aut in
E tra venas et facit tertianã continuã, si cõtinetur in om
nibus venis, aut causonẽ, si specialiter circa cor & os
stomachi: aut extra venas & facit tertianã interpola-
tam. Et si talis cholera nõ putrefacta a natura destituta
cõgregatur in aliquo mẽbro exteriori, faciet erysipe-
las verum: cuius sunt signa, rubor mistus citrino colo
ri propter similitudinẽ materiæ: tumor pineatus pro-
pter leuitatem & igneitatẽ materiæ ascendentis: duri-
ties propter siccitatẽ materiæ: & calor pũgitiuus mor
dens palmam tangentis propter acuitatem materiæ.

Phlegma similiter dominans corpori, aut est pu
trefactũ, aut non putrefactũ,
aut intra vasa, & facit amphemerinã continuã sine ri-
gore: aut extra vasa, & facit interpolatã quotidianã
cum rigore. nõ putrefactum, aut super totũ corpus,
& facit leucophlegmaticã: quæ est vna species, hydro
F pisis: aut in vno loco, & facit apostema, quod dicitur
zimia vel vndimia: cuius signa sunt, albedo propter
similitudinẽ materiæ: mollities vt si digitum impresse
ris, facies quasi foueã: nam hoc fit propter humidita-
tem, frigiditas tactus propter frigiditatẽ materię, par-
uus vel nullus dolor: quia nõ est ibi pugna caloris: ta-
men istud apostema plus dolet facta sanie quã ante:
quia omne apostema, quod etiam si fuerit ex materia
frigida, postquam illa materia putrefit, iam recipit ca-
liditatem extraneam: et sic omnis exitura, scilicet apo
stema saniosum iudicatur calida: licet materia, sit frigi
da, sicut febres quotidianæ & quartanæ iudicantur
ægritudines calidæ: licet sint ex materia frigida.

Et melancholia superabundans, aut est putrefa-
cta aut nõ. putrefacta uero aut to
tũ corpus occupat, aut unũ locum. si totũ corpus oc
G cupat, aut ab extra, & facit leprã: aut ab intra, & tunc
aut materia est intra venas, & facit quartanã cõtinuã:
aut extra venas, et facit quartanã interpolatam: aut in
vno loco tantũ, & facit cancrum. Et si nõ est putre
facta: aut est super totũ corpus & facit melanicherõ. i.
icteritiã nigrã: aut in vno loco, & facit apostema du-
rũ: quod vocatur scyrosis: cuius signum est durities
propter siccitatẽ & grossitiem materiei, & sine dolo-
re propter absentiam caloris, & cõpactionem mate-
riæ occupantis locũ quasi insensibilem: & color est si
milis colori corporis: vel parũ tẽdens ad liuorẽ: quia
licet melãcholia sit nigra, tñ propter eius grauitatem
nõ præsentatur calor eius ad superficiem corporis. i.
cutem: in his differt a cancro. Cancer qui est de me
lancholia putrefacta, quia acquisiuit calorẽ ratione su
perius assignata, calet & dolet: & venæ circundantes
H sunt variæ: quia materia licet sit melancholia, tamẽ in
sui putrefactione acquisiuit lenitatem & calorẽ extra
neum, vnde calor venarum imbibentium illum can-
crum sunt varij coloris adeo vt assimilentur ægritu-
dini. Et ob hoc dictus fuit cancer: quia tenet formam
cancri marini, qui est rotũdus, et habet multos pedes.

Apostema aquosum fit ex dominio frigiditatis mul
super hepar generãtis mul-
tam aquositatem, quod est de natura hyposarcæ: ta-
men ista aqua congregatnr aliquoties in vno solo lo
co corporis: & specialiter circa vmbilicum: etenim
signa sunt ꝙ color eius est similis colori totius corpo
ris. Q₂ si palpaueris illud cum duobus digitis duarũ
manuum, ponendo digitum semotum aliquantulũ
ab alio, tu senties inundationẽ sub digitis, ita ꝙ vnus
digitus impellit vndam sub alio: & est cum pondere
sine

sine dolore. Et ego curaui istud apã cum incisione & desiccatiõe illius aq̃ in vulnere: quæ habebat circa vmbilicũ ad magnitudinẽ panis duarum librarum.

Apostema autẽ ventosum generatur ex vapore vel vento ab aliqua frigida materia resoluto per actionẽ debilis caliditatis dissoluentis & non valentis consumere. qui quidẽ vapor locatur inter tunicas membrorũ: & specialiter locatur libenter in regione oris stomachi, et ĩ inguinibus: ita q̃ multi credunt q̃ sit crepatura. Et eius signa sunt, q̃ est durũ cum extensione repugnante tactui sine læsione. & sicut vter vento plenus, si percutitur sonat: & nõ mutatur color loci a colore corpis. Et scias q̃ istud apostema valde assimilatur apostemati duro supradicto de melancholia nõ putrefacta. Sed qui scit discernere inter duritiem lapidis & duritiem vesicę porci plenæ vẽto, & qui scit discernere inter durũ & extensum: bene sciet discernere inter hæc duo apostemata. Et similiter assimilatur apostemati aquoso: sed differentia est vndositas quæ est in aqueo, & carentia vndositatis, quæ est in apostemate ventoso.

Et quoddã aliud apostema frigidũ qd' uocatur botium, quod locatur sepę in gula, qd' fit duobus modis: aut per saniẽ generatam ex apostematibus calidis, vel ex diuerso phlegmate putrefacto: quorum quoddã habet intus materiã, quæ similatur caseo coagulato, alia luto, alia quæ est fex olei, alia sicut pultes, alia sicut iunctura granosa: quorũ aliud est mobile, & in superficie membri subcutanea sub cute tantum: aliud ĩmobile infiltratum in profundo membri: nullum tamen habet colorem.

Præterea per ea quæ dicta sunt de apostematibus simplicibus possunt haberi notitię cõpositorũ: de quibus scias q̃ aliquando cõponitur in generatione apostematũ cholera cum sanguine. et si fuerit maior pars de sanguine, dicitur phlegmon erysipelatodes: et si fuerit maior pars cholerę, dicit̃ erysipelas phlegmonodes: et cognoscũt̃ p signa distĩcta sup̃ius.

Item cõponitur sanguis cholera & melancholia & faciunt anthracẽ. cuius signa sunt durities, color circundans varius: & in hoc communicat cũ cancro, sed differt: quia in eo est maior inflatio, & debilitas cordis, aliquando syncope & tremor cordis & somni profunditas, nõ somnus verus, sed abusiue dictus. & in superficie quædam vesica cinericij coloris: quæ videtur trahi ad interiora: q̃si traheretur cũ filo: et poteris cognoscere q̃ sit ex diuersis humoribus, si notaueris diuersitatẽ materiæ, quæ purgabitur tempore mundificationis post maturationẽ: quia reperies in medio de materia dura grossa tenaci: quæ a laicis dicitur pes ęgritudinis: qua remota remanet locus cõcauus: & postea nõ eget nisi regeneratione carnis & cura vulnerũ. Et istud apostema propter admistionẽ contrariorũ adinuicẽ est de malitiosis.

Itẽ cõponitur melãcholia cũ phlegmate, & si vincit phlegma, facit glandulas, si vincit melancholia, facit scroffulas: quorũ signa sunt, absentia caloris & forma in modũ amygdalæ: & qa mouentur quasi natãdo, & in plurimũ sunt plures numero in vnũ colorem, & fiunt etiã in subascellis et in gula & in inguine. Quicquid dictũ est de apãtibus: est dictum de eis, quæ fiunt ex humoribus naturalibus.

Restat dicere de his, quæ fiunt ex humoribus innaturalibus: quorũ aliqua sunt mul-

A tum praua, & periculosa: & qui vellet scire naturam apostematũ prouenientium ex humoribus nõ naturalibus, procuret scire generationẽ humorum in corpore tam naturalium quã non naturaliũ: & postea videat frequenter apostemata ex eis orta: & eorum formas, & colores, & accidẽtia, quæ ea sequũtur: & materias quæ ex eis egrediuntur: & sic per bonam notitiã theoricalẽ & lõgum experimentũ poteris scire: & aliter nõ: et cum hoc laudet Deũ: qui est bonus medicus circa hoc. Multũ esset necessariũ prolongare verba in isto tractatu: & docere quomodo generat̃ quisq̃ humor naturalis & innaturalis, et materia humorum: tũ q̃a intentio huius libri, q erit pręambulus ad maiorẽ, si Deus cõcesserit, est breuitas: Scias q̃ apostematũ natorũ ex humoribus non naturalibus, aliud est frigidum: aliud calidum. frigida sunt nodi, qui sunt in forma rotũdi: qui vtplurimũ sunt in fronte, in dorso ma-

B nuũ & pedũ, & in iũcturis: et eorum materia est phlegma vitreum a calore destitutum. admiscetur etiã aliquoties phlegma dulce cũ scroffulis & glandulis de quibus facta est mentio: & fiunt scroffulę & glãdulæ, quæ veniunt ad maturitatem: & tunc dicuntur squãmosę: quarum mundificatio est difficilis.

Ex cholera adusta & ex ea cum admistione melancholiæ adustæ fiunt diuersa apostemata secundũ diuersãm quantitatẽ illius humoris, & secundũ diuersitatẽ loci, et secundum diuersitatẽ fortitudinis, & debilitatis mẽbri recipientis sunt timorosa. Quorum etiã periculũ est maius et minus secundum diuersitatẽ nobilitatis loci possessi. Nã nascũtur ĩde vlcera mala crustosa ex malis humoribus adustis. Quæ si sint in superficie membri, et specialiter cru-

C ris: dicuntur cancrenæ ab Auic. si occupant profunditatẽ membri, nõ tamen totum mẽbrum, dicuntur ab eo ascachilos. si totum mẽbrum: dicitur herpes verè: q̃a herpes fit a malis vlceribus: ad q̃ multa materia venenosa iã corrupta descendit. & etiã vt vult Auic. Et uerum est: sicut aliquos homines uidi quãdo aliquod mẽbrum debilitatum & inflatũ, exponitur aeri frigido: quia tunc mortificãtur extremitates: cum calor uiuificans nõ possit ad eas transire: & extremitates mortificatę corrũpunt mẽbrum: nisi refrænetur: adeo, vt aliquando oportuit me totũ incidere pedẽ in iunctura vt saluarẽ crus. Fiũt etiam ex admistione humorum corruptorũ prędictorum vesicę, formica miliaris, pruna siue ignis persicus: quę quidẽ omnia sunt diuersa secundũ diuersitatem cõpositiõis: & de istis nominibus est diuersitas apud auctores: de qua diuersita-

D te nõ cures: sed cura de coloribus & accidentĳs: et fere oĩum cura est vna secundũ q̃ tu videbis in sequentibus. Vesicę tamen fiunt ex materia prædicta acuta leui petente superficiẽ carnis propter eius leuitatẽ. Formica est etiã pustula: sed est profundior in carne: & ambulat magis ad profundum: & cito vlcerat. Miliaris fit ex eadem materia: sed magis incinerata per adustionem: & facit pustulas paruas ad modum milĳ, cum magno feruore & pruritu. Pruna etiam sunt pustulæ subnigræ duræ: habẽtes in circuitu citrinum colorem: quæ fiunt ex maiori parte choleræ adustæ: & minori melancholiæ adustæ.

*De curis apostematum omnium.* Cap. XI.

Dictis breuiter de intentione huius libelli differẽtĳs apostematũ, veniemus secundũ propositũ

ad curas sequentes auctorũ doctrinam: & longũ v-
sum nostrũ. Cura apostematis facti ex causa extrin
seca: sicut ex vulnere, dicta est: sed si est ex cõtusione,
casu, aut lapidis aut ligni percussione, melior cura: si
patiens est iuuenis & fortis: est phlebotomia cõtrariæ
partis, vel ventosatio: si est debilis, inunge locũ cum
oleo rosa. calido & pulueriza locũ læsum & vnctum
cũ puluere fructuum myrtillorum: quoniã hæc cura
firmat locum, si nõ sit nimis magna cõtusio: si per istã
medicinã nõ defenditur locus ab apostemate, sed ve-
nit ad exituram, scilicet ad generationẽ saniei mature
tur, & cito aperiatur locus vbi materia magis depen
det, & mundificetur locus cum mundificatiuo facto
de melle, farina tritici, & aqua: postea incarnetur, &
consolidetur cũ incarnatiuis: ponendo semper circa
locum læsum defensiuum de bolo, oleo ros. & aceto
ad conseruationem sani loci, ne corrumpatur: de in-
carnatiuis & consolidatiuis fiet tibi mentio.

De apostematibus autem quæ fiunt ex interiori
causa: scias ꝙ aut resoluũtur,
si repercutiantur: aut indurantur: aut veniunt ad sa-
niem vel putrefactionẽ. verum ꝙ resolutio aliquãdo
fit per repercussionẽ: sicut aliquãdo maturatio: tamẽ
nec hoc nec illud proprie fit: sed improprie. Et si cura
istorũ deberet notari ad unguem: iã esset necessarium
multiplicare verba: & ponere curã vniuscuiusq; spe-
cialiter. Sed quia propositum & promissum est tibi
tradere breuiter curas notiores & breuiores, propter
breuitatẽ libri nõ prolõgabimus in sermone. Scias
ergo ꝙ potes reducere curas omniũ apostematũ ad
vnam breuẽ diuisionem: scilicet ad curam apostema
tis calidi & frigidi. Apostematis autẽ calidi proprium
est repercuti, aut resolui, aut maturari. Frigidũ vero
per calorem extraneum maturatur, resoluitur, & in-
duratur. raro autem repercutitur.

Incipe ergo curã apostematum calidorũ cũ phle-
botomia, si patiens est fortis: & hoc per partẽ opposi-
tam in principio ante cõfirmationẽ apostematis. Cõ-
firmatio autẽ per eadem, vel cũ vẽtosatione: si est de
bilis, iniunge dietam strictam et frigidã secundũ tole-
rantiam: quia omnia apostemata ex causa intrinseca
sunt cũ plenitudine. Deinde post euacuationẽ inci
pe repercutere materiã, & confortare mẽbrum, ne re
cipiat superfluã: nisi vna. vij. rerũ tibi contradicat: q̃
prohibent repercussionẽ fieri. Prima, si apostema fiat
in puero. Secunda, si fiat in sene. Tertia, si fiat in cõua
lescente. Quarta, si materia est valde multa. Quinta, si
est furiosa. Sexta, si est in emunctorijs: quę sunt gu-
la, subascellę, & inguina. Septima, si apostema fiat per
viã deriuationis, & mẽbrũ mandans nobilius est mẽ
bro recipiẽte. Nulla istarũ causarũ impediente, reper
cutias cum succis herbarũ frigidarum: ut solathri: qui
repercutit cũ quadam occulta resolutione, portulacę
syluestris, vmblici veneris, cũ oleo ro. & pauco ace-
to, & pauco bolo ar. vel cũ aliquo ex vnguentis re-
percussiuis bonis ex dicendis. Si aũt materia nõ re-
percutitur, aut quia ad aliquã quantitatem tendit, vel
quia est aliquantulũ grossa: purgato corpore incipias
dissoluere administrando aliqd de melle cũ illo medi
camine repercussiuo: & postea resolue fortiter: secun
dũ ꝙ vides, ꝙ cursus materię cessat, & dolor, & acui-
tas cũ aliqua ex medicinis resolutiuis dicẽdis. Si autẽ
materia tẽderet ad saniẽ tẽpore repcussionis: qđ aliqñ
fit per viã accidentis & nõ proprie, aut tẽpore resolu

E tiõis: festina maturationẽ cum aliquõ maturatiuo ex
ponẽdis in fine. Facta sanie aperiatur locus magis
maturus, & magis depẽdens: faciendo magnis exitu-
ris magnas apertiones: & paruis, paruas: & sanies tota
suauiter exprimat: saluo ꝙ si materia esset valde mul
ta, non debet tota in vna vice extrahi sed successiue:
maxime si æger sit debilis. Apto loco & euacuata ma
teria ex tota vel in parte, pone superius de vno mun
dificatiuorũ dicendorũ: donec mundificetur bene &
plene: & regenera carnẽ: et vltimo cõsolida cum me-
dicinis habẽtibus hoc facere secundum doctrinã in fi
ne tradẽdã: hoc prenotato ꝙ nõ festines incidere apo
stema ante perfectã maturationẽ: nisi esset prope no-
bilia mẽbra: vel sit prope anũ vel ꝓpe iuncturas: vel
esset materia parata ad corruptionẽ mẽbri: quia in his
casibus oportet nos ante perfectã maturationẽ incide
F re: & tunc ponẽdum est emplastrũ: qđ mundificet cũ
maturatione residui. Et caue tẽpore resolutiõis &
maturationis, ne emplastra resolutiua, maturatiua, &
mũdificatiua sint nimis calidę naturę: nec nimis dura,
sed tẽperata: nã ista aliquoties faciunt apostema furio
sum. Itẽ scias ꝙ apãata calida sanguinea minori indi
gent repercussione, & maiori resolutione. Cholerica
autẽ maiori repcussione & minori resolutiõe: & sicut
cõuenit in sanguineis phlebotomia: ita cholericis con
uenit purgatio choleræ. Illa autẽ q̃ fiunt ex hũoribus
adustis: ante vlcerationẽ indigẽt solum repercussiõe.
Et post vlcerationẽ nõ apponas aliquod frigidum in
loco vlcerato: sed circa ponas defensiuũ de bolo ad
defendendum deambulationem vel corrosionem.

Anthrax & carbũculus: quia vnus ex diuersis est
humoribus. alius ex sanguine grosso,
G vt dictum est: post phlebotomiã & purgationẽ indi-
gent emplastris & cibis & potibus cõfortantibus cor
ꝓpter eorum malitiã: specialiter anthrax: qđ cõẽ est
oĩbus alijs venenosis apãatibus. Da ergo ęgro dietã
frigidã & strictã: sicut mala granata, poma, pira, citro-
nia, vinum de granatis cum decuplo aq̃ frigidæ: absti
neat a carnibus ꝓ posse. si vero nõ potest, carnes par-
uorum pullorũ cum agresta vel vino granatorũ con
ditas: vtiliter etiã datur eis theriaca maior. Et si pa-
tiuntur pastorẽ, quæ est syncope, quæ vocatur alicis
somnus: excitentur cũ magnis sonis tubarum & tym
panorum: et vocẽtur fortiter ꝓprijs noĩbus. Pona
tur ergo super cor emplastrũ frigidum cum ro. ru. &
sandalis citri, ana vnc. i. farinę hordei, vnc. ij. cãpho-
rę, drac. ij. distẽperetur cum aq̃ ros. vel succo pomo-
rum agrestium. Si ægritudo esset in parte anteriori cir
H ca mamillas vel pectus: ponatur illud emplastrum in
ter duas spatulas. Aliquis posset admirari de exhibi
tione theriacę ma. quia calida est: sed quãuis non per-
tineat ad breuitatẽ libri disputare de singulis, quia de
hoc fuit inter antiquos diuersa opinio: & adhuc est:
quia quidam approbauerunt, & approbant, & qui-
dam non: & scias ꝙ quamuis theriaca calida sit: tamẽ
ex eius nobilitate & vtilissima cõpositione, resultat q
dã spiritus dignissimus adeo amicus cõplexiõi huma
næ: quare inuenimus eã valere contra venenum cali-
dum & frigidum: & cõtra venenũ cõtrarium huma-
nę cõplexioni a tota specie. Inuenitur etiã mouere uẽ
trem, & stringere fluxum: ita ꝙ secure dico: ꝙ sicut
quęlibet res in rebus generatis complexionem cõmu
nem, quæ vocatur complexio elementalis, & natu-
ram habet occultam propriam, quæ est a tota specie
sic

ſic theriaca ultra cõplexionem quã acquiſiuit elemen
talem in actione & paſſione rerũ adinuicem intrantiũ
eius compoſitionẽ habet vltra proprietatẽ occultam
contra omnia genera venenorũ humano corpori cõ
traria. Et propter hoc valet cõtra omne apoſtema ve
nenoſum. Et ego dico ꝙ ad me uenit in ciuitatẽ Me
diolanẽ. iuuenis cũ anthrace in partibus faciei: cuius
malitia adeo augmentata erat: ꝙ totũ caput & facies
& collũ erat vltra credibile inflatum: quem adduxe-
rat ad me quidam apothecarius amicus ægri: & æger
erat iã in ſignis mortis: quia nõ erat in eo pulſus: et ſyn
copizabat iã: ita ꝙ dixi apothecario ꝙ duceret eũ ad
domum ſuã, quia moritur: & apothecarius dixit: nõ
eſt in eo amplius remedium? Et ego parũ cogitans di
xi: Certe ſi tu haberes de optima theriaca: & tu dares
ei in magna quantitate: forte poſſet adhuc viuere: ſed
non credo, niſi valde dubitanter. apothecarius duxit
eum in domũ ſuam vix euntem: & dedit ei de theria-
ca approbata circa drac. ij. & poſuit eum in lecto, &
cooperuit eum: & incõtinenti arripuit eum ſudor: in
cipiens circa caput & locum ægritudinis: & poſt pau
lulũ fuit ſudor vniuerſalis: & redijt in eo pulſus, & cõ
fortatus eſt. Et poſt exiccationẽ ſudoris apothecarius
dedit ei proprio motu iterum drac. i. eiuſdẽ theriacæ
in eodem die: & ſanus factus eſt: niſi ꝙ remanſit in eo
quoddã vlcus veſicoſum: quod poſtea leuiter eſt cu-
ratũ. Et ego nunquã vidi alium: qui poſtquam fuit in
ſyncopi & tremore cordis, & ſpecialiter ſine pulſu: q̃
euaderet: ſed de his qui loquentes, et quaſi nullũ ma-
lũ ſentiẽtes iudicati ſunt ad mortẽ per me: & qui mor
tui ſunt admirantibus multum amicis de pronoſtica-
tione: vidi ego infinitos. Hæc dicta ſunt tibi de theria-
ca: qa forte aliquẽ poſſes adhuc per iſta verba libera-
re a morte: & vt Deus omnipotẽs, qui ſit benedictus,
cõcedat mihi peccatori per ſuã miſericordiam: ꝙ iſte
libellus meus valeat ad honorẽ eius, & vtilitatem fa-
cturæ ſuæ. Poſt confortationẽ cordis & euacuatio
nẽ materiæ, maturabitur carbunculus, & anthrax, ꝓ-
prijs eorum maturatiuis: de quibus fiet tibi mentio in
operis fine. Omnia alia apoſtemata furioſa curan-
tur per eadem remedia, ſcilicet confortatione cordis
& confortatione membri. Et poſt vlcerationem cum
cura: quæ tibi dabitur in tractatu vlcerum.

Apoſtemata frigida curentur cum mundifica-
tiõe corporis: ad quod eſt
ſpecialis trochiſcus de turbith: qui fuit magiſtri noſtri
dicendus in fine: & poſt mundificationem reſolutio:
vel maturatio, ſi reſolutio non poteſt fieri. Medicinas
autem reſoluentes, et maturantes frigida apoſtemata,
et ſcroffulas, & glandulas, & nodos: & mundificantes
botia: requires in fine libri.

## *De ulceribus differentia.* Cap. XII.

DE vlceribus autẽ ſcias, ꝙ differunt a vulnere.
Nã vulnus eſt plaga ex nouo tẽpore facta. Et
vlcus eſt plaga putrida vel antiqua: quãuis aliquoties
inueniatur in medicina, ꝙ plaga antiqua nominatur
a quibuſdã vulnus: tamen ibi vulnus ſumitur ꝓ pla-
ga, & nõ proprie. Iterũ differt a cancro et fiſtula ſi-
cut genus a ſpecie: quia oĩs cancer vlceratus et fiſtula,
vlcus eſt: ſed nõ cõuertitur: & in hoc manifeſtabitur
error Rogerij & Rolãdi: qui dicunt ꝙ oẽ vulnus poſt
quã tranſierit per duos vel tres mẽſes incuratũ, iã nõ
vulnus ſed cãcer uel fiſtula nuncupatur: quia oẽs pla-
A gę ſuperuenientes ex puſtulis vlcerãtibus, vel ex fri-
gore aeris, vel aliqua corruptione, vel inciſione apo-
ſtematis proprie loquendo: & oĩs plaga putrefacta &
putrida ſunt vlcera: nec tñ ſunt cancri nec fiſtula pro
prie: quia fiſtula et cancer habẽt proprias differentias:
quibus ab vlceribus differunt: ſicut patebit. Eſt er-
go in vlceribus aliqđ virulentũ cum multa putredi-
ne liquida: & illa putredo ſi eſt colorata, tendens ad ci
trinũ, vel ad rubeum: lauatur cũ lauationibus frigidis
& ſtypticis: vt cũ aqua in qua reſoluitur alumẽ, & aq̃
hordei & lenticularũ & balauſtiæ cõpoſitis & ſimpli
cibus. Et ſi nõ eſt colorata: lauatur cũ aqua mellis. Et
ſi mẽbrum fuerit bene frigidũ: cum melle & vino: q̃
loturæ ponuntur in vlcere, aut inijciuntur per clyſte
re: donec exeant tales quales ponuntur. Et ſi vlcus
eſſet cruſtoſum, vel haberet carnem corruptã vel mi
B ſtã cũ ſanie, mũdificet cũ puluere aſphodelorum, &
vnguẽto apoſtolorũ, et vnguento viridi dicẽdis in fi-
ne. Et ſi vlcus eſt fraudulentũ vel corroſiuũ: repri-
mitur eius feruor, ponẽdo circa de medicina boli di-
cta ſępe: & ſupra, aliquod ſtypticũ corroſiuum de di
cẽdis. Facta perfecta mundificatione cũ prædictis
& cũ emplaſtris mundificatiuis dictis & dicẽdis: rege
nera carnẽ & cicatriza cũ medicinis hoc facientibus:
de q̃bus habebis copiã: hoc prænotato ꝙ multũ va-
let mũdificatio corpis per uomitũ, ſi vlcera mala ſunt
in partibus inferioribus: & per pharmaciã, ſi ſint in ſu
perioribus. hęc enim cauſa certa eſt: quia materia, quę
cõcurrebat ad vlcera, mouetur de loco vlceris: & tenet
ad iter: per quod vlcus melius mundificatur.

Scias quod cancer aut eſt vlceratus: aut nõ. Nõ
vlceratus fit: aut naſcendo ab
C ipſo principio, de melancholia putrefacta: ſicut in cu-
ra apoſtematis diximus: et tũc incipit apparere in mo
dũ lupini: & creſcit aliquando vt magnus melon: aut
fit cõuertendo ex apoſtemate duro facto ex melãcho
lia naturali nõ putrefacta cũ emplaſtretur cũ rebus ca-
lidis inflãmantibus: vel ducentibus ad locũ per attra
ctionẽ: aut per aliam medicinã calidam aliquando. Et
iſte vlceratus prouenit ex dicto cancro cũ vlceratur:
et aliquando ex vulneribus indiſcrete curatis. Can
cer nõ vlceratus in principio ſuæ natiuitatis: omnino
de leui non cognoſcitur: ſed perfecta ſigna dicta ſunt.
Vlcerati autẽ ſigna ſunt: ꝙ habet labia groſſa, dura, re
uerſa, intus glanduloſa, & fœtet multum. Et ſignũ in-
fallibile eſt: ꝙ ſi laueris eũ cum lixiuio: exibunt ab eo
ſuperfluitates, ſicut bauæ viſcoſæ. Cura. Regula pri
ma generalis eſt in cura cancri, ꝙ nunquam curatur
D niſi penitus cum omnibus ſuis radicibus auferatur.
Ideoq; naſcit̃ ex iſta regula, ſecunda regula neceſſaria,
ꝙ nunquam debet ferro vel igne vel medicina corro
ſiua curari: niſi ſit in loco vbi poſſit penitus extirpari.
Si ergo non ulceratus eſt in loco intricato neruis, ve-
nis, muſculis, & arterijs, vt in collo, mamilla, & in
alijs locis ſimilibus: non præſumas illum, nec matu-
rare, nec corrumpere, nec incidere, nec cauterizare:
ſed euacua corpus per medicinam purgantem cho-
leram aduſtam. Et iniunge ei regimen temperatum:
prohibens omnem cibum ingroſſantem & aduren-
tem ſanguinem, ſicut lẽtes, caules, caſeum, carnes bo-
uinas, leporinas, anſerinas, anathinas, piper, & om-
nia alia acuta: & ungas locum circa, & ſupra cum un-
guento refrænante eius malitiam: & defendente eum
ab vlceratione: quod ſic fit. Recipe tutiæ lauatæ,

& cerussæ partes æquales: ista supradicta cũ oleo ros. & succo portulacæ, vel alterius herbæ frigidæ incorpora: modo ponendo de oleo ros. modo de succo ad perfectionẽ vnguenti: & ex illo vnguento locũ inunge. Si aũt est in loco vbi possit penitus extirpari: incide illũ cum omnibus radicibus: & permitte multũ exire de sanguine ex venis circũdãtibus illum: & etiã illas exprime, vt totus sanguis melancholicus exprimatur. et demũ cauteriza cũ ferro calido: uel cum medicina post cauteriũ vel medicinam cõburentem, ponas pultes de succo apij, mellis, & farina tritici vsq; ad mundificationẽ. postea regenera & cõsolida. Si vero cancer vlceratus est in loco nutricato, vbi nõ potest penitus extirpari, non curari melius est, scilicet cũ ferro calido uel medicina cõburente: sed potest palliari cũ vnctione vnguenti supradicti de tutia, & cũ regimine supradicto: vt æger habeat vitam longiorẽ.

Fistula est vlcus profundũ: cuius os est strictũ & fundus amplus habẽs duritiem callosam, sicut pẽna auis in circuitu interius: & in hoc differt ab vlcere profundo: quia vlcus profundũ: qd' Rogerius & Rolãdus, & magna pars modernorũ vocant fistulã: nõ habent duritiem callosam interius, sicut fistula: & propter hoc fistula nõ mundificatur perfecte cum lotionibus, sicut vlcus: sed requirit post lotiones dictas in cura vlcerũ, vt cum medicina cõbustiua acuta, vel cauterio mũdificetur, & remoueatur quicquid callosum & durũ est interius: & post cauterium vel medicinã comburentẽ ponantur unctuosa, butyrum, vel aliqua quæ faciunt cadere crustam, vel escharã factam a cauterio vel medicina. postea mundificetur, & cũ lauationibus, & emplastris mundificatiuis: incarnetur cũ regeneratiuis seu cicatrizatiuis vel sigillatiuis, quod idem est. Nota tamẽ cõmune remedium tã in fistulis quam in vlceribus profundis: ꝙ bonũ est cũ nouo vulnere si fieri potest, reducere materiam ad locũ magis dependentem: vt virus vulneris vel fistulæ possit cõpetentius exiccari: vel pręparare membrũ taliter, ꝙ orificium sit semper depẽdens. Medicinæ autẽ cauterizantes & corrodentes, quæ in fistula & cancro corrodi & cauterizari debent, dicentur inferius. Et similiter medicinę vnctuosæ facientes cadere escharas seu crustas. Et nota ꝙ crusta quę fit ex cauterio, vel medicina acuta, nunquam ui est auferenda: sed adeo dimittenda, ꝙ per se cadat.

*De algebra siue restauratione.* Cap. XIII.

INtentio algebræ est restauratio dislocationis, & fracturæ ossium. Propter quod scias ꝙ deus omnipotens, cuius nomen sit benedictũ in secula, fecit humano corpori multa ossa propter diuersam operationem membrorũ humano corpori necessaria: per quã necesse erat vnũ membrũ sine alio moueri. Et scias ꝙ cõiunctio vnius ossis cũ alio fit modis. x. Vno modo per viã insertionis vnius cum alio procedentis in modum duarũ serrarum coniunctarum: ita ꝙ dentes vnius serræ cadant in vacuitate alterius: & econuerso: sicut faciunt aliquoties incisores tabularum: sicut ossa capitis quæ sunt. vi. Alius modus est appodiatio seu congregatio unius ossis ad aliud sicut ossa. vij. pectoris. Tertius modus est fixio ossis in osse, sicut dẽtium in mandibulis. Quartus est cõiunctio ossis cũ osse mediantibus ligamentis: sicut in iunctura humeri cum adiutorio: & sicut in omnibus iuncturis. Nã in

E iuncturis fit coniunctio ossis cum osse, mediante quodam corpore duro insensibili flexibili: quod ex vna extremitate ossis egreditur, & aliã intrat: ligante ossa adinuicem: tamen eius flexibilitas obedit lacertis mouentibus membrũ: ita ꝙ potest plicari membrum: secundũ ꝙ illi membro conuenit ad actiones proprias conficiendas. In omnibus alijs modis coniunctionũ nõ est motus naturalis nec voluntarius. Sola ergo dislocatio fit in iuncturis. Apertio autẽ & segregatio seu motio bene potest fieri aliquoties in cõiunctionibus aliorum ossiũ. Si ergo dislocatio fit in iũcturis: primo iunge os cũ osse secundũ ꝙ erant in principio: post coniunctionẽ: pone super locum petiã grossam de lino vel canapo infectam in medicina facta de farina cicerũ distemperata cum albumine oui, vel volatica farina tritici volante per molendinũ: & ligetur li-

F gatura suaui tenente locũ firmũ in sua iunctura. Attende hoc ꝙ multi modernorũ tempore reductionis fomentant membrũ cum aqua calida: quod est pessimũ. ex hoc enim debilitatur & rarificatur membrũ: & præparatur ad recipiendum superflua, scilicet apostemationem: sed si times de doloribus, vnge locum de oleo rosato calido. Verum si tu nõ fuisti a principio: & iã prætereunt dies, quod stetit dislocatus: sic induratus est locus, & humores iam cessarunt currere: tunc bonũ est fomentare nõ solum cum aqua calida simplici: sed cum aqua calida decoctionis chamomillæ, fœnugræci, seminis lini, maluæ, & bismaluæ, vt per hæc locus melius restaurari possit.

*De fractura ossis.* Cap. XIIII.

SI os aliqd' fractum est: Primo reducas in loco suo:

G postea habeas petiã infusam in oleo rosato: quã ponas ĩmediate supra membrũ: & postea ponatur petia infusa in medicina supradicta in cura dislocatiõis: super petiã imponantur faldellæ de stuppa infusæ in albumine oui. super faldellas ponantur hastellæ cum chorda: ita ꝙ membrũ fractũ non possit se mouere: & sic dimittatur usq; ad. x. dies: nisi una triũ rerum te cogat illum mutare, scilicet dolor nimius qui prouenit ex nimia strictura uel cursu humorũ ad apostema faciẽdum: vel nimius pruritus: quod si dolor nimius, aut humorũ cursus fuerit in causa: solue, & vnge membrum cũ oleo ro. & phlebotoma patientẽ ex contrario: & stringe diætã: & expecta donec fluxus humorũ cessauerit: postea liga. Si uero nimius pruritus: solue, & laua cum aqua calida: postea liga: & sic permitte, donec consolidatus fuerit. Ponã etiã in fine tibi in-

H ter medicinas consolidatiuas medicamen optimũ in fracturis et dislocationibus. Scias ꝙ ad omne opus chirurgiæ multum est utile: imo necessarium ꝙ medicus uiderit operari bonum chirurgum: ultra sciẽtiam quã inuenerat in scriptis: & specialiter in algebra. Nã omnis scientia quę dependet ab operatione, multum corrobratur per experimentum.

*De ægritudinibus oculi.* Cap. XV.

SCias ꝙ nõ est ægritudo in aliquo mẽbro officiali in corpore: quæ ita sit ignota apud medicos: sicut ægritudines oculorum propter subtilitatem artis compositionis ipsius oculi: quia mirabiliter est cõpositus ex tribus humoribus & septẽ tunicis: quę omnia perueniunt ad eius cõpositionem: & omnia illa corpora sunt subtilissima: & quasi incõprehensibilia sensu

su

su visus: sed intellectu optime cõprehenduntur: & cõpositio & vtilitas & ad oculũ tam nobiliter cõpositũ veniunt venę insensibiles fere portantes eius nutrimẽtum. & arteriæ fere iterũ insensibiles portãtes eius vitã: & primo pari neruorum venientiũ ad prorã capitis: quæ sunt paria. vij. venit neruus egrediẽs cerebrũ per partẽ anteriorẽ cranei: quod quidẽ par facit vnã coniunctionẽ concauam, antequã exeat craneum, in hunc modũ > & in exitu cranei: iterum bifurcatur: vt vides: qui portat spiritũ visibilem ad humorẽ crystallinum qui est instrumentum visus: tamen iuuatur ab albugineo & vitreo humore & a tunicis septẽ: vt actio visibilis fiat. vna tamẽ tunica hæc quę est uuea, est perforata: & foramen illud dicitur pupilla: per qđ præsentantur colores proprie & formæ: & figuræ spiritui visibili, mediante aere claro. fiunt etiam exterius palpebræ habentes lacertos eas mouentes: quæ eorũ clausura defendunt oculos a lęsionibus exterioribus, & a laboribus pausat: & via parua facit suas actiones: quæ sunt videre videnda. Multũ esset vtile prolongare verba super anatomiã oculi: & notare ad vnguem omnes eorũ ægritudines: quæ sunt valde multæ. Sed si hoc fieret, transirẽ metas huius libelli. Dabo ergo tibi curas ægritudinũ: quæ sæpius eueniunt ad manus chirurgorũ. non tamen omniũ: sed quarundam tantum. Cõmuniores & notiores ægritudines sunt: sicut ophthalmia, pruritus, lachrymæ, scabies, vlcera, maculæ, vngula, & cataracta: quæ omnia sæpe eueniunt ad manuum chirurgi.

**Ophthalmia** est apostema seu inflatio vel cursus humorum ad oculos: quæ aliquãdo est parua: aliquando magna: aliquãdo maxima: & aliquãdo pessima. Parua ex paucis fit humoribus. & aliquando ex sola mala cõplexione calida propter calorem solis vel puluerem, vel fumũ, vel vigilias: quæ cito soluitur cum tẽperamento diętę & cum albumine oui agitato & despumato: quod mittitur ĩ oculis, vel iniicitur. Et hæc medicina valet calori ardori, paruo rubori, & multis ægritudinibus, oculi calidis: eo ꝙ albumen oui est frigidũ, lauatiuum, collyriatiuũ: habẽs conglutinositatem quandam: quæ applicatur oculo: quã nõ habent aliæ simplices medicinæ. Magna vero ophthalmia est: quando oculus est dolens, & coniunctiua rubea: & ibi calor, & acuitas, & lachrymæ. Maxima autẽ & omnibus deterior est illa, in qua non apparet de cõiũctura: sed est supra magna carnositas rubea, & palpebræ sunt inflatæ, & quasi reuersæ: & oculus totus inflatus: & ista cito vlcerat oculũ. In magna & maxima secundũ magis & minus necessaria est phlebotomia de cephalica: & purgatio humorum calidorũ: ac subtiliatio vltima dietæ: sicut in patientibus continuã. Omnia cibaria actu frigida dẽtur: & omnia actu frigida ponantur in oculo: & cũ calefiunt, renouentur. Et collyriũ album in oculo distemperatum cũ lacte mulieris puellam nutrientis, & emplastrare oculum vsq; ad remotionẽ inflationis cum emplastro facto ex rosis albis & ru. et san. ru. aã. vnc. i. farinæ hordei, vnc. ij. camphoræ, drac. i. distemperatis cũ aqua ros. cessante cursu humorũ & dolore: fiat fomentatio cũ aqua decoctionis ro. cũ pauco sale. Si aũt per hoc nõ liberatur: necesse est vt ponas collyriũ de thure ad maturãdum: & postea puluerẽ citrinũ ad mũdificandũ. Si aũt post ophthalmiã uel p̱ ophthalmiã fieret vlcus ĩ oculo: cuius signũ est: ꝙ in cõiũctu-
A ra est rubeus punctus: & in cornea est punctus albus: tunc iterum pone collyriũ album ad sedationẽ doloris: vel si vlcus esset ita magnum, ꝙ timeres de egressu vueæ: & ꝙ fieret ægritudo quæ vocatur bothor: quia fit quædã eminentia, quæ assimilatur grano vuæ eminẽs in oculo: tunc necessariũ erit helesir: qđ est dicere penetratiuũ: & si de hoc nõ times, sed vis consolidare vlcus: vtere collyrio de plumbo. Si aũt post consolidationẽ vlceris remanet albula. i. cicatrix: cura eã cum collyrio de stercore lacertæ. Collyrium album sic fit. Reci. cerussæ ablutæ, drac. x. sarcocollæ grossę, drac. iij. amyli, drac. ij. dragagãthi, drac. i. opij, drac. 5. terantur omnia optime: & incorporentur cũ aqua pluuiali munda: & ducatur medicina tua multũ supra marmor: & fiant formæ similes lenticulis: & cũ opus fuerit vna distemperetur cũ lacte mulieris puel-
B lam nutrientis: & administretur cũ penna. Confectio collyrij de thure maturãtis apostema oculi. Reci. thuris, drac. x. antimonij. sarcocollæ, ana drac. v. croci, drac. ij. conficiantur cum aqua fœnugræci: & fiat collyrium. Cõfectio pulueris citrini. Reci. sarcocollę, drac. x. aloes, drac. ij. croci, drac. ij. myrrhæ, drac. i. licij, drac. ij. hæc oĩa tere, & vtere. Confectio collyrij de plumbo mundificans & cõsolidans vlcera oculi. Reci. plumbi vsti, antimonij, tutiæ ablutæ, ęris vsti, gũmi arab. dragaganthi, ana drac. viij. opij, drac. 5. Cõfectio helesir quo est vtendũ quando times: ꝙ ex vlcere fluat eminentia vueæ: & fiat in oculo bothor. Re. antimonij, hæmatitis, ana drac. x. acatiæ, drac. iiij. aloes, drac. i. terantur: & fiant formæ similes piperi cũ succo verbenæ vel corigiolæ: et cũ necesse fuerit, una distemperetur cum albumine oui, & administretur.

C **Pruritus** curatur cum uino al. in quo iaceat petia: in qua fuerit aloe succotrina puluerizata lauando oculum mane & sero.

**Scabies** leuis & noua curatur lauando oculum cũ uino in quo iacuit cuperosa siue uitriolum romanum.

**Lachrymæ** curantur cum collyrio de myrobalanis, quod Recip. tutiæ, drac. x. coralli, ossium myrobalanorũ, et aloes sucotrinę, ana drac. ij. piperis, drac. 5. fiat puluis subtilissimus: & ponatur paulatine cum festuca incisa in angulo oculi.

**Macula** remouetur cũ collyrio de stercore lacertę: quod Reci. de raspatura vasorũ terreorũ uitriatorũ. i. massacunia: quæ uenit de ultra mare, spumæ maris: & est vna species spõgiæ, quæ est dura, stercoris lacertę viridis, baurach. i. salgem. zuchari rubei,
D ana. fiat ex his puluis subtilissimus supra marmor. postea coque in lib. i. aquę decoctionis acori, & chelidoniæ, ana drac. x. usq; ad medietatem de aqua illa tempera prædictum puluerem: & fac collyria: unum ex his solue cum aqua rutę, uel fœniculi: & utere: uel pone puluerem siccum.

**Vngula** in principio curatur cum collyrio: quod etiam est cõmune scabiei antiquæ, et inuersationi palpebrarũ. quod Reci. flores æris, drac. iij. uitrioli ro. usti, drac. vi. auripig. rubei, baurach, spumæ maris, ana drac. i. salis. ammoniaci, drac. ij. dissoluatur sal ammoniacum cum succo rutę: et cætera puluerizata incorporentur: & fiant collyria. unum soluatur cũ uino alb. & administretur. Si uero est grossa & firmata, auferatur: quod auferri potest cum instrumento, postea curetur cum collyrio.

Cataracta confirmata nõ curatur nisi cum manu: & ad hoc necesse est, ꝙ medicus didicerit uidendo opus fieri ab homine sciẽte remouere, seu deponere cũ instrumento facto ad formã acus, quod imprimitur in cõiunctiua, scilicet albedine figendo intus ex transuerso: donec acus, quam semper videbit operator, quando erit sub cornea, erit ad aquã quę est locata ante foramẽ pupillę: quæ ꝓhibet visum: & tũc debet deprimere ĩferius, donec videat æger: & postea stet in domo obscura per. x. dies in silentio: & ligetur super oculũ emplastrum de bolo armenico distemperato cum albumine oui: ponendo inter duas petias. Tamen scias: ꝙ iste modus est valde deceptibilis: quia raro stat quin iterũ redeat. tamen ego vidi nõ redire. Non cõfirmata curatur cum sępissima purgatione capitis cũ pilulis cochijs, & picra. & cum abstinentia a vino forti: & rebus faciẽtibus fumũ ad caput, & nauseam, & indigestionẽ: & cum collyrio de fellibus: qđ Re. fellis aquilæ, vel alterius auis, vel auium de rapina viuentium, drac. x. & sint fella sicca: euphorbij, collo cynthidos, serapini, ana drac. i. fiant collyria cũ succo extremitatũ fœni. Non intendas habere plenã doctrinã de ęgritudinibus oculorum per istũ libellum: quia nõ continet: sed habes aliqua bona quę in suis casibus tibi erunt vtilia. Sed si desideras plenã habere doctrinam: anhela ad videndũ tractatum, quod ego intendo post istum perficere: si potero pertingere ad notitiã dominatiõis Serenissimi Regis Francorũ. Ibi enim si Deus me perduxerit. Intẽdo tamẽ altius & plenius de chirurgia tractare: quanto locũ illum isto loco debemus dicere digniorẽ. Sis ergo solicitus rogare Deũ: vt mihi det locũ & spatium: quo possim illud meum propositũ adimplere. Interim tamen secundũ doctrinam contentã, in hoc libello non timeas operari.

## De antidotis. Cap. XVI.

Suscipe vtiqꝫ antidotariũ medicinarum quod tibi in huius libelli fine in locis pluribus est promissum. Et sunt medicinæ paucæ: quæ per me infinitis vicibus sunt probatæ. Et primo de repercussiuis. secundo de resolutiuis & maturatiuis. tertio de mundificatiuis. quarto de conglutinatiuis & regeneratiuis et cõsolidatiuis. quinto de mollificatiuis duritierum. sexto de facientibus opus cauterij. Scias ꝙ quoties intendis repercutere: bonũ est in principio corpus euacuare: propter hoc euacua materiã calidam: si est fortis cũ phlebotomia vel scarificatione: si debilis: & cũ hac secura medicina. Reci. pruna. x. viol. siccarum: quæ debent poni in fine decoctionis, drac. i. fiat decoctio in lib. i. aquæ vsqꝫ ad lib. s. & in illa bulliant duabus vndis tamarindorũ, mannę, medullæ cassiæ fi. ana vnc. s. quæ coletur: & fortiter manibus exprimatur. colaturæ in sero misceatur: & addatur corticũ myrobal. citri. pistatorũ in puluerem, drac. s. & sic stet per totam noctẽ. in mane sũmo diluculo iterum coletur, & calefiat: et exhibeatur. Vel cũ pilulis: quę sic fiunt. Reci. myrobal. citri. ro. rub. anã drac. i. aloes sucotrinę. dra. ij. scamoneæ, drac. s. fiant pilulæ: & sunt doses. ij.

Euacuata vel minorata materia, vtere medicinis simplicibus vel his compositis. Medicinæ simpliciter repercussiuę sine oppilatione pororũ, sunt oleum ros. et solathrũ. Et repercussiua cũ pauca conclusione pororũ: sunt vmbilicus veneris, crassula minor, endiuia, cichorea, & virga pastoris. Repercussiua cum op

E pilatiõe: sunt portulaca domestica, cucurbita, scilicet eius caro. semperuiua, crassula ma. fabaria. Repercussiua stuporẽ facientia: quibus non est vtendum, nisi in magna necessitate intolerabilis doloris: sunt succus lactucæ hortulanæ, mandragoræ, papaueris, cassilaginis, opij. De rebus quæ teruntur: sunt repercussiuæ bonæ, rosa. omnes sandali, spodiũ, bolus armeni & terra sigillata. Ex his ergo simplicibus & compositis potest vti. Sed si vteris succo, & vis ꝙ magis penetret, adde aliquantulum aceti. Compositũ bonum est de succo alicuius herbæ de supradictis, drac. ij. olei rosa. vnc. i. aceti, vnc. s. Itẽ olei rosa. vnc. ij. boli arme. drac. s. aceti, vnc. s. si tu timueris membri corruptionem, adde terræ sigillatæ drac. ij. Istud repercussiuum & defensiuũ mẽbri potest adhiberi supra quodlibet mẽbrũ: ad quod tu timeres cursum materiæ peruenire. Et si iã peruenerit: & est confirmata ad apostema: vel est vlceratus locus: nõ ponas aliquod repercussiuũ supra: sed circa prope principium loci doloris. verbi gratia. Si fuerit dolor circa iũcturã pedis: pone medicamen supra iuncturã aliquantulum in tibia. Si vis pleniorẽ doctrinam habere repercussiuorũ, & defensiuorum: quęre librũ sacrum Rasis de iuncturis: vel expecta librum nostrũ venturum. Materia frigida proprie nõ repercutitur: sed aliquando in principio cũ euacuatione materię, confortatione membri prohibetur: ꝙ nõ fiat materiæ collectio. Ad qđ multũ valet exhibitio trochisci quæ fuit magistri mei bonæ memoriæ Guilielmi de Saliceto: quod Re. turbith albi carnosi & gũmosi, drac. i. hermodactylorũ alborum, drac. s. diazinziberis, drac. i. fiat trochiscus vnus cum pauco syrupo uiolarũ. Diazinziber cũ quo fit

G trochiscus: est optimũ cum sumitur simplex: et mãe pro præparatiuo ad consumendũ residuũ materię: fit. Re. zinzib. al. mundati, vnc. i. liquiritiæ rasę, drac. ij. granorũ paradisi. cardamomi. cubeb. gariophyllæ, ana scrop. ij. zuchari albi panis lib. ij.

Confortatiua mẽbri, ne recipiãt materiam frigidã, sunt absinthiũ, squinãthum, abrotanum, spica, mastiche, rosæ, & oleum rosa. quia oleũ rosa. calefacit mẽbrum infrigidatum: nisi vltra modum fuerit infrigidatũ: & calidum: refrigerat. ista bulliuntur in oleo in duplici vase: & ex illo oleo fiat inunctio: vel bulliuntur in vino, & emplastrantur: vel puluerizãtur & distemperantur cũ oleo & vino, & fit epithema. Et sufficiant ista de repercussiuis.

Scias quod quãmuis resolutiua & maturatiua magnã habeant affinitatẽ in qualitatibus:

H quia sunt tẽperate calida. tamen in hoc differunt: quia resolutiua habent suã substantiã et caliditatem temperatam cum subtilitate: quare aperiunt poros, & tẽperate attrahunt materiã: et confortant calorẽ, et naturã ad expellendũ. uerũtamen si inueniunt materiã multã & grossam: ita ꝙ pori non sufficiunt in excludẽda materia, aliquando maturant. Maturatiua vero cũ eo quod habent temperatã caliditatem: habent substantiam viscosam: qua oppilando poros conseruant calorẽ naturalem in loco: & sic maturant: verum si inueniunt materiã paucã, et subtilẽ, resoluunt illã: quare inuenitur ꝙ vnũ & idem emplastrũ, aliquando soluit: aliquando maturat. Resolutiua sunt chamomilla quæ resoluit confortando membrũ, melilotũ, & flos eius, & oleũ anethinum, & semen eius, malua syluestris, parietaria, & sulphur, pĩguedo anseris gallinæ

linæ & anatis: & omnis pinguedo secundũ magis &
minus, sambucus, branca ursina, caules et se. eorũ, sty
rax liquida, laudanũ, mastiche, œsypus humida, lana
succida: & multa alia. Oesypus humida sic fit. Reci.
lanã ouium: stet in aqua per noctẽ: postea bene deco-
quatur illud quod exprimitur, est bonũ resolutiuũ.
Emplastrum resolutiuũ bonum. Re. maluę syluestris,
folia cauliũ, flores chamomillæ, ana. M. i. coquãtur in
aqua, & pistẽtur. postea fiat puluis de parte. i. se. ane-
thi. & parte. i. se. caulium, & partibus duabus furfu-
ris: & fiat emplastrum. Vnguentũ ad idem. Re. olei
chamomilini, vel anethini, drac. vi. cęræ, drac. ij. pin
guedinis anatis, & gallinæ, ana drac. i. se. anethi & flo-
rũ chamomil. puluerizatæ, ana drac. ij. fiat vnguen-
tum. Itẽ diachylon bonum resoluens materias frigi
das & mollificans puras. Reci. lithargyri triti & cribel
lati, lib. i. olei chamomil. anethini, liliacei, & irini, ana
drac. viij. mucilaginis maluauisci, se. lini, & fœnugrę-
ci, ficuũ siccatarum, passularum enucleatarum, succi
ireos, succi squillæ, œsypi humidæ, & collæ de corio.
ana drac. xij. terebinthinæ, vnc. iij. resinæ albæ, ceræ
citrinæ, ana vnc. ij. decoquantur tantum ꝙ sit durius
vnguento: et minus durum emplastro. Nota tamẽ
ꝙ aliquãdo resoluendo materiã quãquã minuatur: ta
men residuũ nimis induratur: Et tunc oportet te ali-
quando mollificare: (qđ optime facies lauando mem
brum leuiter & parũ cum aqua calida vsq; ad rubedi
nẽ:) & postea vngere mẽbrum cũ vnguẽto facto ex
partibus. iiij. olei antiqui, & vna cerę. Itẽ aliud opti
mum ad hãc intentionẽ mollificans scroffulas, & glã
dulas, & præparans eas resolutioni. Reci. olei antiqui
lib. ij. pone in phiala vitrea cum radicibus maluauisci
& cucumeris asinini mũdatis, ana vnc. i. & pone phia
lã cum oleo & radicibus in alio vase aquæ: & permit
te bullire oleum per bullitionẽ aq̃: donec radices sint
aliquantulũ assæ. postea cola: & in colatura illa pone
vnc. iij. ceræ in æstate. in hyeme. ij. & habebis optimũ
mollificatiuum: de quo vno die vel. ij. vel. iij. mollifi
cabis: alio die resolues secundũ ꝙ tibi videtur necessa
rium. Et si posueris. x. partem euphorbij: erit optimũ
contra spasmum.

Maturatiua sunt malua hortulana pinguis, radix
maluauisci, radix lapathij acuti, radix
lilij albi, allium, cæpe, rapa, baucia, & multæ radices
aliæ, & herbæ. se. lini, fœnugræci, medulla tritici, fer-
mẽtum, pinguedo porci: & omnia cõposita habẽtia
caliditatẽ temperatam cum viscositate. Cõpositũ
bonum maturans apostemata sanguinea, & omne
apostema cum admista caliditate, & omne apostema
paratum ad saniem. Recip. folia maluæ hortulanę &
violariæ, ana. M. i. & duas radices bismaluæ: coque in
aqua perfecte: et pista fortiter. de aqua huius decoctio
nis, Reci. lib. i. olei. antiqui vel axungiæ veteris porci-
næ nõ salitæ, vnc. iij. farinæ, se. lini, & fœnugræci, ana
vnc. i. farinæ tritici subtilissimæ, vnc. ij. omnia incor-
porentur cũ herbis: & fiat emplastrum mediocriter
spissum & liquidũ. Nota ꝙ nõ ponas fœnum græ-
cum si times de inflatione materiæ. Materias frigi-
das maturabis cum emplastro, quod. Reci. cepe. i. &
vnã restam allij, & . ij. oua: omnia cocta sub cineribus:
& pista: & tantum de fermento bene acri quantũ est
tota medicina: et distemperetur cum oleo antiquo. et
fiat emplastrũ. Anthrax et carbunculus: qa fiunt ex
materia grossa: vt dictum est: & vtriusq; tactus est du

A rus: & ambo parati sunt ad inflãmationẽ materię: nõ
maturabuntur, nisi cum medicina incisiua cum matu
ritate: quod nõ inuenitur in vna re simplici, nisi in fer
mento. fermentũ vero quia est dulce & acetosum &
viscosum: gratia dulcedinis & viscositatis maturat:
acetositate incidit, & diuellit materiam: ita ꝙ æquali-
ter maturat. quare in quacunq; dura materia fuerit,
est basis & materia emplastrorũ. Fiat etiã cõpositũ
optimũ aggregans has intentiones. i. maturationẽ cũ
incisione ad carbunculũ & anthracẽ. Re. ficuum sicca
rum pinguiũ numero. xij. vuæ passæ, vnc. i. piperis,
salis nitri, ana vnc. 5. fermẽti acri quãtum omnes, olei
antiqui: aceti fortissimi quantũ sufficit ad cõficiendũ
emplastrum. Itẽ scabiosa pilosa: quæ habet folia ali
quantulũ lata prope terrã: & fustẽ ad mensuram cubi
ti: & florẽ cœlestem: & quanto magis ascendit, tanto
B folia sunt magis subtilia, trita cum axũgia sicut millies
ꝓbaui, miraculose maturat anthracẽ et carbunculũ.

Mundificatiuorũ quædã mundificant cum ma-
turatiõe residui: & illa sunt ne
cessaria quãdo cogimur incidere apostema ante perfe
ctã maturitatem: & quãdo materia est in parte grossa
nõ obediens maturationi, & in parte leni: cito matu-
rat: vt in scroffulis & glandulis squãmosis & in bubo
nibus. Alia sunt mundificatiua simpliciter. Mun
dificatiuũ bonum apostematũ bene maturatorum &
vlcerum nouorũ, quod mundificat, & dolorẽ sedat,
& incarnat. Re. vitellos ouorum crudos, & incorpo-
ra cum subtili farina tritici ad modũ pultis: & disten-
de super petiã: & pone supra. Aliud de melle & fa-
rina ęqualiter. Si tu velles plus desiccatiuũ: tunc po
ne farinã hordei loco farinæ tritici. Aliud mundifi-
C catiuum optimũ & generale mundificans cum matu
ratione, & viarum apertione speciale ad mundifican
dum apostemata ante tempus aperta: & specialiter ꝓ
prium ad mundificationẽ anthracis & carbunculi &
omniũ vlcerum. Re. mellis albi boni, vnc. ij. farinę tri
tici subtilissimæ, vnc. ij. illa prius distempera: postea
adde succi apij, vnc. iiij. & fac bullire ad lentum ignẽ
semper mouendo ad perfectionẽ. Si vis mundificare
vulnera fraudulenta: quorũ times malitiam, & muta
tionẽ in cancrum: pone loco succi apij, succum absin
thij. Et si vis maturare duritiẽ, vt in scroffulis & bubo
nibus: adde medicinæ de apio quantum est medietas
totius de cepa lilij albi cocta ĩ aqua & optime pistata.
Mundificatiuũ cũ cõfortatione loci, de unc. iij. mellis
ro. colati: & vnc. i. subtilissimæ farinæ hordei. Et si
indiges isto mundificatiuo ad vulnera: quæ sunt in lo
D cis neruosis: adde quantũ est quarta pars totius tere-
binthinæ lauatæ. Si iterum vis vt fortius mundificet:
adde sarcocollæ & myrrhæ quantũ est sexta pars to-
tius. Hoc notato ꝙ medicinæ regeneratiuę de qui-
bus fiet hic mentio, nõ carent aliqua mundificatione:
tamen magis sunt desiccatiuæ. Vnguentũ aposto-
lorum mundificatiuũ fistularũ mortificatarũ & vlce
rũ habẽtium crustas, & fere omniũ vlcerum antiquo
rum. Re. cerę albę, picis, resinæ, ammo. ana drac. xiiij.
myrrhæ, galbani, ana drac. iiij. opopanacis. ij. bdellij,
drac. vi. lithargyri, dra. ix. aristol. lõ. thuris, ana drac.
vi. floris æris drac. iij. fiat sic. Infundantur gummæ
in aceto, quæ non possunt teri: & postea fundantur
in cacia: & fundatur cera & resina cum. ij. lib. olei: &
omnia colentur. postea addatur puluis terendorũ: &
fortiter ducatur cum spatula.

Scias ꝙ medicinæ aggregatiuæ & conglutinatiuæ quæ sunt idem: differunt a regeneratiuis & incarnatiuis: quæ sunt eędem. Item tam istæ quam illæ differunt a cõsolidatiuis & cicatrizatiuis & sigillatiuis: quę similiter sunt eędem.

Medicinæ ergo cõglutinatiuæ sunt, quę aggregãt labia vulneris: in quo nõ est facta substantię deperditio: & sunt desiccatiuæ cũ quadam cõglutinositate siue abstersione: & sunt quædã simplices, quæ faciunt hoc mirabiliter: sicut calx, folia segetis syluestris, et folia liliĳ al. fol. plãtaginis, fol. malorũ, fol. cypressi, & multa alia. De cõpositis autem medicamen est de calce: quod dictũ est. Aliud medicamẽ cõe in conglutinatione labiorum & cõsolidatione. Re. rasuræ pãni linei veteris albissimi ad libitũ. Deinde accipe oleum ros. & funde in eo parũ galbani: & incorpora cũ his rasuram ad modum vnguenti. Et si addatur parum corticum thuris & aristolochiæ adustæ, fortius operabitur.

Medicinæ regeneratiuæ seu facientes nasci carnẽ quod idẽ est: necesse est vt habeant abstersionem cũ exiccatione: & abstergant superfluitatẽ grossam: & exiccent subtilẽ: quæ duæ grossæ superfluitates, sunt superfluitates tertiæ digestionis: quę ex necessitate generatur in quolibet vulnere cõcauo: sed differẽter hoc faciunt: quia in vulnere existẽte in corpore humido, vt mulieris, pueri, & eunuchi, & naturaliter pinguis: necessaria est medicina parũ desiccatiua: vt thus, vernix, fœnugræ. lithargyr. mastic. aloe, myrrha, farina fabarũ, & similia. Corporis autẽ sicci vulneri, necesse est adhibere medicinã siccantem, vt aristol. irim, farinã orobi, & lupinorum: & maxime si adurantur, sunt sicciores. Itẽ si vulnus habet multam saniẽ: fortiori indiget exiccatione: si paucã, debiliori. De cõpositis bonus puluis. Rec. thuris, vnc. i. vernicis, fœnugræci, ana vnc. ĳ. fiat puluis subtilissimus: & abundãter ponatur in vulnere. Item lithargyrus nutritus optime, bonã carnem generat, et malã corrodit: & remouet scabiẽ de palpebris oculorum. Nutritur autẽ sic. Re. lithargyrum ad libitũ & pulueriza. postea pone de oleo ros. postea de aceto semper pistando, donec valde augmentetur & recipiat formam vnguenti: illud valde rectificat vlcera antiqua calida. Item ex dictis rebus simplicibus facies vnguentum ponendo de vulnere prædictarum rerum, vnc. i. olei, vnc. iiĳ. & ceræ, vnc. i. in æstate. in hyeme, vnc. 5.

Medicinæ consolidatiuæ sigillatiuæ, & cicatrizatiuæ seu facientes pellem: sunt lithargyrus, centaurea minor, ossa cõbusta, cerussa, cortices pini, resina sicca, abrotanum assatum, cortices olibani, gallæ, nuces cypressi, curcuma, & multa alia. De cõpositis in æstate est optimum vnguentum Rasis de cerussa: quod valet ad pellẽ faciendam: & ad cõbustionem ignis & calidæ aquæ & olei, ad omnẽ excoriationẽ & omnes pustulas calidas vlcerantes, ad alterationem cuiuslibet calefacti, & multa alia. Reci. olei rosa. vnc. iiĳ. ceræ, cerussæ, ana vnc. i. omnia incorporentur: in fine addantur duo albumina ouorum, & drac. i. camphoræ. Aliud. Reci. resinæ albæ: bulliat in aceto acerrimo: & proĳciatur cum aceto in bacino aquę frigidæ: colando cum stamegna: postea sumatur inter manus inunctas oleo ros. & diu manibus malaxetur, & seruetur vsui: sed in æstate admisce cum resina

E quantum est medietas ceræ. Itẽ de prædictis rebus simplicibus si sumatur pars vna bene puluerizata: & de cera & resina, ana pars media: & de oleo ros. partes iiĳ. fiet bonum vnguentum sigillatiuum. Medicamen optimum ad consolidationem ossium fractorũ & firmationem dislocationum: quando sunt reducta per medicum. Reci. farinæ cicerum vel volaticæ molendini, lib. 5. mastiches, dragaganthi, gummi arabi. ana vnc. i. mumiæ, boli armenici, ana vnc. 5. pulverizentur: & cum ipsa farina incorporentur cum albumine oui ad spissitudinem mellis.

Cum autem aliquod membrum quod fuerit fractum vel dislocatum vel vlceratum: & est sanatum: sed habet durum motum. medicamina mollitiua & neruorum confortantia: & materiæ in neruis imbibitæ consumptiua sunt necessaria: quo-
F rum vnum bonum: quo sæpissime vsus sum. Re. bdellĳ, opopanaci, ana vnc. i. vel. 5. mollifica in vino: postea liquefac pinguedinis porci, vnc. iĳ. pinguedinis anseris, anatis, & gallinæ, ana vnc. i. & admisce cum gummis. Item terebinthinę, ana vnc. i. postea adde farinæ fœnugræci, seminis lini, ana vnc i. thuris mastiches, ana vnc. 5. Item vnguentum de adipibus valde bonum ad mollificandũ duritiem: & valet phthisicis si vngatur pectus: & tussientibus ex siccitate. Reci. pinguedinis anseris, anatis, gallinæ, porci, omnium recentium sine sale, & cerę citrinæ, ana omnia liquefiant, & colentur. & infrigidata erit vnguentum resumptiuum bonum valens ad multa. Item coquantur radices bismaluæ, & cucumeris asinini in oleo. in duplici vase cum partibus tribus olei, & parte vna ceræ: fit mollificatiuũ bonum. Et si addatur pars. xĳ. eupho-
G rbĳ. erit unguentum bonum ad membrum spasmatiũ. De mollificatiuis sufficiat hoc notato: ꝙ quoties vis mollificare cum his vnguentis: prius fomenta membrum cum aqua calida decoctionis radicum bismaluæ, & foliorum maluæ, & florum chamomilini, fœnugręci, & seminis lini: & postea fiat vnguentum.

Medicinæ vlcerantes & cauterizantes simplices sunt cortices viticellæ, apium. hæmorrhoidũ, pes milui, tapsia, cãtharides, allia mundata, cepe. squillæ. mel anacardi, alumen fæcum, realgar, calx viua, vitriolum, viride æs, flamula, apium risus, & multa alia. De compositis aperientibus apostemata sine ferro est: quod Re. mellis anacardi, & picis naualis, ana. Mel anacardi cum non habes, potes facere, si posueris anacardos in tenaculis fabrorum calidis, et strinxeris eos, emanabit ex eis mel: quæ est medicina
H cauterizans. Item. Reci. saponis nigri liquidi: & incorpora cum calce viua: & habebis vnguentum ruptorium. Item incorpora ventres cantharidum cũ fermento, & pauco aceto: & habebis bonum vlceratiuum. Item medicamen quod potenter & nõ violenter carnem superfluam corrodit, & minuit. Reci. hermodactylorum, floris æris, aristolochię rotundæ, ana: fiat puluis. Item medicamẽ corrodens fortius: & est optimum in vulneribus antiquis, crustulis, fistulis, & cancris aliquibus. Recip. succi asphodelorum, vnc. vi. calcis viuæ, vnc. ĳ. auripigmenti, vnc. i. fiant trochisci; & siccentur in vmbra. Et isti trochisci melius fiunt in mense Augusti, & seruentur: & cum necesse est carnem putridam, & vlcera crustosa mundificare: pulverizetur vnus: & superponatur puluis. Nota ꝙ quandocunq; vteris istis medicinis: nunquã cit

medicamen inde auferendum: ſed dimittatur donec
medicina cum tota cruſta quam fecit, per ſe cadat: &
tunc ſi bene ablatum eſt totum: quod erat corruptũ,
aut factũ eſt ſufficiens foramen: bene quidem, et mun
dificetur. ſi autem medicamen non compleuerit intẽ
tionem tuam: itera: ſaluo ꝙ medicamen, quod ſecun-
do ponis: habeat minorem uirtutem: vel ſit minus in
quantitate. Multa alia medicamina huius generis &
aliorum generum ſupradictorum ſcimus: ſed parcen
tes longitudini, non poſuimus niſi pauca leua & pro
bata: ſecundũ ꝙ in principio libri tibi retulimus pro-
miſiſſe. Suſcipies ergo gratanter iſtud opuſculum:
& per doctrinam eius operare ſecure: quia in eo quã-
uis breuis ſit: plura bona ſecura probata & vtilia con
tinẽtur. Si vero ad perfectionem huius ſcientię per
uenire deſideras: diſce principia medicinæ, quæ ſunt
ſciẽtia rerum naturalium, non naturalium, & earum
quæ ſunt contra naturam. Et diſce anatomiam: quæ
docet formas, naturas compoſitionum corporis to-
tius & membrorum omnium & iuuamentum ipſo-
rum, ſcilicet officia quæ habent in corpore: & ad quã
vtilitatem creauit Deus omnipotens illa membra ta-
lia: & cum hoc frequenta apud locum, in quibus eſt
ægrorũ multitudo: et ipſorum opera exquiſita perpẽ
das. Et nota finem ad quẽ peruenerunt ęgritudines
& accidentia ipſorum in principio, augmẽto, ſtatu, et
declinatione: & ſic per bonam rationem & longum
experimentũ potes optimus fieri medicus. Aliter au-
tem non, niſi Deus omnipotens hoc faceret: infundẽ
do tibi gratiã ſpecialem: qui tibi donet gratiam ſuã:
mihi autem veniam peccatorũ, qui ſit benedictus in
ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit chirurgia parua Lanfranci Mediolanẽſis.

# PRACTICA MAGISTRI Lanfranci de Mediolano quę dicitur ars completa totius chirurgiæ.

## Proœmium.

PROTECTOR in ſe omniũ ſpe
rãtium Deus excelſus & glorioſus:
cuius nomen ſit benedictum in ſe-
cula: qui mirabiliter hominem crea
uit: mirabiliusq; redemit. Nam ex
diuerſorum corporũ proportioni
bus, diuerſarumq; qualitatũ, & in-
cõprehenſibilibus intellectui diuer
ſa creauit in homine membra conſimilia: donans vni
cuiq; propriã formam, et propria iuuamenta. De qui
bus membra cõpoſuit officialia formarum. ſimiliter
& complexionũ diuerſarum propter diuerſas animę
virium actiones. Ex quibus totũ cõſtituit corpus:
vt eſſet animæ rationabilis inſtrumentũ. Ipſumq; cor
pus anima rationabili de cœleſti creata ſubſtantia: in-
formauit, liberum dans eidem arbitriũ: ut volũtarie,
digneq; poſſet beatitudinem æternã obtinere. Ho-
mo uero primus, cui nihil boni erat deficiens, qui ſuũ
per arbitriũ pręceptũ dominicum uiolauit, quare nõ
ſolum ipſe, ſed omnes deſcẽdentes ab eo fuerunt pœ-
nę ſententia cõdemnati. Sed coęternus Dei filius an
A te ſecula genitus: ipſe eſt ſplendor patris & gloria: per
quã homo, cuncta facta fuerant et creata: mandato pa
tris humani generis miſerẽtis, beatiſſimę glorioſæ Vir
ginis Mariæ, adhuc antequam Anna ipſam concipe-
ret, præelectę, in vtero ſanctificatæ materno natæ ſan
ctiſſimæ, ſuum ſumentis ex diuinis cõtemplationibus
alimentũ, viro iuſto, non ob amorẽ hominis, ſed pro
tutela nominis aſſignatæ, quid ex ea fieri debeat: pro-
phetantis virum in viri copula neſcientis, nõ deſpicit
vterum: & caloris amore domini per annunciationẽ
angelicã inflãmatum, imo de patris maieſtate deſcen
dens ſancti ſpiritus obumbratione concipitur: & ſe-
metipſum exinaniens ſuſcepit formã ſerui, ſed virgi-
nitatis manente gloria Deus verus, homo verus vna
mundo naſcitur. In perſona legẽ confirmat moyſai-
cam: propriũ fundens in circũciſione ſanguinem pre
B tioſum: nouã noſtræ legem ſalutis adduxit: noſtrorũ
lauans labem criminum in Iordane: Deũ ſe demon-
ſtrans: & hominem inter homines humaniter ſine vi-
tio conuerſando: mortuos ſuſcitat: leproſos mundat:
cæcos illuminat: paralyticos ſanat: & alia multa diui-
na mirabilia facit: ſuũ ſacrum corpus & ſanguinẽ no-
bis ſanctificat, in ſuæ memoriã paſſionis. Poſt multas
paſſiones in ligno crucis ſuſpenditur: per cuius arbo-
ris fructum homo pœnã fuerat conſecutus, mortem
hominis moriendo deuicit: vt per illũ per quẽ factus
fuerat, redimatur. Ad infernũ hic deſcendit, portans
inde ſpolia reſurrexit: & aſcendit ad æterna ſolia: vbi
patre cum ęterno regnat: Imperio ſpirituſq; ſempiter
no, miro myſterio: vnus nanq; denotat trina diſcre-
pantia: ſicq; trinus adoratur in vnica ſubſtantia. Sũ
mus ille pater omnipotens: qui per eius filiũ nos crea-
C uit taliter: et redemit me per mundi pericula fluctuan
tẽ a cunctis perſecutionum periculis ſua pietate miſe-
ricordiſſima liberauit: & de terra quam bonam crea-
uit fertilem & præclaram, licet liuore plenam, ran-
core, & odio propter quendam fatuitatis amorem in
excuſabilis, & partim rabioſum Pariſius in terram pa
cis & ſtudij, licet coactum ſua ſapientia tranſplanta-
uit. O Pariſius propter ſedem Regię maieſtatis, pro
pter excellentiam ſpei, propter bonorum abundan-
tiam, propter phyſicorum intelligentiam: paradiſus
terrenalis eſt nuncupata. O regalis ciuitas Pariſius
ciuitatis Pariſius ſine pari. Pariſius per partes iuſtius:
nam tu faues vnanimiter vero regi. Pariſius parcius:
nã ſcis par. i. iuſtum in ſcientijs omnibus reperire. Nã
in te quiſq; tute vtitur iure ſuo: vel Pariſius ſciẽtes pã
riens: nam quotidie negligentes tuo concipis in vte-
D ro. demũ eoſdem paris vltime ſuſcipientes. Vę mi-
hi ꝙ tantum tempus perdidi: tuũ ſuauiſſimũ ſtudium
& honorabiliſſimũ non quęrendo. Nam irreſtaurabi
lis illa tẽporis perditio ſola me facit de cordis profun-
do ſępiſſime ſuſpirare. Ad honorẽ igitur Dei patris
& filij & ſpiritus ſancti, & beatiſſimæ Virginis glorio
ſæ, & beati Ambroſi confeſſoris, omniũq; ſanctorũ
& ad honorem & reuerentiã Philippi potentiſſimi, et
chriſtianiſſimi Regis Francorũ, propter amorẽ tuum
Bernarde chariſſime, propter preces pręceptaq; vene
rabiliũ phyſicæ magiſtrorum, propter fraternũ amo
rem valentiũ medicinę ſcholarium mihi tã honorabi
lem facientium comitiuã: ad vtilitatem cõmunem &
proprij filij magnum opus aggredior: quod ars com
pleta vocabitur chirurgiæ: per quod intendo ſicut in
paruo promiſi compẽdio, tradere doctrinã plenã ad

instrumentũ chirurgicum pertinentem ad arbitrariã secundũ doctrinam sapientũ acceptam veterũq; valentium magistrorũ meorum et meis certis experimẽtis & rationabilibus ex longo tẽpore laborata. Diuinumq; implorans auxiliũ: quod meum opus feliciter consũmare, meq; dignetur imperitiæ subuenire. Quod quidẽ opus in. v. tractatus statui diuidendũ.

*Diuisio istius libri: et primo de diuisione primi tractatus.*

PRimus itaq; tractatus continebit de chirurgia regulas generales & capitula: & habebit tres doctrinas. Cuius prima continet tria capitula.



Doctrina secunda tractatus primi est vna summa & vnũ capitulũ, de anotomia, forma, & complexione, et iuuamento omnium membrorũ consimilium: & de generatione embryonis.

*Diuisio tertiæ doctrinæ.*

Doctrina tertia tractatus primi cõtinet. xv. capitula.



*De diuisione secundi tractatus.*

TRactatus secundus erit de particularibus vulneribus membrorũ officialiũ a capite vsq; ad pedes: proponendo anotomiam membrorum consimilium: & sic finitur tractatus. Secundo habebis anotomiam omniũ membrorum corporis. Et iste tractatus sub vna summa continet decem capitula.



*De diuisione tertij tractatus.*

TRactatus tertius erit de curis aliorũ morborũ, qui nõ sunt vulnera: & qui possunt accidere diuersis membris a capite vsq; ad pedes: qui veniunt ad manus chirurgi: & continet tres doctrinas.

*Diuisio primæ doctrinæ.*

Doctrina prima tertij tractatus: cõtinet. 8. capitula.



*Diuisio secundæ doctrinæ.*

Doctrina secunda tractatus tertij cõtinet capitula. 17.



*Diuisio tertiæ doctrinæ.*

Doctrina tertia tractatus tertij: cõtinet capitula. 18.

*De diuisione quarti tractatus.*

Tractatus quartus est de algebra: & cõtinet duas doctrinas.

*Diuisio primæ doctrinæ.*

Doctrina prima tractatus quarti cõtinet septẽ capl'a.



*Diuisio secundæ doctrinæ.*

Doctrina secunda tractatus quarti cõtinet capitula. 5.



*De diuisione quinti tractatus.*

Tractatus quintus erit antidotarium: & continebit capitula. vij.



Ordinatis libri capitulis diuinũ petens auxilium sequor propositum capitula prosequẽdo per ordinem sermones meos firmando secundum auctorum doctrinam: quæ per eorum experimentum, et per me lõgis temporibus sunt approbata.

*De diffinitione chirurgiæ, & suis partibus, & subiecto eius Doctrinæ primæ tractatus primus.* *Cap.* I.

Omne quod inuestigare volumus: vno triũ modorũ inuestigari potest: aut per eius nomẽ: aut per eius actionẽ: aut per veram essentialem eius diffinitionem ipsius essentiã demonstrantem. Istis modis tribus inuestigare possumus chirurgiã per nominis interpretationẽ: quia dicitur a cheir grecæ, quod est manus: & ergeia quod est operatio: vnde chirur-

A gia. i. operatio manualis: eo ꝙ finis eius & vtilitas in manus operatione consistit. Eodem modo per eius actionem possumus eam cognoscere: quare consistit in operatione manuali. Per rei diffinitionem dicit Galenus. Qui veritatem rei perpendere voluerit: naturaliter non ex suo nomine: sed ex sui essentia inuestigare conetur. Notitia nominis impositi non tollit ignorantiam, quam dat extremitas rei: ergo si notitia propter nomen rei non est notitia bona: & actionis notitia cum notitia nominis est eadẽ: relinquitur ꝙ chirurgia per eius diffinitionẽ eius essentiã demonstrantẽ inquiramus. Vnde dicimus ꝙ chirurgia est sciẽtia medicinalis: qua docemur operari cũ manibus in humano corpore, continuitatẽ soluendo, & solutionẽ continuitatis ad statum pristinũ vel priorẽ quã possibile fuerit reducendo: & superfluitatẽ extirpando secundũ intentionem theoricæ medicinæ.

B Cum enim dicimus ꝙ chirurgia est scientia: contradicimus illis: qui dicunt ꝙ chirurgia est operatio particularis: quæ res est finita & corruptibilis: de qua scientia non existit medicinalis, additur: quoniã hoc nomen sciẽtia nõ proprie, sed cõmuniter hic sumitur, vt habetur in techni. Cum dicitur: qua docemur operari: ad differentiã dicitur theoricæ. Cum dicitur: cũ manibus: ad aliorum dicitur practicæ instrumentorũ differentiam. Cũ dicitur: in humano corpore: dicitur ad differentiã marescalorũ: qui circa bruta cũ manibus operantur. Sed quoniã hucusq; posset tota practica sic diffiniri: adduntur tres differentiæ cunctas operationes & singulas chirurgi continentes: quæ sunt continuũ soluere: solutũ continuare: & superfluum remouere. Cum autẽ dicitur: quantum possibile fuerit: dicitur:

C quare ne dicatur: ille nõ est chirurgus: qui mẽbrum læsum ducit ad meliorẽ possibilitatis modum: licet non ita pulchrum uel integrũ sicut erat. Cum dicitur, secũdum intentionẽ theoricæ: dicitur vt sciatur ꝙ necessariũ est chirurgo scire theoricã: sicut apparebit apertissime in suo loco. Partes generales chirurgię: quicquid dicant alij: sunt tres intentiones chirurgię: quę in proprio erunt capitulo declaratæ. Corpus autẽ humanũ & membrum tam consimilia quam officialia sunt propinqua chirurgiæ subiecta: super quæ totum opus fabricatur.

*De qualitate, forma, moribus, & scientia chirurgi doctrinæ primæ tractatus primi.* *Cap.* II.

Necessarium est ꝙ chirurgus proportionatã habeat cõpositionem & cõplexionẽ similiter tẽperatã. Rasis. Cuius facies formosa nõ est, ĩpossibile est

D bonos habere mores: & Aui. Mali mores malę cõplexionis speciẽ sunt sequentes: & vt etiã manus habeat bene formatas: digitos graciles & longos: corpus forte, nõ tremulum: & membra cuncta habilia ad perficiendũ bonas animæ operationes. Sit subtilis ingenij: quoniã apponendorũ quantitas nõ potest literis vllatenus denotari. G. Sit naturalis, humilis, & fortis animi, nõ audacis. Naturali scientia sit munitus: nõ medicina solum, sed in omnibus partibus philosophiæ studeat: naturalis logicã sciat: vt scripturas intelligat. Loquetur cõgrue: quod docet grãmatica. Propositiões suas sciat rationibus approbare: quod docet dialectica. Verba sua sciat secundũ intentionem propositam adaptare: quod docet rhetorica. Adeo noscat ethicã, ꝙ spernat vitia, et mores habeat virtuosos: nõ sit gu-

losus: nõ adulter: non inuidus: non auarus: sit fidelis.
Sic se totũ ægro exhibeat: ꝙ nihil ex parte sua, de cõ-
tingentibus omittatur. In ægri domo verba curæ nõ
pertinentia non loquatur. Mulierẽ de domo ægri, ui-
su temerario respicere nõ præsumat: nec cũ ea loqua-
tur ad cõsilium nisi pro vtilitate curæ. Non det in do
mo ęgri consiliũ nisi petitũ. Cum ægro vel aliquo de
familia nõ rixetur: sed blande loquatur ægro: promit
tens eidẽ quãcunqꝫ salutẽ in ægritudine. Et si de ipsius
salute fuerit desperatus: cũ parẽtibus & amicis casum
prout est, expositione nõ postponat. Curas diffici-
les nõ diligat: & de desperatis nullatenus se intromit-
tat. Pauperes pro posse iuuet: a diuitibus bona salaria
petere non formidet. Ore se proprio non collaudet:
alios aspere non increpet: medicos omnes honoret et
clericos: nullũ chirurgum pro posse sibi faciat odio-
sum: sic ad virtutes intendat pro posse, ꝙ de ipso bo-
na fama, bonumqꝫ nomẽ cõmuniter præbeatur: hoc
docet ethica. Sic addiscat physicã: ꝙ in cunctis ope
rationibus, sciat instrumentũ eius chirurgicũ theori-
cæ regulis approbare: quod docet physica. Nã neces-
sarium est ꝙ chirurgus sciat theoricã sicut potest syl-
logizãdo probari. Omnis practicus est theoricus: om
nis chirurgus est practicus. ergo omnis chirurgus est
theoricus. Maior probatur per textum Auicẽ. dicen-
tis: ꝙ res medicaminis. i. practicæ per vnam trium re-
rum cõpletur. Vna regimen nutritionis est: alia medi
cinarũ exhibito. Tertia operatio manualis: quod di-
cunt. Gal. Ioanni. Constantinus, & Haly. Haly vero
abbas nõ composuit nisi duas. Vna regimẽ & medi-
cina: alia operatio cũ manu. Minor probatur per dif-
finitionem theoricæ ipsius & practicæ: se sibi adinui-
cem respondentes. Nã theorica est perfecta rerum no
titia solo intellectu capiendarũ: subiecta memorię re-
rum operandarũ. Secundum virtutum ordinẽ: prius
res ab intellectu percipitur quã memorię commende
tur. Patet ergo ꝙ homo prius addiscit theoricã: quã
ipsam possit memorię commendare: ad hoc vt possit
subijcere theoricã operando. Practica vero perfectã
est theoricã demonstrare in sensu propatulo et in ope
ratione manuum secundũ pręeuntis theoricę intelle-
ctũ. Patet ergo ꝙ practicus per sciẽtiam sibiqꝫ notam
theorice operatur: sic patet syllogismus: quia necessa-
rio conclusio sequitur ex pręmissis. Practica sensua
liter nos docet quotidie chirurgicum instrumentũ: &
finis qui sequitur ex officio chirurgiæ: ꝙ necessarium
est chirurgo scire partes omnes & singulas medicinæ.
Nã si scientiã elementorum, quæ est primũ principiũ
rerum naturaliũ, chirurgus ignoret: omnino ignora-
bit scientiam cõmistionum operi suo necessariam, vt
patebit. Sciat ergo chirurgus: ꝙ omnia corpora cõ
mista: quæ sunt infra lunarẽ circulum ex quatuor sim
plicibus corporibus: quæ sunt ignis, aer, aqua, & ter-
ra, suas formas adinuicem cõfrangentibus generãtur.
Illa vero elementa propter ipsorũ vtilitatem & con-
trarietatẽ qualitatum a corporali vita multũ sunt elõ
gata: sed cum suis qualitatibus veniunt in cõmistum:
ita ꝙ minima pars vnius, minimã partem intrat alte-
rius. Vlterius cõmistio frangit eorum contrarietatem
& formã: & inde sequitur alia forma ex admistione
substantiarũ: & noua complexio ex cõmistione sua-
rum qualitatũ. Et quantum cõmistio ab elementorũ
contrarietatibus elongatur. & ad mediũ complexio
vicinatur: tanto cõmistum est habilius ad recipiendũ

E nobilem formã vitę: quę quidem nobilitas super om
nia cõmista corpora in humano spiritu recipitur.
Sed quoniã qualitates: quæ cum illis elementorũ cor-
poribus veniũt in cõmistum: ita ꝙ eas impossibile est
a corporibus separari, sunt quatuor. ca. hu. fri. & sic.
& complexiones sunt per illas: necessariũ fuit in com
mistis corporibus cõplexiones quatuor reperiri: quo
niam cõplexio nihil aliud est quam quædam qualitas
cõmista in toto: similisqꝫ ex actione & passione con-
trariarũ qualitatum in elementis inuentarũ: ita ꝙ mi-
nima pars vnius minimã partem intret alterius: & p-
uenit in cõmisto. Et quoniam illę quatuor cõplexio-
nes, scilicet ca. fri. hu. & sic. aliquãdo cõponuntur: vt
cali. & hu. cali. & sic. fri. & hu. fri. et sic. et sic sunt octo
iiij. simplices & . iiij. cõpositæ. Et quoniã illæ octo ali-
quando sunt cum materia, aliquando sine materia: &
F sic sunt. xvi. Et quoniã illæ. xvi. secundũ aliquam cõ
siderationẽ possunt esse naturales alicui, & alicui inna
turales: & sunt. xxxij. Et quoniã inter complexio-
nes necessarium est vnã reperiri æqualem: ad quã cõ
plexiones aliæ cõparentur: reperta est æqualis cõple-
xio: quæ in homine respectu aliorum cõmistorũ cor
porum reperitur: nõ tamen dicitur æqualis elemento
rum pondere vel mensura, sed iustitia quadã. Elemẽ-
ta enim in homine ad tale perueniunt mediũ ab corũ
contrarietatibus elongata: ꝙ nõ potuerunt in alio cõ
misto corpore peruenire: & respectu cõplexionis hu
manæ quælibet res alia ca. fri. & hu. & sic. nuncupa-
tur. Illam nãqꝫ rem siue cibalem siue medicinalem
respectu humani corporis dicimus esse temperatam:
quę cum passa fuerit a calore naturali: qui est in nobis
non calefit, nec infrigidatur, nec humectatur, nec de-
G siccatur: adeo vt calefaciat, infrigidet, humectet cor-
pora nostra, vel desiccet. Et illã dicimus esse calidã in
primo gradu: quę passa a calore naturali, qui est in no
bis, calefit: ita ꝙ calefacit corpora nostra: nõ tamẽ tan
tum quin plus calefacere posset sine aliquo nostro no
cumento. Illã aũt in secundo gradu calidã: quę pas-
sa a calore nostro calefit: adeo ꝙ taliter nos calefacit:
ꝙ nõ plus calefacere posset: quin noceret. Et illã in
tertio gradu: quæ calefacta a nostro calore, calefacit:
ita ꝙ inde proueniat sensibile nocumentũ. Et illam
in quarto gradu calidã appellamus: quæ a calore no-
stro passa calefacit, et destruit manifeste. eadẽ enim do
ctrina de alijs habetur cõplexionibus. Qꝛ enim chi
rurgo scire de cõplexionibus corporũ & membro-
rum & medicinarũ sit necessarium sensualiter sic per
experimẽtũ probatur. Ponatur ꝙ duo viri sint in ea-
H dem hora & in eadẽ ætate & in eodem loco. vt in me
dio brachij ex transuerso cũ ense uel simili gladio vul
nerati: vnus tamen est cõplexionis ca. & hu. alius fri-
gidæ & sic. laicorum vsus & opinio iudicat ꝙ vterqꝫ
istorum simili modo medicetur: sed scientia cõplexio
nis nos docet per instrumẽtũ chirurgicũ rationabili-
ter approbata: ꝙ ambo nõ debẽt vno modo curari:
ĩmo de primo timebimus, scilicet de illo qui est calidæ
cõplexionis: ne incurrat in febrẽ: & ne in membro su
perueniat calidũ apostema. Nã dicit Gal. Membra ca
lidum apostema habentia sunt febri sicut fons: corpo
ri sicut fornax. Nã hæc complexio vt testatur Gale.
Isach & Auj. omnibus alijs præparatior est ad febrẽ.
Quid ergo fiet? considerabitur si multus sanguis exi-
uit de uulnere: quod si sic, bene quidẽ. si autem nõ: fa
ciemus ipsum phlebotomari ex brachio cõtrario vel
pede

pede eiuſdem lateris, ſi virtus & ætas conueniant: vel ventoſabimus ipſum ex duabus anchis, ſi virtus fuerit debilis: & faciemus ipſum ſemel aſcellare in die, ſi naturaliter non aſcellabit, cum ſuppoſitorio, vel clyſteri. Et cōducemus partes vulneris cum ſutura ſi fuerit neceſſarium: vel cum plumaceolis & ligatura ſolum: ſi ſutura nō fuerit neceſſaria. Et cætera faciemus circa vulnus: quę dicentur inferius ſuo loco proprio. Sed ſupra vulnus medicinam ponemus defenſiuam de bolo arme. & oleo roſa. & pauco aceto: ita ꝙ medicina attingat ad finem vulneris: ne poſſit humor ad locum vulneratū habere decurſum. Et prohibemus ei vinum, carnes, lac, oua, piſces, et cibos multum ſanguinem generantes. Sed erit contentus pro cibo iuſcello auenæ vel hordei cum amygdalis: & generaliter diæta tenui & ſtricta vſq; ad ſecuritatē apoſtematis. Et ſi ſcimus ipſum ab apoſtemate & febre defendere: complexionis ſcientia nos docet: ꝙ iſte celeriter debet curari ſiue liberari. Alius vero non phlebotomatur nec ventoſabitur: quia ſanguis eſt pro theſauro in talibus conſeruandus. Nō prohibentur ei carnes nec vinum: quia ſtomachus eius & digeſtiua eſt debilis: et materiam non poſſet vulneri neceſſariam generare; nec timemus in eo febrem: quoniam eius complexio ad febrem non eſt apta. Præterea vnam & eādem inuenimus medicinam vno & eodem modo paratā: quæ ſi diuerſis corporum adhibeatur complexionibus: diuerſum manifeſte facit effectum. Vitreolum enim romanum, quod in gallico dicitur cuparoſa: ſi ſiccorum corporum vulneribus apponatur, carnem adiuuat generari. Humidorum vero non ſolum non generat, ſed corrodit. Nec tamen uitreoli actio eſt niſi vna: licet diuerſi ſequantur effectus propter diuerſitatem corporum ſubiectorum: ſicut ſolis actio eſt diuerſa: non propter ſolem: ſed propter diuerſitatem corporum in quæ agit. Vitreolum enim valde deſiccat: & in corporibus ſiccis membra cōſimilia inuenit fortia ſuæ fortitudini reſiſtentia: quare non poteſt niſi ſuperfluitates vulneris deſiccare repertas: quibus deſiccatis natura carnem generat. In humidis vero corporibus: quoniam eorum membra debilia non poſſunt fortitudini vitreoli reſiſtere: patiuntur ab eo: & conuertuntur in liquorem: & ſic per vitreolum putredo in vulnere augmentatur. Quod dictum eſt diuerſis corporum cōplexionibus: dicitur de diuerſis mēbrorum complexionibus Gale. Si duo fuerint vulnera in ſanie æqualia: vnum tamen in ſicco membro: aliud in humido: quod eſt in ſicco indiget medicina ſicciori. Et ſi uulnera ſint in duobus membris in cōplexione ſimilibus: vnum tamen multam habeat ſaniem: aliud vero paucam: multam ſaniē habens, medicina indiget ſicciori. Ioannes Damaſceni. Medicamina & emplaſtra debent eſſe homogenea membris: quibus apponuntur. Et Galenus. Res naturalis debet cum ſimilibus cuſtodiri: quæ vero contra naturam, cum contrarijs expelli. Si ergo naturales complexiones chirurgus ignorabit: quomodo poterit ſecundū diuerſas complexiones membrorū & corporum medicamina variare? maxime ſi complexiones medicinarum & gradus etiam ignorabit. Humorum etiā generationem: quæ ſunt tertium rerum naturalium membrum: oportet ſcire chirurgum: & ſcientiam, & cauſam apoſtematum debet ſcire: ſicut etiam in tractatu de apoſtematibus eſt declaratum. Membro-

A rumque diuerſitatem & ipſorum vtilitatem & officia ſcire debet: vt ſciat quæ membra magnam actionem in corpore habent: & quæ ſunt magni ſenſus fortem nō ſuſtinerent medicinam. Virtutes etiā oportet quod cognoſcat: vt videat quando alicuius virtutis actio minuatur: vt membro poſſit ſuccurrere illius læſæ operationis officio ſeruienti. Et ſi ſcientiam habet virtutum operationum & ſpirituum ſibi noticia non latebit. omnes prædictæ res ſunt naturales: quæ ſunt primum membrum diuiſionis primę theoricæ medicinæ.

Simili modo neceſſe eſt ſibi rerum nō naturalium habere notitiam: vt ſciat ſuo vulnerato vel apoſtemoſo conuenientem aerem eligere. Vulnera nanque non deſiccantur in aere humido vaporoſo: ſed oportet vulneratos de aere tali ad ſiccum clarum & odoriferum tranſmutare. B In hyeme a frigore defendere: quia nihil adeo nocet vulneratis neruis & oſſibus ſicut frigus: licet in æſtate non tantum ſit neceſſarium aerem temperare. Neceſſarium quoque eſt vt ſciat ordinare diætā: prout inferius in proprio diæte capitulo continetur. Item neceſſarium quod ſecundū quod conuenit ægro motum ordinet & quietem: nā ſi fuerit vulneratus in capite: vel habuerit nerui puncturam: neceſſarium eſt quod quieſcat: ſit in ſilentio: et habeat mollem & planum lectum: ne membrum laborem aliquem patiatur. Sed ſi vulnera antiqua ſine dolore eſſent in brachijs: bonum eſſet ægro cum pedibus ambulare: & brachium ad collum portare. Et ſi eſſet in cruribus & pedibus: bonum eſſet quod iaceret, & cum manibus laboraret. Item debet chirurgus ſomnum ægri quem poterit temperare. Nam C dormitio nimia ſuperfluitates generat: virtutes debilitat: totum corpus infrigidat & relaxat. Nimiæ vigiliæ ſpiritus diſſoluunt, & conſumunt: humores acuunt vulneribus: innaturalem ſiccitatem adducūt: & ſunt cauſa dolorum. Item decet eum ſcire repletum euacuare, & inanitum fouere: vt ægrum ad temperatam reducat habitudinem: nam aliter vulnus nunquam conſolidaretur. Et oportet vt ægri ſui paſſiones temperet animales. Nam ex ira ſpiritus nimis ab extra funduntur: quare vulneratum membrū multoties inflammatur. Timor autem & triſtitia & ſuæ ſalutis diffidentia ſpiritum ad intra reuocat: & inde virtutes debilitantur: & non poſſunt materiam ad reſtaurationē vulneris generare. Hæc enim ſex ſunt res non naturales: quæ ſunt ſecundum membrū theoricæ medicinæ.

D Membrum etiam tertium: quod eſt vulnus, vlcus, fiſtula, cancer, apoſtema: &, alia neceſſarium eſt cognoſcere: vt ſciat ſuper quo, & pro quo, & ad quid oporteat ipſum laborare: quoniam hæc omnia diuerſa ſunt: & ſecundum eorum diuerſitates diuerſis indigent iuuamētis. Cauſam etiam ſui morbi, verbi gratia ſcire debet. Nam vulnera quæ fiunt ab enſe, aliter curantur: quam vulnera quæ fiunt per concuſſionem lapidis vel a caſu. Et uulnera quæ fiunt a morſu canis ſimpliciter, aliter curātur quam ea quæ ex morſu canis proueniunt rabioſi: ſicut poteris in locis huic materiæ pertinentibus reperire. Oportet etiam ꝙ ſciat accidentia cōcomitantia ſuum vulnus: vt ſciat vulnus curari non poſſe: niſi prius accidentia ſint remota: vt in proprio inferius capitulo continetur. Et iſta tria morbus, cauſa, & accidens cum

supradictis sex et septem, totam perficiunt theoricam
medicinæ. De duobus quocꝫ instrumentis practicę
præcedentibus ordinate chirurgicum instrumentum
non oportet esse chirurgum alienum: nam oportet
eum ordinare diuerso modo diætam: infra in speciali
capitulo de diæta vulneratorum continetur. Decet
etiam eum: imo necessarium est eius scire dare, cū ex-
pedit, potionē. Gal. Multum valet pharmacia & vo-
mitus his: qui pessima et putrida habent vulnera. Cor
pore enim ex malis humoribus purgato materię ma-
litia de vulneris loco mouetur: et vulnus velocius cō
solidatur. Qui ergo omnes partes medicinæ consi-
derat: manifeste reperiet: quod necessarium est chirur
go completam addiscere medicinam: & vt in hoc
continetur procemio: cum alijs bonis quæ sibi perue
niunt a natura.

### *De intentionibus chirurgi doctrinæ primæ tractatus primi.* Cap. III.

SCiendum est ꝙ omnis intentio chirurgi quantū-
cunqꝫ sit diuersa particulariter: et quo ad hominē
infinita: sub vna trium intentionum generalium con
tinetur. Prima est solutio continuitatis. Secunda est so
lutionis continuatio. Tertia est superflui remotio: dū
tamen hæc omnia fiant cum manu. Nam sub istis tri-
bus intētionibus: vel sub una istarū siue aliqua istarū:
omnes intentiones chirurgi continentur. Soluitur
nanqꝫ continuū per chirurgum qn̄ phlebotomat: qn̄
scarificat: qn̄ cauterizat: quādo sanguisugas apponit:
quare licet hæc omnia propter nostram superbiam et
dedignationem barberijs & mulieribus relinquātur:
tamen de opere sunt chirurgi. Nam Gal. & Rasis ꝑut
in eorum apparet scripturis: hoc proprijs manibus fa
ciebāt. Et ego phlebotomo vsus sum interdum ma-
nu propria phlebotomando venam: ad quam famo-
si barberij defecerunt. Soluitur autem continuum
cum venas incidimus temporis & frontis: & cauteria
facimus propter ægritudines oculorum: & etiam cū
cauteria in diuersis locis capitis, & corporis facimus
propter diuersas ægritudines: prout doctrina caute-
riorum in suo capitulo declarabitur. Soluitur enim
continuum cum aquam hydropicorum per incisio-
nem extrahimus: & cum incidimus crepatos: & cum
per incisionem extrahimus lapidem de uesica: et cum
alia diuersa vulnera facimus: secundū ꝙ in multis lo-
cis continebitur huius libri. Nam prosequendo in
tentionem secundā: solutum continuatur, ulcera, vul
nera, fistulas, cancros sanando: dissolutionem iunctu
rarum, fracturarum, ossium per instrumētum chirur
gicū restauramus: et circa hanc intentionem multa di
uersa opera faciendo: quorum plenam doctrinam ha
bebimus per hunc librum. Per tertiam intentionē
superfluum remouendo scroffulas capitis, & colli, &
aliarum partium extirpando, cataractas, vngulas, pā
num, sebel, carnem superfluā, polypum ex naso, por
ros, & verrucas, ficus, atrices, & condylomata, super
fluitatem hermaphroditis, folliculū clausæ vuluæ, se
xtum digitum, & multas alias superfluitates remouē
do humano corpori non decentes.

## Doctrina secunda tractatus primi: quæ est vna summa & vnum capitulum de anato-mia, forma, & complexione, & iuuamento E omnium membrorum cosimilium et de ge-neratione embryonis.

QVoniam vt dicit Gale. Necessarium est
chirurgo scire anatomiam: ne credat la
tum ligamentum esse pelliculam: & ro
tundum ligamentum esse neruum: & in
suis operationibus cadat in errorem: p
posui de natura, formis, iuuamentis, & de complexio
ne membrorum consimilium propriū facere empla
strum. Et quoniam, vt dicit Auicen. notitia rei quę
causam habet, non potest haberi, nisi per suas causas
sciatur. Oportet nos igitur considerare causas mem
brorum consimilium, propter hoc sumēdo summas
creditas super principijs medicinalibus secundum ꝙ
F medici crediderūt. Ponam in principio generationē
embryonis prout esse creditur: et ab auctoribus medi
cinæ traditur. Et siquis altior quā medicus plus uolue
rit inquirere: pro me laboret, & alijs: qui contenti su
mus illa credere, quæ nos medicinalis scientiæ aucto
res docuerunt.

De generatione embryonis quatuor sunt positio
nes: alias intētiones: apud rerum
certitudinem inquirentes. Quarum tres quāquam in
verbis videantur aliqualiter discordare: tamē in vna
conueniunt veritate. Alia quidem in verbis penitus
et in veritate discordat. Nam philosophorum summus
idest Aristo. dicit ꝙ embryo generatur ex viri sper
mate & sanguine menstruoso mulieris: & ꝙ sperma
viri se habet per modū factoris: & sanguis menstruus
per modum materiæ. Hoc quidem taliter intellexit
G Auerrois: Q; sperma viri nullo modo staret in substā
tia embryonis: & ꝙ sperma mulieris ad generationē
nullo modo intraret. Gal. vero pōit: ꝙ ex duobus
spermatibus viri, scilicet & mulieris adinuicem agen
tibus et patientibus: ita ꝙ vnumquodqꝫ ipsorum age
ret in aliud: & pateretur ab alio: fieret embryonis ge
neratio: ita tamē fit ꝙ ex spermate viri fieret actio for
tior: minor autem ex spermate mulieris. Auic. ve
ro qui in dictis pro me physicis laborauit Gal. sequēs
opinionē, cassat omnino Auerrois dictionem: dicens
ꝙ ex duobus spermatibus fit generatio embryonis:
ita ꝙ si mulier non spermatizat, non fit filius neqꝫ fi
lia. Et ꝙ sicut coagulum se habet in caseo per viā coa
gulationis actiue: & lac se habet per viam coagulatio
nis passiue: ita sperma viri ad embryonis generationē
se habet per viam coagulationis actiue: et sperma mu
H lieris per viam coagulationis passiue. Et quemadmo
dum vnumquodqꝫ duorum coaguli, scilicet & lactis
est pars substantiæ casei: qui fit ex eis: ita vnūquodqꝫ
duorum spermatum est pars substantiæ embryonis:
nec istud verbū discordat a philosopho. Nā sperma
mulieris non est adeo a natura sanguinis elongatum
propter mulieris frigiditatem non valentis illud be
ne decoquere: & propter vicinitatem vasorum sper
matis & matricis: quod non est dignum vocari sper
ma. Et propter hoc voluit philosopho ipsum sangui
nem menstruum appellare. Et etiam licet ex duobus
spermatibus fiat embryonis prima generatio: ex qui
bus omnia membra consimilia, excepta carne et pin
guedine generantur: tamen ad ipsorum augmen-
tum & ad carnis generationem & pinguedinis san-
guis prouenit menstrualis. Matrix vero mulieris,
quę

quæ formã habet naturalem, & cõplexionem aptam ad conceptionẽ: sicut quęlibet mẽbra formam habẽt couenientẽ ad eorum ꝓprias actiones: cũ transglutit spermata ad ipsius matricis profundũ: totam se naturaliter colligit circa illud: suumq; taliter claudit orificiũ: q̃ nõ posset illud intrare stilus. Informatiua vero virtus appropriata huic officio cũ Deo glorioso cõtinuata: quæ non cõprehenditur, quoniã est de secretis Dei, modũ mediante calore naturali, qui est instrumẽtũ eius, spiritũ qui descendit cũ duobus spermatibus: sed cũ spermate patris plus: & permiscet illa sperma-ta: & intẽdit generare vnũquẽq; spiritum tã vitalem quam aĩalẽ quã naturalem: et minerã vnicuiq; ꝓpriã: & hoc facit in. vi. primis diebus in solũ spermatibus de sanguine menstruoso nihil petens: qm̃ vsq; ad illos dies nõ fit talis resolutio de q̃ curetur. Sed postea incipit appetere, & mẽstruũ sanguinẽ attrahere incipit attractiua: & in tribus diebus incipiunt fieri puncta & lineationes: & in sex vltra sanguis menstruus intrat in spermata: qui quidẽ sanguis toto cõceptionis tẽpore in quinq; partes diuiditur. Vna mutatur in naturã spermaticã: & tendit ad augmentũ mẽbrorum a duobus spermatibus habentiũ principiũ. Secunda pars sanguinis grossi quã caliditas coagulat: mutat ĩ carnẽ. Tertia pars subtilis quã frigiditas coagulat: mutatur ĩ pinguedinẽ. Quarta pars boni sang. q̃ superabũdat ab his oĩbus transit ad mamillas: & cõuertitur in lac. Quinta q̃ superfluit: ad hæc oĩa usq; in diem partus remanet in matrice. Post. xv. dies a primo cõceptiõis die. xij. diebus seq̃ntibus fit sang. humiditas, caro, nucha elongatur: cor, cerebrũ, hepar in tribus vesicis incipiunt apparere: deinde apparet umbilicus: qui quãquã post illa appareat: ante illa tñ ꝑficitur. in. ix. seq̃ntibus diebus elongatur caput ab humeris: venter a lateribus: extremitates a uẽtre. Quatuor diebus sequentibus perficitur totus q̃nq; sequentibus: & sunt. xlv. sentit. duplicatis oĩbus: & sunt. xc. mouet̃: triplicatis oĩbus: & sunt. ix. mẽses: in quibus nascitur. hoc tñ in aliquibus fallit: sed est vtplurimũ. Vnde versus.

Cum recipit matrix generando spermata patris:
Sex in lacte dies stat: tribus linea punctus
Incipit: & sanguis sex: post in spermata transit
Humiditas: caro fit sequentibus in duodenis:
Nuchaq; longatur: tria membra regalia constant
In reliquis nouem extremis latera distant.
Humerus, et ceruix, venter, quatuorq; sequentes
Perficiunt totum: dant motum: deniq; quinq;
Duplica: sicq; dies dat nonagesima motum.
Si quæris ortum: tunc tempus triplica totum.

Sola ergo caro & pinguedo generãtur ex sanguine menstruoso: ossa uero & cartilagines, ligamenta, nerui, venę, chordę, arteriæ, pãniculi, cutis ex duobus spermatibus generantur: vt vult Auic. & omnes alij doctores: & vt approbat experimẽtũ chirurgicũ. Nã si aliquod istorum membrorũ amputetur: nullatenus vera restauratiõe restauratur: quoniã eorũ materia fuit sperma parentum: quod formã aliam acquisiuit: sed caro cuius materia est sanguis: qui quotidie generatur in nobis: cui sanguis dat formã, veram restaurationem recipit & completam.

Ista vero mẽbra consimilia diuersas habẽt formas, cõplexiones, & iuuamenta secundũ diuersitatẽ proportionis materiæ ex qua cõponuntur: quia licet omnia ex eadẽ sint cõposita: cõmista materia tamen in vnoquoq; mẽbrorum cõsimiliũ alia & alia est ma-

A teriç proportio: propter quod formã diuersam & iuuamenta suscipere meruerunt. Nã deus omnipotens nõ ęmulus, nõ auarus, dat vnicuiq; rei de forma secũcundum q̃ eius proportionata materia requirit.

OS nãq; primũ est mẽbrorũ consimiliũ: & est frigidũ & siccũ: & habet diuersas in corpore formas: & diuersum numerum et multiplicẽ: propter diuersa in corpore iuuamenta. Iuuamentũ enim multiplicationis ossium fuit: quia necessarium erat vnũ mẽbrum si ne alio aliquãdo moueri: quod fieri nõ potuisset: si solum vnum os fuisset. Et etiam quoniã alia sunt vt clypeus membra defendens, sicut ossa cranei. Alia sunt fundamentum, sicut ossa spinæ & cruriũ & brachiorum. Alia sunt sicut arma, vt additamẽta in lateribus spondyliũ. Alia sunt, quibus replentur quædã cõcauitates quarundã iuncturarum: vt manus et pedis. Alia
B sunt ut in eorũ cõcauitatibus rotunditas ossis cum eo cõiuncti intret: vt cũ eo iungatur: & nihilominus moueatur, vt ossa ancharum et spatularũ. Alia sunt vt in eis suspendãtur mẽbra: quæ suspensione indigent: vt os quod est supra epiglottũ & ossa mãdibularũ. Numerus vero ossium, formę, et iuuamẽta specialia reperientur in secundo tractatu: vbi plene tractabitur de anatomia membrorum officialium totius corporis a capite vsq; ad pedes.

CARTILAGO frigida est et sicca: & est mollior osse, & durior carne: et in corpore sex habet iuuamẽta. Primũ, vt cõtinuatio ossis duri cum mẽbris mollibus nõ fuerit sine medio. Secundũ, ne durum molle lęderet specialiter in hora cõpressiõis vel ꝑcussiõis. Tertiũ, vt ossa iuncturarũ, q̃ in fine sunt cartilaginosa: molliorẽ cõfricationẽ habeant in iuncturis.
C Quartũ, vt esset ossis incuruatio ad sustinendũ musculũ mouentẽ mẽbrum non habẽs os vt palpebra superior. Quintũ est quia ĩ aliquibus locis necessariũ est infigi aliquid in re: q̃ nõ multũ sit dura: sicut est in epiglotto: extremitas nãq; epiglottalis est cartilaginosa. Sextum, quia necessariũ est aliqua membra habere sustentationẽ & plicationẽ: vt sustentari, et cõstringi, et ampliari possint, & plicari: vt in naribus & auribus.

LIGAMENTVM frigidũ est & siccũ de ossibus egrediens: et habet quasi formã nerui: non tamen est neruus: nec sentit ut neruus: sed est flexibile: et eius sunt quatuor iuuamenta. Primũ est vt liget os cum osse. necessaria enim erat ossis cũ osse ligatio, vt multa ossa vnum sustinerẽt & cõficerent corpus, sicut vnũ os: et nihilominus mẽbra singulariter mouerentur: et ideo fuit flexibile & insensibile: quia si fuisset sensibi-
D le, in iũcturarũ motu: laborem nimium sustineret. Et si fuisset sicut os, a quo procedit inflexibile: vnũ mẽbrum sine alio moueri nõ posset. Secundum iuuamẽtum fuit, vt cõponeretur cum neruis ad chordã faciendã & musculum. Tertiũ iuuamẽtum est, vt sit quorundã neruorum sedes. Quartum vt per illud suspendantur mẽbra interiora: quæ suspensione indigent: vt stomachus, matrix, & alia quæ per ipsa superius suspenduntur.

NERVVS frigidus est & siccus: & procedit a cerebro vel a nucha. A cerebro nãq; ꝓcedunt septẽ paria: & dicũtur nerui sensibiles. A nucha vero. xxx. ꝓcedũt paria: & vnus sine pari: & dicũtur motiui: licet tñ primi dicãtur sensibiles: & secundi motiui, nec primi carent motu nec secundi sensu. Et sunt corpora alba, flexibilia, fortia, & tenacia: et iuuamentum ipsorũ est motũ et sensum afferre mẽbris. De diuisiõe ve-

ro mẽbrorum multũ longa eſt doctrina, nec eſt intẽtio noſtra in hoc libro tractare niſi mẽbrorum anotomiã: quę neceſſaria eſt chirurgo inſtrumẽto. Et in tractatu. 2. huius libri habebitur anotomia neruorũ mãifeſtorũ ſeu locorũ neruoſorũ: ĩ qbus debet haberi cautela in inciſione & cauterizatione cum de mẽbris officialibus ponemus anotomiam: & de eorum vulneribus tractabimus.

ARTERIÆ vero ſunt calidę: nõ propter eorũ corpa, quæ ſunt frigida et ſic. ſed propter ſanguinẽ vitalẽ, & ſpũm cordialẽ in eis exiſtẽtes: & habẽt duas tunicas ꝑter vnã arteriã, quę tẽdit ad pulmonẽ. Tunica aũt interior eſt groſſior & firmior ſiue fortior: quia rẽ calidam et mobilẽ continet. Et ipſarum arteriarum origo eſt a ſiniſtra cordis auricula: unde duę oriuntur arterię: vna tendit ad pulmonẽ: & habet vnam tunicã: & per ipſum pulmonẽ partitur: & in eo finitur: & portat ſanguinẽ pulmoni quo nutritur: & vitalẽ ſpiritũ: & vt ex pulmone portet aerẽ ad cor ad tẽperandã fumoſam caliditatẽ ipſius cordis: & iſta arteria vocatur uenalis: eo ꝙ nõ habet niſi unã tunicam: ideo ꝙ eſſet obediens dilatationi per ipſum pulmonẽ: et ꝙ ſanguis pulmonẽ nutriens per ipſam melius reſudaret. Alia aũt arteria: quæ cũ iſta naſcitur a ſiniſtro ventriculo cordis, habet duas tunicas: eo ꝙ vna nõ ſufficiebat fortitudini motus & ſpiritus: alia quia illud quod cõtinetur in arterĳs, eſt nimis charũ: & multũ indiget cuſtodia. Iuuamẽta ergo arteriarũ tria ſunt. Primũ eſt vt per eas in dilatatione attrahatur frigidus aer ad cor. ſecundũ, ut fumoſitas in cõſtrictione expellatur. tertiũ eſt, ut ſpiritus vitalis per eas toti corpori tribuatur. Hę enim arterię multipliciter diuiduntur: quarũ diuiſiões vltimę nõ perficiũtur ſenſu: nec ſubĳciũtur operi chirurgico: de quo ſit curandũ: ſed in ſuis locis habetur, vbi debeat chirurgus arterias euitare.

VENÆ quoqꝫ propter eorũ corpora frigidæ iudicantur & ſiccæ: ſed propter ſanguinẽ in eis contentũ iudicãtur calidę: quia omnes ortũ habent ab hepate: in quo quidẽ duę oriũtur venę. prima ſimę ſiue cõcauitatis: & dicitur porta, cuius officiũ eſt chylũ a ſtomacho, & inteſtinis per venas meſaraicas ab ea procedẽtes & ſtomacho & inteſtinis cõtinuas attrahere: & ipſum chylũ in prima digeſtione per capillares venas per totã ſubſtantiã hepatis ſpargere. alia uero a gibbo hepatis quæ dicitur ventrem habens: quę ſicut arteria multipliciter diuiditur: et eius iuuamentũ eſt dare toti corpori nutrimentũ. de quarum quoqꝫ ramificatione doctrina plena inferius continetur.

Poſt hoc ſunt PANNICVLI: q ſunt cõtexti ex ſubtilibus neruorũ filis venarũ et arteriarũ: ꝓpter qđ ſunt frigidi & ſicci: & ſũt ſenſibiles: quorũ tria ſũt iuuamenta. Primũ vt pluralitatẽ rerum quarundã in vna ligent forma: ſicut pãniculus qui ligat ſeptẽ oſſa capitis. Secundũ iuuamentũ eſt vt quędã membra cũ alĳs ſuſpendant & annectãt: ſicut renes dorſo: matricẽ ſpinę. Tertiũ iuuamentũ eſt vt quędã mẽbra quę ſecundũ naturam ſunt inſenſibilia: per pãniculos ea cooperiẽtes accidentaliter ſentiãt: vt pulmo, hepar, ſplen, & renes. hæc. n. per ſuam ſubſtantiã ſenſum nõ habent: ſed quicquid ſentiunt, per panniculũ qui ea cingit ſentiunt accidentaliter.

CARO generať ex ſanguine groſſo a calore coagulato. Pinguedo generatur ex ſanguine ſubtili a frigore coagulato.

CARO vero calida eſt & hu. cuius tres ſunt ſpe-**E** cies: nã alia eſt caro ſimplex: et eius iuuamẽtũ eſt ut repleat interſtitia mẽbrorũ aliorum cõſimiliũ: & ad bonam formã ducat: et vt mẽbra illa dura adinuicẽ non confricẽtur. Alia ſpecies eſt caro glanduloſa: et eius iuuamentũ eſt vt conuertat humiditates ad eius colorẽ vt caro glãduloſa mamillarũ quæ cõuertit ſanguinẽ attractũ a matrice in lac: & caro teſticulorũ glãduloſa quę cõuertit ſanguinẽ in ſperma: et caro glanduloſa fauciũ, quæ generat ſaliuam. Tertia carnis ſpẽs eſt caro: q̃ eſt in muſculis: & dicitur caro muſculoſa: qm̃ eſt intermiſta ſubtilibus chordarũ filis: vt in proximis habetur: cuius iuuamẽtũ per anotomiã muſculi habetur. Demũ eſt CVTIS: q̃ eſt in q̃litatibus tẽperata: & eſt cõtexta ſubtiliſſimis filis neruorũ, venarũ, & arteriarũ illam facientibus ſenſibilẽ: & dantibus ei vitã & nutrimentũ: vt ſit regimẽ totius corpo-**F** ris. Et neceſſitas eius tẽperamẽti fuit nõ ſolũ in calido & frigido: ſed etiam in humido & ſicco, duro, molli, aſpero, & leui: vt tẽperate ſentiret. Nã ſi ſentiret fortiter, vt neruus ſenſibilis ſimplex, homo nõ poſſet ſe exponere frigiditati nec caliditati aeris. Nec cutis palmę & digitorũ: q̃ inter oẽs alias partes cutis corporis eſt tẽperatior, nõ eſſet bonus iudex in diſcernẽdo inter calidum & frigidum hu. & ſic. durum & molle.

MVSCVLI uero quãuis ſint compoſiti: tamen numerantur inter membra conſimilia: eo ꝙ veniunt ad officialiũ cõpoſitionẽ cõponuntur ex carne et neruis & ligamentis: & ſunt voluntariorũ motuũ inſtrumẽta. Neruus enim veniens a cerebro & nucha, cũ ꝓcedit ad mouendũ mẽbra, admiſcetur ligamẽto: & fit eorũ admiſtione chorda propter tria iuuamẽta. Primũ quia neruus ſimplex nimis eſt ſenſibilis, & ſo-**G** lus, propter nimiã ſenſibilitatẽ non poſſet pati laborẽ in motu. Societas vero ligamenti inſenſibilis minuit nerui ſenſibilitatẽ: & reducit ad vtile tẽperamentum. Duos alios defectus habebat neruus mollitiẽ & paucitatẽ: mollitiẽ quia ꝓuenit a cerebro quod eſt molle: paucitatẽ quia prouenit a nucha quę eſt parua. debebat enim paucus multipliciter diuidi antequã finiretur: & illos duos defectus ſupplet admiſtio ſeu ſocietas ligamẽti: nã inde tẽperatur: mollities fortificatur: & quãtitas augmẽtatur. Cõpoſitio nerui huius et ligamenti eſt chorda mouens mẽbra ad voluntatẽ animalis qñ cõtrahiť, vel longatur, vel torq̃tur mẽbrũ. Huic aũt chordæ ad plenã muſculi compoſitionẽ, aſſociatur caro ſimplex ꝓpter tres vtilitates. Prima vt ſit in extenſione & cõtractione ipſi chordę culcitra ſupra quam pauſet. ſecũda vt caro quę mollis eſt & hu. **H** conſeruet chordã: ne nimis deſiccetur in motu. tertia vt compoſitio membrorũ ſit formoſior. Sic igitur componitur muſculus: qui eſt corpus oblongum ab vna parte aliquantulũ arcuatum. Et quoniam hęc cõpoſitio erat valde bona, natura ad conſeruandũ hanc cõpoſitionem quodam panniculo texit ipſum. Chorda uero cũ illum intrat muſculũ, in multa fila diuiditur: & dicuntur villi: villi ſunt inter triplices lõgitudines: per quos viget virtus expulſiua, & retentiua. Cũ autẽ exit muſculũ: redeunt illa fila ad cõponendum chordam, vel chordas ſecundũ ꝙ neceſſariũ eſt plures chordas uel muſculos generari. Ex iſtis mẽbris conſimilibus: quæ ſuas habent formas, & propria iuuamenta: componuntur mẽbra officialia totius corporis: quæ ſunt animæ rationabilis inſtrumenta. mẽbrorum autem officialium anotomia in ſecundo tractatu plenius continetur.

## Doctrina tertia tractatus primi continet, quindecim capitula.

*Sermo uniuersalis de uulneribus & ulceribus doctrinæ tertiæ tractatus primi.* Cap. I.

DEbemus scire ꝙ vulnus, plaga, vlcus, fistula, cancer vlceratus, dislocatio, fractura, apostema, omnia hæc sunt solutio cõtinuitatis: quę est cõmunis officialis & consimilis ægritudo: quia hęc omnia possunt accidere mẽbris consimilibus nõ propter officialia: et officialibus nõ propter consimilia. Et omnia aliquãdo conueniunt in voce: licet secundũ veritatem differant: nã multoties vnum pro reliquo sumitur. Sed vulnus est solutio continuitatis cum effusione sanguinis facta ex recenti tẽpore. Vlcus est solutio cõtinuitatis iã putrefacta & inueterata. Fistula, cancer, apostematio suas habent diffinitiones et differentias, vt patebit. Plaga pro uulnere cõmuniter sumitur & vlcere. Reperitur etiã in medicina multoties ꝙ vlcus antiquũ dicitur vulnus: vt ait Hippo. in sexto aphoris. Vulnera quæcunq; annua fuerint, vel longius tẽpus habent: os necesse est emitti, & cicatrices concauas fieri: ibi sumitur vulnus pro vlcere. Vulnerum aliud est simplex: aliud cõpositum. Et dicitur simplex ad differentiã compositi duobus modis. Vno modo dicitur vulnus simplex, cum quo nõ est substantiæ deperditio: aliud dicitur simplex, cũ quo nullus morbus alius, vel mala dyscrasia sociatur. Cõpositum vero dicitur ecõtrario. Sed tã simplex quã cõpositum: aliud fit in carne: aliud in neruo: aliud ĩ osse: aliud in venis & arterijs. Itẽ hæc vulnera diuersas habent causas: nã alia fiunt a causa interiori: vt ex malitia vel multitudine humorũ: nam nimia multitudo aliquãdo scindit mẽbrum cõtinens, & vlcerat. Similiter mala cõplexio, vt calida adurit & vlcerat: frigida constringit: sicca scindit. humida vero sine materia nõ facit vulnus: sed cũ materia aliquando: licet rarissime vulnerat nimiũ distendendo. Et aliæ causæ exteriores, similiter diuersificantur. Nã aliquando fit vulnus cũ ense vel simili incidente secundũ lõgũ: alia fiunt cũ telo uel sagitta, pungente: alia cum lapide fuste, vel [illegible]atia, vel a casu: alia morsu animalis venenosi vel rabiosi: quæ omnia differunt secundũ differẽtiam causarũ: & differt similiter modus curæ. Dico ergo ꝙ intentio curationis vulnerũ, & omnis solutionis cõtinuitatis est vera consolidatio & restauratio: ꝗ quidẽ vbiq; fieri non potest. Nã si membra officialia amputentur: in æternũ nõ restaurantur: nec aliquod de similibus: vt ossa, pelliculæ, cartilagines, ligamẽta, & cutis: quoniã eorum materia fuit sperma parentũ: vt superius est ostensum. Sed loco rei deperditæ natura restaurat aliquid: quod est loco eius quod erat amissum. Sed caro cuius materia est sanguis: qui quotidie generatur ĩ nobis: verã recipit restauratiõẽ. De neruis vero, venis et arterijs dixerunt quidã ꝙ nõ cõsolidantur, de vera consolidatione: sed restaurãtur vt ossa: alij dixerunt ꝙ sic: sed. G. & Auic. & ego ꝗ sum expertus eorũ dicta: in hac parte dicimus: ꝙ cõsolidãtur de vera cõsolidatiõe, quãdo incisio est parua, vel quando nerui recenter incisi suuntur: sed nõ restaurãtur vera cõsolidatione, quãdo sectio est magna. & ratio cõcedit hæc. Nã nerui sunt molles & viscosi: & ꝓ-


A pterea obediunt cõsolidationi specialiter quãdo cõiunguntur. Venę etiã & arterię ꝓpter pręsentiã sanguinis etiã iuuãtur ad cõsolidationẽ: & hoc patet in phlegmonis: ꝗ quotidie cõsolidãtur. Quoniã ergo omnia supradicta vulnera secundum diuersitatem membrorũ in quibus fiunt: & secundũ diuersitatẽ causarũ, & instrumentorũ differunt: & secundũ vulnerũ formã et accñtia, de vno quoq; ꝓposui singulare capl'm ordĩare: & primo de vulnere qđ fit ĩ carne tractabo.

*De cura uulneris facti in carne: doctrinæ tertiæ tractatus primi.* Cap. II.

DE vulnere quod fit in carne tractare volentes incipimus a simplici dicẽtes: ꝙ si vulnus in carne fuerit factũ cũ telo vel sagitta, vel cũ simili: stringe illud solũ cũ ligatura: quæ teneat illud strictũ. & cõserua

B cõpositionẽ membri cum pura clara oui posita supra vulnus cũ qete: nec est necessaria alia cura: & specialiter qñ est sine dolore. Sed si esset ibi dolor fortis: tũc esset signũ ꝙ neruus sub vulnere punctus vel pãniculus: ꝗ est inter carnẽ & os, qui cooperit os: & tũc esset cura alia: secundũ ꝙ determinabitur in capitulo de punctura neruorũ. Et ego vidi hominẽ septuagenũ, & ipsum curaui: qui fuit vulneratus cũ telo in ancha: & transiuit per carnẽ anchę per longitudinem unius pedis: sed nõ tetigit aliqđ neruũ: quod sciui pro certo ꝓpter carentiã doloris: tenui apertũ vulnus cũ parua & curta tẽta, vt viderem si in crastino doleret: & pcepi ipsum qescere. mane aũt nullũ inueni dolorẽ, nec inflationẽ: tunc abieci illã tentulã: & permisi vulnus claudi: et iterũ pręcepi ipm quiescere alia die: et in tertia die omnino sanus fuit. Si vulnus aũt fuerit cũ

C ense vel alio simili incidẽdo secũdũ lõgitudinẽ: oportet uidere si vulnus sit adeo paruũ ꝙ nõ indigeat sutura. Et tunc cõducas partes vulneris adinuicẽ, & pone supra de puluere facto de duabus partibus thuris, & parte vna sang. drac. & partibus tribus calcis uiuę: ita tamẽ ꝙ puluis nõ intret uulnus sed supra: quia in vulnere nihil debet intrare: & conserua partes cõductas: ponendo unũ plumaceolũ de stuppa factũ in formã trianguli sic. ex utraq; parte uulneris: ita ꝙ illi duo plumaceoli teneãt uulnus sic clausum: & cõiunctũ. supra illos plumaceolos ponatur binda quę reuoluatur supra uulnus ex transuerso secundũ literam X Infra uero plumaceolos supra puluerem: qui positus est supra uulnus



D conductum ad conseruationẽ pulueris: ponatur pãnus lineus intinctus in partibus duabus albumini oui, & partem .i. olei rosati, simul agitatorum. Et non mutetur nisi doleat nimis uel apostemetur usque ad quatuor dies: quia erit cõsolidatum: & tunc soluatur, & superspargatur de prædicto puluere: & prædicto modo cum plumaceolo, & binda ligetur. Si autem uulnus esset adeo magnum, ꝙ sola ligatura non sufficeret: aut esset ex transuerso membri: ita ꝙ partes uulneris non possent bene coniungi: tunc uulnus suatur: sed prius coniunge labia uulneris: & caue ne intret pilus uel oleum uel aliquid impediens consolidationem. Et habeas acum triangulatam: cuius fenestra sit ex posteriori parte cauata: ita quod filum quod ponitur in acu in cauatura possit iacere: & filum illud sit tortum æquale sine nodo:

& inceretur: & suantur labia vulneris adinuicē: ita ꝙ
filum nectatur cum duobus nectis: & in primo necto
fiant duæ reuolutiones: & stringatur mediocriter: ita
videlicet vt nō nimium faciat dolorē, neqꝫ dolore ca
reat omnino: neqꝫ partes remaneant disiunctę: in secū
do nodo vel necto primi puncti nō fiat nisi vna fili re
uolutio: et fiant ibi puncti tot, quot fuerint ibi necessa
rij: quorū unus distet ab altero per latitudinē minoris
digiti. Ita tamen ꝙ si fuerint ibi puncti necessarij plus-
quā duo: semp fiant dispares in numero: vt. iij. v. vel.
vij. & sic deinceps: & sic fiat vnus punctus primo per
distantiā latitudini vnius digiti parui in vna extremi-
tate vulneris incipiens. alius punctus fiat in alia extre
mitate vulneris: & tertius punctus in medio vulneris
loco. Et posito ꝙ plures puncti debeant fieri: fiāt pri-
mo hi tres prędicti: tamen si nō debeant nisi duo fieri:
duo tantū fiant. Et si plures fuerint necessarij: tunc fiāt
eadē doctrina a puncto: qui est in medio ad punctum
qui est in extremitate: quia per hunc modum suendi
neutra partium vulneris cōtrahitur: quare locus pul-
chrius restauratur. Attendendo semper ꝙ si vulnus
fuerit superficiale, vt in cute tantum, sutura debet fie-
ri superficialis. Et si vulnus fuerit profundum: sutu-
ra debet fieri profunda: vt omnes partes vulneris cō
gregentur. Nam si sutura superficialis in profun-
do fieret vulnere: de necessitate remaneret concauitas
sub sutura: in qua sanguis & sanies quotidie deriuare-
tur: quæ cōtinuitatem omnium partiū vulneris impe
diret. Supra suturā uero puluis in hoc capitulo dictus
superspergatur. & ad conducturā & suturam partiū
conseruandā, cum plumaceolis triangulatis, & ligatu
ra sicut dictum est superius in omnibus prosequatur.
Si vulnus propter alterationē eius ab aere faceret sa-
niē: quæ impediret consolidationē fieri per hanc viā:
tunc oportet vulnus mundificari: cū mundificatiuo
facto de farina tritici & melle et aqua vel melle ro. co
lato et farina hordei: quorū plenā habebis doctrinā in
antidotario: qđ erit vltimus tractatus huius libri.

Si autem vulnus esset cōpositum: tunc oportet me
dicū habere tot intētiones: quot erunt il-
lius vulneris cōpositi accidentia. verbi gratia, pona-
tur ꝙ vulnus sit cōpositum cōcauum cum deperdi-
tione carnis & cutis: & sit ibi multa sanies: et cū hoc in
cipiat ibi fieri apostema, vel mala dyscrasia & dolor.
Dico ꝙ nō debemus intendere ad cōsolidationē: sed
prius debemus dolorē sedare: ut in suo dicetur capitu
lo: malā dyscrasiam & apostema corrigere: & postea
saniem mundificare: deinde carnē regenerare: & ad
vltimū cicatrizare. In omnibus enim operationi-
bus medicinæ vbi dolor fortis fuerit: prius debemus
dolorē sedare Gal. Dolor fortis præ cæteris rebus ꝓ-
sternit virtutē. Et alibi. Mēbra quoqꝫ dolorem haben
tia, dolor ipse est causa attrahendi aliunde humorum
pessimitatē. Aui. Duabus de causis ad mēbrum do
lens trahuntur humores: vna, quia natura cum suo in
strumento quod est spiritus, currit illuc cum humori
bus. secunda, quia dolor debilitat mēbrum: & ad mē
brum debile spiritus cōfluunt & humores. Malam
vero dyscrasiā vel apostema prius curare debemus
quā circa vulnus: prout vulnus est laboremus: quo-
niā, vt ait Gal. & Auic. Omnia cōsolidatiua sunt con
traria vulneri, si in eo fuerit apostema. Sanies quoqꝫ
prius debet mundificari: quā medicamen regenerati-
uum cōcauis vulneribus apponamus. Auicen. Causa
E quare mala caro nascitur in vulnere est: quia medicus
ante vulneris mundificationē intendit carnem in vul
nere cū medicamine generare. Facta vero mundifica
tione: mensura debita carnis reple concauitatem ante
consolidationem: ne consolidatione facta remane-
ret sub cōsolidatione concauitas in qua quotidie san-
guis generetur: qui quotidie concauitatem augmen-
tet, vt cogamur consolidationem iterato aperire.
Qualiter autē dolor sedari debeat, et apostema, & ma
la dyscrasia, & caro regenerari & consolidari: in locis
proprijs plenarie reperietur. Nā doctrina sedandi do
lorem inferius in capitulo de vulneribus neruorū re-
peritur. Apostematis vero malæqꝫ dyscrasiæ cura cū
vulnere in sexto huius doctrinæ capitulo poteris in-
uenire. Saniei quoqꝫ mundificationis modus, & car-
nis generatio, in capitulo de vlceribus antiquis conti
F netur: & in antidotario.

*De cura uulneris facti in neruo doctrinæ tertiæ tracta-
tus primi. Cap. III*

DIco ꝙ quoniā neruus est instrumentū sensus et
motus: Deus benedictus qui dat vnicuiqꝫ mē-
bro de forma & cōplexione quantum ei necessarium
est ad suas perficiendas proprias actiōes, dedit neruo
magnā sensibilitatē: propter quod si lędatur, fortes ha
bet dolores Gal. Neruus qui sensibilis est cæteris mē-
bris, fortiores dolores habet. Scias ergo ꝙ vulnus in
neruo nō euacuatur a dolore. Vulnera ergo neruo-
rū aut fiunt secundum longitudinē nerui: aut secun-
dum latitudinē. Quæ fiunt secundū longitudinē ner-
ui, sunt periculosa minus: quę uero secūdū latitudinē,
plus sunt piculosa. Quoniā aut inciditur neruus ex to
G to: & tunc perdit mēbrum, cui seruiebat ille neruus:
sensum et motū: qui per illum neruum illi mēbro a ce
rebro ferebatur. Aut nō ex toto, sed pungitur: & tūc
est periculum de spasmo, quin accidat propter dolo-
rem. Nā dolor intrat nerui substantiā per partem inci
sam seu punctam: & per partē non incisam, continue
ascendit ad cerebrum: & ita prouenit vna causarum
spasmi antecedentium: quę sunt tres, scilicet dolor, fri
gus, & putrefactio: ex istis enim prouenit nerui cōtra
ctio: quæ est causa cōiuncta spasmo. Quod dicitur
de vulnere nerui simplicis est intelligendum de uul-
nere chordæ, & musculi: & specialiter chordæ: quæ
est in capite musculi: quæ appellata fuit a Gal. tendo.
Vulnera enim in istis tribus mēbris consimilibus uno
concurrunt cursu in timore spasmi, & timore amissio
nis sensus & motus. Cernendū est in cura vulneris
H facti in neruo: vtrum sit ibi sola punctura: vel sit ex
transuerso totaliter amputatus: aut sit solū per eius lō
gitudinem scissus. Si vero sit punctus, & vulnus cu-
tis sit clausum: tunc vocatur excæcata punctura: aut
vulnus est apertum: & tunc uocatur punctura sim-
plex. In excæcata tunc necesse est cutim aperire: po
stea fundatur oleū rosa. de oliuis īmaturis factum be-
ne redolens calidum quantum possit pati in uulnere,
donec uulnus totum ipso oleo repleatur. Supra uero
uulnus ponatur terebinthina bene alba inter duas pe
tias distensa. Circa uulnus totum membrum ungatur
oleo ro. calido cum bolo ar. aliquātulū inspissato: &
superpōatur pānus lineus calefactus: & postea faldel-
la stuppę delicatæ: & ligetur suauiter nō stringendo.
Sed si cū hoc dolor ñ cessaret: itera & renoua sępe illā
medicinā ī die & de nocte, et unge cū oleo cōi calido i-
guina

guina fortiter: si punctura est in pede, & sub ascellis et ceruice si punctura est in manu: quoniã hæc vnctura rarificat: & adæquat loca illa per quæ dolor ascendit ad caput: & prohibet nerui cõtractionẽ. Et quia tu nõ videres doloris sedationẽ, ita cito forte in aliquibus sicut velles: nullo modo transeas ad aliud: quia non est via melior: tamen si dolor nimis duraret: nõ est malũ adiungere oleo rosa. & bolo ar. quæ ponuntur supra vulnus circa mẽbrũ aliquantulũ opij, æger vero stet in silentio. nullo modo irascatur. habeat torũ siue lectum mollẽ et planum: et valde delicate quiescat. Cũ autẽ dolor quiescit: & vulnus aliquantulũ saniẽ emittit: tũc est saluũ ab omni periculo: nisi error nouus superueniat. De hoc vulnere intellexit Hippo. vbi dixit. In vulneribus malis & fortibus sanie non apparente, malum. Nam fortia vulnera sunt vulnera dolorosa: mala sunt illa ad quæ currunt humores acuti nõ obedientes calori naturali ad conuertendũ in saniẽ. Ideo dixit: & verũ est: ꝙ dolore cessante & sanie apparente, sanitatis certũ est signũ. Attẽdẽdũ est ĩ hoc loco: ꝙ laici videntes dolorẽ et tumorẽ in membro vulnerato: ponunt ibi pultes cũ axungia, et herbis, & aqua, & farina cõpositas: & corrũpunt membrum: cuius corruptio est causa spasmi: quoniã neruus, vt dicit G. est de materia frigida coagulata: et ex calido & hu. putrefit. Itẽ aliqui ponunt membrũ punctum in aqua calida: vel embrochãt propter doloris sedationẽ: qđ quidem est maxime nociuũ. G. Aqua vero calida etiã si omnis doloris est mitigatiua: tamẽ puncturæ neruorum est valde nocitiua. Frigidũ quoq; multum nocet neruis etiã in æstate Hippo. in. v. particula Apho. Vlceribus quidẽ frigidum est mordax. In canone sequẽti vbi in tetano sine vulnere. etc. Gal. in fine cõmenti. Spasmus ex vulnere, maxime mẽbri neruosi sine apostemate frigidũ multum est nociuũ. Relinquitur ergo ꝙ sola medicina calida & sicca sit cõueniens vulneribus neruorũ: sed non calida nimis: ne in mẽbro inducat inflãmationẽ. sicca, nõ cum stypticitate nimia, ne claudat poros. Nã uult G. ꝙ oppilare poros membri puncti malũ est. oportet ergo esse calida & sicca cum subtilitate: vt terebinthina in humidis corporibus & siccis cũ modico euphorbio mista: assa quoq; optima est, si de ipsa fiat emplastrũ. serapinũ quoq;. fex etiam ceræ & fortes secundũ vasorum apũ: omnia hæc cõ ueniunt puncturæ neruorũ simplici siue compositæ: quorũ plena doctrina in antidotario cõtinetur: quod erit huius libri quintus tractatus. Nõ est ergo necessariũ vulnus vbi est punctura solidari ante nerui perfectã mũdificationẽ & securitatẽ ab apostemate: quia sicut dicit G. Accidit cuidã vt cum stilo pungeretur in neruo in vola manus: ad quẽ ueniens vnus de secta Thessali: qui intẽdebat omnia vulnera cõsolidare nullis consideratis particularibus: vnguentũ consolidatiuum magis uulneribus carnis congruũ apposuit, manus vero inflata fuit: cui apposuit pultes maturatiuas: quare tota manus putrefacta incidit in spasmũ: & ante septimũ diem mortuus est. Si autem vulnus illud ille medicus dilatasset: & intus oleũ ros. calidum posuisset: & saniẽ non cum humidis sed cum calidis, & subtiliter desiccantibus expectasset: homo mortuus non fuisset. Si vero neruus esset ex trãsuerso incisus omnino: tunc licet Theodoricus & quidã alij dicant contrarium: bonũ est vt cum sutura cutis suas capita inci si nerui adinuicem: & supra talem suturã in prima die

A pone oleũ ros. in quo bullierint uermes terrestres per vnum diẽ vel per duos: postea supersparge puluerẽ conseruantẽ suturam supradictam cum plumaceolis triangularibus & ligatura: & serua mẽbrum ab apostemate: quia per talẽ suturam nerui fit ipsius nerui cõsolidatio melior: ita ꝙ mẽbrum quod amisisset in toto vel in parte motũ: qui portabatur ei a cerebro per illũ neruum: recuperat illum: & fit mẽbri restauratio formosior & firmior: nec est timendũ de dolore: qui dicitur fieri ab acus pũctura: quia remouetur per vnã appositionẽ illius olei: vel secundã: nec talis dolor potest facere spasmũ propter talem incisionẽ nerui. Si vero obijciat mihi aliquis cũ Gal. dicente: quia in coniunctione partium vulneris, debemus cauere ne pilus vel oleũ intret intra labia vulneris conducta: quoniã necessitas dolorẽ sedandi facit: & rosarũ stypticitas,
B uermiũ terrestrium cõglutinositas remouet illud dãnum: & iterũ remouet illud dãnum oleum quod fuit factum ex oliuis immaturis.

Q; si neruus fuerit vulneratus per longũ cum coniunctione partiũ vulneris superiorum cũ sutura: vel aliter cum cõsolidatione & cum cautela: ne membrũ apostemetur: optime de facili solidatur. Hoc in loco nota dignum quod chirurgus nõ omittat: quia nihil honorabilius medico & vtilius ægro: quã ne mẽbra vulnerata veniant ad tumorẽ: quod quidẽ in uulneribus neruorum difficiliter euitatur. Tamẽ hic intẽdat medicus secundũ doctrinam: quæ dabitur in capitulo suo de cura vulneris: quando cum eo admistum fuerit apostema. Si vero vulnus mutaretur ab aere, & faceret saniẽ ꝙ puncti soluerentur, & sutura nõ duraret: tunc fiat medicina mundificatiua: quæ extendatur super pãno lineo: & ponatur super vulnus: & po-
C natur ab vna extremitate vulneris magis pẽdẽte vna parua & subtilis tenta: quæ neruũ nõ tangat: & nullũ dolorẽ inferat: donec vulnus fuerit optime desiccatũ & mundificatũ. Medicina neruorũ vulneratorum mũdificatiua sic fit. Re. mellis ro. colati, vnc. iij. farinę hordei subtilissimę, vnc. i. ĩcorporentᷣ simul, et bulliãt caute ne comburantur: & remota ab igne diu agitando cũ spatula addatur, vnc. i. terebinthinæ albissimę, si non inuenis terebinthinã albã: ablue illam quã inuenis cũ aqua donec sit alba. Cum autem uulnus per hanc medicinã quasi fuerit desiccatũ: adde in eadẽ medicina aliquantulũ subtilissimi pulueris thuris, mastiches, sanguinis draconis: & incorpora, & superpone vt prius vsq; ad perfectam consolidationem. Et post etiam pluribus diebus appone stuppas infusas in bo-
D no vino calido forti, donec sit perfecte sanus. Si vero post cõsolidationẽ remanet durities aliqua in motu: tunc vtaris doctrina, quæ dabitur in tractatu vltimo, qui erit antidotarium capitulo de medicinis mollificatiuis: ibi nanq; modum reperies, per quem optime difficultati motus post restaurationem remanenti, poteris subuenire.

*De cura uulnerum quæ fiunt in osse, doctrinæ tertiæ tractatus primi.* *Cap.* IIII.

QVando vulnera sunt adeo profunda: ꝙ nõ solũ caro vulneratur: sed etiã os carni neruoq; suppositũ: tunc considerandũ est: vtrũ os sit totaliter incisum: sicut aliqñ inciditur in coxa, crure, & brachio: & tũc illud vulnus est valde pͥculosum: & specialiter si os coxæ vel adiutorij totalr amputetᷣ,

ita ꝙ exeat medulla. Sed vnum ex ossibus cruris, &
vnũ ex ossibus brachŋ sæpe totaliter inciditur ex trãs
uerso: & tamen postea restauratur: aut os nõ ex toto
inciditur: sed aufertur aliquid de eius substãtia: & illa
substantia aut aufertur ex toto: aut se tenet. Genera
lis regula in cura vulnerum: in quibus ossa vulnerata
sunt est: ꝙ nunquã debet caro super os per medicum
solidari: nisi prius os plenarie reparetur. Quoniam os
nunquã vera consolidatur consolidatione: quia eius
materia fuit sperma parentũ: quod iam est finitum: ni
si in quibusdã pueris propter tẽporis propinquitatẽ:
quo fuerunt sperma: sed loco ossis deperditi nascitur
quoddã reparamentũ: quod vocatur porus sarcoi-
des vel caro poroides: quod est durius carne & mol-
lius osse: cuius materia ossis est nutrimentũ: quod est
siccum: quã quidem materia natura solebat cũ osse as
similare: quãdo os erat in sua propria forma cõpleta:
quia tunc pauca sufficiebat ei illius materiæ nutribilis
quantitas ad illius nutrimentũ: quoniam id quo nutri
tur, subtilis paucaq; substãtia est. Cũ vero ossis sub
stantia deperdita est: multã trahit informatiua seu re-
generatiua materiã: quã non potest assimilare, ꝓpter
defectum subiecti: sed facit quod potest. Et si adeo in-
durat reparamentũ ꝙ sit magis propinquum formæ
ossis quã carnis, vocatur porus sarcoides. Porus nãq;
dicitur reparamentum ossuosum. sarx dicitur caro.
Si vero formę carnis plus sit propinquũ, dicitur caro
poroides: quoniã ergo reparamentũ illud siccum est:
& os est vltime siccũ: si caro humida super os non re-
paratũ regeneretur, solidationem seu reparationẽ fie
ri impediret. Vide ergo si os est amputatum totaliter
siue ex toto amputatũ ex transuerso: tunc conducas,
& agas secundũ doctrinam quæ dabitur tibi in pro-
prio capitulo infra. viŋ. capitulo: vbi habebis quali-
ter vulnus sanatur: quod dislocationẽ seqtur vel fra
cturã. Si autẽ os totaliter non incidatur ex transuer
so: nisi ꝙ petia ossis ab vna parte firmiter adhæret sa-
no: & si potes, tunc conare illã reducere vbi erat cum
instrumentis aliquibus illã cõprimendo: & cum infra
dicto puluere, illã cum sano conare solidare: quia ex
hoc remãebit formositas mẽbri pulchrior & firmior.
Si autẽ est omnino separata: aut fuerit necessarium illã
abŋcere: quoniã firmam cohærentiã non habebat, co
nare regenerare ossis loco deperditi reparamẽtũ: quo
niã licet dicant Hippo. & Gal. ꝙ necessarium sit secũ-
dum quantitatẽ ossis deperditi cicatrices cõcauas per
manere: potest tamen cũ hoc puluere pori generatio,
meliorari non modicũ, ĩmo multum Re. thuris, masti
ches, myrrhæ, dragaganthi, gũmi arabici, ana drac. ŋ.
farinæ fœnugræci, vnc. 5. qui abundanter aspergatur
super defectũ ossis, donec plena membri restauratio-
nẽ habeas & completam. Demũ & non ante reducas
carnẽ supra reparamentum cũ regeneratiuis mundifi
catiuis & cõsolidatiuis secundũ doctrinã quam supe-
rius habuisti. Nota ꝙ quicquid in isto de vulnere
ossis capitulo dicitur: de ossibus dicitur alŋs quam de
vulnere ossis capitis: de quo fiet in tractatu secũdo sin
gulare capitulum.

*De cura uulneris facti ex contusione, doctrinæ tertiæ, tra-
ctatus primi.* Cap. V

VVlnera fieri dicimus ex cõtusione quæ fiunt a
casu, obuiatione, percussione nõ acutæ seu pũ
gentis vel incidẽtis rei: vt lapidis percussione, vel fu-
E ste, vel macia, siue claua vel obuiatiõe ad parietẽ, vel
percussione pedis equi vel similibus. Et ista vulne-
ra differunt a vulneribus factis ab ense vel sagitta: &
alŋs incidentibus vel pungentibus: & alio curationis
modo curãtur. Nã cum prima & principalis intentio
curatiõis sit vera cõsolidatio: vulneribus tamẽ huius
capituli nõ conuenit: nam in cõtusione conteritur ca-
ro, & corpus venarũ & arteriarum & neruorum. Et
quoniã ex parte interiori repugnat os: & ex parte ex-
teriori res percutiens & nõ incidens: necessariũ est ꝙ
omnia mẽbra consimilia quæ inter os et instrumentũ
reperiuntur percutiens, si debet ibi vulnus fieri, ꝙ cõ
tundantur. aliquãdo enim sine vulnere cõtundũtur:
quare curas ambas in hoc capitulo coniungemus.
Si ergo medicus vulnus factũ ex contusione conare-
tur vnire per cõsolidatiua: necessario sanies & corru
F ptio sub vulnere per illud cõsolidatiuũ accideret car-
cerari: quæ quidẽ membrum in profundo corrũpe-
ret: & ad putrefactionẽ perduceret: nisi fortis natura
uulnus illud a malo medico curatũ siue cõsolidatum
iterũ aperiret: aut bonus superueniens medicus illam
cognosceret dispositionẽ ad rectificãdum mẽbri cor
ruptionẽ, cura propria subueniret. Quid est ergo fa
ciendũ? Considerandũ est vtrum corpus sit plethori
cũ, an mũdum: si vero plethoricũ, fiat phlebotomia:
consideratis particularibus, quæ sunt, virtus, ætas, cõ
plexio, habitudo, cõsuetudo: quæ licet nõ semper nu
merentur: semper sunt nihilominus attendẽda: specia
liter virtus: qua forti nõ existente, et omnia cõueniãt,
fieri nõ debet: sed fiat ventosatio si quæ fuerit necessa
ria: fiat ventris solutio: vel si esset cõtusio in locis supe
rioribus, & esset debilis: fiat euacuatio ꝑ clystere. phle
G botomia debet fieri per contrariã partem & de vena
membro læso nutrimentũ, portando specialiter ser-
uienti: quæ scire poteris: si scientiã anotomię plene in
isto libro traditã habuisti. Facta corporis mundifi-
catione, si fuerit cõtusio sine vulnere: vnge mẽbrum
contusum: in quo iã incipit fieri apa, cũ oleo rosa. ca-
lido: & supersparge puluerẽ factum de semi. myrtillo
rũ: & leuiter stringe. multoties enim nõ ĩdiget alia cu
ra: quoniã huiusmodi medicina locũ firmat: & a pu-
trefactione defendit. Et si totã materiam putrefieri nõ
permittit: tamẽ defendit plurimã: quæ si tota non de-
fendatur: per hoc medicamẽ: sed aliqua [illegible]us pars pu-
trefit: locũ aperi & saniem exclude totã: t[illegible]umq; mũ
difica. Et cura eius est: quæ dicetur in tractatu de apo-
stematibus exituris. Si vero contusio esset cũ vul-
nere: vnge circa vulnus supra locũ cõtusum cũ oleo
H ros. prædicto: & supersparge puluerẽ myrtillorũ. Nã
hæc medicina locũ circa firmat: & corruptionem am
bulari uel dilatari nõ permittit: corruptam in loco cõ
tuso materiam ad vulnus impellit. Intra uulnus pone
vitellũ oui cũ oleo ros. mistum cũ plumaceolis made
factis. supra vero vulnus ponãtur pultes de quatuor
ꝑtibus aquæ, & vna olei cõmunis, farina tritici ꝙ suf-
ficiat vsq; ad doloris sedationẽ & saniei generationẽ:
postea mũdifica. post mũdificationẽ regenera: & vlti
mo cicatriza. De mũdificatiuis et ĩcarnatiuis et cica
trizatiuis habebis plenã doctrinam in antidotario.
Et si membrũ cõtusum esset neruosum, vt pes vel
manus, nõ variatur cura si non est ibi uulnus: sed quã
quã sit in mẽbro neruoso vulnerato cõtusio, non po
nas ibi pultes sed oleũ ros. calidum solũ: et supra oleũ
puluerem myrtillorũ: et supra vulnus terebinthinam
lotam

lotam inter duos pānos diſtenſam. Vel ſi contuſio ne membrorū neruoſorū ſine vulnere vt pedis verbi gratia, emplaſtra totum pedē cum emplaſtro facto de pice, melle, & farina fabarū: & ſpecialiter quando ceſſauit humorū fluxus: & licet cura tua prolongetur ab hac cura: tamen nullatenus deſiſtas. Cū autē omnis dolor ceſſauerit: et tumor diminutus fuerit ad mūdificandū vulnus: vtere medicina de melle roſ. colato, & farina hordei dicta in vulneribus neruorū. Cura hęc per Gal. approbatur: et per me infinitis vicibus eſt approbata.

*De cura uulneris in quo eſt apoſtema uel mala dyſcraſia. doctrinæ tertiæ, tractatus primi. Cap.* VI.

QVando cū vulnere fuerit apoſtema vel mala dyſcraſia, nō poteſt curari: nec debet: niſi ſedetur prius apoſtema vel mala dyſcraſia corrigatur. Et quoniā vt in alio dictum eſt loco: multū eſt ægro vtile: medico quidē honorabile ſi mēbra poterit ab apoſtemate malaq; dyſcraſia defendere vulnerata. Nā tunc ſeruabit medicus Gal. canonem: qui eſt vnus de quatuor canonibus, ſcilicet mēbra in ſua naturali cōplexione ſeruare. Nam aliter vulnera nō curantur: niſi prius ad naturā debitā reducantur. Seruatur enim ab apoſtemate malaq; dyſcraſia, ſi medicus nihil omittit: & æger fuerit obediens medicanti. Videat ergo medicus ſi ex vulnere exiuit ſatis de ſanguine: ſi nō, faciat ipſum phlebotomari obſeruatis particularibus ſuperius numeratis: vel ventoſari: & ordinet ei cōuenientem diætā: quæ ſuo proprio capitulo continetur. ponas circa vulnus defenſiuū factum de vnc. i. boli ar. diſtemperati cū oleo roſ. & pauco aceto ad mellis ſpiſſitudinē. Et ſi tēpus eſſet bene calidū: addatur de ſucco alicuius herbę frigidæ, vt ſolathri, vmbilici veneris, & virgæ paſtoris, vermicularis, & ſimiliū. membrum nō nimis ſtringatur, nec pendeat: ſed ſi fuerit brachiū, pone ad collum: ſi crus vel pes, iaceat: mitigetur dolor, ſi fuerit ibi: ad qđ præualet vnctio olei roſ. quia in hoc dicit Gal. Non eſt res nocibilior quā dolor: & inclinatio mēbri: hęc nāq; cito calidum faciunt apoſtema: quod erit febri ſicut fons: corpori ſicut fornax. vulneratus abſtineat cū diæta proprio capitulo dicenda a coitu: non ſolū ipſe ſed medicus caueat & inſtantes: nō videat eū mulier menſtruoſa: nec medicus mulieri appropinquet tempore menſtruorū: ſemel in die aſcellet: ſi non aſcellauerit naturaliter ſecundū quantitatem ciborum aſſumptorū: fiat ei clyſtere vel ſuppoſitoriū omni die ſemel. Si cum his omnibus non poterit apoſtema defendere: qđ eſt prauū ſignum ſuper debilitatē membri & humorum malitiā: tunc incipe maturare cum pultibus factis de farina, oleo & aqua: vel cū hoc maturatiuo. Re. folia maluarum, violarū, et radic. biſmaluæ, ana. M. i. & bene coctis omnibus: accipe de aqua decoctionis earum lib. i. olei cōmunis, vnc. iij. farinæ tritici, vnc. iij. farinæ ſe. lini, vnc. i. farinæ fœnugræci, vnc. 5. herbarū piſtatarum, lib. 5. fiat vnū corpus in patella bulliēdo ad ignem: ſemper agitando cū ſpatula: & hoc diſtendatur ſuper petiā panni: & ponatur ſuper apoſtema donec fuerit maturatum: & maturato apoſtemate, fac ſi potes materiā ad vulnus deriuare: ſi nō, aperi in loco magis decliuiori: & cura ſecundū curā apoſtematum in tractatu tertio declaratam. Hoc tamen non prętermittas, q; ſi apoſtema eſſet propter nerui pūcturā:

A nō ponas has pultes maturatiuas: ſed cū unctione olei roſ. & aliorū ſecundum q; in capitulo de vulneribus neruorum continetur.

Signa malæ cōplexionis calidę. Malam autē dyſcraſiā cognoſces calidā in vulnere, ſi videris pellem circundantē vulnus nimis rubeā & calidā tactu: ſcias vulnus in calore eſſe dyſcraſiatū: maxime ſi cum hoc exit de vulnere ſanies ſubtilis & rubea: cui ſubuenias refrigerādo membrū circa vulnus cum oleo roſ. vnguento albo Raſis de ceruſſa dicendo in antidotario: & ſuccus herbarum frigidarum.

Signa frigidæ. Frigidā autem cognoſces per albedinem loci vel liuorē: & frigiditatē tactus, & ſaniei groſſitiē quam remouebis cum vnctione oleorū calidorum: & cum oleo de caſtoreo, oleo lauri, de euphorbio, & ſimilibus.

B Signa humidæ. Humidam cognoſces ex loci mollitie, & abundantia putredinis albæ liquidæ. Cui ſubuenies cum deſiccatiuis, vt cum lauatione vini mellini: in quo coctæ ſint balauſtiæ, & gallæ, cortices granatorum, et ſimilia.

Signa ſiccæ. Siccā cognoſces ex gracilitate mēbri, & labiorū vulneris, pauca ſanie, ſicut ſubtile virus: cui ſubuenies embrochando mēbrum cū aqua calida: donec rubeat: & vngendo cū adipibus humidis, vt gallinæ, anſeris, & anatis, medullæ cruris vituli, cū vbertate boni cibi nutribilis, vt brodij carniū, uini tēperati, ouorum ſorbilium, paruorū piſcium, et ſimilium: & cū quiete & ſuauitate tā totius corporis quā membri læſi. Hoc autem non prætermittas, q; quam citius mēbrum eſt reductum ad ſuā naturalem diſpoſitionē per contraria, incontinenti deſiſtas: & redeas ad curā vulneris principalem. C Sed donec eſt tibi apoſtema vel mala dyſcraſia, de vulnere principaliter nō cogites: ſed illā prius remoue: licet vulnus omnino nullatenus prætermittas. Quia cū duæ res curandę adinuicē coniunguntur: quarum vna ſine alterius cura curari non poteſt: prius debemus curare illā ſine cuius cura alia fieri nō poteſt: ſicut vult Auicen. vltimo capitulo primi libri. Cura tamen principalis obliuioni nullatenus tradatur: vt incontinenti ceſſatis accidentibus, ad curam redeas principalem.

*De cura uulneris facti a cane rabido, uel alio animali uenenoſo. doctrinæ tertiæ, tractatus primi.* Cap. VII.

D QVando canis momordit hominē, prouide: an necs aiuerit rabioſus. Nā ſi rabioſus nō fuerit: nō indiges niſi cura vulneris in cōmuni: ſcilicet cita & vera conſolidatione. Si vero rabioſus eſſet: quod cognoſcere poteris ex canis diſpoſitione.

Signa canis rabidi. Nā rabioſus canis euitat cibum, fugit ab aqua: et moritur aliquādo ex eius viſione: currit huc & illuc, ſicut ebrius: cum ore aperto: caudam inter coxas: linguā emittit foras: omnes vult mordere: ſuos domeſticos negat: non latrat: & ſi aliquādo latrat: vocē habet raucam. alij canes fugiūt ab eo: & ſuper eum latrant. Et ex diſpoſitione vulneris cognoſces quia ſi intinxeris micam panis in ſanguine: & dederis cani ad manducandū: non comedit: & ſi comedat: moritur: vel ſi piſtaueris nucem: & poſueris ſuper vulnus per noctem: & in craſtino des illam gallinæ: non comedit: & ſi comedat ipſam, cito morietur: ſi canis fuerit rabioſus.

**Cura** morsus canis rabidi. Cum sciueris ꝙ canis sit
rabiosus: incontinenti pone vētosam magnā
super vulnus: & extrahe de sanguine multū. postea
dilata vulnus: ad quod quidē super omnia valet vstu
ra cum ferro calido vsqꝫ ad profundum vulneris. po
stea superponas res attractiuas ad attrahendum ve-
nenum. Et aliæ sunt simplices, aliæ compositæ. sim
plices sunt vt hepar ipsius canis qui momordit, allia
pistata, caro pisciū salita, cinis vitis, opopanacis. est
mirabile. folia cucumeris, radix fœnugræci, gluten
piscium, formicæ tritæ. Compositæ sunt vrina ho
minis iuuenis cum nitro. Aliud. Pistetur menta cum
sale: & distemperetur cum aceto & fiat emplastrum.
Aliud. Recipe floris æris, & salis, ana partes quatuor,
adipis vituli, partes. xij. fiat emplastrum. Aliud. Reci-
pe cepe vnum & teratur cum butyro: & superpo-
natur. Pes columbinus emplastratus super vulnus
venenatum, multū mundificat ipsum. Item pili canis
mordentis appositi morsuræ, valent. hoc vulnus ad
minus teneatur apertū per. xl. dies. hęc fiāt circa locū.

**Regimen physicale.** De alio autē regimine scias
ꝙ non est in principio phle
botomandus: ne venenū spargatur per membrū ali-
quod: neqꝫ dāda est medicina laxatiua: ne trahatur ve
nenum ad intra: sed ponenda est ventosa fortis super
locū: vt multum trahat de sanguine. Post tres dies
nō est malum phlebotomare & purgare cū medicina
leui purgante melancholiā: sicut cum decoctione epi
thymi cū sero caprino: & nutriatur diæta impinguati
ua: & inducantur ei delitię & gaudiū: & lauetur sæpe
caput cum decoctione capitis & pedū arietis: nō per
mittatur pati sitim, nec famē, nec uigilias, nec labores.
sic enim præseruabitur a periculo, si deus voluerit.
Et sumat omni die de medicinis simplicibus valenti-
bus. Simplices sunt, assa, dulcis, absinthiū, polium, ter
ra sigillata, nigella, myrrha, gentiana. Cōpositū bo
num. Rec. cineris cancrorū adustorū in furno par. iiij.
thuris p. vij. fiat puluis: qui sumatur oī die, drac. ij. cū
vino. Aliud. Re. cineris cācrorū, par. vi. gētianę, p. iij.
terræ sigillatæ partē vnā. fiat puluis. Si autem non
fuisti ab initio: & incipit habere mala accidentia: quæ
sunt: ꝙ iam incipit habere malas cogitationes, & ma-
la somnia: & quasi sit iratus: murmuratio, et cōmistio
rationis: & responsio sine eo ꝙ quæratur ab eo aliqd:
& fugit lumen: abhorret omne humidū: & alia signa
melancholiæ: tunc da ei medicinā de cantharidibus:
quæ Re. veterum cantharidarū magnarum ablatis ca
pitibus & alis, vnc. ij. lentium mundatarū, drac. i. cro
ci, spicæ, gariophyl. ana scrop. 5. terantur optime: &
conficiantur inde trochisci pōderantes denariū vnū:
et detur trochiscus vnus in tribus vicibus, scilicet gra
na. vij. qualibet vice: donec mingat sanguinem: quia
tunc erit saluus. Cū securus fueris, permitte uulnus
consolidari post. xl. dies.

Similiter si vulnus fiat a morsu serpentis vel aliorū
animaliū venenosorum: intēdat medicus dilatare vul
nus & superponere ventosam: & sanguinē melācho
licū attrahere. multum valet circundare mēbrum su-
pra puncturā de genesta: nā nō permittit inflaturam
ascendere: si circundantur ex ea brachiū uel crus, quā
do in manu uel in pede fuerit punctura. Et da ei me
dicinas theriacales superius scriptas: & theriacam ma-
gnam: & vulnus dimitte apertum donec totum ve-
nenum fuerit exclusum.

E *De cura uulneris in quo est fractura ossis uel dislocatio, do-*
*ctrinæ tertiæ, tractatus primi. Cap. VIII.*

QVando vulnus est cū totali fractura ossis vel
dislocatura. tunc bonū est vt ponas in vulne
re cessante hæmorrhagia: & supra vulnus vi-
tellum oui cum oleo ros. & inungas mēbrum totum
circa vulnus cū duabus partibus olei ros. & parte. 5.
aceti inspissatis cū bolo ar. vsqꝫ ad generationē saniei,
& securitatē apostematis. Et non cures conducere
partes ossis fracti vel dislocati vsqꝫ ad. viij. dies in hye
me & v. in æstate: quia tunc debet facere saniē: & de-
bet esse securū ab apostemate: & conducas fracturā si
ue dislocaturā, secundū doctrinā quæ dabitur tibi in
algebra. Si fractura vel dislocatura īdiget hastellis:
fac ꝙ hastellæ & ligamēta deficiant supra vulnus: qd
F facere potes: incidendo ligamētum cū rasorio super
vulnus, quod fecisti in ligamentis: ita ꝙ per illud fora
mē possis omni die mutare uulnus absqꝫ solutione pri
mæ ligaturę quam fecisti, propter ossa fracta uel dislo
cata: quā non debes remouere usqꝫ ad tēpus determi-
natum in suo loco. Sed debes ligare supra uulnus li
gamentum cum ligamento nouo quod solui debet
quoties tu mutas uulnus. Et quādo tu es securus ab
apostemate: & cōduxisti ossa fracta uel dislocata: tūc
pone supra uulnus per foramen quod fecisti in ligatu-
ra mundificatiuum de melle rosa. colato & farina hor
dei ad mundificationem uulneris: et intus fila panni li
nei uetusti usqꝫ ad plenam mundificationem: deinde
incarna, & consolida cum incarnatiuis: & consolida-
tiuis quæ dicentur in fine.

G *De fluxu sanguinis a uulnere uenientis, doctrinæ tertiæ,*
*tractatus primi. Cap. IX.*

QVamuis causæ cōiunctæ, quæ faciunt fluxum
sanguinis ex corpe, sint multę: ut apertio ori-
ficiorum uenarum uel arteriarum: aut ipsarū
scissura: aut corrosio corporū earum: aut laxitas et de-
bilitas. Et causæ antecedentes etiā plures: ut nimia san
guinis repletio: uel nimia sāguinis acuitas, et alia simi-
lia. Et causę primitiuę sicut percussio uulnerans, saltus
nimius, uociferatio, rixa, & multa alia: & quilibet ha
bet suā curām propriā in medicinali scientia conten-
tā. Nō est huius libri intētio tractare nisi de fluxu san-
guinis qui fit a uulnere: qui sciētia cōstringitur chirur
giæ. In fluxu sanguinis nimio ex uulnere certe con
sideret medicus dispositionē uulnerati habitudinem,
ætatē, uirtutē, & complexionem: et si cōcordant ista,
H & specialiter uirtus: permittat satis exire de sanguine,
si fuerit uocatus a principio nisi nimis eū debilitet.
Sed si uult medicus sanguinē constringere: quia neces
sitas cogit: uideat si sāguis exit a uenis capillaribus par
uis: quia tunc solū sufficit ei albumen oui superpositū
uulneri cum stuppis post conducturā partiū. & cum
hoc erit melius si partibus conductis superspargatur
puluis de calce dictus superius ad suturas: quia puluis
ille etiam sanguinem constringit: & partes conductas
consolidat. Si autē a uenis magnis veniret aliquan-
do: non sic constringitur: immo fortiori indiget me-
dicina: & iterum fortiori & maiori indiget cautela. Si
fluat ab arterijs: qd' cognoscere poteris: eo ꝙ sanguis
exit cum saltu secundū constrictionē & dilatationem
ipsius arteriæ: & tunc ponas digitū tuum super orifi-
cium magnę venæ vel arterię: & teneas per magnam

horā: quia forte aliqua gutta sanguinis ibi coagulabitur: & postea virtus inde maxima cōfortatur: postea pone abundanter de hac medicina supra venā vel arteriam incisam: quę Re. thuris albi gūmosi & pinguis, drac. ij. aloes, drac. i. fiat puluis: & distemperetur cum albumi. oui ad spissitudinē mellis: deinde pili leporis minutissime incisi incorporentur: & omnia misceantur. huic enim medicinę nō est par in sanguine restringendo & venā cōsolidando. Sed cum ad hoc vulnus mutandū veneris: medicinam vi nō auferas: sed superpone de eadē medicina magis liquida vt mollificet primā: donec cadat p se. Possibile enim est: vt medicina caustica citius stringat sanguinē, quam ista medicina de thure: quarū doctrinam habebis in antidotario: sed nō sumus securi, quin eleuato cortice sanguinis, iterum fluat a vena vel arteria: quę sub cortice nō erat consolidata: sed hæc medicina de thure cum pilis leporis, nō solum sanguinem stringit: sed venā cōsolidat, & arteriā: sicut multis vicibus iā probaui. Et ad dandā auctoritatem ponam exemplum de his quę in manibus meis euenerūt. Puer quidā trium annorū habens in manu sua cultellum: cecidit supra ipsum: & punctio cultelli in anteriori parte gullæ venā organicā perforauit: nec aliquis eam constringere poterat: vocatus cū festinantia, veni ad puerum iā penitus nō uidentē. oculos enim habebat in capite reuolutos: sanguis de vulnere fluebat albus vt serū: pulsum nō habebat: tunc digitū posui supra caput venæ: tenens ibi firmiter: ne quicquā exiret: quam tenens per magnā horā virtus quodāmodo reuixit: & pulsus cœpit tanquam per filum debilissimum subtilissimus apparere. tunc misi ad apothecarium pro illo puluere qui satis erat longe: nec digitum de loco remoui donec nuncius redit: & puer cœpit oculos aperire: tunc autē illā præparari feci medicinam: & abundanter supra vulnus apposui: & vulnus cū plumaceolis & stuppis in albumine oui infusis, & cū binda stricte ligaui: præcipiens vt micā panis in aqua infusam ei propinarent: mane rediens puer fuit confortatus: nec ipsum solui: quanquā pater magna me rogaret instantia: sed dimisi sic vsq; ad quartam diem ipsum sine pręparatione: omni die nihilominus visitando. In quarto autem die solui ligaturā: & medicamen siccatum erat supra vulnus: ita ꝙ sine violentia illud nō poterā remouere: tunc posui supra de albumine oui cū oleo ro. & dimisi per vnā diem: in crastino redij: & medicamē sine violētia remoui: & vulnus & venā inueni fortissime solidatā: de quo pater & vicini fuerunt nō modicum admirati. Si autē cum hac medicina nō possis venā vel arteriā consolidare: vel sanguinē constringere, ꝓpter aliquod impedimentū: oportet te tunc aut venā ligare: & ipsam de loco extrahere: & caput venæ vel arteriæ contorquere: aut illā cum ferro calidissimo cōburrere, magnā faciente escharam et perfectā. Puer quidā. xv. annorū fuit percussus ab alio cū paruo cultello in ciuitate Mediolani: et erat de Caraganis: et cultellus perforauit venā vnius brachij: & pūxit neruū sub illa vena iacentē: propter autē puncturam nerui, magnos habebat dolores. sanguis currebat ad locū: & exibat non obstātibus medicinis. Medicinæ quoq; frigidæ fluxui sanguinis vtiles erant: puncturæ tamē nerui nociuæ: & mēbrum illud oppilantes: quod erat valde cōtrarium: tunc iudicaui necessarium, venam totā de loco extrahere: et illā ligare: neruo cū oleo ro.

A succurrere. Mater quoq; pueri pro quodā misit laico: qui meū penitus iudiciū reprobauit: & se promisit illum totaliter curaturū: remāsit ille: & ego recessi: qui per decē dies tenuit eum: ꝙ nec dolor cessauit: nec sanguis restrictus fuit: ita ꝙ patiens fuerat prope mortē: vocatus ire nō volui: sed tūc quidā physicus amicus amicorū ægri: matrē & amicos ægri acriter improbauit, seu increpauit: ꝙ meū dimiserat consilium pro illius idiotæ promissionibus. Proponens ille physicus sicut meū audiuerat cōsilium: ꝙ nō erat alia via: quæ posset ægrum saluare a morte: tunc interrogatus chirurgus si sciret facere quod dicebā. Respōdit ꝙ sic: & sic fecit. scidit enim cutim superficialiter super venā: & illā cōtorsit in manibus, & ligauit cū filo. postea fudit neruū de oleo ros. calido: & sanitati fuit tali consilio restitutus. Et si qs peteret: quomodo potuit tot

B diebus cum tanto dolore a morte pręseruari vel spasmo: dico ꝙ hoc erat: qa sanguis emanabat quotidie: ita ꝙ vulnus imbibi nō poterat, vel repleri. Ista verba dicta sunt: vt lector huius operis sciat sapiēter in similibus operari. Si vero per istā medicinā de thure nō restringitur fluxus sanguinis (quod accidit rarissime) tunc oportet ꝙ caput arteriæ vel venæ cū calidissimo ferro comburatur: vt ignis faciat crustā: & caueas ne labia ferro tangas, neruum, nec aliud, nisi venā. Et si totū hoc non valet: oportet venam trahere excorticatā carne superius: notamq; venā inter manus fortiter contorqueri. Accidit aliquando ꝙ arteria rumpitur vel inciditur: & caro superius nō rumpitur: aut sine cōsolidatione arterię superficialiter solidatur: et sub illa carne fit quidā sanguinis tumor: qui ophorisma seu mater sanguinis nūcupatur: de qua pa-

C tiens semper timet ne cutis rumpatur: & sanguis inde fluat difficile restringendus. De quo dicit Gal. Q̃ quidā seruus a tali dispositione fuit curatus a quodā vulgari: qui docuit illum seruum: vt sæpe niuem superponeret: & sic fecit: quare potest perpendi: ꝙ ad curā talis apostematis frigidæ res sunt necessariæ, & siccæ.

*De diæta uulneratorū doctrinæ tertiæ. tracta. primi. Ca. X.*

DE diæta vulneratorū discordant plurimi. Nā aliqui omnibus uulneratis tam in capite quam alijs locis dant bonū uinum: & forte bonas carnes, caponum, gallinarū, & anserum: & ꝙ per talē uiā ægri melius curantur. inducentes ꝙ aqua putrefacit membra uulnerata: & generat apostema: & corrumpit, & debilitat cōplexiones: & omnia mala facit. Alij tenent indifferenter ægros in pane & aqua: et parum de

D pomis coctis usque ad dies. x. Et quoniam iste liber meus: si deus illū compleuerit: erit errores remouens: dubia diffiniens, & declarans: Dico ꝙ illorum vtriq; diuersam habēt opinionē: propter hoc solū ꝙ uocāt in suis experimentis de inquisitione rationis nō curātes. Vidit enim una secta istorum, scilicet prima, ꝙ aliqui solum panē & aquam sumentes adeo debilitātur: ꝙ mēbra ipsorū a naturali dispositione remouentur: ꝙ nō possunt a suis uulneribus restaurari: sed debiles moriuntur: aut lōgo tempore languēt: nec membrū suscipit uirtutē rectam, ut debebat: & isti sunt frigidę cōplexionis & siccæ: quorū corpora ante uulnus erāt debilia: & quorū stomachus & uiscera sunt defecta. Secta uero secunda uidit ꝙ aliqui uinum bibentes & carnes comedētes: necessario ad mēbri uulnerati apostemationē ueniunt, & ad febres: & isti sunt iuuenes

calidi & humidi: quare omnibus alijs ne vinũ & carnes sumerent, præceperunt. Nã vtriusq; sectæ intellectus ad quam eos docet sensibilitas exterior nõ comprehendit. Sequens ergo Rasis. G. & Auicẽ. & aliorũ doctrinam & experimentũ per magistros meos, et me rationibus approbatũ. Dico ꝙ in principio necessarium est: ꝙ vulneratus abstineat a vino: maxime si vulnus est in capite vel in parte neruosa: quia non est res aliqua: quæ tantũ concutiat neruos & cerebrũ sicut vinum: quoniã cito a calore naturali cõuertitur: & propter sui subtilitatẽ cito penetrat in neruos: & cito caput ascendit: portans secũ spiritus et humores: et mentẽ etiam percutit aliquãdo: & omnibus debile caput habentibus. Et propter hoc in vulneribus capitis & neruorũ, debet omnibus prohiberi in principio, & calidis & humidis, & calidis solũ vsq; ad finẽ curę. Frigidis vero post dies. iiј. detur tẽperatũ: postea plus parũ purũ: secundũ ꝙ plus securaberis de mẽbro: ne superueniat apostema. Sed potus eius sit aqua hordei, vel aqua decoctionis micæ panis, vel aqua frigida, specialiter in æstate & in homine assueto: vel cũ decima parte vini de granatis: vel cũ sexta parte agrestæ: vel iste potus perfectus ad vulnera capitis & neruorũ. Reci. aquæ, quart. i. pariensis: qui est. iiј. quartini mediolanen. hordei mũdati, vnc. iiј. iuiubę, sebestẽ, ana vnc. 5. prunorũ siccorum, vnc. i. granorum granatorum, vnc. i. zucha. ros. vnc. iј. fiat decoctio: donec cõsumetur tertia pars: & propinetur. Iste enim potus est alteratiuus, nec inflat: et reprimit fumositates: ne ad caput ascendant. De cibo dico: ꝙ illi qui est calidæ & humidæ cõplexionis nullo modo ei cõpetunt carnes, pisces, oua, lac, nec aliquis cibus cõuertibilis: nisi nimia debilitate teneret: sed sit cõtentus succo hordei, et auenæ cũ lacte amygdalarum: preterquã in vulnere capitis vbi nõ approbo lac amygdalarũ, nec aliquos fructus vaporosos, vt nuces auellanas. Hæc habẽt nanq; quandam proprietatẽ fumosam nocentẽ capiti. Comedere potest amylum, bletas, lactucas, spinaria, micam panis lotã cum zucharo. Si esset debilis, ita ꝙ nõ posset abstinere a carnibus, dentur ei carnes paruorũ pullorum & paruarũ auium vt alaudę, & aliorũ paruorum animaliũ, vt caprioli, & parui vituli conditas cum agresta vel vino de granatis: & hac vtatur diæta vsq; ad securitatem apatis. Et est quando dolores omnino cessauerint: & inflatio & extensio mẽbri: & vulnus est fere vere consolidatũ. Si vulnus fuerit sutum aut conductũ: in quo nõ fuerit sanies generata: et si fuerit vulnus cum cõtusione vel ab aere alteratum: in quo erit necessaria saniei generatio: securitas apostematis est: quando vulnus abundãter saniẽ facit: & ꝙ mẽbrum est bene tractabile: non inflatum nec extensum: & est sine dolore: tunc paulatine permuta diętã: donec ad diætam veniat consuetã. Si vero patiens fuerit cõplexionis frigidæ & siccæ: & naturaliter vel cõsuetudinarie haberet debilẽ stomachũ: tũc esset necessariũ ab ipso principio dare de carnibus cõditis cũ aromatibus paucis: & cũ cinnamomo & zinzibe. & dare ei in principio iulep: & post tres dies de vino: tã in vno quam in alio. Si esset ossis fractura cũ vulnere, aut sine uulnere, circa finẽ, hoc est post securitatem apatis bonos cibos bñ nutribiles grossum et bonũ seu forte facientes reparamentũ ossis: vt triticũ coctũ, pultes de farina bene coctas, extremitates animaliũ, & vẽtres boum bene coctos & talia, per quæ ligamentum

E forte generari valeat. Quare necessarium est chirurgo, cõplexiones, virtutes, ætates, regiones, consuetudines, anni tẽpora in sua considerare dięta: vt sciat diętam: secundũ ꝙ exigit diuersa conditio variare. Nec oportet ipsum secundum vnum & idem consilium procedere in diæta.

*De ulceribus antiquis, doctrinæ tertiæ, tracta. primi. Ca. XI.*

VLcera fiunt ex apostematis incisione, vel apertura, scilicet per se vel ex vulnere nõ suo curato tẽpore: vel ex aliqua excoriatione: vel superadustione vel siccitate scindente: uel frigiditate cõstringente: uel nimia materia humida corrupta corrumpente. Nã omne uulnus antiquum habens putredinẽ, uel uirus, uel crustã, aut aliud quam saniẽ laudabilem: iam nõ uulnus sed ulcus proprie dicetur, siue uocabitur.
F Et hoc ulcus Rolãdus & Rogerius, & magna pars modernorũ dicunt fistulam uel cancrum: sed nõ est fistula nec cancer: quia fistula & cancer differunt ab isto ulcere: tanquã proprium a cõmuni. Omnis nanq; fistula, & omnis cancer ulceratus, est ulcus: sed nõ conuertitur: sicut in proprijs capitulis continetur manifeste. Istorum ergo ulcerum secundũ Aui. septem sunt species. Nã unum est uirulentũ, sordidum, profundum, siue cauernosum uel absconditũ, corrosiuum, putridum seu malũ, ambulatiuum, & difficilis consolidationis. Ex his aliqua cõueniunt cum fistula in signis & formis: ut uirulentũ et cauernosum. Alia cõueniũt cum cancro: ut ambulatiuũ & corrosiuum: & tamen differunt sicut in capitulis cancri ulcerati & fistulæ cõtinetur. Et hæc omnia differunt a uulnere: quoniã in uulnere sanies est alba, æqualis in omnibus suis parti-
G bus, & iuncta non dispersa, & sine fœtore. Hæc enim sanies ex beneficio caloris naturalis est generata: et cõsecuta fuit perfectam digestionẽ. Sed uirus, crusta, putredo, & omnes superfluitates ulcerum, a calore tantum extraneo generantur.

Vlcus ergo uirulentũ, est illud in quo uirus abundat subtile liquidũ: quod si fuerit rubeũ, aut ad rubedinẽ tendens, & acutum, mordicans mẽbrũ: significat dominiũ caloris extranei. Si uero sine calore fuerit, & ad albedinẽ tendens, sine incendio: significat dominiũ frigiditatis extraneæ.

Sordidum uero est illud, quod habet aliquas crustas grossas, aut aliquam carnem superfluam grossam.

Profundũ vero est illud, quod habet magnã profunditatẽ, et occultã forte tortuosam.

H Corrosiuum est illud, quod sua malitia corrodit: q̃a sanguis acutus illuc dirigitur. G. Acutus sanguis nõ solum carnes ulceratas corrodit: sed etiam bonas siue sanas.

Putridum est ulcus fœtens, habens quandam calefactionẽ extraneã submersam: ex qua fumus resoluit̃ putridus: sicut a carnibus putrefactis.

Ambulatiuũ est illud qđ serpit huc & illuc: nõ tñ nimis submergitur in profundum.

Difficilis consolidatiõis est illud quod sua mala proprietate occulta forte ueniẽte ei a mala totius corporis qualitate difficile consolidatur.

Ad curationes omniũ ulcerũ plures currunt regulæ generales. Prima ꝙ non curantur nisi a suis superfluitatibus mundificentur, & exiccentur. Secunda ꝙ si corpus uel mẽbrum fuerit extra naturalẽ complexionem,

xionem, antequam de ulcere curam perficere cogites ad complexionē debitam reducetur. Tertia est si hepar & splen lęsa fuerint, quod plurimū in antiquis cōtingit ulceribus, a suis lęsionibus corrigantur. Quarta est q̄ humorū qualitas & quātitas cum phlebotomia & pharmacia & bono regimine tēperētur. aer quoq; si malus fuerit, in bonum aerem trāsmutetur. Quibus omnibus prçuisis ad curam vlceris intendit medicus prout debet.

*Cura ulceris uirulenti.*

Vlcus ergo virulentū: vide si virus ex eo exiēs sit subrubeū vel citrinum: & membrum aliquem videatur habere colorem: & tunc lauetur vlcus cum aqua decoctionis rosarum, hordei, aluminis, balaustiarum, lenticularum simplicium vel compositarum cum melle iniiciendo ad profundum vulneris siue vlceris, et optime lauetur: et si virus fuerit sine colore: & mēbrum non habeat caliditatem: lauetur cū vino vel aqua decoctionis myrrhæ, absinthij, marrubij, saluiæ, pimpinellę, simplicis & cōpositæ cū melle. Facta perfecta mundificatione: incarnetur et consolidetur cum hoc proprio vnguento: quod carnē in vlceribus antiquis virulētis generat: & ipsa mūdat, & sanat: & conueniunt in eo Rasis & Auic. Re. lithargyri quantū vis, & tere: & ponatur in mortario cum eo de bono oleo ros. et aceto: modo de vno modo de alio agitando, donec perfecte augmentetur: & fiat in forma vnguēti: & iste lithargyrus est nutritus: qui est vtilis ī multis casibus. Deinde. Re. de illo lithargyro nutrito, par. viij, aluminis, balaustiæ, curcumæ, vel loco eius uermes longos terrestes combustos, ęris vsti, plūbi vsti, gallarū, sang. dra. cathimię argēti, ana tantū quantū est duodecima pars totius vnguenti: & oīa misceantur: & fiat vnguentū. Hoc vnguentū ponitur in vlcere cum tentis ut supra. deficcat enim, carnē generat, & consolidat. Hoc etiā nota q̄ in cura omniū vlcerum post mundificationē semper est bonum distendere super pannū de vno mundificatiuorum de melle dicendorū in antidotario. Et semper ponere circa vulnus a parte superiori vnde fluunt humores, defensiuum de bolo & terra sigillata: quod sic fit. Recip. boli armenici, vnc. i. terræ sigillatæ, vnc. ʒ. olei ros. aceti q͂d sufficit: modo ponendo de vno: modo de alio vsq; ad perfectionem vnguenti liquidi. ita tamen q̄ de oleo ro. sit duplum quam de aceto. Istud nanq; defensiuum defendit omne membrum a corruptione: & vlcus a dilatatione.

*Cura ulceris sordidi.*

Sordidum vero curatur remouēdo crustam seu sordem: quę ibi est cum puluere asphodelorū: qui dicetur in fine: aut cū alio de mūdificatiuis dicendis. postea cōsolida cum cōsolidatiuis.

*Cura ulceris profundi.*

Profundum curatur cū mundificationibus iniiciēdis: iniiciēdo in illud vsq; ad profundum cum instrumēto facto ad formā clysteris: aut cū instrumento facto de sambuco: cū quo pueri, piiciūt aquā sibi adinuicē: vel cum lauationibus dictis in virulento secundū dispositionē caliditatis vel frigiditatis mēbri requirit. Et post mundificationē iniiciendo intus aquā vel vinū decoctionis mastichis et thuris: et ponendo ab extra vnum mundificatiuū de mundifi

A catiuis de melle dicendis. Et ad hoc est optimū præparare mēbrum: taliter q̄ orificium vulneris pendeat inferius. Et stringe ligaturam apud fundū: & minus stringe apud orificiū. Et vltra esset bonū si fieri posset: vt nouum fieret vulnus in parte magis pendenti: vt inde putredo fluere posset: quia sic vlcus citius sanaret.

*Cura ulceris corrosiui.*

Vlcus corrosiuum sanatur suū acumen cum aliquibus frigidis reprimendo specialiter circa: & sanguinis acuitatē cum cibis & potibus corrigendo: & cholerā rubeā purgando: vnguentis cōsolidatiuis frigidis inungendo: ad quod multum valet vnguentum album Rasis quod dicetur in antidotario.

*Cura ulceris putridi.*

B Vlcus putridum curatur fœtorē et putredinem remouendo: ad quod multū valet lauatio hydromelitis cū myrrha: & mundificatiuū factū de succo absinthij, farina hordei, melle & myrrha: q͂d. Reci. succi absinthij, vnc. iiij. mellis, vnc. iij. farinæ hordei, vnc. ij. myrrhæ, vnc. i. cōponantur adinuicem: locus interior bene repleatur filis pāni linei. Si essent ibi vermes generati: occidantur cum succo calamenthi vel foliorum persici vel persicariæ, vel cū decoctiōe ellebori. facta perfecta mundificatione, incarnetur, & cōsolidetur cum suis proprijs medicinis.

*Cura ulceris ambulatiui.*

Vlcus ambulatiuū curatur cū phlebotomia, & pharmacia purgāte cholerā, & humores adustos: & ponēdo circa defensiuum de bolo armenico, & de terra sigillata dicto: et cum vno
C mundificatiuorum frigidorum. Aliquando oportet cauterizare superficiem cum instrumento aureo. Nā illud cauterium mēbrum optime rectificat.

*Cura ulceris difficilis consolidationis.*

Vlcera difficilis consolidationis si causa sit occulta sensui cōprehenditur intellectu, q̄ sit ex occulta mala corporis dispositione: & ideo indiget rectificatione corporis & mēbri: vt dictum est. Si autē sit causa manifesta: & vna vel plures ex multis, illā vel illas auferas. postea ad curam redeas principalem.

*Causæ quæ impediunt consolidationem ulceris.*

Causæ vero quæ vlcerum impediunt cōsolidationē: sunt mala dispositio totius corporis, vt hydrops: vel mala dispositio hepatis, vt si sit nimis debilis ex caliditate & frigiditate & humiditate
D vel siccitate cū materia vel sine materia: vel cum duritie: vel debilitas splenis sanguinē a melancholia non depurantis: aut sanguinis multitudo: aut eius acuitas: aut venæ plenæ sanguinē deriuantes ad vlcus: aut glādulæ quæ sunt in inguine: quæ vlcera cruriū & pedū imbibunt: aut labia grossa & indurata: aut caro superflua: aut inordinatio diætę: aut medicina incōueniens illi membro: aut mēbrum læsum habet malā dyscrasiam: aut vlcus est in malo loco: vt in sūmitate cubiti: aut est forma vlceris rotunda: aut est sub vlcere aliq͂d de osse corrupto. omnia hęc cōsolidationē impediūt vlcerum: quare te oportet cōsiderare hæc omnia, & corrigere corpus totum: & mēbra principalia specialiter: & mēbra omnia: si nō fuerint in naturali cōplexione, & cōseruata cum similibus: & si fuerint dyscrasiata, ipsorum remoue dyscrasiā cum contrarijs, san-

guinis qualitatẽ & quãtitatem tempera. Venas si portant ibi sanguinẽ, stringe: vel si est possibile, amputa: Glãdulas mãdantes dissolue: carnẽ superfluam remoue: Grossa labia subtilia. si aliter nõ potes, grossitiẽ amputa: diætã corrige: Formã rotundam ulceris, nisi neruus vena vel arteria impediat, cũ cauterio actuali, siue cultellari ad longã formam secundũ membri longitudinẽ reducas: os corruptum sub vlcere remoue si sit ibi: quod sic facies: os totũ detegas: aut cum ferro carnẽ incidendo corruptã: quę super os est corrupta: aut cũ medicina quæ dicetur in fine: aut cũ ferro calido: quod melius est. Osse detecto corrupto nõ radas vt plurimi faciunt: sed fortiter os illud ferro tangas calido postea oleum super infunde ro. calidũ: & vnum de mollificatiuis antidotarij, & medicinis quæ habent os corruptũ sine violentia remouere. quoniã esto ꝙ raspando vel radendo os corruptũ cum violentia remoueres: nihilominus est ei necessariũ postea ꝙ natura superficiem ossis expoliet, & mundificet aliter: quare laborẽ remouendo, multiplicas: & mundificationẽ ad plenũ non facis: quare sępe peruenit fistula inde mala. Medicamẽ inconueniens corrigitur cõsiderãdo cõplexionẽ corporis totius & membri & gradus medicinæ. nam si membrũ siccum fuerit, ut aures, nares: &, omnia ossuosa, et cartilaginosa mẽbra, et habuerit putredinẽ multam: tunc membrum indiget medicina multum sicca. Si vero corpus & mẽbrum fuerint naturaliter humida, & putredinem habuerint paucã: tũc medicina indiges parum sicca. Si vero medio modo corpus mẽbra & putredo se habuerint: mediocriter siccante indiges medicina. Si vero duo mẽbra fuerint in cõplexione æqualia, & vnũ habeat multam saniem, & aliud paucã: quod plurimã habet saniẽ; medicina indiget magis sicca. Postea oportet te secundũ mensuram rem naturalẽ cum simili conseruare: quæ uero contra naturã, cum mẽsurato contrario recurrere. Sed quantitas apponendorũ secundũ G. nõ potest literis in termino denotari: tamẽ sufficit vt appropinques rationi. Natura nanq; mirabilis potentię, qđ minus est supplet: quod superfluum est, expellit: nisi ab operatione nimis recesserit: quod si sit, necessario natura in opere deficit naturali. Medicina vero mundificatiua & exiccatiua: quæ necessaria est in quolibet vlcere cõcauo: vt grossam mundificet superfluitatẽ: & subtilem exiccet: quæ sunt digestionis tertiæ superfluitates: quæ necessario in quolibet vlcere concauo generantur: aut est fortior, quam conuenit, aut debilior competenti.

*Significatio si medicina est magis sicca quam oportet.*

Significatio autem ꝙ sit fortior vel siccior quam debeat: est ꝙ vlcera quotidie concauantur: & est virus in eis subtile rubeum et citrinum: & circundãtia loca sunt viridia, nigra, rubea, vel subrufa. æger quoq; feruorẽ in loco sentit nimium & ardorem. virus quoq; multiplicatur: quod miser aspiciens medicus, medicinam ordinet sicciorẽ: & sic vlcus semper tendit ad peius.

*Significatio si medicina est minus sicca quam oportet.*

Significatio vero ꝙ medicina sit debilis exiccationis: est ꝙ sanies vel putredo est grossa, ponderosa, inæqualis, liuida, vel pallida, membrũ frigidum: album, uel liuidum, in colore lympidum et molle, & æger sentit frigiditatẽ in mẽbro. His visis

E in casu primo: siccitatẽ minuas medicinæ: in secundo addas: sicq; te permutes in opere: ut exigit conditio tã corporis quã membri quam superpositæ medicinæ. Ille vero qui hos ignorat canones: male curabit vlcera quare multi leuiter ducunt vlcera cum malis operationibus ad vlcera pessima: quæ postea per bonum medicum non curantur. Medicinæ uero leues in exiccando: quæ desiccant vlcera indigentia debili siccitate, sunt mastiche, thus, farina hordei. Aliquantulum plus exiccatiua sunt iris, aristolochia, orobus, lupini, cortices lignorum. Fortius desiccatiua sunt. balaustiæ, psidiæ, rosæ, nuces cypressi, & similia. Mundificatiuæ leues sunt. zucha. mel, aqua hordei, serum caprinum, aqua maris, aqua sulphuris, quæ mundificat & calefacit: aqua aluminis quæ mundificat & infrigidat. Emplastra mũdificatiua, & vnguẽta cõpo

F sita: de qbus copiã habebis in antidotario huius libri.

*De fistula. doctrinæ tertiæ. tractatus primi.* *Cap. XII.*

Fistula est vlcus profundũ: cuius orificium est strictum: & fundus eius amplius: habens interius duritiẽ callosam in circuitu, sicut penna auis vel canna: & differt in hoc ab vlcere profundo vel cauernoso: quoniã vlcus profundum uel cauernosum: de quo dictum est superius, quãuis cum fistula conueniant in profunditate fundi, & strictura orificij: nõ tamen intus habet callosam duritiẽ: quia fistula nõ mundificatur cũ lotionibus: quibus mundificatur cauernosum vlcus: sed est necessarium illã calositatem & duritiem post lauationem cum cauterio vel medicina caustica remouere: quod cauterium profunditatẽ vlceris augmentaret. Quare necessarium est chirurgo istam scire differentiam: vt tam vlcus quam fistula sua sciat curare propria medicina.

G

Curatio. Si vero fistula sit in carne vel inter neruũ & neruum, dũmodo substantia nerui corrupta nõ fuerit, nec os: nõ est necesse nisi recipere agrimoniã: & pistare cum sale fortiter: tanquã velles facere salsamentum: & exprimere in fistula de succo per petiam expresso illius pistaturæ: & imple post succũ in fistulã de pistatura substantiæ huius herbæ: donec totam fistulam interius mortificauerit, & mundificauerit: quod cognoscitur per carnis rubedinẽ & soliditatem fistulam interius circundãtis. crastino inuenies orificium ampliatũ: et cum ista feceris vsq; ad. x. dies, erit sufficienter mũdificatum. Si uideas igitur rubeos, & postea habeas syrupum mellinum cum quo laues fistulã: quæ iam est vlcus compositum: & fit syrupus

H mellinus in hunc modũ. Reci. aquæ, lib. i. aceti, lib. ß. mellis dispumati, vnc. iiij. foliorum oliuæ ligatorum cũ filo, vnc. i. sagitellę, lanceolatæ, ana vnc. i. hæc omnia bulliant ad perfectionẽ syrupi: & dimittatur infrigidari: & folia oliuarũ auferantur, & bene exprimantur: & residuum cum sagitellæ folijs conseruetur. Et de hoc liquore tepido: bis in die vlcus, quod fuerat fistula, vsq; ad profundum lauetur: & optime exiccetur: & filis siccis impleatur: & supra folia ponantur sagittellæ, quod quidẽ cõtinuetur, donec penitus cõsolidetur. Ex hac enim ꝓbata medicina, curatur omnis fistula carnis: nisi substantiã nerui vel ossis corruptam habeat in profundo: & specialiter si fistula non sit nimis antiqua: & callositas nõ sit nimis dura. In his enim casibus medicamen cum agrimonia nõ sufficit: imo necessariũ est ignis cauterium aut medicina caustica:

stica: quorum plenā habebis doctrinam in sequenti- A
bus. Et si os esset in profundo fistulæ corruptū: au-
feras illud secundū doctrinam supradictam in præce-
denti capitulo. Hoc de fistula prænotato: ꝙ si fistu-
la per vias penetraret vrinæ: ita ꝙ per illam exiret uri
na, sicut multoties uidimus, aut per tortuosas aut oc-
cultas partes faciei vicina capitis penetrantur: quarū
fundū non posses percipere: melius est non curare, cu
ra, scilicet perfecta: sed potes palliare: & fœtorē remo
uere cum lauationibus mellis, & cū emplastris, simili
ter mundificatiuis, & cum defensiuis circa locum: vt
eius malitia minus lædat. Fistula quoq;, quę est in iū
cturis, vt pedis & manus, & cubiti: valde est difficilis
ad curandū: & aliquādo impossibilis. Si vero in ali
quo loco fistula aliqd de neruo corroserit: licet sit mo
lestum eam curare: nō est ei via, nisi leuis cauterizatio
nerui læsi: quoniā cauterizatio cū ferro calido vel au- B
ro, quod melius est: neruū corruptum mundificat, et
exiccat: & cōplexionem totius mēbri rectificat: cuius
contrariū medicamen causticū operatur. Medica-
mina caustica tā simplicia quā composita reperies ad
plenū in tractatu tertio subsequenti. Facta mundifi
catione illius carnis callosæ: tunc regenera carnē no-
uā: & consolida cū medicinis consolidatiuis et regene
ratiuis: quarum in antidotario copia inuenitur.

*De cancro ulcerato, doctrinæ tertiæ tracta. primi. Ca.* XIII.

CAncer vlceratus prouenit ex apertura vel inci-
sione vel crepatura cancri nō ulcerati: cuius do
ctrinam habebis in tractatu tertio. capitulo de aposte
matibus. Et prouenit ex vulnere male curato: ad qđ
aliunde venit materia melancholica putrida: aut quia
materia quæ uenit ad vulnus, ibi corrumpitur, et mu C
tat vlcus in cancrum.

Signa. Cuius signa sunt: quia vlcus est fœtidum: la-
bia grossa liuida vel nigra dura: & caro mi-
nus glandulosa, & circūquaq; cauernosa, & subleua-
ta. Et signū distinguens inter cancrū & vlcus simplex
vel sordidū: de quo dictū est supius, apud ista signa q̃
dicta sunt, hoc est: ꝙ si lauetur ex lixiuio, ꝙ cancer fit
subpallidus turpior quā erat: & exeūt ex eo quasi ba-
uæ: & fit putredo quæ est in eo quasi panniculi. Vlcus
vero ex lixiuio quasi mundificatur: & remanet caro
in vlcere rubrior quam erat, & pulchrior: nec vlcus
fœtet fœtore cancri. habet enim cancer proprium fœ
torem, qui non poterit literis denotari: sed per homi-
nes qui cancros sæpe viderunt, optime ab alijs distin-
guitur fœtoribus.

Curatio. Generalis regula in cura cancri est: ꝙ can- D
cer non curatur, nisi cum totis suis radici-
bus extirpetur. Secunda regula nascitur ex ista, ꝙ
non debet ferro frigido vel calido, vel medicina cau-
stica tangi: nisi sit in loco vbi possit penitus extirpa-
ri: quia quanto plus cum re violenta tangitur: tanto
plus eius malitia augmentatur. Vide ergo si est in lo-
co carnoso: vbi possit penitus extirpari: & tunc inci-
de illum cū omnibus suis radicibus, & venas circun-
dantes exprime: vt sangnis totus melācholicus exclu
datur. Postea illū circunquaq; ferro calido cauteriza.
Postea pōe pultes de farina tritici, melle, & succo apij
vsq; ad perfectam mundificationē. postea carnē gene
ra, & sigilla. Hoc notato ꝙ quoties vis cancrū cū chi-
rurgia curare: prius melancholicā purga materiā. nā
Hippo. dicit hoc. Si vero tali loco esset connexus,

vbi totus remoueri nō posset: vt in collo, mamilla, fa
ciei partibus, vel ano, vel breuius dicā locis omnibus
neruis, venis, & arterijs intricatis: prout vult Hippo.
et verū, non curare melius cū dicit. Quibuscunq; can
cri absconditi fiunt, non curare melius est quā curare.
curati enim, scilicet incisi vel vsti: citius pereunt. non
curati uero multū tempus perficiunt. Sed membrum
sanū cum defensiuo sæpe dicto defende: & vulcus cā
crosum cū sero laua caprino, & leuiter sicca: & vnge
vlcus circa cū vnguento Rasis de thutia: quod Recip.
cerussæ, thutiæ ablutę, ana vnc. i. misce cū oleo ros. &
succo portulacæ, vel alterius herbæ frigidę modo po
nendo de vno: modo de alio: sicut succū solathri, et si
milia: & erit bonū vt conficiatur in mortario vel la-
mina plūbi facta modo de vno modo de alio: & agi-
tando semper vsq; ad perfectionē unguenti. Hoc etiā
vnguentū multū valet ad defendendū ne malitia can
cri vlcerati augmentetur: & cū hoc vti bono regimi
ne: quod est clarū bibere vinum, & leue: & dimittere
turbidum, rubeū & spissum: & carnes comedere bo-
nas, vt arietis, et caprioli iuuenū lactentium, caponū,
gallinarū, pullorū, perdicum, fasianorū, & paruarū
auium. Et dimittere carnes bouinas, et caprinas, ceruī
nas, & anserinas, & omniū auium magnarū, & degē-
tium in aquis: & salsa etiā acuta: vt ęger vitam habeat
longiorē. Verum si vlcus sit fœtidū: quod non tan
tam habet malitiā: ꝙ tamē a quibusdā dicitur cancer:
de quo dictum est superius: curatur cū puluere aspho
delorū, vt bene mundificetur: quia optimū illud vl-
cus perfecte curare, & bene curatur. propterea Rolan
dus & Rogerius & plures alij ponunt in libris suis cu-
rā cancri: qui fit in locis neruosis: & dicunt se illos cu-
rasse. Sed scias pro certo, ꝙ cancer verus per viā aliā,
quæ dicta est in principio huius capituli, nō curatur.
Et si dubites vtrū sit cācer vel vlcus simplex vel sor-
didū: quia signa superius dicta tibi sūt ambigua: Inci-
pe ab aliquo puluere mortificare, vt a puluere aspho
delorū & inde processum, quia si esset cancer verus,
videbis quanto magis mundificare volueris eius ma
litiam augmentari. Si vero nō est cancer: mundifica-
bitur sicut vlcus. Cū ergo vides eius augmentari ma
litiā, a cura vera desistas: & ad prædictā curam de vn
guento de thutia prædicto redeas palliantem. Nam si
curare intendis, & curā eius prosequaris: vitā eius ab-
breuiabis: & si pallias, prolongabis.

*De causis quæ impediunt consolidationē uulneris, et ulceris remouēdis. doctrinæ tertiæ, tracta. primii Ca.* XIIII.

IAm habuistis superius in capitulo de vlceribus in
generali, causas quæ vlcera impediunt consolida-
ri: & documenta sūmarie, quæ necessaria sunt ad cau-
sas singulas remouēdas. Nunc autē in hoc speciali ca-
pitulo docebo qualiter aliqua causa impediens debet
remoueri per chirurgū: ita ꝙ si hoc capitulū cum illo
iunxeris, habebis doctrinā necessariam ad intētū. Si
fuerit ergo corpus cachecticū, vel hydropicū. vide si
curari potest ab illa dispositiōe: & cura si scis: si nō, pe
te physicum qui curationē illius dispositionis faciat:
& interim nō fatiges ægrum, neq; cū medicinis corro
siuis, neq; incisione vel infusione tentarū grossarum:
sed pone super ulcera leuia mundificantia aromatica,
mēbrum leuiter tenentia mundū, ne fœteat: & curata
illa dispositione, redeas ad curā principalem. Hoc
idē dico de mala dispositiōe hepatis quantūcunq; de-

bilitetur. ſimiliter de ſplene: qa niſi hęc duo in ſua fuerint diſpoſitione naturali: vlcera non curantur. Si multitudo ſanguinis te impediat, quod cognoſcitur per uenarū totius corporis repletionē, per faciei rubedinem, & extenſionē, per dulcedinē in ore, per nauſeam in ieiunio, per grauedinē ſuperciliorū, per ætatē iuuenilem, & cōplexionem calidā & humidam, per vſum vini & carniū inducta: fac eum phlebotomari de vena, quæ mēbro læſo portat nutrimentū. deinde de vena quę membrū læſum poteſt melius euacuare: vt ſi ſit vlcus in crure, phlebotometur de baſilica brachij eiuſdē. poſtea de vena quæ eſt inter mediū digitū & auricularem. Si autē ſanguis peccat in qualitate ſola, illū corrige: vt ſi ſit acutus nimis & calidus, parum euacua: & cū cibis frigidis ſtypticis propinatis. In omnibus autē alijs caſibus qui numerantur in capitulo ulcerum generali, procedas vt in alio capitulo continetur. Attendendo ꝙ ſunt aliquæ medicinæ, quæ cū hoc ꝙ deficcant & mundificant: vlcera habent vltra quandā proprietatem occultam conſolidare difficilia: quarum quædā ſunt ſimplices, quædā compoſitę. Simplices ſunt limatura æris, limatura ferri, flos æris adustus, vitreolū rubeum aduſtū. omnia acuta corroſiua, ſi adurantur magis valent: quia maiorem habēt conſolidationē: & minuitur eorum corroſio. Cōpoſitum bonū. Reci. floris æris, limaturę æris, ana drac. i. climię argenti, climiæ auri, ana drac. viij. gūmi cypreſſi, drac. iiij. ſalgēmæ, drac. i. ariſtolochiæ aduſtę, minuti thuris, ana drac. v. ceræ & olei myrtini quantū ſufficiat. fiat vnguentum.

*De ſpaſmo ſuperueniente uulneri, doctrinæ tertiæ, tractatus primi* Cap. XV.

SPaſmū ſuperuenientē vulneribus: pluribus cauſis per chirurgum curari neceſſe eſt: & oportet ꝙ chirurgus ſciat cauſam & diſpoſitionem ſpaſmati: & quid ſit ſpaſmus: vt ſciat illū rationabiliter procurare. Spaſmus igitur eſt ægritudo chordoſa vel neruoſa: ī quo chordę vel nerui, ad ſuā cōtrahūt originē.

Cauſę Cuius duę ſunt cōiunctę. ſ. nerui uel chordę: repletio uel inanitio. Qui fit ex inanitiōe, cauſam habet, vtplurimū antecedētē, nimiā euacuationē ſanguinis vel alterius rei, aliqñ longā afflictionē propter longos dolores, vel lōgam appetitus debilitatē: & iſte paulatine venit: & vtraq; curam non habet. Qui vero fit ex repletione, vnam habet cauſam antecedentem cauſarū trium, prima dolor fortis. ſecunda frigus forte. tertia putrefactio. Aliquando omnes cauſæ iſtæ cōcurrunt ad ſpaſmum faciendum: quandoq; ſufficit vna ſola. Et iſte ſpaſmus ante ſui confirmationē curatur aliquando: poſt confirmationē rariſſime vel nunquā. Omnis ergo chirurgus ſit intentus: et videat bene quantū poterit: ne ſpaſmus in ſuo vulnere generetur, cum obuiatione defenſiuorum contrariorū: ne de cauſis tribus prædictis aliqua concurrat, quantū poterit defendendo, mitigādo, dolorē defendendo, corruptionē membri ab aere frigido protegēdo. Quia ſecurius eſt ſpaſmū defendere, ne ſuperueniat, quā poſt aduentum medicina dubia ſubuenire. Nā ſi febris neruo vel capiti ſuperueniat vulnerato antequā ſuperueniat ſpaſmus, ſemper eſt mortalis.

Curatio. Intende ergo ad doloris mitigationē cum oleo roſ. inungendo, & cætera faciēdo: ut in vulnere neruorū diximus: qm̄ vtplurimū accidit **E** ſpaſmus ꝓpter uulnera capitis et neruorū. Si aūt propter pūcturā nerui vel chordę dolor eſſet qui faceret ſpaſmū: et cū phlebotomia, vētoſatiōe, clyſteri, ſi ſuppoſitorio, et defenſiuo, vnctiōe colli et īguinū, et ſubaſcellarum nō poſſes ſpaſmum defendere: tunc neceſſariū eſt vt neruum illū punctum vel chordā totaliter incidas: licet ſenſus & motus mēbri cui ſeruiebat neruus ille vel chorda, parum vel totaliter amittatur: quia melius eſt ꝙ homo ſic ſe habeat, quam ꝙ moriatur. Si tamen cū alijs remedijs hominē a ſpaſmo poteris præſeruare: melius eſt quā neruum totaliter incidere vel chordā. Si autem nō fuiſti in principio, & inuenis hominē ſpaſmatū pro uulnere: fac ſicut feci in ciuitate Mediolani. Quidā meus ſcholaris nomīe Oliuerius de monte Orphano chirurgus curauerat quendam vaginariū de vulnere capitis: per quod quidam **F** fuerat læſus panniculus capitis, oſſa ligans: nō tamen craneū fuit læſum. Et ille medicus ante perfectā illius panniculi purificationē ipſum vulnus extrinſecū ſolidauit: quo ſolidato panniculus indignatus cauſa fuit ſpaſmi in illo iuuene generandi. Ad quē vocatus inueni illū ægrū a ſpaſmo teneri: & cū hoc plura habebat apoſtemata circa faciē: quod quidem ſignū malū eſt in vulneribus capitis. videns eū pro mortuo reputaui: tamen volens omnia ſecundū rationē facere, abradi caput feci, & vulnus conſolidatū vſq; ad profundū cum raſorio renouaui: & totum vulnus oleo roſ. feruenti repleui: & totum caput oleo roſ. prędicto cū modico aceti vnxi: & ex oleo ſolo ceruicē & collum vnxi: ſuper vulnus vitellū oui cum oleo ro. poſui. caput totum cū binda ſuperpoſita ſtuppa delicata ligaui: & brodiū pullæ os aperiēs eius propinaui, vinum **G** clarū plurima cōmiſtum aqua. in craſtino rediēs ipſum melioris diſpoſitionis inueni. os nanq; apiebat, & melius loquebatur. vulnus tamē adhuc ſiccū inueni: medicinam & vnctionē iteraui. Et in die tertio cutis capitis humectata fuit: quę prius erat ſicut coriū ad ignem expoſitū exiccata: taliterq; extenuata: ꝙ nihil de carne inter cutē & craneū videbatur. Continuans ita cura ram vulnus peruenit ad ſaniē. Iuueniſq; curatus fuit a ſpaſmo: bonā habuit curationē ipſius vulneris & perfectā: ſed ille ſpaſmus ſine febre fuit. Nā non recordor me vidiſſe febrem in vulneribus neruorum & capitis præcedere ſpaſmū: quin ſpaſmatus ille nō obſtante remedio vel remedijs moreretur. Optimū etiā eſt in principio ſpaſmatū phlebotomare: maxime ſi fuerit fortis & repletus, & ſatis de ſanguine, ex vulnere nō extenuerit: ceruicē & collū calidis inunge oleis: **H** ut nardino. euphorbio rutaceo, liliaceo, & ſimilibus: et etiā facere parua cauteria pūctualia inter ſpōdylem quālibet colli. ita tñ ꝙ nō nimis cauterium profundetur. Poſtea ligetur lana in capite, quæ ſit longa & pendens per collum vſq; ad ſpatulas: & infundatur ſuper illam lanā oleum calidum: et collocetur ad iacendū in lecto molli: ſit in ſilentio & quiete. Sunt enim quidā qui ponunt in ſuis libris medicinā prouocandi febres: propter illud Hippo. A ſpaſmo habito febris ſuperueniens ſoluit: & qui ponunt vnguenta calida ad vngendum: ſed hoc ego non approbo in ſpaſmo de vulnere: quāuis poſſint eſſe vtilia ī ſpaſmo, q ſine uulnere & humorū abūdantia maxīe phlegmatiḡnatur.

Signa diſponentia ſpaſmū: quędam ſunt generalia: quędā ſpecialia. Generalia ſunt, dolor plurimus oculorū, obliquitas: auriū, aut nariū, aut palpebrarum:

pebrarum: aut labiorum tortura: vocis ablatio: faucium cõſtrictio: tranſglutiendi difficultas: motus difficilis, maxime circa collum: mẽbrorum contractio frequens: et cõcuſſio repentina. Specialia ſigna cognoſcere faciũt vnã de tribus ſpaſmi ſpeciebus: quæ ſunt: emproſthotonus, opiſthotonus, & tetanus. In emproſthotono nerui cõtrahuntur anteriores: caput ante curuatur: nec illud ęger erigere poteſt. mentum eſt quaſi ſuper pectus, os eſt ſtrictum, nec poteſt aperire: & manus & digiti plicantur & pugnũ. In epiſthotono collum cõtorquetur ad retro, os remanet apertum, fauces aperiuntur, manus & digiti aperti extendũtur. Tetanus vero partem vtrãq; tenet: ita ꝙ ad nullã partem poteſt collum conuerti: ſed totus ſtat rigidus, & diſtenſus: ac ſi palus eſſet a ſũmo capitis vſq; ad inferius per corpus infixus. Hæc omnia vel plura ſigna, diſpoſitionem ſpaſmati ſignificant: quæ cũ ſint in uulnere capitis et nerui, plus prognoſticando iuuãt ad fugam quã iuuamentum præbeant in curando.

Expletus eſt cum omnipotentis Dei auxilio tractatus primus. Nunc autem ad ſecundum cum eiuſdem gratia deſcendamus.

## Tractatus ſecundus de particularibus vulneribus membrorum officialium a capite vſq; ad pedes: proponendo anatomiam membrorum cõſimilium: & iſte tractatus ſub vna ſumma continet.x.capitula.

*De uulneribus capitis & de eius anatomia. tractatus ſecundi.* Cap. I.

DICTIS ſub compendio his quæ circa primũ huius libri tractatũ mihi pauca ſcienti pertinere videntur: Ad ſecũdũ aggredimur tractatum: qui continet quędã documenta chirurgiæ, & quaſdam regulas generales ſub certis capitulis, prout promiſimus ad curas particulares ſecundũ diuerſa corporis humani membra. A capite ſumẽtes exordium anatomiã vniuſcuiuſq; membri proponẽdo curãq; vulnerum ſpecialiter ordinãdo. Dico ergo ꝙ caput ex tribus cõſtat partibus, ſcilicet parte carnoſa, parte craneata, parte cerebellari. Partẽ autẽ carnoſam dico carnẽ quæ ſupra craneum extenditur: q̃ conſtat ex capilloſa cute carneq; multipliciter muſculis implicata. CAPILLORVM enim fuit utilis creatio ne frigus et calor poros cutis ſubito ſubintraret: & nihilominus per perforatos capillos capitis fumoſitas exhalaret: & vt caput eſſet formoſius: & vt eorũ color complexionẽ capitis denotaret. CVTIS vero fuit craneo ſuperpoſita lacertoſa cũ ſpiſſa carne cõtexta, ut craneum tegeret, friguſq; non ſentiret ſuperueniens & calorẽ: quæ quidem eſt ex ſubtilibus neruorũ filis a cerebro veniẽtibus: ſubtilibuſq; venarum & arteriarũ partibus ſubtiliter contexta, & formata, cum tota corporis cute continua: licet propter maiorem poroſitatis neceſſitatem craneo ſit groſſior & plus rara: cuius lacerti procedunt: ſecundũ ꝙ inceſſus prouenit capillorum.

Pars vero craneata pluribus eſt oſſibus cõpoſita: quorum pluralitas eſt manifeſta ſub ſummis duabus: & continet iuuamenta. Prima nanq; ſumma quæ ſolius cranei continet vtilitates: duo tamen continet iuuamenta. Primum, ſi vni oſſis parti læſio ſuperueniat, non communicet toti oſſi. Secunda, ne unum os in vna parte ſit durum: & in altera minus durum. Secunda ſumma quæ continet iuuamenta eorum, quæ ſub craneo continentur: quatuor continent iuuamenta: quæ per commiſſuras complentur, nec fierent, ſi illa oſſa plurima eſſent vnum os. Primum, vt venæ per commiſſuras viam habeant: per quas deſcendunt portando cerebro nutrimentum. Secundum, vt nerui venientes a cerebro, viam habeant, exeundi. Tertium, vt vapores cerebri viã habeant exhalandi. Quartum, vt dura mater habeat vbi ſuſpendatur: ne poſſit cerebrum grauare. CRANEVM vero factum fuit ex duabus tabulis planis: vna ſuperiori, alia inferiori cum quadam parte ſpongioſa in medio, vt eſſet rarum, vt fumi capitis poſſent melius exhalare: & leue, ne nimis cerebrum aggrauaret. Iſtud craneum diuerſimode a diuerſis anatomiſtis ponitur. Nam quidam plura oſſa, quidam pauciora ponunt: veritas eſt ꝙ ſunt ſex: & vnum ꝙ illa ſex ſuſtinet in poſtremis. Primũ eſt os frontis ſiue coronale quod tenet a ſupercilijs vſq; ad cõmiſſurã, quæ diuidit caput ex trãſuerſo: quæ vocatur coronalis: & propter hoc iſtud os coronale vocatur: quia reges ibi portant ſuas coronas, & mulieres etiã. Iſtud os habet in pluribus quandam paruã cõmiſſuram in plicatura frontis: & propter hoc a quibuſdam numerantur oſſa duo. Duo alia oſſa coniunguntur cũ illo coronali in medio capitis ex tranſuerſo mediante coronali coniunctura, et ligantur adinuicẽ per vnam iuncturã: quæ ſecundũ longitudinem capitis ab ante & retro tendit: quæ vocatur ſagittalis: eo ꝙ eſt quaſi ſagitta: & coniungitur in iunctura cum coronali. Iſta duo oſſa vocantur nerualia: eo ꝙ figura ſuę cõmiſſurę cum coronali eſt figura nerui ſiue chordulę: et ſunt in ſũma parte capitis ſicut ſcuta caput defendentia.

Quartum os eſt ex parte poſteriori in puppi: & coniungitur cum prædictis nerualibus mediante vna cõmiſſura ad modum literæ laudæ gręcæ ſic. Cõmiſſurę vero tres quæ coniungunt: iſta quatuor oſſa fiunt ita ac ſi coniungerentur adinuicem duæ ſerræ: quarũ dentes ſeſe coniungerent. Et iſta coniunctio oſſis cum oſſe facta fuit ſic in capite propter iuuamenta quæ ſciuiſti. nullum enim aliud os cum oſſe ſic coniungitur. Sub oſſe laudæ eſt vnum os valde durum in medio perforatum: quod omnia oſſa capitis ſuſtinet: quod vocatur baſillare: & continuatur inferius cum prima ſpondyli colli. Figura uero coniunctionis illorum: v. oſſium capitis eſt. A latere vero prædictorũ dextro & ſiniſtro oſſium neruralium: quæ ſunt ſecũdum longum capitis in ſummo ſunt duo oſſa in qualibet parte vnum cum quadam adiacentia firma non per inſerrationem ſerralem illis neruralibus ſupponũtur: quæ vocantur oſſa mendoſa. Sed quoniam hæc oſſa in vna ſui parte ſunt multum dura: vbi ſunt aures perforata: & ibi dicuntur petroſa: ab aliquibus dicuntur eſſe quatuor oſſa duo ab vna parte. Cum autẽ hæc oſſa capitis adinuicem coniungãtur, inuenis ꝙ oſſa capitis ſex ſunt ſecundũ veritatẽ: ponendo os coronale vſq; ad ſupercilia vnũ: & oſſa mẽdoſa duo: vnũ ſcilicet coronale, duo neruralia. vnũ alauda: duo mẽdoſa: et ſeptimũ eſt os baſillare: q̃d nõ eſt de oſſibus capitis:

E

ſed oſſa capitis ſuſtinens: & fit cõiunctio oſſium: vt di
ctum eſt tribus veris cõmiſſuris: et duabus cõmiſſuris
mẽdoſis ſic. Et cum eſt perfecta tota per hũc modum
capitis compoſitio ſtant ſic.



Iſta enim eſt forma capitis naturalis: ut ſit rotũdũ,
vt contineat: & minus læſionibus ſupponatur: & ſit
oblongum, habẽs ante & retro eminentiã, vt locum
inueniat neruorũ exitus a prora: videlicet & a puppi.
Eſt etiã poſſibile, vt voluit optimus Hippo. et eius in-
terpres Gal. tres alias compoſitiones capitis inuenire.
Vna ſi eminẽtia nõ fiat in anteriori: ſed fiat ĩ anteriori
planũ: ꝑ hoc perderetur comiſſura coronalis. Secũ
da ſi eminẽtia poſterior amittatur: & ſit poſterius pla
nũ: et abꝑdatur comiſſura alaudæ. Tertia ſi vtraq;
eminẽtia nõ ſit: ſed ſi totũ caput rotũdũ ſicut ſpera: et
tunc nõ erit niſi vna comiſſura ex traſuerſo in medio
capitis: & aliam figuram impoſſibile eſt caput habere
poſſe, ſine amiſſione alicuius partis ſubſtãtiæ cerebri:
quod eſſet vitæ cõtrarium. Per comiſſuram autem
medianã, quæ eſt in capite, deſcẽdunt duæ venulę ve
niẽtes ab hepate ſub craneo: et per foramẽ oſſis baſſil-
laris quædã aſcendit arteria a corde veniens: & cõiun
guntur adinuicẽ: & contexuntur: & fit inde pannicu
lus durus: qui eſt immedietate ſub craneo: & eſt ei ſu-
ſpenſus: quia tabulæ ſunt planæ: et nõ poſſet dura ma
ter cum eis adhęrere: in comiſſuris quibuſdam ligami
nibus pannicularibus & ab eo venientibus, qui egre-
dientes craneũ generant panniculum oſſa ligãtem: &
vocatur dura mater. Et fuit dignũ ꝙ arteria ſuperius
aſcenderet ab inferius: quoniã ſanguis eius ſubtilis &
motus eius pulſatiuus: ſi deſcendiſſet ad inferius, cum
intemperato impetu deſcendiſſet ad inferius: ſed aſcẽ
ſus temperat illum fluxum. venam autem deſcẽdere
E fuit dignũ ad hoc ꝙ ſanguis eius ſpiſſior: & venæ etiã
quietæ ordinate deſcendat. Hæ vero venæ tã pul-
ſatiles quã quietæ cum duram matrẽ perfecerint: ite-
rũ ad vnum redeunt: & ſubtiliter iterũ conuertuntur
ſiue cõtexuntur: et generãt piam matrẽ. Poſtea de-
ſcendunt in cerebrũ portantes ei vitam & debitũ nu
trimentũ & ſpiritũ cordialem: qui cum plus eſt in ce-
rebro, plus digeritur: & ſuſcipit formam animalis.
Pia mater totum cerebrũ cingit, et diſtinguit: qđ qui-
dem eſt in tribus cellulis diſtinctum: ſcilicet anteriori,
media, & poſteriori: quæ licet omnes ſeu ſingulæ per
mediũ diuiſæ aliquantulũ videantur: Anterior tamẽ
manifeſtius in duas diuiſa videť: ita ꝙ aliqui quatuor
ventriculos cerebri eſſe dicunt. Anterior eſt latior:
& maior multũ habens de ſpiritu: eo ꝙ multarũ rerũ
fuerit ſuſceptiua. Eſt enim imaginatiuæ virtutis pro-
F prium inſtrumentũ quæ ſuſcipit res a phantaſia com
prehenſas: quas cõmunis ſenſus recipit per propria ſi
bi inſtrumenta. Et licet cerebrum totum cęteris, alio-
rumq; corporibus membrorum cõparatiõe frigidũ
iudicatur & humidum. Hæc tamen cellula ad cellulas
alias cõparata calida iudicatur & ſicca. Media om-
nibus minor, formã habet pineatam verſus anteriorẽ
locum latam, verſus poſteriorẽ acutam, vt plus apta
ſit recipere: & donec in ea rei receptæ ab imaginatiua
fuerit per ęſtimatiuã data ſententia retinere. Hic ven-
triculus locatus eſt inter duo cerebri additamẽta: quæ
duabus naribus hominum ſimul iunctis aſſimulãtur:
quæ huic ventriculo ſunt ſicut ſedes & culcitra: ſuper
quam extenditur: quando res imaginatas ſuſcipit. Po
ſtea ſuper eiſdem contrahitur: ſicut neruus cũ extra-
ctiua cogitat ſuper apprehenſis donec lata ſit ſenten-
G tia. poſtea iterum extenditur, quando ventriculo po
ſteriori pertingit declaratum: & hic ventriculus me-
dius alĳs duobus ſatis eſt minor: quoniã ab eo nerui
procedunt: & vt multa cõprehendantur in pauco: ut
virtus in loco paruo ad eius ſumendũ conſilium con
gregetur: & iſte ventriculus ad alios cõparatus iudi-
catur calidus & humidus. Deinde eſt poſterior vẽ-
triculus qui eſt maior iſto, & durior: quia ad alios cõ-
paratus, frigidus iudicatur & ſiccus: qui ſimiliter am-
amplior eſt verſus mediũ, & poſterius acuitur: q ſen-
tentias pronunciatas recipit: & ſecrete cõſeruat illa: ſi
cut armariũ theſaurorũ: ex quo nucha ꝓcedit per fo-
ramen baſillaris oſſis duobus cerebri panniculis inuo
luta. Hæc ergo forma cerebri ſuorumq; panniculo
rũ eſt: quod quidẽ cerebrum totũ frigidum eſt & hu-
midũ: vt caliditatẽ temperet ſpiritus cordialis: ne ni-
H mio eius motu in virtutũ operationibus deſiccetur.
Album ſicut alba tabula: vt melius diſpoſitiones poſ
ſit recipere ſenſatorum iuriũ: vt ſenſatorũ diſpoſitio-
nes per illud poſſent melius pertranſire. Molle, vt poſ
ſet cedere virtutum motibus prout decet. Viſcoſum,
vt nerui procedentes ab eo, firmã haberent tenacita-
tem: & quanto magis elongarentur a principio, tantũ
magis eorum durities augeretur: nec per hoc neceſſa-
rium flexibilitatem eorũ durities impediret. Duo-
bus fuit illud neceſſarium veſtri panniculis: vt habe-
rent gradationẽ: ne groſſus cerebrum defendens a cra
neo cerebrũ læderet ſua groſſitudine: nec ſubtilis cra-
nei duritie læderetur. Fuit etiam piæ matris addita-
mentis pannicularibus ipſum cerebrum tribus cellu-
lis interciſum: vt ſpiritus qui morantur in ventricu-
lis, haberent per ordinem ad digeſtionem formam
& perfectionem vltra illam quam habuerunt a cor-
de

de recipiendam vniuscuiusq; spiritus animalis: & sic vnaquæq; virtus in suo ventriculo suam compleret actionē, antequam res cōprehensa posset ad sequentē ventriculū pertransire. Cum hoc etiam habet cerebrū aliquā medullę substātiā: quę dictorū pāniculorū replet interstitia: & dictos circūdat vētriculos: cuius quidem aliqua pars in capitis læsionibus potest amitti: sine eo ꝙ homo per illius medullæ partis eitum etiā moriatur: quoniam hæc medulla non est de substātia ventriculorū cerebri: de quibus facta est mentio: qui quidem tantæ sunt nobilitatis: ꝙ quæcunq; leuis infectio vel minimæ partis deperditio eis acciderit: tunc eorū incolumitate priuantur. Nedum ꝙ una de cellulis possit amitti, & homo saluabitur: sicut plures somniant idiotæ. Anatomiā autem oculorum, aurium, narium, mādibularū, oris, linguæ, & dentium definimus ponere vsq; ad tertium tractatum et capitulum: in quo de eorū & aliorū mēbrorū sumus ęgritudinibus alijs pręter vulnera, si dn̄s concesserit, tractaturi.

*Hic incipiunt curæ uulnerum capitis.*

Quandoque fiunt in capite læsiones: aut sine vulnere: aut cū uulnere. Item tam quæ fiunt cū vulnere, quā quæ sine vulnere: aliæ fiūt cum fractura cranei: aliæ sine fractura. Item tam quæ fiunt cum fractura, quā quæ sine fractura cranei, aliæ fiunt sine læsione cerebri: aliæ cum læsione eius. Quæ quidem læsiones sicut differunt in signis: ita differunt in periculis & prognosticationibus & modis: quibus eis diuersimode subuenitur.

*Cura percussionis capitis sine uulnere cerebri, læsione: & sine fractura cranei.*

Nam si læsio fiat in capite sine vulnere: vt casu percussione lapidis vel bacculi vel rei alterius concutientis, & fuerit sine fractura cranei, & sine cerebri læsione cum cōcussione capitis. Tūc tu nō indiges nisi capillorū abrasione, & loci vnctione cū oleo ros. calido: & supra vnctionē puluerizatiōe pulueris seminis myrtillorū, locum stringendo cum binda: donec totus locus firmetur & tumor euanescit: & congregata materia resoluatur. Sic enim aut locū firmabis totum, ꝙ nihil corrūpetur omnino: aut parua corruptio remanebit: quę si remaneat: cū sagittella locus aperiatur: & īde tota sanies excludatur, & vt cętera curentur apostemata uulnerata.

*Signa fracturæ cranei sine uulnere cutis.*

Si vero sine vulnere capitis craneum frangeretur: quod cognoscitur per dispositionē causæ & ægri considerādo, si pcutiens fuerit fortis, aut ęger ab alto ceciderit: aut forti fuerit cōcussione cōcussus: & si ceciderit: & cadens celeriter nō surrexit: si cotomiā habuit, vel cibū vomuit, uel dolorem capitis magnum sentit: si nodū paleæ rumpere nō potest cū dentibus: si caput sicco & leui bacculo percussum, mute & rauce sonat: si filo incerato posito inter dentes firmiter stricto supertrahatur vngues, & stringantur: & fiat sonus per filū: qui facit stridorē in dentibus: nā habens fractū craneum, illā fricationem cū vnguibus super filū, quod ab vno capite sub dentibus tenebit, illum sonū facientē stridorem nullo modo poterit sustinere. Hæc oīa signa vel horū plurima notāt craneū esse fractū: & vltima duo signa sunt omnibus certiora. Et scias ꝙ craneū multoties potest esse fractum

A absq; eo ꝙ nullā læsionem cerebrum patiatur a principio. Sed ex fractura cranei postea patitur cerebrū sępe læsionem: quare teste Gal. fractura ossiū capitis ab aliorū fracturis ossium in periculis diuersificatur propter accidentia quæ fracturā ipsam concomitant: nec est nec fuit, qui accidentibus illis & periculis, maxime cum in principio cerebrū motum fuerit: ꝙ possit semper occurrere: quin superueniant: et æger quencunq; habuerit bonum medicum, moriatur.

*Nota mala accidentia quæ superueniunt cerebri læsionibus & panniculorum eius.*

Mala autem accidentia quæ superueniunt læsionibus cerebri & eius panniculorū sunt vomitus perseuerans, cōstipatio ventris vel fluxus, oculorū obliquitas seu strabositas, unius oculi lachry- B matio, scotomia fortis, virtutū omnium debilitas, & alteratio. Alterātur enim non solū animales virtutes, verum etiā naturales, & vitales. animales, scilicet sensibiles & motiua, sensibiles, quia nō recte vident: turbatus est auditus & omnes alij sensus manifeste. virtutes etiā occultæ, vt imaginatiua, vt credāt videre quę nō vident: aut rationalis, vt varia loquantur, & non interrogati respondeant: & memorialis, ut non recordentur sui nominis. Aliquando motiua multū grauatur: vt fere se mouere nō possint maxime circa collū: suspirant profunde: et febris aliquādo acuta quam rigor præcedit: quæ si cū rigore, aut rigor sine febre superueniat: est pessimū signum: quoniam si sequatur, spasmus, est sine dubio mortale. nigredo linguæ: pustulæ circa mētum, vel fauces, vel in alia parte capitis quam in vulnere: quod est malū signum: aliquando C sanguis, & sanies ab auribus fluūt. His signis superuenientibus vel pluribus, æger sine dubio morietur: maxime si perseuerant: & maxime si pluribus diebus æger fuerit in bona dispositione: & postea superuenerint mala accidentia. Sed aliquando superueniunt mala accidentia primo: & postea cum bono regimine, boniq; medici iuuamentis separantur accidentia: ægri dispositio venit ad melius: tunc bonū signum significat naturæ vigorem læsionē maxime non timētis. O sancte spiritus qui tuæ veritatis illustratione omnia corda reples fideliū: omniaq; sanctificas: illumina & guberna hunc. secundū meum librū legentiū oculos tua influentia illumina: vt ea quæ in ipso bene dicta sunt intelligant: & si quæ in eo male dixerim: ab his animos suos tua pietate auertant: & ipsa tanquam detestabilia relinquant. Et specialiter in isto passu vbi D non solū ego verum etiā meliores & probiores scripserunt dubie. Variā quoq; intentionē in hoc casu varie posuerūt: nec ipsi nec ego viā inuenimus: quæ nos in opere possit reddere certos, & specialiter in fissuris cranei penetrātibus: in quarū curis diuersi secundū diuersos modos & intentiones varias operantur.

*Cura uulneris simplicis capitis.*

Cum dei ergo auxilio & gratia: Incipiam a simplici carnis vulnere capitis, tāquā a primo, ī quo nulla cranei læsio nec cerebri reperitur. Illud ergo vulnus cōsidera, si fuerit ense factū, vel alterius rei simplici modo vulnerantis: & illud vulnus fue: & superasperge puluerem de calce superius dictum: & omnia fac per ordinem, sicut superius in capitulo de carnis uulnere continetur.

*Cura uulneris capitis facti cum concussione.*

Si vero vulnus factum fuerit macia, vel fuste, casu vel alio modo, ꝙ fuit ibi concussio: tūc est necessariū ponere maturatiuū factū ex partibus quatuor aquæ, & parte vna olei cōis, & farinæ tritici, qđ sufficit ad faciendū pultes: donec materia cōcussa fuerit maturata: quod quidē distendatur in panno, & superius apponatur: repleto vulnere corpusculis oleo ro. & vitello oui madefactis, donec vulnus saniem acquisiuerit, & dolor fuerit mitigatus: & tunc ponātur in vulnere fila sicca panni vetusti: & bene repleatur filis: & supraponatur mundificatiuū de melle ro. colato, & farina hordei: donec mundificatum fuerit perfecte. Circa vulnus a principio vsq; ad plenam mundificationem ponatur defensiuum de bolo sæpe dictū: dein de incarnetur, & consolidetur.

*Cura uulneris capitis usque ad panniculū penetrantis.*

Si vero vulnus hoc vsq; ad pāniculū attingeret ossa ligantē: licet os læsum nō fuerit: non habeas illud pro leui: sed bonā adhibe inde curā: oleum ro. infundatur in illud vsq; ad panniculum, donec in vulnere nullus dolor fuerit. Et protege vulnus illud, sicut alia vulnera cranei & cerebri a frigore. etiam in ęstate: quoniā frigus vltimo est nociuū ossibus & panniculis vulneratis. Sunt enim aliqui qui omne vulnus in capite siue cū fractura cranei, siue sine fractura quocunq; modo sit lęsum, ponunt deforis pānū vnū de lino intinctū in vnguento quod sic fit. Re. resinę albę, lib. 5. olei. ros. vnc. v. ceræ albę, vnc. iij. soluūt omnia in patella terrea: & faciūt vnum corpus: & postea bulliunt ipsum in bono vino per magnā horā: & dimittunt refrigerari: & intingunt intus petiā panni linei: & perforant illā cum forpicibus: & balneāt in bono vino: postea apponunt supra vulnus imediate: supra petiā talem ponunt ab vtraq; parte uulneris vnū plumaceolū madefactū i bono vino optimo calido: & supra ambos illos plumaceolos, ponunt vnū plumaceolum siccum de stuppa, qui comprehendit omnia: & ligant fortiter: & dant ægro bibere bonum vinū, bonas carnes caponum & gallinarum: & præcipiunt ꝙ vnā guttā aquæ non bibat: & taliter procurant omnes indifferenter: & dicunt ꝙ plures liberantur: quam moriantur ex illa cura. Sed quoniā omnes auctores sunt cōtra curā hanc: & specialiter in diæta. Ego nunquā ausus fui probare modum istū: quoniam in corpore hominis non debet probari medicina: quæ nō videtur consona rationi. Nā omnes concordant auctores: ꝙ nihil est ita neruorum & cerebri percussiuū sicut vinum, & vsus carnium, & maxime talium est apostematis calidi inductiuus: verum si tali diæta vtens caput de consuetudine habeat forte, et vinum in sanitate nō timuerit, & fortis fuerit virtus: iterum ex isto regimine in aliquibus confortatur, & citius liberatur: tñ timendū est ne calidū supueniat apā: nō procedo taliter in diæta: sed prout dixi in capitulo de diæta: & circa locum facio sicut dicam.


*Cura uulneris capitis cū fractura cranei secūdū aliquos.*

Alii considerant in fracturis cranei: vtrū fractura cranei sit cū vulnere magno aut paruo: aut sine vulnere. Si cū uulnere magno: ita ꝙ ad fracturā cranei possit habere processum: vident si est ibi aliquid de osse: quod auferri debeat, & illud auferunt. Et postea inter craneū & duram matrē sub-


E tilissimū ponunt pannū intinctum in albumi. oui aliquantulū expressum: et replent totū uulnus cranei tali panno. In vulnere uero exteriori quod est in carne, ponunt corpuscula de stuppis madefactis in albu. oui vsq; ad cessationem hæmorrhagię: ponentes desupra plumaceolū de stuppa madefactum in ouo. Cessante hæmorrhagia ponunt pannum siccum sub craneo & in vulnere: & supra vulnus pultes generātes saniem: qua generata ponunt in vulnere carpiā de panno seu fila: & circa inungunt de vnguēto fusco: & in fine ponunt apostolicon supra vulnus.

*Cura fissuræ cranei secundum aliquos.*


Et si fractura esset rimalis uel fissuralis: tentāt, si penetrat ad interiora, faciendo stringere nares, & os ægri: & facientes ipsum sufflare: aspicientes si exhalat F de rimula aliquid, vt sanguis vel alia materia. Q; si exhalat aliquid, vt sanguis vel aliqua materia: nō dubitant illā rimulam penetrare. Et tunc aliqui trypanādā esse dicunt rimulā illam ab vtraq; parte ab vno capite vsq; ad aliud trypanis perforātibus craneū: quæ videbis in hoc capitulo depicta. Sed hoc pessimū est totā rimulā ab vtraq; parte perforare: sed sufficit (sicut alij melius faciunt) ab una parte rimulæ craneū a parte magis pendente perforare: & tot facere foramina vnū post aliud, quot erunt necessaria: & faciendo tantū de foramine in craneo: per quod liquid est deriuatū supra duram matrē, inde possit purgari: et isti quātum est ad trypanationē melius operātur. Et factis foraminibus cum spatumine incidunt ab uno foramine vsq; ad aliud: vt possit totū os inter ordinē foraminū & rimulā euellere: ipsumq; abijciunt: & postea procedunt G in alijs vt dictum est. Et iste modus trypanationis tibi sufficiat in rimulis, quādo uiā eligis trypanādi. Trypana cū quibus capita trypanantur: sic debent esse formata: vti in puncto sint acuta: & a duabus aciebus incidantur: semper eorū acies ampliando ne vsq; ad panniculū possint substantiā penetrare: & debent esse diuersarū quantitatū plures apud te: vt in primis ponas magis strictū: deinde debes ponere magis amplū: & forma trypanorū talis est.



Forma spatulę cum qua inciditur ab vno foramīe ad aliud hæc est. Sup isto grosso percutiatur cum malleo remoto quocunq; quod re-



H moueri debet: adæquātur ripæ cum rugine: ne in ripis aliqua remaneat asperitas: qui sic fit.



Et incidat a parte interiori plicaturę, ab alia non. Vulnus autē exterius quod est in carne: violenter cum multitudine tentarum vel corpusculorū stuppæ vel panni tenēt apertum: donec loco ossis deperditi natura creauerit reparamentū, quod ossis deperditi supplet vices. Postea curant vulnus extrinsecum secundū curam vulnerū eis cōmunem: sub modis prædictis: oēs aliorū quasi modi continētur in summa: licet i particulari opere in aliquibus diuersentur.

Ego autē non vidi in passu isto viā aliquā: quæ me possit a dubio remouere: sed notaui longo tēpore tā ipsorū quā meum lōgum experimentū: & eā videre volui:

uolui: quæ auctores medicinæ prædicabant. audiens
Gal. qui dicit. Si possumus saniem sine ossiũ expellen-
dorum expulsiõe expellere: hoc est bonũ. Et cum eo
concordat Auic. & Serapio de cura sodæ venientis a
percussione vel casu, vbi non per trypanorũ sed per
medicinarũ modos docet in fractura cranei & cere-
bri læsionibus operari. Et ego notaui ꝙ multo plures
curantur medicinarũ modis quã perforantium trypa
norum. Sequor in diæta doctrinam doctorũ, sicut in
capitulo proximo de diæta cõtinetur. Ego autem
non vtor instrumentis ad remouendũ os nisi in duo-
bus casibus: unus est, si craneum adeo fractũ fuerit, ꝙ
pars fracta partem sanam subintrauerit: secũdus, si ali
quod frustulũ ossis quod durã pungat matrem, a cra-
neo separatũ fuerit. In his duobus casibus: quoniam
dura mater cõpressa per casum primũ & puncta per
secundũ dolores sentiens, humores attrahit: qui super
ipso panniculo generat apostema: quod est causa spas
mi & accidentium prædictorũ: & vltimo ducit mor
tem: & sic cogor nociuũ os cum instrumentis remo-
uere: in omnibus aliis fracturis siue fixuris quocunqꝫ
fiant modo: licet nõ sim de ipsius vita securus: tamen
cũ maiori fiducia sic procedo: petens auxilium a do-
mino: qui plurimos per manus meas, sicut per eius in
strumẽtũ isto modo curauit: qui omnes aliter fuissent
mortui. Et si cũ omnibus cautelis meis aliqui sint de-
functi: tamen cũ subtiliter video rationes, & proces-
sus alios: teneo viã hanc: quæ licet nõ omnino sit cer-
ta: tamẽ minus dubiã illam reputaui tenens sententiã
Gal. qui dicit. Qui ad suã salutẽ non nisi vnam viã ha
buerit: etiam si mala est, velit nolit per eam transeat.

*Cura uulnerum capitis secundũ modum quem tenebam cum fractura cranei, & sine fractura in ipsius curatione.*

Cum autem accedo ad hominẽ, qui uulneratus est
in capite: et scio de fractura cranei per
signa superius denotata. Primo considero virtutẽ pa
tientis, ætatem, & omnia particularia: deinde alia acci
dentia prędicta considero. Et si signa video mortalia,
libenter fugio: nisi nimis ab amicis ægri cum instantia
sim rogatus. Et tunc mortis prognosticatione præce-
dente facio, sicut in his in quibus mala accidentia non
apparent. Si vero non apparent signa mortalia: &
fractura cranei manifesta fuerit cũ amplo vulnere cu
tis: de qua pars ossis sit amputata ex toto: ita ꝙ ad du-
ram matrẽ possim cũ medicinis liberum habere acces
sum: Primo remotis capillis, & raso capite pono pan
num lineũ vetustum et subtile intinctũ in duabus par
tibus olei ros. bene redolentis, & parte vna mellis ro.
colati inter durã matrem & craneum caute & suaui-
ter, ne dura mater pannis comprimatur: ex illis pan-
nis totum per ordinẽ impleo vulnus ossis. Et vul-
nus carnis impleo corpusculis madefactis in vitello
oui & oleo rosato, æqualiter simul mistis: et supra to-
tum vulnus plumaceolum paruum, qui totum co-
operiat vulnus, & vltra. Et circa vulnus facio unctio
nem de medicina facta de bolo, sæpe dicta. supra to-
tum pono magnũ plumaceolum madefactum in bo
no vino calido: & postea ligo cum binda multiplici-
ter inuoluendo per caput: vt corpuscula quæ sunt in
vulnere seu panni, nõ possint ad aliquã partem deua
gare: & taliter vt dura mater aliquo modo lædatur.
Capilli autem sic debent in principio remoueri: scin-
dantur prius cũ forpicibus: deinde caput cũ quatuor
A partibus aquæ frigidæ in æstate, & calidę in hyeme: et
vna parte olei ros. lauetur suauiter vel balnectur: ca-
uendo ne vulnus subintret radicibus capillorũ & ca-
pillis taliter mollificatis cum nouacula radãtur. Et pa
tiente sic pręparato dimitto eũ vsqꝫ in crastinũ: et tũc
ad eum redeo & vulnus iterũ eodem modo præpa-
ro: donec vulnus saniem faciat. Cõsideratio quoqꝫ
si fortis fuerit virtus, patiensqꝫ plenus & iuuenis: & si
paucus exiuerit sanguis de vulnere: tunc his concor-
dantibus facio ipsum phlebotomari de cephalica: &
facio ꝙ omni die ascellet semel cum suppositorio uel
clystere, si fortis fuerit multum procedens in diæta, si
cut dictum est in capitulo de diæta speciali. Cũ aũt
uulnus sufficiẽter saniẽ acquisiuerit: facta etiã sanie po
no in uulnere cranei et sub craneo sicut prius. Sed tũc
pannus aliquantulũ exprimatur: et supra vulnus mũ
B dificatiuũ ponã de melle ro. colato, & farina hordei:
donec mundificetur: & dura mater cum craneo incar
netur: & tũc in principio superspargo in vulnere pul
uerem capitalẽ, qui sic fit. Reci. thuris cyperi, nucis cy
pressi, se. myrtillorũ, myrrhę, ana unc. ʒ. orobi, vnc. i.
fiat puluis, supra pulverizationẽ pono fila panni vetu
sti vel rasuram panni. Supra totũ pono attractiuũ fa-
ctum de duabus partibus resinę al. & vna ceræ simul
liquefactis cum aceto forti: & colatis per stameniã ra-
ram super aquã frigidam. Deinde accipio cum mani-
bus vnctis in oleo ro. & diu malaxo: & hoc in æstate
sic proportionatur. In hyeme ponuntur quatuor
partes resinæ, & quinqꝫ ceræ: & illud attractiuũ distẽ-
do supra pannũ: & pono supra vulnus exterius vsqꝫ
ad pfectã cicatrizationẽ. Si vero esset pars aliq̃ ossis
quæ duram matrẽ pungeret: tunc conor remouere il
C lam partẽ pungentẽ cum piccario: vel si nõ possum:
quia firmiter se tenet cũ sano: tũc si possum habere cũ
rugine ruginãdo a parte a qua se tenet remoueo: si nõ
possum, facio vnũ foramen vel duo vel plura secun
dũ ossis magnitudinẽ euellẽdi: vbi se tenet cum sano:
& postea cum spatumine incido inter vnum foramẽ
& aliud: donec os totum possum bene remouere: re-
moto osse, procedo vt supra. Sed quãdo os remo-
ueo, et in craneo cum instrumẽtis laboro: impleo au-
res infirmi cum bõbace: ne sonũ ferri super os audiat,
trypitantis. Simili modo remoueo partẽ fractam: quę
subintrat partẽ sanam: per quam potest cõprimi du-
ra mater. Si vero frustulum vel petia ossis se tene-
ret: & adhuc nõ posset de sano faciliter remoueri: vt
durã matrem nõ pungeret, vel cõprimeret: a princi-
pio os læsum infundo oleo ros. & supra illud os ĩ vul
D nere oleum pono ro. cum vitello oui: donec os illud
sit mollificatiuum: & ꝙ possit leuiter extirpari: & tũc
remoueo, et procedo inter duram matrem et craneũ:
sicut superius est ostensum.


*Cura, si fractura erit in modum rimulæ.*

Si vero fractura sit in modũ rimulæ vel fissuræ: ita
ꝙ neutra pars depressior vel eleuatior vi-
deretur: tunc considero vtrum talis rimula totũ cra-
neum penetrauerit: quod per signa superius dicta co
gnoscitur: & etiam cum vno alio signo quod nõ fal-
lit, scilicet ꝙ de mastiche facio puluerẽ: & cum albu-
mi. oui distempero ad mellis spissitudinem: & disten-
do supra pannum supra rimulam immediate: dimit-
tens a mane vsqꝫ ad sero & ecõuerso. Cum aũt remo
ueo, & si rimula penetret: inuenio vestigiũ siccum ex

opposito rimulæ super medicinā: quæ ibi plus quam
alibi desiccantur propter calorē ab intrinseco venien
tem. Si autem nō penetrat, nō magis supra rimulam,
quam alibi desiccatur. Si non penetrat: cura eam secū
dum ꝙ dictum est in principio huius capituli vbi po
sui curā vulneris: vbi craneum vel cerebrum non est
læsum. Sed si penetrat: ibi pendet dubium. nā qui
dam dicunt, impossibile esse tale vulnus curari: nisi ri
mulę trypanentur: & ossis quantitas auferatur: vt de-
riuata supra duram matrē materia abstergatur alioqn
dura mater putrefit, & corrumpitur: quare moritur
æger: qui per ossis remotionē poterat liberari. Ego
vero cū in trypanando videam nō modicum esse pe
riculum: & maxime cū illa rimula sit prope cōmissu-
ras vbi trypanatio penitus est mortalis. Et quoniā vi-
di plures quos sine trypanatiōe īter manus meas deus
omnipotens sua misericordia liberauit: nullum trypa
no, nec craneum ferro tango: sed rimulam oleo infun
do ro. calido: & pono supra pannos in melle ro. cola
to: & oleo ro. supra dicta doctrina mistis intinctos: im
plens pānis talibus: supra totum vulnus pono de vi-
tello oui cum oleo ros. & circa defensiuū boli prædi-
ctum vsq; ad saniem generatā. Et postea cōtinuo mel
ro. colatum cum oleo ro. in vulnere: & supra mundi
ficatiuū de melle ro. & cū farina hordei vsq; ad plenū
generatum cranei ligamentū quod cognoscitur: quā
do uideo corpus ossa coniungens: sicut si essent duo li
gna cum glutino insimul incolata: & tūc fila sicca po
no: & supra mundificatiuū, donec os est in superficie
exfoliatum. Et tunc capitalē prædictum puluerē pul-
uerizo: & supra rasuram panni pono, vel carpiam li-
nei: & supra prędictum attractiuum de resina et cera:
& cuncta facio ad consolidationē, quæ superius nota
ui. Et cum mihi obijcitur: quomodo potest sine os
sis eleuatione sanguis & sanies exiccari: qui per rimu-
lā supra durā matrem deriuauit? Respondeo, ꝙ sicut
materia phrenesis multoties, & (qđ magis est) lethar-
gi, per emplastra exterius posita resoluitur: vbi nō est
cranei scissura, nec vulnus in capite: multo melius san
guis leuis & resolubilis, qui per rimulam descendit,
cum eadē rimula via sit, potest per eam melius exha-
lare. Nec est sanguis ille in duræ matris substantia, si-
cut in apostematibus inuiscatus: qre melius expulsiōi
naturæ, meliusq; medicinarū obedit attractioni.

*Cura uulneris cranei sine uulnere cutis.*

Si aūt craneū lęsum est vsq; ad interiora sine vulne
re cutis: qđ cognoscitur signis prædictis: tūc
quidam incidunt supra lęsionem in modū crucis sic

& quatuor leuant quarteria: & pāni
culum discarnant ossa tegentē: & po
stea vtuntur trypanis: & eorum cura
cōmuni, sicut superius est ostensum.
Ego vero in modū crucis nō incido
cutim, sed modū in triāguli facti sic.

& tantū facio vnum quartū, et os de
tego: vt oleum ro. possit interius pe-
netrare, & medicinæ virtus de melle
ro. & oleo ros. possit ab inferius attra
here: & in hoc casu cuncta facio, quæ
superius declaraui. Sed si mihi obijciatur per Con-
stantinū & per eū qui dicit, ꝙ opere sūmo cauere de-
bemus, ne intret cerebrū oleū, vel aliud penetret vn-
ctuosum. Sic respondeo cum Auic. qui dicit, ꝙ recte

E agit qui oleis vtitur tepidis: et cum Gal. & Serapione.
Et insuper dico: ꝙ oleum ros. maxime quod fieri de-
bet ex oliuis īmaturis: nō est unctuosum, sed est siccū:
& vocatur oleum omphacinum: & maxime cum ro
sæ cum illo oleo admiscētur: acquirit oleum illud aro
maticitatem confortantem spiritum animalē, & sicci
tatem, et expressiuam virtutē vt vult Gal. in de sim-
plici medicina: per quod confortatur cerebrū: dolo-
res sedātur: sanguis ingrossatus, si quis est, subtiliatur:
quibus adiuuatis dura mater mūdificatur extracum
auxilio positorum.

*Cura motionis cerebri ex contusione, uel graui percus-
sione sine fractura cranei, uel carnis uulnere.*

Quando cerebrū ex cōcussione mouetur, vel ca
su vel graui percussiōe sine car
F nis vel ossis vulnere: Tunc facias sicut feci cuidā regu
lari canonico ordinis sancti Augustini in ciuitate Me-
diolani: qui cum vellet vnū magnum equū ascende-
re, fuissetq; in sella, volensq; sedere: equus ille sup duo
bus pedibus posterioribus se erexit: & ille canonicus
per crupam equi cū capite inferius cecidit ad terrā: &
adeo fuit totus concussus maxime circa caput, ꝙ in-
continenti sensum perdidit totius corporis atq; mo-
tum. Tunc vocatus quidā laicus amicus illorū cano-
nicorum, respondebat ꝙ casum nō viderat similem,
nec sciebat aliquid de scripturis. Ego autē vocatus
veniens; inueni ipsum non audientē nec loquentē: &
se penitus non mouentē: ipsum pro mortuo iudicaui:
meo tamen addens iudicio quod pro cētum marchis
argenti non dimitterem quin adhuc probarem in eo,
si meus esset frater, iuuamenta medicinæ inducens, ꝙ
G natura multoties cum bonis auxilijs operatur occul-
te, qđ medico impossibile videtur. Tunc cum instan-
tia rogatus capillos abradi feci: deinde oleo bono ro.
cum quarta sui aceti calidis totum inunxi caput. & su
per aspersi puluerem myrtillorum: & superposui pan
num subtilē in eodem oleo & aceto madefactum: &
supra stupas lineas delicatas. Et ligaui binda totum ca
put: & supra posui pellem agninā. & sic omni die illū
bis mutaui. Inungens ceruicem et collum vsq; ad me
dietatem spinæ, postea oleo calido chamomillę secun
da die aliquantulum aperuit oculos: & cępit aspicere
qui circa eum erāt sicut surdus, aut insciens, aut admi
rans. Tūc aliqui volebāt tentare si comederet: & ego
non permisi: imo dixi ꝙ etiam si vellet non concede
rem ei cibum. Tertia die interrogatus balbutiendo re
spondere voluit: sed verbum nō potuit formare. In
H quarta die balbutiendo locutus est: & tunc ptisanam
in potum propinaui calidam, quam bibit & retinuit.
In quinta die sumpsit ptisanā spissam. In sexta die de-
di sibi brodium pullę: & tunc cœpit fortificari paula-
tim: paulatimq; moueri: nō tamē per multos dies po-
tuit ambulare. Cum autem cibum potuit sufficienter
suscipere, pręcepi ei pillulas cochias propinari, pro re
soluendo per euacuationem residuum materię per ca
sum in capite congregatæ. Præcepi quoq; vt cerebel
lis vteretur auium & gallinarum, & paruarum auiū,
& capriolorum: sic faciendo curatus est. Nunquā tā
fuit subtilis ingenij, & bonæ memoriæ sicut ante.

*Nota mala signa in isto casu apparentia.*

Signa mala in isto casu apparentia sunt, tortuositas
insolita faciei, & vnius oculi strabositas seu
obliquitas,

obliquitas, apoplexia, & spasmus, egestio insensibilis, & immobilitas omniũ membrorum preterquã lacertorum pectoris qui sallire videntur. Plurima autẽ quę dicta sunt in hoc capitulo de tribus vijs quae hodie sunt in vsu, scilicet prima via quae dicitur in capituli principio: quã plures vtuntur, et vtitur ea Anselmus Ianuensis qui multã inde cõgregauit pecuniã. ego tamẽ scio ꝙ plures per hanc viã in eius manibus moriuntur. Secunda est in omnibus læsionibus vti trapanatione seu ossis remotione cũ manualibus instrumẽtis. Tertia via est mea quã satis aperte singulis casibus denotaui. potest lector huius operis illã eligere quæ melius placuerit suæ voluntati. Credo tamen ꝙ qui bene vias omnes notauerit: & dictorum opinionẽ vsq; ad medullã discusserit: & fines operũ notauerit diuersorum: ꝙ per viã tertiã, meam videlicet, pauciores mori videbis: quã per aliquam uiã aliorum. Deus omnipotens lectorẽ huius operis in viã dirigat meliorẽ: cuius solo nutu sermones gratiam recipiunt: & doctrina perfectionem.

*Tractatus secundi. de uulneribus faciei.* *Cap.* II.

Quamuis promissum sit de anatomia membrorũ cõpositorum seu organicorũ in primo capitulo huius secundi tractare: relinquimus tamen propter melius de anatomia membrorum faciei vsq; ad tractatũ tertium: vbi tractabimus de ægritudinibus quæ nõ sunt vulnera venientibus in his mẽbris. Vulnera autẽ quæ fiunt in facie, aut fiunt sagittæ teli, vel cultelli punctura, vel alia simili re pungente quæcunq; sunt vulnera huius loci. propterea ꝙ est locus semper apparens, & ꝙ formositas faciei super alia pulchrũ reddit hominẽ, & econtra contrarium. necessarium est chirurgo vt magnam habet diligentiam in vulneribus faciei.

Cura. Vulnus ergo factũ ab ense vel simili qđ semper est longum: debet sui subtiliter, & cõiungi. Et quãplures de nasi vulnere mentiuntur. dicũt enim ꝙ aliquis portauit nasum incisum in manu qui fuit in loco suo postea reparatus: qđ est maximũ mẽdacium: quoniã vitalis spiritus incontinenti perit: nutritiuus similiter & motiuus. Incipiam ergo ab incisione nasi nõ ex toto vulneris: cuius aliquando fit secundũ longitudinẽ: & tunc est cura leuis partibus ad inuicẽ conductis & punctis ibi positis prout decet secundũ doctrinam quæ in tractatu primo, capitulo de vulnere in carne superius dicitur de sutura. Si vero esset ex trãsuerso incisus vsq; ad labiũ: supius nõ tñ cũ toto caderet labio: sed a lateribus firmiter se teneret: tunc cõuertetur nasus retro in suo schemate proportionãdo nares vt recte pars inferior superiori directissime vt consueuerat se ostendat. opponas duas tẽtas de cera, subtiliter ponens in naribus, quæ supra vulnus attingant si poteris, deinde a parte vna prope labium in fine vulneris dimittendo spatium dimidij digiti, infra quod facies vnũ punctum & alium ex alio latere opposito: & facias vnũ frontis opposito in supremo. Et postea vnũ in parte media nasi ab vtroq; latere: & postea inter punctum & punctum singulos facies punctos: ut omnes puncti. ix. cum facti fuerint, numerentur. Supra suturã puluerẽ spargas de calce, thure, & sanguine draconis, sæpe dictũ: supra puluerem ordina pannũ intinctum in albumine oui, & oleo ro. aliquantulũ agitatis: postea tres ibi firma plumaceolos, vnum inferius, duos a lateribus, ab vtraq; parte vnum. deinde duabus liga bindis, ita vt vna teneat nasum ad caput superius eleuatũ, ne possit inferius descendere: alia ponatur supra vt puluillos conseruet: & puluerẽ et suturã. Illa quę sub naso ponitur, versus partem posteriorẽ in supremo capitis torquetur insimul: & postea redit ad partem frontis suppor tando fixam illam ligaturã, ne nasus possit declinare inferius. Illa quæ ponitur supra nasum, cõtorquetur in occipitium posterius: & iterum redit ad nasum, tenendo puluillos lateraliter, & nasum ne vagari possint circa suturas: & supra frontem ponatur defensiuum boli. & de cætero fiat sicut fieri diximus de vulnere carnis, tractatu primo.

A

Vulnera vero quæ fiunt in alia parte faciei cum ense vel simili instrumento, suantur, conducantur, et curentur: vt in eodem continetur capitulo generali hoc notato: ꝙ sutura quæ fit in facie, semper debet esse facta subtilius, & melius quam in vulneribus aliorum membrorum. Potest etiã sutura fieri, in facie si vulnus non sit nimis magnum sic. Reci. mastiches, sanguinis draconis, & pulueriza, et distempera cum albumine oui ad mellis spissitudinem: & intinge ibi petias secundũ longitudinem vulneris: & pone vnam illarũ ex vna parte vulneris, & aliã ex alia parte: & permitte siccari. postea renoua aliquid de sanguine in vulnenere: & conduc vulneris partes adinuicem: & sue illas duas petias adinuicẽ: & asperge de puluere de calce supra conductas partes: & pone super omnia pannum intinctum in albumine oui & oleo rosa. & conserua partes cum ligatura. sicq; procede de omnibus vt dictum est.

B

Si autem vulnera telo fiant vel sagitta, ipsa extracta si vulnus fuerit patens: tunc cura est eadem cum illa quam diximus in primo tractatu: siue sit punctus neruus, siue non. Sed si sagitta esset in occultis faciei partibus: ita quod videri non possit: tunc vnusquisq; ingeniose laboret quærendo quo modo stabat æger quando fuit percussus: & vnde venit sagitta: & ad quam partem videatur vulnus tendere: vt videas si possis modum inuenire per quem extrahas: & tunc extrahatur illa sicut potest melius. Si nõ potest, in vulnere infundat oleum rosa. & supra vulnus vitellum oui cum oleo rosa. ponat: & dimittat sic, donec natura viam aliquam demonstret. Multi enim longo tempore in illis partibus sagittam occultam portauerũt: quam natura post longum tempus expulit: uel expulsioni viam aliquam præparauit. Sũmoq; opere caueatur: ꝙ per vulnera quæ fiunt in facie, quando suuntur nõ remaneat in ore aliqua tortuositas, per quã os loquendo vel non loquẽdo remaneat tortuosum. sic caute facias tuam suturam, vt non possit hoc accidere: quod optime facere poteris, si factum tuum securus ordinare: & ordinatam cum plumaceolis triangulatis & ligaminibus conseruare.

C

D

*De uulnere colli, & eius anatomia. tractatus secundi.* *Cap.* III.

Per collum in hoc titulo superpono locum totũ intra caput contentum, & humeros. Cuius anatomiam secundum ꝙ promisi, volo demonstrare: Quidam tamen faciunt differentiam inter collum & ceruicẽ: gulã & guttur: quę tñ oĩa sub colli noĩe com prehẽduntur multoties. Collũ. n. primo formãt septẽ

spõdyles: quarũ prima cũ osse basillari multis ligaminibus tamen debilibus alligatur. debilia fuerunt vt illa iunctura leuiter moueretur. Erat autẽ necessariũ caput & collũ in illa iunctura multipliciter permutari. Et fuerunt etiã in illa iunctura ligamenta debilia multiplicata, vt multa magnũ onus possent sustinere: qđ est caput, sicut pauca fortia potuissent: quæ non sic si fortia fuissent, motu multiplici obedirẽt. Prima.n. spondylis ligatur firmiter cũ secũda, Secũda cũ tertia, Tertia cũ quarta, Quarta cũ quinta, Quinta cũ sexta, Sexta cũ septima, Septima ligatur magis laxe ꝓpter colli motũ cũ prima spondyli dorsi quæ octaua spondylis incipiendo a capite nuncupatur. Ab istis septẽ spondylibus oriũtur septẽ neruorum paria: quorum primũ par ex loco qui est inter primã spondylem & os basillare producitur. secundũ par inter primã spõdylem, oritur & secundã: & sic de singulis: & isti nerui per caput & collũ & mẽbra faciei, & pectoris, spatularũ, & brachiorum multipliciter diuiduntur: & in quibusdã locis eorum rami cũ aliquibus ramis neruorum capitis cõponuntur. Et isti nerui proprie motiui dicuntur: nec carent sensu: sicut nerui capitis dicũtur sensibiles: nec tamẽ omnino motu carent. Ex istis etiã neruis a collo spondylibus venientibus cõponuntur musculi, qui sunt motus illarũ partium instrumenta. In collo quoq; posterius ordinantur venæ manifestæ venientes ab hepate ascẽdentes ad caput, sub quibus sunt arteriæ occultæ venientes a corde, quæ tendunt ad caput propter vtilitates superius notatas. Et iterũ postquã omnia in capite ipsorũ officia cõpleuerint: iterum descẽdentes per loca post aures portant partẽ materiæ spermaticæ per loca renũ vsq; ad testiculos: quare dicitur ꝙ si venæ illæ inciderẽtur: homo nunquã generaret. A latere dextro & sinistro colli ordinantur duæ ceruices, quæ sunt de materia ligamenti, quæ procedunt ab ossibus capitis, & spondylium vsq; ad caudã iacentes a latere spinæ: & vocantur ibi longæ quæ sunt quies & culcitra neruorũ venientiũ a nucha. A parte vero anteriori est gula a mẽto vsq; ad pectoris furculã. Intra collũ et gulam ab intra locatur meri, siue œsophagus, qui descendit a pellicula circundante, os interius vsq; ad stomachũ: & est continuus in ipso stomacho: & de eius substantia: & descẽdit per partẽ posteriorẽ colli cohærens spondylibus vsq; ad quintam spondylẽ dorsi vbi separatur a spõdylibus: & declinat ad interiorẽ, donec perforet diaphragma, & est ex duobus panniculis cõpositus: & tunica interior est musculus longitudinalis per quam fit attractio. In exteriori vero sunt musculi latitudinales: per quos fit expulsio. transuersales vero nõ habuit: quia nõ est ei necessaria retentio. Ex parte vero anteriori versus gulã locatur cãna pulmonis quæ cõposita est ex annulis cartilaginosis ligatis adinuicẽ ligamentis panniculàribus habens a parte interiori pãniculum valde cõiungentẽ illos cartilaginosos annulos. annuli autẽ illi cũ cõiunguntur cum mero, uersus merũ sunt defectiui: & est merus ad modũ cãnę, de q̃ pars quarta esset secundũ lõgum amputata. & postea subtili cooperta pellicula, vt cũ per meri cibus aliquãdo grossus nõ habeat obstaculum: sed panniculus ille cãnæ cedit cibo grosso per locũ meri in stomachum transeunti. Super has duas vias est epiglottis ex tribus cartilaginibus cõpositus. Et ex latere dextro et sinistro istius cãnæ pulmonis sunt venę grossę quæ vo

E cantur organicæ siue guidegi: & sub illis etiã sunt arteriæ magnæ: ex quarum incisione magnum prouenit periculum: & subita mors multoties propter magnã affinitatẽ cum corde: & propinquitatẽ cũ hepate, citius, per eas euacuatur sanguis: quia spiritus exhalat, qui est inter corpus & animã amicabile ligamentum. Guttur dicitur eminentia epiglotti: & latus gutturis, dicitur gula. Nota ꝙ incessus neruorũ, & musculorũ, chordarum, & filorũ ipsarum venarum & arteriarũ, & ipsorum ramorũ per partes capitis procedunt secundũ ordinem capillorũ. In collo vero & gula nerui secundũ eorũ longitudinem ordinantur: & per hoc videre poteris quo modo sit necessarium chirurgo semper incisiones facere secundũ colli longitudinem & gulæ. Et ꝙ vulnera facta per gladiũ ex transuerso sunt periculosiora, quam si secundum longum

F facta fuerĩt, ꝓpter ĩcisionẽ illarũ partiũ ex trãsuerso.

Curatio. Videndũ est ergo de vulneribus istorũ locorum: vtrũ facta sint ab ense, vel similibus: aut sagitta, vel similibus. Q, si ex ense: aut facta fuerunt ex transuerso, vel secundũ longum: si ex trãsuerso, & fuerint incisæ venæ aut arteriæ magnæ, valde est dubitandũ: tamen succurrendũ est fluxui sanguinis, & consolidationi venæ vel arteriæ secundum doctrinã superius in capitulo de fluxu sanguinis traditam. Si autẽ neruus incisus fuerit: conducas partes nerui: & sue nerui pelliculas in sutura uulneris quã facies secundũ doctrinã tibi traditam de pictura locorũ neruosorum: et superpone lumbricos terrestres cõtritos & bullitos cũ oleo ros. & conserua suturam cũ ligatura, & cuncta consequere sicut in supradicto capitulo est ostensum. Si uero esset secundũ longum,

G non est necessariũ nisi suere, & superspargere puluerẽ de calce, thure, & sanguine draconis prædictũ: & conseruare suturã, & puluerem cũ ligatura vsq; ad perfectã consolidationẽ. Si aũt uulnus illarũ partium factũ fuerit a sagitta, cultello, uel telo, et similibus: et fuerit ibi sagitta: extrahe illã leuiter: & si nõ est: vel ea extracta: vide si est ibi hæmorrhosagia: & tunc illã stringe secundũ doctrinam tibi traditã. Si vero nõ est ibi sanguinis fluxus, vide si est ibi dolor: ꝙ si nõ est: sufficit tibi ponere paruã tẽtam: vt teneas apertũ vulnus ꝑ vnũ diẽ: vt videas an carebit omni dolore: ꝙ si caret: dimitte vulnus cõsolidari. Quoniã aliquando accidit ꝙ sagitta vel aliud simile transit per collũ & gulam, & non tangit neruũ: nec venã nec arteriã: & tũc nõ indiget vulnus nisi consolidatione. Si vero esset ibi dolor, vel principiũ inflationis: tunc esset necessa-

H rium totũ vulnus infundere oleo ros. calido: & imponere tentã non nimis grossam intinctã in vitello oui: & oleo ros. calidis: & tenere vulnus sic apertũ, donec saniem faciat, & postea mundificare: & post mundificationem incarnare: & postea consolidare.

*Nota pericula quæ ueniunt propter huius loci uulnera.*

Primũ periculum est si collũ ex transuerso cũ ense inciditur, ita ꝙ incidantur spõdyles colli & nucha ex toto: tunc est mortale. Si nõ ex toto nucha inciditur, sed læditur: est periculũ amissionis sensus & motus: et ad finẽ mortale, nisi valeant medicamina rectificantia nucham læsam, quæ ponentur inferius. Item si scindatur ceruix aliqua ex transuerso, vel aliquis magnus neruus, dato ꝙ vulnus curetur: collum nunquã habebit liberũ motũ. Item si aliqua ex ve

nis

nis organicis quæ dicũtur guidegi uel aliqua ex arterijs quæ sunt sub eis, inciditur: timetur de morte subita propter subitã spiritus exhalationem, et propter affinitatẽ cordis. Item totalis incisio cãnæ pulmonis ex transuerso, vtplurimũ mortale est. Item dicitur ꝙ si venæ quæ sunt post au res, incdãtur, prohibetur generatio. Itẽ inciditur aliquãdo, vel pungitur neruus reuersiuus, qui est sub aure ex vtraqꝫ parte: ex incisione vel punctura, cuius fit perpetua raucitas. Si vero cum sagitta perforentur loca illa, etiam si perforetur, trachea arteria, vel œsophagus: dum modo nõ per medium perforetur nucha: per competẽtia & bona remedia curabuntur.

*Nota modum succurrendi nuchæ læsæ.*

Modus succurrendi nuchæ lęsæ est vt infundas in principio locũ oleo rosaceo: & supra oleum rosꝫ cũ vitello oui ponatur. omnibus modis intendatur ad doloris mitigationẽ: facta sanie, ponatur mundificatiuũ cum confortatione & incarnatione. quod sic fit. Reci. mellis rosati colati, vnc. iiij. ceræ, resinę, ana drac. ij. terebinthinę, drac. ij. thuris, mastiches, ana drac. i. myrrhę sarcocollæ, mũmię. ana drac. s. olei de mastiche, vnc. iij. farinæ hordei, vnc. s. distendatur supra pãnum: et ponatur supra nuchã læsam. Ex hoc enim quanquã semper debeat pręcedere prognosticatio ad malũ, prouenit nuchæ rectificatio, et motus mẽbrorum infra locũ læsum existentiũ melioratio: vltra quod possibile medico videbatur. Forti nanqꝫ naturæ nihil est impossibile: maxime cum per bonũ medicum ex rebus eã iuuãtibus: & ad intentionẽ valẽtibus adiuuatur. Et hic nota ꝙ omne vulnus quod ad substãtiã cerebri penetrat, vel ad nucham, ita ꝙ per nuchæ læsionẽ, motus & sensus in mẽbris aliquibus amittatur: maxime si est a spondylibus renum supra: Et omne vulnus factum in extremitatibus lacertorũ, vt tribus digitis sub humeris & tribus digitis supra cubitũ & infra, vel tribus digitis supra genu vel infra: Et omne vulnus in loco neruoso cũ fortissimo dolore & duritie, iudicãdum est mortale, propter nobilitatẽ ipsius cerebri, & propter affinitatẽ nuchæ cum cerebro, a quo descendit sicut flumen a fonte: & propter affinitatẽ illorum neruorum cum cerebro nucha mediante, a qua procedunt, sicut riuuli procedunt a flumine: quare semper debes in talibus prognosticare de morte: nec tamẽ nisi bene rogatus: et nõ aliter a cura desistas irrationabiliter. Quoniã natura cũ bonis iuuaminibus facit multoties quæ medico impossibilia videbãtur: tales tamen curas nõ diligas: nec nisi multum rogatus: & sic de mortuo te nullatenus intromittas.

*De uulneribus spatularum & brachiorum & manuum: & eorum anatomia.* Tractatus secundi. Cap. IIII.

Os spatulæ quod est vnum ex quatuor ossibus, quæ proueniunt ad formã humeri, est os factũ versus spondyles, subtile & latum: & in finibus cartilaginosum. Ex parte vero superiori habet sicut vnã aciem aliquãtulũ grossiorẽ. versus vero brachium in loco humeri est reductum ad quandã rotunditatem grossam in qua est pyxis quædã: & est totum illud os factum quasi ad formã pallæ cum qua infornatur panis. Ex parte vero posteriori humeri habet quandam eminentiã. In hac pyxide siue concauitate huius ossis, intrat extremitas ossis adiutorij: quod quidem est os

A vnum grossum: & aliquantulũ curuum multũ cõcauum, vt esset leuius: ne grauitate viã lacertorum impediret effectum vel officiũ. hæc extremitas rotunda pyxidem intrat ossis spatulæ: & cum ea ligamẽto forti flexibili & insensibili alligatur. Os autem furculæ pectoris est sic factum.

B



C

In parte inferiori habens additamẽtum quoddam rotundum quod intrat quandã pyxidẽ quæ est in supremo superioris ossis ex ossibus septẽ pectoris. Et vnaquæqꝫ superior extremitas ipsius furculæ ad suum tẽdit humerũ: & coniungitur cum osse spatulæ & adiutorij: ut iunctura humeri sit fortior. Et ad hanc fortitudinẽ perueniunt duo ossa parua quę vocantur rostra

D lia quæ assimilantur rostro corui ad quẽlibet scilicet humerũ vnum quod infigitur inter os spatulæ & os furculæ: sicut cuneus firmans, & tenens locum. Os vero adiutorij in parte inferiori versus cubitũ habet eminentias duas. vna quarum est eminẽtior altera: & sunt ambæ sicut medietas rotulæ cũ qua hauritur aq: quæ quidẽ eminentia intrat quandã concauitatẽ eidẽ in quantitate conueniẽtem: quæ est in superiori parte minoris focilis seu ossis brachij. & ibi coniunguntur mediantibus ligamentis. Brachiũ vero a cubito inferioris duo habet focilia siue ossa: quorũ vnum, scilicet superius quod tẽdit ad pollicẽ de quo dictum est ꝙ cõtinuatur cum adiutorio: & est vnum: aliud autẽ quod est inferius: & tendit versus minimũ digitum manus: & habet in sũmitate versus cubitum vnũ additamentũ rostrale sic factum, scilicet ꝙ superat cubi-

tum per quod fit cubiti acuitas in hora plicatiōis bra-
chij ad interiora: & prohibet ne brachiū possit ad po-
steriora plicari. Ista autē duo brachij ossa sunt adeo ad
inuicē inserta: ꝙ videtur ꝙ minus quodā modo pa-
teat ī maiori ossibus rasetę quæ sunt. viij. quorū q̃tuor
ordinantur, & cōtinuantur cum quibusdā additamē-
tis duorum ossiū brachij prædictorū: & alia quatuor
cōtinuantur cū ossibus pectinis manus quę sunt qua-
tuor: quorū vnumquodq; os, scilicet pectinis conti-
nuatur cū osse primo ex tribus ossibus cuiusq; ex qua
tuor digitis pręter pollicē. Nā pollex tria habēs os-
sa: sicut cęteri digiti cōtinuat suum primū os cum ex-
tremitate superioris focilis, ut sit solus ex opposito cō
prehendens cū alijs firmius, & firmius retinens appre
hensum. Omnia ista ossa: de quibus est facta mētio
in iuncturis humeri, scilicet cubiti rasetæ: & nodorū
omniū digitorum coniunguntur adinuicem median
tibus ligamentis: sicut dictū est. & vestiuntur ossa ista
carne simplici & musculosa secundū ꝙ ad mēbri for
mā pertinet meliorem. Et procedunt nerui magni
& manifesti a nucha: qui quidē nerui cōponuntur cū
ligamentis et carne simplici facientes musculos mouē
tes partes illas: quorū aliqui sunt valde manifesti: et ali
qui sunt occulti: propterea ꝙ in tres partes minimas
diuiduntur. Manifestorum uero quatuor sunt muscu
li in carnositate brachij inter humerū & cubitū. vnus
ex parte exteriori: alius ex inferiori: aliud ex superio-
ri. Cū interior attrahitur, plicatur brachiū ad intra: &
ei contrarius elongatur. Cū autem exterior acuitur,
cōponitur brachium ad extra: & interior elongatur.
Eodē modo per alios duos eleuatur brachium: & de-
primitur. Cum autē animæ præcepto omnes æquali-
ter laborant, brachiū rectum erigitur ad partē aliquā
non declinans: et isti musculi tribus digitis sub hume-
ris iuncti sunt inde chordæ. Et similiter supra iunctu-
ram cubiti, & in adiutorij medio cum carne chordæ
illæ ad eorū compositionem multipliciter diuidūtur.
Infra vero cubitū tribus digitis chordæ illæ quæ car-
ne fuerunt denudatæ, transeuntes per cubitū, iterum
cum carne multipliciter diuiduntur: & alios faciunt
musculos: & taliter fit chordarum denudatio: & mu-
sculorū generatio, donec vnusquisq; digitus particu-
larē habeat si necesse fuerit, suum motum. In vno-
quoq; vero brachio sunt quatuor venæ manifestæ q̃
sicut veniunt ab hepate, et per brachium, disperguntur.
tur. Nā ex vena ramosa quę ex gibbo oritur hepatis,
quæ, vt diximus, in duas diuiditur partes, vnā ascen-
dentē: & aliam descendentē: venit ascendens ad dia-
phragma: & eius aliqua pars per diaphragma disper-
gitur per mēbra pectoris: et alia transit ad subascellas:
& ibi biffurcatur. Et vna pars tendit per ascellā per in
feriorē partem versus cubitū vbi manifestatur, et vo
catur basilica seu hepatica: postea tendit per partē in-
feriorē brachij, & reuertitur ad manū inter digitū mi
nimū & annularem. et ibi vocatur saluatella seu hepa
tica in dextra manu: & splenetica in sinistra. pars au-
tē altera quæ diuiditur ab ista ascellari, tendit per par-
tē syluestrem humeri: & ibi diuiditur. Cuius vna pars
tendit ad caput: altera tendit versus brachium. Et illa
itē diuiditur: cuius vna pars dispergitur per brachiū
multipliciter ex parte exteriori: & vocatur funis: alia
recto tramite tendit versus cubitū, vbi manifestatur
per partē superiorem brachij: & tendit ad manū do-
nec manifestetur iterū inter pollicē et indicem: & vo-

E catur cephalica. Ex ista cephalica ab humero venie
te ex basilica veniente ab ascellari diuiduntur duo ra
mi ad singula singulus: qui adinuicē compositi consti
tuunt medianā siue purpuream. Sūt ergo quatuor:
vt dictū est, scilicet funis brachij, quæ per partē tendit
syluestrē: Cephalica, quæ per partem tendit superio-
rem: Basilica per partē tendens inferiorem. Cōmunis
seu mediana, seu purpurea, seu fusca, quod idē est: quę
componitur ex ramo basilicæ, & cephalicæ, quæ per
partē inferiorem mediā tendit, & manifestatur in bra
chij plicatura. Multas nanq; habent venæ veniētes
ab hepate diuisiones: donec ad diuisiones veniant ca-
pillares: quas quidē diuisiones anatomizando prose-
qui nō est multū vtile chirurgo: neq; diuisio talis ope
ri subijcitur chirurgiæ. Sed sufficit chirurgo scire loca
in quibus venæ magnæ reperiuntur et arteriæ: vt pos
F sit ab ipsarum incisione periculū euitare: & earū inci-
sionibus succurrere cū oportet. Nota etiam ꝙ ad
quodcunq; mēbrum vena tendit ab hepate nutrien-
di causa. Ad id quoq; membrum viuificandi causa, p
uenit arteria. & vbi sunt venæ magnæ, ibi similiter
sunt magnæ arteriæ: & vbi capillares, ibi sunt arteriæ
similiter capillares.

## De vulneribus

Per ea quæ dicta sunt, perpēdi po
test qualiter magna superueniunt
pericula propter uulnera quæ perueniunt in locis spa
tularū, subascellarum, adiutoriorū, brachiorū, & ma
nuum supradictis. Nā si vulnera fiunt in adiutorijs
vel brachijs ex transuerso periculum est incisionis la-
certi: per quod mēbrum inferius mouebatur: & peri-
culum de venę et arteriæ incisione: per quā sanguis re
stringi nō possit per medicū sicut vellet: & si fiat vul-
G nus cum re pungēte: & cadat super chordā quæ est in
extremitate musculi quę vocatur a Gal. tendo, timen
dum est de spasmo: & per cōsequens de morte. Nam
dolor intrat per partē punctam & incisam: & per par
tem non incisam ascendit cerebrū: & sic inducit spa-
smū, chordā illam nociua replens materia. Itē mul
toties accidit ꝙ vulnera quæ fiunt tribus digitis infra
iuncturā humeri: et tribus digitis supra iuncturam cu
biti: & infra vbi est lacertorū finis: & vbi chordę sunt
a carne nudæ: magnū inducunt dolorem: et per dolo
rem spasmū: & per spasmum mortem.

## Cura.

Si vero vulnera fiāt secundū longitudinem
adiutorij & brachij: tunc nō sunt adeo timo-
rosa. Videat ergo medicus vtrū ī his vulnera facta lo
cis sint secundū longitudinem: & tunc partes condu
cat cū sutura si eius ductura cum plumaceolis nō suf-
H ficit: & superaspergat puluerē de calce dictū sæpe: &
cuncta quæ in vulneribus quæ fiunt in carne, fieri di-
ximus: prosequatur. Si vero sunt vulnera ex trans
uerso: & īcidatur aliquis neruus vel arteria vel vena:
tunc procedatur cū strictura sanguinis: et cum sutura
capitum neruorū adinuicem, vel chordarū: et cōser-
uetur patiens a doloribus cū bono regimine, & quie-
te, silentio, & plano: & cum appositione defensiui de
bolo supra vulnus. quod quidē defensiuū & si in alijs
vulneribus obliuiōi tradatur, nullo modo in istis vul
neribus negligatur. Sutura autē cōseruatur cū pul-
uere & ligaminibus & plumaceolis: sicut superius est
ostēsum: hoc autē in loco et in similibus nō negligas.
Et si partibus chordarū & neruorum esset contrariū:
& ꝙ pro hoc essent motus mēbrorum inferiorū debi
litati: quibus seruiebant nerui, vel chordæ: necessariū
est

eſt punctos ſoluere: totumq; vulnus oleo roſa. & oui vitello replere: & ſupra vulnus ponere de eadem medicina: donec ſaniẽ fecerit: & poſtea mundificare, & incarnare: ſecundũ quod eſt ſuperius declaratũ. Et ſi vulneribus in his locis factis calidum ſuperuenerit apoſtema, ꝓcedas vt in primo capitulo ſuperius eſt oſtenſum. Si vero per appoſitionem olei & vitelli ꝙ ad ſedationẽ ponis doloris, ſanguinis fluxus accideret prouocari: ita ꝙ cum ſtricturis adhibitis dolor augmẽtaretur: & oleo & ouo ꝓuocaretur ſanguis: tũc eſſet neceſſarium capita uenarũ et chordarũ ferro cauterizare candenti. Ita tamen ꝙ labiorũ vulnerũ exteriora ferro nullo modo calido tangerentur, niſi cum cauterio facere groſſam eſcharam: & poſtea ponere vitellum cum oleo roſ. vſq; ad caſum eſcharæ: & poſtea mundificatiuum & regeneratiuum: ſicut ordo prius promeretur.

*De uulneribus thoracis, & membrorum in eo contentorum: & anatomia. tractatus ſecundi.* Cap. V.

THorax cõpoſitus eſt ex ſeptem oſſibus: quorũ extremitates ſunt cartilaginoſæ: in quorũ ſuperiori eſt pyxis, in quo figitur furcula gulę: inferius autem habet cartilaginem plicabilem: & iacet ſuper ore ſtomachi. Iſta ſeptem oſſa thoracis adinuicem congregantur per modum appodiationis: & cum iſtis oſſibus ſeptem continuantur ſeptem coſtæ magnæ ex vtraque parte ab uno earum capite: et ab alio capite continuantur cum ſeptem ſpondylibus poſterioribus: & ſunt iſtæ coſtæ curuæ: & vocantur loca, coſtarum a parte anteriori pectora: verſus autem ſpondyles, vocãtur latera. Infra illas ſeptem coſtas ſunt quinq; coſtę diminutę ſeu falſę: quę ex parte poſteriori cũ quinq; cõtinuantur ſpondylibus: ex ꝑte anteriori cum oſſe nõ appodiãtur: ſed cum lacertis ventris: ita ꝙ cedit ab anteriori dilatationi & conſtrictioni vẽtris. Inter primã et ſecundã de coſtis diminutis, hoc eſt inter octauam et nonam incipiendo a ſuperiori cõtinuatur diaphragma: & reflectitur vſq; ad octauam coſtam, ſcilicet primã. Et ex parte anteriori cum vltimo oſſe thoracis: & diuidit nutritiua. Et etiã ex tribus ſubſtãtijs pãnicularibus componitur. ſcilicet ſuperiori: ex quo fit panniculus qui diuidit concauitatem ſuperiorẽ per mediũ: & ex quo creantur pãniculi qui regunt mẽbra pectoris ab intra: & panniculo inferiori ex quo creatur ſiphac: & omnia membra inferiora: et panniculo groſſo medio: per quem fit motus diaphragmatis ad anhelitũ opportunus. In illa aũt cõcaua ſuperiori locatum eſt cor & pulmo.

Cordis autẽ ſubſtantia ex carne dura forti quaſi lacertoſa creata eſt, vt eſſet dura nõ cito recipiens nocumenta. Quare quidam dixerunt illud eſſe lacertũ: ſed non eſt: quoniã lacerti voluntarie mouentur. Cordis autẽ motus naturalis eſt: nec vlla poteſt quieſcere voluntate. Et eſt ad modũ pineę factum in medio pẽdẽs concauitatis ſuperioris: cuius caput anguſtius verſus ſiniſtrã partem aliquantulũ declinat: & eſt in parte ſuperiori latum miſtũ quibuſdam corporibus cartilaginoſis ligamentis: & ibi cõtinuatur cũ quibuſdam panniculis fortioribus omnibus panniculis corporis ipſum circundantibus. Nec ipſum tangũt niſi in parte ſuperiori, vnde habent originem: et ipſum cor defendunt ab exterioribus nocumentis. et habet duos ventriculos. dextrũ ſcilicet & ſiniſtrum. Et ſiniſter aliquantu-

A lũ eſt altior dextro. In medio illorum duorũ ventriculorũ eſt quedã fouea: & vocatur a quibuſdam vẽtriculus tertius ſuper ventriculo dextro & ſiniſtro. Item duo additamenta cartilaginoſa fortia & flexibilia quandã habentia concauitatẽ: & conſtringũtur & dilatantur, & recipientes & retinentes nutrimentũ & aerem ad nutriendũ & temperandum cor: ad dextrũ nanq; ventriculũ venit vna vena ex ramoſa vena: q̃ eſt in gibbo hepatis: quę perforat diaphragma: & portat pro nutrimento ſanguinem groſſum & calidum, vt nutriat mẽbra craſſæ ſubſtantiæ. Et tranſit vena illa per dextram cordis auriculã. Et diuiditur per ipſam cordis ſubſtantiã: reſiduum autẽ ſanguinis ad cordis nutrimentũ ſuperabundat. Et q̃ ſubtiliatur in ipſa cordis ſubſtantia ad foueã mediam digeritur: in qua calefit, & digeritur: & ſubtiliatur, & purificatur. Et ita
B purificatus tendit ad ſiniſtrum ventriculũ: in quo fit ex ipſo puro ſanguine ſpiritus generatio. Qui quidẽ ſpiritus eſt ſubtilior, clarior, purior, & ſplẽdidior omnibus corpalibus rebus ex elemẽtis q̃tuor generatis. Quare quidẽ vergit in naturã ſupracęleſtiũ corporũ: & eſt inter corpus & animã conueniens & proprium ligamentum. Ex ipſo quoq; ſiniſtro vẽtriculo duę oriuntur arteriæ: vna quarũ eſt habens vnã tunicam, propterea appellatur a quibuſdam arteria venalis. & portat ſubtilẽ ſanguinẽ ad pulmonẽ, per quẽ diſpergitur vt ex ipſo ſubtili ſanguine nutriatur. alia autẽ arteria eſt duas habens tunicas: & ab ipſa oẽs oriũtur arteriæ: quæ per partẽ ſuperiorem & inferiorẽ corporis multipliciter diuiduntur: et omnia membra viuificat in tali ſpiritu: quem continent ad ipſa mẽbra per omnes partes corpis delegato. Iſtæ nanq; ſpiritus cor-
C dialis qui per viã quæ dicta eſt, a corde ſumit originẽ, ſicut omnes virtutes: quarum eſt inſtrumentũ: cũ ad ventriculos peruenit cerebri aliã ibi recipit digeſtionem: quæ meretur formã ſuſcipere ſpiritus animalis: et ita cum ad hepar dirigitur, in ipſo formã recipit nutriui: & in teſticulis generatiui: donec omnis ſpiritus omniſq; particularis uirtutis perfectio cum virtutum operationibus coniungatur.

Pulmonis autẽ corpus ex tribus ſubſtantijs eſt cõpoſitum, De carne quidẽ rara: & ramis arteriæ venalis: & ramis cartilaginoſis concauis & pulmonis cannam protendentibus. Canna nanq;, de qua anatomiã ſuperius habuiſtis: & ipſo vulnere in duas manifeſtas diuiduntur partes: quæ per panniculũ diuidentem pectus manifeſte diuidũtur: & poſtea vnaquęq; duarũ partiũ cannæ in partes plurimas diuiditur per
D pulmonẽ. Et arterialis vena ad ipſam pulmõis ſubſtantiã diuiditur multipliciter. Pulmonis autẽ vtilitas fuit, vt per ipſum aeris frigidi nos circũdantis fieret attractio: donec ad cor per ſiniſtrã cordis auriculã ſeu arcam veniret ad ſuã fumoſam caliditatem temperandam in hora dilatationis cordis: & inde fumoſam reciperet cordis ſuperfluitatem in hora conſtrictionis. Erat enim neceſſaria frigidi aeris attractio: propterea ꝙ aer circundans nos in operatione cordialis ſpiritus valde frigidus reperitur: ſine cuius temperamẽto per fumoſam caliditatem cordialis ſpiritus animalis ſuffocaretur. Et quoniã aer circundans nos nõ erat ita purus, ſicut humanus ſpiritus, neceſſariũ erat ꝙ per mẽbrum tranſiret rarum ipſum ab omni impuritate clarificans: quare fuit neceſſarius anhelitus: quia compoſitus eſt ex duobus motibus: naturali ſcilicet qui com

pletur a quibuſdam lacertis naturalibus, & volunta-
rio: qui a quibuſdam uoluntarijs cōpletur lacertis: qꝺ
videri poteſt: eo ꝙ vſqꝫ ad horā poſſumus anhelitū
continere: nō tamen diu: & in diſpoſitione apopleti-
ci: in quo quamuis omnia inſtrumēta voluntarij mo-
tus ſuū perdiderint officium: eo ꝙ omnes principales
cerebri ventriculi oppilantur: lacerti tamen pectoris
fortiter cōmouētur: fuitqꝫ pulmo manifeſtus in duas
partes diuiſus; vt ſi vni parti nocumentum acciderit,
altera totius ſuppleat iuuamentum.

**Prognoſticatio** de vulneribus. vulnera quidem
quę fiunt in thoracis, id eſt pecto
ris partibus, valde ſunt, ſi vſqꝫ ad concauitatem tran
ſeunt, timoroſa: quoniā raro accidit quin aut ſubſtan
tiā tangant cordis, quod nullo modo ſolutionē ſuſti-
net cōtinui ſine morte: aut ſubſtantiā tangant pulmo
nis, in quo quidem uulnera nō ſanantur, niſi ſapientiſ
ſime & citiſſime ſolidētur: aut per diaphragmatis ſub
ſtantiā, quod quidem ſimiliter eſt mortale, maxime ſi
in parte panniculoſa vulnus fuerit, nō carnoſa. Itē
etiam periculoſa: eo ꝙ licet nullū illorum membro-
rum tangatur: & tamen per concauitatē ſuperiorem
gladius tranſeat: fit aliquoties tanta ſpiritus exhalatio:
& cordialis ſpiritus tēperatio: ꝙ ægri hectici vel ante
cōfirmationem hecticę moriuntur. Cor autē vul-
neratum curā non recipit. imo mortem accelerat re-
pentinā: eo ꝙ cor membrum eſt tribuens & nō reci-
piens. omnibus enim donat uirtutibus principiū: om
niaqꝫ mēbra diſponit ad virtutes. Nullū enim mem-
brum virtutē ſuſcipit aliquam: niſi per vitalē virtutē
a corde venientem ad recipiendū virtutes alias diſpo
natur. eſt enim vitæ fons, omniumqꝫ virtutū. Item
cum cor percutitur gladio uel aliqua arteria magnam
habens cū eo affinitatem, ſubito mors prouenit: eo ꝙ
aut prę timore totus ſanguis arterialis cum vitali ſpiri
tu ad radicē componentē redundat, & calorem ſuffo
cat naturalem: ſicut licinij flāmam quando ſibi deficit
oleum vel pinguedo. Pulmo quoqꝫ conſolidatio-
nem nō recipit niſi ante per diſcretum curetur medi-
cum quā vulnus veniens ad putredinem antiquetur.
Nam ſanies nō mundificatur niſi cum tuſſi. tuſſis vul
nus dilatat. Itē pulmo ſemper eſt ī motu: et vulnerata
mēbra indigent ut quieſcāt. Itē pulmo ſanguine nu
tritur acuto & tenui: de quo dicit Gal. ꝙ non ſolū ma
las carnes, ſed etiā bonas aliquando vulnerat, & cor-
rodit. Item medicina conſolidatiua quæ cū ſua ſubſtā
tia terrea et ſtyptica eſt conſolidatiua, nō venit ad pul
monē niſi per viā ualde longam ſtomachi & hepatis,
ſcilicet per venas, in qua quidē via ſua virtute ſtypti-
ca ſpoliatur. Nec obſtat quod dicitur ꝙ tranſglutien
do medicinā multoties aſperitatem cannæ lenit pul-
monis: quoniā virtus aquea & aerea quæ lenit, quæ a
medicina reſoluitur lenitiua ſubtilis eſt: & poteſt per
anguſtos tranſire poros. Sed virtus terrea ſtyptica cō
ſolidatiua non poteſt ad pulmonē niſi per partes præ
dictas plurimas peruenire: quare pulmōis vulnera nō
ſanantur: ſed fiunt empyica: poſtea finaliter moriun-
tur. Diaphragma quoqꝫ reſtaurationē non recipit:
eo ꝙ ſemper eſt in motu. eſt enim inſtrumentū euen-
tans cordi: ſicut folles fabrorū qui in eorum apertura
ſuſcipiunt aerem: & in clauſura illum igni miniſtrant:
& etiam quia eſt membrū panniculoſum carne carēs
ex duobus ſpermatibus generatū: cuius actus tātum
eſt ad anhelitū neceſſarius: quare anhelitus neceſſarius

E vitæ læditur ex ipſius modica læſione.

**Curatio** Vulnera quæcunqꝫ ad concauitatem ſupe
riorem penetrantia ſi fiant ex parte poſte-
riori, magis ſunt timoroſa quā ſi in parte ſint anterio-
ri: eo ꝙ in poſteriori ſit muſculorū & neruorum ori-
go: & locus poſterior ſit ſubtilior & debilior: & pene
tratiōi facilior: pulmoni quoqꝫ ꝓpinquior atqꝫ cordi.
Si autē cor vulneretur, cuius ſignum eſt ſyncope,
& ſanguinis exitus nigri, & extremitatum ſubita frigi
ditas, & ſuſpiria profunda: fuge: mortuumqꝫ iudica.
Si vero pulmo fuerit vulneratus. quod cognoſci-
tur per tuſſim & ſanguinis exitū ſpumoſi et clari, ſub
rubei & multi: ſi vulnus exterius eſt ſtrictū, illud dila
ta. in vulnere aūt pulmonis puluere vtere maſtiches,
olibani, dragagāthi, gūmi ara. fœnugræci, ana. Cibos
da ſorbiles; vt furfuris colaturā cum penidijs: & inun
ge ei ſilētium, & quietē ab omni opere tā animali quā
F corporali: nec vulnus claudas extrinſecū, donec vul
nus pulmonis videris ſolidatum. poſtea vulnus ex-
trinſecum cura.
Si vulnus in diaphragmate fuerit: cuius ſignū pro
funda ſuſpiria, difficultas inſpiratiōis, dolor lateris in
tolerabilis, tuſſis laborioſa: mortuū illum iudica: ma-
xime ſi accidentia ſunt magna. Si vero parua cū cibis
& potibus tuſſim mitigantibus: & cum tenta nō groſ
ſa in vitello oui & oleo intincta. poſtea ad inſtar alio-
rum cura vulnerum.
Cum autē vulnus eſt in caſſum penetrans: & non
eſt ſignum læſionis alicuius prędictorū membrorum
cū tenta in oleo roſa. tale vulnus parumper dilata: &
cum illud mutaueris: caue ne per vulnus aer exeat:
vel ſubintret: ſed ſemper antequam ægrum mutes,
tentam ex parte exteriori groſſiorem, & omnia tibi
G neceſſaria præpara, ne vno momento vulnus habeat
ſpatiū reſpirandi. Nam ex hoc multū fuit ſpiritus de-
bilitatus. & mēbrorum ſpiritualium conueniens di-
ſpoſitionis acquiſitio. oleum roſ. cum oui vitello ſu-
per vulnus imponas: & inde tentā intinge donec vul
nus cōpetenter ſaniē acquiſiuerit. Et tunc omni die ſu
per latus ægrum vulneratum deuolue: ipſumqꝫ tuſſi-
re iube: ipſamqꝫ ſaniē totam ꝑ vulnus euacua: ſi qua
intus fuerit congregata. Et ſi ſanies multa fuerit: &
per vulnus bene euacuari nō poſſit: per vulnus laua-
mentū hoc per inſtrumentū ſimile clyſteri īmitte in-
tra caſſum. Reci. mellis ro. cū roſ. vnc. iij. myrrhæ, fœ
nugræci, farinæ lupinorū, ana vnc. 5. bulliant in vini
dulcis lib. i. & aquæ lib. ij. bullliant vſqꝫ ad conſum-
ptionē tertiæ partis: & colentur: colatura inijciatur.
Supra vero locū exterius a die quo vulnus ſaniē ac-
H quiſiuit, ponatur hoc mundificatiuū ſuper panno di-
ſtenſum. Re. mellis roſ. colati, lib. i. farinæ hordei ſub-
tiliſſimæ, vnc. iiij. myrrhæ, fœnugræci, ana vnc. i. in-
corporentur, & bulliātur lento igne cum bene incor
poratæ fuerint: & tenacitatē aliquam habuerint depo
natur ab igne: & addantur, vnc. iiij. terebinthinę laua
tæ: & cum eis bene incorporetur. Hoc modo lauā
do et cum emplaſtro mundificando tenendo ſemper
vulnus apertū cum tēta: quā hoc tempore oliuarum
intinges oleo: donec ſanies adunata interius, perfecte
fuerit deſiccata: quod cognoſces per virtutis augmē-
tum: per anhelitus bonitatē: & per tuſſis carentiam &
doloris. Si vero hæc omnia faciēdo diſcrete, ſanies
non fuerit deſiccata: tuſſis & dolor nō fuerint mitiga
ti: & virtus fuerit debilis: et ſpes eſt mali: vltra hoc nō
eſt

est aliquid innouandū, sed dei misericordia sola expectanda. Sed dolore perseuerante cū tussi: & cum saniei multitudine: et cū virtute forti: maxime si tumor aliquis in parte posteriori lateris appareat extra inter quartam & quintā costam diminutam, fac incisionē nouā penetrantem donec ad locum transeas saniei: & per locum illum saniem extrahe: & illud vulnus nouū teneas apertum: vetus vero solidari permitte. Et si necesse fuerit per illud nouū vulnus lauamentum inijce: & exterius mundificatiuum appone vsq; ad perfectam saniei mundificationem curam illam continua. Nam multoties accidit pro uulnere penetrāte in parte superiori quasi sanguis & sanies inferius supra reflexionē diaphragmatis adunati. quæ quidē reflexio est in loco qui est inter quintā & quartā costam, quem diximus incidendū. Nec potest sanguis & sanies ad vulnus superius habere decursum: et si incidatur inferius, sanies desiccatur: & æger qui alio modo moreretur, fit empyicus. vulnerū thoracis & pectoris si non sunt penetrātia cura ab aliorū curis vulnerū nō mutatur.

*De uulneribus spinæ seu spondylium: & eorum anatomia. tractatus secundi.* Cap. VI.


Spōdyles colli diximus esse septē: spōdyles quoq; costarū diximus esse. xij. renū aūt spōdyles sunt. v. spōdyles sub renibus sunt spondyles. iij. super locū q dicitur aboratur alahume. Os caudæ cōpositum est ex tribus spōdylibus. sūt igitur oēs spōdyles. xxx. Est. n. spōdylis os in medio perforatū: per qd foramē trāsit nucha. Et habet vnaquęq; spōdylis, q̄ruor additamēta, et quędā habent plura: quę quidē additamēta ad sensualem operationē chirurgicam, nō est necessarium numerare. Sed hi spondyles cum hoc q habent foramen magnū, per quod transit nucha, habent alia foramina lateralia, per quæ nerui exeunt: & venę sub intrant. Vnaquæq; ipsarum spondyliū. xxx. cum sua socia, ligamentis fortibus alligatur: quibus spōdyles omnes firmiter, tanquā esset vnum os, adinuicem alligantur. Et illa tota cōiunctio spondylium a talibus spōdylibus inferius vocatur, dorsum seu spina: & est totius corporis fundamentum.

Prognosticatio de vulneribus. Vulnera quę fiūt in his locis nō sunt propter aliud timorosa, nisi quia raro contingit: quin aut nucha incidatur ex transuerso: quæ quidē transuersalis incisio, mortem inducit propter debilitatē nuchę a cerebro, tanquam fluuius a fonte deriuante: aut propter eius lęsionē: quia licet nō incidatur ex toto: sed tamen par uam recipiat læsionem motus et sensus membrorum inferiorum impeditur: qui per neruos venientes a nucha motū recipiebant & sensum. Currit autē aliud periculū, q licet nucha relinquatur illęsa, spōdyles fortiter uulnerētur: aut origines neruorū a nucha uenientiū lędantur: lōga, quę ab vtraq; pte spinę seu dorsi: a capite vsq; ad caudā distēditur: pūgatur. periculū est spasmi propter causas quæ sunt superius declaratæ.

Curatio tamen istorum locorū non differt a curis aliorum vulnerum, nisi q medico est magis necessariū bona vti prognosticatione: cuiusq; istorum locorum maiori diligentia procurare.

*De uulneribus meri, stomachi, intestinorum, & uentris, & eorum anatomia. tractatus secundi.* Cap. VII.

Dixisse tibi recolimus qualiter meri per collum transeat: & perforet diaphragma cū quo forti A ter alligatur. Cū autē diaphragma transierit circa thoracē, & vnā extremitatē vbi vere os etiam stomachi ampliatur: fitq; stomachi forma talis.



B

Est enim aliquantulū ab vna parte gibbosus: & ab alia magis planus. Qui quidē ex duobus est compositus panniculis. Interior vero villosus & neruosus: exterior planus & carnosus. In interiori panniculo sunt villi lōgitudinales: per quos fit attractio: & adueniūt ei vili transuersales: per quos fit retentio. In exteriori tunica sunt uilli latitudinales: per quos fit expulsio. Interior autē tunica fuit neruosa: vt suā sentiret inanitionē. Exterius fuit carnosa: calidaq; et humida, ut per eā fieret digestio: quia potest digerentis actio peruenire ad rem: quæ digeritur sine tactus occursu. Actualiter autem sensibile non sentit rem tangibilem: nisi cum tactus occursu. Interior autem pellicula ex cibi' succositate nutritur recepti in isto facto. Exterior autem C ex sanguine ab hepate delegato per quandam uenam quæ per ipsius stomachi dispergitur substantiam. Similiter autem creatur zirbus, qui stomachi, & intestina sua pinguedine calefacit. In interiori parte stomachi vbi orificium strictus est, superiori orificio continuatur primū ex intestinis quæ sunt septem: qd vocatur duodenū: eo q est ad mensurā eius, cuius est longum secundū mensuram. xij. pollicum transuersorum: & est ex duabus creatū tunicis: sicut cætera intestina. Secundū intestinum est gracile seu inuolutum. Tertiū est ieiunum, quod semper est vacuū: eo q sit felli propinquū: multum recipiens de cholera qua ipsum euacuat. & q ad ipsum plurimæ tendāt meseraicę, per quas etiam euacuatur. Post istud est orbū seu saccus: quod tantū vnum habet orificiū qd recipit totam fęcē: in quo cōpletur prima intestinorū D digestio: & ad hoc vsq; intestinū quædā continuātur ex meseraicis, quæ recipiunt hunc bonitatis residuū: quod ab alijs fugerat intestinis. Post hoc est colon, quod ex ventris transuerso progreditur: quod fęcem recipit ab omni succositate vtili denudatam. Post hoc est longaon, quod in fine quatuor habet musculos: per quos fit retentio fæcū: & ipsarū emissio voluntaria: cui tantū associatur expulsio naturalis. Omnis nanq; motus intestinorū naturalis est, & sine lacertis: nisi motus duarū extremitatū: meri scilicet & pudibundi: ibi nanq; naturalis motus cū voluntario sociatur. Fuerunt etiā intestina tribus de causis numero plurimo & inuolutionibus multiplicibus. Inuolutio prima, ne foret necessariū animali cibum sumere: et incontinenti ad sellā currere secundū consuetudinē bestialē. Et digestio in stomacho diminuta ītestinis plu-

ribus cōpleretur: & quod ab vno meseraicarū fugit ordine: ab alio caperetur vel cōpleretur. Super stomachum & intestina & zirbum supra dictum ordinatur siphac, qui est pāniculus simplex nō villosus qui generatur, vt dictū est in inferiori diaphragmatis pellicula qui ex parte posteriori continuatur cum dorso vbi suspenduntur stomachus & intestina. In parte vero inferiori generātur de ipso siphace duo didymi qui descendunt super os pectinis: & circundant testiculos: & fiunt inde interiores pelliculæ testiculorum: & per illos didymos transeunt arteriæ & venæ ad testiculos portantes vitā & nutrimentum & materiam spermaticā: & per illos ascendunt a testiculis duo brachij qui sunt vasa spermatis in quibus perficitur sperma: quod per eos mittitur ad virgā. Hęc omnia cōprehenduntur a panniculo carnoso lacertoso qui dicitur mirach: & est venter exterior in quo sunt lacerti, qui iuuant ad exprimendum fæces, ventositates, et vrinam, & partum.

Prognosticatio de vulneribus partiū istarū. Vulnera ergo quæ ad stomachū perueniunt & intestina rationibus sunt pluribus timorosa. vna: quoniā eorum actio corpori nimis est necessaria. sunt enim digestionis primæ propria instrumēta: et eorū officina adeo corpori necessaria, ꝙ sine ea corpus nō potest ullo modo permanere. Si patiatur ergo solutionē continui perit eorum actio nisi cito vulnera solidentur: quod est difficile: et aliquādo impossibile: eo ꝙ sunt neruosa, carneq; carentia: & ꝙ semp in continuo motu manent. Et specialiter quando vulnera caduntin superiori stomachi parte: vel in gracilibus intestinis. Nā si cadant in inferiori stomachi parte carnosa: vel in grossis carnosis inferioribus intestinis: & hęc vulnera paruæ fuerint quantitatis, sæpe per discretum & bonum medicū restaurantur.

Curatio. Cum igitur vulnera locis ī his acciderint, videat medicus si stomachi substantia vel intestinorū fuerit perforata: quod cognoscitur per cibi exitum siue fæcis: & tunc vulnera iudicato mortalia. Si vulnus fuerit in stomacho: et vulnus ventris exterius nō sit latum: amplietur parū: & stomachi vulnus cum acu suatur quadrato, & filo incerato subtili specialiter cum in parte fuerit carnosa. Nā si fuerit in parte superiori neruosa, laborare penitus nō oportet. Facta sutura, pul. superaspergatur consolidatiuus. & uulnus extrinsecū: donec stomachi vulnus consolidatum fuerit, apertum relinquatur. Post eius vero consolidationē vulnus extrīsecū sutura vel aliter solidet̄. Si vero vulnera fuerint ī intestinis inferioribus: & magnæ non fuerint quantitatis: Illud intestinū vulneratum suatur similiter: & fili caput extra vulnus extrinsecum apertū relinquatur: donec intestinum fuerit solidatum. Si vero intestina per vulnus factum in vētre foras exierint: quod sępe accidit: intus cito dum calida fuerint, reducātur. Si uero ab aere alterata fuerit, & inflata: fomententur cum spongia in uino pontico madefacta. Si autē hoc non sufficit: caute vulnus ventris aliquantulum amplietur: vt intestina possint facilius intromitti. Quibus intromissis venter seu mirach cū siphac tali suatur sutura ne si mirach solum cōsolidaretur: et siphac nō contingeret solidari nō remaneret post consolidationē vulneris crepatura. Suatur ergo modo tali: acus triangulata cū filo duplicato incerato a parte figatur exteriori: & perforētur ex vno

E vulneris latere mirach & siphac illis modo debito ordinatis. Demū ab alia vulneris parte ab intrinseca parte ad extrinsecam siphac & mirach coniunctis modo debito perforentur. Itē per latitudinem minoris digiti acus reducatur per partē exteriorē eiusdē partis vulneris ad partē interiorē mirach & siphac similiter perforando. deinde ab alia parte quā primo incepisti: sed modo inferiori ad exterius siphacē perfores, & miracē: et ibi inuenies caput fili quod extra vulnus in principio dimisisti: & tunc duo fila ad extra ex vna parte vulneris firmiter recte ipsa fila inuoluas modis debitis adinuicē retorquendo. Et sic fiat faciendo de duobus punctis vnum nectamen donec sutura totius vulneris facta fuerit & cōpleta: per hanc enim suturam siphac neruosus carne carēs miracis auxilio solidatur. Ita ꝙ post cōsolidationē ibi nō remanet crepatura.
F Super suturā vero pul. superaspergatur consolidatiuus: & cætera fiant quæ supra sæpius sunt ostensa. Q; autem dicitur a quibusdā de appositione cannulæ sambuci: vel tracheæ arteriæ alterius animalis intestinorū sutura, nō approbo: quia nec ꝓpter hoc intestina gracilia solidantur: nec grossis sunt utilia intestinis.

*De uulneribus hepatis, splenis, renum, & uesicæ: & eorum anatomia. tractatus secundi.* Cap. VIII.

HEpatis prima creatio fuit ex duobus spermaticis sicut alia duo mēbra principalia sed sue magnitudinis perfectio fuit ex sang. qui ad cōpletæ carnis duritiē nō peruenit. Est enim ipsius substantia carnosa quasi sang. coagulatus: eo ꝙ chylus ad ipsum perueniens a stomacho in sanguinis colorē & substantiā melius mutaretur. Fuit etiā exterius gibbosum, in-
G terius concauū: vt stomacho posset melius applicari. Est enim caliditas stomacho: sicut ignis lebeti. Habet etiā hepar additamenta quędā: quorum numerus in aliquibus est diuersus. Nam in aliquibus sunt. iiij. in aliquibus sunt. v. in aliquibus sunt tantum tria. De spermatica vero eius interiori materia vna vena in eius sima generatur, quæ hepatis porta vocatur: et ab ista. viij. secundū quosdā: &. vij. secundū alios: & secundū alios valde plures oriuntur venę quę sunt ipsi portæ sicut radices arbori: & dicūtur meseraicæ: quarum aliquæ cōtinuātur cum fundo stomachi: aliæ cū duodeno: aliæ cum inuoluto seu gracili. plurimæ cū ieiuno, & quædā cum orbo seu sacco. Et sunt tanquā sapientes bero accurrentes ad iter. & in itinere de meliori mercimonia deprędantes: purū sumentes & vtile: impurum vero & inutilem relinquentes. Et fue-
H runt plures: & ad loca diuersa itineris ordinatæ: vt q̄ vni euasit ordini, suscipiat ordo sequens. Istæ nanq; meseraicæ bonā mercimoniam quod est chylus, alterare incipiunt, & aliqualē in eo digestionē facere: ut et ipsum ad portā dirigatur alteratam. Ipsa vero porta versus hepatis substantiā: in quo secunda cōpletur digestio: secundū ꝙ in tractatu tertio. de generatiōe humorum erit proprio capitulo terminatum. Illæ vero capillares venæ ad vnā vnitatem veniunt: & venam vnā generāt, quæ ramosa vena vocatur, quæ in duas diuiditur venas secundū ꝙ superius est ostensum.

Istud hepar locatum est ea stomachi dextra parte: ex parte vero sinistra est SPLEN qui secundū suā figuram est longū: & continuatur cum quadā stomachi parte. & cum alia continuatur cū dorso versus costas. Qui quidē duos habet poros. per vnum enim trahit

hit melancholiã ab hepate: ſan. a ſuperfluitate melancholica depurando: de qua ſe nutrit: & per alium orificium stomachi continuũ ſtomacho partẽ mittit melancholiæ: vt eius ponticitate incitet appetitum.

RENES vero creati ſunt duo. vnus a dextris altior: et alter depſſior a ſiniſtris. ſunt de carne dura creati: & ſunt poſiti ab vtraq; parte ſpondyliũ infra coſtarum ſpondyles apud ſpondyles: quos renũ ſpondyles diximus appellari. vnuſquiſq; duorum renum habet colla ſeu poros. vnum ſuperiorẽ: & alium inferiorem: per ſuperiorẽ aquoſitatem trahit ſang. a vena ramoſa: nõ omnino tamẽ a ſan. denudatã: ſed in ipſis renibus eorum dyſcraſiã vtrius ad ipſorum nutrimentũ ſan. trahit aquoſum: & a ſan. penitus aquoſitas denudatur. Quæ quidẽ aquoſitas eſt vrina: & per collũ inferius ad veſicã per venam chylim: quæ a quibuſdã pori vritides dicitur: delegatur.

VESICA vero ex duabus eſt cõtexta pelliculis: quarũ vtraq; eſt neruoſa. & habet in inferiori parte collum carnoſum: quod quidẽ in viris eſt longum qui et cum virga continuũ tranſiens per peritoneon. In mulieribus autẽ eſt curtum & cõtinuatur cum vulua. Ad iſtam veſicã pori continuãtur vritides: ſeu vreteres: & apud collum primã perforant tunicã: & vrina per illud foramẽ intrans motu naturali inter tunicam & tunicã aliquantulũ aſcendit ad ſuperius: vbi interior tunica perforatur: & concauitatẽ intrat veſicæ: quare accidit ꝙ quantum plus vrina veſica repletur: tanto plus interior tunica cũ exteriori ſtrictus cõiungatur. Et quoniã duarum tunicarũ foramina nõ recte ſint oppoſita: nihil poteſt ad ſuperiora de vrinæ ſubſtantia redundare niſi collum eſſet adeo oppilatũ, ꝙ nihil ĩde poſſet exire, et homo magnos ſentiret dolores. quia tũc virtute forti exiſtente, & dol. fortibus aliquando redundat vrina ſuperius: & per os exit aliquando, ꝙ in meipſo propter dol. calculi antequam ſcirem remedia ſum expertus. Collum vero veſicæ vnum habet muſculũ: qui ſuper ipſius orificium dilatatur. qui qdẽ in ſanis voluntaria cõſtrictione retinet vrinã: & in ſui relaxatione foras emittitur cũ ventris auxilio cõprimentium lacertorũ. De FELLIS autem anatomia mentionẽ nõ feci: quia de ipſius vulnere nõ facit noſtra ſcientia mentionem.

Prognoſticatio de vulneribus iſtarum partium. Vulnera ergo quæ fiũt in his mẽbris, dicuntur propterea timoroſa: quia membra hæc omnia aut ſunt principalia ſicut hepar: aut principalibus tali ſeruitute ſeruientia, ſine qua corpus permanere non poteſt.

Curatio. HEPAR nãq; ſi fuerit in ſua profunda ſubſtantia vulneratum totam eius perdit actionem: totuſq; ſan. cõturbatur qui eſt materia ſpiritus: & ſic turbatur ſpiritus qui eſt vitæ, & virtutum omniũ fundamentum: quia animal neceſſario perit. Sed ſi in aliqua ſuorũ additamentorum parte ipſum contingeret vulnerari: per bonũ & diſcretum medicum ad modum aliorũ intrinſecorum vulnerũ poſſunt ſolidari: dum modo curetur cum vulnus recens fuerit: quoniã natura longam ægritudinẽ in membro non patitur principali. SPLEN vero quod eſt membrum ſeruile ſi fuerit in parte ſui aliqua vulneratus, bene curatur: et etiã ſi ex eo pars aliqua fuerit amputata: quoniã reſiduum mẽbri totius officij ſupplet vices: niſi pori ex tranuerſo fuerint amputati: aut vul-

**A** nus nimis durum fieri permittatur. Ex his aliquando peruenit hydrops: vel ſtomachi propterea debilitas communicatur.

Vulnera quæ fiunt in RENIBVS nõ curãtur: quoniã ex ſan. nutriuntur aquoſo conſolidationi cõtrario: & quoniã attrahendo ſemper ſunt in motu: & ſunt via per quã mordax tranſit vrina.

Veſica quoq; conſolidationẽ non recipit vulnerata: quoniã eſt membrorum neruoſum carne carens: & eo ꝙ ſemp eſt in motu: & ꝙ ſemper eſt vrinã continens & recipiens: quæ quidẽ quamuis inter humida corpora iudicetur ſic. tamen nihilominus eſt. hu. corporaliter: & cum hoc mordet, vlcerat, & adurit. hæc omnia ſũmus nouit Hippo. cũ dixit. ueſicã inciſam, aut cerebrũ, aut cor, aut hepar, aut ſtomachus, aut minuta inteſtina, diaphragma, renes, & pulmo: hęc om-**B** nia vulnerata ſunt mortalia. Cum igitur medicus vocatur ad ægrũ, qui eſt in illis partibus vulneratus, nũquid fugiet? Reſpõdeo: ſi medicus eſt in terra ſua: niſi ſit bonis longis temporibus approbatus, & famam bonã: & famam ſuis longis bonis operationibus approbauit, mortale fore vulnus corã ægri parentibus iudicando: & valde rogatus ægro ſemper ſalutẽ promittat. primo tamen ipſum faciat confiteri: de rebus ſuis tanquã moriturus faciat ordinare priuſquam virtus deficiat: et medicus poſtea cũ ſuis bonis operationibus proſequatur: ſicut de cura nullomodo dubitaret. Nã natura facit multoties: qđ impoſſibile medico videbatur: maxime cum fuerit bonis operationibus adiuuata. Nullomodo cõfidat medicus de bonis ſignis quæ circa ægrum plerũq; videntur: quoniã in ſuo ſemper ſit firmus, ꝓgnoſtico mortis, donec per **C** fectiſſime, ſi ſanare debeat, ſit ſanatus. Nam multoties ægri tendunt ad mortẽ: & videntur accidentia quietari omnia: ac plurimum fortificantur accidentia terrefacientia: & conualeſcit. Sed ſi medicus fuerit in terra aliena, de curationibus talibus non recipiat: ſed omnes renuat: neq; ſolum illas, verum etiam difficiles nõ diligat neq; longas: quoniã hęc omnia boni denigrant medici famã: & inuidis donant materiã diffamãdi. Nec contra hoc te vanagloria vincat: neq; cupiditas magni lucri.

*De uulneribus uirgæ et corũ anatomia. tracta. ſecũdi. C. IX.*

GLorioſus Deus & excelſus qui ſciebat hominẽ cõpoſitum ex ſubſtantia hu. prima ſpermatica in qua calor naturalis ad debitam agebat ſiccitatem: quare cauſa erat extinguẽdi ſeipſum per accidens: vt **D** eſt ſuperius declaratum: et ſciebat ꝙ vnicuiq; homini eſt terminus, in quo calor naturalis eius finitur & humiditas: quæ eſt mors naturalis: & ꝙ alij etiã ſunt hominiabbreuiati termini in iuſſu ſuo. voluit eidẽ benigne facere membra genitalia vt, quod ſecundũ indiuiduum permanere non poterat, poſſet ſecundũ ſpeciem permanere. Creauit ergo mẽbra genitalia perfecta, ſecundũ ꝙ erant neceſſaria, dans eiſdem formã & complexionẽ, ſecundũ ꝙ erat neceſſarium ad earũ proprias actiones: ꝙ eſt hominẽ ex homine generare: ſicut ſuperius eſt oſtenſum: & admirabilem conceſſit delectationẽ in coitu: ne animalia coitum abhorrerẽt: ſed multiplicaretur delectatione generatio mediante. Creauit ergo ſupernus Deus in viro membrũ VIRILE: cuius principiũ eſt corpus cartilaginoſum ab extremitate perueniens oſſis caudę cõcauum: ner-

uis, venis, et arterĳs inuolutū pluribus quam sit neces
sariū alĳ eiusdē quātitatis mēbro. Et fuit concauū,
vt spiritu repleatur: in capite caro sensibilis & prępu-
ciū cuius motu iuuatur spermatis emissio. Euenit. n.
ei tensio ex corde tensus: ex cerebro naturale deside-
riū. & humor sang. ab hepate. Et habet duo manifesta
foramina: per vnū procedit vrina veniens a vesica:
per aliud sperma veniens a testiculis. Sunt enim hæc
duo foramina manifesta vera: sed Auic. ponit tertiū:
per quod transit quædā superfluitas quæ insensibili-
ter exit, quādo vir tangit cū manibus mulierem. Sed
hoc tertium chirurgo nō est adeo manifestum.

Duo autem TESTICVLI sunt ex carne glā
dulosa mamillarū simili glandulis generati: quorum
dexter in pluribus est sinistro grossior et fortior: et ue
niunt eis per didymos venæ & arteriæ portantes eis
nutrimentū, & vitā & superfluitatē boni san. puri ex
membris omnibus: quæ dicitur ab Auic. superfluitas
cibi quarti. Generaturq; sperma ex illa superfluitate
sanguinea sumens a testiculis albedinē: sicut lac gene-
ratum ex san. sumit albedinē a mamillis. Continuā
tur quoq; cum eis duobus vasa quæ sunt apud testicu
los latiora. & superius versus virgæ radicē strictiora,
quæ vocantur spermatis vasa. Et dicuntur ab Auicē.
branchi vel barbaki, per quos fit delatio ad virgā: &
per virgam cū est cum muliere ordinata cōmistio ad
matricem. in his enim brachĳs siue vasibus spermatis
forma cōpletur: licet secundū calorē prius alteretur.
Vena vero & arteria quæ veniunt ad dextrū testicu-
lum sunt illa quæ ad sinistrū veniunt fortiores: & ad
ipsum portant san. plus digestum. Omnia ista uenarū
& arteriarum corpora, & neruorū, & spermatis va-
sorum dictorū per duos transeunt didymos qui sunt
de siphacis substantia: vt est dictum.

MATRIX vero in muliere est creata neruosa:
et est sicut virga inuersa cōtra eius collū quod ex car-
ne musculosa, rugosa, sensibili generatur: in quo sunt
in virgine venæ quæ rūpuntur tēpore deuirginatio-
nis: & matricis profunditas est sicut oscheū in viris: et
habet matrix in lateribus sui colli duos latos testicu-
los: cum quibus duo cōtinuantur vasa spermatis quę
sunt spermatis viri vasibus breuiora: per quæ mulie-
bre sperma ad fundū matricis effunditur: cum in ho-
ra cōceptionis cū viri spermate cōmiscetur. Et ha-
bet matrix interius tres manifestas cōcauitates in mu-
lieribus. Et habet venas plurimas: per quas san. ei ve-
nit ab hepate tempore pręgnationis pro nutrimento
fœtus: et per quas tēpore natiuitatis sang. superfluitas
ex omnibus ei dirigitur membris qui tempore men-
struorū emittitur: per quam emissionē corpus ex su-
perfluitatibus expurgatur. & est inter grossum intesti
num, & vesicā locata aliquātulū: est tamen altior quā
vesica quibusdā cum dorso laxis ligaminibus alliga-
tur: vt tēpore impręgnatiōis possit ampliari: partusq;
completo tempore constringatur.

Prognosticatio de vulneribus. quę fiūt ergo vul
nera in locis istis valde verenda
sunt propter eorum subtilem cōpositionem: & eorū
nobilem & necessariam actionem.

Curatio. Si tamen vulnus fiat in virga verili secun-
dū membri longitudinē: aut secundū trāś
uersum: tamen in modica quantitate cū suturis, et pul
ueribus, & cū magna cautela defensiuorum phlebo-
tomia, in diæta tenui curā adhibeas diligentē. Si ve
E ro totaliter ex transuerso accideret amputari: tūc vul
nus esset maxime timorosum propter ipsius uenarū,
arteriarum multitudinem, & neruorum. Aliquando
nāq; prius æger moritur: quā fluxus san. restringatur:
tamen in hoc intende casu dol. mitigare cū olei ro. ca.
inunctione circa pectinem: & perineon: & cum caute
rio candentis ferri totum cauteriza vulnus: & san. cō
stringatur fluxus. Et vt incisi nerui dispositione muta
ta spasmus qui propter dol. accideret, euitetur. strin-
get enim san. super omnia cauterium & dispositionē
incisi nerui rectificat, & coęquat.

Vulnera quoq; quæ fiunt in testiculis, cito corrum
punt testiculos, vel auferunt omnino: quare licet hō
non nisi per errorem sit in mortis periculo: tamen ge
neratio per hoc amittitur quæ propter cōseruationē
est necessaria speciei. Cura tamen illorū locorum a cu
F ris aliorum vulnerū non mutatur.

Matricis vero si telo vel gladio corpus accideret
vulnerari: vulnus esset omnino mortale. Sed si collo
vulnus fieri accideret propter aliquam rē duram in-
trantem vulnerantē, bene curatur dum est recens cū
vnctione vnguēti al. Rasis de cerussa distemperati cū
suc. arnoglossæ. Sed si vulnus ibi accideret antiqua
ri: tunc indiget mundificatione cum iniectione serica
prini vel aqua hordei: & cum iniectione medicami-
nis nominati.

*De uulneribus ancharum, coxarum, crurium, & pedum, &*
*eorum anatomia. tractatus secundi. Cap. X.*

ANcharum ossa continuātur cū ultimo osse spi-
næ: & sustinēt omnia ossa superiora: et inferio-
ribus sunt sustentaculū ossibus, siue suspensoriū. nam
G omnia ossa inferiora dependent ab illis: & ab illis mo-
uentur. ista ossa versus partē posteriorē sunt cartilagi
nosa, subtilia. versus partē anteriorem & inferiorem,
grossiora. Et habet vnūquodq; ipsorum pyxidem
quæ vocatur pyxis anchæ: in quo reuoluitur verte-
brum ossis coxæ, scilicet pars superior ossis coxæ. cū
istis ossibus ancharum cōtinuantur: vt pectoris ossa:
& sunt eorū partes secundū quosdam: secundū alios
dicitur q vnumquodq; ancharū os habet additamē-
ta seu partes. x. Sed in chirurgia pro vno supponitur
in illo pyxide ancharū: seu pyxidibus reuoluūtur ver
tebrorum coxarum ossa: sicut piler ostĳ in cardine: et
ligantur adinuicem illa duo ossa, ancharum scilicet, et
vertebri ligamento duro flexibili & insensibili: quod
quidē ab humoribus ad pyxidē venientibus aliquan
do relaxatur: adeo q sciæ locus, scilicet cōiunctionis
H illorum aliquando resilit: ex causa quoq; exteriori ali
quando dislocatur. Cuius rei perfectā habebis doctri
nam in trac. 4. cum de cura dislocationis tractabitur
huius loci. Os vero coxæ quod in parte superiori ha-
bet additamentum quod diximus est in parte exterio
ri gibbosum: in interiori vero plus latum & est mul-
tum concauū: multam habens medullā, & grossum.
& leue, sic et forte nō ne fortitudo motum impediret
vel grauando. a parte vero inferiori longioris in infe
rioribus ossis extremitas maioris ossis ex ossibus duo
bus cruris intrat pyxidem: ibiq; cum eo: & cum alio
maiore cruris osse fortibus ligatur ligamentis: et fit ge
nu iunctura: cuius ad conseruationē, & a læsionibus
pręseruationē superponitur rotula, quæ vocatur ab
aliquibus oculus genu: ibiq; ligamētis fortibus alliga-
tur. sub illa rotula duo tibĳs ordinātur ossa quorum
vnum

vniim inferius, scilicet maius est altero: minus est in supremo superioremq; seu anteriorẽ aciem facit tibijs, et iunguntur adinuicem: sicut essent inserta. in inferiori vero parte continuantur cum osse calcanei quod sustinet omnia & cum alchaab quod est os per quod completur iunctura: & cum osse quod vocatur nauicula. Raseta vero pedis ex. 4. componitur ossibus decenter adinuicem alligatis cum ossibus illis quatuor continuantibus ossa pectinis: quæ sunt quinque, cum illis continuantur digitorum ossa quæ sunt quatuordecim. Nam vnusquisq; digitus habet ossa tria præter pollicem qui duobus ossibus est contentus. Super hæc omnia ossa veniunt nerui ab vltimis spinę spondylibus qui cum ligamentis & simplici carne illarum partium cõiunguntur: qui motum dant & sensum illis membris ex quibus magni fiunt in coxa musculi: qui iuxta genu tribus digitis, supra a carne diuiduntur: faciuntq; chordas trãseuntes sub genu vbi postea diuersi sunt iterum musculi, donec ad vnũquẽq; veniãt digitum: sicut in manu fieri diximus. Ex venæ vero ramosæ ramo descendente: & ex arteria similiter descendente veniunt venarum & arteriarum rami per partes inguinum quæ manifestantur in poplitis curuatura. & sub genu cũ chordis multipliciter admiscentur: quare locus ille cum vulneratur, est maxime timorosus. Et inde descendunt venæ quibus rami illi ad partem deriuant syluestrem: & supra cauiculam pedis duas manifestas demonstrant uenas: quarum vna vocatur sciatica: altera renalis. alij ad partẽ domesticã seu intrinsecam, et venas suas faciunt alias: quarum vna vocatur saphena: altera vero ventris renalis: & manifestatur inter minimum digitum et anularem pedis: cuius phlebotomia vltimo valet ad cancrænas quæ fiunt in cruribus, & ad malum mortuum, & varrices, & omnia vlcera crurium.

Prognosticatio de vulneribus. Apparet ergo q̀ vulnera quæ in locis fiunt his ex transuerso sunt timorosa propter incisionem neruorum, musculorum, chordarum, venarum, & arteriarum: quorum omnium incessus est secundum crurium longitudinem: ex quorum incisione mala eueniunt accidentia: quæ de corporum illorum incisionibus sunt superius nominata.

Curatio. Vulnera tamen quæ fiunt in illis membris nõ variãtur a curis alijs quæ brachiorum vulneribus et mannuum, vt est ostensum. Vno tamẽ notato, q̀ si vulnera fiunt tribus digitis infra genu uel supra propter illius nobilitatem loci super ægrum aliquãdo mala superueniũt accidentia: quæ per bonum etiam medicum corrigi non possunt donec æger etiam ex paruo illius loci vulnere moriatur: circa quoq; calcaneum et posteriorem partem cura cautissima præbeatur.

A Tractatus tertius qui erit de curis aliarum ægritudinum quæ non sunt vulnera quæ diuersis fiunt membris a capite vsq; ad pedes: quæ sæpe contingunt ad manum chirurgi: & habet tres doctrinas.

## Doctrina prima tractatus tertij cõtinet capitula octo.

*De ornatu capillorum, doctrinæ primæ trac. tertii.* Ca. I.

CAPILLVS ex fumo grosso de materia progrediente viscosa generatus cum calore igneo sicco formatur. Et quãdo fumus ille plurimus B fuerit cum calore: tanto plus multiplicantur capilli, quibus multa accidunt corrigenda. Plurimi quoq; ipsorũ desiderãt ornatũ primo nãq; de ornatu. deĩde ad alias ęgritudĩes aliq̃s descẽdamus.

Si ergo capil. vis facere longos, dissolue parum sinapis in aqua decoctionis bletarum: et laua sæpe: post lauationem vnge, oleo cõmuni.

Si capil. flauos facere volueris medicamẽ facias ad hoc probatum. Reci. myr. vnc. iiij. lupi. ama. vnc. vi. alexanci, quod est flos salis: fęcis vini combustæ, ana vnc. iiij. terantur, & dist. cum lixiuio facto de cinere vitium: & de eo vngantur in sero capilli post bonam ablutionem cum dicto lixiuio.

Si vero albos. Recip. stercus hirundinum, & enulã siccam, & orobum quod appellatur in gallico vicia, C & semi. rapha. & sulph. & florũ cappa. & thuris: hæc omnia terantur & cum fel. boui. & ace. incorporentur: de quo vngãtur capil. post suffumigent̃ cũ sulph. quod postquam sic factũ fuerit vicibus pluribus, vngatur sæpe cum oleo sambu. quod fit de floribus albis sambu. positis in oleo cõmuni al. sicut fit oleũ ro.

Si vero capil. extremitates a corrosione conseruare volueris & scissura: ipsosq; planos & suaues facere, quietem inducas & balneum: & ciba ægrum humectãtibus bonis: & ex aqua mista cũ oleo sępe vnges. Si hoc non sufficit, vnge cum mucil. se. lini, & psillij.

Si crispos ipsos desideras. Reci. fœnugræci, myrti: se. raph. galla. gũmi ara. calcis vi. ablutę, & siccæ, ana terantur omnia: & misceantur cum lixiuio de cineribus vitis: & de his fricentur capilli.

Si vero vis a casu capil. conseruare. Recip. ladani, D vnc. i. & soluatur in vnc. iiij. olei myrti de quo vngãtur capillorum radices.

Si vero ne cani fiant conseruare uolueris: tunc est necesse ab his quæ phlegma generant abstinere, & a fastidio, a piscibus corruptis, a uino putrido: & phlegma cum trochis. nostro de turbith sæpe purgare: uino bono forti, & pauco uti: salsamentisq; subtilibus cibaria condire: hac uti tryphera: q̃ Re. myrabo. keb. indo. embli. & belli. ana partes æquales. terantur: & cum oleo amygd. diu distemperentur: postea conficiantur cum optimo mel. al. & magdaleones fiant. Et sumatur ad quantitatem nucis omni mane.

Capil. vero vngantur cũ cani fuerint, aliq̃ de pręd ictis tincturis. Q. si canos vel al. capil. nig. desiderares habere sicut Gręci habere desiderant, & Hispani: fiat

hæc vnctura quæ sunt fol. myrti, fol. papa. rufi, capil. ve. cyperi, spicæ, se. bletarũ, et apij, ana drac. i. bulliat in li. iij. aquæ vsq; ad. i. coletur. Colaturæ addatur li. i. olei viol. Et bulliat in duplici vase, donec aqua totaliter cõsumetur. deinde addatur cũ oleo, vnc. 5. acaciæ, vnc. 5. cineris facti de pineis a quibus nuclei sunt extracti: reponatur: & ex eo vngantur capilli, quos rigidos facere desideras atq; nigros.

*De alopecia & tinea. doctrinæ primæ. tractatus tertii.* Cap. II.

Qvamuis nomina sint signa quoquo modo rerũ: nomina tamen synonyma ęquiuoca medicum ducunt sæpius in errorẽ: propterea sicut alias dictũ est: tutius est rẽ per causam eius essentialem cognoscere, quã per nomen. Alopecia nãq; a diuersis diuersimode sumitur: nã loquẽdo cõmuniter, omnis capil. amissio vocatur alopecia. Stricte vero dicitur alopecia quædam leprę species quæ corruptione phlegmatis generatur: in hoc autẽ capitulo tractatur alope. quæ tantum capiti est propria. alopix grę. vulpes est lat. Quoniã ergo vulpibus in quodã anni tempore accidit depilari: ideo casus capil. alope. nũcupatur. Tinea quoq; similiter casus proprie dicitur capil. a tinea quæ est vespertilio, quę sicut in alis caret pil. sic etiã tinea pilis caret. Tamen chirurgi faciunt inter tineã & alope. differentiã: quoniam tinea, vt dicunt, est corruptio manifesta: crustosa. s. & vlcerosa, siue humorosa fuerit, siue sic. sed alope. dicunt vbi capil. cadũt absq; cutis vitio apparẽte. quidqd tamen fuerit in curis valde conueniunt. Differunt hęc & illa secundũ difficultatem & facilitatem curationis.

Cura alopeciæ quæ est sine cutis vlceratione: nã in alope. quæ sine cutis est vulnere quæ alumen prouenit in si. ægritudinũ propter capil. nutrimẽti defectum, aut propter pororũ apertorum, nõ est necessarium nisi ciborũ bonorũ augmentatio: & cõmunis nutricatio cum cibis bonis bonum generantibus san. capitisq; fricatio cum mantilis: & vngatur cum oleo myrtil. Si vero hoc nõ sufficit: fricetur fortiter, donec locus rubeat. postea cum corticibus fricetur, donec incipiat vesicari. Cum autem vesicæ apparuerint, vngatur cum adipe anatis. sic multum valet.

Causa & signa alope. quæ est cum cutis vlceratione. Si vero propter hu. fuerit malitia: qd' cognoscitur in alope. non vlcerata: quoniam curę prædictę leues non valent: & quia vtplurimum in hu. corrup. cutis vlceratur. vide quis hu. peccat ex corporis totius habitudine, & loci colore, & dispositiõe. Vt si patiens fuerit carnosus delicatus: & si oris habet dulcedinem: pustulæ quoq; in eo apparẽt rub. vrina fuerit ru. & spis. ætas fuerit iuuentus, vel infra: si cibaria comederit san. generatiua, vt bonas carnes, & vinum: si vlcera quæ sunt in cute, & cutis, fuerit ru. saniosa, hæc omnia demonstrãt san. abundare. Si vero corpus est macrum: & venę sunt manifestæ, color ruf. vel citri. oris est amaritudo, & siccitas, & sitis cõiũctiua oculi citrina ignea & tenuis: & habet fastidiũ, & paruum cibi appetitum: color loci est citrinus: vlcera sic. & dolorosa: signum sunt choleræ. Sed si corpus fuerit subalbidum, venæ graciles: ægerq; fuerit piger & quietus, multum abundat saliua, vnctuosa, vrina al. vel pal. & spissa: sitis paucitas, & tarditas, fuerit
E albus & mollis, & humiditatis multæ, sine incendio, & calore: signa sunt phlegmatis. Q; si color cutis fuerit fuscus, & macilenta fuerit habitudo, vrina fuerit palli. tenuis vel subnigra vel viridis, & tenuis vel fusca, fortem habet appetitum, san. habet nigrũ & spissum: & regimen fuerit præcedens ni. cholerę generatiuum: vt vsus carnium vaccarum, & capra. car. lentium & similium: locus ægri liuidus cum quadam sic. duritie: signũ est melancholiæ: licet melancholia raro facit hãc ægritudini. nisi quando valde corrumpitur: & tunc est peior cęteris.

Curatio. Cum ergo cognoueris quis humor peccauerit: prius hu. illum euacua: quia hęc est generalis regula: vt dicit Gale. prius oportet vnamquanq; causam abijcere: et hoc in casu tibi ponam doctrinam euacuationis cum paucis probatis medicinis
F securis: vt si in locis pluribus excusatus. Nec dicant sapientes medici qui de hoc me rogare sunt dignati labore: ꝙ ego transiuerim metas, si libro isto laxatiuas posui medi. quoniam liber iste nõ solum est pro professoribus compilatus: verum etiam pro quibusdam pauperibus, & quibusdã chirurgis cum manibus bene scientibus operari: quos meus liber multos poterit adiuuare. Scias ergo ꝙ plenitudo corporis quæ indiget euacuatione: aut est secundum vasa: quia vasa, id est venæ non possunt amplius continere: aut est secundum virtutem, quando scilicet vnus abundat humorum, per cuius abundantiam cursum transgreditur naturalem: cum igitur plenitudo secundum vasa fuerit, vt omnes humores abundant, semper est necessarium incipere a phlebotomia: si virtus & ætas & consuetudo permiserint, vel a scarificatione si virtus
G esset debilis: post modum alij purgẽtur humores. Q; si fieret in hac error: quia per medicinam prius purgans, non multos transeas dies, quin phlebotomes. Si vero solus san. abundet, sola phlebotomia sufficit. Si vero hæc cum medicina solueres: vel in primis: & nõ phlebotomares ante: vel postea cito: non esses securus quin medicina laxatiua febrem specialiter, si calida fuerit, generaret.

Cholera vero purgetur cum hac medicina secura, Reci. viol. vnc. i. prunorum numero. xij. sebestẽ. xv. iuiubas. xx. coquantur in. iij. lib. aquæ vsq; ad vnam, coletur: & in colatura resoluatur casiæfistulæ, vnc. i. tamarindorum, mannæ, ana vnc. 5. bulliant duabus vndis: & coletur: & colaturæ addatur in sero, vnc. 5. myrobalanorum citri. pul. drac. i. reubarbari. In crastino summo diluculo calefiat: & coletur: colatura il-
H la distemperetur cum vnc. 5. zuchari. rosa. & offeratur. Vel sic. Reci. tamarindorum, mannæ, medullæ casiæfistulę, ana vnc. 5. myrobalanorum citri. vnc. ij. omnia coquantur in lib. i. & . 5. aquæ vsq; ad lib. 5. Coletur: & colaturæ addatur, unc. i. zucha. rosa. & bibatur. Vel cum his pilulis. Re. aloes succotrinæ optimę hepaticę, quod secundum ueritatem est idem, ana drac. i. myrobalanorum citrinorum, & indorum reubarbari, ana drac. ij. scamo. quartam partem, drac. 5. fiant pilulæ cum syru. uiol. & sit una bona dosis pro forti uiro. Item aliæ pilulæ purgantes choleram puram. Re. myrobalanorum citri. unc. i. scamo. coctæ, scrop. 5. masti. gra. iiij. terãtur & cõficiãtur cũ suc. barbę iouis: et sit dosis una. Hoc notato ꝙ qñ uis hũorẽ cholericũ purgare, semp fiat humorũ ꝑparatio cũ oxyzac.

oxyzac.& cum cibis humidis & fri. & requie.
Humorē aūt phlegmaticū eūa cū trochiſ. familiari
nr̃o q fuit bōę memoriæ Magiſtri Guil. de Salicero, q
R. turbith al. gūoſi, carnoſi, cānelati, abraſi, drac. i. &
ſcrop. i. diazigiberos, drac. ij. īcorporētur adiuicē: et
fiat vnus trochiſ. cū minimo ſyr. ro. Dia zīgiberos
cū quo turbith admiſcetur: et qđ eſt bonū ad cōfor-
tādum ſtomachū: & ad digerēdum humores, ſi ſuma
tur omni die ſine admiſtione alicuius laxatiui. Re. zin
gib. al. & raſi. vnc. i. liquir. raſæ, drac. iij. gariophyl.
cardamomi, nucis muſ. gra. padiſi, añ. ſcrop. ij. zuch.
albiſ. lib. ij. fiat electuariū nō nimis coctū. Vel cū his
pilulis, quæ ſunt Raſ. Re. pul. picræ, turbith electi, ana
drac. x. pul. colocyn. drac. iij. & ſcropu. i. terantur, &
cribellētur, & cōficiantur cum oleo amygd. & pilulę
fiant, q̄rū doſis eſt a. drac. ij. uſq; ad. ij. et. ʒ. Puluis pi
crę, q has intrat pilulas: et eſſet bonū ſi ſumeretur p ſe:
& eſt cōis: & in eo cōueniunt Raſ. et Auic. Re. pul. ro.
ru. & maſt. ſpicæ nar. cinamo. carpob. xylobal. xylo-
caſiæ: aſari, ana vnc. ʒ. alo. boni duplū oīum. Si ve
ro materia phlegmatica eſſet admiſta cū cholera, ad-
de prędictis pilulis de turbith, ſcāmo. ana drac. ij. et. ʒ.
ſtœchados arabi. dra. v. reduc turbith ad. dra. v. vbi
dicebat̄. x. & habebis cochias Raſ. q̄ ſunt optimę, et di
uerſos purgāt hu. in capite exiſtētes. Et vnū dico ꝙ
nō vidi medicinā laxatiuam in qua iſta duo cōcurrāt
potentia. ſ. laxandi: & ſecuritas exhibendi: qm̄ ſi ſcio
medicinam fortiorē, nō eſt ita ſecura: & ſi ſcio ſecurio
rē, non erit ita potens. Melancholia vero purgatur
cū hac leui medicina ſępe data. R. epithymi, vnc. i. bul
liat duabus vndis in lib. i. ſeri caprini: et ſic ſtet per no
ctē, mane calefiat diluculo: & coletur, & bibat̄. Vel
cū decoctione de epithymo Raſ. q̄. Re. myroba. indo.
drac. x. polypo. drac. v. ſene. drac. viij. turbith qđ eſt
bonū ad cōfortandum ſtomachū, dra. iij. ſtœchados,
drac. x. paſſularū enucleatarum, drac. x. oīa hęc coq̄n
tur in lib. iiij. aq̄ ad. vnc. xv. deinde addatur epithy.
drac. x. et bulliat vna vnda: & deponatur ab igne: &
cū infrigidatū fuerit, coletur: et colaturę addatur zuc.
ro. vnc. i. et bibat̄ diluculo. Si uero fortius vis opa-
ri. da primo ante p horas. iij. has pilulas: q̄. R. alo. dra.
i. ſalis indi. drac. ʒ. agari. ſcrop. ij. ellebori ni. q̄rtā ptē
vnius drac. fiant pilulę cum melle: vel ſyru. ſimplici.

Remedia localia. Factis cōpetentibus purgationi-
bus ſecundū locū ſic procede. vide ſi fri
catiōes et leuiora medicamina quæ dicta ſunt ī capitu
li principio, tibi ſufficiunt in alopecia ſine cutis vlcera
tiōe. ſi ſic, bene quidē. ſi nō: oportet vt adhibeas for-
tiora. R. ergo ſpumę maris quæ eſt una ſpecies ſpōgię:
ſed eſt ſubtilior, albior, & aſſimilatur pulpę colocyn.
drac. x. baurach, & eſt nitrū, ꝓ quo ponimus ſalis gē-
mę: ſulphu. euphor. ana drac. ij. ſtaphidis agriæ, cātha
ridū, ana drac. i. hęc oīa terantur: & cū oleo veteri mi
ſceantur: & fiat capitis inunctio. Si vero uis circa lo
cū depilatum fortius operari, maxime indicē, R. olei
de ben. vnc. i. cantharidum ablatis capitibus & alis.
drac. iij. piſtētur cantharides parū. ponantur in oleo ī
phiala cū oleo & cantharidibus. ponatur ſuper lentas
prunas: vt lēte bulliāt: & ſemper cū ligno agitetur do
nec fiat ſicut unguentū. aromatizet̄ cū muſco: de quo
vngatur caput. facit. n. caput veſicari: et naſcuntur ca
pilli. Attende ꝙ aliq̄n propter medicinam ubi ſunt
cātharides, accidit tm̄ incēdiū, ꝙ bene tolerari nō po
teſt: & aliq̄n tale incendiū inducit feb. & aliq̄n inducit
vrinę ardorē, & impedimentū virtutū, vbicunq; po

A nantur. in primo caſu ſuccurratur cū inunctione vn-
guēti albi de ceruſſa dicēdi in antidotario. in ſecundo
caſu ponas ægrū in balneo particulari ab vmbilico in
ferius: in quo coquātur folia maluarū, viol. ebulorū,
ceraſarū. Alopeciarū ſeu tinearum alia eſt curabilis:
alia incurabilis. Si. n. cutis iā fuerit perdita: & nata eſt
cutis alia dura: nō eſt laborandū: quia ſuper illam cu-
tē pilus nō oritur. Itē ſi cutis fuerit cū pice calida ni
mis tecta: vt dura facta fuerit & calloſa: nihil ſimiliter
ei cura prodeſt. Si vero nō ſic: ſed fuerint ibi puſtu
lę calidæ ſanguineę: cutis quoq; humoroſa videt̄: tūc
eſſet optimū cutē ſcarificare capitis: et cum illo calido
ſan. caput lauare: & poſtea cū folijs caulium vel vitiū
totum caput cooperire: et poſtea cū oleo nucum, vel
chamomille calido ungere, donec totū caput ſit bene
vlceratum cū his oleis, & folijs fuerit bene fricatū: &
B tunc incipiat deſiccare cū his deſiccantibus medicinis,
Re. argillā ru. bene ſuauē omni carentē ſabulo uel lapi
de: et diſtēpera cū ace. forti ſicut vnguētū: de quo ca-
put vnge. Itē. R. argillę ru. par. ij. ſulphu. vi. cineris
corti. cucurbi. ſiccarū: pulpę colocyn. ana par. i. tēpa
cum ace. vnge: iſtud plus deſiccat: & multū valet ad
oīa capitis vlcera calida: et ad oēs puſtulas in capite et
facie. deſiccat. n. & cōſolidat. Si vero materia mul-
tum eſſet corrupta: & eſſet ibi multus ardor, & calor:
prius mitigetur incēdium cū vnguēto de ceruſſa Raſ.
quo totum vngatur caput: et ſupra vncturā ponatur
pānus lineus in ſuc. craſſulæ mi. madefactus, donec to
tum reprimatur incendiū. poſtea vngatur cum oleo
viol. totum caput: & cooperiatur cū folijs bletarum,
donec cutis ſine incendio bene fuerit humectata. po-
ſtea cum ſupradictis deſiccantibus cōſolidetur. Itē
C fit aliter cura tineę nouæ. Re. abrotani agreſtis, erucæ
agreſtis, fumiter. lapathij acuti, artemiſiæ. aň. M. i. hæc
oīa bulliāt in oleo donec herbæ fuerint aſſatæ: de illo
oleo caput pluribus vngatur diebus: poſtea ſupſper-
gatur pul. factus de ſtaphide agria et elleboro al. p vn
ctionē. n. huius olei materia de cute educitur: et per fri
cationē pul. deſiccatur. Si materia fuerit phlegmati
ca, & in cute magna fuerit corruptio, & cutis vlcera-
ta valde fuerit & cruſtoſa: lauetur caput cum aqua de
coctionis maluarū: & vngatur cū oleo chamomil. &
de nucibus ſimul miſtis. Et poſt unctionē folijs coope
riatur caulium. & ſic diebus fiat pluribus: donec cutis
plus ſolito fuerit vlcerata. deinde fricetur fortiter cū
cepe, donec ſentiat fortiter incendiū: & cutis ru. fiat.
Deinde lauetur cum lixiuio facto de cineribus vitiū ī
quo diſſoluta ſit fæx vini cōbuſta: poſt fricationē ca-
D put totum cū hoc vnge pſilothro: qđ capillos remo-
uet: & locū deſiccat. R. calcis vi. vnc. iij. arſeni. vnc. i.
alo. vnc. iij. fiat pul. et incorporetur cū aqua feruentiſ
ſima. Quando volueris operari: remotis capillis cum
pſilothro: redi iterum ad lauationē prædictā cum lixi
uio prædicto: & fricationē cum cæpe & fæcibus com
buſtis donec materia penitus deſiccetur. Poſtea ad
capillorū regenerationē & cutis perfectā mundifica-
tionē & cōſolidationē vngatur locus cum vnguēto
qđ ſic fit. R. cineris capillorū huma. vnc. i. fęcis olei de
ſe. lini: vel pro eo de nucibus, mellis deſpumati, ana
vnc. iiij. myr. vnc. i. ſulphu. vi. vnc. ʒ. ſtaphidis agrię,
vnc. ij. euphor. vnc. i. fiat vnguentum. Si materia
fuerit melancholica: intēdas in principio plus ad mol
lificandum & humectandum cutem cum lauatione
cum aqua decoctionis fol. violarum, & fumiter. &
cum vnctiōe olei viol. donec materia mollificata fue

rit: & cutis fuerit humectata: ægrūq; cibis rege humidis: & in aqua dulci balnea: post intende ad desiccandum cum medicinis desiccantibus supradictis.

Medicamē Gal. probatū ad tineam, & vlcera crustosa in capite: & ad pustulas q̃ dicūtur saphati, ad impetiginē, & morpheā, & capillorū casum, & ad oēm scabiē vlcerosam. R. gallarum. drac. iij. se. cicutę, dra. ij. baurach. ꝓ quo ponimus salis gēmę, drac. i. & quartam par. drac. i. colocynthidos, ęris vsti, sulphuris viui, ana drac. ij. &. ſ. arsenici ru. aristolo. rot. ana dra. ij. ammo. lithargyri, ana drac. i. capis venarū citrinarū: et est cucurma: et dicitur in gallico terrenūta: ꝓ q̃ ponimus lūbricos terrestres assos, fisti siccę, radicis cānæ siccę, floris ęris, alu. fixi, rosarum, myrrhę, aloes succotri. olibāi, ana drac. ſ. picis liquidę: foliorū oliuæ: fellis vaccini, ana drac. i. &. ſ. Terantur oīa subtilissime, & cōficiantur cum aceto: et ponatur ad solem in vase uitreo vel terreo interius vitreato: & agitetur cū spatula, donec recipiat formā vnguēti: de quo vngatur caput, donec perfecte curatum fuerit, & sanatum.

*De saphati, & furfuribus, doctrinæ primæ tractatus tertii.* Cap. III.

SAphati sunt pustulę paruę q̃ nascuntur in capite, & fronte, & facie puerorū maxime, & mulierū, & quorundā virorum humidorum: quæ humorem emittunt subtilem: & faciunt aliquando crustas.

Curatio. Ad cuius curā est optima medicina prius dicta de cinere cucurbitę, si pistetur cū argilla. pueri uero curantur, si nutrix abstineat a salsis et acūtis, & a forti vino: & si puer balneetur in aqua decoctionis florum chamomillę, rosarum, fœnugræci. & locus vngatur cum oleo chamomillę.

Furfures sunt quędā squamę: quæ per adustionem humorū in cute proueniūt. q̃ cū caput fricatur cum vnguibus acutis, remouētur: & cutē inficiunt: q̃ aliqn̄ sunt leues, & paucę: remouētur cū abrasione capillorū, & cū vnctiōe serotina de oleo de oliua, & cum ablutiōe multę aq̄ calidę. Qđ si nō sufficit, vngatur caput cum vnguēto facto de farina ciceris, & semi. maluauisci, tēperata cū aceto. Si vero per hęc nō remouētur, hoc vngatur vnguēto. Re. farinę cicerum, drac. iij. farinæ fœnugręci, sulphuris viui crossi, sinapis, ana drac. iiij. cōficiantur cum aceto & aqua.

*De pānis, cossis, & gutta rosacea, & de lentiginibus, & cicatricibus uulnerū, doctrinæ primæ, tracta. tertii.* Ca. IIII.

PAnnus est quædā superfluitas maculosa coloris liuidi qua facies maculatur: quę vtplurimū accidit mulieribus pręgnantibus, & quibus menstrua retinētur: quorū alius est antiquus & alius nouus: & quāto magis est antiquus: tanto maiori participat nigredine: & semper fit ex materia melancholica, quam virtus expulsiua mittit ad cutem.

Curatio. Ad cuius curam est in principio a materię melancholicæ purgatione cū decoctione cū epithymo, & sero caprino semper inchoandum dimissione cibi sanguinē melācholicum generantis. deinde accipiatur in nouo pāno semē raphani, amygdalarum mūd. farina fabarum, semen melonis, & cucurbitę. oīa pistentur, & tēperentur cum aqua, in qua dissoluatur parū croci, & parum mellis fiat sicut vnguētum: de quo facies inungatur sero, et mane lauetur cū aq̄ furfuris. Si vero pānus fuerit antiquus & fortis, fiat vnguentū cum semine erucę: cū argēto vi. extincto cū saliua, pipere, & nitro, & distēperatis cum oxy

E melle. aliquando enim est necessariū in loco ponere sanguisugas: et postea inungere puluere catapucię, staphidis agriæ distēperatis cum melle. Item medicamen ad pannum, & derbendas, & serpiginē, cui nō est par, & cossas. Re. argenti viui. drac. i. gummi amygda. drac. ij. Incorporentur adinuicē pistando donec nō appareat argenti viui vestigium: & adde seminū melonis mundatorū, drac. iij. Et omnia pistādo incorporentur. de hoc inungatur facies in sero. Mane vero lauetur cum aqua īfusionis vio. siccarū, & cantabro.

Curatio lentiginū. Lentigines uero curantur cū fortiori purgatione, & cum fortioribus medicinis de his quæ supra scribuntur ad pannum.

Cosse sunt pustulæ paruæ q̃ nascuntur in facie, maxime circa nasum: et faciunt locum rubeum: ad qđ valet vltime ista medicina probata. Re. sulphu-

F ris viui, vnc. i. teratur, & cribelletur subtiliter per sindonē: & ponatur in lib. i. optimę aquę ros. in vase vitreo: cuius orificium obturetur, & suspendatur ad solem in mense iulij & augusti per. xl. dies: & omni die vas moueatur. de illa aqua loca inungātur lęsa. Ad hoc etiam multum valet humorum adustorum purgatio, qui purgantur cum medicinis choleram purgātibus & melancholiam.

Gutta rosacea. quę est cutis mutatio ī rubeū fit ex adustione cholericorū humorū circa cutē pendētium: ad quod valet humoris salsi purgatio. Et hoc locale remedium. Re. lithargyri, auripigmēti, sulphuirs viui, viridis ęris, ana vnc. i. pulueris paruorū suricum, siue muriū combustorum, quantū est medietas totius. hoc vltime pulueriza: et cum duabus partibus succi trifolij, et tertia axungię porci recē-

G tis nō salitę, fiat vnguentū. & vnge in sero: et mane laua cum aqua decoctionis quatuor se. fri. cū pauca cāphora: & absterge. Deinde vngatur cum oleo tartarino: quod sic fit. Re. tartarū vini al. & pulueriza: & distēpera cū aceto ad modum pastę, pone in pāno lineo: & illū pannū inuolue in stupis madefactis in aceto: et pone sub cineribus calidis, vt bene comburatur stupa. postea ponatur tartarū in cortice cucurbitæ: & fiat foramē inferius: & qđ distillabit, erit oleū tartarinū. Quidam autē ponunt sub diuo: et quidā distillant per alembicū: sicut aqua ro. distillatur: ista medicamina cutē maculosam excoriant: & maculā remouent: residuum curatur cum medicinis prædictis ad pānū.

Cicatrices vulnerū, subtiliantur & remouētur cū lithargyro nutrito: quod est optimū ad multa. Remouet enim maculas, & cicatrices subtiliat:

H asperitatē remouet palpebrarū, carnem mollē consumit de vulneribus, & vlceribus, & carnē bonam generat in antiquis, fit autē sic lithargyrus nutritus. Re. lithargyrū, tere fortiter in mortario: & adde de aceto parū. deinde de oleo ro. postea aceto. deinde oleo ro. & sic facias donec augmentetur: & in forma vnguenti deueniat. augmentatur enim adeo, ꝙ ex. i. vnc. lithargyri cum oleo & aceto: ad vnguenti librā perueniat quantitatē. Item adeps anatis, fermentum, diachylon. hæc omnia cicatrices rectificant singulariter vel coniunctim subtiliant vel rectificant.

*De pruritu, & scabie, doctrinæ primæ tracta. tertii.* Ca. V.

PRuritus et scabies fiūt semp de salsis hūoribus, q̃s abhorret natura, et ad cutis supficiē eos expellit.

Causa Et accidunt qn̄ nutriētia comeduntur salsa et multū acuta; & vinū bibitur purū & forte.

Et

Et accidunt eis qui laborãt, & vigilãt, & balneo parũ vtũtur, & raro pãnis lineis mutãtur: et eſt de ęgritudinibus cõtagioſis, qa de vno trãſit ad aliũ. Hęc ęgritudo quanquã per aliquos dicatur alia ſanguinea, alia cholerica, alia phlegmatica, alia melãcholica, ſecundũ diuerſitatẽ humoris ſalſati: tamẽ cura reducitur ad bimẽbrẽ. Nam ſpecies ſcabiei, alia eſt ſicca: alia hu. ſicca proprie appellatur pruritus: hu. vero ſcabies.

**Curatio** Ad curã huius prius ſalſum humorẽ euacua. digeratur ergo materia cũ hoc ſyr. R. abſinth. abrotani, cuſcutæ, fumiterrę: re. ana. M. i. radicis enulæ cãpanę, lapathij acuti. añ. M. 5. pruna. xx. numero ficus. xij. dactylorũ. vij. ſenæ, unc. i. thymi: epithymi, ana vnc. 5. fiat decoctio bona in lib. iij. aquę: & cũ vna aceti vſq; ad lib. i. & . 5. Coletur: colaturæ addatur ſucci fumiterrę clarificati, lib. 5. zuchari, lib. i. et. 5. fiat ſyrupus. Deinde purgetur cum his pilulis. Re. aloes, epithymi, corticis myrobalanorum citri. añ. vnc. 5. ſcamoneę, roſarũ, ana drac. i. piſtentur: & incorporẽtur cũ ſucco fumiterræ ad ſpiſſitudinẽ mellis: & permittatur deſiccari donec poſſit formari magdaleon. Cũ aũt dare volueris, forma pilulas: & da. drac. i. hęc medicina ſecure poteſt iterari ſæpe. Iuuat etiã phlebotomia. ſi fiat alijs cõſideratis particularibus. Confert etiã multũ ſerũ caprinum infuſiõis myroba. cũ zuch. ſępe ſumere. cutẽ. n. multum mũdificat. Fiat autẽ confectio ſic: ꝙ in lib. i. ſeri. caprini ponatur, vnc. i. corticis myroba. citri. pulurizatorũ in ſero ſũmo diluculo calefiat: & coletur: colaturę addatur zucha. ro. vnc. i. Circa locum ad ſiccã ſcabiẽ valet aqua calida. vbi cocta ſint fumus terrę, enula cãpana, lapathiũ acutũ, & ſcabioſa: & in balneo inungi cum oleo ro. ſuc. apij & aceto: de quo fortiter corpus fricetur ĩ balneo ſeu ſtupha. Itẽ aliud vnguentũ Raſis ad ſcabiẽ ſiccã. Re. ſalis cõis, ſalis gẽmę, ellebori nigri, coſti, ana drac. i. picis liquidę: pro qua ponitur terebin. vnc. vi. olei viol. & aceti: ꝙ ſufficit. fiat unguẽtum: de quo fiat inunctio in ſtupha, et fricatio. poſtea ſtet ibi ꝑ horã. deĩde balneetur in aqua decoctiõis furfuris, fumiterrę, lapathij acuti, enulę cãpanæ, & artemiſiæ. Si vero ſcabies fuerit humida, fiãt hęc medicamina Raſis. Re. argẽtum viuũ extinctum. Extinguitur autẽ ſic. põitur in ſcutella ſtãnea, & projcitur ſupra ſaliua: poſtea fricatur cũ capillis humanis. deinde cõfrãgitur adeo cum ſaliua: ꝙ nõ remanet veſtigium lithargyri albi ad differẽtiã ru. qđ eſt de auro. elleborum nigrũ, alumẽ vetus. & eſt alumẽ ꝙ propter antiquitatẽ pulurizatur leuiter, oleandrum, lithargyrũ rub. añ. hęc oĩa terãtur: & cũ aceto & oleo cõi miſceantur: de quo totum corpus inungatur in ſero: & mane intret ſtuphã: & cũ ſudauerit, fricet corpus cum vſnee & aceto. Eſt autẽ vſnea quędã lanugo viridis q̃ circundat arborẽ glãdiũ: & oẽs alias ſimiliter, de qua obturãtur nauium fiſſurę. Si vero per huiuſmodi vnguẽtum forte patiẽs ſentiret ardorẽ: vngatur totum corpus cũ oleo ro. bono: et qeſcat ꝑ aliquot dies. Itẽ ad idẽ optimum. Re. ſucci aſphodelorum: & cum melle albo diſtẽperetur: & bene incorporetur: & inungatur corpus in exitu a ſtupha. hoc enim multum mundificat omnes ſordes cutis.

### *De impetigine, morphea, ſerpigine, & albaras. doctrinæ primæ. tractatus tertii. Cap. VI.*

NOs habemus medicinã a duobus fontibus traditã magiſtrorum Fonte, Salernij: ut a Cõſtã- A tino, Cuffone, Plateario, Ioãne de Sancto Paulo, Mauro, & pluribus alijs et auctoribus primis: vt Hippo. et Gal. et ab auctoribus ſequẽtibus, vt Serapione, Iſaac, Ioanne, Albuc. Auic. Halyabbate, Ioanne de Sancto Paulo: et alijs auctoribus pluribus hi oẽs auctores: ſpecialiter etſi veritatẽ nobis tradiderunt in nominibus, rationi aliquando nõ concordant noĩa: aliquãdo ponit vnus: de qbus alij nõ faciunt ſub eiſdẽ noĩbus mẽtionẽ. Nam ſerpigo, impetigo, morphea ſumũtur aliter apud Salernitanos: aliter apud Arabes. Quod enĩ Salernitani vocãt ſerpiginẽ: Arabes vocãt alunda. Et ĩpetigo apud Arabes eſt morphea: & apud Salernitanos aliter: et aliter apud nos. Quod aũt ſalernitani vocant morpheã: Arabes vocant albaras: ꝑpter hoc ponã in hoc libro nr̃o deſcriptiões vniuſcuiuſq; primo & diffinitiones & cauſas. poſtea curas vniuſcuiuſq; B deſcriptiõis. Dico ergo ꝙ ſerpigo eſt cutis exaſperatio q̃ ſerpit huc & illuc, quę dicitur in gallico derdes, in lõbardo dembeda, vel volatica. iſta ꝓuenit ex humoribus incineratis ex aſperatione cutẽ petentis.

**Curatio.** Curatur enim cũ gũma ceraſorum diſtenperata cum aceto uel prunorũ: et cum vnctione butyri, & terebinthinę: & cum vnguẽto perfecto & probato: quod valet ad hoc: & ad omnes fiſſuras manuum & pedum, & omnes cutis aſperitates. R. adipis anatis nõ colati: œſypi: olei ro. ceræ citrinæ, terebinthinæ, amydi, mucilaginis ſeminum citoniorũ, ana vnc. i. fiat ex omnibus unguentum ſuaue: de quo in ſero fiat inunctio. Mane lauetur cum aqua infuſionis ſeminum melonum, et violarum: frequens quoq; balneum aquæ dulcis conferunt: & cibi bonũ et dulcem ſanguinem generantis.

C **Impetigo** eſt cutis varietas in albo colore mutata ſine cutis lęſione in ſua ſubſtãtia, vel forma: & non peccat ibi niſi color.

**Morphea** eſt cutis defœdatio cum cutis ſubſtantię læſione.

**Albaras** vero nõ ſolum cutẽ inficit: ſed etiam carnẽ. Cauſa vero impetiginis non eſt niſi ꝑpter defectum unius ex operationibus nutritiuę virtutis, q̃ ſunt tres apprehenſio, ſolidatio, & aſſimilatio. Apprehẽditur. n. in ĩpetigine cibus bñ digeſtus: & cõſolidatur: ſed tñ in aſſimilãdo cutis deficit: et eſt vtplurimũ eius materia ſanguis phlegmaticus. Et in hoc. ſ. ĩ defectu aſſimilãdi cõicat cũ morphea & albaras. Sed in hoc differunt: qm̃ in morphea & albaras nõ ſolũ aſſimilatio deficit: verum etiã humor corrũpitur, antequã ad corporis ſuperficiẽ pręſentetur. Itẽ differũt D morphea & albaras: & cõueniunt: conueniunt nãq;: qa vtręq; fiunt ex phlegmatis corruptione: & tũc eſt morphea alba vel albaras: aut ex melancholiæ corruptiõe: et tũc albaras nigra dicitur: vel morphea nigra: differũt tñ quia virtus expulſiua fortis eſt ĩ morphea: materia quoq; pauca: q̃re ad cutẽ totã mittitur. In albaras vero virtus expulſiua eſt debilis materia corrupta multa: q̃re nõ ſolũ cutẽ ĩficit: ſed ẽt carnẽ: nec differt a lepra: niſi ꝙ albaras tm̃ ĩficit vnũ locũ: lepra vero ĩficit totũ corpus. Sicut hę ęgritudines differunt in materia & in forma: & ſicut in cutis defœdatiõe cõueniunt: ſic differunt ĩ cauſis: et cõueniunt ĩ curis. Cõueniũt ĩ hoc ꝙ oẽs ĩdigẽt euacuatiõe hũoris peccãtis: et cutis infectę rectificatiõe: ſed differunt: qa una leuiori indiget medicina: alia fortiori. Alia iterum fortiori ſecundum cõuenientiam cuiuſq;: vel inobedientiam

humoris peccantis. Impetigo nanq; reqrit abstinẽ-
tiã a rebus phlegma generãtibus, et nauseã, et fastidiũ,
et usum myroba. cõditorũ: et trypherę mioris, et me
dicinę phlegmatis purgatiuę. Locus uero vngatur
cũ oleo de frumento qđ fit modis pluribus: accipitur
enim frumentũ: & super incudẽ fabri calidã ponitur:
& aliud ferrũ latum parũ calidum, ut nõ adurat, poni
tur supra triticũ: & cõprimitur: & ꝙ inde manat, est
oleũ frumenti. Itẽ aliter. Re. duo vasa terrea: quorũ
orificia vnũ intret in aliud: illud vas ĩ quo aliud ĩtrat,
sepelliatur in terra. in alio vero ponatur triticũ: & ob
turetur orificiũ eius cũ filis de ęre inuolutis in modũ
globi: & cõiungatur illud orificium obturatũ cũ alio
orificio alterius vasis sepulti: & orificia ambo ex pte
exteriori lutẽtur cũ argilla, ne possit aliquid exhalare.
Et postea fiat ignis circa vas qđ est supra terrã: & ma-
nabit oleũ satis in vase inferiori: & de hoc oleo locus
vngatur, & fricetur fortiter inungendo. Si aũt hoc
nõ sufficit: in loco sanguisugę multis vicibus sunt po
nẽdę donec phlegmaticus sanguis penitus auferatur.
ꝙ si nõ sufficit, supponatur medicamẽ de vẽtribus cã
tharidum pistatis cũ fermento, donec locus excorie-
tur: & postea cũ vnguento de cerussa curetur: frica-
tio quoq; cum vnguento facto de ammoniaco & ace
tositate citri, nitro, & aceto conferunt.

Curatio morpheę albę. Morphea al. curatur cũ pur
gatione corrupti phlegmatis cũ hac specia
li medicĩa. R. trypherę mĩoris, dra. iiij. turbith pul. pi-
crę, ana. drac. ij. colocinthidos, drac. 5. fiant pilulæ cũ
melle, & est dos. iij. drac. sumãtur in qlibet hebdoma
da. in diebus vero interpolatis sumatur qualibet die ĩ
mãe, dra. ij. trypherę mi. & caueas a cibis generãtibus
fastidiũ, atq; phlegma: locus uero fricetur in sole cum
vnguẽto facto de thapsia, & se. raphani, rubea maio-
re, elleboro nigro, & sinapi distemperatis cũ aceto: fri
catio quoq; cum squilla confert.

Curatio nigrę morpheę. Nigra vero morphea cu-
ratur purgando sępe melancholiã cũ sero
caprino cũ epithymo, et alijs medicinis dictis in alope
cia, & cũ diæta humectatiua, & cũ abstinentia a cibis
melancholiã generantibus: & cũ frequẽti balneo dul
cis aquæ: et cum fricatione rerũ localiũ prędictarum.

Curatio albaras albæ. Albaras vero alba cũ eisdẽ
curatur medicaminibus, scilicet
cũ purgatione corrupti phlegmatis: & cum medica-
minibus fortioribus quibus morpheã albã curari di-
ximus. Vomitus quoque frequens est vtilis. diæta
quoq; desiccatiua vtẽdũ est: & phlegmatis cõsumpti
ua. Locus vero cũ sqlla fortiter fricet̃ in stupha. po
stea suspargat̃ pul. factus de thapsia: staphide agria,
uẽtribus cãtharidũ, semĩe erucę, et stercore colũbino:
inũctio quoq; cũ san. serpẽtis nigri a ꝓprietate curat.

Albaras nigra Nõ curatur: quia est lepra pticula
ris: nisi posset cum oĩbus suis radi
cibus extirpari: sed palliari potest color eius, vt plus
colori corporis assimiletur. Ad qđ ualet ista tinctura.
Re. aloxantũ qđ est flos salicis, myrrhã, fęcẽ vini com
bustã, argillam, rubeã maiorem, alumen. terãtur oĩa:
et locus inde fricetur donec patiens puncturã sentiat,
& arsurã. hoc enim locum pluribus tingit diębus.

*De lepra, & iudiciis leprosi, doctrinæ primæ tracta-
tus tertii.* *Cap. VII.*

LEpra est ęgritudo turpis ꝓueniẽs ex materia cor
E rupta vel humore reducto ad formã melãcholiæ cor
ruptæ. Et est toti corpori sicut cancer existit vni mem
bro. Cũ enim melancholia multiplicatur in corpore:
& viscera nõ sunt fortiora ad expellendũ & purificã
dum ipsam a sanguine: & viæ inter splenẽ sunt oppi-
latæ: & pori cutis conclusi non sufficiunt ipsam exclu
dere: conculcatur & corrumpitur. Itẽ quod corrũ
pit cõplexiones membrorum: et si multiplicetur eius
corruptio: formę quoq; mẽbrorum corrumpuntur:
& compagines dissoluuntur. Et licet antecedẽs ma
teria potuit esse diuersa, sicut sanguis, phlegma, chole
ra, melancholia: tamen coniuncta materia semper est
melancholia corrupta: & est de ægritudinibus conta
giosis et hęreditarijs: quoniã transit de vno ad alium,
& hęreditatur: licet hęc duo semper non sint necessa-
ria. Nã aliquando sanus cõuersatur cum leproso: nec
F inficitur: et leprosus potest etiã sanum generare. Est
etiã vna de causis lepræ si cõceptio fiat tempore men
struorũ. Quanquã ergo causæ & signa lepræ mul-
tipliciter diuersentnr: curæ quoq; secundũ eius varie
tatẽ sunt diuersę. Parcens verborũ longitudini ponã
in hoc loco signa lepræ quæ multum sunt ad chirur-
gum necessaria: & curas quæ sępe per manus chirur-
gorũ currunt scientium medicinam.

Signa lepræ Leprosis pili cadunt capitis, superci-
liorũ & barbæ. Cutis frõtis valde tẽ-
ditur: ita ꝙ propter tensiones uidetur lucere. Iterũ
aliquibus rubet facies: & tumet cum quadã liuiditate
specialiter circa nasum. Itẽ haud nũquam lachrymas
emittunt. aspectum habent toruũ & terribilem: terri-
bilemq; habent somnũ: albedo oculorũ obfuscatur.
in supercilijs & palpebris subtiliantur pili. Itẽ vox
G est in eis aut rauca quod est vtplurimũ: aut valde acu
ta. Malorũ sunt morum. non confidunt de aliquo.
Nares eis gracillãtur: aut maxime ingrossantur: & dif
ficile emittunt flatum per nares. Vngues fiunt eis liui-
di. Item anhelitus eis fœtet, & sudor. Itẽ accidit
eis strictura pectoris cum multitudine sternutationis.
Item plus optant coitum solito. Impetigines maxi
me in eis apparent in principio: et maxime si curãtur:
& postea recidiuant, est signum leprę. Item si nodi
curantur in eis, & recidiuant: est certum signũ. Itẽ
sunt pigri & ponderosi. Item cum se expoliant, fit
cutis eorum ac si esset anseris de nouo depilati. Itẽ
signum occultum, si pũgatur posterior pars tibię, nõ
sentitur. Et si lauetur membrũ cum aqua, in continẽ-
ti siccatur. Item formicatio in fronte, palato, & lin
gua manifesta signa sunt ꝙ oculi rotundantur: pili ex
H tracti carnẽ habent. Vngues ingrossantur: & stabunt
cum eminentijs. Carnositas quæ est inter pollicẽ & in
dicem, cõsumitur. Si pungũtur in talo, nõ sentiũt:
habent enim insensibilitatem in posteriori et exterio-
ri vsq; ad anchã, & pulpæ auriũ cõtrahuntur. San-
guis eorum si phlebotomantur, est asper & arenosus.
Si lauetur, remanent in fundo arenæ. Hæc ægritu-
do postquã confirmata est, non curatur. Sed cum ei
bene & diligenter succurritur in principio, bene cura
ri potest. Cum autem curari nõ potest, palietur: &
cum vnctionibus occultetur.

Curatio huius ægritudinis nõ ponitur in hoc libro
qui est chirurgiæ exqsitæ: sed ponũtur ibi
secundũ medicinã quędã solũ leuia & probata, & pal
liationes cũ vnguẽtis, & cauteria quæ fiunt sępe p chi
rurgum instrumentum. Scias ꝙ in ægritudinibus
fortibus

fortibus etiã si fuerint conuenientes, fortes nõ cõpetunt medicinæ. Nã licet propter ægritudinis fortitudinẽ medicina fortis sit necessaria: tamen dari non debet: quia medicinã oportet sępius iterari. Sed elige medicinam leuẽ & propriam: quæ recte respiciat humorem purgandũ: & illam dona sæpe, vt vices laxandi per medicinã debilem & propriã operationem fortis faciant medicinę. Medicinam ergo de sero caprino cum epithymo nõ in hoc vilipendas casu: quia mirabiliter paulatine melancholiã purgat corruptam: nec natura plurimũ timet eam. Pilulę quoq; de epithymo quæ dictæ sunt in tractatu de alopecia, sunt optimæ. Generalis sit tua intentio melancholiã purgare corruptã: complexionẽ meliorare cũ bono regimine. phlebotomia nanq; nõ conuenit: nisi quando scis lepram esse valde sanguineã cum anhelitus strictura. Cum fit de uena cordis, et de duabus guidegi, timẽdũ de suffocatione. Aliquando fit de venis nasi propter palliandũ faciei colorẽ: datur etiam sępe eis qui siccam habẽt lepram: quibus arefiunt mẽbra. quibuscunq; ualde nigra cholera dominatur: datur lac caprarum calidũ ad bibendũ. Omnibus quibus potes modis intẽde ad eos humectandũ temperato balneo: in quo sudẽt parum. postea vngãtur cum oleo viol. & oleo de cucurbita: & cum cibis bonis, bonũ & laudabilẽ sanguinẽ generantibus. Quidam etiã eos curant cum carnibus viperarũ: seu nigrorũ serpentum subuiridiũ hoc modo. Recipiunt nanq; serpẽtes nigros: qui sunt sub eorũ ventribus subuirides: & reperiuntur in terra arida in montibus lapidosis, in locis siccis: & abijciunt caput & caudã, & viscera interiora: & ponũt illos in olla cum multa aqua: & permittunt coqui donec tota caro dissoluatur: tunc brodiũ datur eis ad bibendũ donec scotomiã patiantur: & totum infletur corpus: postquã autem corpus inflatur, & scotomiã patitur: ponatur in lecto, et iaceat. Et si accidẽtia terrefaciẽtia, scilicet syncope, vel magna extremitatũ frigiditas vel tremor cordis accideret: inde detur eis theriaca maior cũ modico musto in vino calido. sic enim corpus totũ excoriatur, & defluunt omnes pili: & cutis noua renascitur. Quod toties est iterãdũ, donec cum purgationibus & regimine bono curentur. Multũ nanq; potest a magnis curari ægritudinibus, si viriliter circa eos agatur: qui per negligentiã medici uel pusillanimitatẽ ægri dimittuntur, curabilibus ægritudinibus cõfirmari. Cauteria cõpetentia poteris in capitulo de cauterijs reperire. Vnguenta vero abstersiua, consolidatiua & alteratiua: quæ huic conueniunt ægritudini: reperies in antidotario Deo dante.

*De impinguando membrum macrum: & attenuando pinguem. doctrinæ primæ. tractatus tertii.* Cap. VIII.

MEmbrum gracillatur, aut propter fortem stricturam cũ ligamento nutrimentum illi membro cõgruũ prohibentẽ: aut propter longũ dolorem iuncturę alicuius virtutẽ membri debilitantẽ: sicut accidit cum lõgo dolet humerus tempore, mẽbrum sibi oppositum vltra debitum ingrossatur. Ingrossatur etiã membrum aliquod vltra debitum: eo ꝙ materia propter venarũ debilitatem ad illud incipit fluere: quæ quanto plus fluit: tanto plus venæ mẽbri dilatãtur: & virtus solidatiua deficit: & sic tumescit, & inflatur. Et hæc materia est frigida, liquida uel grossa: aut sanguis grossus melãcholicus, vel phlegmaticus:

A qui cum caloris debilitate nõ conuertitur in saniem: sed in membro permanens illud inflat.

*Cura membri gracilis.*

Membrũ vero gracile ingrossatur, causam prius si qua fuerit auferendo: vt dolor, si fuerit, vel strictura. Ergo remoue dolorẽ ex iunctura cũ eo quod dicetur in capitulo de doloribus iũcturarũ: quo quidẽ remoto mẽbrum leuiter embrochetur cũ aq̃ decoctionis maluarũ & violarũ & radicis bismaluæ. Ita tamen ꝙ embrochatio terminũ debitum non excedat. Qui quidẽ terminus est cum mẽbrum ꝑpter embrochationẽ incipit rubere modicũ, & inflari: tũc ea embrochatio cesset illico, antequã sudet mẽbrum: & exhalet humiditas acquisita. deinde siccetur: et modicũ fricetur parumq; cũ leui virgula verberetur, do B nec ad idẽ sanguis fluat. Et tunc cũ emplastro piceo tepido emplastretur: quod Re. picis naualis, picis grę cæ, resinę albæ partes æquales: quæ simul dissoluãtur in patella. deinde per stamen in aqua coletur frigida. manibus vnctis oleo malaxentur: & vsui reseruetur. hoc enim distẽdatur super coriũ, & mẽbro ad quod nutrimentũ attrahere volueris, applicetur. & sic per totã dimittatur diem: in secundo vero cum quadã auferatur violentia, sic postea membrũ dimittitur vsq; mane. Mane vero iteratur fomentũ, fricatio, et verberatio, et emplastratio sicut prius. hoc enim modo sine dubio membrũ omne reducitur ad eius grossiciẽ naturalẽ: nisi iũctura superius fuerit desiccata: & dislocatio sit longo tẽpore confirmata. Nã tunc est difficile illud ingrossare. Tamen si nõ ex toto efficitur: saltem per modũ istum in melius reformatur. valet etiã si tẽ C pore fomentationis mẽbrum illi oppositum cum mediocriter stricta inuoluatur ligatura.

*Cura membri grossi.*

Membrũ vero grossum vltra debitũ si causa fuerit phlegmatica: qđ cognoscitur ex mẽbri mollitie quæ foueam facit, cũ in eo digitus imprimitur: potest reduci ad debitam quantitatẽ, si patiens ex trochisco nostro de turbith sæpe purgetur: & si caueat a cibis phlegma generantibus, & fastidium: & nimia repletione cibi & potus: et cũ his localibus medicinis cum quibus apostemata curantur phlegmatica: prout erit in tractatu de apostematibus declaratum. Ergo Rec. lixiuiũ factum de cineribus vitis vel quercus: & pone in eo pannum duplicatum de lino: & inuolue membrũ: & fortiter stringe cũ binda: & quotidie bis pannũ in lixiuio ponas: et mẽbrũ sic liges. de D siccatur enim mẽbrum. Vel sic. Re. salẽ nitrũ: et distẽpera cũ aqua: & in illa aqua pone spongiã tãtæ quãtitatis quæ cooperiat totũ membrũ. & dimitte spongiã desiccari. Iterũ infunde, ꝑmitteq; iterũ desiccari: et cũ sic spongiã præparaueris, applica loco: & fortiter ęqualiter stringe: totumq; fascia mẽbrum. Et sic in die bis facias: mẽbrum autem oppositũ frica. Vel accipe fol. lilij cælestis, & fortiter pista: ac si velles facere salsamentũ: & pistata applica mẽbro. deinde liga stricte. sic enim materia consumitur, & mẽbrũ ad gracilitatẽ reducitur naturalẽ. Si materia vero fuerit grossa ex sanguine. s. melancholico uel grosso phlegmate: facta purgatione cum sero caprino, & epithymo, vel cũ cõpetenti alia medicina, mollifica prius mẽbrũ cũ oleo de lilio simplici: vel cũ vno de oleis vel vnguentis mollificantibus, quę in antidotario sunt ponenda:

postea ad curam localẽ redeas supradictã. Remoto
membri tumore: si fuerit manus cũ brachio: quod sæ
pius est: vel pes cũ crure: facias inter digitum & digi-
tũ in quocunq; loco cauterium cultellare secundũ do
ctrinam quæ de cauterijs est tractanda. Pedis autem
grossiciei cura quæ dicitur elephantia, proprio capitu
lo continetur.

## Doctrina secunda tractatus tertij de apo-stematibus & continet.xviij.capitula.

*De generatione humorum: & eorum specie. doctrinæ secun dæ tractatus tertii. Cap. I:*

QVONIAM omne apostema ex qua-
tuor humoribus, aut aqua, aut vento-
sitate causatur: impossibile est chirurgo
rei scire curã, cuius causam ignorat: ne-
cessarium visum mihi fuit de generatio-
ne humorũ proprium facere capitulũ:
& speciebus eorũ: vt huius libri discipulus & lector
diligens causas apostematũ bene sciat, vt possit curas
melius ordinare. Cibus et potus qui fuit homini ne
cessarius propter nutrimenta & augmenta mẽbrorũ,
propter restaurationẽ humiditatis quæ est caloris pa-
bulum naturalis: et propter refocillationẽ spiritus qui
est operationis animę instrumentũ, cum os intrat per
masticationẽ: & cum saliuæ admistione aliqualẽ acci-
pit digestionẽ quæ principium est digestionis primę,
quæ incipit in ore, & in orbo finitur intestino. Cum
autem descẽdit in stomacho: cuius anatomiã superius
habuisti, ibi decoquitur: & chylosus transit ad intesti-
na, quorũ anatomiam similiter habuisti, usq; ad saccũ
seu orbum. Venæ vero meseraicę, quarum plures
sunt ordines, vt sciuisti, cum fundo continuantur sto
machi: & cum duodeno, & gracili, ieiuno, & orbo: &
inde trahunt chylum: & sciuisti in quibus incipit secũ
da digestio. portantq; illũ chylum ad hepar: in quo cõ
pletur secunda digestio: & fit ibi illius chyli ebullitio:
sicut mustũ bullit in tina: uidetur aliqua pars alba spu
mosa, quę a calore bullire faciente, nõ bene coquitur:
& aliqua pars subtilis sicut tunica vel aliqua substan-
tia pura quæ est vinũ: & aliqua substantia grossa quæ
descendit inferius fæculenta. Ita in hepate ex chylo ve
niente a stomacho quatuor humorales substãtiæ gene
rantur. Nã generatur ibi spumosa substantia quæ per
calorẽ naturalem non bene digeritur: & eius materia
sunt cibi multi frigidi & humidi: & omnes cibi super
repletionẽ accepti, est causa phlegmatis, calorem debi
litando naturalẽ: & calor debilis multũ generat phle-
gma, ita ꝙ vnum est causa alterius. Ibi quoq; gene
ratur quædam substantia subtilis in qua agit calor acu
tus, acquirens & acuitatẽ, & caliditatem, quæ est ru-
bea: quæ si superabundat, calefacit hepar, et inflãmat:
& hepar calidum ipsam auget, & multiplicat: ita ꝙ
vnum est causa alterius. & causa istius choleræ, sunt ci
bi calidi et sicci, labor, & ieiuniũ, fortia salsamenta.
Generatur quoq; substantia pura, in qua calor agit tẽ
peratus: quæ est sanguis: cuius materia sunt cibi boni
dulces, & potus. Et generatur alia substantia fæculen-
ta, quæ est melancholia, quæ duobus generatur mo-
dis: ex calore, scilicet nimio sanguine aliquantulũ adu
rẽte: & ex frigiditate ingrossante: & eius naturalis cau
sa sunt cibi grossi. Et isti quatuor humores, sanguis,

E cholera, phlegma, & melancholia, diuersi diuersas ha
bent qualitates. Sanguis nãq; calidus est, & humidus.
Phlegma frigidum & humidũ. Cholera calida & sic-
ca: Melancholia frigida & sicca. Item humorũ isto-
rum alij sunt naturales, qui in suis naturalibus consi-
stunt qualitatibus. alij nõ naturales: quia a complexio
nibus naturalibus elongantur: de quorum diuersitati
bus oportet nos facere mentionẽ: quoniã omnes vel
plurimæ ipsorum species concurrunt aliunde ad apo
stema in humano corpore generandum.

Phlegmatis ergo species duæ sunt. naturalis & nõ
naturalis. Naturalis est humor frigidus & humidus al
bus ad paucã tẽdens albedinẽ, ex cuius dominio cor-
pus consequitur tussim, & paucitatẽ desiderij coitus,
& paralysim, et tremorẽ. Et anima consequitur ex eo
taciturnitatẽ, & quietem, & pietatem, & beatitudinẽ,
F & pigritiã, & castitatem: & nõ fecit ei natura propriũ
receptaculum, sicut alijs humoribus: sed est per diuer
sa loca diuisum plurima: cum eius pars est in cerebro,
& pulmõe, stomacho, & intestinis, & iũcturis: & eius
dominiũ est in parte posteriori capitis & spõdylibus,
& eius vtilitates sunt tres. Prima: ꝙ aliquando na-
tura cum indiget sanguine, famis tẽpore reuertitur su
per illud: & facit ex eo sanguinẽ: quomodo nutritur:
quod de alijs fieri nõ potest humoribus. Secũda: ꝙ
vadit cũ sanguine ad nutriendum mẽbra quæ de san
guine nutriuntur phlegmatico, sicut cerebrũ. Ter-
tia: quia iũcturas refrigerat & humectat: quę motu ca
lefactæ nimio siccarẽtur. Nõ naturales species sunt
octo: quarum quatuor ex eis diuersantur substantia:
& quatuor ex eius diuersantur sapore. Diuersantiũ
secundũ substantiam sunt aquosum: & est humor ali
G quis secundũ naturam in substantia cõtinuus: quam-
uis intelligatur esse dulgus, scilicet nõ coctus nec iun-
ctus: mucilaginosum: & est humor in substãtia diuer
sus manifeste. Nã in vna sui parte est grossus & cõge-
latus. ĩ alia liquidus & subtilis. Vitreus est humor, qui
prius fuit liquidus: sed per diuturnitatem tẽporis a fri
goris dominio vitreatus. Gypseũ est, quod fuit phle-
gma grossum: quod est a naturali calore desiccatũ &
induratum: vt gypsum.

Secundum vero sapores diuersi sunt, dulce, aceto
sum, põticum, & salsum. dulce duobus fit modis, aut
ex aliqua sanguinis admistione: aut ex eo ꝙ calor ali-
quantus in eo conualuit: nõ tamen tantus qui potuit
illud in sanguinẽ conuertere plene coctum. Aceto
sum fit etiã duobus modis: aut quia phlegmati dulci
accidit ebullitio ipsum prius putrefaciens: & post ace
H scit, sicut accidit ĩ alijs rebus dulcibus sicut vino. Aut
quia acris melancholia, de qua dicetur inferius, cum
phlegmate tenui admiscetur. Phlegma uero salsum
omnibus est siccior & leuior: & est phlegma qđ fuit
sine sapore: cui admiscetur aliq̃ pars cholerę adustæ, q
caliditate sua adurit et incinerat: & salsum facit. Phle
gma quoq; ponticum fuit etiam phlegma liquidũ: &
duobus fit ponticum modis: aut eo quia frigiditas, il-
lud congelauit, & ad ponticitatem deduxit: aut quia
pars aliqua melancholiæ ponticæ, cum eo miscetur:
eidem ponticitatem acquirens.

Cholera similiter alia naturalis, alia non naturalis.
Naturalis est humor leuis, acutus: & est sicut sangui-
nis tunica: & est rubeus in colore: clarus in substãtia.
Et quanto magis calidus, tanto maioris est rubedinis.
Quod autẽ consequitur corpus ex dominio cholerę

est

est caliditas hepatis & febris, & totius corporis siccitas, sitis, oris amaritudo, coloris citrinitas, fortis digestio, debilitas appetitus. Illud autē quod ex ea cōsequitur anima, est intelligentiæ fortitudo, subtilitas ingenij, solertia, audacia, festinatio, memoria, velocitas eruptionis ad iram, & multitudo locutiōis. Cuius generatio. 3. habuit vtilitates. Prima, vt sanguis depuraretur a parte ipsius superfluæ calefactionis: & vt etiam cum sanguine cholerico nutriatur. Secunda, ut aliqua sui pars ad intestina mādetur ad fæces ab intestinis superfluas expellendas. Tertia est fel nutrire: quod est eius receptaculū & cystis. iij. habens poros. Vnū per quē ab hepate cholera trahitur. alius per quē mandat choleram quæ lauat & stimulat intestina. tertiū, per quem mandat ad stomachū aliquam partem choleræ per quam iuuetur calor stomachi digestiuus. Fecit nācꝫ natura choleræ cystim, vt haberet vbi possit congregari: ne tota per corpus dispersa cū sanguine mēbra sanguinē abhorrerent. Non naturalis uero. v. modi sunt. Nā est citrina, vitellina, adusta, prassina, & ęruginosa. Citrina et vitellina per phlegmatis fiunt admistionē: sed citrina fit per admistionē subtilis phlegmatis: vitellina, vero grossi phlegmatis. mistiōe. Adusta nō naturalis cholera fit duobus modis. vno qa ī seipso in hepate nimis aduritur: tn̄ in ipsa adustiōe subtiles ꝑtes ipsius a grossis minime segregātur: qa sic esset vna species melancholiæ nō naturalis: de q̄ dicetur: alioquin aliq̄ pars adustæ melācholiæ cū ea miscetur. Est & modus tertius choleræ adustæ q dicitur adusta cholera abusiue; q fit quādo sanguis aduritur: nō tamen tantū ꝙ faciat melancholiam in naturalem sanguinē: de qua mentionē inferius faciemus. Prassina vero est cholera viridis amara. Æruginosa vero est sicut ęrugo, quæ est acutissima et corrodens: de quarū generatione diuersa est opinio. Quidā vero vt Gal. volunt, ꝙ ex cibis calidis, et cepis, porris, sinapi acuto in stomacho generētur. Quidam autem vt Auicē. ꝙ eorum prima generatio fit in stomacho: postea ex hepate sic formet̃. Et isti volunt ꝙ prassina fiat ex vitellina cum aduritur: & æruginosa proueniat ex adustione prassinæ.

Melācholiæ similiter duæ sunt species: naturalis & nō naturalis: naturalis & ipsa est fæx sanguinis: cuius color est liuidus: & habet saporem muzum, mistū. s. inter dulcedinē et ponticitatē. Quod autē ex eius dominio corpus cōsequitur, est macilētia: & siccitas mēbrorum, & iūcturarū fortitudo, nigredo coloris, fortitudo appetitus. Et quod anima consequitur ex ea est memoria, & rerum apprehensarū retentio, timor, inuidia, fraus, et deceptio, tristitia, & auaritia. Cuius generatio. v. habet utilitates. Prima, vt sanguis a substantia terrea & pontica mundaretur. Secunda, vt cum sanguine foret ad nutriendum membra quæ melancholico sanguine nutriuntur. Tertia, vt modo debito possit per eius admistionē sanguinem inspissare. Quarta, vt ex ea pars aliqua ori stomachi mādaretur: vt sua ponticitate incitet appetitū: & os stomachi fortificet, & confortet. Et quinta, vt splen nutriat: cuius iuuamentum & anatomiā superius habuisti. Melācholia vero non naturalis, est humor quicuncꝫ fit per adustionē. Nam sicut optime dicit Auic. partes grossæ subtilibus admistæ duobus possunt modis adinuicem separari. vno, per residentiā: cum corpus scilicet mistum in quiete moratur: & pars terrea grossa descē

A dit ad infimum: & subtilis remanet in supremo: alio, quando per adustionē illud corpus mistum sublimatur: quia pars subtilis per vaporē consumitur: et grossa remanet, sicut cinis. Sic enim inter melancholiā veram naturalem, & nō naturalem differunt. Nā naturalis, fit per residētiā in qua nulla fuit adustio. Nō naturalis, vero ꝑ adustionē nimiā generatur. Sunt ergo non naturalis melancholiæ quæ proprie dicuntur cholera nigra. iiij. species secūdū ꝙ ab vnoquocꝫ potest humore cum aduritur generari. vna est cinis sanguīs: altera, choleræ naturalis est. tertia, est phlegmatis. quarta, melancholiæ naturalis cinis: quæ est duobus modis: nam aut est subtilis valde acris: a qua muscæ fugiunt. & si fundatur in terra, bullit: & est omnibus peior: aut est magis grossa: nec est ita acris nec malitiosa: eo ꝙ non sit ita contraria membrorum compagi
B & naturæ.

De sanguine vero duplex est opinio. Nā aliqui dicūt ꝙ quā cito sanguis ab eius naturali cōplexione remouetur, tam cito formam alicuius humoris alterius suscipit: quare nō faciunt in suis libris de vtilitate sanguinis mentionē. Ideo de ipso locutus sum in postremo. alij vero de ipsius diuersitate loquuntur: & ante apostematū generatio: quorum causa de humoribus sum locutus: diuersitatē ꝓbat in sanguine manifestā: sicut in sequenti poteris videre capitulo. Est ergo sanguis alius naturalis: alius non naturalis. Naturalis est sanguis rubeus, clarus, nō nimis dulcis, omni malo carens odore & sapore. Nō naturalis duobus fit modis. vno quia in sui bullitione seu generatione calorē habuit debilē: quare fuit minus debito rubeus, & calidus: aut habuit nimis, quare fuit contrariū: aut fuit ex
C seipso nimis spissus, aut liquidus, alioquin miscetur cum eo humor alius ad eius naturā ipsum inclinans, vt cholera, phlegma, vel melancholia: quę omnia faciunt naturam sanguinis variare: & ad suam reducere naturam.

*De apostematibus sermo uniuersalis. doctrinæ secundæ tractatus tertii.* Cap. II.

Hoc nomen apostema, diuersis modis apud diuersos dicitur. Nam aliqui rudales chirurgi nō dicunt apostema nisi quando generatur sanies: uel credunt in ipso saniem generari. Sed veritas est ꝙ omnis eminentia seu inflatio mēbri pręter naturā siue parua siue magna proprio nomine dicitur apostema: nā sicut dicit Auicē. omnes eminentiæ paruæ sunt apostemata parua: sicut magnæ sunt apostemata magna. Est
D ergo apostema omnis tumor mēbri: vel inflatio quæ formā mutat naturalem: quorum causa materialis est triplex, aut humoralis, alia aquea, alia ventosa. Humoralis, alia sanguinea, alia cholerica, alia phlegmatica, alia melancholica. Itē istorum humoraliū apostematū aliud ex abundātia humoris fit naturalis: aliud humoris nō naturalis. & hoc simpliciter vel cōposite. Efficiens vero causa: alia est primitiua, seu extrinseca, sicut casus, vel percussio, aut vulnus, aut aeris alteratio, & similia: alia intrinseca, quæ semper est humorum nimia multitudo, aut aquæ nimiæ, aut venti per uiā cōgestionis vel deriuationis. Corpus nancꝫ vel mēbrum cum læditur ab extrinseco: vt solis calore adurente, vel aeris frigiditate cōstringente, vel nimia siccitate scindente, cōplexionē membri corūpit: & ipsius naturalē virtutē debilitat: & dolorem facit:

quare ibi concurrunt humores: locum distendunt: & distēsio addit in dolorē: dolor addit in attractionem spiritus & humorū: quare in mēbro apostema cōficitur. Similiter accidit, si cadit membrum supra lapidem vel rē duram: vel si percutitur cū lapide vel cū fuste: aut vulneratur: vel si ab animali pungitur venenoso. Omnes nanq; causæ istæ extrinsecæ, & plures aliç apostemata possunt generare. Humiditas vero extrīseca apostemata nō generat, nec dolorē, nisi per accidens. Nā ita posset humidam in corpore generare materiā: ꝙ illa intrinseca humiditas augmētata, si trahatur ad membrū, apostema causabit.

Sanguis vero si multiplicatur in corpore, & natura fortis ad aliquod membrū delegabit superfluum sanguinē: aut membri debilitas ipsum recipiat, faciet apostema: qui quidē sanguis si bonus fuerit, quanquā nimis, apā faciet: qđ dicitur phlegmon.

Cuius signa sunt tumor nō intensus propter similitudinē sanguinis: dolor propter plenitudinē loci: pulsatio eo ꝙ in membri profundo inundans materia cōtinetur. calor propter caliditatem materiæ: aut febris ephemera, ꝑpter ebullitionē sanguinis & dolorē: maxime tēpore quo digestio sanguinis expectatur.

Si vero sanguis fuerit tenuis in substātia naturali & in ea qualitate calidus, faciet erysipelas. nota: eo ꝙ quasi naturali cholerç similatur.

Cuius signa sunt ꝙ in superficie spargitur membri propter leuitatē: et est caloris ignei propter similitudinē: et si digitū superposueris, fit sub digito quasi albi coloris propter tenuitatē. Et cum digitum remoues, rubedo solita redit: & locus est calidus tactu propter sanguinis calorē: & æger inflammationem eandē sentit nimiam & ardorem.

Sanguis autē in substantia naturali grossus, in calore nimio cōbustus, facit apostema, quod dicitur carbunculus: hoc apostema fit cū hoc abūdat sanguine grosso: et balneatur post ciborū repletionē: aut laborāt: ita ꝙ sanguis ad extra mouet: & post sui grossitie et duritie nō potest a calore resolui, sed remanens in cute, facit apostema.

Cuius signa sunt durities propter sanguinis spissitudinē & loci plenitudinē: rubedo propter materiæ colorē: ardor & incendium propter adustionē. Solēt etiam vno multiplicari tēpore. febrem quoq; solent cōclusam inducere: aliquādo cordis debilitatē & syncopē, quādo prope spiritualia specialiter oriūtur mēbra propter materiā cōbustam, quæ in eius mutatiōe quandoq; vertitur in venenum.

Naturalis cholera verū facit erysipelas. Cuius signū est durities propter choleræ siccitatē, forma pineatur in mēbri superficie propter igneitatem ipsius, rubedo colori citrino admista propter similitudinem: magna sitis, et incendium propter choleræ dominium.

Phlegma facit apā qđ vocatur œdema, seu vndimia, seu zimia secūdū aliquos. ipsum est apā molle propter phlegmatis molliciē: album propter eius albedinē: si digitum impresseris, signū facies foueæ, ꝑpter molliciē & tenacitatē: quæ fouea remoto recedit digito. hoc est sine dolore: sed cū grauitate quadā, quia nō est ibi pugna, sed caloris pręsentia.

Melancholia naturalis facit durum apostema qđ vocatur schirrhus, vel scliros: ab alijs sephiros.

E Cuius est signū durities sine sensu propter materię duritiē & īmobilitatem: calor cutis colori similis corporis: eo ꝙ licet melancholia nigra sit: tamen propter eius grossiciem nō potest color ad cutem corporis, sed licet superficiem pręsentari.

Aqua vero cum a sanguine discernitur: aliquando non potest tota propter sui multitudinē, vel virtutis expulsiuæ debilitatē: vel viarum naturalium oppilationē, ad loca debita deriuare: sed in mēbris relicta natura facit in aliquem debilem locū congregari: & fit inde aqueum apostema.

Cuius est signum ꝙ locus lucet: & tenditur valde. & si duos imposueris duarū manuū digitos: et modo vnum modo aliū impresseris: senties inundationē ab vno digito sub alio redundare.

F Ventositas quoq; per debilē calorē a frigida grossa materia resoluta, quæ propter caloris debilitatem non consumitur, in aliquo loco quandoq; cōcluditur, & apostema facit. hoc sæpe fit in ore stomachi: & in inguine, et in mēbrorum pelliculis.

Cuius signum est ꝙ color eius similis est colori totius corporis: & ꝙ cū tangitur, inuenitur durum resistens tactui sine læsiōe: & si percutitur, sonat. hoc apostema multum assimilatur aqueo, & sclirotico: sed ab aqueo differt: & per inundationem quæ in aqueo sentitur sub digitis: & in hoc pura sentitur extensio sine inundatione. A duro differt: quia durum resistit tactui digiti cum læsione quadā. Extensum vero cū læsione tactui non resistit. Et, vt dicit Rasis, qui fuerit imaginatus tactū lapidis, & tactum vtris de corio pleni vento, poterit imaginari duri duritiam, & extensi.

G Hæ sunt species & differentiæ apostematū simplicium quæ fiunt seu fieri possunt ex simplicibus humoribus: licet raro fiāt apostemata pura: sed sicut compositæ causæ & signa simplicium: vt possit melius compositorum haberi notitia.

Cōponitur nanq; ad apātis generationē sanguis cū cholera: ꝙ si plus fuerit ibi de sanguine, dicitur phlegmonodes. Si plus de cholera, dicitur erysipelatodes: quorum signa per signa simplicium habentur.

Cōponitur etiam sanguis cum phlegmate naturali multū sæpe: & facit apostema qđ videtur vndimia: nisi quia in superficie magis rubet: & cum cōponitur cum phlegmate grosso, & cum melancholia, facit glādulas, & scroffulas, quę veniunt ad maturationem in parte: & in parte nō maturantur: & fiunt glādulę vel scroffulæ squamosæ, quæ dici possunt etiā fistulæ.

Cholera vero mista cū phlegmate facit phlegma
H cursibile: & vtplurimū facit ipsum cū eo currere ad iuncturas: de quibus plenā habebis doctrinā in tractatu de doloribus iuncturarum.

Cōponitur etiam phlegma grossum cū melancholia: & si vincit phlegma, fiunt inde glandulę simpliciter: si melancholia, fiunt inde scroffulæ. Itē melancholia, sanguis, phlegma, & cholera cōponūtur, & faciunt anthracem: cuius malitia diuersificatur secundū ipsorum malitiā humorū. Nam quando humores illi ab eorū natura non nimis recedunt, multū ipsius accidentia intenduntur: quamuis propter contrariorum pugnam adinuicem semper mala subsequantur accidentia. Oportet si sanguis & cholera nimis fuerint intensi, et melancholia sit de malitiosis: accidentia pessima subsequantur: sicut cordis tremor, & syncope: quæ dicitur a laicis somnus grauis, alienatio inquietādo:

do:& aliquando mors.

Et eius signa sunt durities fortis, forma pineata, dolor magnus, qui aliquando nõ sentitur. Quia Gal. dixit ꝙ apostemata calida si nõ sentiuntur: sunt incurabilia: venæ sunt ibi variæ varijsq; coloris. In superficie est quasi quædã vesica cineritia, quæ videtur trahi ad intra quasi, ita vt si traheretur cum filo: hoc est de apostematibus cõtagiosis, quæ multiplicantur in quibusdã regionibus, & quibusdã epidimijs. Omnia supradicta apostemata fiunt de naturalibus humoribus tam simplicibus quam compositis.

*De humoribus non naturalibus.*

De humoribus autem nõ naturalibus hæc generantur accidentia. Nã ex phlegmate corrupto fiũt bocia, & testudines: de duro fiũ nodi. cum melancholia fiunt scroffulæ, & glandulæ, vt dictũ est: de quibus bocijs, scroffulis, glandulis, & nodis propria videbis capitula. De cholera adusta & alijs adustis humoribus & corruptis plures fiũt pustulæ: quarũ aliquæ sunt multum malitiosæ secundũ materiæ malitiã. Fiunt enim inde ignis persicus, miliaris, formica, pruna, herpes esthiomenus, & cancer. Ignis persicus est ægritudo in qua sunt multæ pustulę aqua venenosa plenæ, in circuitu earũ est rubedo citrina totum occupans membrũ: & est cũ magno feruore & ardore: & hæc fit ex cholera adusta tenui nimis. Miliaris habet pustulas istas paruulas, ut miliũ, & nõ est cum tanto feruore: tamen feruet et incendit: nec locus est ita rubeus: & fit vt plurimũ de intensione phlegmatis cũ pauca mista cholera. Formica est pustula vna valde feruens: quæ facit in superficie crustas: & est ex adusta cholera magis spissa. hæc ambulãdo corrodit membri superficiem: & est cum ardore magno. Pruna similiter est pustula quæ fit ex melãcholia adusta: & hæc est nigra vel liuida: & venit cũ malis accidentibus propter malitiã venenositatis: & est timenda maxime, cũ venit prope nobilia mẽbra. Herpes esthiomenus ĩterpretatur seipsum corrodẽs: & hoc fit modis pluribus: fit enim ex admistione choleræ adustæ spissæ: & adustione melancholiæ nõ naturalis adustæ subtilis: quæ mẽbrum aliquod occupant in profundo: quæ de sua natura sunt corrosiuæ, et inflãmatiuę: et propter earum malitiã mẽbrum dissipãt & corrodunt. Fit etiã quando malæ pustulæ prędictæ in mẽbri veniũt superficie corrodentes: sicut formica. Pruna & aliæ cũ humidis curantur cataplasmatibus ipsarũ malitiã augmentantibus. Et fit cum mẽbrum aliquod frangitur: et cũ per indiscretum medicum nimiũ stringitur: maxime quando cũ fractura magna fuerit carnis et mẽbrorum cõsimilium corrosio, cum ligaminibus fortibus, hastellis, & bindis tegitur. ita ꝙ fumi corrupti non possunt exterius exhalare: quare mẽbri complexio corrumpitur atq; forma. & fit ex venenosorũ animaliũ punctura. Cui nõ cito succurritur: sed prius mẽbrum corrumpi permittitur a veneno. Fit etiã quando quis extremitates exponit nimis frigori madefactas. sicut quibusdam accidit itinerantibus: maxime cum equitant tẽpore frigoris: & transeunt flumina, in quibus madefiunt pedes: & postea frigori intenso exponuntur: quia cõplexio pedum corrumpitur: quare mortuæ partes cadunt. Hanc ægritudinẽ quidam vocant cancrum, quidã lupum, quidã ut in Francia malum nostrę dominę: quidã

A vero Lombardorum uocant ignẽ sancti Antonij: quidã erysipelas manducans. Sed de diuersis tibi nominibus nõ sit cura. Sed signum huius ægritudinis est mẽbri dissipatio: et corrosio cum cõbustione & nigredine circunstantium partiũ: & cum fœtore horribili: qualis fœtor peruenit cadaueribus diebus pluribus mortuis. Ante vero quã cutis vlceretur, nõ fœtet: sed locus nigrescit, vel liuescit. Et si locum cũ digito palpaueris, inuenies carnes corruptas tuis digitis fugere. Si digitum etiam in membro infiges, locũ corruptum inuenies manifeste.

Cancer est apostema vehemens ex melancholia ꝓueniẽs corrupta: qui modis est duobus: nõ vlceratus: & vlceratus. Si vlceratus, duobus fit modis: vno a se nascẽdo ex corrupta melancholia ab ipso principio: et incipit apparere ad modum lenticulæ vel lupini: et
B augere continue cum quodã ardore: qui quidẽ ardor & dolor crescit, sicut crescit ægritudo: nec in principio suæ natiuitatis de leui cognoscitur: sed postquam est auctus, de leui cognoscitur: nã est varij coloris: & habet venas varias: quarum alia est liuida: alia purpurea: alia viridis: quæ plenæ sunt materia cholerica corrupta diuersa: & dolet: & est tactu durus: & quando eum tangis, & cõprimis magis, eius augmentatur malitia: hic libentior nasci solet in locis glandulosis, vt in collo, mamilla, sub auribus, & locis alijs glandulosis. Hunc vidi magnum supra spondyles colli: hunc vidi magnũ sub aure occupans totã. hunc vidi in pectore pluries: & multoties in manibus. Fit etiã cancer cõuertendo, cũ apostema durum quod ex melancholia naturali fit, vt est dictum, cũ emplastris calidis nititur maturari. Nã sic ad illud attrahitur materia cholerica
C & subtilis, quæ illã grossam materiã calefacit, intendit & corrumpit: qua corrupta locus corrũpitur, & apostema transit in cancrum. Vlceratus cancer prouenit quando ulceratur apostema cancrosum. Et prouenit, quando dura apostemata glandulosa in aliqua sui parte propter violentiã maturatiuã medicaminis corrũpuntur: & in superficie vlcerantur: & id nõ obedit maturationi: quod est positum in profundo. Si vlcus id induratur, et eius labia ingrossantur, in ulcus cõuertitur cãcrosum: & fit ex malis vlceribus indiscrete curatis: sicut de esthiomeno herpete est prædictum. Huius vlcerati cancri signa sunt posita in tractatu primo, in capitulo proprio, in quo de vlcerato cãcro fecimus mentionẽ. Cunctis etiã signis apostematum excussis breuiter, & eorum differentijs, veniamus ad curam secundũ auctorum doctrinam: & vsum nostrũ.

D Cura. Curã apostematum aliqui reducunt ad bimẽbrẽ diuisionẽ: nã vnã ponunt curam calidorum, & aliã frigidorũ. Et licet hoc in paruo modo cõpẽdioso secuti fuerimus: In isto in quo plus ad vnguẽres discutiẽ: vniuscuiusq; breuiter distinguamus quasdã quæstiones, & generales regulas proponendo. Prima regula. Quã oportet te supponere, est ꝙ nullũ apostema prouenit ex interiori causa, nisi cũ corporis plenitudine: cum vero causa exterior in corpore mundo potest facere apostema. Secũda regula. Est ꝙ si potes apostema curare absq; eo ꝙ ibi vlcus fiat, nunquã cõcedas illis qui dicunt, ꝙ bonũ est ꝙ in omni apostemate fiat ulcus. Tertia regula. Est ꝙ omne apostema aut resoluitur, vel repcutitur, aut venit ad exiturã, scilicet ad saniei generationẽ, aut induratur, & ĩ sclirosim cõuertitur. Ergo cõsidera vtrũ apo-

stema sit ex causa itrinseca:uel extrinseca. Si intrinse-
ca,semper precedat euacuatio:antequã ibi ponas nec
repercussiuum,nec resolutiuũ,nec maturatiuũ.Nam
repercussiuũ nõ potest totam expellere materiã quã-
uis in principio dolorẽ aliquantulum appositũ miti-
get:tamẽ indurat materiam nõ repulsam:quæ postea
mota maiores ĩfert dolores:& ęger diutius cruciatur:
Resolutiuũ in non mundo corpore plus attrahit,quã
dissoluat: maturatiuum quoq; augmẽtat apostema si
corpus mundum nõ fuerit: & facit aliquãdo materiã
apostematis furiosam. Qualiter vero materias purga
bis diuersas in capitulo de alopecia quęre:& in capitu
lo venturo de doloribus iuncturarum. Eodẽ modo
procedas in apostematibus ab exteriori factis. Tu si
corpus cognoueris esse plethoricum,semperq; sit tua
intentio trahere materiã ad diuersum:ita q apostema
incipiente in ore,nunquam facies gargarisma. In ano
quoq; incipiente nunquã adhibeas solutiuum. Nec si
apostema fieri incipit in matrice,nunquam nitaris mẽ
strua prouocare:sed semper ducas ad oppositum: vt
si fiat in superioribus,da catharticũ:si in inferioribus,
medicinam adhibe induratiuam. Purgata materia,
calidorũ curam incipias apostematũ:si fueris in prin-
cipio, cum repercussiuo, nisi vna causarũ quæ reper-
cussionẽ fieri prohibẽt cõtradicat. Quę sunt.x.Prima
est plenitudo corporis de quo iam dictum est. Secun
da est humoris furiositas, & venenositas. Tertia,hu-
moris grossities,et cõpactio.Quarta si apostema fue-
rit apud mẽbrum nobile:ut si sit in aure:uel in mamil
larum loco: vel dorso superiori. Quinta, si veniat in
emunctorijs, & gula: sub aure est emunctorius locus
cerebri:sub ascellis locus emũctorius cordis: & ingui
na nutritiuorũ locus emũctorius. Sexta, si fiat in pue
ro.Septima, si fiat in senio. Octaua,si fiat in cõualescẽ
te.Nona,si fuerit apostema criticum.Decima,si mate
ria per viam fiat deriuationis a mẽbro veniens nobi-
li:& ad mẽbri locum ignobilis expellatur.Nullo isto
rum.x.casuum prohibẽte secure calidum repercutias
apostema per modũ quẽ in antidotario de repercussi
uis reperies medicinis. Cholericum tamẽ apostema
securius puris repercutias medicinis. Sanguineũ uero
cum maiori cautela cum repercussiuis de dissolutiuis
aliquid admiscendo. Ita q in principio repercussiua
multum vincant:in augmẽto minus:in statu æquali-
ter:in declinatiõe puris resolutiuis vtaris. Sed cho-
lericum apostema, vel qđ ex sanguine fit subtili, non
repercutitur solum, ita cum resolutiuis:quoniam illa
materia nõ fit petra: sed in sanguineo aliquoties indu
ratur cum subtile ipsius resoluitur:& grossum rema-
net. quare tẽpore resolutionis etiã mollificatiuis inter
dum indiget medicinis: maxime cum eo aliquid ma-
teriæ phlegmaticæ sit admistum.

Si vero nõ potes sanguinẽ nec resoluere,nec reper
cutere:si incipit in eo saniei fieri collectio:tunc matu-
ratiuũ adhibe medicamẽ:donec apã fuerit maturatũ.
De repercussiuis,resolutiuis,mollificatiuis, et matura
tiuis,& de mõ administrãdi,plena doctrina in antido
tario reperitur. Maturato apostemate:quod cogno
scitur propter doloris sedationẽ,& loci molliciem,et
q sentis sub digito,cum tangis, saniẽ inundantẽ:locũ
cum sagitella aperias:in opere tuo quinq; intentiones
necessarias supponendo.Prima q nunquã aperiatur:
nisi quãdo fuerit perfecte maturum:nisi materia esset
ad mẽbri corruptionẽ parata:uel esset apostema pro-
E pe membra nobilia vel iuncturas, aut esset in ano:quia
tunc licet melius sit perfectã maturitatem in alijs casi-
bus expectare: tamen in his casibus oportet nos cum
incisione nõdum completa sanie pręuenire. Secun
da, q facias aperitionẽ, vbi materia magis dependet
& vbi pellis est magis tenuis. Tertia, q caueas ĩ tua
operatione, ne neruũ lædas, arteriam, aut venam.
Quarta,quod nõ totam vna vice materiam euacues,
maxime cum materia multa fuerit:et apostema fuerit
valde magnum. Quinta, quod semper tuam facias
secundum membri longitudinẽ aperturam. Aper-
tura facta potes vlcus curare secundum doctrinam
tibi traditam:vbi locuti fuimus de curis vlcerum vi-
rulentorum: vel totum vlcus impleas de panno li-
neo veteri albo:et superpone vsq; ad. iij. dies mun-
dificatiuum de vitellis ouorũ & farina. post tres dies
F cum vnguento apostolorum: & vno de mundifica-
tiuis dicendis in antidotario:& cum regeneratiuis, &
facientibus cicatricem.

Cholericum vero raro venit ad saniẽ:nisi materia
per aliquã qualitatẽ extraneam corrumpatur:et tunc
cito vlceratur:nec ad perforationẽ indiget instrumẽ-
to.apertum vero curatur, vt sanguineum:nisi q fri-
gidioribus indiget medicinis.

Carbunculus curatur, vt anthrax:cuius curam au
dies valde cito.

Vndimia seu œdema proprie nõ repercutitur:sed
si succurritur ei in principio,totaliter consumitur,quod
non ad collectionẽ venit saniei.Ergo purga cum tro-
chisco de turbith: vel medicina alia phlegmatis pur-
gatiua:postea mẽbrum euapora cum aqua decoctio-
nis absinthij,abrotani, stœchados,squinanthi,cõposi
G torum, vel simplicium. Et Rec.cinerẽ quercus, aut
vitis:& fac inde lixiuium:et pannos inde madefacias:
& calidos superpone:& ligamẽ liga stricte: quod to-
tum apostema cõtineat:et sic omnino resoluitur:quo
niam sic materia desiccatur. Si vero de sanguine ali
quid esset admistum: aut apponeretur ibi medicamẽ
maturatiuũ: vel diuturnitatẽ densum temporis cor-
rumperetur:materia tunc in saniẽ conuertitur:& tũc
dolet propter caliditatẽ extraneam acquisitam: tunc
aperiatur: & nullo modo expectetur eius crepatio:
quoniã per se nullo modo crepatur:sed quotidie plus
corrũpitur:& in his maiorẽ facias aperturam. Hoc
apostema cum est apertum fortiori indiget mundifi-
catione:& maiori exiccatione propter grossitiem sa-
niei.Curatur tamen secundũ q curantur vlcera cum
mundificatiuis,& regeneratiuis medicinis.

H Apostema durum curatur cũ resolutiuis, & molli
ficatiuis medicinis:ita q modo resoluas: modo molli
fices:ne si cum puris insistas resoluẽtibus,subtile resol
uatur: & grossa materia fiat lapis:neq; calidum adhi-
beas medicamẽ:ne inflãmetur vel alia ad locum no-
ua materia trahatur a longe:quæ durum apostema fa
ciat inflãmari: quod cito mutaretur in cancrum:simi
liter, si maturatiuum adhiberes,quod materiam cor-
rumperet. Ergo cum tẽperatis resolue medicinis:po-
stea mollifica.postea resolue: vel vtaris cõpositis.cũ
quibus cũ resolutione mollificatio cõponatur:quod
facit Rasis medicamen: cum quo cõuenit Aui. quod.
Re.galbani,bdellij,opopanacis,ana partes ęq̃les.mol
lifica in oleo de lilio:et in mortario optime pista. dein
de addas mucilagines fœnugræci, & seminis lini, quã
tum sunt oĩa alia:& optime misceãtur:& fiat empla-
strum

strum super apostema durũ cum hoc solo: vel cũ ad- A
mistione ficuũ siccarum pinguium, donec mollifica-
tum penitus resoluatur: hęc enim medicina durũ apo
stema sine inflãmatione mollificat, & resoluit: plura
quoq; alia medicamina mollificatiua, & resolutiua in
antidotario sunt trahenda.

Aquosum apostema curatur sicut vndimia: nisi ꝙ
siccioribus indiget medicinis. Et curatur secundũ do
ctrinã, per quam membrum nimis grossum diximus
in proprio capitulo tenuari.

Ventosum curatur cũ medicinis subtiliantibus, &
ventositatẽ consumentibus: tã intus quã extra. intus,
vt vsu cymini, & carui, & cauendo a leguminibus, et
rebus inflatiuis. Extra cũ oleis ventositatẽ carminan-
tibus, vel cũ oleo, quod Re. rutę, cymini, seminũ fœ-
ni. ani. carui, ameos, & apij, ana, drac. 5. olei antiq, lib.
5. ponantur omnia in phiala vitrea: & phiala pona- B
tur in alio vase bullientis aquę: & bulliat ita ꝙ oleum
bulliat vsq; ad succositatis rutę consumptionẽ: & ex
illo oleo locus vngatur calido. Itẽ. Re. calcem viuã
& distempera cum vino dulci: & fiat sicut lutum: &
pone desup. Itẽ. R. olei. anethini, drac. ij. ceræ, drac.
5. œsypi siccę puluerizatę, drac. i. fiat sicut emplastrũ.

Huc vsque curas posuimus simpliciũ apostematũ
& per illas haberi potes cõpositorũ cu
rã. Nã erysipelatodes vel phlegmonodes cũ eisdẽ
medicinis curãtur: quibus erysipelas: et phlegmõ si cu-
rę taliter cõponãtur. Item glandulę, & scroffulę cu
ram in proprio de scroffulis dicemus capitulo.

Anthrax vero curatur cũ euacuatione nociuę ma
teriæ & cum rebus cor cõfortantibus & virtutẽ. Ta-
men quoniã in his apostematibus cito ab ipso princi-
pio aliquando cadit virtus: & aliquãdo phlebotoma C
ti vel euacuati perierunt: ĩmo multi timent phleboto
mare, uel solutiua prębere medicamina. Ego uero for
ti existente natura in die phlebotomaui, & in eadẽ no
cte medicinã dedi solutiuam, & iuui aliquos despera-
tos: verum quando virtus cadit, & tremor cordis est
pręsens, & pulsus cadit: tunc est fatuitas phlebotoma
re vel euacuare: quoniã cura tũc relĩquetur soli Deo:
Verum ꝙ aliquibus theriacã dedi maiorẽ iã ipsis exi-
stentibus sine pulsu: postea reuixerunt. Quare tibi po
no curã narratoriã, quã cuidã gallico stipẽdiario in ci
uitate feci Mediolani: Vt in alijs tibi similibus sit exẽ-
plum. Cuidã iuueni. xxx. annorum venit anthrax
ex dextra parte colli: cuius malitia, cũ primo vidi: iã
adeo fuerat augmentata: ꝙ totum collũ & gula adeo
inflãmata fuerant: ꝙ mentũ & spatulæ parum a colli
grossitie differebant: tamẽ virtutem in eo inueni vali D
dam. ægritudinẽ cognoui per quandã vesiculã: quæ
ex colli parte dextra fuerat orta: quæ fuerat principiũ
ægritudinis: cũ tamen vnus magnus & famosus phy
sicus ipsam ęgritudinẽ minime cognouisset: ipsum ex
duobus brachijs phlebotomari feci: satis extrahens in
de de sanguine: & iniunxi ei diętã sicut si febrẽ acutis-
simã pateretur. In matutinis noctis illius diei dedi si
bi bonã dosim de colatura fructuũ myrabolanorũ, ci
trinorũ. & quæ quidẽ medicina in capitulo de alope-
cia declaratur. Supra locum vbi erat vesica, scabio
sam posui tritam cum axungia. Nã illi medicinę nul-
lam parẽ inueni. Homo ille valde solutus fuit, & fer-
uor & incendium diminutus: tamen locus nõ minue
batur inflatus: & virtus nõ solum diminuta non fuit
per euacuationes: sed fuit quasi incredibiliter robora

A ta. In crastino iterum sanguinẽ ex vno brachio prouocaui, & in crastino medicinã in minori quantitate iteraui: & tũc tumor fuit maxime diminutus: & in loco vbi fuit pustula: quędam venit crusta nigerrima: sicut si esset ab igne cõbusta fortissime, locum occupãs secundũ trium pollicum quantitatẽ: post paucos dies crusta illa fuit subleuata: & ęger maliscaruit accidentibus: & factũ fuit in loco sola ęgritudinis malitia unũ vlcus profundũ: per quod videbam cannã pulmõis: & venas organicas: & per quod totũ manipulũ infigebam. Ergo post omniũ accidentium remotionẽ intendi ad illũ ęgrum cibis bonis nutriendũ, & ad vlcus mundificandũ, & sanandum: donec per Dei gratiam fuit restitutus integrę sanitati. In paruo quoq; meo cõpendio, narratur ꝙ nunc de exhibitiõe maioris accidit theriacę: & quę sit illa scabiosa quæ poni de

B bet super anthracẽ: & quomodo emplastrũ cõfortatiuũ in cordis ponatur regione. Illũ ergo libellũ cũ hoc iungas libro: & habebis huius materię curã plenam.

Pustulæ q̃ fiunt ex humoribus corruptis, & ignis persicus, miliaris, formica, & pruna: eandẽ habent localem curã post euacuationẽ quæ semper præcedere debet cũ medicina quæ choleram & melancholiã simul euacuat. Nam hæc purgat humores adustos. nec est malũ addere quædam simplicia quæ de proprietate purgant adustos humores: sicut fumusterræ, cuscutæ, lapathium acutum, sene, absinthium, & similia. Item nõ euacuetur medicina quę datur in pustulis his a medicinis cor cõfortantibus, ne per medicinã venenum trahatur ad cor. Cura vero localis est cum his quæ infrigidant supra locũ & circa, antequam fuerit vlcerata, quia post vlceratiõnẽ non indigent nisi for-

C ti exiccatione supra locũ: sicut in cura ulcerum est narratum. Sed in circuitu ponuntur frigida, donec cura sit totaliter perfecta. Si praua superueniunt accidẽtia, succurratur cum cõfortatione cordis, & eis quę dicta sunt in anthrace. Aliquando super omnia adiuuat prunã & formicam vrere. nam cauterium cum igne totam illam corruptam materiam & venenosam extrahit, & consumit.

Herpes esthiomenus curatur post purgationẽ materię quã semper intendo debere pręcedere. verum si fortis fuerit virtus. si autẽ nõ: euacuatio nunquã fiat. Sed ponendo supra locũ sanum iuxta ægritudinem, defensiuũ de bolo ar. terra sigillata, oleo ros. & aceto. Istud nãq; defensiuum, vt dicit Auic. & per me multoties seu millesies est cõprobatum & expertũ, omne membrũ a corruptione defendit: & nõ permittit cor

D rosionẽ vlterius ambulare. Supra corruptũ locum & mortuum, ponas ferrum ignitum: & cũ eo pluries iterato partes omnes remoue corruptas. Vel hoc facias cum medicamine corrosiuo: sed ferrũ cãdens est melius. Remoto corrupto mundifica cũ mundificatiuo de succo apij, cui addas aliquantulum myrrhę. loco bene mundificato incarna, & vltimo cicatriça.

*De apostematibus quæ fiunt in capite: & de aqua congregata in capitibus puerorum. doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* Cap. III.

QVamuis de apostematibus sermonem fecerimus generalem: tamẽ apostematũ curæ secundũ diuersa corporis membra multoties diuersantur: ideo de cura quorundã apostematũ quibusdã venientiũ locis capitulũ facio. Dico ergo ꝙ in cutę

capitis diuersa fiunt apostemata. Nā fiunt ibi apostemata a subtili phlegmate vel ab alia phlegmatis spē, vt mucilaginosi & pulmosi: & est sicut cancerosi bocij erit dictū. Et dicūtur tapinaria (uel talpinaria:) qm̄ sicut talpa īter duas cutes terrę cōcauat: ita ista ęgritudo nascitur īter cutē & carnē: dicūtur etiā testudines, a testudine animali per similitudinē. nascūtur alia de phlegmate duro, quæ sunt nodi. Vidi quoq; cranei manifestas eminētias sicut cornu. Nā vidi hominem qui venit ad me pro cōsilio, qui habebat in capite .7. eminentias vnā alia maiorem & in diuersis locis: quarū aliqua erat ita magna et acuta, sicut cornu capreoli vel longitudinis pollicis: & multū lędebāt cutem: & miratus fui quomodo cutis nō fuerat vlcerata. Cū ergo vidi quod habebat a craneo suā originem & radicem, nō me volui de cura intromittere: sed ęgro cōsului: ne se poneret in manu alicuius propter curā: quoniam mihi impossibile videbatur. Accidit etiā quibusdā pueris nasci cū capite aqua pleno. Aqua nanq; primo generationis tēpore multiplicatur mulieribus aliquibus in matrice: & puer iacet in matrice sicut sciuisti capite supra genua inclinato: quare humiditas illa locū pendentē inueniens spatiosum in fontis capite congregatur. quare cum maximo nascuntur labore. Et aliqn̄ antequā possit aliquid boni fieri, moriuntur.

Cura omniū apostematum capitis est si fuerint ex materia iam corrupta vel liquida, q̄ nunquā intendas ad desiccationē vel resolutionē cum mollificatiuis: quamuis fieri debere dixerim de apostematibus phlegmaticis, in capitulo generali: quia sic posset craneum inficere liquida materia vel corrupta: quare si materia nō est matura, maturetur: nō tamē vltime: quia aperiatur secundū figuram trianguli sic. △ Quoniam illa apostemata capitis propter cutis grossiciem et porositatem non bene mundificantur nisi vulnera sint adeo magna q̄ mūdificatio veniat ad profundū. Facta incisione euacuetur materia, et impleatur locus vndiq; filis vel coto infusis in oleo rosa. in quo alumē infusum fuerit çucharinū: donec locus in profundo fuerit bene mūdificatus. Postea cū vnguento apostolorū & aliis incarnatiuis curetur secundū doctrinam vlcerum aliorū. Nodus curatur scindendo cutē secundū incessum capillorū secundū longitudinem, & extrahendo eum totū cum suo folliculo. Et si aliquid de nodo vel eius folliculo remāserit, cū vnguento viridi vel puluere asphodelorū vel alio leui corrosiuo corrodatur. postea regenera. postea cicatriça. Si vero nodus capitis cū ipso craneo magnā haberet cohęrētiā, ita q̄ arbitreris ip̄m cū dura matre cōnexū: tūc quāuis ponāt aliq illā curā: mihi tn̄ videretur melius, vt ipsam penitus dimittamus. Aqua q̄ cōgregatur in capitibus puerorū, aut est inter craneū, adeo tamen p̄iculosa videtur: q̄ mihi videt̄ curā dimittere Deo. Quę vero extra: curat̄ vngēdo caput cū oleo de chamomilla, & sulphure pulueriçato: ita q̄ p̄tes olei sint quatuor: q̄a pars vna pōitur sulphuris. Deinde fiāt tria cauteria: vnū inter cōmissurā coronalē & frontē: & vnū in collo in fontinella: & aliud aliquātulū superius supra locū cellulę posterius: hęc enim cauteria cū prædicta vnctione desiccant maturāt & cōsumunt.

*De apostemate sub radice auris. doctrinæ secundæ tractatus tertii. Cap. IIII.*

APostema quod fit in auris radice aliquando fit

E per viam crisis, quādo natura nō potest propter eius debilitatem vel materiæ multitudinē vel grossitiem ipsam expellere vel per sudorē vel per aliquam euacuationē aliam, quę crisim bonā faciat et cōpletam, faciens q̄ potest, expellit illā ad locum debile & spatiosum: aliquando fit apostema non per viam crisis: sed quoniā a capite materia ibi deriuatur, vel inferius supra expellitur: neq; caput nobile membrū ipsam recipit, sed sub aure moratur, & ibi generatur apostema. Hoc apostema periculosum est propter capitis propinquitatē, & loci sensibilitatē, & venarū, neruorum n. arteriarum, infeltrationē multiplicem. Huiusmodi apostema sæpe interficit, quando eius accidentia specialiter intenduntur. Huius autē apostematis materia sanguis est, aut cholera, aut phlegma, aut licet raro melācholia: q̄ omnia per signa superius distinguūtur.

F Curam autē huius apostematis nō oportet a repercussiuis incipere, sed ab euaporatiuis, anodynis, mitigatiuis, & materierū eductiuis. Nā repercussio materiā ad membrum repellet principale. euapora locum ægrotū cum aqua calida decoctionis chamomillæ: postea de eodē vnge oleo, & lana succida: nec dimittas quin semper ponas in aure oleū amygdalarū amararum: quoniā est maxime iuuatiuū. Si vero materia esset in profundo valde, & esset eductionis difficilis: nō esset malum adhibere ventosam: vt educere materiā adiuuaret: & postea resoluere, & linire, & dolorē sicut diximus mitigare. Si vero sic materia nō resoluitur: sed incipit in eo sanies fieri: tunc cū tēperatis maturatiuis nō nimis calidis maturetur: quo maturato, loci nō expectetur apertio: sed caute cū sagitella locus aperiatur, quę quidē ad locū vsq; vbi est

G cōgregata sanies: quæ si in profundo fuerit, impellatur. Tamen caue ne neruū ibi tangas, arteriam, aut uenā. Nam ex hoc magnū aliquando periculū fit p̄pter sanguinis exitum propter venas: eo q̄ sæpe ibi quidā neruus tangitur reuersiuus: cuius incisiōe vel punctura fit ęger in perpetuo sine voce. Aperto loco mundificetur cum medicinis mundificantibus dicēdis in antidotario: quæ cū sint mundificatis cōmunibus ficcio ra facta: perfecta mundificatione incarnetur locus, & exquisitissime sigilletur. nam sæpe fistulam pariūt per incautam curam apostemata huius loci.

*De apostematibus colli, & gulæ. doctrinæ secundæ tractatus tertii. Cap. V.*

HOrum apostemata locorū aut in lacertis fiunt exterioribus: ita q̄ de materia nihil transit ad

H intra: aut in lacertis fiūt interioribus: aut in ipsa substātia meri: aut in quadā fiunt concauitate, quæ est inter cānam pulmonis, & œsophagum in loco, qui dicitur isthmos: & sunt vtplurimū sanguinea, & sæpe phlegmatica, rarius cholerica, & rarissime melancholica. Humoris abundantia distinguitur per signa superius assignata. Q2 autē materia in lacertis cōtineatur exterioribus, cognoscitur per apostematis apparentiā: & q̄ transglutio vel aeris attractio nullatenus impeditur. Q2 autē materia in lacertis sit interioribus, cognoscitur, eo q̄ pars tumoris apparet extra: q̄ cū difficultate trāsglutitur. Q2 autē materia sit in isthmo siue intra, cognoscitur eo q̄ de tumore extra aliquid nō apparet: & quia æger nō potest transglutire: & q̄ vix respirat, & expirat. Et si accidentia huius apostematis intenduntur, oculi foris eminent. linguā in ore

continere

cōtinere nō possunt: nec vllo modo loqui possunt: &
spiritū emittunt ꝑ os: lacerti pectoris valde laborādo
salire videntur. Tunc nō est necessarium medico dice
re nisi domine miserere isti. Verū est ꝙ aliqui auda
ces lignū aliquod violēter infixerunt in gutture vsq;
ad locū apostematis impellentes, apostema ruperūt.
quare fuerunt a morte subito liberati. Sed talis opera
tio ab infamia nō est tuta: quoniā inter manus medici
operantis taliter plurimi moriūtur: quorum mors nō
ęgritudini, sed medico imputatur. Illa vero species
occulta, in qua nō tantum accidentia sunt intensa, nō
est tantum periculosa.

Curatio. Cum ægritudo incipit, si sit cholera, cum
phlebotomia basilicæ, & si fuerit iā pluri-
bus diebus incepta: quia vocatus a principio, nō fui-
sti: cum phlebotomia mediantæ: quæ quidē phlebo-
tomia fieri debet vsq; ad syncopē: maxime si corpus
forte fuerit, et carnosum. Sequenti die fiat minutio de
venis, quę sunt sub lingua. Nec vllo modo audias cō
silium illorū, qui præcipiunt incipere a venarum lin-
guæ phlebotomia: quoniā ex phlebotomia ipsarū, si
phlebotomia basilicę vel medianæ non pręcedat, ac-
cidit sępe ꝙ ęger subito, maxime si fuerit plethoricus,
suffocatur. Facta phlebotomia detur ad gargariçā-
dum aqua decoctionis rosarū, sumach, balaustiarū, lē
tium, & gallarum, cū qua sit distemperatum diamo-
ron: aut gargariçetur stercus hirundinū distemperatū
cum hydromelite, aut stercus passerū vel gallorū: aut
stercus canis comedentis ossa solum: & stercus pueri
lactentis desiccatum. Itē Reci. stercoris canis solum
ossa comedentis, gallarum, satureiæ partes æquales.
fiat puluis: & cū aqua mellis distemperatus fiat garga
rismus. Aquam bibat hordei: nihilq; comedat nisi
candarusium factū de furfure in hūc modū. Re. furfu
ris de tritico recentis vnā scutellam: & cooperi aqua
calida, & permitte stuphari per horam. Postea tere in
mortario cū pistello & cola. Colaturam bene decoq̄
cum modico sale et ęgro cum penidijs administrabis.
Si vero comestionis hora transglutire nō posset, in
colli fontanella paruā pone ventosam cum igne: quia
tunc transglutiet, dum ventosa locum ibi amplians
permanebit. Gula tota exterius & collum cū oleo
vngatur de chamomil. & supra vncturam lana pona
tur succida. Ponatur vtiliter emplastrum factū de
nido hirundinis: quod est cōmune squinantię seu apo
stematibus gutturis, et colli cuiuslibet speciei squināt.
quod cōponitur per hunc modū. Re. nidum hirūdi-
nis: & fac illum in aqua diu bullire. postea cum cribro
taro cola, vt grossæ paleę abijciantur: terreum suaue
quod relinqtur, retineatur, et ī alia aqua bulliāt radix
lilij, radix bismal. radix bryonię, folia malua. & viol.
et parietarię. quę bullitá pistentur optime a ꝑte grossa
vnius cultelli sup assidē: & cū aq̄ hirundinis incorpo-
retur fermētū bn̄ acre, & farina se. lini: & addātur her
bę pistatę & oleū cōmune vel axūgia por. sine sale: &
bulliat totum simul: & conficiatur: & fiat emplastrū.
Hoc enim emplastrū miraculose resoluit vel maturat
squinantiā, siue sit intus siue sit extra, si extendatur su
per pannum, & ponatur calidum circa gulam. Va
let etiā colli inunctio cū oleo de chamomil. misto cū
butyro ueteri nō salato, si cum lana succida inuoluat.
Bonū est etiā si apostema fuerit interius, aut maior
eius pars, cum tēpus prolongatur ꝙ nō repercutitur
nec resoluitur: vti maturatiuis gargarismatibus vt

A hoc. Re. ficus sic. se. maluæ, se. lini: coq̄ in aqua, & gar-
gariçent. Aut aqua ficuum cū butyro, & vino mi-
sta quę maturat omne intrinsecū apostema siue in gut
ture siue in stomacho siue ī intestinis fuerit generatū.

Cum autē illud maturum cognoueris, & cogno-
scitur per doloris mitigationē & accidētium et febris,
si fuerit apparens extra, cū sagitella illud perfora: ner-
uorum cauendo læsionē, & arteriarum, et venarum.
Post aperturā mundificetur cū mundificatiuis in anti
dotario nominandis. Si fuerit intra, nec rumpatur:
cum gargarismate prædicto de butyro, ficuum, aqua
& vino rumpatur cū ingenio subtili Halyab. scilicet
cum gargarismate stypticorū: sicut decoctionis galla
rum, acaciæ, psidiarū, balaustiarum, aluminis iameni,
quoniā hæc partes loci contrahunt: & apostema cre-
patur. Rupto apostemate, savieq; foras educta cum
B aqua calida: in qua dissoluatur butyrum & oleū vio-
laceum, donec sanies tota fuerit expulsa. Postea cum
aqua decoctionis liquiritię, ireos, tamarisci, fac garga-
risma. Valet etiā vitellorum ouorū sorbitio. Si ve-
ro materia fuerit frigida, minus repercutiatur: & cali-
dioribus gargarismis est vtendū. Et post apertionē
fortiori indiget abstersione cū mundificatiuis: in qui-
bus sit aliquid de myrrha, sarcocolla: secundū ꝙ in ca
pitulo de mundificatiuis in antidotario cōtinetur.
Aliquando quidem propter rheuma descendens a ca
pite nascuntur in radice linguę ab vtraq; parte quędā
excrescentiæ: quæ videntur quasi amygdalæ: quæ tra
chæam impediunt arteriam: vt anxia fiat aeris attra-
ctio, & emissio: quæ curantur cū prædictis medicinis:
& per prædictum modū euacuando, repercutiendo,
resoluendo, et per ordinē maturando. Et quoniam
C bona casuum narratio multū corroborat operantē:
ponā in hoc loco quod mihi accidit in ciuitate Medio
lani de quadā domina quinquagenaria quinta: quę ha
buit squinantiā phlegmaticā: quæ totā occupauit gu-
lam intus & extra: ita ꝙ extra tumor maximus appa
rebat: & cum hoc nō loquebatur: nec poterat trans-
glutire, hæc fuit in cura cuiusdā iuuenis mei scholaris
per plures dies. de malo in peius quotidie ꝓcedebat.
Tunc quasi in casu desperationis fui vocatus: & inue
ni eam in statu pessimo: quia pluribus nō comederat
diebus: nec audebat dormire: quia timebat subito suf
focari. Tunc tangens pulsum, ipsum in vltima in-
ueni debilitate. Tangens locum corruptū sensi mate-
riam in profundū: quod cognoscens cognoui ꝙ po-
tius suffocaretur quā exterius apostema, vel interius
rumperetur. Tunc mihi præparaui rasorium: & locū
D palpans cum digitis inueni maturā materiā inter men
tum & epiglottum, plusquā in alio loco congregatā.
Tunc locum palpans cum digito, vt possem neruos,
venas, & arterias euitare: vulnus feci ibi profundum:
per quod de corrupta & male fœtēte materia magnā
partē extraxi: magnamq; partē dimisi: quā tunc eua-
cuare poterā: sed ratione nolui quam sciuisti. Tunc
ægra leuiorē habuit anhelitum: pulsusq; fuit fortifica
tus: timorq; mortis subito diminutus: eo quod ad cor
maior poterat aeris quantitas delegari. Tunc admi
nistrans ei brodium, per vulnus magna ipsius quan-
titas exibat. Tunc ingeniaui, vt cum argētea cānula,
quæ posita in ore totum vulnus transibat, sua cura re
ciperet ad ipsius necessaria nutrimentū, gulam totā,
& collum cū medicinis mundificantibus: & residuū
materiæ maturantibus circundabam: donec extraxi

de vulnere frustum magnum viscosæ materiæ: & fœtẽtis: quæ fuerat sicut quoddã intestinum longũ plus, & grossum vnius minoris digiti quantitate: quæ quidẽ materia calore fuerat extraneo cõdensata: qua quidem remota remansit locus sine fœtore: & ęgra incepit maxime confortari: tamen in ea continuaui mundificatiua: & ĩcarnatiuis, & cicatrizatiuis vulnus optime sigillaui: & ęgra fuit saluti pristinæ restituta. Cũ ergo in locis prædictis frigidã materiã & corruptã inueneris: aperturã loci nullatenus expectabis: sed aperturam accelera. & si materia nondũ ad plenum fuerit maturata: nã si naturæ ipsam aperiendã dimiseris: male faceres: quoniam materia grossa in mẽbri profundo imbibita, nõ potest a virtute debili ad membri superficiem delegari. nec mẽbra spiritualia non longo possunt tẽpore defectum aeris expectare.

*De apostemate sub titillico, id est sub ascellis. doctrinæ secũdæ. tractatus tertii.* *Cap. VI.*

HOc apostema nõ indiget repercussiuis propter rationes superius assignatas: sed magna indiget euacuatione, si fuerit calidum per phlebotomiã venę nigræ vel basilicæ alterius brachij: & si fuerit frigidũ, cũ medicina de turbith, vel medicina alia cõpetenti, Et intendas quantũ potes ad resolutionẽ cum medicinis, quæ nõ habent magnam attractionẽ: quoniam locus est emunctorius: vt est dictũ: & emunctoria propter eorum raritatẽ & capacitatem & debilitatẽ, parata sunt recipere sine medicaminis iuuamẽto. Cum ergo medicina iuuatura nimis fit, attractiua apostema nimiũ augmentatur. Vngatur ergo cum oleo chamomil. cui superponatur maturatiuũ: & maturatum aperiatur: nec in hoc etiã ruptura per se, maxime cum fuerit frigidum, expectetur: hoc saluo, si esset materia glãdulosa: quod sæpe fit sub ascellis, et in inguine: nec etiam æqualiter matura: sed in vno loco dura, & alio mollis: tunc nullã habes viam tutã: quoniam tunc est bubo, cuius cura est difficilis. Quia si materiam extrahas corruptã, & duram relinquas: difficile residuum maturatur: sed facit sclirosim, & fistulã sæpe parit. Ex aduerso materia remanens in loco corrupta, totũ corpus in mala tenet dispositione: febris scilicet et doloris. Tamen quoniã, vt dicit Gal. qui ad suam salutẽ nõ nisi vnã habuit viã: velit nolit: per eã, etiam si mala fuerit: pertransibit. febres & dolores quocunq; potes mitiga modo: & æqualiter procura maturationẽ: quoniã materiæ pars corruptæ partem nõ maturam adiuuat maturare: tunc aperi, & mollifica. Si vero ante tempus maturationis locus rumpitur: vel cogit te necessitas aperire: tunc pugna residuum maturare cum vno mundificatiuorum uirtutem habẽtium residuum maturare: quorum magna copia in tractatu vltimo non carebis.

*De apostematibus adiutorii, & infra. doctrinæ secundæ. tractatus tertii.* *Cap. VII.*

HOc apostema quantũ ex parte loci nisi cõditiones te prohibuerint: in principio post euacuationẽ secure repercutitur. Si ergo fuerit calidũ ex contrario phlebotomiã brachio de basilica facias. Postea secure repercutias, si repercussiua nõ sufficiant, resoluas: quibus nõ sufficientibus, maturabis vt hæc. & secundũ hoc perfectam expectabis maturationẽ, nisi materia esset adeo violenta, q̃ esset ad corruptionem

E membri parata. Tunc enim aperiatur adhuc, si perfe-cte materia nõ sit matura. Incisionem vero caue ma-gnam: maxime cũ in locis cecideris musculorũ. Mul-ti enim medici quoniã loca illa longe sunt a nobilibus membris, sine aliquo timore magnas & profundas fa-ciunt aperturas: & credunt vt inde laudem magnam propter audaciã consequantur: & inde laudantur ab aliquibus idiotis: quare substantiam vulnerant lacer-ti: qui quidẽ lacerti cõsolidando extringuntur: quare brachium totũ contrahitur: q̃ inde nõ potest exten-di: quare perdit operationẽ in toto debitã, vel in par-te. quid ergo facies? tantũ quãtũ potes, cutim superfi-cialiter incide: paruumq; facies foramen. Nã adiuto-rium mundificatiuorũ & ingenium abluendi omnia talia mundificant ulcera. Quamuis apud illos, qui ma-gna faciũt vulnera, sint ignota. Si vero exitura cir-

F ca cubitum acciderit: ita q̃ ibi caderet ex parte colle-ctionis materiæ, lociq; pendens incisio: tamẽ caue ne supra cubitum perforationẽ facias: sed ab vtroq; late-re: vbi quasdam inuenis fontanellas, neruis, venis, & arterijs carentes. Et quia hoc vulnus factũ in sum-mo cubiti vix cõsolidatur: & cõsolidatio motum cu-bito debitũ impediret. Frigidũ apostema in his lo-cis nõ nisi propter abundantẽ peruenit materiã. Ma-gna ergo indiget euacuatione pluribus forte vicibus: postea resoluitur: & circa illud procedere secundum q̃ in capitulo diximus generali: eodem modo aposte-ma coxæ & genu.

*De panaritio doctrinæ tertiæ. tractatus tertii.* *Ca. VIII.*

PAnaritium est apostema circa vngues generatũ calidum & dolorosum et inflãmatum: quod ali-

G quando febrẽ inducit: & aliquando caput corrodit digiti, & interficit aliquando.

Cura huius apostematis est vt incipiatur a phlebo-mia si particularia cõueniunt, vt virtus, ętas, cõsuetudo: & si longum est tempus, ex quo phlebo-tomatus nõ fuit: deinde optime membrũ cum epithe-mate de aceto, donec grossum superfiat, epithemet. Supra epithema ponatur pannus madefactus in mu-cilagine psyllij: aut vngatur cum alio vnguento infri-gidato. Et modis omnibus intende ad infrigidationẽ, & corruptionis prohibitionẽ. Si vero per hoc do-lor, & pulsatio, non cessauerit vel quieuerit: sed est in via maturationis: superponatur scabiosa trita cũ axũ-gia: & fiant cætera, quæ de curis anthracis & carbun-culi diximus facienda. Qualiter autem apostemata quæ veniunt in brachiorum juncturis, quæ non ve-

H niunt ad saniem: curẽtur, docebitur in tractatu de do-loribus juncturarum.

*De apostemate extra apparenti circa spiritualia mẽbra, & gibbositate, doctrinæ secundæ tractatus tertii.* *Ca. IX.*

CAue ne hoc repercutias apostema: ĩmo melius esset illud ad exteriora trahere maxime frigi-dum: sed resoluas ab ipso principio: facta tamen pur-gatione quæ multum est in hoc loco necessaria: reso-lutiuis nõ sufficientibus maturabis. Facta sanie non expectes crepationem per se maxime in frigida: sed perfora, saniemq; extrahe, & mundifica, cunctaq; p-sequere, quæ locis alijs sunt narrata. Hic attende q̃ multoties vi naturę materia foras inter costam & per coniunctiones ossium pectoris & spondylium ab in-tus emittitur, et apostema facit. Q; si fuerit frigidũ,

parum

parum dolet, & æger de illa nõ multum curat in principio: quia nõ multũ dolet: quare diu ibi morans corrumpitur. Et quia via per quã ab intra materia est egressa, ꝑ egressum materię est dilatata, corrupta materia potius reddit ad intra, quã per fracturã cutis exterioris exterius expellatur: quare post tempora tale apostema facit fistulam interius penetrantẽ. Ideoq; sicut est dictum, nõ expectabis ꝙ rumpatur per se: sed palpa locum: sicut scis: et cũ inuenis ibi saniem, aperi, et exquisite mundifica. Si vero fistulam antequam etiã saluaretur perfecte, cõmunis interiora pareret penetrantẽ: tũc indiges lauationibus mũdificatiuis: quæ diu iniĳcias cum clystere. Sic ergo facias. tẽtam forma de medulla sambuci, vel de spongia, uel de radice mali terrę vel bryoniæ vel gentianę induc in fistulã: quia eius orificium etiã interius amplietur ad clysteris cannulæ quantitatem. Postea decoque mel, & myrrham cum aqua: ita ꝙ aquę sint partes. 10. mellis, par. duę & myrrhę. Et si poneres de hyssopo, & saluia partes singulas, bonum esset. Aliquando bonum est ponere vinũ loco aquæ, specialiter cũ vlcus caret calore. Et de illa aqua vel vino iniĳcias per fistulã, et fac ęgrum huc illuc reuolui: ita ꝙ loca interiora ad quæ cadit sanies, bene laues: postea fac iterũ ęgrum super orificium vlceris reuolui: & pręcipe, vt tussiat, & totã extrahe putredinẽ & liquorem. Deinde pone in vulnere tentam vnctã oleo, ne uulnus claudatur, donec uidebis ꝙ cum lauatura nihil aliud exibit. Deinde cum vnguentis incarnatiuis & sigillatiuis, cura perfecte. Si vero via per quam sanies intrat & exit, esset facta callosa: ita ꝙ esset ibi iam fistula: tunc ignias ferrũ factum ad fistulæ quãtitatem: & omnia eius latera cauterięa. Postea cum butyro: & aliĳs sic crustam cadere facias vnctuosis demũ mundifica: postea cicatrięa.

Gibbositas. accidit quibusdã pueris, ꝑpter tussim expellentẽ materiam ad extra: & propter ventositatem multum ossium iuncturas dissoluẽtem, & ad exterius impellentem.

Cuius cura est in principio cum rebus tussim mitigantibus ut sunt amygdalę dulces pistę cum penidĳs, et aqua decoctionis fœniculi factis inde sorbitionibus cum amylo. & hac medicina. Re. amygdalarum dulcium, partes. ĳ. dragagã. semi. citoniorũ, ana partẽ. i. iulep quod sufficit. fiat lohoc. i. medicina sorbilis seu lambitiua: & debet esse spissa: sicut mel liquidum seu crudum. Mitigata tussi fiat balneum aquę decoctionis radicis althęę, foliorũ maluæ, fœnugræ. & seminis lini: & aqua super eminentiã cadat ab alto: postea resoluatur materia cum medicinis dictis in apostemate duro: & dicendis in capitulo scroffularum. Valet etiam lamina plumbi stricta super eminentiam, postquam fuerit bene remollita. Si materia vero fuerit ventosa, curetur sicut fieri debere diximus de apostematis cura ventosi. Gibbositas vero quæ propter dislocationem accidit spondylium, curam nõ recipit postquam fuerit confirmata.

*De apostemate apparente in ore stomachi, & nutritiua, doctrinæ secundæ, tractatus tertii.* Cap. X.

CVm hoc apostema apparet, in principio circa os stomachi, & circa regionem hepatis & splenis, quidam quamuis vellent intelligere cõtrariũ, per meam regulam generalem bonũ est & vtile locũ cõfortare cum oleo spi. & oleo rosa. & emplastris factis

A de rosis, absinthio, squinantho, cyperis, citonĳs, cũ farina hordei & similibus: quoniam licet dixerim ꝙ cauendum sit a repercussiuis, cum apostema sit prope membrum nobile: cum resolutiua, maturatiua, quæ non sunt admista cum stypticis, si supra locũ ista ponantur, membra, stomachum scilicet hepar & splenẽ debilitant. quibus debilitatis eorum debilitant actiones toti corpori necessarias: quæ sunt, appetere, digerere, expellere, retinere: quare toti corpori aliquãdo prouenit irremediabile nocumentũ. Ideoq; neq; puris resolutiuis, uel maturatiuis, uel neq; puris repercussiuis frigidis in istis casibus est vtendum. Quid ergo facies? materiam euacua, locum cũ stypticis & temperatis conforta. Sic materiam si potes abĳce: si non, resolue: sin autẽ, matura: sed caue semper ne resolutiua vel maturatiua pura sine admistione adhibeas styB pticorum. Et caue ne resoluendo, subtile resoluas, & residuum induretur: quoniam ista apostemata libenter transeunt in sclirosim: & postquam dura sunt, difficile resoluuntur. Sed sæpe sunt causa futuræ hydropisis. Igitur cum illud indurari videris: vt scis vbi sis omnibus fortis & sapiens: quoniam hæc apostemata errorem non sustinent medicorum: si maturatur, aperi & mundifica sicut sciuisti.

*De apostemate in inguine doctrinæ secundæ, tractatus tertii.* Cap. XI.

SÆpe prouenit apostema in inguine propter vlcera virgæ & pedum: propterea ꝙ locus est descẽsus humorum ad illa loca: & tunc non est ita timendum: propterea ꝙ venire tunc potest sine multa corporis plenitudine: & absq; eo ꝙ decursus humorum C maxime ibi fiat: sæpe quoque prouenit sine vulneribus in his locis: & tunc plus est timendum specialiter, cum corpus est malis & diuersis humoribus plenum.

Curatio. In casu ergo primo securius posses a principio resoluere. Ita ꝙ sola olei de chamomilla vel cõmunis antiqui inunctio & lanæ succidæ suppositio ab aliĳs laboribus te excusat: ꝙ si nõ, resoluetur materia secundum ꝙ superius iam sciuisti. In casu vero secundo materiam euacua calidam cũ phlebotomia basilicæ illius lateris: in sequenti die de eodẽ latere sanguinem extrahe de saphena. diætã attenua: a resolutiuis debilibus nullam attractionem vel paucã habentibus incipe circa locum. His non valentibus & humorũ cursu cessante fortiora pone resolutiua. Multum valet in hoc casu lixiuium factum de cineribus vitium & positum cum stupa: quia materiam cõ D sumit leuiter, & desiccat. Si vero resolui nõ potest, maturetur, aperiatur, mundificetur, & sanetur secundum ꝙ multoties audiuisti.

*De apostemate ancharum. doctrinæ secundæ, tractatus tertii.* Cap. XII.

IN his locis vtplurimum apostema nascitur in iuncturis: quarum curam melius quã fieri per me poterit, ordinatam inuenies in capitulo de doloribus iũcturarum. Sed si extra in ancha vel in coxa vel in cruris seu pedis spatiositatibus apostema fieret: Cura est eadem cum ea quam diximus apostematũ brachiorum: hoc notato ꝙ in anchæ profundo & in profundo coxæ sanies sæpe colligitur quæ tactu bene nisi per sapientem & vsualem medicum non discernitur. Iuxta illud Hippocratis. Quibuscunq; sanies in

corpore nõ manifeſtatur, etc. Ergo omnibus peractis quę in aliorũ curis apoſtematum ſunt iam dicta: nec apoſtema recedit: vel etiam a principio nõ fuiſti: locũ cũ duobus palpa digitis vt ſciuiſti: & cognita ſanie ad locũ vſq; perfora ſaniei: & ſaniẽ deinde mũdifica: cunctaq; proſequere quę ſæpe ſuperius audiuiſti.

*De apoſtematibus uirgæ et teſticulorum. doctrinæ ſecundæ. tractatus tertii.* Cap. XIII.

SIcut aliis membris viri genitalibus accidit apoſtema: ꝙ aliquando eſt humorale calidũ, uel frigidũ vt alia. aliquando repletur virga ventoſitate groſſa ipſam cum dolore nimis extendente. Cognoſcitur calidum et frigidum per ſigna quibus apoſtemata ſuperius diſtinguũtur. Ventoſum cognoſcitur, eo ꝙ accidit quibuſdã iuuenibus calidis: & eo ꝙ mẽbrũ eſt valde tenſum & durũ, & nõ multũ põderoſum: necq; color ab alterius colore partis corporis variatur.

Curatio Cura cõmunis apoſtematis calidi, tã in teſticulis quã ĩ virga eſt: ꝙ particularibus cõuenietibus fiat phlebotomia de baſilica dextri lateris: ſi apoſtema fuerit in dextro teſticulo: vel in virga, ſiniſtri lateris uero ſi apoſtema fuerit ſolũ in ſiniſtro. Sequenti vero die fiat minutio de ſaphenis. Prohibeatur ei vinũ & carnes, & omnia dulcia, & omnes cibi choleram & ſanguinẽ generantes. deinde adhibeãtur repellentia materiã: ſicut hoc ſibi proprium. Re. cortices granatorũ, roſas ſiccas, & lentes: quæ tantũ decoquantur donec quęque fuerint diſſoluta. deinde terantur fortiter in mortario: & cũ oleo ro. et pauco aceto, & loca cum hoc tepido emplaſtrentur. Itẽ. Re. ſuccũ portulacæ ſylueſtris, & oleũ roſ. & parum aceti: & madefacias intus pãnos: & inuolue cum illis virgã: & teſticulos, cũ incipit apoſtema calidũ: cum hoc enim multos in principio curaui. Cũ autem ceſſat materię curſus: farinã addes hordei et fabarum: vel farinas has cum oui vitello, ſucco ſolathri, & oleo roſaceo diſtempera. Declinante apoſtemate pone emplaſtrũ factum de farina fabarũ, fœnugręci, chamomillę, meliloto diſtemperatis cum ſepo caprino. Item optimũ apoſtemati calido in fine, & apoſtemati frigido in principio. Re. vuas paſſas de Forẽtio, & aq̃ illas aſperge: & fortiter in mortario tere. deinde adde farinã fabarum, & ciceris. de vnoquoq; quãtum eſt medietas vuarum: et cum oleo diſtempera de lilio: addaſq; modicum cymini: & fac emplaſtrũ. Si vero huiuſmodi apoſtemata perueniunt ad ſaniem, & vlcerant locum: cura ſecundum ꝙ in tertia doctrina huius tractatus de virgæ vlceribus declaratur.

Cura apoſtematis frigidi in teſticulis. Apoſtema frigidum, quod eſt in teſticulis, curatur cum euacuatione materiæ per medicinam vel per acutum ſuppoſitorium: quod ponitur inter anũ: quod valde materiam a teſticulis attrahit: ſicut dicit Auicẽ. et infinitis vicibus ſum expertus.

Si vero apoſtema teſticuli induretur: ponatur hoc emplaſtrũ per me ſæpe probatũ. Re. furfuris tritici: & fortiter piſta in mortario, donec fiat ĩde puluis qui diſtemperetur cũ oxymelite facto de duabus partibus aceti, & vna mellis: ĩ quo ammoniacũ ſit diſſolutum: & fiat ſicut emplaſtrũ. Superponatur tepidũ: & renouetur ſæpe. Iſtud medicamen eſt Auic. & in aliquibus libris inuenitur ſulphur: et in aliq̃bus furfur & vtrũq; valet: ſed ego maiorem efficaciam inueni cum poſui

E furfur: quam cum poſui ſulphur.

Cum autẽ virga tenditur groſſa ventoſitate: ſicut accidit quibuſdã iuuenibus quibus ex calore agẽte in groſſis humoribus reſoluitur quędã groſſa uentoſitas virgã tendens: tunc locũ cõſidera ſi calidus eſt: & fiat phlebotomia: & cũ frigidis, epithema. In quo caſu inter cætera frigida, hoc eſt vtile. Re. olei ro. par. iiii. ceræ partẽ. i. liquefiant adinuicẽ: & poſtea in aqua frigidiſſima ſæpe lauetur, donec vnguenti albi formã recipiat: & vngatur virga & loca circũſtantia. Si vero nõ fuerit calidum prouoca vomitũ: des ei agnum caſtum, & ſemen ruthę, cyminũ, & aniſum: et cum ventoſitatem conſumẽtibus cataplaſma. Cura autẽ vlcerum corrodentium & malorũ quæ fiunt in virga: & cura herniarum quæ fiunt in teſticulis, in huius tractatus doctrina tertia continetur.

F *De cura ſcroffularum, & glandularum, doctrinæ ſecundæ, tractatus tertii.* Cap. XIIII.

CVra ſcroffularũ & glandularum quaſi eſt eadẽ. Sed in hoc differunt, qm̃ ſcroffulæ quia fiunt de maiori parte melancholię: ad reſoluendũ ſunt difficiliores. Glandulæ vero quia fiunt ex maiori parte phlegmatis: facilius reſoluũtur. In vtroq; tamẽ caſu eſt neceſſaria materię purgatio: ad quod multũ valet medicina de turbith: quam recitat Auic. Re. turbith zinzi. zuchari ptes æquales. doſis, drac. ii. detur ſępe. vel Et trochiſcus de turbith factus cum diazingibere. eſt neceſſaria regiminis ſubtiliatio: & vt æger famẽ patiatur. Et caueat ab omnibus cibis indigeſtibilibus, & nauſeam faciẽtibus: nunquã comedat ſuper faſtidiũ: caput teneat altum: ita tamẽ ꝙ cũ collo vllatenus nõ

G laboret. Et ſi puer fuerit, caueat a fletu: nõ dormiat ſuper cibi repletionẽ. Circa locum fiat inunctio cum oleo de chamomilla, & de lilio, et cum oleo probato: quod ſolum glandulas ſoluit: & aliquãdo ſcroffulas. quod Re. radicum elaterii: quod communiter dicitur cogombre amaro, radicum maluauiſci, ana vnc. i. minutatim eas incide: et in antiquo oleo oliuarum, vnc. iiii. appone in phiala vitrea: & bulliat in alio vaſe aq̃ pleno, donec radices aduſtæ fuerint. Poſt vnctionem ponatur lana ſuccida. Si nõ ſufficit, fiat emplaſtrũ de ſtercore caprino cum oxymelite: vel de calce viua cum axungia porcina, ſine ſale antiqua: vel cũ hac compoſita medicina. Re. ſtaphidis agriæ, ſeminis lini, farinæ orobi. i. robiliæ, ręſinæ aduſtæ, ana partes ęquales: fiat emplaſtrum cum oleo & aceto. Item aliud valde artificiale. Re. radicis lilii albi, et ſeminis lini, ana

H partes æquales: bulliant in vino, donec fuerint diſſoluta. poſtea addatur de ſtercore columbino, ſi fuerit materia valde frigida & dura: & in corpore adulti & ſicci, quantum eſt medietas totius: & ſi fuerit minus frigida: & in corpore pueri vel mulieris adde de ſtercore columbino, quantum eſt quarta pars illorũ duorum: ſtercus igitur columbinum addas vel minuas: ſecundum ꝙ ex parte velocitatis reſolutionis, vel difficultatis tibi videbitur expedire. Item diachylon Raſis & diachylon Ioannis: Eben Meſue, quę tibi traduntur in antidotario, ſunt optima ad ſcroffulas reſoluendas. Nota ꝙ ſi reſoluendo vides materiam minui, & reſiduum indurari: mollificatiua medicamina reſolutiuis interpone.

Glandulę vero & ſcroffulæ quæ partẽ tenẽt dulcis phlegmatis uel ſãguinis, ſi ueniãt ad maturitatẽ

turitatē in parte cum magna mundificantur difficul- A
tate: quoniā aliqua pars earum remanet ĩmatura. Nō ergo festines in carū apertura: sed dimitte donec si potest fieri, tota materia maturetur. Tunc aperi, si per se nō aperitur: et mundifica. ibi valde bonū est apponere vnguentū apostolorum: & puluerem asphodelorū: & cætera leuia corrodentia intra: et nullo modo ponas ibi realgar: neq; aliquod violentum. Supra vero ponas mundificatiuū vnum: in quo sit admista radix lilij bene cocta: quoniā tale mundificatiuum mundificat cū maturatione residui materiæ nō maturę. Magnam oportet te diligentiā habere ad istas scroffulas squamosas: et glandulas mundificandas: quoniam difficilis sunt mundificationis: & consueuerunt sæpe malas generare fistulas. Si vero desideras curā per incisionē, aspice si scroffula vel glandula sit mobilis a suis venis & arterijs separata: tunc cū duobus manus B
sinistræ digitis ipsam capias: & quantum potes a collo separes: & sursum eleua: & cutim superficialiter secundum colli longitudinem scinde. Caue ne tangas panniculum, in quo est inuoluta, circunquaq; discarna: & totam extrahe integram cum suo panniculo. Si vero aliquid de panniculo remanserit, cum puluere asphodelorum, vel alia leui medicina cōsumes: demum incarna, et consolida ad instar vlcerum aliorum. Si vero glandula vel scroffula venis & neruis sit & arterijs intricata. ibi cum ferro nullatenus appropinques.

*De cura cancri non ulcerati. doctrinæ secundæ. tractatus tertii.* Cap. XV.

CAncri causas & differentias iam sciuisti: et quomodo cancer vlceratus curatur. De nō vlce C
rato scias: ꝙ sicut dicit Rasis: & verū est: sicut vidi pluribus vicibus: ꝙ quicunq; cancrū ferro vel medicina corrosiua vel corruptiua curare nituntur, plus nō lucrantur: quam ꝙ cancrum faciunt vlceratum: & hoc scilicet ulcerare cancrum, non est nisi mortem accelerare infirmi: & in sua breuiata vita illū ponere in tormento, nisi cancer in tali esset loco, & esset ita paruus: ꝙ posset totus cum omnibus suis radicibus extirpari: tunc posset auferri cum ferro: & locus cauterizari: & cuncta prosequi quæ de cancro diximus vlcerato. Sed si cācer sit perfectus & magnus, ipsi ferro vel medicina quæ vulneret illum nullatenus appropinques. Sed ægrum bono rege regimine, choleram sępe purga cum sero caprino, cum epithemo: aliquando phlebotomia. cum vnguento de tucia Rasis. posito in cura cācri vlcerati superunge: & frigidis inuolue folijs. D
Tua sit fortis & constanter intentio, ne augmentetur: vel nullo modo corrumpatur. Iam plures vidi medicos, qui nomen habebant Magistri in chirurgia, qui inuenerunt cancrum in aliqua sui parte corruptum: non tamen adhuc vlceratum: cuius possessor longis poterat cum illa dispositione secūdum meam doctrinam viuere temporibus: & per intētionem ipsam cōtra meam castigationem curare penitus promittebāt: et vlcerauerunt credentes ibi saniem inuenire: nec inuenerunt ibi nisi corruptam carnem: vel saniem spōgiosam: quare labia vlceris fuerunt cito reuersa & fœda: locus fœtebat horribiliter. pro cuius fœtore inficiebatur spiritus: quare cito tendebat æger ad mortem: qui cum cancro non vlcerato longo nimis tempore poterat permanere.

*De bocio & testudine. doc. secundæ. trac. tertii.* Ca. XVI.

BOciū est apostema quod de humoribus fit corruptis: & est vtplurimū ex corrupto phlegmate generatum. Et aliquando prouenit ex apostematibus calidis quæ corrumpuntur & nō aperiuntur: sed remanet in loco corrupto materia: cuius subtile resoluitur: & residuum ingrossatur: & ibi per longū moratur tempus. Aliquando per rheumatismū descēdit a capite ad gulam propter aquæ grossitiem quæ bibitur: quare ĩ terris multiplicatur pluribus sicut in Ruella: & in Cauenisius: & ĩ inoregia: in cōfinibus alpium et planitium Lombardię. Hoc apostema in sua materia diuersificat̃. Nā est alia sicut caseus: alia sicut fæx olei: sicut materia in sui corruptione secūdū sui diuersitatem diuersam formam suscipit & colorem.

Curatio. Hoc apostema curatur cū desiccatiuis & consumptiuis: quę per os sumuntur: & exterius apponuntur. Det̃ ergo per os medicina phlegmatis purgatiua. postea detur residui medicina consumptiua: ad quod est illud medicamē optimū et probatum. Re. plantā paruam nucis a terra cū suis radicibus extirpatā: & illam pista cum granis piperis: ita ꝙ si nux pistata sit, vnc. iiij. de pipere sit, vnc. i. hæc bulliant in quarta. i. parisij vini optimi vsq; ad mediū. cola: & de colatura suscipiat patiēs drac. ij. Emplastra cōsumptiua sunt emplastra quibus apostemata phlegmatica, & aquea cōsumuntur. Si vero per incisionem curā desideras: vide vtrū materia intus cōtenta liquida fuerit uel dura. si liquida, in loco scinde magis libero, materiam euacua: & mundificatiua, & cuncta ꝓsequere quę diximus in cap. generali. Si vero dura fuerit materia, & bociū pendens fuerit a venis neruis et arterijs separatum, cutim secundum mēbri longitudinem in superficie scinde. Caue tamen ne folliculum tangas, quo bocium est inuolutum. vndiq; scarna: & totum illud cum suo extrahe folliculo. Si aliquid vero de folliculo remanserit, cū puluere asphodelorum, & vnguento viridi mundifica: demum incarna: postea cicatriza.

*De doloribus iuncturarum. doctrinæ secundæ. tractatus tertii.* Cap. XVII.

DIctū est in præcedentibus de curis apatū plene satis: sed qm̄ dolores qui fiunt in iuncturis, quā quam multū conueniant in causis & signis apostematū: & in curis ab ipsorum curis multoties variantur: eo quia raro aut nunquā ad saniem inflatio iuncturarū venit. Et eo ꝙ sæpe dolent iuncturæ absq; eo ꝙ aliqua loci appareat inflatura: et eo ꝙ cura huius passionis aliquibus bōis & famosis medicis est ignota: & eo ꝙ sæpe ad ipsorum curam vocantur chirurgi. In hoc modo proposui libro. de iuncturarum doloribus capitulum facere speciale a libro sacro Rasis de iuncturis sumendo doctrinam: in quo longo studui tempore: & cuius medicamina diutius approbaui: Nec me vnquam si illa in suis sciui adaptare carminibus deceperunt. Nihilominus ipsam Rasis scientiam per Auicennæ verba: & longum exemplum in meis operibus roborando.

Causa quæ facit dolorem iūcturarum: aut est mala membri cōplexio sine materia, quod raro fit: aut cū materia, qđ fit sæpe. Mala autē cōplexio calida calefaciēdo: frigida infrigidādo: sicca ligamēto iūcturarū astringendo dolorē aliquando generat. Sed hu-

miditas ſine materia dolorẽ nũquam facit. Materia
vero quæ dolorem facit iuncturarum, eſt aliquando
ſanguinis abundantia ſæpius crudum phlegma: raro
de pura cholera: rarius vel nunquam de pura melan-
cholia. Et qđ plurimum eſt quando cholera uel ſan
guis cum phlegmate admiſcetur. Et etiam fit raro de
phlegmate: niſi aliqua pars choleræ miſceatur.

Signa vincentis materiæ per quę debet diſtingui qs
humor peccat in doloribus iũcturarũ: ſumã
tur ĩ doctrina prima, tractatus tertij de alopecia. Et in
ſecunda doc. ipſius tractatus de apoſtematibus. capi-
tulo generali. Si enim ſigna in illis duobus poſita capi
tulis cõiungas: diſtinguere poteris quis humor in cau
ſa magis obtinet principatum. Hoc tamen attende
ꝙ vtplurimũ materia quę facit iuncturarũ dolorẽ: ut
dictum eſt: eſt humor phlegmaticus crudus qui mem
bri ſubmergitur in profundo: cui paruę cholerę quan
titas illud phlegma mouẽtis: et natare facientis per mẽ
bri ſuperficiem admiſcetur. Et tunc medicus niſi ſit in
talibus bene expertus, decipitur: quoniã videbit habi
tudinẽ phlegmaticã: & omnia ſigna quibus docemur
phlegmaticã materiã abũdare: mẽbrumq; calefaciet:
& materia ſubtiliabitur: & dolor augmẽtatur. & pro
pter dolorẽ ad locum materia deriuatur. Aliquãdo
vero quantitas illa choleræ ſuper membri ſuperficiẽ
apparebit: & medicus infrigidabit: et materiã indurat
ſic phlegmaticã: quare curã propter opus erroneum
prolongabit. Oportet ergo medicũ fortẽ eſſe, et uſua
lem in paſſionibus iuncturarũ: qm̃ quantitas apponẽ
dorũ & particularis operandi modus non poteſt per
literas denotari.

Curatio. Cura dolorũ iuncturarũ quę prouenit ex
mala cõplexione ſola, nõ eſt niſi cũ con-
trarijs cõplexionis malitiam remouere: calidã cum fri
gidis: frigidã cum calidis: & humidã cum ſiccis. ſiccã
vero cũ humectantibus & impinguantibus cibis &
potibus, quiete, & ſuauitate, & lætitia curatur: qa tũc
eſt ſanus cũ corpus fuerit impinguatũ. Humoralis
vero curatur dolorẽ mitigando: et humorem peccã-
tẽ regulariter minuẽdo: de quibus diuerſam inuenio
medicandi opinionẽ: quam cõtrarietatem in hoc capi
tulo propoſui denotare & recitare. Aui. nãq; dicit
cum materiã volueris ad oppoſitum ducere: quæ de
bet eſſe medici principalis intẽtio: prius dolorẽ ſeda.
Raſis vero in libro diuiſionũ. cap. de podagra, & do-
loribus iuncturarũ, prohibet ꝙ nec repercuſſiua, nec
reſolutiua ponantur niſi euacuatio cõgrua prius prę-
ceſſerit. Doloris vero ſedatio nõ fit niſi aut per mate-
rię euacuationẽ: aut per repercuſſionẽ: aut per anody
num reſolutiuũ & ſtupefactiuum: ſecundũ igitur Ra-
ſim, prius debet euacuari: qđ prohibet Aui. Quid igi
tur facies: quã quod intelliges: nunc attende. Qui-
dam Raſis tenentes doctrinã: & ipſam ſumentes ſine
Raſis intentione profunda, cum inueniunt materiã in
doloribus abundare, volunt incipere ab euacuatiõe,
portãtes illud techni verbum. Prius oportet vnam-
quanq; cauſam abijcere etc. Nec volunt purgare niſi
prius humores ſint pręparati. iuxta id. Oportet prius
corpora qui vult purgare fluxa facere etc. Et dant
cũ hac intentione ſyrupum acetoſum, vel aliũ inciſi-
uũ, et materię ſubtiliatiuũ: qre ſubtiliatur magis mate
ria: dolorq; intolerabilis augmẽtatur: et virtus ꝓſter-
nitur: & membrũ debilitatur: et aliqui ꝓpter nimium
ſpaſmãtur dolorẽ. Tu ergo ſic facies. cũ dolorẽ for

E tem ĩnuenis, plus epithema membrũ cũ vno mitigatĩ
uo: quod debes variare ſecundũ ꝙ materiæ varietas
te docebit. Nã ſi materia fuerit pauca: tamen acutiſſi-
ma & ſubtilis, locum infrigida plus. Si vero materia
multa, prohibe plus: & infrigida minus. Aliquãdo da
tur aliquid per os ꝙ doloris eſt etiã ſedatiuũ. Mitigati
uorum copiã, defenſiuorũ, ſeu prohibentiũ materiã
in hoc capitulo cõplete recipias, & perfecte. Mitigato
dolore fiat phlebotomia, ſi materia ſanguinea, vincat
uel da medicinã, ſi uincant humores alij, nullã humo-
rum pręparationẽ aliã expectando: qm̃ materia tunc
eſt in motu: & de loco ad locũ, ſicut furioſa currit.
Diminuta materia doloreq; plurimũ diminuto reſol
ue reſiduũ: & ſi vides ꝙ nõ ſit ꝑfecte purgatus, tũc ite
ra phlebotomiã diebus paucis interpoſitis: aliquãdo
ſanguine multo exiſtente iteratur phlebotomia die ea
F dem, vel ſequẽti. Et ſi vincat humor alius: et dolor
ſatis ceſſauerit: vel ſaltem fuerit diminutus: ita ꝙ ęger
valeat tolerare: tũc ſecure digeras reſiduum materiæ,
groſſum, ſcilicet ſubtiliando, viſcoſum incidẽdo, ſub
tile ingroſſando: quod multũ eſt neceſſariũ: et prępa-
ratam materiã euacua cum vna de infradictis ſpeciali
bus medicinis. Phlebotomia vero ſemper fiat per
partẽ oppoſitã: & quæ mẽbrum læſum poſſit facilius
euacuare ſeruãdo ſemper cõtrarietatẽ, id eſt tantum,
& quędã etiã particularia, quę ſemper ſunt per diſcre
tum & ſubtilẽ & rationabilem medicũ obſeruanda.
verbi gratia. Ponatur ꝙ aliquis dolores habeat in iun
cturis pedis dextri: & omnia mẽbra alia ſint a dolori-
bus abſoluta: nec in pede ſiniſtro dolorem, nec in ma
nibus cõſueuit habere: tunc prius minue baſilicã bra-
chij dextri: nec minuas baſilicam ſiniſtri brachij: ſicut
G aliqui crediderunt: qm̃ in iſta phlebotomia nõ debet
ſecũdũ duas diametros cõtrarietas obſeruari. Si ve
ro in brachio dextro cũ dolore dextri pedis haberet,
et nõ hr̃et dolores in ſiniſtro: tũc minue unũ de ramis
baſilicæ: de pede ſiniſtro, ſicut ſaphenã. Si dolores
plus fuerint ex ĩtrinſeca pedis vel brachij ꝑte, vel ſcia
ticã, ſi magni dolores ab ĩtrĩſeca moueãtur. Itẽ ſi mu
lier dolorẽ in dextro brachio habuerit: & careat men
ſtruis: quamuis ſecundũ exigentiam curę doloris bo-
nũm eſſet phlebotomare de baſilica ſiniſtri brachij: tñ
propter quod retinentur mẽſtrua: melius eſt vt phle-
botomiã faciatis de ſaphena dextri pedis: qm̃ ex hoc
materia reuocatur ad contrariũ: & menſtrua prouo-
cantur. Quæ quidẽ menſtrua cum in mulieribus tẽpe
rate veniant: raro cadunt in doloribus iuncturarũ.
Hoc idem intellige de alijs purgatiõibus: quoniam ſi
H materia purganda fuerit in corpore: & patiens cõſue
uit habere hęmorrhoidas vel vlcera: vel apoſtematis
principiũ habet in ano: tũc nõ des catharticũ: ſed me-
dicinã adhibe vomitiuã. Et ſimiliter ſi mulier occaſio
natam haberet matricẽ, ſiue vlceroſam, vel haberet
ibi dolores vel apoſtematis principiũ: ſed ad curã do
loris brachij cõpeteret. nõ tamen bonũ eſſet mẽſtrua
prouocare. vide ergo ſubtiliter: qm̃ vna ſola particu
laris conſideratio nõ ſufficit bono medico. ĩmo mul-
tis & multis oportet cũ cõſiderationibus ſubtile ſuũ
ingeniũ exercitare: fortemq; ipſum ſimiliter cõuenit
eſſe in iudicio: vt viã ſciat eligere meliorẽ: qm̃ ĩ oĩbus
opationibus vbi plures cõcurrunt opationũ & regi-
minum modi, vnus neceſſario melior alijs reperitur.
Ideoq; multũ eſt neceſſariũ ꝙ medicus in cunctis ſuis
operatiõibus habeat Deum ducẽ. Poſtquam aũt ma-
teria

teria fuerit euacuata: & dolores ceſſauerint: & tumor
incipiet minui: tũc incipe cũ infra dictis reſoluere me-
dicinis: cauendoq; cũ reſoluis: ne unũ duorum tibi ac
cidat. Vnũ materiæ ad locum doloris deductio: quia
ſæpe reſolutiua hoc faciunt, quando ante mundifica-
tionem cõgruã apponuntur. Secundũ materiæ reſol
uendæ petrificatio quæ fit multoties quãdo medicus
reſolutiuis vtitur fortibus: ad mollificationem vllate
nus nõ intẽdens. In cura quoq; dolorum iuncturarũ
maxime tibi caue, ne patientis debilitas appetitũ: qm̃
hæc ægritudo prouenit vtplurimũ ex humoribus in
digeſtis: & appetitus debilitas virtutũ debilitatem vi
tiat aliarũ: quare virtutes cuſtodi naturales: nec cibis
faſtidium facientibus nutriatur. Si vero purã inue-
nis materiã frigidam: quę raro facit fortes dolores: ſed
facit mẽbrorum ĩmobilitatem, & ponderoſitatẽ, &
etiã dolores: quãdo ſpecialiter adeo multiplicatur, ꝙ
omnia membrorũ loca replet: panniculoſoſq; diſten
dit. In primo caſu ſecure materiã præpara cũ inciſiuo
medicamine, & ſubtiliatiuo: ſicut cũ diazingibereos,
vel aliorũ ſimili electuario: quia ſyrupus uel oxymel,
vbi fuerit acetum nõ mihi placet in doloribus iunctu
rarũ: qm̃ acetum libenter currit cũ materia ad iunctu
ras præparata: vnde materiã tũc euacua. Et nota ꝙ
materia frigida quæ facit dolorẽ iuncturarum: quan-
quam ſit durior ad mouendũ: non tamen debet forti
medicina: nec repẽte purgari: ſicut multi credunt: ſed
cũ medicina ſecure ſæpe data: ita ꝙ ſemper cuſtodias
appetitum: quoniã nulla tam fortis eſt medicina, quæ
poſſit totam in vice vna euacuare materiã: ſed virtu-
tes deijcit & debilitat: quare humores crudos augmẽ
tat. Eligas itaq; medicinam leuem, ſtomachi conforta
tiuam, quam ſecure poſſis dare ſæpe.

Cura particularis in doloribus iuncturarũ. De cura
dolorum iuncturarum generales regulas ha-
buiſti reſtat nunc ad particulares deſcendere medici-
nas. Cum igitur vocaris ad arthreticum, vide vtrũ
materia ſit calida vel frigida: & vtrum fortes dolores
habeat, vel quietos: dolores fortes ſemper mitiga: ad
quos duobus labora modis. In principio uno per me
dicinas quæ ſumuntur per os, quæ dantur in neceſſita
te doloris intolerabilis deijcientis virtutem alio per
emplaſtrationẽ loci. Medicamen ultimũ, quod per
os datur. Re. glandes: & pone eas in aceto per diem &
noctem. poſtea ſicca ad ſolem vel in furno: & ſerua:
& cum dare volueris, tere: & da. drac. i. hæc enim me
dicina ſanguinẽ ingroſſat, et choleram: & remouet eis
curſum. Aliud medicamẽ. Re. lentes excorticatas, ſe.
coriãdri, ſuc. glãdes, et hermodactylos, de vnoquoq;
ana, et da drac. ij. hoc enim facit hermodactylus ſolus
cum zucha. & aqua frigida. Sed ſcias ꝙ iſtæ medici
næ non ſuut dandæ niſi in neceſſitate doloris intolera
bilis: propterea ꝙ materiam multũ ſpiſſant: poſſunt
tamen ſecurius dari, cum materia valde ſubtilis et acu
ta fuerit. Si vero groſſa fuerit & multa, non dentur.
Si vero materia fuerit frigida: cum propter magnam
extenſionem dolores ſunt fortiſſimi: tunc Recip. her-
modactyl. thuris, ana partes. xx. cymini par. x. dẽtur,
drac. iij. Supra locum ſi materia pauca & acuta fue
rit & ſubtilis. Re, amyli, & camphorę, ana. tere, et cõ
fice cum aqua roſ. Aliud medicamẽ eiuſdem gene-
ris. Re. micę panis albiſ. vnc. iij. opij, vnc. 5. tere forti
titer: & diſtempera cum lacte vaccino: & ſuperpone.
Aliud quod põitur in magna neceſſitate. Re. opij,

A & corticum mandragoræ, ana drac. v. tere & diſtem
pera cum ſucco portulacæ, vel aqua roſ. & pauco ace
to. Item vnguentũ ſedatiuum ſecurũ. Re. olei ro.
vnc. iiij. ceræ, vnc. i. liquefiat cera cũ oleo: & lauetur
cum aqua roſa. & poſtea addatur croci, drac. i. opij,
drac. 5. Si vero materia fuerit multa: & times plus
de quantitate quã de qualitate: & vis plus prohibere
materiæ curſum: quã extinguere: Re. corticũ grana-
torũ, ſandali al. roſarũ ru. boli arme. fœnugręci, opij,
ana confice cum ſucco myrtillorum, vel foliorũ ſali-
cis. vel aqua decoctionis ipſorũ cum modico olei ro.
& aceti: & fiat vnguentũ. Mitigato dolore materiã
ſolue ſanguineã cũ phlebotomia, quæ ſola ſufficit, vt
dictum eſt. Choleram vero ſolue cũ his probatis et
proprijs medicinis. Reci. myrobal. citrinorum corti-
cum, drac. vi. terantur: & ponantur per noctẽ in lib.
B 5. ſyrupi viol. & drac. iiij. vini granatorũ dulcium. In
craſtino bulliant vna vnda: & coletur. Colaturæ ad-
datur zucha. ro. vnc. 5. hermodactyl. drac. 5. & offera
tur ĩ matutinis. Si vis magis infrigidare, adde, drac. ij.
mucila. pſyllij. Vel vnũ electuariũ optimũ. Re. cito
niorũ lib. 5. pone fruſtatim in aceto ꝑ diẽ & noctẽ. po
ſtea exprime: & fortiter piſta: & adde ſcamoneæ ele-
ctę, drac. x. cardamomi, cubebe, añ. drac. iij. ſpicę nar
di, drac. i. roſarum. v. zuchari lib. 5. fiat electuariũ: qđ
optime purgat puram choleram cum ſtomachi con-
fortatione. Doſis eſt, drac. ij. uſq; ad. iij. drac. Si vis po
tes acuere cũ modico de hermodactylis. Pilulę opti-
mæ. Re. aloes, drac. ij. hermodactylorum, drac. i. ſca-
monę, drac. 5. roſarum, drac. i. fiant pilulæ cum ſyru
po viol. Doſis, drac. i. vſq; ad. ij.

Cum autẽ per euacuationem & mitigationẽ, & re
C percuſſionẽ materia minuitur, & morbus incipit de-
clinare: tunc admiſces cũ emplaſtris aliquid de reſolu
tiuis, vt malua, biſmalua, chamomilla, melilotum, ab
ſinthium, parietariæ, ſemen caulium, anethi, fœnugrę
ci, ſe. lini, furfuris, pinguedinis porci, anſeris, & galli-
næ: & oleum chamomil. & anethi: & ſimilia: cum au-
tem plus iterum declinat: & omnis fluxus humorum
ceſſat: vtere ſolum reſolutiuis: embrochando, epithe
mando: & quocunq; modo ſcis, melius apponendo.
Vnguentum bonũ, pro quo remouetur reſiduum in
doloribus iuncturarum, a materia vel calida vel cho
lera, eſt diachylon aliquantulum humectatum cum
oleo chamomillæ. Item aliud bonum. Recipe olei
chamomillæ, drac. iiij. ceræ, drac. i. ſeminis anethi: &
caulium, & florum chamomillæ, ana drac. iij. & fiat
vnguentum. Aliud. Reci. fœnugręci, ſe. anethi, ſe.
D lini, ana. cõfice cum ſucco caulium. Hoc notato ꝙ
quoties vis reſolutiuis puris vti: ſemper abluas mem
brũ inflatum cũ aqua decoctionis maluæ, biſmaluæ,
florum chamomillæ, meliloti, abſinthij, & ſimilium:
donec mẽbrũ ſit rubeũ: poſtea inũctio ſubſequatur.
Et nota ꝙ ſicut motus & balneum nocent in princi-
pio: ſic in fine maxime ſunt iuuatiua. Nam ſtupha &
balneum materiæ remouent reſiduum, & membris
motum reſtituunt naturalem. bonum eſt in fine cum
æger de ſtupha cum balneo fuerit egreſſus, iuncturas
quæ doluerunt, ſale trito fricare: vt fortificentur iun-
cturæ, materiæq; reſiduum conſumatur.

Materiam vero frigidam cum noſtro diazingibe-
ros dicto in capitulo de alopecia præparabis. deinde
ſolues cum trochiſco de turbith & hermodactylo-
rum ſecundum hunc modum factum. Recipit dia-

zingiberos prædicti, drac.i.&.5.turbith electi, drac.i. hermodactylorum alborum solidorum, drac.5. vi. vel. viij. grana amyli: fiat unus trochiscus cum pauco melle: & detur in matutinis: & bibatur post parũ vini calidi & lymphati.

Vel cum istis pilulis. Re. hermodactylorũ, satyriõ, sene. ana drac. v. pulueris picræ quæ ĩtrat in pilulis cochijs, drac. x. pulpę colocynthidos, cẽtaureæ minoris ana drac. v. euphorbij, drac. ij. turbith, drac. x. casiæ, sinapis, piperis, castorei, ana drac. i. fiant pilulę cũ melle. Dosis, drac. i. vsq; ad. ij. &. 5. Istę medicinæ pluribus dentur vicibus: tamẽ per interualla. In diebus vero interpolatis sumat diazingiberos nostrum: vel si fuerit in hyeme, dia trion pepereon: uel aliud electuarium calidum. Aliud optimum electuarium: quod materiam crudam facientem iuncturarũ dolorem soluit mirabiliter per vrinam. Re. chamedryos, cẽtaureę mi. ana drac. viij. aristolo. gentianę, ana drac. vi. agarici drac. ij. vtriusq; spicæ, ana drac. i. conficiantur cum melle: et sumatur per hyemen ad quantitatẽ nucis mane & sero. Hoc tamen electuariũ caueant macilenti.

Item post purgationes non est medicandi modus qui possit ad clysteria comparari quæ sint fortiter attractiua. Nam ipsa faciunt dolorẽ cessare statim: quorum unum bonũ est. Re. foliorum caulium, florũ chamomillæ, corticum radicis capparis, centaureę maioris & minoris: aristolo. vtriusq; gentianæ, radicis cucumeris agrestis, ana. M. i. coquantur ad perfectionẽ vsq; ad libram. i. coletur: colaturæ addatur olei chamomillę & mellis, ana vnc. ij. salis, drac. iij. benedictę vnc. 5. pulpę colocynthidos puluerizatę: & subtiliter in sacculo ligatæ, drac. ij. agarici per frusta incisi, drac. iij. & iterũ bulliatur aliquãtulum: & exprimatur agaricus & colocynthis. & inijciatur. Hoc enim clystere post purgationes ualde competit: quia magnã quantitatẽ trahit phlegmatis a iuncturis: & maxime in ancharum doloribus multum ualet. Euacuata sufficiẽter materia insistendũ est localibus medicinis. Re. axũgiæ antiqui porci sine sale, drac. i. calcis bene coctæ: non tamen ab aqua vel aere madefactæ misceantur: et locus emplastretur. Itẽ. Re. stercus caprarum vel ouium: & distemperetur cum aceto et melle partibus æqualibus: & superponatur. Item aristolo. radix ireos: elleborus, & piper. bulliantur in oleo in duplici vase: & de illo oleo cum quarta sui de cera citrina fiat unguentũ. Item diachylon factum de lithargyro et oleo antiquo, & mucilagine sinapis est optimũ. Si vis plus habere de localibus: quære librum Rasis de iuncturis, qui de hac tractat materia super omnes. Verũ si desideras membra cõfortare, ne materiam recipiãt frigidam: require doctrinam in vltimo huius libri tractatu. capitulo de repercussiuis: & repercutiendi, modosq; resoluendi et mollificandi: nam ibi reperies cũcta ordinata.

Ancharum vero dolores curantur cũ euacuationibus: nam repercussiua non valent: quia materia est in membri profundo contenta: semperq; multa: quare repercussiuæ nõ consonant operi medicinæ. Resolutiua quoq; ꝓpter loci propinquitatem, & materiæ multitudinẽ non sufficit: imo plus ad locum attrahit quã dissoluat. Si tamen oportet dolorem sedari, succurre cũ inũctione olei calidi chamomillę, & cũ pinguedinibus sine attractione mitigantibus. Si ergo sanguinea fuerit materia, phlebotome-

E tur eiusdem lateris brachij basilica. Sequenti die sciatica maxime cum dolor descendit exterius versus pedẽ: quia tunc miraculose iuuatur, sicut si esset debita. Si vero materia fuerit phlegmatica: purgetur cum pilulis de hermodactylis. postea frequententur clysteria supradicta. Sed nota ꝙ ante purgationẽ per inferius semper pręcedat vomitus, quoniã medicina solutiua per inferius, nisi vomitus pręcedat, consueuit plus de corpore toto materiam ad locũ ducere: quam de loco euacuare seu vomitum pręcedere. fiunt postea euacuatiões per inferius: & maxime cũ clystere. Et nota ꝙ medicinarum laxatiuarũ quædam sunt propriæ in doloribus ancharum: sicut colocynthidum quæ præiudicant iris, sarcocolla, agaricus, & centaurea, & aloe: quia quando tantũ sumitur infusio aloes: ꝙ facit fluere sanguinem per secessum, tũc cessat dolor: & est
F sanus. Post perfectam mũdificationẽ corporis possunt poni quędam emplastra ampullas facientia: sicut hoc. Re. nasturcij, pyrethri, capparis, ana tere, & confice cum lixiuio facto de cineribus ligni ficus: & fac epithema spissum, sicut mel. vnge locũ donec apparuerint ampullæ aqua subtili plenæ: & locus fuerit ac si esset combustus ab igne: postea vnge locũ cum butyro: & superpone folia caulis, ne vesicæ seu vlcera facta a medicina cito cõsolidentur: quia quanto magis remanent apertę, tanto melius. Vel fiat inunctio cũ solo melle anacardi: quod solũ facit ampullas: & loci superficiem vlcerat. Mel anacardi si non habes, potes facere sicut dicitur in antidotario, capitulo de cauterizantibus medicinis. Sed nota ꝙ his medicinis cauterizantibus nõ debes uti nisi prius sit facta perfecta corporis mundificatio: quoniã si corpus nõ est bene mũ-
G dum, plus attrahunt ad locum de materia, quã resoluant. Itẽ contra sciaticam experimentũ optimum Auicen. Reci. stercus caprarum: & siccetur: & puluerizetur optime: & distemperetur cũ aceto fortissimo feruenti: & quantum calidius pati poterit, inungatur ancha. Item medicina supradicta de chamædry & centaurea quę prouocat vrinam est optima: & experta in doloribus ancharum: quoniam mirabiliter eius vsus materiam extrahit per urinam. Cauteria facta in ꝓximiori fonte sub loco doloris optima sunt post plenam corporis mundificationem: & nõ ante. De diæta vero patientis in iuncturis, scias ꝙ non est res adeo nocibilis sicut uinum. Nam vinũ quamuis plus noceat in causa calida vbi est penitus prohibendum: nocet tamen in frigida causa specialiter cum multum sumitur: & forte: quoniam propter eius subtilem pe-
H netrationem cito penetrat ad iuncturas: et viam aperit materiæ consumendæ: & in iuncturis fit acetum: quod semper est causa subtiliandi materiam: & debilitandi iuncturas. Verum in frigida materia parum ex eo conceditur quantum sustineat appetitum: quoniam quidam sunt stomachi adeo debiles & frigidi: ꝙ sine vino suum non possunt digerere cibum: & illis est tunc propter necessitatem bonum: nõ acutum in quantitate modica cõcedendum. Fiat ergo in calida potus noster quod in diæta vulneratorum diximus faciẽdũ. Vel vtãtur ptisana vel vino granatorũ cũ aq̃ frigida vel cũ agresta. A carnibus quoq; abstineat: et a pisce: sed sit cõtẽtus lactucis, & portulacis: & iuscello hordei cum lacte amygdalarum. Si esset nimis debilis, dentur parui pulli cum agresta. Vinum nullo modo bibat qui patitur ex calidis: qui

vero

uero ex frigidis humoribus ſit contentus aſſaturis: comedat ſemel in die, & parum: quantum minus poteſt bibat: bonum eſſet ei pro potu hydromel bene coctum: tamen pati ſitim & famem eſt ſibi cura. Nullo modo comedat ſuper nauſeam, nec cibum per quem nauſeam patiatur.

Doctrina ſecunda tractatus tertiꝗ, cum Dei auxilio eſt completa.

## Doctrina tertia tractatus tertiꝗ: quæ continet capitula decem & nouem.

*De ægritudinibus oculorum & eorum anatomia: doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* Cap. I.

B VOLENTES tractare de paſſionibus membrorũ particularium, quę nõ ſunt vulnera, quæ ſæpe veniunt ad manus chirurgi: & ſecundũ ordinẽ quo de vulneribus membrorũ particularium tractauimus, incipiemus ab ægritudinibus oculorũ pręponendo anatomiam: ſicut in tractatu ſecundo recolimus promiſiſſe. Tu reperies in auctoribus aliquẽ qui dicit ꝙ oculus cõſtat ex tribus humoribus: et. vꝗ. tunicis: alium qui dicit ꝙ ex tribus tunicis: ſic etiã dici poſſet ꝙ ex quatuor. vel ex. vi. vel ex. x. et omnes uerum dicerent. diuerſis tamen cõſiderãdo reſpectibus. Tunicæ. iꝗ. q̃ in oculi formatione tres præcedunt humores: in ordine cauſant ex ipſis tres alios: quare dici poſſunt ſex & tres. Coniunctiua vero nõ eſt de oculi ſubſtantia: ſed ad bene eſſe: ſicut videre poteris ſi verba bene notaueris quæ de hic. C Dico ergo ꝙ a cerebri parte anteriori procedunt duo additamenta: quæ nõ ſunt de neruorũ genere: ſed ſunt de ipſius cerebri ſubſtantia: & ſunt ſimilia duobus capitibus mamillarum, quibus ſenſus cõprehenditur odoratus. Poſt illa duo additamenta de cerebri profundo duo egrediuntur nerui: vnus a dextra: alius a ſiniſtra parte: & ſunt par primũ neruorũ a cerebro venientium: & antequam exeant a craneo, coniunguntur, & faciunt de duabus eorum concauitatibus vnam. Poſtea iterũ ille neruus qui creatus erat in parte extra cerebri, exit craneum: & intrat orbitam, hoc eſt in cõcauitate oſſoſam oculi tendit ad oculum dextrũ: et ortus a ſiniſtra



parte tendit ad ſiniſtrũ: & ſunt illi nerui canalis & ſemita ſpiritus viſibilis. Et vtilitas illius cõiunctionis ad faciendum vnã cõcauitatem fuit triplex. D Prima vtilitas eſt, vt ſi vni accidit oculo nocumentum, alter totum ſuſcipit ſpiritum: quod videre potes, ſi vnum claudas oculũ, ꝙ pupilla alterius oculi propter multiplicationẽ ſpiritus dilatatur. Secunda utilitas fuit, vt per duos oculos vnũ haberemus videre: ita ꝙ ſimulachra præſentata cõmuni ſenſui ꝓpter duos oculos nõ niſi vnum videretur. Si enim nerui illi ad vnã nõ venirent cõiunctionẽ: omne ſimulachrũ duo eſſe ſimulachra videretur: ſicut videmus luſchis accidere ſeu guercis vel bornis, qui cum vnam pupillã altera habuerint altiorem, videtur eis ꝙ res vna ſint duę. Tertia eſt, vt vnus neruus ſuſtineat aliũ: nam quoniã veniunt ad oculũ a longæ nõ iuuaret vnus alium, niſi fuiſſet illa coniunctio qua iuuantur adeo, ac ſi veniret oculis de propinquo. Iſti nerui ſic venientes ad

A oculos, duobus cerebri pãniculis ſunt veſtiti: & cum orbitam intrant eorum dilatantur extremitates, donec totum humorem vitreum, & glacialem ſeu cryſtallinum vſq; ad terminũ qui eſt inter albugineũ, & cryſtallinũ. In illa nanq; dilatatione vterq; neruus qui ex tribus ſubſtantꝗs conſtat ſubſtanta, ſcilicet cerebrali, & pię matris: & duræ matris: quibus eſt veſtitus tres generantur tunicæ. Nã ex duræ matris ſubſtantia generatur ſclirotica: ex piæ matris, ſecundina: & ex neruoſa ſubſtantia, quæ ad modum rectis dilatatur, generatur retina: & illa eſt quæ immediate humorem vitreum comprehendit. Vtilitas multiplicationis tunicarum fuit: quoniam oportebat ſanguinẽ qui ad oculum veniebat pro nutrimẽto, multipliciter degradari. Alia quia humores tres q ſubtiles ſunt ſubſtantia ſi cum ſubtiles ſint fuiſſent ſola cum ea inuoluti: non potuiſſent defendi a læſione duritiei ocularis oſſis: & ſi groſſa: fuiſſent & a groſſa grauati. Facta fuit ergo retina valde ſubtilis, ne læderet humores: & ne motum ipſorum in dilatatiõe comprimeret. Et facta fuit ſclirotica: vt oculum totum cum cornea ligaret: & defenderet ab oſſis oculi nocumento. Et quoniam non erat bonum ꝙ groſſa tunica ſubtili ſine medio obuiaret: facta fuit ſecundina quæ retinam a ſcliroticæ defendit groſſitie, & quæ ſanguinem purificat nutritiuum. De retina eſt tamen in oculi media circũferentia cauſa aranea: & eſt valde peruia: & diſtinguit inter humorem albugineum, & telam ſubtilẽ: quæ vocatur vuea: eo ꝙ eſt ſicut tela grani vuæ: & iſta tunica: quamuis ſit ſubtilis, tamen eſt ſolida, & non peruia: quare fuit in medio perforata: & ita vuea cauſatur a ſecundina, quam de piæ matris ſubſtantia C diximus generari. Deinde eſt cornea tunica quæ lucida eſt, & peruia ſicut cornu lucidum: & eſt ex quatuor folꝗs ſubtiliſſimis ſapientiſſime compoſita: & quanquam ſit ſolida: tamen eſt adeo lucida ꝙ non impedit: quin exterius color humori albugineo pręſentetur: & iſta cornea cũ ſclirotica a qua cauſatur totũ ligat oculum. Et retina cum aranea quam generat, ligat tres humores. Secundina cum vuea inter groſſas & ſubtiles ſunt mediatrices. Et quoniam ligatio facta per ſcliroticam, et corneam non erat bene firma: creauit natura de panniculo qui tegit, & ligat omnia capitis oſſa coniunctiuam: quæ non totum cooperit oculũ: quia viſum propter eius groſſitudinẽ impediret. ſed attingit ſolum parum vltra fini in quo finit omnium vi. tunicarum coniunctio: & iſte terminus eſt vbi albugineus cõiungitur glaciali. Humorũ vero tres qui D in medio ſunt oculi ſubſtantia vnus eſt vitreus, eo ꝙ ſimilis eſt vitro liquefacto: & eſt clarus ſubrubeus: & fuit neceſſarius, ut ſanguinem mũdificaret: ſicut aqua ſpongiam, qui erat ad nutrimentum neceſſarius cryſtallini: & vt in ipſo etiam purificaretur viſibilis ſpiritus antequam ipſum reciperet cryſtallinus: & hic humor cryſtallinum tangit: donec albugineo coniungatur. Cryſtallinus vero ſiue glacialis, quod idẽ ſunt, eſt humor clariſſimus: & eius forma eſt a poſteriori pineata: ab anteriori lata parum, vt melius res recipiat ſenſatas: & ipſas poſſit melius retinere. Et hic hũor eſt principalis, & propriũ virtutis viſibilis inſtrumẽtũ. Omnia vero alia mẽbra oculi & neruus cõcauus: de quo ſuperius eſt facta mẽtio: ſunt ſicut adminicula ſeruiẽtia cryſtallino. Poſt cryſtallinũ fuit albugineus, qui eſt ſicut ſuperfluitas cryſtallini: & eſt valde per-

uius & clarus & frigidus: vt esset sicut clypeus defendēs ab exterioribus crystallinū: & vt colores & simulachra nō īmediate percuterent & fatigarēt: & vt sua frigiditate crystallini calor: qui propter motū acquiritur: temperetur. Sapienter ergo creauit Deus, qui sit benedictus, oculum: quia nihil in eo sine causa necessaria reperitur.

Ægritudines multæ cōsurgunt, scilicet consimilis, officialis & cōmunis: & hæc oculo veniunt ab intrinseco vel ab extrinseco. Ab intrinseco, vt mala oculi cōplexione, vel humoribus, vel ex vento. aut extrīseco, vt calore aeris, vel frigiditate, puluere, fumo, vento, & similibus, vel percussione vel etiam ab alio propter cōuersationem vel aspectū recipere: quoniā est quædā oculorū ægritudo cōtagiosa: sicut ophtalmia, lipinositas, & rubedo: quæ quidem ægritudines oculorū sæpe veniūt ad chirurgū, sicut ophthalmia, vlcus, albula, macula simplex, punctus, rubedo, pruritus, scabies, sebel, ungula, cataracta, dilatatio pupillę, inuersatio palpebrarū, hordeolus, grando, seu nodus, & pilus, additus, fistula lachrymalis. Plurimūq; etiam sunt aliæ oculorū ægritudines: vt est visus defectus: & imaginationis læsio & quædam aliæ quæ per malum chirurgum nō curantur: quarum curam qui desiderat, auctores postulet medicinæ.

Sicut dictum est de apostematibus capitulo generali: ꝙ omnis humorū fluxus membrum præter naturā inflans, vocatur cōmuniter apostema: sic ophthalmia oculi, dicit̄ apostema. tamē hoc nomen ophthalmia dicitur aliquando improprie: & tunc possumus ipsam uocare rubedinē vel ardorem. Sub vno ergo capitulo ponentes ophthalmiam: dicimus ꝙ ophthalmiæ modi sunt tres leuis, & fortis, & fortissimus. Leuis est quando oculus rubet: & ardorē patitur, & pūcturā: nec est ibi tumor, vel inflatio manifesta: & accidit ab exteriori, vt aere calido vel frigido, vel fumo, vel puluere, vel vigilijs, vel labore.

Et eius cura est leuis: quia curatur si causa calida est: quod cognoscitur per ardorē, ruborem, & calorem cū solo oui albumine dispumato: & in oculo: posito qđ nō debet vilipēdi qa est nobilior medicina in collyrijs oculorum: quia refrigerat, lauat, lenit, dolorem mitigat, sua cōglutinatiōe diutius moratur in oculo, & diutius operatur. Si causa sit frigida: sufficit paruus potus uini subtilis puri: & fomentatio cū aqua decoctiōis rosarū, florum chamo. & fœnugræci. Si hoc non sufficit, fiat phlebotomia, & humorum euacuatio. & injciatur album collyrium, sicut dicitur in speciebus alijs ophthalmiæ.

Ophthalmię vero fortis signa sūt rubedo magna, tam in coniunctiua quam in cornea: & earum venæ replentur: angulus oculi lachrymatur: adsunt fortes dolores & puncturæ: fiunt in oculo lippæ claudentes palpebras: et aliquando apparent vlcerū principia: et sunt parua puncta alba in cornea. Maximū est, quādo nihil appareret de cornea: nec de coniunctiua: sed totus oculus est rubedine plenus: & palpebrę sunt reuersæ: dolores fortissimi: hæc est vtplurimū cum pustula: & vtplurimum vlcera parit. Quarum cura est vna: secundum tamen magis & minus.

Cura est doloris sedatio: si dolor fuerit valde fortis: mitigato dolore fiat phlebotomia de cephalica brachij lateris dolentis oculi: si fuerit in oculo uno tantū: si in ambobus fiat de dextro brachio, et auferatur san-

E guis secundū tolerantiā ætatis & fortitudinis. vel fiat ventosatio in spatulis: & hoc plus habet locū quādo materia est plus sanguinea quam cholerica: quod cognoscitur per maiorē inflāmationem, & maiorē lippam, & maiorē ponderositatē, cum alijs iam alibi dictis signis sanguinē significātibus. Et si materia fuerit cholerica: quod cognoscitur per magnos & acutos dolores: & paucam inflationem: & oculorum citrinitatem: & paucam lippā: tunc phlebotometur in minori quantitate: quia phlebotomia etiām in cholerica cōpetit: quia per phlebotomiā acuitas cholerę mitigatur. Postea purgetur cū decoctione facta cum myrobal. & dictis in capitulo de alopecia. Et si materia cholerica esset cum aliqua parte grossę materię mista: quod sæpe accidit: & transissent iā aliqui dies: tunc nō est medicina sup cochias Rasis: nec quæ possit illi ęqui-

F perari. Mitigatiuū optimum ponēdū in principio: quod dolorē sedat & materiam prohibet. Rec. vnum vitellum oui: & tantum de oleo rosa. & tantū de succo berbenæ, & drac.i. croci, & drac.i. opij: omnia misceantur: & fiat emplastrum super oculū: panno subtili lineo mediante. Intus vero ponatur collyrium albū cum lacte mulieris puellā nutrientis: quod cōposuit Gal. & appellauit illud iuuamentū: quoniam iuuatus fuit ille pro quo ipsum cōposuit ex appositiōe vnica: quod sic fit. Re. cerussæ cribellatæ, drac.iiij. & distempera cum aqua super marmorē. x. diebus semper tenendo coopertā, ne intret puluis. Deinde. Reci. gūmi arabici. drac.ij. &.ʒ. & pone in aqua, donec totum fundatur in aqua: & tunc coletur supra dictā cerussam: & optime misceantur. Cum autē medicina illa est facta sicut pasta, addatur puluis subtilissimus ha-

G rum rerum, scilicet amyli, drac.iiij. sarcocollæ, croci, opij, ana quartā partem vnius drac. omnia misceantur: & fiant paruæ pilulæ, quæ vsui reseruentur. Et cū necesse fuerit vna illarū distemperetur cum lacte mulieris puellam nutrientis & administretur. Rasis autem collyrium album sic facit. & est optimū per me multoties expertum. Re. cerussæ ablutæ partes. x. sarcocollæ grossę partes. iij. amyli. partes. ij. dragaganthi partem. i. opij partē. ʒ. terantur omnia vltime: & conficiantur cum aqua pluuiali: & fiant formæ similes pisto: & seruentur. Cum vis operari: vna soluatur in tanto lacte mulieris: quanto medicina fiat spissa mediocriter sicut mustum: & ponatur in oculo ter ī die. Ista collyria dolorem mitigant: vestigia noua remouent: & aliqn̄ vno die siue vna appositione curāt ophthalmiam: sicut multis uicibus iā probaui. Si vero post

H doloris sedationē remanet in oculo lippinositas: quæ facit post somnum palpebras vniri: lauentur oculi cū aqua ros. tepida: & mundificetur lippa. postea imponatur in angulo oculi puluis citrinus qui sic fit. Re. sarcocol. drac. x. aloes, drac.ij. croci, drac.ij. myrrhæ, drac.i. lycij, drac.ij. fiat puluis subtilissimus: de quo parū pōatur in angulo oculi post mūdificationē lippæ.

Dięta vero habentis ophthalmiā calidam sit valde stricta: nec vinū bibat: nec carnes comedat: sed farinā hordei & auenæ cum lacte amygdal. Et omnino regatur vt habens febrem continuā, quādo ægritudo est specialiter in augmento. Nō pendeat super caput: sed habeat puluinar altū: non iaceat super oculo lęso, sed super sano: si ambo sunt læsi, iaceat supinus. Capucia vestium nō sint stricta: faciem de aqua frigida sępe roret: odoret etiam rosas, & cāphoram, flores salicis & nenupharis.

nenupharis: & stet in domo obscura, lumē nō vidēs: cum autem materia bene declinat, & corpus est mundū, ponatur in balneo aquæ dulcis: in quo si delectatur maneat: & oculos & caput fomētet. Si vero ęstuatur ex balneo vna hora, in balneo nō moretur: sed ad euacuandū redi. In fine quoq; ophthalmiæ multū est bonum aquā calidam salsam in qua fuerint infusę rosæ, chamomilla, et anodyna super capitis cornu anteriori proijcere ab alto, vt cadat super oculū transeundo. Si vero per phlebotomiā, & per euacuationes, & collyria mitigātia nō cessat dolor: signum est ꝙ est ibi pustula intus exorta, quę maturatiōe indiget: neq; remouebuntur dolores & accidentia, donec pustula fuerit maturata: tunc balneum est multum nociuum: quoniā si dolores essent aliquantulum diminuti, per balneū redeunt & fortificantur. Ergo intendas ad maturandum, collyrium ponendo de thure cum coto, donec super cotum sanies apparebit: quia tunc dolor cessabit. Quando pustula rupta fuerit: & sanies fuerit generata: tunc collyriū pone de plumbo: et cuncta prosequere quæ infra de vlceribus notabūtur. Collyrium de thure maturans pustulam sic fit. Rec. thuris albi gūmosi grossi, drac. x. antimonij, sarcocollæ, ana drac. v. croci, drac. ij. conficiantur cū mucilagine fœnugræci: & fiant pilulæ quæ vsui reseruentur. vna illarum cū fuerit necesse cum mucilagine fœnugræci distemperetur: & pila de coto in ipso liquore madefiat: & super oculū ligetur: quod tantū fiat, ꝙ in coto appareat sanies: & dolor penitus sit remotus. Et tunc ponatur collyriū de plumbo: quod sic fit. Re. plumbi vsti, antimonij, tutiæ ablutæ æris vsti, gūmi arab. dragaganthi, ana drac. viij. opij, drac. 5. fiat puluis subtilissimus: & fiant pillulæ cū aqua pluuiali clara vel aqua ros. & reseruentur vsui. Cum autē volueris vti, vna distemperetur cū aqua pluuiali vel ro. & cū coto super oculū ligetur. Nam hoc collyrium consolidat: & carnē generat. Si vero post cōsolidationē remanet albula, curetur secundū ꝙ in proprio. §. continetur.

Materia phlegmatica raro facit ophthalmiā: & melancholia rarius: tamen curas nō prætermittimus.

Phlegmatis signa sunt inflatio magna, multitudo lachrymarū spissarum cum pauca uel nulla rubedine. Et eius cura est euacuatio cū cochijs, vel trochisco de turbith. sed cochiæ sunt propriores: & instillare in auribus vel naribus mucilaginē fœnugræci: & ponere in oculo puluerē citrinum: & ligare super oculū inter duas petias de panno emplastrum factū de aloe, myrrha, acacia, & croco. partibus æqualibus distemperatis cum mucilagine fœnugræci. Huic confert parum boni vini potare.

Melancholicam abundare cognoscis materiā per corporis totius nigredinē & macilentiam: & per oculi siccitatē cum pauca vel nulla lippa, rubedine, & inflammatione. Ad cuius curam sufficit melancholię purgatio: & balneū, & fomentum super aqua talis infusionis, rosarum, violarū, & florū boraginis, & buglossæ. Nota ꝙ in omnibus speciebus ophthalmię cōuenit balneum in fine.

Si vero propter percussionē accideret oculo rubor, dolor, vel inflatio: tūc cum his quæ dicta sunt curentur: & cū emplastro quod sic fit. Re. rosarum rubearū, sandalorū, ana vnc. i. farinæ hordei vnc. ij. camphoræ, drac. i. fiat emplastrū cum aqua ros. et emplastretur oculus vsq; ad remotionem

A inflationis. Si fuerit necessariū, multum vtile erit ꝙ habeas columbū iuuenem viuū: & illum phlebotomes cū acu in vna de venis: quas habet sub ala: & facies sanguinē ita calidum in oculū cadere: quoniā dolores mitigat: & rubedinem remouet & ardorem.

Vlcera generantur in oculo, quādo fortis fit dolor perseuerans: & quādo generatur in oculo pustula, quæ per albū collyrium, & alia mitigantia nō sedatur de quibus vlceribus quidā conantur septē dare species: et eorum curas distinguere. Ego vero in tali distinctione non magnam inuenio vtilitatem: sed signa vlcerum quæ apparent in oculo ponam breuiter, et curam quam longo tempore sum expertus.

Signa vlceris, quod pustulam sequitur, sunt dolor fortis, qui per album nō mitigatur collyriū: & ꝙ ap-
B paret in cōiunctiua punctus rubeus: & in cornea punctus albus. & si totus oculus est rubeus, appet vbi est vlcus, rubedo maior, & eminentia. & est ibi punctura nociua: & pulsatio, & affluentia lachrymarum.

Curatio. Ad curā hanc multum est necessariū subtiliare diætam, & descēdere ad acria: & styptica localia ponere fortiter extinguentia: sicut collyrium albū: phlebotomiā etiam plus facere: ventreq; soluere: & cuncta prosequi quę superius proxime declarantur. Si vero cum omnibus remedijs nō posses defendere materiā: nec dolores sedare, antequam cornea adeo vlceretur, ꝙ timeres vueę egressionem: nec tibi sufficeret collyrium de plumbo ad consolidationē vlceris: tunc appone cunctorum mitigatiuum dolorū collyrium elesir: quod est dicere penetratiuū: quod egressum vueæ prohibet: quod Re. antimonij,
C hæmatitis, ana drac. x. acaciæ, drac. iiij. aloes, drac. i. terantur subtilissime: & cōficiantur cum aqua corrigiolæ: & fiant pilulæ: vna earum soluatur cū aqua ros. superponatur cū bōbace: & ligetur fortiter. Hoc nāq; collyrium oculū et vueam egredi prohibet. Si vero vueę egressio nō nimis fuerit furiosa: sed fit in oculo quædā eminentia, quæ paulatine videtur augmentari, aut stat in eodē statu, sed nimis eminens, sicut grani vuæ principiū: tunc apponas hoc collyrium, cum bombace mediocriter oculum stringens, quod. Reci. climię argenti: cuius loco mundū potes apponere lithargyrum, tuciæ ablutæ, cerussæ, antimonij, thuris, ana drac. ij. sarcocollæ grossę, drac. i. &. 5. myrrhę, sanguinis draco. aloes, opij, ana drac. i. terantur subtilissime: & cribellentur cum sindone spissa: & iterū terendo cōficiantur cum aqua ros. & fiant pilulæ: cum ne-
D cesse fuerit, vnā solue cum aqua ros. & parum in oculo mittens. residuū ponas ligādo super oculum cum bombace: hoc nanq; collyriū carnem in vlceribus generat: oculū firmat: botor subtiliat: vestigium remouet: aut valde subtiliat. Ita ꝙ si debet albula subsequi, satis erit subtilior quā fuisset. Oculo firmato & cōfortato, & carne in vlcere mensura debita generata (qđ cognoscere poteris per corneę ęquationē, & per oculi fortitudinem, dolorisq; carentiam & lachrymarū) aliquando remanebit albula: quę fit sicut cicatrix: quæ fit in alijs vulneribus apparentibus solidatis: quādo oculus ab vlceribus est curatus: & ista fit aliquando in alijs oculi partibus vbi visum nō prohibet. Cum autē est supra pupillam est magis timorosa: si tamen est magis supra pupillā quam infra, plus est iterū timorosa, quam si tēdat versus inferius: quia tunc fa-

cilius remouet: & facilius in iuuenibus quã ĩ annosis.

Cura huius passionis est, ut nõ cures de albula, donec rubedo vel dolor in oculo fuerit: quia tũc adhuc sũt ibi ophthalmię reliquię: sed cum collyrio, & alijs prædictis, donec oculus perfecte firmetur. Et postea facias ægrũ in aqua calida balneare, vel faciem super aquam calidã fomentare. Nota tamen ꝙ si fomẽtũ uel balneum rubedinẽ uel dolorem oculo reuocarẽt: ꝙ tunc ab his cesses: et iterum ad curã redeas supradictam. Si uero nõ redeunt: tunc hanc pone medicnam in oculo. Cui non inuenitur par ad albulam de oculo remouendam. Re. massacumiæ: & est inuitreatura, de qua inuitreantur vasa terrea quę veniunt de vltramare: quare recipe de raspatura superficiei vasorum illorum, cũ non habes massacumiam: spumę maris: & est quædam species spõgiæ quæ est solida: & in forma rotunda satis nota. Quidam ponunt pro ea pumicẽ: sed cum pumice nõ probaui. stercoris stellionis. i. lacertæ magnæ viridis, baurac & est salnitrũ, quidam pro eo ponunt salgẽma: zuchari ru. ana terantur omnia subtiliter. & infundantur in aqua decoctionis acori, & chelidoniæ ad mellis spissitudinẽ: & siccentur: postea iterum cõficiantur & siccẽtur: & fiat ita quantum ad vltimũ: dum fuerint optime sicca, terantur vltime: et puluis ille paulatine ponatur in oculo. Et si in principio aliquid admiscuisses huic pulueri de puluere collyrij proxime dicti de climia, nõ peccasses. Ad finem hoc solo vtaris puluere: & sine dubio cum balneo & fomentatione & puluere delebitur albula: nec timeas si tempus videas pronlongari, sed viriliter insistas cũ hoc modo medendo: quia non deficies, quin tuũ propositum consequaris.

Macula simpliciter est sicut genus ad omnes species macularum oculi: sed quidam dicunt maculã solam quædam puncta alba: quæ fiunt in corneę superficie: & albulã vocant maculam puncta illa quæ fiunt in cornea, propter antiquam ophthalmiã: et ad illam valet ultime collyrium al. Gal. quod dictũ est. Et collyrium Remes, quod Re. aloes, croci, ana partes. viij. æris vsti abluti, gũmi arabici, opij, ana partes quatuor, thuris ptes. iij. Terantur omnia subtilissime: & cõficiantur cum vino dulci: & fiant pilulæ quæ seruentur. Cũ hoc collyrio admiscui collyrium album Gal. & curaui cũ eo: & cum quibusdã cauterijs: & venarum incisionibus dominũ Rainaldum malum vicinum de Foresio in ciuitate Lugdunẽsi supra Rhodanũ qui propter ophthalmiã inueteratã habebat multas maculas albas, & subrubeas in oculis, quæ visum penitus prohibebãt: ita ꝙ ducebatur per viã per aliũ: nec videbat quod apponebatur in mensa. & ante mẽsem a primo die cõputato ꝙ in ipso cœpi operari uidi ipsum ludentẽ in vesperis ad tabulas cũ taxillis: quorum puncta adeo cõfitebatur clare videre: sicut vnquã vidisset. Ipse multos alios habuerat medicos: qa omnes qui videbant in oculis maculas, fortia ad delẽdum ponebãt collyria: & ipse fortis curari desiderans sustinebat: & ægritudo quotidie augebatur. Ego vero prius curam habui de ophthalmia, qua remota in continenti de vno vidit oculo bene: post paucos vidit dies de alio: de quo per tres nõ viderat annos. Collyrium nanq; Gal. cum hoc qđ est vltimũ ad ophthalmiã, valet nimis: sicut expertus sum: & collyrium Remes super omnia valet ad antequam ophthalmiã: & huiusmodi compositio hoc denotat.

E Punctus fit vtplurimũ propter percussionem vel propter fortem clamorem, vel sanguinis plenitudinem: quibus aliquarũ venarum franguntur orificia: & faciunt in oculo punctum. Ad quod valet phlebotomia, & distillatio in oculo cum sanguine columbarum, & turturis: & mulctatio lactis mulieris calidi de mamilla.

Rubedo pruritus, sebel, scabies, et ungula: ista uno curantur cursu: quoniã vnum est causa alterius. Nam ex antiqua rubedine fit pruritus. Aliquãdo pruritus est causa rubedinis: & ambo fiunt ex adusta materia: Quę si ad palpebras tẽdit, facit scabiẽ, si vero in angulo oculi prope nasum cõgregantur, faciunt vngulã. Curetur ergo pruritus et rubedo cito, ne per eos aliæ ægritudines generentur.

Rubedo simplex amota causa curatur cũ albumine oui, & cũ collyrio albo Gal. & cũ collyrio Remes.

F Pruritus curatur cũ vino albo, in quo iaceat aloe succotrina in pãno lineo raro ligata & oculis ipositũ.

Scabies, quando palpebræ interius sunt rubeæ pruriginosæ: & hęc aut est leuis, parum scilicet habens grossitiei: aut fortis magnã habens grossitiem rubeã interius palpebrarum. & est cũ ardore, lachrymis, et pruritu: & aliquando sunt ibi vestigia ophthalmiæ: quod cognoscitur ab eo ꝙ in cõiunctiua est aliqua rubedo. & ꝙ tota oculi substantia calet.

Cura. si fuerint ibi reliquiæ ophthalmiæ est cũ collyrio albo: & cũ cæteris remedijs ophthalmiæ. Postea si leuis fuerit, sufficit lauare oculum cum vino, in quo iacet vitreolum romanũ: quod est vitreolum viride: quod dicitur aliter cuperosa, quod si nõ sufficit, curetur cum collyrio rubeo leui. quod Re. hęmatitis, G vitreoli adusti, ana partes. iij. æris vsti partes. ij. myrrhæ, croci, ana partem. i. piperis longi partem. 5. aspergantur cũ vino veteri: & fiant pilulæ quæ seruentur: et cum opus fuerit, vna distemperetur cũ vino: et ponantur in oculo. Si vero esset fortis & grossa, vtaris collyrio viridi. quod Re. floris æris partes. iij. vitreoli vsti partes. vi. arsenici rub. baurach, spumæ maris, ana partem. i. salis ammoniaci partem. 5. ammoniaci partes. ij. ammoniacum dissoluatur in succo rutæ: & alia trita subtilissime cũ eo admisceatur: & fiant pilulæ. vna earum dissoluatur cũ aqua rutæ sublimata: & ponatur in oculo.

Sebel. dicitur quando venæ cõiunctiuæ & corneę, quæ sunt in earum superficie, & adinuicẽ annexæ, replentur sanguine: & ingrossantur: ex quibus alne curatur vngula, & pannus in oculi superficie.

H Ad cuius curã valent collyria scilicet rubeũ vel uiride prædicta. Et aliquãdo est necessariũ illas uenas cum uncino cõprehendere, & eleuare. et cum instrumẽtis chirurgicis extirpare, & curare residuum cum collyrijs supradictis.

Vngula. fit in angulo lachrymalis, & apud nasum incipit: & procedit super oculũ ut cooperiat aliquando: & fit ex quadã superfluitate grossa carnosa pãni, quæ de oculi angulo uidetur procedere. Cuius duæ sunt species: una subtilis in modũ telæ, & illa uocatur ab aliquibus pãnus: alia grossa magis carnosa, & illa cõmuniter ungula nuncupatur.

Cuius cura supra dicta. a. b. rubeũ & uiride collyria: quæ si nõ sufficiunt, auferatur cum uncinis: & instrumentis quicquid auferri poterit. Caue tamẽ cum ungulã incidis cũ instrumentis: ne nimis apud nasum facias

facias operationẽ in oculorum angulis naturalẽ: quia per hoc cursus fieret perpetuus lachrymarum. Multũ valet in scabie, sebel, & vngula humorũ adustorum purgatio, et phlebotomia, et cauere a dulcibus & acutis: quoniam omnes illæ ęgritudines de sanguinea adusta materia generantur.

Cataracta. est aqua quæ descendit ad oculum inter vueam & albugineum & crystallinum: & corã pupilla locatur: quæ quando grossa est, omnino visum prohibet: & dicitur cataracta per similitudinẽ illius instrumenti, quod est apud molendina: quod quando eleuatur, currit aqua per canalem: quando deponitur, nihil currit: quoniã oppilat canalem: hæc aliquando incipit: aliquando est cõfirmata.

Signa principij sunt ꝙ æger sentit quasi radios, antecedere oculos eius: & videt ꝙ vna res sint duæ vel tres: aliquando videtur ꝙ res quã videt sit perforata, vel sit media tantum: verum ꝙ hæc signa possunt aliquando accidere per malã stomachi dispositionẽ: & tunc non ita timetur de cataractis: quia curato stomacho talia cessant accidẽtia. Signũ igitur vtrũ ex stomacho procedat vel oculo, est ꝙ illa accidẽtia stomacho vacuo nõ apparẽt: sed appet post satietatẽ: & maxime nauseatiuam nimiã: & ꝙ sunt hæc in ambobus oculis accidentia. Si vero in vno oculo fuerit tantum: aut accidentia semper sunt continua: tunc nõ ex stomacho: sed ex oculis, ægritudo procedit. Item si semel purgato patiente per pilulas cochias nõ melioratur, signum ꝙ nõ est ex stomacho: & si hęc dispositio lõgo durauit tempore, & nõ potest aliquid in oculo videre: scias pro certo ꝙ erit principium cataractæ.

Cataracta vero confirmatur, & nõ occultatur sensui apud illum, qui est in talibus ægritudinibus cõsuetus: quoniã quędam res extranea coram pupilla videtur: et aliquando est alba: aliquãdo cineritia: aliquãdo subuiridis: & visum omnino prohibet.

Hæc ægritudo curatur per physicã ante confirmationẽ: curatur cum manu post confirmationẽ: oportet ergo ęgrum cauere a cœna, ab omni re faciente fastidium, ab offis cum brodijs pinguibus, ab omnibus humidis fructibus: & ab omnibus quæ generant humiditatem: sed vtatur calefacientibus. sępe purgetur cum pilulis cochijs Rasis: quę super omnia præiudicãt laxatiuum. In oculis vero ponatur collyrium de fellibus: quod Re. fellis gruis, fellis stellionis, fellis hirci, fellis accipitris, & aquilæ, & perdicis: & sint fella sicca: et sume de his partes. x. euphorbij, colocynthidos, serapini, ana partem. i. terantur omnia cũ succo rutæ, aut fœniculi, & conficiantur pilulæ. Cum autẽ volueris operari, vnã solue cũ aqua fœniculi sublimata: & pone in oculo bis in die. Aliud leue probatũ ad aquæ principium, & visus debilitatem, & caliginem, & plures oculorum ægritudines. Re. cinerẽ lignorum siccorum in cecris bene cribellatis: & de ipsa fac lixiuium de optimo vino albo: & dimitte in vase vitreo reside re: clarificato vtere: & hoc quanto magis antiquatur, tanto plus valet.

Curatio cataractæ per acum. Confirmata cataracta, quæ omnino prohibet visum, non curatur cum medicinis, maxime in annoso. Et de confirmatis iterum sunt aliquæ quæ nõ possunt manu curari: nã si fuerit adeo subtilis, ꝙ nõ posset acum expectare, non curatur per acum. Et si fuerit grossa: & in loco firmiter inuiscata: per acum vel aliter nõ curatur. Consi

A dera igitur quoniã si æger aliquid ex oculo videt, manum nõ ponas. Si uero non videt aliquid: tũc fac oculum sanum claudi: vel vnum oculũ: si ęgritudo est in ambobus: et leuiter frica cum superiori palpebra oculum lęsum cum palpebra illum claudendo: & tunc subito illum aperias: & vide si pupilla dilatatur: quoniã si nõ dilatatur, vnum est de duobus: quoniã aut oppilatio est in neruo concauo, quæ prohibet visum: quæ quidem oppilatio longe est a pupilla: aut cataracta est adeo grossa: & in loco tam fortiter inuiscata, ꝙ nihil potest ibi trãsire de spiritu, per quẽ dilatatur pupilla: quę cum videris, manus nullatenus apponas. Si vero pupilla fricata & aperta, subito dilatatur: & color fuerit albus cataractę, splendens sicut margarita: tunc secure chirurgicũ adhibeas instrumentũ. Et sic facies. ęgrum coram te in scãno constitue: oculumq; sanum

B liga: vt nihil videre possit: tuq; parum altius sedeas: & habeas in ore ramos fœniculi, quos mastices: & in oculo bis vel ter insuffla: vt fumus habens virtutem fœni. oculum intret. Postea habeas instrumentum de argento factũ ad modũ acus: & habeat grossius, quare possit melius in manu teneri: & infige illum in coniunctiuam apud minorem angulum oculi: & impellas instrumentũ vsq; ad corneam: quia tunc uidebis illum. Cum autẽ instrumentum videbis sub corneã illum impellas vsq; ad aquã quæ est coram pupilla: & aquam illam cũ instrumento comprehende: & mouens instrumentum, aquam depone. Cum autem æger viderit ea, quæ oculo proponuntur, tunc aquã inferius versus inferiorem palpebrã deprimendo acũ extrahas. Et si aq̃ non redit bñ qdẽ: si vero redit, opus itera: & cũ plus nõ redit, pone supra oculũ emplastrũ

C de albumine oui cũ vitello: & cum bolo. ar. positũ inter duas, scilicet panni pecias: & liga oculum: et duc ęgrum in locũ obscurum, vbi stet cũ silẽtio per. viij. dies cauens a tussi, ab ira, locutione nimia, & labore.

Dilatatur pupilla aut ex causa extrinseca, aut ex nimia humiditate: et tunc raro vel nunquam curatur: & si curari debet:

Cura est cum euacuatione corporis cum picra Rasis: & cum pilulis cochijs Rasis sæpe dictis: & cũ collyrio: de fellibus: & alijs circunstantibus medicinis, aut ex causa extrinseca: vt ex percussione, & ista curatur de leui: quoniam plures meo curaui tẽpore: quorum pupilla propter percussionem ita fuerat dilatata, ꝙ nihil omnino pupilla in oculo apparebat. Phlebotometur ergo prius patiens, si virtus, & ætas tibi consenserint ad euitationem apostematis: postea cũ vna ista

D rum medicinarũ oculus emplastretur, mediocriterq; stringendo ligetur. Re. farinam fabarum subtilem: & incorpora cũ folijs salicis vltime pistatis. Itẽ aliud. Reci. farinæ fabarum, florum, chamomillæ, radicis althęę, ana coquãtur in aqua & vino: & fac emplastrũ: & fac ægrum quiescere.

Curatio grossitudinis & inuersationis palpebrarũ. Palpebrarum grossities, & inuersatio curatur cum fricatione foliorum parietarię: donec prouocetur in sanguine: & tunc injciatur aqua infusionis cymini, & salis. Si hoc non sufficit, redeas ad curam sebel & vngulæ.

Hordeolus est tumor vnus oblongus, rubeus, nascens in pilorum origine palpebrarũ.

Cuius cura est phlebotomia: & corporis purgatio ab adustis humoribus: & hæc localia misceatur aloes

cum lytio: & fiat ex his emplastrum. Item cũ styrace liquida inungatur. Itẽ parum de opopanace resoluatur in aqua. & fiat super oculum emplastrũ: hoc idem facit diachylon vsuale: primo antequã ponantur emplastra, bonũ est oculũ cum aqua calida fomentare.

Grando seu nodus iterum fit in palpebra: qui quãdoq; apparet ab intus, quãdoq; ab extra. quando etiam apparet ab extra, expectatur diachylõ & alia cõsumptiua. Si hoc nõ sufficit, accipiatur cũ duobus digitis: & stringatur: ut foris emineat: & cutis supra nodum scindatur: & extrahatur. Si uero plus ĩtus appareat reuersetur palpebra ab extra: & modo simili extrahatur: deinde cum oui albumine, et cum aliĳs consolidantibus procedatur cura.

Fistula lachrymalis fit ex humorũ decursu, qui currunt ad lachrymalis angulum. Iuxta nasum nec propter eorum multitudinẽ, & grossitiẽ possunt exire: sed facientes morã faciunt eminentiam, vt lupinus, quare lupinus dicitur a nõnullis. Hi autem humores morantes ibi diutius corrumpuntur: et locum vlcerant: qui per illũ currentes lachrymas non deficcant: sed longo vigilians tempore fistulatur: quae quidem fistula nisi recens, curatur, os inficit nasi: & quanto magis antiquatur, tanto deterior.

Principium huius curae est corpus & caput euacuare cum cochĳs: & cũ picra: deinde ponatur hoc collyrium. Re. aloes, thuris, sarcocollae, sanguinis draco. balaustiae antimonĳ, aluminis partes aequales. florũ aeris quartam partis vnius. fiat puluis subtilissimus, & distemperatus cum aqua pluuiali vel ro. inĳciatur in angulo oculi loco prius expresso: vt nihil ĩ eo remãeat, tres guttę bis in die. Supra locũ vero ponatur vnũ de mundificatiuis dicendis in antidotario: vel hęc medicina probata quae est Auic. Rec. myrrhae mundae & electae, drac. ĳ. gũmi ara. drac. i. fiat puluis: & cum felle bouis inspissetur ad modũ vnguenti, & superponatur cum pecia panni linei: hoc locum cõsolidat: et mũdificat, & vestigium prohibet remanere. Si vero per haec medicamina nõ curaretur, aut curetur, & postea recidiuaret: signũ est ꝙ os est corruptum de subtus. quare tunc oportet locum detegi: & os corruptũ remoueri. Et sic facies, tange locum sub quo est corruptio, cum ferro calido acuto: postea pone butyrũ vel axungiã: vt cadat eschara: deinde itera cauterium: postea butyrũ, donec tantum feceris foramen, quantum ad ossis deiectionẽ videris expedire. Osse detecto ferrum imprime calidũ supra ipsum: & ipsum cauterium mediocriter cõprimendo. Postea oleum ro. calidum in loco funde: & totũ vulnus reple cũ oleo ro. misto cum vitello oui: donec tota cadat vstura: deinde locũ cũ siccis desiccantibus desicca. Os nanq; scoriabitur: & purificabitur per hunc modũ. Quo purificato cum regeneratiuis, & consolidatiuis insistas: donec locus perfecte fuerit sigillatus. Et scias ꝙ nullus modus alius est tam bonus: quia in modo cauterizandi locum illũ cum medicina caustica nõ potest habere mensurã: sed cauterizat vlterius quã quod tu uelis: & semper post medicinã causticã sequitur apostema: & locum inficit eo ꝙ fit extra & ex cõtrarĳs generata. Ignis uero propter eius simplicitatem, nõ nisi cum mensura imprimit: quãdo medicus discrete cum ipo sciuerit operari. Os quoq; siccum instrumẽtis abraditur chirurgicis: raro totum aufertur corruptũ. vnde aegritudo recidiuat ossis parte corrupti modica re- **E** manente. Itẽ quãdocunq; os abradatur, semper est necessarium ꝙ natura quendã folliculum ab ipso separet osse firmiter inuiscari, & cũ a ferro tangitur calido, tũc corruptum totũ corrumpitur: & a sano separatur: loci quoq; cõplexio tẽperatur: sicut videre poteris in capitulo de cauterĳs allegato.

*De aegritudinibus aurium. doctrinae tertiae. tractatus tertii.* *Cap. II.*

SIcut diximus primũ par neruorum venientium a cerebro in orbita oculi dilatari, sic diximus quod nerui venientes a primo pari neruorum cerebri, cum sunt ad foramina aurium dilatantur: & illa foramina in illis ipsorum vestiũtur interius, donec per auris foramina finiantur per illos neruos, qui propria sunt auditus instrumenta, sonitus sensui praesentatur. Fora- **F** mina vero auriũ fuerũt in osse petroso tortuosa creata propter vtilitates: quod est: quia sonorum apprehensio nõ fiat subito: sed gradatim: & ꝙ aer per ea nõ possit subito subintrare. Si enim via fuisset recta, soni neruũ audibilẽ percuterent: & per cussio nimia terrefaceret. Sicut videmus ꝓpter tonitrua terrefieri. fuit enim necessarium, ꝙ nostri sensus temperati fiant. Similiter si foret via recta, a frigido & calido citius laederetur. Auris quoque creata fuit cartilaginosa, vt haberet sustentationẽ: & nihilominus plicaretur: erat enim eis necessaria sustentatio propter formã eis debitam: & figurã quam non haberẽt, si fuissent de carne simpliciter generatae. Et erat eis necessaria plicatio: vt possent sub capillis & vita plicari, quod nõ haberent si a sua creatura fuissent de osse: & iterũ laederent neruorum villos qui per auriũ partem intrinsecam expã- **G** duntur. Huic membro plures superueniunt ęgritudines quarum quędã ad chirurgum pertinent, vt apostemata: & vlcera: quaedam plus ad physicum: vt tinnitus, & sibilus, & auditus defectus, & surditas. Dolor aliquando est morbus: aliquando est causa: & tunc ad illum pertinent: aut illum: propterea de omnibus eius aegritudinibus proposui hic tractare: quoniam sunt ad inuicem multũ intricatę. Sub duobus membris omnes aurium aegritudinis: sub dolore scilicet & auditus vitro comprehenduntur.

Dolor igitur aurium aut est sine apostemate vel vlcere: aut cũ apostemate & vlcere.

Si sine apostemate & vlcere: tunc aut est propter malã complexionem calidam: quod cognoscitur per acuitatem doloris: & aegri habitudinem: & loci caliditatem & ruborẽ: & tunc curatur cum iniectione olei **H** calidi rosati bulliti in duplici uase cũ q̃rta sui de aceto. Et si nõ sedaretur, addatur valde modicum de opio.

Aut propter malam cõplexionem frigidã, quę fuit eo ꝙ ventus uel aer frigidus subintrauit: quod cognoscitur per absentiã caloris & loci frigiditatem. Et tũc curatur cum iniectione aquę expressionis maioranae vel olei de lilio cõposito: quod habebis in antidotario: & sit oleum calidissimũ. Quoniã nihil in aure debet poni frigidum: & ꝙ intret ęger stupham: & vaporetur auena calida milio vel pannicio.

Aliquando fit propter aliquam rem quae aures exterius subintrauit: sicut vermis granum, lapillus vel aqua: quod cognoscitur per aliarum aegritudinũ carentiam: & per indicium patientis: & etiã quando res quae intrauit, cum aspicitur, motus visui pręsentatur. Si ergo fuerit lapillus, tunc auris infundatur oleo ros. calido

calido: vel oleo de amygdalis ca. postea tētetur cum picicarolis vel cum cōpetenti aliquo instrumento. Si vero fuerit granum, nō ponatur oleum, quoniam granum augmentaret: sed ponatur radius coto inuolutus: & tetebinthina intinctus: & ponatur in aure: vt granum vel lapis adhæreat. Item percutiatur auris cū palma. nam forsitā exibit. Item ponitur tuffa cū igne quæ comprehendit aurem, quæ aliquando trahit granum vel lapidem. Si nō valet, oportet in auris radice inferius incidere: & per vulnus granū vel lapidem extrahere. Si vero aqua subintrauerit aurē, fiat experimentum Gal. Accipe virgam iunci vel salicis, vel palmitē vitis: & vnum caput in aurē pone: aliud vero caput cerā inuolutum igne accende. per uirtutem nanq; ignis aqua totaliter expurgatur. Si vero pulex vel vermis intrauerit aurem, imple succo absinthij tepido, postea suca. Si vero non sufficit, imple de oleo de amygdalis amaris: vel si hæc non sufficiunt, appone succum calamenthi.

Si autem dolor sit propter humorū collectionē ad apostema: quod cognoscitur per forte dolorē, & pulsationem: & per tumorē loci interioris, & radicis auris: & per rubeum colorem: specialiter si materia talis fuerit calida, & propter hoc, vt plurimū comitatur febris: tunc incipe dolorem mitigare cū iniectione olei rosati, cum quarta sui aceti: quod si nō sufficit, parum adde opij. Mitigato dolore fiat phlebotomia de vena cephalica eiusdē lateris, & non ex opposito: sicut credunt aliqui. Quoniā materia faciens ægritudines in capite debet euacuari per venas, quæ sunt infra caput in brachio, vel in pede: tamē ex eadē parte ex qua caput humoribus calidis aggrauatur: & nō ex opposita secundū latitudinem: ne materia lædens per ventriculos cerebri transeat principales. Si phlebotomia fieri nō posset: propter aliquā ex impedietibus causam, fiat in spatulis scarificatio: & continuetur iniectio olei rosati cū aceto. Si videtur esse choleræ dominium: quod scies per acuitatē doloris, & sanguinis subtilitatem, purgetur cū decoctiōe fructuū myrobalanorū. Si vero per hoc materia nō repercutitur: sed cōtinuatur pulsatio, & dolor, & febris stat in fortitudine: tūc incipe ponere aliquid de mucilaginibus fœnugræci, semi. lini. radicis altheę cū lacte mulieris tepido in aurem: supra vero emplastrū quod totā aurem cooperiat: & vltra factū de semine lini hordeo, de radicibus altheę, & lilij albi, cum pinguedinibus subtilibus, vt anseris, & gallinæ, quod continuetur, donec ex aure sanguis exeat: & dolor fuerit, mitigatus: postea curetur, sicut curantur auriū vlcera. de cura quoq; mētio fiet intra. Q. si materia faciens apostema, esset frigida: quod raro fit: licet aliquando illud viderim in aliquibus senibus: quod cognoscere poteris per doloris grauationē, & per loci frigiditatem, & doloris absentiā, & per ętatem, & complexionē: Tunc incipe corpus euacuare cum pilulis cochijs, uel cum clysteri acuto. Et inijce in aurē oleum de lilio compositū: in vnc. cuius resoluatur drac. 5. euphorbij: vel drac. 1. turbit: & vnge loca radicem auris circundantia oleo prædicto de lilio: et de supra pone lanā succidam. Fac etiam fumigium auri cū aqua calida decoctionis maioranę, & calamenthi. Si hæc nō sufficiunt, appone emplastrum factū de cepe, & allijs, & radice lilij coctis sub prunis: pistatis cum butyro vaccino, & incorporatis simul: quibus addatur tantundem de fermento bene

A acri, quantum est totum: & addatur oleū de lilio vel de chamomilla: & valde modicū aceti: & emplastretur auris cum suis circūferentijs: quoniam hoc emplastrum materiā maturat frigidam: & ipsam ab interius ducit extra. Facta maturatione, si uideretur in auris radice extra in fontanella aliqua eminentia: in qua tāgendo cū digitis saniem inuenires: optimū esset tantū sagitellam inficere vsq; ad saniem: et ipsam per locum illum educere: sicut te faciam scire cito: & postea cura secundū curam vlcerum, quæ dicetur.

Fit etiam dolor auris propter grossam ventositatē ad aures de capite descendētem. Quod cognoscitur: quia tunc admissus est dolor cum sonitu, & sibillo, & per capitis lenitatem, et per aliorū exclusionem signorum. Cuius cura est corporis ab humoribus grossis euacuatio, & iniectio olei de ruta: in quo parū dissol-
B uatur de castore: & sacellare locum cum ruta, milio, panicio, & auena calidis. Cauere ab omnibus cibis inflatiuis, ut sunt legumia, fructus recētes, et herbę qdā.

Fit etiam dolor auris propter vlcera quæ infra cōcauitatem auriū oriuntur: quæ quidē fiunt prius apostemata præcedentia: quæ veniunt ad maturitatē vel propter longum cursum acutorū humorum ad illas partes descendentium. Quorū signa sunt dolor & saniei cursus vel putredinis quę multum fœtet: et quāto plus est ab albo elongata colore, tāto peius. Cuius cura est capitis & corporis mundificatio cum cochijs & cum picra & ad auris intendere mundificationem cum desiccatiuis: nec ibi propter aliquos dolores ponas aliquod maturatiuum: ne tibi eueniat, sicut recitat Galenus de quodam de secta Thessali, qui voluit curare quendam de antiquo auris vlcere cū vnguen-
C to vulneribus carnis cōuenienti: & æger semper ibat ad peius. Sed Gal. quęrens ab illo quid tibi videretur: & si cum desiccatiuis istud vlcus cum apostemate curaremus pessimū dixit. Nā desiccatiua constringunt, & apostema est cōstrictio: habebat enim Thessallus et sui sequaces, sicut habent hodie aliqui noui, solas regulas generales: & generale est q̃ cōtraria contrarijs curātur. Tunc dixit Gal. magister nota. Si nō scirem, inquit Gal. q̃ hoc membrū lōgo mollificasti tēpore: mox apponerem trochiscos Andrionis qui sunt trochisci sicci: sed hodie ponam memite, & acetum: sed cras ad scicciora ascendam: tamen ex solo memite curatus est. Sic ergo facies. quantum potes intēde ad desiccandum & mundificandū. Cum ergo vlcus est recens: & nō est multę sordiciei: sufficit inijcere succū foliorum salicis, vel vnguētum Rasis de cerussa cum
D oleo distēperato ros. Si vero chronicū, fiat puluis de myrrha, aloe, olibano, sarcocolla san. draco. partibus ęqualibus, & lyciniū tinctum in melle inuoluatur in puluere: & ponatur in aure. Q. si lycinium ad locū profundum non potest attingere: dissoluatur puluis cū aqua mellis: & inijciatur. Si vero vlcus esset valde antiquum: tūc curetur cum scoria ferri: quæ sic fit. Re. rubiginem ferri, & tere eā fortiter, & pone eam in sartagine ferrea cum aceto fortissimo: & fac eam bullire, donec desiccetur. Item distempera cum aceto, & desiccetur ad ignem, & fac septies. Postea iterum subtilissimum pulueriza, & cum aceto coquę, donec mellis suscipiat spissitudinem: & de hoc in aure pone. Sanat enim vlcera antiqua, & humiditates desiccat, quę currunt ab aure: & dolores sedat, qui propter vlcera antiqua generantur. Item. Re. mellis, vnc. x. aceti,

vnc.viij. bulliant leuiter ad ignẽ, donec fuerit optime despumatum. Deide adde, vnc.ij. cõmisce: & auri cũ lycinio ĩmitte. Optimum est etiam in antiquo auris vlcere cum dolore in fontanella apostema cũ attractiua medicina prouocare, & prouocato nouum ibi facere vulnus: & inde materiã expurgare: sicut feci fratri Petro de Nana de prædicatorũ ordine in Lugduno. passus enim longo fuerat tempore: nec poterat sanies expurgari: sed cruciatus doloribus peribat. Ego & postquam ad mortẽ fui vocatus, emplastrũ de fermẽto: quod dicam in antidotario posui super aurem. caput sæpe cum aqua decoctionis maioranę embrochaui: ibiq́ profundum feci vulnus cũ sagitella: et inde quãtitatẽ putredinis extraxi, plusquã credibile crederetur cum sanie per locũ vulneratũ nouiter exeunte: fortificatus est: & dolores omnino cessauerunt: & perfecte sanitati fuit omnipotẽtis auxilio restitutus.

Item etiã in aure propter humiditatem ex ea currẽte sine vlcere dolor paruus causatur: ad quã desiccandam sufficit aqua mellis. vel acetũ, in quo bullita fuerint semina myrtillorum: aut aqua in qua fuerit coctũ absinthium in auribus distillata.

Auditus diminutio vel priuatio prouenit propter aliquam prædictarum causarum cum dolores maxime antiquantur.

Et eius cura est illarum causarũ amputatio. Aut fit a natiuitate propter peccatum in forma: & illa amplius nõ curatur. Aut fit propter nerui auditus oppilationem ab humoribus: & eius cura est purgatio cũ cochijs & picra, & cum iniectione olei de amygdalis amaris, et aliarum aperitiuarum medicinarũ: quarum vna est ista. Re. pulpæ colocyn. drac. i. baurac tertiam drac. i. castorei, aristol. rot. succi absinthij, ana drac. 5. euphorbij, vi. drac. i. costi. gra. xv. fellis uaccini quantum sufficit ad prædicta conficienda fiant pilulæ paruæ: vna earum soluatur cum oleo de amygdalis amaris: et distillentur in aurem, postquã super decoctionẽ sansuci vel sambuci absinthij & stœchados fuerit fumigata. Vel. Re. oliba. drac. i. tere, et misce cum melle, & auri impone. Accidit etiam defectus auditus, aliquando propter defectum spirituũ: sicut in quibusdam cõualescentibus. Et cura eius est impinguare corpus cũ balneo & requie & cibis habitu dantibus bonum sanguinem generãtibus: & aures ad audiendum cum subtilibus vocibus incitare. Quidam etiam dicunt ꝙ pinguedo ranarũ viridium, quæ morantur in arboribus, collecta, quando decoquũtur, in auribus iniecta, habet proprietatẽ curandi surdos etiam desperatos. Alias. Re. vnam spicam allij, & munda eã, & adde tertiam partẽ tartari, & parum de alumine, & pistetur fortiter, et parum bulliant in aceto. Postea permittere infrigidari, & cum fæces ad fundum descenderint, cola, & vsui reserua: & de hoc aceto calido instilletur in aurem.

## *De ægritudinibus narium seu nasi doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* *Cap.* III.

IAm diximus ꝙ ex parte anteriori cerebri ante neruum visibilem ordinãtur duo additamenta capitibus mamillarũ similia: quæ de substantia veniunt cerebri: & tamen non sunt nerui: & illa sunt propria instrumenta odoratus. Corã illis duobus additamentis in exitu cranei ordinatur quædã fouea quæ vocatur colatorium, in qua cõgregatur aer, quo mediante vir-
E tus odorabilis suscipit odoratum: & in qua quædam pars superfluitatum cerebri expurgatur: in illa fouea quę dicitur colatoriũ, est foramen quod tendit ad os, & coram ordinatur nasus, qui est cõpositus ex duobus ossibus factis ad modũ trianguli. Anguli vero superiores ossi frontis apud cõmissurã ocularis ossis coniunguntur. In parte vero inferiori vnũquodq́ illorũ duorũ ossium habet quandam cartilaginẽ propter iuuamina quę sciuisti. In medio vero habet aliam cartilaginẽ, quæ nasum in duas partes diuidit, quæ durior & fortior est duabus alijs, quæ sunt in nasi fine. Iuuamẽta vero illius medię cartilaginis est, si vni parti nasi nocumenta acciderint, pars alia suppleat iuuamentũ. Duo autẽ ossa nasi coniunguntur adinuicẽ: & fit nasi forma, quæ cũ his quæ dicta sunt, plures habet vtilitates. Prima, vt sit tutamen & coopertoriũ superfluita-
F tibus: quæ de cerebro deriuantur. Secunda, vt aerem recipiat, qui est ad receptionem odoratus necessarius mediator. Tertia, ꝙ quamuis maior pars aeris quę attrahitur, uadat ad pulmonẽ: tñ aliqua eius pars per nasum tendit ad cerebrũ. Foraminis autem quod est inter nasum & os, iuuamenta sunt tria. Primo, vt cum os clauditur, possit aeris fieri attractio ad pulmonem. Secundo, vt per illud cerebri anterior uentriculus expurgetur. Tertio, ad intercisionẽ adiuuet literarum, & voces melius explicandas: quoniã cum in loquẽdo sit necessariũ vocem temperare: literas incidere: syllabas solidare: ad hoc sæpe labia clauduntur & dẽtes: si nõ esset alia via, per quã possit aer superfluus exhalare apud literarum incisionẽ totus cõculcaretur aer, qui literarum incisionẽ & syllabarum prolationẽ sua multitudine impediret: & vocẽ etiam generatam
G non claram emitteret: facit ergo in verborũ & vocis prolatione foramen hoc quod facit foramẽ fistulæ superius, quod in vocum & tonorum modulationem remanet absolutum: quare voces & toni inde magis exeunt absoluti.

In naso vel naribus plures cõcurrunt ęgritudines. Nã ibi fiũt pustulæ, vlcera, caro superflua, polypus, cancer, fluxus sanguinis, fœtor, & olfactus priuatio.

Pustulæ fiunt vtplurimũ ab adustis humoribus, et sunt cum pũctura & ardore. Et cura est phlebotomia, & corporis euacuatio, et iniectio albuminis oui cũ oleo ros. insimul agitatis. Pustulis fractis, fiat vnctio cum vnguento albo Rasis.

Vlcera quoque si calida fuerint, curantur eodem modo. Si frigida, cum lauatione vini mellis, & cum vnguento apostolorũ, et cum vn-
H guento viridi dicendorum.

Caro superflua remouetur cum instrumentis chirurgicis: si nõ potest tota cum instrumentis remoueri: remouetur residuum cum puluere asphodelorum: & cũ vnguento viridi, & apostolorum, & cunctis mundificantibus: & remotis superfluus cum vnguentis solidantibus compleatur.

Polypus dicitur a polypo pisce: cuius malitiosa est astutia: quia quando vult piscibus saturari, ascendit saxum quod est in litore maris: & ipsi multum assimilatur. pisces fatigati videntes saxum, nõ aduertunt de polypo propter similitudinem: sed volentes quiescere, salliunt de mari: polypus illos absorbet: & in eius conuertit nutrimentum. Sic iste morbus cũ naso magnã habet affinitatem: quoniã eius materia est catarrhosa frigida grossa descendẽs a capite: & in via

propter

propter eius grossitiem & tenacitatē hæret nasi substā
tiæ inuiscatæ: et humores capitis agitatione moti natu
ræ volentes descendere, & exire, materiā ibi recipiũt
cōgregatam: quæ humores illos in suam cōuertit ma
lam naturā: & ex ipsa quotidie augmentatur. Diffe
rentia vero est inter polypũ & carnē superfluā: quo-
niam caro superflua, nō habet profundam tenacitatē
cum nasi substantia: nec cum ipso naso nimis assimila
tur: imo potest de facili segregari: polypus uero firmi
ter adhęret cum naso: & nō sine violentia separatur.
Quorum scilicet polyporũ aliquis est curabilis: aliqs
incurabilis. Curabilis est substantiæ mollis & tractabi
lis: nec nasum reddit durũ: nec in colore nigrũ seu fu-
scum: nec est multũ supra circa cerebri confinia inui-
scatus. Incurabilis vero nasum reddit durũ, liuidum
seu nigrum: & magnā profunditatem tenet, quā quā-
to magis videris maiori nigredine maioriq́ participa
re duritie, maioremq́ locum occupare: tanto plus ab
eo existima fugiendũ: quoniam naturā tunc tenet can
cri: quanto plus eum curare niteris, tāto plus videbis
eius malitiam augmentari.

Curabilis vero cura est secundũ ꝙ diximus in cu-
ra superfluæ carnis quæ ibi cōsurgit cum ablatione. s.
cum instrumentis & cum vnguentis mundificatiuis:
& alijs quæ nouisti: præcedente semper corporis et ca
pitis purgatione: sicut multoties est ostensum. Caute-
ria quoq́, secundũ ꝙ audies, multũ valent ad polypi
materiā consumendam. Eius vero quē incurabilē
diximus, non assumas curam. Si tamen rogaris nimis,
paliatiuam curam adhibe: sicut in cura cancri recoli-
mus ostendisse.

*De anatomia oris, & contentorum in ore, & passionibus, doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* Cap. IIII.

TOtam vero oris concauitatē interius circundat
panniculus qui cōtinuus est cum meri, & cũ sto
macho: quare accidit ꝙ multæ res tangentes palatum
prouocant vomitũ. Ad oris cōcauitatem duę per-
ueniunt viæ: quarum anatomiā superius habuisti. in
earũ summitate est epiglottis: quæ est creata ad perfi-
ciendum vocē: et ut seruet aliquid de aere attracto ad
anhelitum. Hæc epiglottis ex tribus est composita
cartilaginibus: vna est eminens ante & dicitur clypea
lis: & a laicis dicitur guttur vel nodus gulę: alia est po
sterius cum osse laudę continua, nomen non habens.
Tertia vocatur cymbalaris siue cooperturalis: & cō-
tinuatur cum nomen nō habente: & cooperit clypea
lē: et ista cymbalaris mouetur per eius musculos: qua-
re cum homo comedit, viā claudit cannę pulmonis:
& viā aperit œsophagi. Cum autē homo loquitur,
aperit viam cānę pulmonis: & claudit viam œsopha-
gi. Quare multoties accidit, ꝙ si homo comedens di-
cere vellet aliquid ignoranter: quod aliquid viā intra
ret cannę pulmonis: quare natura moueretur ad tus-
siendum: nec cessaret, donec ꝙ cannā intrauerat, esset
ad extra repulsum. Super hoc mēbrũ pēdet vuula:
quæ superius est grossa, inferius gracilis: quæ vocem
quæ fit per epiglottum modulat verberando: & per
quā magna cerebri superfluitas expurgatur. In oris
concauitate locatur lingua quæ membrũ est compo-
situm ex carne alba molli, neruis, venis, et arterijs plu
ribus, quam sit necessarium alij membro similis quan
titatis. Et hoc habet in eius radice duos fontes in qui-
bus saliua colligitur rorans linguam. Hoc membrum

A virtuti seruit naturali: quoniam locũ manus molen-
dinarij tenet: cibum sub dentibus reuoluendo: et quo
niam sapores sentit: quare per eam cōmuni sensui prę
sentatur. Seruit cum hoc rationali uirtuti: quādo prę-
cepto virtutis motiuæ, quę est in ipsa, mouetur ad uo
cis incisionē & ad complendũ terminos syllabarum.
Dentes in pluribus sunt. 32. 16. scilicet in vtraq́ man-
dibula. In aliquibus tantum. 28. 14. scilicet pro man-
dibula. Dentes hi quamuis de materia sint ossuosa: &
inter ossa propter eorum fortitudinem numerantur:
sunt tamen ossa, et sentiunt: quod per alia nō fit ossa.
Post dentes sunt labia, quæ sunt ori sicut ostium do-
mui, cum eo ꝙ adiuuāt ad loquendum. Membra ista
quæ sunt in ore: sicut vuula, lingua, dentes, & gingi-
uæ, in quibus circũdantur, & proinde os diuersis sub
iacent passionibus.

B Vuula nanque propter humorum diuersorũ flu
xum ad eam, aliquādo apostema-
tur: aliquando solum elongatur.

Apostema autē vuulæ: aliquādo fit ex humoribus
calidis: quod cognoscitur per loci rubedinē & ardo-
rem: & tunc præcedat phlebotomia cephalicę & cho
leræ purgatio cum decoctiōe fructũ myrobalanorũ:
& sequantur hæc localia cum quibus sepius gargari-
çet. Re. lentes, balaustias, psidias, gallas, rosas, sumac,
de omnibus siue pluribus: & bulliant cũ duabus par-
tibus aquæ, & vna aceti: & fiat gargariçatio. Itē ap
pone palato puluerē rosarum, sandalorum, balaustia
rum, & parũ de camphora: & comprime cũ cochlea
ri. iuuat: quando est propter humores calidos relaxa
ta. Si vero propter humores frigidos fit apostema-
tio seu relaxatio. (Cuius signũ est rubedinis carētia: et
C saliuarum multitudo.) caput prius purgetur cum co
chijs, & picra. postea fiat gargarismus cum hac deco-
ctione. Re. aceti partes duas. mellis partem. i. bulliant:
& ponātur ibi semina myrtillorum, & rosæ & pyre-
thrum: & çingibe. deinde fiat puluis de pipere, & sale
ammoniaco, & ammoniaco: & gallis. et insuffletur in
vuulā elongatā per embotum: & si est ibi nimia gros
sities insistas cum cōsumptiuis vt diamoron, & sara-
mitũ, & similibus. Si vero relaxata vuula per hoc
ad propriam nō redit formā: vide si est grossa valde,
nō apponas manũ: specialiter cum in rubeum uel liui
dũ tendit colorem. Sed si est in superficie ualde sub
tilis: & sicut cauda muris equitat super linguam: tunc
de ipsa incide partem, donec ad debitā redeat quanti-
tatem. Et caue ne ultra debitam incidas mensuram, ne
incōmoda superueniant, quę nimis incisam vuulā cō
D sequantur, scilicet perpetua vocis lęsio, tussis cōtinua
pulmonis, & membrorũ pectoris læsio propter aeris
exterioris siue cali. siue frigi. læsionem: quæ sine tem-
peramento procedit: quæ quidem nocumenta prohi
bebat vuula non incisa.

Lingua quoque multas patitur ægritudines: pu-
stulas, inflationem, scissurā, bre-
uiationē fili, ranulam, spasmũ, & relaxationem.

Pustulæ & vlcera curātur sicut oris alcola de quo
continetur inferius.

Inflatio seu apostematio si fuerit ex calidis humori
bus quos cognoscis, curatur per phlebotomiā cepha
licæ: & per decoctionē de fructibus, & lotionibus di-
ctis sæpe: quoniā Gal. sic fecit illi cui lingua adeo erat
inflata, ꝙ nō poterat in oris spatio contineri: & æger
vidit in somnijs, quoniam bene rectoq́ tramite vsus

erat. Facta purgatiōe et lotiōibus vtet̄ consumptiuis.

Scissuræ curantur cum puluere dragaganthi: et cū mucilagine maluarū decoctarum: & cum psyllio misto cum çucha. Et thyrsi maluarū incidātur, & fricentur adinuicem. de spuma quæ inde prouenit, fricētur scissuræ. Pro potu vtatur aqua hordei. pro cibo pedibus elixatis: & fricetur lingua cum neruis pedum bene coctis.

Filum quod est infra linguā, aliquando continuatur cum extremitate linguæ inferius: & illā extremitatem ad interiora trahit: & inferiora plicat: quare non potest bene in literarū incisione moueri. Cura est, īcidere illud filū cū instrumēto aureo facto ad modū incisorij: qd' pōatur in igne, & calefaciēdo incidatur.

Ranula quoq; fit sub lingua: & est apostema frigidum phlegmaticū vtplurimum. Si vero esset melācholicum, quod est raro: cuius signū est liuiditas vel nigredo cū duritie: manus vllatenus non apponatur. Si vero phlegmaticū est, & est paruum frica fortiter cum sale, donec sanguis emanat. Si nō sufficit, frica cū vitreolo. Si non sufficit, scinde eam cū rasorio: postea frica. Valet etiam fricatio cum calidicon: & cum medicina quæ dicetur in corrosione gingiuarum.

In spasmo uero lingua contrahitur apud radicem: & ingrossatur. Cuius cura est tenere in ore oleū de anetho, & de chamomilla calida. Et embrochare caput & ceruicem cum eis mistis cum aqua calida.

Mollificationi vero cōuenit corporis mundificatio cum fœtidis, vel cū trochisco de turbith. Et hæc localis medicina. Re. grana. vi. numero recentis, & lucidi euphorbij: &. vi. ficus siccas pingues mundas de corticibus, & stipite. pistentur peroptime: & addatur tantundem mellis albi crudi: & omnia incorporētur: & fiat in forma electuarij de quo teneat sub lingua in ieiunio quantitatē fabę paruæ. Cum hac medicina fuit restaurata loquela dominæ abbatissę sancti Victoris ad vltimum: quę propter linguæ mollificationem nō poterat verbum intelligibile bene loqui. Addidi & hanc medicinam: & cito locuta est expedite.

Os totum superficialiter pustulas & excoriationē patitur: & dicitur alcola arabice: qd' quidem aliquando est calidum: aliquando frigidū. Calidum per signa cognoscitur sępe dicta. Curatur cum phlebotomia, & scarificatione sub mēto, & decoctione fructuum sæpe dicta: & cū medicina locali. Re. spodium sumach, rosas coriandrum, lentes scorticatas, semen portulacæ. ana paucam camphoram: fac puluerem: de quo frices totum os interius postea laua cum oleo ros. & aceto. Frigida autem curatur purgādo cum cochijs: & fricando cum melle, & atramento: & lauetur sæpe cum oyxmelite: & teneat in ore myrobalanos chebulos, & pyrethrum.

Dentes dolent aliquando dentium uitio: aliquādo vitio gingiuarum: aliquando cum cōmunitate capitis: aliquādo propter stomachi uitium initio existente in solis dentibus. Si est ex calidis cibis solum: cito curatur cū aqua frigida tenta in ore. Si ex frigidis cibis, tenendo in ore oleū calidū. Si stupent propter acrum, comedat caseum, portulacas, vel masticet ceram calidam. Si vitio gingiuarū vel capitis, aut ex calidis: qd' cognoscitiur p̄ gingiuarū rubedinem vel calorem: & tunc fiat phlebotomia cephalicæ: deinde venarum sub lingua: postea teneat in ore oleum ros. vel aquam frigidā mistam: vel

E aquam frigidā cum aceto: & cum caluit, remoueat, et renouet aliam frigidam. valet etiā multum inijcere in aurem lateris dolentis oleum ro. cum quarta sui aceti, & sit tepidum. Si autē dolor esset intolerabilis ante omnia cum hac mitigetur medicina probata. Re. seminis hyoscyami al. opij, ana drac. ij. seminis apij, drac. i. pistentur, & incorporentur cum aceto: et fiant formę lupinorum. vna ponatur supra dētem, & stringatur. hæc enim medicina dolorem stupefaciendo mitigat: nec est timendū de stupefactione super dentē apponere: quoniā quanquā habeant aliquā sensibilitatē propterea q̄ sicut ossa alia nō sunt. sunt enim separatiua & elongatiua: quod scitur: quia dens perditus restauratur. sunt tamē tam pauci sensus, q̄ sicut alia membra sensibilia propter medicinā narcoticam, non læduntur. Post quatuor autem dies teneat in ore oleum ro-

F satum in quo dissoluta sit mastiche.

Si vero dolor fuerit ex humoribus frigidis: quod cognoscitur per absentiā inflationis, & rubedinis gingiuarum: fiat purgatio cum cochijs vel cū picra: postea teneat in ore theriacā diaterō: hoc est de quatuor speciebus: quæ Re. gentianę. aristolochiæ ro. myrrhę, bacarum lauri. ana pulueriçentur: & cum melle conficiantur: quod sit bene despumatum: & sit triplū medicinarū. hæc enim theriaca nō vilipendatur: quoniā est medicina magna doloribus frigidis dentiū: & valet doloribus qui ex grossa fiunt vētositate in capite, stomacho, & intestinis, doloribus hepatis: & splenis: & valet arthreticum dolorē prouocando remouet: & vt magna theriaca in morsionibus animaliū venenosorum. etiam cōfert epilepsiæ, & tremori. Ad vltimū medicina vltime desiccat humores: & ponatur hæc medicina

G in aure loci dolētis. Re. olei oliuarū, vnc. ij. aceti, vnc. i. colocynthidos piperis, ana drac. i. bulliant in duplici vase: & distilletur in aure tepidum.

Aliquando corroditur dens, & concauatur ex corruptis humoribus ad eos descendentibus: & si fuerit molaris timorosum est aliquando extirpare: tunc sic cum manu curatur. Re. olei, drac. i. sansuci sicci, seminis cicutæ, ana drac. ʒ. bulliāt adinuicē: deinde habeas cauterium punctuale: cuius formā habebis in sequentibus ignias ipsum: & pone in prædicto oleo: & pone in foramine dentis per canulā, ne lædas labia vel gingiuas, & septies vsq; : & cum cauterium fit frigidum, & itera. nam aqua multa per hoc emanat cauterium, & dolor penitus remouetur.

Si vero dentem aliquem eradicare desideras, prius medicinas tenta: quæ si nō valent, adhibeas instrumē-

H ta. ergo Re. cortices radicum mori, & pyrethrū æqualiter: & pista fortiter cum aceto in sole, et cū instrumētis leuiter gingiuam a dente separa: & de medicina pone circa dentis radicem. Item lac tithymali distemperatum cū amylo facit idē. Itē si solum pyrethrū pulueriçetur: & stet in aceto per. 40. dies in æstate: postea seruetur, dentem valde mollificat: vt possit extrahi sine ferro: vel extrahitur leuiter: licet ferro non valeat extirpari.

Dentes vero nigri & limosi dealbantur, & mundificantur si cū hoc dentifricio cōfricentur. Re. alsete. i. farinę hordei, salis cōmunis, ana. inuolue in melle: & fiat pasta: & īuoluatur papyro seu charta de pāno, & cōburatur in furno: deinde accipe de eo par. iij. cācrorū adustorū, pumicis, calcis ouorū, cyperi, aluminis, ana par. ij. corticū citri siccorū, camphoræ partem. i. fiat

fiat puluis cum quo fricentur gingiuæ.

*De ægritudinibus mamillarum, scilicet pinguedine & magnitudine præter naturā. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap.* V.

DEus excelsus & misericors qui sciebat, quod oportebat nouiter natum nutrimento nutriri, quod non multum esset mutatum a natura nutrimenti, quo nutriebatur in matrice: & quod esset velox & leue ad conuertendum propter debilitatē virtutis ipsius: creauit in muliere mamillas ex multitudine venarum, & arteriarum, & neruorum: quas multipliciter diuisit: & de quibus quasdam secum vacuitates, quas alba carne glandulosa repleuit: & ad vbera veniunt venæ concauæ a matrice per quas, vt sciuisti, pars sanguinis attrahitur mēstrualis: et sicut chylus camellinus veniens a stomacho, cum ab hepate recipitur, colorem recipit rubeum: sic sanguis a matrice veniens rubeus albescit, cum prouenit ad mamillas: quoniam necessarium est nutrimentum dealbari mamillarum cum albæ sint: et lac non est nisi mamillarum superfluum nutrimentum: quoniam (vt dicit Egidius.) Emula contenti fuit forma suo continenti. Istæ mamillæ diuersis passionibus supponuntur. Nam fiunt in eis apostemata, lactis coagulatio: aliquando vlcera, aliquando etiam in quibusdam viris adeo impinguantur, quod indecenter mamillę apparent mulierum.

Apostemata veniunt in mamilla propter sanguinem attractū: qui non potest in lac conuerti. Aut propter malam qualitatem ipsius: aut propter multitudinem: aut propter debilitatem virtutis, & signa in tractatu generali de apostematibus habuisti.

Cura calidi apostematis in mamilla est phlebotomia de basilica, vel ventosatio in spatulis: vel si esset cum menstruorum retentione, ipsorum prouocatio, vel minutio de saphena. Remedia localia sunt olei ro. cum quarta sui de aceto inunctio: & sit tepidum. nam hæc medicina membri complexionem rectificat: & confortando repercutit. Et aliquoties ego cū hac medicina curaui de magnis inflationibus calidis in die vno. Quod si non sufficiat, pone super vnctionem cum oleo & aceto pannum madefactum in succo solathri, & sit tepidum: quoniam nihil debet apponi frigidum actu propter neruos mamillæ: quibus frigidū nocet. Si totum hoc non sufficit: sed videtur sanguis trahi ad saniem: tunc matura. Si vero nec repercutitur: nec resoluitur: nec maturatur: sed videtur in vno manere statu: tunc time de mania. iuxta illud Hippo. Mulieribus quibus non sanguis conuertitur ad mamillas, Tunc caput radas, & conforta caput. subtilia regimen. prohibe vinum & carnes. Et caueas: quoniam vidi mulierem nobilem quæ mamillam habuit apostemosam ex sanguine: & præcepi apponi consilium supradictum. Et quidam laicus chirurgus reprobauit: et super apposuit maturatiua: quę quanto magis apponebat, plus semper materia multiplicabatur: nec ipse chirurgus volebat meum audire consilium. Et amici ægræ magis ipsius laici consilio adhærebant quam meo. Et ego videns recessi, & ipsam fieri maniacam iudicaui: quę post meum recessum fuit in die tertio maniosa: & cōfirmata in ea phrenesi est defuncta. Mea tamen prognosticatio mul-

A tum extitit exaltata. Si vero saniem fecerit, cum sagittella aperi. sanie expurgata, & cum vno mundificatiuorum, mundifica dicendorum: nec vllo modo ponas ibi tentam grossam, nec longam, sicut faciunt stolidi: quoniam impossibile esset, quin aliquē nerui villum, quibus est impleta: confricaret: quæ quidem cōfricatio neruo dolorem induceret: qui curam impediret: humorum malitiam attrahendo. Sunt etiam multi stolidi, qui reperientes in mamillis glandulas, nituntur illas extrahere: dicentes quod sit caro superflua: & sic totam destruunt substātiam mamillarum: tu vero nullam de his remoueas: quoniam sunt ipsi mamillæ: sicut diximus, naturales: facta mundificatione regenera: postea cicatriza. Si uero materia frigida congregaretur in mamilla: licet fiat raro: tamen fit: quod caro glandulosa mamillarum est frigida: ner-
B ui etiam frigidi: & tota mamilla frigida: & ideo quorundam respectu membrorum frigidum recipit nutrimentum & nutrimentum potest esse superfluum: adeo ꝙ totum conuerti non potest: tunc vide si materia illa frigida tēdat ad phlegma: & vnge cum oleo chamomillæ, & oleo anethi, & oleo de lilio cum pauco aceto calido: quoniam resoluetur. Si tamen est necessarium, præcedat purgatio: si non resoluitur, maturetur: & fiant cætera quæ sciuisti. Si vero materia versus duritiem & nigredinem tenderet vel liuorem: tunc medicamina calida valde caue: quoniam locus ille cancrum libenter generat: quæ quidem si fuerit, non præsumas maturare nec curare: licet aliqui posuerint curam per totalem mamillæ amputationem: quoniam in eius cura prouenit labor vanus: sed blandias locum cum vnguento de tutia: purga
C sæpe vt ægra vitam habeat longiorem. Et mihi crede: quia quamuis per Dei gratiam satis sciam de curandis apostematibus & vlceribus: nullam tamē de vno cancro curare potui: cum hoc quod pluries cum omnibus viribus laboraui. Mamillarum apostemata curantur: sicut in capitulo diximus generali, eo saluo quod non sufferunt propter earum sensibilem, & nobilem compositionem & actionem fortia corrosiua: sed semper desiderant quæ sine corrosione mundificent & exiccent.

Quibusdam primarolis accidit quod caput mamillæ non foras, vt debet, emittitur: ita quod infans non potest apprehendere, nec lactare. Cui sic subuenias. habeas cupulam glandis: vel aliud instrumentum ad eius factum formam, & illam terebinthina vel pice linias interius: & calidum su-
D pra capitellum applica, & fortiter liga: hoc nanque foras capitellum extrahit, vt oportet. Si tamen hoc non sufficienter extrahit, fac fieri syciam: cuius orificium ad quantitatem factū fuerit capitelli: & pone supra locum cum igne, comprehendens in orificio syciæ capitellum.

Quibusdā quoq; accidit virginibus ꝙ earū mamillę crescunt, adeo ꝙ nō decet. Quibus sic subuenias. Re. ij. lapides cum quibus acuuntur cultelli. illos adinuicē in aceto confrica fortissimo tā diu, ꝙ illud acetum inspissetur, de quo calefacto mamillas linias: & cum binda stringe mediocriter. Nam hoc mamillas augmentari prohibet: & augmentatas minuit: donec formam recipiant naturalem. Item cyminum puluerizatum, & cum aceto & melle in-

corporatum. Fortius iterum illo est bolus armenicus, terra sigillata, gallæ virides, omnia vel quædam terantur: & cum aceto distemperentur: & fiat cataplasma: quæ omnia per tres dimittātur dies: & postea cum aqua frigida abluantur. Caueat etiam illa quæ non vult suas ingrossare mamillas: ne illas tangat vel tangi permittat.

Lac in mamilla coagulatum propter caliditatem curatur cū oleo rosa. & aceto: vt dixi in apostemate de calida materia: & est emplastrā do cū frigidis frōdibus: vt solathri, portulacę: quorū proprietas est lac dissoluere coagulatum quando prouenit a caliditate. Et succus caulium cum admiscetur ei crocus, & myrrha. Caseitatem autem accidentem propter congelationem a frigiditate dissoluit assiduatio embrochationis cum aqua calida sola: quę fortius operabitur: si in ea sal fuerit admistum: & plus iterum si in ea bullierit calamenthum: & decoctio fœniculi, & seminis eius, & vrinam prouocantium propter eorum subtilitatem. Emplastrum quod lac coagulatum dissoluit: & materiam maturat apostematis. Rec. micæ panis mundæ, farinæ hordei, fœnugręci, & seminis lini, ana vnc.i. radicis maluauisci, & herbæ erucæ, ana manipuli.i. coquantur hæc duo vltima bene: postea pistētur: & cum aqua decoctionis eorum cum pauco oleo distemperentur farinæ cum mica: & fiat emplastrum, quod post embrochationem tepidum superponatur. Nimia pinguedo quæ in virorum nascitur mamillis, non curatur nisi cum manu: quoniā in carne addita nihil operatur natura. Quoniam carnis ablatio est operi naturæ contrarium. Propterea si mamilla viri adeo magna sit, vt depēdeat: sicut mamilla mulieris fac duas sectiones in inferiori parte mamillę ad modum semicirculi: ita ꝙ capita sectionis adinuicem coniungantur: & totam cutem cum superflua pinguedine auferas: deinde sue: & consolida, sicut nosti. Si vero nō est adeo magna: vt descendat, sufficit vna sola lunaris incisio sic. ( & auferatur superfluum: postea solidetur.

*De ruptura siphac, & relaxatione, doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap. VI.*

Iam tibi diximus anatomiam siphac: qui quādoꝗ scinditur: quandoꝗ solummodo relaxatur. scinditur aliquando propter magnum saltum: propter magni oneris eleuationē: propter fortes voces: propter grandes fletus in pueris maxime: & vniuersaliter propter superfluum laborem maxime post cibū. Et propter descendentem humiditatem nimiam ipsum relaxantem. Relaxatio quæ fit circa vmbilicum, & in inguine supra cognoscitur: eo ꝙ vides in loco eminentiam siue duritiem apostemosam. Cui si manum superposueris, videbis eam euanescere: postea redit sine aliqua gurgulatione: et curatur leuiter cum ligatura decēti: & cum emplastro, cum quo multos nostro tempore curauimus: quod dicetur. Scissura vero quæ cognoscitur: eo ꝙ cum gurgulatione & sono cū manū ponis supra locum, sentis aliquid de çirbo vel de intestinis intrare: & manu eleuata, & ægro flēte, & anhelitum tenente cū gurgulatione & sono redit eminētia. Si fuerit in vmbilico & inguine curatur vt relaxatio: sed difficilius maxime in adulto.

E Cura talis est. fiat brachale quatuor digitis amplū: & sit de tela lini multis duplicationibus factis: & inter ponatur cotum: & fiat lamina ferrea facta secundum quantitatem eminentiæ, quæ coto, & pannis vndiꝗ inuoluatur: non tamen rotunda remaneat: immo plana: supra quā ponatur fibula seu bugla: cui possit annecti quædam corrigia, quę ligata sit posterius ad brachale: & inter duas coxas anterius ad fibulam illā anectatur: et adeo stringatur: ne possit aliquid ab eo eminere sub illa lamina sic inuoluta: & sic supra locū stricta ponatur emplastrū super corio distensum, vt eminentiæ, firmiter adhæreat. Emplastrum autem sic fit. Reci. glutinis piscium vel chartę, vnc.iiij. picis græcæ, vnc.iij. picis naualis, ammoniaci, ana vnc.ij. ista frustatim incidantur: & ponantur in tribus vnc. aceti: & vnc.iij. olei de mastiche per diem et noctem. po-
F stea liquefiant in patella: & colentur per stamen: & colatura inspissetur cum hoc puluere. Recipe thuris, mastiches, boli armenici, mumię, sanguinis draconis, dragaganthi, farinæ fœnugræci, ana vnc.5. misceantur: & omnia diutius agitentur. Vel. Reci. radicis scrofularię: et pista cum axungia: & fac emplastrum loco: de ipsis radicibus fac puluerem: & exhibe, vnc.5. omni die cum vino. Item omni die da. drac.5. de puluere facto de radicibus valerianę cum vino. Nam hic puluis mirabiliter valet: & sum illum expertus sæpe: et dedit mihi quidam qui habuit a quadā muliere nobili, quæ curabat omnes illo puluere.

Si vero desideras curam per incisionē, signa super eminentiam cum incaustro faciendo circulum rotundum: qui comprehēdat totam eminentiā. Postea reduc quod exiuit: & tunc inter duos digitos
G manus sinistrę pelliculam exteriorem cum mirach eleua: & scinde secundum corporis longitudinē ab vna parte circuli ad aliam: donec uideris siphac scissuram: per quam intestina videre poteris, aut çirbum: deinde suas mirach cum siphace suendo secundum doctrinā in vulneribus ventris traditam. Patiens vero iaceat: specialiter quādo vulnus in interiori parte uentris sit: donec vulnus plene fuerit solidatum. Et vltra portet brachale, donec cicatrix bene fuerit cōfirmata. De ruptura vero & relaxatione postquam intestina descendunt ad testiculorum bursam, sumus in sequenti capitulo tractaturi.

*De hernia testiculorum, doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap. VII.*

H Hæc ægritudo fit quinque modis. vno modo: quia descendunt ad testiculorum bursam intestina vel çirbus: & hæc vocatur hernia intestinalis. Aliquando descendit aqua illuc: sicut descendit aqua in hydropicis ad locum non debitum: & vocatur hernia aquosa. Aut descendit ibi ventositas, & hernia ventosa dicitur. Aut per totam substantiam bursæ generatur caro superflua: quæ cum duobus inuiscatur ouis: & carnosa hernia nuncupatur. Aut venæ grossæ sanguine melancholico plenæ, sicut vites circa testiculos multipliciter inuoluuntur. & hernia varicosa dicitur. Modus primus vno duorum fit modorum: aut enim didymus cuius habuisti anatomiam ampliatur: propter aliquam humiditatem illum assidue dilatantem: ita quod inde çirbus vel

intestina

inteſtina deſcendunt: & hic modus euenit multũ ſæpe. **A** Aut ſiphac in inguine propter vnã ex cauſis dictis ſcinditur: per quam ſciſſuram inteſtina vel çirbus exeunt: et inter didymum & miracem deſcendunt ad burſam exteriorem: et hic modus accidit valde raro. Iſte modus vltimus curam non habet niſi per inciſionem & ſciſſuram: ſicut diximus capitulo pręcedenti. Et quicunqꝫ laborat cum brachalibus & medicinis, niſi forte in quibuſdam pueris & nouis caſibus: tunc nõ aliud facit quam in vanum laborare: aut ægrum ſine vllo proficuo cruciare. Primus autem modus curatur aliquando ſine vulnere & ſine cutis vlceratione: pluribuſqꝫ modis cum vlceratione: quia neceſſarium eſt tibi ſcire horum duorum caſuum & ægritudinum diuerſitatem: locorum ſcire anatomiã: vt in cura non incidas in errorem. Nam multi de hac cura ſe cum audacia intromittunt: **B** qui nec loca nouerunt: nec ægritudinis differentiam cognouerunt: quare quotidie cadunt in ſuis operationibus in errorẽ: nec propter hoc ab eorum inſania ſe diuertunt. Sed quãto minus ſciũt: tanto magis de curis ſe talibus intromittunt. Sed quoniam caſus eſt periculoſus: multos vidi ſapientes: qui ſe de curis iſtis, quãuis eas bene ſcirẽt intromittere, recuſabant. Subtiliter ergo conſidera vtrum inteſtina deſcendunt ad teſticulorum burſam per fiſſuram ſiphac, aut didymi ampliationem: quod ſic cognoſcitur. Nam in caſu primo inteſtina vel çirbus deſcẽdũt ſubito cum dolore: & ſentis inteſtina vel çirbum ſub oſcheo in fundo valde: quia nõ ſunt protecta tunc niſi vna pellicula, ſcilicet miracis: & quia pellis illa exterior valde pluſquam in caſu ſecundo dependet: & inferius elongatur: & cum inteſtina vis reducere, ſentis ea redire per quaſi ſuperficiem loci ſub cute exteriori **C** tam cito, cum redeunt: et illis intromiſſis ſi patiens ſurgat, deſcendunt iterum velociter: quaſi ſubito cũ dolore. In caſu vero ſecundo zirbus vel inteſtina vel ambo paulatine cum quadam eminentia longa deſcẽdunt gurgulando: nec abſoluitur via per quam deſcẽdũt, quin ſit ſemper aliquãtulũ tumefacta: qm̃ ſemper aliquid remanet in didymo: per quã tranſeunt deſcendẽtibus inteſtinis. Et quãdo vis ea intromittere: qa nõ intromittuntur ita de facili: ſed cũ pena & in hora longa: & cum gurgulatione: nec inteſtina quę deſcẽdunt per didymum tantum burſam teſticulorum elongare faciunt: nec tantum ſequuntur inteſtina tangendo: eo ꝙ duabus ſũt pelliculis cooperta. His omnibus bene conſideratis differentia tuo operi multum neceſſaria nõ latebit. Vbi ergo deſcendunt inteſtina per fiſſuram, non labores cum emplaſtris & brachalibus: **D** niſi forte in valde pueris & nouis: quibus valet cura dicta in capitulo præcedenti. Et valet etiam aliquando: quando fiſſura fuerit valde parua: cauteriçare cutẽ exteriorem quincꝫ cauterĳs: ita ꝙ cauteria penetrent miracem: quia tunc fit quædam dura cicatrix ſupra rupturam: quæ plus aliquid deſcendere non permittit. Sed ſi magna fuerit, in adultis cura per inciſionẽ fiat: ſicut in capitulo diximus præcedenti. In caſu vero quo deſcendunt per didymum inteſtina, diuerſis modis procedunt diuerſi. Nam vtplurimum ſupra locum pectinis ſupra didymum, ſcilicet medicamen applicant corroſiuũ, donec didymus detegatur, & corrodunt poſtea didymum: quorum aliqui extrahunt teſticulum: aliqui tamen per viam illam ad finem corrumpunt teſticulum: aliqui cum duobus cauterĳs pũctualibus ſeſe ad modum crucis interſecantibus ſupra didymũ cauteriçant: & duos ibi ponũt ſtilos ligneos, ſuper quos cutem: iterum cauteriçant accipientes cũ ſuis cauterĳs didymi partem: & cum eſchara ceciderit, conſolidant. Alĳ ſine cauterio ſuperficialem cutem incidunt, & didymum ſcarnant: poſtea ligant cũ ſpago, ſpagum ſtringendo quotidie, donec totus trũcatur didymus a ſpago. Alĳ poſt pellis ſuperioris apertionem partem cauteriçatam diminuunt: partemqꝫ non cauteriçatam relinquũt. Et hic modus minus alĳs eſt malus. Alĳ acus duas infiguntin didymum: et exteriorem pellem: et vnaqueqꝫ habet filum duplicem, & acus ſeſe cruciunt adinuicem: poſtea accipiunt illa fila: & ſub acubus nectunt fortiter, & ſuper apponunt martentinum, donec pellis tota ab acubus comprehẽſa ſoluetur. Aliqui etiam alias diuerſas habent operationes: & ego iam diſtincte ponerem illas, & prædictarum modum, ſi libri longitudinẽ nõ timerem. Ponam ergo modos meos meliores & ſecuriores: prout mihi uidetur: modos alios omnes ſuis operatoribus dimittendo.

Tribus modis in iſto caſu potes vti ſecundum diuerſos caſus, et ſtatum diuerſum, ſimiliter parum. Nã ſi talis perſona ſit, de cuius amiſſione teſticuli non curet, prius cum clyſteri euacua inteſtina, quod in cunctis caſibus habet locum. Deinde cum tuam vis operationem perficere, fac ægrum iacere ſuper vno firmo banco ſupinum, & reduc omnia inteſtina: et manibus iunctis ſupra pectus liga brachia cum pectore cum ipſo banco ligatura lata, ne ligatura lædat brachium vel pectus. Similiter liga coxas cum banco prope genua: & crura ſimiliter iuxta pedes: ita quod æger cum banco ſit tribus ligaturis firmiter alligatus, ne poſſit cum tuam facies operationem, ſe mouere. Deinde habeas inſtrumentum ferreum ad modum ſemicirculi factum: ita quod igneas donec albeſcat & proĳciat ſcintillas, in loco ſupra pectinis os ab inteſtinis omnibus abſoluto, iube miniſtro manum firmiter tenere in loco vbi ſolebant deſcendere inteſtina: & tu comprimas cauterium ſupra pectinis os firmiter, donec pectinis os cum ferro calido conſequaris. Deinde loco ſuperpoſito butyro cum folĳs caulium piſtato liga fortiter, & in lectum ipſum facias apportari: vt iaceat donec poſt caſum eſcharę locus, vt cætera vulnera ſolidetur. Hic modus eſt valde ſecurus propter bonitates cauterĳ quas audies: & eo ꝙ cicatrix fit adeo fortis cum pectinis oſſe connexa, qđ nunquam aliqua violentia relaxatur. Sed quia teſticulus per viam hanc ſuum perdit nutrimentum, & vitam: oportet quod poſt illud tempus teſticulus corrumpatur, vel ſaltim quotidie paulatine cõſumatur. quod ſi corrumpitur, & apoſtematur: burſa partis illius inferioris perforetur: & inde putredo per appoſitionem lichynĳ extrahatur. Ille modus meus eſt prædictis omnibus modis breuior, & facilior, & certior.

Secundus modus eſt qui omnibus breuior: ſed nõ eſt bene certus, niſi paſſio fuerit ualde parua: ita quod non ſit didymus nimis largus: nec eſt in eo periculum: neque timor: & eſt, vt inteſtina reducas: & a loco ſuperiori oſſis pectinis vſque ad inferius, facias ordinem cauteriorum punctualium, & vnumquodqꝫ cauterium vſque ad os deſcendat. Nam ex hoc in via per quam inteſtina deſcendebant, dura fit cicatrix poſt cauteriorum curam: quæ inteſtina deſcen-

dere non permittit.

Tertius qui omnibus eſt melior particularibus omnibus cõſideratis: cuius perfectio quamuis ab alio ſumpſerim principium, tamẽ eſt a meo ingenio completa et inuenta diuina inſpirante gratia, de cuius fonte omne bonum ſuſcepimus. Et eſt vt inteſtinis reductis & ægro, vt dictum, eſt ſuper bancho firmiter ligato, habeas tenaculas latas, quæ per medium ſuarũ duarum alarum ſint ſciſſę per longum: ita ꝙ cultellus incidens vel aliud tale inſtrumentũ per illas ſciſſuras poſſit pertranſire. Cum illis tenaculis accipias ſuper os pectinis, quam bono modo potes uerſus ventrem dummodo pectinis non tranſeas pelliculam ſuperiorem, quam primo cum duobus digitis eleuaſti: & illam pelliculam cum tenaculis illis per corporis tranſuerſum poſitis ſtringas: ita quod ſciſſurę duarum alarum tenacularum cum tenaculas claudis, adeo adinuicem coniungantur, ꝙ vna cum alia ſe opponat. Et tunc inſtrumentum incidens vt raſorium in igne calefacias et ſciſſuras ambas in vna vice ambarum tenacularum inijcias, & cutem comprehenſam ſecundum corporis lõgitudinem in vice vna incidas comburendo: facieſq; tunc vulnus in cute cum ferro calido ſecũdũ longitudinẽ corporis, quod lõgum erit tribus digitis coniunctis extranſuerſo: poneſq; butyrum vel aliud, donec cadat eſchara. Dehinc ſcarnabis didymũ: & ſi quid remãſiſſet in eo, compellas ad ſuperiora redire. Deinde habeas vncinum ſic factũ ꝙ inijcias ſub didymo, ita ꝙ poſſis cum uncino totum didymum eleuare: immiſſo uncino forte filum duplicatum inceratum in foramine ponas vncini: & vncinum extrahe: totumq; didymum cũ filo mediocriter ſtringe: ita ꝙ nihil poſſit inde deſcendere: nec tamen filum ſubſtantiam didymi poſſit corrumpere: deinde inijce uncinum iterũ et tãtum didymum eleua, ꝙ ſub eo poſſis ĩmittere aliquod ferri inſtrumentũ latum & ſubtile, ſub quo aliũ vncinum minus plicatum ſic inijcias, & ſine feneſtra bene calefacies in igne, donec proijciat ſcintillas: et bonum eſt ut plures tales habeas et inijce ſic calidum ſub lamina ferrea, quam ſub didymo poſuiſti: vſq; ad os pectinis profunde comburas nihil tangendo de dydimo: & hanc cocturam toties itera, ꝙ os pectinis cum cauterijs conſequaris. Deinde cum butyro & alijs fac eſcharam cadere, carnemq; ſuperfluam ſi ibi fuerit, cum quibuſdã leuibus pulueribus remoue: totumq; vulnus vſq; ad os mundifica, oſſiſq; foliationẽ expecta, donec ſuper oſſis ſubſtantiam rubeam videas apparere carnẽ, & carnis granula bonæ emittere. Et tũc cum pulueribus valde deficcantibus, nõ tamen mordicãtibus ſolidam & fortem regenera carnem, ipſum didymum ad inferiora prope os cũ plumaceolis impellendo, totumque ſigilla vulnus: ſicut in tractatu vulnerum habuiſti. Cum autem prope conſolidationem fueris, ſolue filum, cum quo didymum ligaueras: nec tunc æger fortiter laboret: nec vadat donec vulnus fuerit optime ſigillatum: nam ſic adeo pellis exterior cum oſſe pectinis applicatur, ꝙ nũquam poteſt aliquid deſcendere per didymum de inteſtinis: & nihilominus teſticulus ſuum poſtea recipit nutrimentum: nec ſpermatis vaſa quæ de teſticulo tendunt ad virgam, per modum iſtum damnum aliquod patiuntur. ſunt enim quidam qui partem aliquam tãgunt de didymo cum cauterio: vt magis cõſtringatur: nec eſt illud multum malum dummodo factum fuerit cum

E menſura. Omnes autem alij modi ſunt fallaces: quia aliquando poſt multos labores iterum crepati remanẽt: aut ſunt valde periculoſi, & ſuper omnes modos peior eſt ille, qui fit cum cauſtica medicina. Nam medicina cauſtica propter eius magnam venenoſitatem & malitiam dolores multos facit, qui ſunt cauſa attrahendi apoſtema, & raro fit quin per eã apoſtema maximum generetur. Et ꝙ peius eſt, adeo per eam inflatur didymus, et cõtrahitur, ꝙ aliquando uulnus exit: & per eius contractionem cum eo patitur diaphragma de quo fuit, vt dictum eſt, generatum: & per diaphragma cerebrum quod eſt fons omnium membrorum neruoſorum vt ſciuiſti: & ſic multi ſpaſmantur per cauſam quam in capitulo de ſpaſmo ſuperius habuiſti: & ſpaſmati ſubito moriuntur. O miſer medice qui pro pecunia ponis corpus humanum in mor-

F tis periculo: quod ſecundũ leges, & verum eſt, ꝙ debet præ cunctis metallorum corporibus ponderari. Tu vero pro miſera pecunia ponis crepatum in mortis articulo: qui cum ſua crepatura poſſet viuus vſq; ad vltimum ſuæ ætatis terminum conſeruari. Sit itaque meum conſilium in hoc caſu vltimum quanquam tranſire voluerim ſine poſitione curarum crepaturarum antiquarum in homine ſpecialiter prouecto non tangas: ſed eius intus mitte viſcera: igiturq; facias latum brachale quatuor digitorum de panno lineo vel ſindone bene factum ſecundum ꝙ te docui in capitulo præcedenti: & ordines emplaſtrum, bonumq; da regimen et viuendi modum, quem dicam: nam ſi ſic non curabitur, curabitur tamen, ꝙ non augetur: nec æger vno die minus viuet. Plus dico ꝙ duos vidi: quorum vnus erat ſexagenarius & vltra:

G & deſcendebant inteſtina adeo ꝙ valde erat difficile reducere: cui feci brachale, dediq; emplaſtrum: & regimen præcipiens, ꝙ quantum amaret viuere, ſe non exponeret incifioni: meum ſapienter audiuit conſilium, portauit brachale: & emplaſtrum per duos annos continue die & nocte: bonoque vſus eſt regimine infradicto, et plene curatus eſt: quãuis eſſem de cura eius penitus deſperatus. Alium vidi quadragenarium ad quem vocatus fui: eo ꝙ tanta deſcenderat inteſtinorum quantitas: ꝙ nullo modo poterat intromittere, donec ipſum in balneo poſui: & fæces cũ balneo humectaui: & poſtea clyſteriçaui: & demum reduxi: tunc ei nunciãs mortis periculum, brachale voluit: et emplaſtrũ quod feci, ipſumq; ligaui, bonumq; regimen iniunxi. & poſt paucum temporis ſpatium, dł me inuenit: mihiq; ſuum valde promiſit ſeruitium, di-

H cens ſe penitus eſſe curatum: & ꝙ nihil amplius portabat: tamen de hoc ipſum fortiter reprehendi, dicẽs ꝙ iterum brachale portaret, et emplaſtrũ, donec locus fortius firmaretur.

Regimen autem ruptorũ ſeu relaxatorum eſt vt nullo modo vlla hora vadant ſine brachali: poſſunt tamen aliquando emplaſtrum dimittere ſi abhorrent. Nullo modo comedant legumina, nec fructus recentes, nec herbas, nec cibum aliquem inflantem, non bibant vinum nouum, nec comedãt cũ ad plenam ſaturitatem: ſed ſemper ſurgãt a menſa cũ apetitu, ne cibus in ſtomacho ventoſitatem generet. Poſt comeſtionem requieſcant, nec ſurgant, nec ſint ſtricti fortiter, nec cõpreſſi: p gradus nõ ambulẽt, nec ſaltẽt, nec clamẽt, nec coeãt niſi ſtricti. Cũ equũ aſcendũt, aſcẽdãt ſuauiter in alto loco: ita ꝙ ad itrãdũ ĩ ſellam

la nullo modo laborent. fœcum superfluitatem non portet: nec cibaria comedant: quę possint in intestinis stercora indurare. Si laborare coguntur, totum suum opus ante comestionem perficiant. sic enim faciēdo, aut penitus curabūtur, aut sine dubio nullū inde mortis periculum patietur: neq; propter talem dispositionem citius morientur.

Signum. Herniæ aquosæ est: q cystis testiculorum magnificatur cum pondere & splendore: & si supra posueris duos digitos duarum manuū imprimendo senties sub digito inundationem aqueam. Cura est, vt consideres si sit magna vel parua: quæ si sit parua, sufficit tibi medicamen consumens, & desiccans aquositatem, quod habebis in capitulo sequenti de hydropisi. Si vero magna, euacua aquam cum incisiōe, & est vt perfores pelliculam exteriorē ex vna parte fili mediantis in bursam testiculorum cum sagittella, faciendo satis amplam perforationem: postea illam pelliculam perforatam deduc versus superius secundum latitudinem digiti: & tunc perfora pelliculā interiorem: & exibit aqua, quæ si multa fuerit: non eā extrahas vna vice, sed pluribus. Illud idem fac ex alia parte: & cum totam euacuaueris aquam, cauteriça locum quem aperuisti: et fac duo cauteria punctualia in inguine: ex vtraq; parte vnum supra didymum. q si non cauteriçes, aqua iterum redit: sed cauteria redire materiam iterum non permittunt.

Signū hernię vētosæ. Vētosa cognoscitur p tumorē non lucentem: et q per digitorū appositionem non sentitur inundatio: & q non est ibi pondus, sed leuitas per comparationem ad alias hernias. Et cura eius est cum electuario de granis lauri: & alijs dicendis in hydropisi tympanite.

Signum herniæ carnosæ est: q cystis testiculorum rē magnificata est cū quadam duritie: et q sentis cum tangis testiculos dura carne circūuolutos. Et cura eius non potest fieri nisi cum manu pellem exteriorem scindendo: et carnem a testiculis scarnando, & incarnatum auferendo. scarnatum postea consolidando. verum si caro est in vna parte dura callosa, & alia parte mollis tuberosa, melius est manum non apponere. Maxime si colorem vergentem in nigredinē habet velliuorem.

Curatio. herniæ varicosę fit cum sero caprę, & epithymo, sanguinem purgando melancholicum: & venas phlebotomando & euacuādo: & medicinas ponendo: postea consumptiua. vel melius venæ principium extrahendo & torquendo: postea incidendo: & locum incisum cauteriçando & residuū cum medicinis desiccantibus consumendo.

*De lapide renum uesicæ, & de eius cura doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* Cap. VIII.

Lapis renum ex viscosorum & grossorū copia generatur humorum: qui per eandem similitudinem generatur interius: sicut exterius: quod videre possumus per modum per quem decoquunt tegulas in fornace facientes tegulas. argillā recipiunt: quæ quidem est terra tenax frigida & viscosa: factaq; inde forma ponunt ad solem illam: vt aliquantulū exiccetur: deinde ponunt eam in igne. Calor vero subtile illius resoluens materiæ, grossum petrificat, & condensat: & quāto terra magis fuerit tenax & viscosa, ignemq; habuerit fortiorem: tamen gradatim: tāto fiunt tegu- A læ fortiores. Sic interius in corpore cū quandoq; concurrit materiæ multitudo: cui viæ non sufficiunt expellendæ ipsius, viscositas, & grossities: quæ expulsionem impedit naturalem, viarum inferiorum strictura, superiorū ampliatio, debilitas expulsiuę, calor acutus specialiter cum in renibus plus abundat: quamuis calor tēperatus etiam sufficiat: & plus diminutus, qd videri potest in caldarijs balneorum, & in parietibus balneorum crematorum: tunc fit creatio lapidis: quæ quamuis possit in membris pluribus generari, tamen quoniā eius generatio fit in renibus: maxime quia renes sunt calidiores, aut in vesica in pueris: quorum renes adeo calidi non existunt. De lapide renū & vesicæ tradunt auctores causas, differentias, & curas: de lapide vero in alio loco generato, vt aliquādo in pulmone hepate, felle, splene, & intestinis, & alibi: sicut B Gale. recitat se vidisse lapidem generatum sub lingua magnum: adeo q loquelam impediebat: quo remoto loquela fuit penitus restituta: quod raro contingit: licet in eorum libris aliquam fecerint mentionem: tamen de curis ipsorum capitulum non fecerūt. Ego vero licet liber iste meus de chirurgia dicatur: et ad instrumentum chirurgicum de lapide renū tractare nō pertineat: tamen quoniam multum assimilatur in causis, quamuis dissimiletur in signis, & curis. Et quoniā ad curas lapidum renum multoties sum uocatus: propter gratiam scholarium, modum quo vsus sum in vtriusq; lapidis curatione causas signa & differentias ponere non postponam.

Causa. Scias ergo q lapidis generatio causa propinq materialis semper est grossa multa. Agēs causa eius est semp calor vt plurimū acutus & igneus: C quamuis aliquando sufficiat temperatus. Causa vero remota materialis sunt cibi grossi viscosi et frigidi: & eorū inordinata & multa receptio. Causa remota agens semper est caliditas diminuta: quare non bona fit digestio: aliquando etiam est causa materia vel propinqua sanies quæ est in renibus vel vesica propter præcedentia apostemata, quæ putredinem in his locis dimiserunt: locique malam complexionem calidam: quæ quidem putredo non fuit bene mundificata: sed calore in ipso agente ipsius subtile resoluitur, & grossum residuum induratur. Lapis enim plus generatur pueris in vesica. Iuuenibus & senibus in renibus: & senioribus iterum in vesica. Iuuenibus generatur in renibus: quia renes eorum sunt calidiores: & calor in eis magis est acutus: & propter renum caliditatem attractio magis fit ab hepate: & cū D aquositate attrahitur sanguis turbulentus. Cum autem est in renibus: quos calidos inuenit: fit ibi puri ab impuro discretio: quæ quidē discretio fortis est: quare subtile expellitur ad vesicam. super grossum calor agit acutus: & sic lapis ex illa grossitie generatur. Ad hoc iuuat strictura cinguli qua iuuenes plus vtuntur, & laborum, & multus coitus, quæ omnia renes adurunt specialiter in dispositis. In pueris vero propter humiditatem naturalem & multitudinem caloris naturalis & fortitudinem naturalium operationum: quamuis materia frigida sit et viscosa: cum virtutum naturalium multitudo siue fortitudo, & multa caliditas illam subtiliat, & admiscet, fluxibilem facit: ita quod cum est in renibus ab illis expellitur: & transit, & descendit ad vesicam: sicut videri potest in cera vel in pice, vel alio viscoso corpore: quæ si li-

quefacta per loca tranſit calida, currit: nec locis adhęret: cum vero in loco fuerit frigido, condenſatur: ita cum illa materia cũ tota ſua groſſitie deſcendit ad veſicam: & locum inuenit magis frigidũ, ibi coagulatur. Et quoniam collum veſicæ vel meatuum virgæ non eſt adhuc in debita quantitate vel largitate perfectus: ſtrictus ab illa groſſa materia reperitur: non poteſt cũ totali ſua groſſitie pertrãſire: ſed mingitur de ipſa ſubtile: groſſumq; remanet in veſica: quod agẽte in eo calore condenſatur, & indureſcit, & quotidie a ſimili ſuperueniente materia ingroſſatur. Et quoniam membrum magnam habet concauitatem & ſpatium: magnus lapis poteſt in ipſa veſica generari. Si mihi oppõatur, ꝙ calor fortis in iuuenibus melius poteſt groſſitiem eliquare: & virtutũ perfectio poteſt melius expellere de renibus quam in pueris: in quibus virtutes nondum ſunt perfectę. Tunc reſpondeo: ꝙ licet calor in iuuenibus ſit acutior: non tamen tantus in qualitate: nec cum tanta humiditate miſtus: quæ quidẽ naturalis humiditas materiam adiuuat lubricare: concedo tamẽ ꝙ ſi uirtus in iuuenibus adeo fortis in expellendo fuerit: ꝙ poſſit materiæ groſſitiem impellere ad veſicam: nec in renibus lapis generabitur, nec in veſica: quoniam meatus vrinæ largus eſt in iuuenibus & perfectus: quare ſi poteſt uſq; ad veſicam deſcendere, ante lapidis generationem, cũ tota ſua turbulẽtia per largum collum veſicæ & meatuũ virgæ materia pertranſibit. Senibus vero lapis fit in renibus propter virtutis debilitatem digeſtiuæ generantis groſſam & frigidam materiam indigeſtam: & propter debilitatẽ expulſiuæ illam groſſam materiam expellere de renibus non valentis. Cauſa tamen agens in eis poteſt eſſe caloris diminutio ſicut in ſenioribus: & poteſt eſſe caliditas extranea generata: ſicut accidit in quibuſdã ſenibus nimio vtentibus coitu. cuius vſu nimio renes ipſorum concuſſione nimia aduruntur. In decrepitis vero raro generatur lapis: niſi ante illam ętatem habere fuerint aſſueti. Nam ſi aſſueti fuerint in iuuẽtute, & non fuerint ante quadragenarium curati naturę beneficio vel ante ſexageſimum beneficio medicinę: nũquam eorũ membra a lapidis generatione curantur: quoniã ſemper eſt in eis de materia lapidea, quæ ſemper materiam in ſuam conuertit naturam & membra debilia groſſam, & aptam materiam non expellunt: tamẽ ſi lapis de nouo debet in decrepitis generari: propter defectum virtutum ipſorum: et propter defectũ caloris per uiam congelationis generabitur in veſica. In mulieribus vero raro lapis naſcitur in veſica: quia meatus per quem exit vrina, eſt largus, & collum veſicæ eſt curtum: quia materia ſpiſſa nõ conſtringitur: ſed labitur cum vrina: nec tantum moratur cum veſica, ꝙ inde lapis valeat generari.

Signa vero lapidis renum ſunt aliquando ſumpta per modum doloris & accidentium: aliquando per locum: aliquando per vrinam. per dolorẽ ſumitur, quoniam tempore generationis ſentitur dolor in renibus nõ multum fortis, quaſi formicatiuus: ſed quando generatus eſt, non ſentitur dolor, ſed grauedo. Et cum homo ſe contorquet: tunc dolorem ſentit: ſed cum naturæ virtute vel rei aſſumptæ beneficio lapis de loco renum mouetur: & expellitur ad cauam venam: tunc dolor fit acutiſſimus, & quaſi intolerabilis. Hoc tamen ſecundum magis & minus ſecundum lapidis groſſitiem vel paruitatem: omnes virtu-

E tes debilitantur: dolor etiam in inteſtinis accidit: per quem inteſtina & ſtomachus cõmouentur: aliquãdo vomitur quod in ſtomacho continetur: donec vrinã attrahunt, & euomant. Aliquando, ſicut pluries accidit in meo tempore mihi ipſi: dolor eorum eſt adeo fixus, ꝙ videtur eis ꝙ habeant ferrum affixum continuum de renibus ſuper cauam venam per ilia ad veſicam. Et quoniam huius paſſionis accidentia cõueniũt multum cum colica, bonum eſt, vt in hoc loco ponamus accidentia cõmunia & diſtinctiua. Accidentia cõmunia ſunt: caſus appetitus, tribulatio ſtomachi, et inteſtinorum, vomitus, conſtipatio ventris, dolor renũ et ventris, dolor renum in colica: quoniam colon locatur ex ventris tranſuerſo ſupra renes. dolor ventris in calculo: quoniam uenter propter affinitatem et virtutum debilitatem in calculo cõſtipatur: quare in-

F teſtinis accidit gurgulatio, & vẽtoſitatis doloroſa generatio: quod ſcire potes: quoniam ſi natura vẽtrem mouet: dolor renum mitigatur: aut remouetur ex toto. Diſtinctiua vero ſigna ſunt: quoniam renũ dolor eſt magis fixus: & durat plus de loco renis læſi: & ille dolor ſemper eſt continuus. In dolore uero colicę dolor tenet vtranq; partem ventris et eſt plus ambulatiuus. Item in renum dolore non euomitur vnquã ſtercus, in dolore colico emittitur aliquando. Item in vrina calculoſi ſemper apparet in ſuperficie, vel per totum ſubtilitas: & eſt magis in ſubſtantia pura: & vt plurimũ in fundo videntur arenæ. In colica vero vrina videtur turbida cruda & ſpumoſa. Item omnis cibus ſumptus in colica dolorem augmentat: cibus vero leuis & digeſtibilis & lętificans palliat dolorem in nephritide. Per vrinam etiam aliter & ſumuntur ſi-

G gnificationes lapidis proprie: eo ꝙ vrina ſignificat aliquando lapidem confirmatum: aliquando confirmãdum: aliquando diminuendum: aliquãdo penitus deſtructum. Cum enim vrinam vides turbidam: & in fundo arenam: quæ quotidie clarificatur: & arena diminuitur: & dolor & grauitas ſemper augetur in renibus: ſcias tunc lapidem confirmari. Cum autem uides vrinam aquoſam & ſubtilem, & carere arenulis, vel paucas habere: & vidiſti præcedentẽ vrinam: de qua diximus primo & grauitas renum eſt plus ſolito augmentata: ſcias lapidem confirmatum. Cũ vero plus grauedinem & dolores vides vrinã turbidam, & arenas in ipſa multiplicari: & renum grauitatem alleuiari: ſcias ꝙ lapis deſtruitur. Q; ſi ſic continuauerit, & nec de arenulis nihil appareat: ſed pura exeat, & digeſta, & locus a doloribus plene ſit abſolutus: ſcias lapi-

H dem eſſe deſtructum.

Signa vero ꝙ lapis ſit in veſica ſunt ſumpta per locum doloris: quia æger ſentit dolorem in inguine iuxta radicem virgæ: ita ꝙ virga ipſum dilacerat: & aliquando virga erigitur propter lapidem ſtimulantem: aliquãdo vrina retinetur: ſpecialiter cum lapis ad orificiũ colli veſicæ deſcendit: & tunc aliquãdo exit longaon: propter nimiam expreſſuram patitur: & inde aliquãdo nauſeam propter aliquas fumoſitates ad ſtomachum redeuntes vel redundantes: vrina vt plurimum turbida eſt, & arenoſa: & ſunt arenæ ſubalbidæ, arenæ vero renum ſunt rubeę vel citrinę: q̃m in illis contentæ. Sed nota ꝙ nõ debet quis ſemper ſententiã pręcipitare de calculo: q̃m arenas rubeas videat in vrina. Nam arenæ citrinæ vel humor aduſtus ad formã arenarũ reductus apparet multoties

ctes in quibusdã adurentibus febribus: & in tertiana,
causone, & hemitritęo, & in quibusdã aliĳs passiõibus
per humorum adustionẽ generatis: sicut in quadã sca
bie, lepra, in serpigine: & in quibusdam sanis macilen
tis, quorum corpora semper sunt ignea: et tactus acu-
tus: sed debet alia signa cum arenulis adiungere: et spe
cialiter de dolore renũ & iliorũ quærere, & vrinæ ar-
dore: & difficile eodem modo resolutiones albę simi-
les arenulis albis aliquando apparent in vrina arthre-
ticorum ex frigida materia: & in quibusdã ani passio-
nibus: & quibusdam prægnantibus. quare est tibi ne
cessarium illorum scire differẽtias a loci doloribus: &
mingendi difficultate: virgę erectione: & longaonis
exitu: vt dictum est. Quidã audaces volunt experi
ri curare lapidem renum per incisionem ignorando
ea: quæ diximus de renum vulneribus loco suo: nihil
aliud sunt lucrati quam ꝙ patientem ad mortem cele
rem perduxerunt.

Curatio. Scias ꝙ cura doloris lapidis secundũ tria
tempora diuersa ipsius ægritudinis diuer-
satur: nam alia est cura pręserualis, ne fiat alia cura de
structionis iam facti: & alia quando dolores, et accidẽ
tia intenduntur. Et quoniã pręseruatiua pars est no
bilior: & prior in arte medicinæ: qualiter præseruatur
a lapidis generatione prius demonstrabo. Quicunq;
ergo timet in ipso calculum generari: caueat ab omni
bus cibis viscositatem, & acuitatẽ habentibus: in quo
super omnia præiudicat caseus: & ab omnibus visco
sum et grossum humorem generantibus, vt carnibus
bouinis, vaccinis, anserinis, & magnarũ auium in aqs
degentium: a pane azymo, & ab omni cibo facto de
pasta azyma. nõ comedat triticum coctũ nec pultes,
et specialiter cum lacte coctum: ab omnibus factis a la
cte se abstineat: præterquam a sero: aquã frigidam nõ
bibat, nec turbidã: nec comedat fructus grossę substã
tię: vt pira, poma, nespila, a vino nouo, & ab oĩ vino
grossę substãtię, a rebus nimis salsis, et ab oĩbus acutis
ꝑ cibo: & generaliter ab omnibus sanguinẽ & humo
res adurentibus: et ab omnibus cibis nauseam facien-
tibus abstineat. Et caueat, ne comedat super satieta
tem, & nauseam: nec cibis aliquibus nimis repleatur.
Comedat panem bene fermentatum, nec nimis a fur
fure mundum, bene coctum, parum salitum: qui me-
lior esset si cicera rubea, & semina fœnugræ. & petro.
haberet admista. Vinũ bibat subtile, & clarũ aqua
lympidissima fontis seu currẽtis fluminis admistum.
Si renes & viscera haberet calida: posset etiam aquam
bibere frigidam claram, & lympidam quę nullam sor
ditiem vel spissitudinem haberet admistam. Carnes
comedat caponum, gallinarum, pullorum, fasiano-
rum, perdicum, coturnicum, & omnium paruarum
auium in campis viuentium: immo omnis auis parua
degens in campis, & specialiter si colorem habeant ci
nericium, vt alauda, est in hoc casu specialissima. De
q̃drupedibus comedat castratos, arietes, capreolos,
porcos triũ dierum salitos, aliquando de vitulo. Oua
potest comedere mollia in aqua cocta. dimittat dura.
De piscibus comedat lucios, bramas, partitas, & par-
uos pisces de flumine currenti, et petroso. Magnos ue
ro marinos, & duras habentes carnes, & paruas squa
mas nõ comedat. Herbas comedat fœniculi, apiũ,
fœnugræci, petroselini, asparagũ, brodium caulium,
atriplicem, spinachia, boraginem, erucam, melones,
& cucumeres. Caueat caulium substantiam, & sina-

A pim, & rapas. De fructibus comedat amygdalas q̃
meliores existunt, si aliquid habẽt amaritudinis: auel-
lanas, paucas nuces, vuas maturas, & bene siccas: fi-
cus passa de cacruchi. Non laboret post cibũ: nec
magnum portet pondus: nec portet cingulum nimis
strictum: non dormiat supra renes: nec in culcitra ni-
mis molli: qui renes calidos facit, illos sępe refrigeret
cum oleo rosa. cum quarta sui aceti in vnctione: et cũ
panno madefacto in succo herbarum frigidarum.
A coitu abstineat post cibum: & maxime a coitu, in
quo multum laborat. Et si nõ appetit naturaliter coi-
tum, nullo modo mulierem tangendo accidentalem
sibi prouocet appetitum. Nam nimius coitus, & coi-
tus cum labore renes adurit: & eorum calorem acuit:
et ipsorum naturalem humiditatem materiam lapidis
lubricare iuuantem consumit: quare plus coguntur
B attrahere: & nihilominus virtutem debilitat expulsi-
uam. Quibuscunq; tali fuerint vsi regimine, non ti
meant ꝙ lapis in ipsis valeat generari. Qui vero tali
non vtitur regimine, aut per assuefactionem eius mẽ
bra materiam lapideam parata sunt recipere, Materiã
illam cum medicinis expellit antequam lapidis crea-
tio cõpleatur. Vtatur igitur syrupis diureticis: & ma-
teriæ grossæ incisiuis: vt oxymelite cõposito, & squil
litico: & syru. compositionis Auicen. qui phlegma in
cidit, choleram reprimit, oppilationes aperit: & vri-
nam prouocat, grossos subtiliando chymos, & visco
sos incidendo, neq; calefacit, neq; multum infrigidat,
neq; viĳs vrinalibus excoriationẽ inducit, a quo val-
de est cauendum. hic syrupus sic fit. Reci. aquæ lib. x.
aceti: lib. x. misce: et bulliant cum unc. iiĳ. radicũ apĳ,
& vnc. iĳ. corticis radicis fœniculi, & semi. fœnugrę-
C ci, & apĳ, ana vnc. i. coquatur donec tertia pars con-
sumatur: & coletur: & tam radices quam semina ex-
primantur: & addantur, lib. x. zucha. & mellis: & ite-
rum ad perfectionem clarificando coquatur: & vsui
reseruetur: vsus huius syru. sufficit ad incisionem: &
ad subtiliationem materiæ nisi fuerit valde grossa: &
tunc posset addi aliquid de oxymelite squillitico, vel
solum de aceto squillitico cum syru. Vel alium ordi-
nari syru. cum pluribus herbarum radicibus: & cum
pluribus seminibus incisiuis. Bonum etiam est cor
pus ab illis grossis humoribus, et viscosis purgare: qđ
optime fit cum vomitu: et sit vomitus aliquantulum
incisiuus. Nam nulla res est ita iuuatiua in purgando
materiã de renibus, sicut vomitus: quia duo facit vti-
lia. vnum renes mundat, & quia solus vomitus curat
vlcera renum: etiam si fuerint antiquata. aliud, ꝙ ma-
D teriam diuertit a renum via: & illam attrahit ad diuer
sum. fiat ergo semel in mense specialiter in æstate sic.
Reci. radicis raphani: & incide illam prius mundatam
ex transuerso in rotulis: & permitte rotulas iacere in
supradicti syrupi quantitate, vnc. iiĳ. per diem et no-
ctem: deinde fac ægrum diuersa comedere cibaria: vt
caseum, cepas, pisces salitos, & res quæ faciant ipsum
satis bibere: & bibat vina diuersa: sed ante omnia co-
medat duas vel tres de rotulis raphani: quæ in syru-
po iacuerunt: & cum comederit, & biberit ad saturi-
tatẽ: & nauseare cœperit, liga super duobus eius ocu
lis singulos plumaceolos: de bombace, vel stupa, &
mediocriter stringe: postea habeas aquam in qua de-
coxisti semen anethi, donec fuerit rubea. Recipe de ea
libram vnam, & admisce cũ syrupo, cum quo iacuit
radix raphani, & fac ipsum totũ bibere. nam ipse euo

met cibaria cum multis grossis humoribus mistis. postea fac eũ nares suas bene exprimere, & purgare: totũ os lauare, & dentes bene mundificare: quoniã materia parata ad lapidẽ sic euacuatur: & renes inde mũdificãtur, & est optima medicina: & sic potest homo a generatione lapidis in ipso præseruari.

Si vero homo sic nõ se rexerit, sed in eo lapis fuerit generatus: tunc vt dictũ est: via curatiõis est duplex: vna est accidẽtium mitigatio: & ala lapidis fractio & expulsio. Cum ergo dolores videris fortes in renibus, iliis, & vesica: & alia videris signa calculũ significãtia: fac prius clystere cũ decoctione herbarũ mollificatiuarũ, et diureticarũ, vt maluę, vio. bismaluę, fœnu. parietarię, apij, fœni. petrose. scolopẽdrię, brusci, asparagi, iuniperi, ebuli, samsuci: si sit in hyeme, adde calamenthi, pulegij, origani, seminũ fœni. apij, petroseli. carui, anisi, anethi, leuistici, dauci, milij solis, erucę, quatuor seminũ frigidorum, & põe mel, sal, oleũ, chamomillam: & acue cũ benedicta Nicolai: fiat clystere ægro iacente supino: & teneat per magnam horã. Post clystere ponatur in particulari balneo vsq; ad vmbilicũ in quo cocta sint folia maluarum, violarum, parietariæ, senationum: & vna scutella panici pistati, & a cortice mundi: hoc enim balneũ vt multoties sum expertus, dolorem mitigat, & sedat. Post exitum a balneo emplastra locũ dolorosum cum pultibus chirurgicis factis de farina, & oleo, & aqua secũdum ꝙ habebis in antidotario, capitulo de maturatiuis: sic enim dolor penitus sedatur.

Si vero cognoscis lapidem de renibus ad vesicam descendere, per emunctoria pone sub loco doloris syciam cũ igne sine scarificatione. nam lapidem inferius trahit: & sicut lapis descendit: syciam inferius permuta: donec lapidem ad vesicã ducas: quoniam tunc dolores omnino cessant. Sed si sic faciẽdo, non habes propositum, et dolores nõ cessent: da in balneo prędicto aliquod opiatũ: ne virtus deficiat, in quo casu super omnia valet philonium romanũ: quod in antidotario ponitur. Auic. quoniã medicina secura est: et dolorẽ mirabiliter sedat. Aliud Aui. quod ego probaui: quod in tali dispositione remouet dolores: etiã in ulceribus renũ. Reci. seminis hyoscyami albi, scrop. 5. opij, grana. quatuor, seminis citruli, lactucæ, portulacę, ana drac. i. omnia ista misce: & da. drac. ij. cum zucha. Et nota ꝙ nunquã des aliquod vrinę prouocatiuum quando dolores sunt fortissimi, & vrina denegatur, vel nimis impeditur: quoniã diuretica humores qui sunt supra locum doloris, & oppilationis, mouent: & subtiliant: & currere faciunt ad locũ: & dolores augmentant: adeo quãdoq; ꝙ æger præ nimio dolore spasmatur, & moritur. Sed si cũ balneo emplastris, & vnctionibus dolores mitigas, vias inferiores aperis. Postea sequantur medicamina lapidẽ frangentia: & illum cum vrina educẽtia bene facies. Contẽtus ero in hoc casu syrupo vno probato, & aliis paucis medicinis. Rec. critani marini, scolopendriæ, capil. ve. spicę cęltícę, ana vnc. ij. radicis fœnicu. apij, petrose. sparagi, brusci, cichoreę, graminis, filipendulæ, gentianæ, & saxifragiæ, squillę assæ, ana vnc. i. quatuor seminum frigidorũ, seminis fœni. petrose. apij, coriandri, saxifragiæ, scariolæ, granorum iuniperi, ossiũ cerasorum, milij solis, ana vnc. 5. fiat syrupus cũ duabus partibus zuchari: & tribus mellis squillitici: & sumatur cũ aqua decoctionis tribulorum: & cicerũ rubeo-

E rum. Electuariũ optimum Auicẽ. sed est rectificatũ cum quibusdã additis pretiosis. Re. cineris vitis, cineris caulium, cineris leporis combusti, vt scies, cineris scorpionis, cineris testæ oui, de quo pullus nouiter est egressus, lapidis spõgię, lapidis iudaici, & est lapis agapis, sanguinis hirci collecti secundũ doctrinam gumi cis actori, ana drac. i. seminis petroseli. dauci, pulegij, gũmi arabici, seminis althęę: piperis, ana drac. i. auri, drac. iiij. balsami, drac. 5. muscati, dra. i. oĩa cõficiãtur cũ optimo melle albo, et mũdo: qđ sufficiat: et dẽtur, drac. iij. ter in hebdomada. Itẽ medicamen optimũ cõmune in lapide renum, & vesicæ. Re. lepusculũ viuum qui sanguinẽ nõ amisit: et pone ipsum viuum in olla terrea interius uitreata: quę habeat cooperculum de eadem materia factum cũ quo illam cooperias: & bene obtura cũ argilla, ita ꝙ nullus fumus possit exi-

F re: & pone in furno: & ibi dimitte, donec fuerit assus, adeo ꝙ possit fieri puluis: tũc teratur, et seruetur vsui: & detur de eo, drac. i. in exitu de balneo particulari & prædicto cum aqua decoctionis cicerũ rubeorum, & tribulorum, vel cum aqua mellis: & probaui ꝙ optimum est cum hoc puluere miscere aliquid de optima theriaca. Et sit semper tua intentio, cauere ne fortia lapidem frangentia, vt saxifragia, cantharides, & alia fortia lædant renes excoriando, vel alias vias vrinales: quare theriaca est optima. Et habeas medicinam optimã, admisce pineas, & semina maluarũ, maluauisci, & gummi: & alia quæ renes iuuant, & defendunt ab vlceribus. Si homo renes habuerit siccos, & fuerit macilentus, in quo casu multũ valet dragea Rasis. quæ valet multum ad ardorẽ vrinæ. Re. seminis melonum mũdatorũ, drac. xxx. seminis citruli, seminis

G portulacę, seminis cucurbitę, seminis papaueris albi, ana drac. iij. seminis hyoscyami albi, drac. ij. panis zucha. ad pondus omnium: sed ego pono duplum.

Cura Lapidis vesicę. In lapide vero vesicę sic procedas. primo considera si stranguriã habet vt ipse patiens mingat guttatim, quia tunc lapis est in orificio colli vesicę, & si sic fuerit, et habet fortes dolores fac ei clystere mollificatiuũ, vt euacues intestina: et conare lapidẽ de loco infirmo remouere: faciendo ęgrũ leuare nates, & deponere spatulas, & fricare cõprimẽdo leuiter locum pectinis, vbi est lapis omnibus ingeniis quibus potes. Si autem sic nõ remouetur, mitte syringem leuiter per virgã vsq; ad lapidem: & impelle: & si sic nõ potest impelli, pone digitum in ano: & inuenies lapidem, et impelle. Caue cum syringem mittis, & alia opera facis, ne loca lædas interiora, & facias

H ibi vlcus. Remoto lapide æger mingit, & accidentia cessant: et tunc ad curam venies, quam sic incipies. Primo fac ei clystere diureticum, in quo sint medicinę quæ proprietatẽ habent frangendi lapidem: deinde ponas ægrũ in particulari balneo supradicto: in cuius exitu vel parũ ante quam exeat, da ei de puluere leporis, vel de aliqua de medicinis proxime nominandis: & cũ exiuerit a balneo, hoc appone emplastrũ supra pecten. Re. foliorum nasturcij aquatici, & foliorũ apij ana. M. i. & pista fortiter cum sepo arietino, vel hircino, quod est melius: & cum bene fuerit incorporatũ in mortario, calefac aliquantulũ ipsum in patella: & superpone per tres dies continuos: ponendo ipsum omni die in balneo: & superponendo emplastrum: et dando ei de puluere: & his aliis prout tibi videbitur medicinis; quæ oẽs bonæ sunt & probatæ. Et sigs

sophista vellet arguere: quare si probasti istas medicinas esse bonas, ipsas multiplicas: quoniã melius est habere paucas medicinas probatas, quã medicinas multiplicare: iuxta illud Damasceni. Medicamina pauca tibi tenenda sunt etc. Respondeo cũ Auicẽ. qui dicit quando vna medicina tibi non sufficit, permuta te ad aliam: quoniã medicina competit Petro: quę nõ competit Paulo: & competit vna hora, quæ alia hora paruum fieret iuuamẽtũ: & maxime in lapide vesicę, qui durior est ad frangendũ: & est ex diuersa materia generatus: quoniam alius est phlegmaticus plus: & alius plus melancholicus: alius paruus: alius magnus: alius nouus: alius antiquus. Hoc scias in quocunq; loco, ꝙ multoties in quibusdã abũdat humor grossus in uesica paratus ad lapidẽ: nec tamen lapis adhuc propter caloris defectum est cõpletus: & ibi adsunt omnia accidentia lapidis. In quo casu facias hunc syrupum: qui cõmunis est ad hoc: et ad leuẽ nouum lapidem cõfringẽdum. Re. radicis fœniculi, apij, petroselini, ana. M. i. semi. earũdẽ herbarum, ana vnc. 5. milij solis, vnc. ij. saxifragię viridis, vnc. i. et. 5. ameos, amomi, añ. drac. ij. ciceris: imperatoris vel syluestris cichoreę, scolopẽdriæ, ana. M. i. & . 5. polypodij, drac. vi. oĩa hæc grosso modo pistata: & incisa bulliant in lib. duabus optimi vini clari: & lib. ij. aquę ad medietatem coletur: & exprimatur: & in medietatẽ huius colaturæ ponatur lib. vna mellis boni: & iterũ coquatur: & optime spumetur: & in alia medietate ponatur lib. i. zuchari: & vnc. i. veterum cantharidarũ pistatarum: & bulliant aliquantulũ: vt omnia bene misceantur: & sumat omni die de syrupo melino: semel in hebdomada sumat vnc. i. de syrupo de cantharidibus: vel bis secundum virtutis tolerantiã, & effectum. Itẽ valet ad hoc si radix bardanæ. i. lappæ inuersæ bene mundetur: & in partes quatuor diuidatur: & in vino bono coquatur: hoc uinum exhibeatur cũ aliquo de pulueribus optimis ad hoc aptis. Puluis optimus. Re. scorpiões. xx. et pone eos in olla parua terrea strictum orificiũ habẽte: & oppila orificiũ: & pone in furno vbi sit ignis leuis per vi. horas: & extrahe scorpiones: & pulueriza: et puluerem vsui reserua. Alius puluis fit de cicadis quæ cãtant tẽpore magni caloris in arboribus: quę eodem modo vruntur, & teruntur, optime frangunt lapidem. Alius puluis cõpositus. Re. stercoris galli, et colũbi, & ellebori nigri, ana fiat puluis: et detur, drac. ij. cum aqua decoctionis tribulorũ, vel raphani, vel ciceris nigri. Item. Re. scarabeos, qui stant in stercore bouis, & faciunt de illo stercore formas rotundas: quas ducunt ante se: & sunt animalia nigra, & illos cõbure, sicut cõburuntur cicadæ, vel scorpiones: & accipe de puluere eorum grana. v. de condisi, drac. i. de stercore colũbino, drac. i. et. 5. et siccentur: & fiat pul. & sumatur ex eo, drac. i. cum aqua decoctionis prędictorum. Itẽ vsus huius decoctionis est multũ utilis. Re. milij semel pistati, drac. xv. tribulorũ, drac. x. capillorũ v. e. drac. vij. scolopendrię, drac. v. ficuũ siccarum pinguiũ. vij. numero: omnia coquantur in libris quatuor aquæ vsq; ad libram vnam, bibantur ex ea in exitu balnei vnciæ quatuor.

Curatio Lapidis per incisionẽ his omnibus nõ valentibus, et doloribus remanẽtibus, oportet per incisionẽ lapidem extrahere, antequam æger incurrat hecticã. Et tu si per incisionem lapidẽ de vesica vis educere, tibi omnia prius pro cura necessaria,

A scilicet stupas, corpusculos, & omnia ligamenta: postea liga crura cum coxis: ita ꝙ calcanei sint ad nates coniuncti: & liga ægrum super disco supinũ, ne in hora operis possit se aliquo modo mouere: & tunc vnge digitum tuũ longiorem sinistræ manus: & indicẽ oleo ros. & intromitte in ano patientis: cuius intestina prius cum clysteri mollificatiuo euacuasti: manum autẽ dextram super pecten pone, palpando leuiter, ut lapidẽ impellas ad capita duorũ digitorum: cumq; cũ duobus digitis lapidẽ comprehendisti, illum impellas ad collum vesicæ versus testiculos quantũ potes: & tunc senties lapidis duritiem in loco, qui est inter anũ & testiculos, q dicitur perinçon in collo vesicæ apud coxæ radicem: tunc vero cum manu dextra: rasoriũ inter filum qui de ano procedit, & testiculos: & ad coxam sinistrã recte supra lapidem: ita ꝙ lapidẽ recte cõ-
B prehendas inter digitum qui est in ano: & rasoriũ imprime: & vulnus fac per quod possit lapis a digitis expulsus exire. Si sic nõ exiret, cum uncino deforis te iuua: extracto lapide sue vno puncto: & labia vulneris optime coniungas nõ solum in superficie: sed in profundo: & puluerem de calce dictum super suturã pone: deinde albumen cum pauco oleo ros. mistum: & bene liga cum plumaceolis, & bindis: & vsq; ad plenam vulneris consolidationem cura continuetur.

In hoc casu multa particularia sunt consideranda: primo patiẽtis ætas. Nã pueri puberes. xiiij. scilicet annorum vel circa sunt habiliores: eo ꝙ eorũ mẽbra sunt satis tenera: et virtus ad tolerandum satis fortis. Iuniores quã illi: quamuis habeant membra molliora: et ad sanandum faciliora: tamen minus habent de virtute. Iuuenes & senes prope iuuentutem exeuntes: quoniã
C sanguis eorũ est calidus: & complexio similiter calida non sunt ad incidendum cõgrui: eo ꝙ in eorũ incisionis loco cito generatur apostema: quod quidẽ vrinã impedit: dolores multiplicat: quare spasmantur: et cũ spasmo moriuntur. De empyicis vero dicitur secũdum quosdã: ꝙ quoniam sanguis eorum diminutus est, & calor: ꝙ nõ sunt ad apostema parati: et ideo magis congrui. dicunt alij: ꝙ quoniam eorum mẽbra naturaliter sunt sicca: et virtutes debiles, ꝙ nõ sunt apti. Et vltimã teneo sententiam: ideo quia senum mẽbra, licet naturaliter sicca sint, cum accidentalis eorum humiditas, etiã consolidationẽ impedit vulneris: & duo prædicta, scilicet apostematis generatio, & ĩ loco vulneris nõ consolidatio, vel cõsolidati dimissio sunt nõ solum mortis periculum inducentia: ĩmo mortem.

Deinde consideranda est lapidis forma & quantitas: quoniam si lapis fuerit diffurcatus: vel cornutus
D adeo grossus ꝙ nõ possit ad vesicæ collum perduci, non debet vllo modo tangi locus cũ ferro: nisi prius, si fieri potest, manibus confringatur: & quod totum simul educi nõ potest vna vice: pluribus vicibus educatur. Et si lapis fuerit lenis: ita ꝙ æger propter eius lenitatem nõ est doloribus assuetus minus leuiter dolores sustinet, cum incisio celebratur, melius est ergo, ꝙ sit aliquãtulum asper. Item si lapis est adeo magnus ꝙ in collum vesicæ nequeat intrare, illum extrahere nõ pręsumas: nam exire non potest nisi de vesicę corpore tangeretur: & hoc esset omnino mortale: sed cũ instrumentis: aliquando impelle ad fundum vesicæ, ne veniendo ad collum vrinæ possit exitum denegare. Item si paruus est adeo, ꝙ manibus inueniri non potest, nõ est extractioni conueniens: quoniã nõ faci-

le reperitur: nec inuentus potest faciliter ad locum incisionis impelli. est ergo melius vt sit mediocris quantitatis. Cōsidera quoqꝫ ꝙ sæpe per loci nominati incisionē generatio prohibetur: quia incisio quæ fit per loca ista, consideratis pluribus, timorosa est, curā talē non consideres: sed alijs cupidis chirurgis dimitte illa lucrari. O quoties quidā volentes me mordere dēte canino de me tales curas dimittēte dixerunt: ꝙ ego curas illas dimittebam: quia curationis magisterium ignorabam. Hoc idē dicebant de ruptorum incisione: & hydropicorum, quorū curam, propter pericula dimittebam: & de cataracta deponere: quas dimisi nō vt modum depositiōis ignorarē: sed quia pericula in opere illo sæpe cōtingunt: per quę etiam boni perfectiqꝫ medici diffamantur. Neqꝫ de lapidis incisione posuissent auctores accidentia superuenientia: nisi vidissent illa multoties accidisse. Igitur accidētia quæ super incisionē veniunt, & mortem expectari oportet, sunt dolor fortis sub vmbilico, & extremorū infrigidatio cum febris intensione, rigor, et casus virtutis, & vt fortis fiat loci dolor incisi: & superueniat singultus, uenter quoqꝫ motu extraneo moueatur, tunc interius iā appropinquat. Signa bona sunt virtutis fortitudo, vrinæ egressio facilis, doloris tolerantia bona, ratio, forma sani, sanitas, appetitus: aliquando vi naturæ fortiter impellentis lapidem in meatum virgę impellitur. Sic vidi in homine cuius vrina quinqꝫ diebus fuit denegata. quem cū instrumentis extraxi sine incisione. Tu igitur in extrahendo ingeniose labora. Si vero nō potes extrahere: membrū liga virile supra lapidē, ne retro reuertatur: & supra lapidē, quem facile palpando senties, secundū membri longitudinem scinde: lapidemqꝫ extrahe: & vulneri curam adhibeas competentem.

*De clauso hermaphrodito, & additione panniculi mulieris, doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap.* IX.

SIcut habuisti superius matrix mulieris vnū habet orificium lacertosum: quod collū matricis vocatur: quod in conceptione clauditur interius, adeo ꝙ non posset stilus intrare: habet quoqꝫ venter exterior aliud orificium: quod vulua, vel cōnus dicitur: quare potest fieri ꝙ muliere existente prægnante: & orificio interiori clauso virtutis operatione retētiuę matricis, quod cum ea vir coeat tempore prægnationis, & matrice clausa non obstante.

Orificia hęc aliquando claudūtur errore, nec modis pluribus. aliquando enī aliqua pellicula subtilis deforis super connum seu vuluā extenditur, quæ nullum habet foramen, nisi ꝙ vrina possit exire. Cuius cura leuis est, pellicula secundū longitudinem vuluæ scissa cum rasorio, & forma de stupis cum rasura lardi permista ne dimittat vlterius pelliculam solidari.

Si vero ex alia re fortiori claudatur, vt aliqua lacertosa duraqꝫ carne, totam illā duritiem remoueri oportet: donec in forma veniat naturali.

Si vero cōnus sit liber, matricisqꝫ orificiū sit oppilatum: ita ꝙ propter hoc spermatis iniectio nō possit fieri in matrice: & propter hoc conceptio denegetur: tūc mulierem apta, secundū ꝙ in incisiōe lapidis diximus faciendū: et tenaculis vuluā aperi: vt videri possit matricis orificium: & cuncta superflua cum instrumentis remoue. Cauendo ne nimis de substantia ma-

E tricis tāgas: īmo melius est de superfluo dimittas aliqd quam exquisite remoueas: postea habeas formā facti de plumbo grossam: quantū potes intromitte: quam oleo vngas de lilio: & in cōnum vsqꝫ ad matricis orificiū impelle: ibiqꝫ dimitte donec locus vndiqꝫ sit firmatus. Deinde vtatur viri societate, loco prius inuncto cū pinguedine anseris, vel gallinæ. Si vero clausura est valde profunda, & fortis: ita ꝙ rem grossam claudentem a loco separare non posses: tunc curā dimitte: quia non est labor nisi in damno.

Hermaphroditus est ille qui habet vtrūqꝫ sexum perfectum: ita ꝙ agere potest et pati: quorum aliqui habēt vnū perfectum, aliū imperfectum: aliqui nec vtrūqꝫ perfectum, īmo habent in orificio vuluæ aliquid carnis additæ: quæ aliquando est mollis carnea, paruæ & debilis tenacitatis: ali-
F quando fortis et neruosa. Carnea vero remouetur de leui cum instrumētis incidentibus: & cum leui cauterizatione residui, carnem semper cauendo naturalē a ferro: vel cū ligatione cum filo: quod quotidie plus stringatur, donec tota superfluitas auferatur. Si vero dura sit & fortis, & neruosa: ita ꝙ virgæ virili assimiletur: & maxime si tangendo mulierem erigitur: illam nullo modo ferro tāgas: nec cū aliquo curare cogites. Nā illud peccatū est in forma vbi natura fortiter errauit: quod nō potest ꝑ opus corrigi manuale. Sunt etiam quidā viri, qui post testiculos habent additamenta duo lateralia: & in medio foueā quasi vuluam mulierū: in quam in quibusdam est foramē: per quod emittunt vrinā: quod si sic fuerit, curam dimittas. Si vero profunda nō fuerit, illa loca ferro tangas calido paulatine: deinde butyrū appone: & escha-
G ræ casum expecta. Quod si tuum fueris cōsecutus propositū, cutem regenera. Sin autē, cauterium itera, donec locus optime fuerit repletus, & ad formā redierit naturalem. Quibusdā etiam accidit mulieribus ꝙ panniculus quidam lacertosus: qui est in orificio vuluæ: adeo augmentatur: ꝙ multū depēdeat: ita ꝙ mulierē afficit tędio: & a viro multo minus amatur: quā sic cures, sup̄fluū illius īcide pelliculæ: postea cū auro calido cauteriza, donec ad formā naturalē reducas.

*De extrahenda aqua hydropicorum, doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap.* X.

QVamuis liber iste principaliter de chirurgia dicatur: & nō pertineat ad eum tractare nisi de illa hydropisi vbi cura ferri exigitur: tn̄ quoniā multi audacter de aqua extrahenda a corporibus
H hydropicorum se intromittunt: & quoniā liber etiā aliqualem cōtinet in alijs medicinę partibus charitatē, causas, signa, & hydropisis diuersitates: & paucas curas per me expertas in hoc libro ponere non recuso: & specialiter, vt scias vbi debet fieri operatio manualis. Dico ergo ꝙ hydropisis est ægritudo cōposita in qua superflua materia frigida corpus inflat totum, vltra debitam quantitatē: aut loca vacua quæ superfluam materiam recipere sunt aptiora.

Huius ęgritudinis species Salernitani dixerunt esse. iiij. in his dispositionē cachecticam quæ est hydropisis præambula numerantes. sed auctores Arabes oēs in vna conueniunt veritate dicentes ꝙ sunt tres. Vna in qua phlegma crudum cū sanguine mistum per omnia membra diffunditur: & totum inflat corpus: & dicitur, hyposarca. Alia cuius materia est aqua citrina,

na, quæ ad concauitatē ventris funditur sub siphace:
& ad concauitates quæ ventrem sequūtur: et dicitur:
ascytes seu aschlites. Tertia in qua vētositas grossa:
& frigida materia resoluta diffunditur ad ventris con
cauitatem: quæ dicitur tympanites.

De ista hydropisi quidam leuiter iudicant dicen
tes ꝙ hyposarca semper fit ex
frigiditate: tympanites aliquando ex caliditate: sed vt
plurimum ex frigiditate. ascytes vtplurimū ex calidi-
tate, & raro ex frigiditate. Sed verū ꝙ est omnes istæ
species fiunt ex frigida coniuncta materia: & propter
hoc verum dicunt illi qui omnē ægritudinem hydro
picam appellant materialem frigidā: & ꝙ omnis hy-
dropisis species ex calore vel frigiditate præcedente
poterit venire: nihil enim prohibet, quin hepar calidū
seu sua propria caliditate vel totius corporis vt in fe-
bribus possit adeo debilitari, ꝙ possit materiam frigi-
dam & phlegmaticam generare. O quoties hæc vi
dimus: ideoq; verū est, ꝙ antecedens hydropisis cau-
sa est hepatis debilitas: ideo quidam Salernitani descri
pserunt hydropisim esse digestiuę virtutis errorē: quę
nō est bona descriptio: quia soli hepati non conuenit
debilitas. ergo hepatis est causa remota: & magis re-
mota est ciborum & potuum inordinata receptio: &
alicuius alterius membri debilitatio, vt stomachi, re-
num, matricis, pulmonis, & diaphragmatis: ex quo-
rum debilitate debilitatur hepar.

Causa minus remota ī ascyte est ꝙ hūiditas aquea
nimia propter debilitatē in hepate generata: propter
eius multitudinē: aut propter eius grossitiem: aut pro
pter viarū oppilationē: quæ non potest tota per vias
debitas pertransire: tendit ergo ad vacuū uentris: pro
pter eius aptitudinem. Nam quædā uenarum orificia
ad sumen tendentia, propter illius humiditatis multi-
tudinem aperiuntur: & vias per quas pueri ante nati-
uitatem vrinā emittunt ad sumen: quia collum uesicę
eorum nondū est apertū: & illa est maior virtutis pe-
netratio, quam illa per quā saniem expellit per ossa.

Causa antecedens in hyposarca est corruptio dige
stionis tertiæ: per quam cibus quartus qui debet assi-
milari conuertitur ad phlegmaticitatē & cruditatē: ita
ꝙ abhorrent eum membra: & nō cōsimilatur: & hoc
est in plurimū: & potest esse digestio prima, et secūda.

Causa vero coniuncta est ipse cibus quartus corru
ptus, a membris derelictus, qui per membrorum su-
perficiem per carnem dispergitur, in ipsa quasi lympi
da faciens vulnera.

Causa antecedens in tympanite est corruptio dige
stionis primæ: propter debilitatem caloris stomachi
agentis in materiā: quare conuertitur in vapores: &
abhorrent eū mēbra: & quandoq; est causa calor ex-
traneus stomachi, & ītestinorū: qui nō ordinate agit:
īmo cremat partem aliquam adurens materiam: & il-
lam conuertens in vaporem.

Et causa coniuncta semper est ventositas a materia
resoluta: quæ vtplurimum ascendit ad diaphragma
in principio: & inde multiplicata descendit.

Signa inter hydropisim ex præcedēte caliditate, &
præcedente frigiditate distinctiua, sunt medi
co necessaria. Et quidam volunt esse cōtenti vrinæ
iudicio: iudicantes hydropisim ex caliditate, cum vri
nam videant rubeam: de signis aliis nō curantes: & sę
pe hi decepti fuerunt. Nā hepar ex quacunq; causa de
biliteтur: etiam ex frigida: facit vrinam rubeā aliquan

A do: quoniā non potest discernere sanguinem ex vri-
na: et modica sanguinis pars rubificat multam vrinā:
sicut modica pars croci plurimā tingit aquam. Est
ergo per vrinam aliquoties aliter quā per vrinę rube
dinem iudicandum. Nā si in hyposarca videatur vri-
na rubea: semper erit grossa in substātia: propter phle
gmatis grossitiem & sanguinis: & si causa præcedens
fuerit frigiditas, vrina erit plus in medio rubea quam
in circūferentiis: & erit turbida, & munda: & plus in
quantitate. Et si causa pręcedens fuerit calida: erit plus
circunferentialiter rubea, & minus grossa: & minus
in quantitate: nisi per hęc hepar fuerit induratū. Nam
tunc in principio vrina multiplicatur: & subtiliatur:
quamuis in fine omnis hydropisis calor minuatur: &
est signum valde malū. In ascyte vero quę fit ex fri
gida: licet aliquando vrina videatur rubea: est minus
B rubea, quam in ea quæ fit ex calida: & est in quantita-
te plus grossior: in ea q̄ fit ex calida: & est subtilis pau-
ca: & est in superficie: plus citrina ad quandā tendens
subuiriditatem: quod dictū est de vrina in ascyte quā
tum est de rubedine dicitur in tympanite. Nā ex qua-
cunq; causa debilitetur hepar potest vrina rubea ap-
parere. Signa vero alia īter hyposarcā, & ascytē, &
tympanitatem distinguentia, satis sunt aperta.

Signa hyposarcæ. Nam in hyposarca totum cor
pus tumēt: ita ꝙ facies, & brachia, spina, &
collum, & omnia mēbra, vt in quacūq; parte corpo-
ris digitum impresseris, facies ibi foueā: & remoto di-
gito iterū redit, vt prius: & oculorū palpebra est infe-
rior, valde tumida: & magnū signū distinctiuū vtrū
hyposarca sit ex præcedente frigida vel calida: est ꝙ
in præcedente frigida, coniunctiua oculi est valde di-
C scolorata, cineritia, vel pallida. Si fiat ex pręcedēte ca
lore, est citrina, vel subruffa: quod etiā scitur si febris
præcessit, aut est præsens: aut apostema calidū pręces-
sit: aut durities succedēs apostema calidū manifestat:
& hæc vltima locum habent similiter in ascyte. Sitis
quoq; est signū opportunum & discretū. Nam licet
omnis hydropicus sitiat: propter membra superiora,
hepar propter humidā materiā præcipitantē inferius
desiccatur: tamen hydropicus ex caliditate palatum
semper siccum sentit: & fumum calidum ab inferius
ascendentem qui tenet os, meri, & membra pectoris
in continua siccitate.

Signa ascytis. Ascytis propria signa sunt ꝙ col-
lum, & brachia, pectus, et omnia membra su
periora gracillantur: vox subtiliatur: solus venter in
flatur, & crura, & pedes: q aliquando inflātur in prin
D cipio, propter virtutis fortitudinē ad extrema noci-
uam materiā expellentem. Si venter percutitur: audi
tur quasi sonus vtris de corio vino pleni.

Signa tympanitis. In tympanite solū inflatur vē
ter, et stomachi regio, et omnia membra tam
pedes quam alia fiunt gracilia. Et si venter percuti-
tur, audit̄ sonus sicut tympani: & est in eo minor gra-
uitas, quam in ascyte: et maior tensio: & si ventrē eius
compresseris, inuenies tensum vt chorda: nec senties
sub tactu aliquid inūdare. In ascyte vero sentitur mo
tus aquæ cum comprimitur: & cum æger in latus de
latere permutatur. Curas distinctas & particulares
reperies in libris medicinæ quantum est ex ordinatio
ne diætę diuersorumq; medicaminum plurimorum:
quoniam vt dixi, ego non ponam nisi pauca quibus
longo vti tempore consueui.

Cura hypoſarcæ. Cum ergo regimẽ hypoſarcæ ordinaueris, da ei trochiſcos de lacta cum apozemate de radicibus omni die: de quarto in quartũ pilulas de agarico ei dones: & cũ tumor deliqueſcere cœperit, & minui: ſi fuerit æſtas, fac ęgrum in arena ſepeliri calida in loco vbi ſol percutiat cũ virtute: vel fac illum per altum montem aſcẽdere ſoli oppoſitum, vt ęger valde ſudet: & totum corpus intus et exterius caleſiat. Si fuerit in hyeme, ponatur in ſicca ſtupha: ita tamen ꝙ aquæ nullatenus appropinquet. Apozema de radicibus ſic fit. Reci. corticũ fœni. et apŋ, ana drac. x. ſeminum apŋ, ſquinanthi, ameos, ana drac. v. roſarum ru. ſpicænar. ana drac. iŋ. coque in lib. duas aquę vſqꝫ ad vnam cola. et ſerua: ad cuius conſeruationem ponas parũ mellis. Trochiſci de lacca ſic fiunt. Rec. reubarba. laccę, ana drac. iŋ. ſeminis apŋ, ſpicę, ameos amygdalarum amararũ, maſtiches, ſquinãthi, ſeminis iuniperi, coſti, amari, rubeę: cap: for. ariſtolochię rot. gentianæ, ana drac. i. & .5. fiant trochiſci, drac. i. vnus ſumatur cũ vnc. iiŋ. ſupra dicti apozematis. Pilulæ de agarico, ſic fiunt. Re. agarici, drac. x. ſucci eupatorŋ, reubarbari, ariſtolochiæ rot. ana drac. ŋ. panis zuchari albi, drac. v. fiant pilulæ. Doſis eius, drac. ŋ.

Cura Aſcytis. Si videris aſcyticum cum ſignis cauſam calidam pręcedentẽ fuiſſe ſignificãtibus: vrina ſi fuerit pauca & rubea, & virtus debilis: de tali ægri ſalute deſperes: quod peius fuerit, ſi febris fuerit in præſenti. Si vero ſigna demonſtrent cauſam fuiſſe frigidã, & æger eſt fortis: vide ſi venter eſt ſatis durus: & tunc fac ipſum vti ſyrupo acetoſo, facto cũ ſeminibus: & cum zucha. & des ei pilulas de reubarbaro: quę fiunt ſic. Re. reubarba. ſucci eupatorŋ, ſeminis endiuiæ, ana drac. iŋ. agarici, drac. v. fiant pilulæ cum ſucco endiuię. Doſis, dra. ŋ. ſumatur omni hebdomada ſemel. Si vero eſſet debilis: nõ tamen nimis: poſſet ſumere loco pilularum hos trochiſcos. Re. ſeminis endiuię, drac. x. eſulæ, ſucci eupatorŋ, agarici. anã. drac. ŋ. & ſcrop. ŋ. roſarum, et ſeminis citrulorũ, ana drac. v. & .5. fiant trochiſci: cum aqua decoctionis, fœnicu. detur cum ſyrupo acetoſo, & de ſeminibus. Venter emplaſtretur cũ emplaſtro facto de duabus partibus ſtercoris bouini, et partibus ſingulis fimi caprini, boli arme. ſulphu. & ſalis diſtemperatis cum aceto forti.

Cura Tympanitis quæ raro curatur, & ſpecialiter cum a diaphragmate incipit: & cũ eſt confirmata: corpus cũ panico calido euaporare, & ſumere electuarium de bacis lauri: & ſuppoſitoriorũ appoſitio ventoſitatem diſſoluentiũ: & famẽ pati: a ventoſitatem generantibus abſtinere: ventrem fortiter cum aſpero panno ſæpe fricare. Electuariũ de bacis lauri ſic fit. Re. foliorum ruthæ, drac. x. ameos, cymini, nigellę, leuiſtici, petroſelini, macedonici, origani, carui, amygdalarũ amararũ, piperis nigri, et lon. mentaſtri, dauci, acori, bacarum lauri, caſtorei, ana drac. ŋ. ſerapini, drac. iiŋ. opopana. drac. iŋ. fiat electuarium cum triplo ſui de melle. Hoc electuarium mirabiliter ventoſitatem cõſumit: & multũ valet in colica ventoſa. Confectio ſuppoſitorŋ uentoſitatẽ per inferius diſſoluentis. Re. cymini, foliorũ ruthæ viridis, ana. M. i. mara. radi. bryonię, radicis mali terræ, radicis rapha. ana drac. ŋ. ſalis nitri, drac. i. fiãt ſuppoſitoria cum melle. Si uero cognoſcis hydropiſim eſſe ex cholera: tũc nõ obliuiſcaris lateri caliditati ſuccurrere: nec aquam ſeu materiã negligas frigidã, cum calidis eſſe curandam:

E quoniã ſi caliditatẽ omnino negligas, ſemper augmẽtatur: & hepar plus debilitatur: et ex hoc materia multiplicatur: & ſi aquam dimitis ſeu frigidã materiam, et calidam curas ſimpliciter, nihil prodeſt. Vtile eſt ergo dare cuilibet hydropico ex calida cauſa pro potu de lacte, aquam decoctionis ſolathri, & endiuię: & in illa aqua coquere ſuos pullos: & eſt vtile bibere ſyrupum acetoſum cum ſeminibus. Et ego pono curã cum qua meo tempore curaui duos, de aſcyti ex calida cauſa: vt tibi ſint et alŋs in exẽplum: quamuis plures alios procurauerim: in quibus cura in eis facta nihil contulit. Facio fieri ſyrupum plateariŋ per hunc modum. Re. ſucci ſcariolæ, lib. ŋ. ſuc. apŋ, & petroſe. ana lib. i. bulliant cum vnc. iiŋ. aquæ eſulę, maſti. ſeminis fœni. apŋ, ana vnc. 5. vſqꝫ ad lib. ŋ. coletur: & fortiter exprimatur: & addatur zuch. lib. i. & bulliat ad
F perfectionem. Cũ vis ab igne deponere, adde reubarba. vnc. 5. & permitte parum bullire: & vſui reſerua. Detur in mane cum aqua decoctionis ſemi. fœni. bis in hebdomada ſecundũ tolerantiam & effectũ. Vẽter totus præter partem hepatis emplaſtro emplaſtretur prędicto facto de ſtercoribus & aceto: & ſuper hepar pone emplaſtrũ factum de vnc. ŋ. farinæ hordei, roſarum, ſandali al. & ru. ana vnc. 5. camphoræ, dra. ŋ. diſtemperetur cum aqua roſa. & aceto. Optimũ etiam eſt dare ſi febris nõ eſt, lac caprarũ, ſicut exit ab vberibus in ieiuno ſtomacho. Et quãdo incipit vẽter minui: et virtus fortificari: pone ęgrum in balneo, vbi coctum ſit ſulphur, & ſal: vbi faciat paruam moram. Nã licet ex parte materię indigeant exiccatione: tamen mẽbra eorum nimis arida fierent. Quare licet in aliquibus aliqua parte deſiccatiua medicamina de-
G ſiccentur: membra remanent in ariditate nimia: quapropter hectici moriuntur: hæc omnia ergo oportet te exquiſite prouidere.

Curatio Quæ fit cum ferro in ſola conuenit aſcyti, quam quidã audacter aggrediuntur nullis conſideratis pticularibus: quoniã ignorãt omnino ſcientiam medicinæ. Vidi quoſdam qui ſenes, iuuenes, fortes, debiles vno & eodem modo curare volebant, incidendo cutem circa vmbilicum: et omnes inciſi vtplurimũ peribant. Propter hoc ab eorum operein alio non ceſſabant: ſed tu prius cõſidera ſi fuerit ęger iuuenis: et fortis; quoniã ſi fortis nõ eſt, ferri curã nullo modo adhibeas: nec de ſenibus, nec decrepitis confidas fortitudine ſimulata: quoniam impoſſibile eſt ſenem inuenire fortem: in quo ſit hydropiſis confirmata. Si ergo iuuenem fortem inuenies inciſionis
H opus cum effectu petentem: de cuius es ſalute per alia experta remedia deſperatus: quære ſubtiliter vtrum hydropiſis fuerit ex principali hepatis cauſa: quoniã tũc oportet inciſionem fieri ex ſplenis latere. Si vero ſplen fuit ante principium hydropiſis vitiatũ: oportet ꝙ ex latere dextro fiat inciſio infra hepar. Si vero membrorũ ſuperiorum cauſa, vt ſtomachi, diaphragmatis vel alterius ſuperioris facta fuiſſet: tunc oportet incidi ſupra pecten in fundo uentris in loco medio iliorum. Si vero in muliere fuiſſet cauſa matricis: tunc ſolum fit inciſio prope vmbilicum. Cũ ergo locũ cũ his conſiderationibus noueris incidendũ: fac ægrũ erigi: & ventrẽ eius ad inferiora premi: vt quantũ potes aqua deſcendat: & fac ipſum comedere parum: & panem toſtum ſuper carbonibus vino infuſo: deinde fac ipſum ſedere coram te inter brachia fortis alicuius viri

viri tenẽtis ipſum, ne in hora tui operis moueatur. Et
tunc accipe cum digitis manus ſiniſtræ pelliculam mi
racis in loco, vbi vis inciſionem facere: & illã pellem
perfora: cum ſagitella ſecundũ longitudinẽ ducendo
corporis, ita ꝙ non tangas ſiphacẽ totum miracẽ per
perforãdo: et ſiphac detegas: ita ꝙ uidere poſſis illud:
quo viſo pellem in qua vulnus feciſti ſuperius verſus
caput eleua, per vnius digiti longitudinem vel duo-
rum: tunc ſiphacem perfora: & pone ibi cãnulam: &
extrahe de aqua quantum ad conſeruationẽ virtutis
videris expedire: ſuperiorẽ pellem ſupra ſiphacis vul
nus permitte deſcendere: quoniã nihil inde pellis exte
rior vulnus cooperiẽs permittit exire. Mane vero ite
rum pellem eleua, donec vulnera ſecundũ rectitudi-
nem opponãtur: & cãnulã mitte, & extrahe de aqua:
virtutem ſemper quantũ poteris conſeruando, et fa-
cies ſic donec aquam auferas: et nõ totam: ſed partem
dimitte: quam poſtea conſumes cũ alijs medicinis ſibi
proprijs. Hoc notato ꝙ tẽpore extractionis aquæ
ęger debet bonis cibis. & potibus refici, & odoriferis:
& iocundis bonum ſanguinem generantibus, & ſpiri
tum multiplicantibus, vt brodijs bonis gallinarum,
& caponum cum vino bono, & aromatico. Nam
omnis euacuatio magna ſpiritus diminuit: & dimi-
nutio ſpirituum virtutes diminuit: & etiam virtutes
diminutæ ſpiritum diminuunt.

*De ficu, & cancro, et ulcere in uirga uirili, doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* Cap. XI.

FIcus eſt quædam excreſcẽtia, quæ naſcitur ſupra
præputium virgę: & aliquãdo ſuper caput, quę:
quidem aliquando eſt mollis vt de phlegmatica gene
rata materia: aliquando dura ut de melancholĩca: quę
ſi corrumpatur, tranſit in cancrũ. Cancer fit in uir-
ga: ſicut in alijs diximus fieri membris. Vlcera ve-
niunt ex puſtulis calidis virgæ ſuperuenientibus: quę
poſtea crepantur vel ex acutis humoribus locum vl
cerãbus, uel ex cõmiſtione cum fœda muliere: quę cũ
ægro talem habente morbum de nouo coierat.

Cura Ficus phlegmatici eſt ligatio cum filo, vel to-
taliter ablatio, & loci conſolidatio: ut ſciuiſti.
Melancholici vero cura eſt dubia. Curatur tamen an
te corruptionem cũ temperatis mollificatiuis, vt ha-
buiſti in cura ſcliroſis ſeu duri apoſtematis in cura ge-
nerali: qui mollificatus cũ omnibus eius radicibus au
feratur. Securior tamẽ modus auferendi illã excre-
ſcentiam eſt, tangere cũ ferro calido. & poſtea pone-
re butyrum vſq; ad caſum eſcharæ: poſtea iterum tan
gere cum ferro calido: & ſic ſucceſſiue & leuiter ope-
rari, donec tota ſuperfluitas ſit conſumpta.

Cancer vero nõ curatur niſi membrũ infectum to
taliter auferatur. Nec eſt aliqua via melior
ad auferendum quam ſit ignis. locus ergo infectus cũ
ſuis radicibus comburatur: & poſtea mundificatiuũ
de apio ſuperponatur: & ad vltimũ cum deſiccatiuis
fortibus ſigilletur. Nota. hic non dimittas quin ſu-
per partem ſanam ponas continue defenſiuum: et ſpe
cialiter illud quod fit cum bolo armenico & terra ſi-
gillata, locum ſanum a corroſione defendit.

Vlcera curantur cũ fortibus abſterſiuis: quæ quã
doq; ingroſſant labia præputij:
ita ꝙ videntur ibi fieri verrucę: quæ nõ curantur, niſi
illa groſſities auferatur: ad quod multũ valet hęc me-
dicina: quæ groſſitiem remouet & deſiccat. Reci. vini

A albi optimi, vnc. i. viridis æris, drac. i. auripigmenti,
drac. ij. terantur ſubtiliſſime: & ponantur in vino: &
ſæpius moueatur: & vſui reſeruetur: & quanto plus
antiquatur, tanto melius in illo uino madefiat pannus
lineus vetus: & ponatur ſupra locum ægrũ. Nam vl
cera deſiccat, & conſolidat, & cancrum interficit. Si
uero nõ eſt ibi niſi ſola excoriatio, appone vnguentũ
album noſtrum, uel ſolum pannum lineũ veterem in
aqua roſ. calida: & lauetur, & fricetur, et ſubtiliſſimus
pannus lineus albus ſuperponatur. Item puluis fa-
ctus de cucurbita ſicca & aloe multum valet. Item
multum valet puluis de cortice bugiæ quæ eſt radix
berberis, ſi ſiccetur. Siquis vult mẽbrũ ab oĩ corru
ptione ſeruare: cũ recedit a muliere, quã habet ſuſpe-
ctam de ĩmũdicia, lauet illud cũ aqua cũ aceto miſta.

B *De hæmorrhoidibus, rhagadiis, & fiſtula in ano: doctrinæ tertiæ tractatus tertii.* Cap. XII.

HÆmorrhoides nomen eſt cõmune membri: &
ægritudinis. Nam hæmorrhoides ſunt venæ q̃
terminantur in ani margine quæ ſunt venæ. Hę vero
venæ: aliquando aperiuntur: aliquando corrodũtur:
aliquando apoſtemantur. Cum enim ſanguis qui p
illas deſcendit, adeo multiplicatur, ꝙ nõ poſſit in ve-
narum corporibus contineri: ſi fuerit ſubtilis & cali-
dus, in comparatione venarũ, aperit orificia. Si fuerit
groſſus phlegmaticus, generat ficus. Si fuerit groſſus,
cholericus generat moralem, & attritam eminetiam.
Et ſi fuerit groſſus melãcholicus, generat condyloma
ta. Fit etiam aliquoties tantus humorũ decurſus, ꝙ
apoſtemata facit diuerſa ſecundũ ꝙ in membris alijs
diuerſantur, quæ quidẽ apoſtemata fiſtulam pariunt,
C niſi eis, citiſſime ſuccurratur. Sanguis tamen ad anũ
per hęmorrhoidas veniẽs ſemper groſſus eſt, ſangui-
nis alterius corporis cõparatione. Sanguis qui cur-
rit per venarũ aperturã periodicus, non debet reſtrin
gi: niſi adeo ſuperfluat ꝙ ægrum debilitet: ſed bono
debet regi regimine: ab omnibus aliquando defendẽ
do cibarijs: qui ſanguinẽ acutum & groſſum habeant
generare. Nam ex hoc periodico ſanguinis fluxu cor
pus a multis ægritudinibus conſeruatur: vt lepra me-
lancholia, & mania, & alijs pluribus. Immo ſi conſue
uit currere, & ceſſauit: eſt dignum ꝙ cũ ingenio pro-
uocetur: verum ſi eſt adeo currens: ꝙ hepar inde de-
bilitaretur: poſſet p hoc hydropiſis generari: quoniã
ſanguinis nimia amiſſio diuturna, cauſa eſt ad facien-
dum hydropiſim magis potẽs. Ideoq; oportet ipſum
currentem ſanguinẽ conſtringere: cum nimis ipſum
D videres abundare. Medicinæ conſtringentes & pro-
uocãtes in huius fine capituli notabuntur. Nota ꝙ
excreſcentiarum illarũ quæ dicuntur hæmorrhoides:
quædam fiunt extra ani marginem: & illæ nimis ſunt
timendæ: quædam intra, & econtra. Item quædam
fiunt ex parte poſteriori verſus ſpinam: & illæ minus
timentur: quædam contra verſus radicem virgæ: &
illæ plus timentur: quoniã maiorem dolorẽ cauſant:
& quoniã vrina per eas, aliquãdo denegatur. Ficus
cognoſcuntur, quoniã eſt ſine colore: & ſi colorẽ ha-
bet, eſt cineritius ſeu pallidus: et eſt valde mollis, et ha
bet pedem ſubtilem, ſicut eſſet pediculus ficus: & ali-
quando emittit quandam ſubalbidam ſuperfluitatẽ:
& eius cura eſt leuis.

Curatio pediculi & ſicus eſt vt habeas filum ſericũ,
fortem: & ſtringas pediculi eminẽtiam: ita

bene ꝙ æger sentiat stricturã: & quotidie stringe plus filũ, donec pediculus totaliter ĩcidat: et cadat ficus: postea cũ desiccatiuo medicamine residuũ desiccetur.

Moralis siue atricus magnũ facit dolorẽ: et est eminentia rubea habens parua capita, sicut in moro celsi: et est subrubea ad purpureum tendens colorem. Et huic nisi succurratur, mitigando dolorẽ: aliquando generat apostema. Et eius cura est phlebotomia basilicę lateris eiusdem in vno die: in alio de saphena eiusdem lateris. Deinde si cõsuetus fuisset inde fluxum sanguinis habere, prouocetur: si non, nõ: quoniã in nõ consuetis sanguis, nõ debet per hęmorrhoidas prouocari. Deinde dolorẽ mitiga cũ speciali & probata medicina: quæ valet ad tenasmon, & ad omnes dolores ani: per quã fui honorem & vtilitatẽ multoties consecutus: & fuit nobilis Alexandri. Reci. thuris, myrrhę, lycij, croci. anã. partem. i. opij partes. ij. terantur: & conficiantur cũ vitello oui, et mucilagine psyllij, & oleo ros. & fiat ad formã vnguenti: de quo vngatur lichynium: si dolor est intra: si foris, super petiam distendatur: & loco dolenti applicetur. Aliud Halyabbatis: quãdo est ibi cũ calore dolor. Re. cerussę, dra. v. lithargyri, drac. iij. hyoscyami al. drac. ij. mastiches, drac. i. omnia terãtur & cũ vitello oui, & oleo violato: fiat vnguẽtum. Aliud eiusdẽ quod est bonum: quando dolor est cum apostemate nõ multum calido, quod maiori indiget resolutione, vel maturatione: quoniã resoluit & maturat: & valde dolorẽ sedat. Re. foliorum maluę, florũ chamo. meliloti, ana. M. i. fœni. seminis lini, ana drac. iij. lenticularum excoriatarũ, drac. x. coquantur omnia in aqua donec dissoluantur: & aqua tota desiccetur: & ponatur in mortario, et optime pistetur: deinde addantur duo vitelli ouorum, & de oleo violaceo, quod sufficit ad formã unguenti. Item aliud bonum ad doloris sedationẽ. Cum oleo antiquo calido locũ embrocha dolentem.

Si vero huius loci apostemata veniunt ad saniem: nunquã expectes, ꝙ per se crepẽtur ab extra: quoniã tũc semper vel vt valde plurimũ inuenies ꝙ foramẽ, quod videbis exterius grossum, vsq; ad interius perforat intestinum. Illud ergo festinãter aperi, antequã digestionis habeat complementum.

Si vero locus sit hæmorrhoidibus ĩpeditus: & magnũ non faciant dolorẽ, nec apostemationẽ: et uis ista desiccare, et cõsumere: duobus modis potes procedere: aut cito, vt ꝓpter hoc habet locũ ĩ forti, et cito cura etiã sicut hic aliq̃ fiũt pœna desiderãti: & tũc semꝑ appone aliq̃d de melle anacardi vel vnguento ruptorio aliquo de dicẽdis: vel cũ ferro tãge calido: qđ plus valet. Si vero delicatus sit & debilis, debiliter & lõgo tempore desicca cum suffumigationibus factis cũ pulpa colocynthidos, de semine myrtillorũ, & folijs, & corticibus capparis, & myrrhæ, & nuce cypressi, et gallæ: & sedendo in aqua decoctionis eorum, quorũdam vel omniũ. Nam hæc omnia loca denigrant: & desiccando cadere faciunt. Et ego nunquam ibi medicamen apposui corrosiuum: & si aliquando apposui multum caui: vt illud ponerem cũ mensura. Nam Rasis tenens opinionem semper libentius vsus sum cauterio punctuali actuali. Modus experimenti quod hæmorrhoidas adeo consumit, quod post. ix. dies nõ appareat vestigium: & est de meis secretis. Re. radices tassi barbassi: & laua: & desicca in furno, quando extrahitur panis: ita ꝙ nullo modo cõburantur: sed ipsa

E rũm seruata virtute desiccentur: et fiat puluis: de quo sumantur, drac. ij. vitellus vnus oui: farinæ tritici, drac. ij. incorporentur adinuicem: & in sagimine vel oleo bono fricẽtur in patella: & fiat vna crispella quę sumatur omni die in ieiuno vsq; ad. ix. dies.

Si vero dolor esset in loco cum venarum plenitudine sine apostemate: vel supra dictis eminentijs: & æger sentiret dolorem in spina, & grauedinem capitis & totius corporis: & maxime si consueuit sanguinis fluxum habere: & longo tempore nõ habuit: tũc fluxus sanguinis prouocetur: quod facit succus cepę: & porri, & fit optime: si radices porri mundas, & recentes acuis in formam suppositorij: & cum ea frices locum inijciendo: & extrahendo, donec alicuius illarũ vel plurium aperiatur orificium. Item facit radix maluæ intincta felle tauri. Aliud. Rec. mellis partes.

F ij. floris æris partem vnam: & misce: de quo vngelichynium: & appone.

Cum autẽ currit sanguis plurimus: & homo debilitatur: succurre ei cum trochiscis de carabe: qui valent ad restringendũ sanguinẽ hæmorrhoidũ, & mẽstruorum. Reci. carabe, gũmi nucis, balaustiæ, laccæ, succi barbę hircinę, drac. v. thuris, drac. ij. opij, drac. iij. fiãt trochisci cum mucilagine psyllij: tunc vnusquisq; põderet, drac. ij. & sumatur vnus cũ aliquo syrupo stiptico. Circa locũ vtaris suffumigationibus siccarũ rerũ, vt gallarũ, psidiarũ, nucis cypressi, myrtillorũ, & similium: & hac recepta copulas glãdium, cortices granatorum grosso modo tere: & cum optimo vino coque: & de illo vino locum laua mane & sero: valet etiam suffumigatio cum radice tassi barbassi. Nã tassus barbassus habet magnam virtutẽ in hęmorrhoi-

G dibus, siue sumptus intus, siue emplastratus, siue suffumigatus: ita ꝙ super alias res simplices habet in hoc ꝓprium iuuamentum.

Condylomata sunt dura, vt scroffulæ: & curãtur dissoluẽdo, & mollificando: sicut de scroffulis, & apostemate duro diximus faciendũ.

Aliquando post hæmorrhoidas quæ diu concurrerunt, uel propter apostema nimis in loco maturatum, & indiscrete curatum: accidit ꝙ intestinum grossum perforatur: ita ꝙ foramen apparet extra in natibus: & maxime prope anum: ita ꝙ per foramen illud exit ventositas vel egestio aliquibus continue: aliquibus tantũ quãdo uadunt ad latrinã: quod quidẽ foramen ani fistula nuncupatur. De ista simpliciter multi cum audacia se nullis consideratis particularibus intromittunt: & hanc & illã eodem modo

H curare nituntur, nullam inter vnã & aliam differentiã facientes. Sed te sic nõ oportet procedere: ĩmo dispositionem fistulæ tibi necessarium est inquirere diligenter: & hoc vtrum foramẽ quod est interius tantũ exterius sit, ꝙ corpora lacertorum ani transeat: quorũ notitiã habuisti: oportet tunc si fistulam expedit curare, ꝙ nõ superueniat peior ęgritudo: quod est sine voluntate stercoris emissio omni hora. Item considera, vtrum ex foramine multũ exat de materia aut parum: & si multum, vtrum sit laudabilis vel viscosa. Item si sint ibi dolorum reliquię vel tumoris: quoniã hæ dispositiones variæ cogunt curã penitus variare. Nã ut dictũ est in aliquo loco huius libri: prius oportet dolorem sedare, scilicet feruorẽ & tumorem: deinde proba si fistula lacertorum substantiã supra ascenderit: quod scies si digitũ in ano posueris: & tentã plicabilem

cabilem posueris in fistula: et cognoueris ubi tenta cū digito obuiauit: tunc pręcipe ægro suū stringere anū: quia tunc per lacertorum compressionem anus stringitur. Et tunc scies si fistula sit supra musculos, aut infra. Item si fistula sit supra musculos, & ægro non eunte ad latrinā, ex fistula exit ventositas aut stercus. Q; si fistulam inueneris musculorum substantiam in altitudine superare: tunc cum ferro uel medicina caustica nullatenus appropinques, ne fiat illa quam diximus peiorē. Sed doce illū locum tenere mundū cum lauatione aquę mellis, cū myrrha, & cum aliquo mūdificatiuo: ita ne dispositionis malignitas augmentetur: & confortetur æger hanc portare dispositionem pro ipsius meliori toto tēpore vitæ suę. Si vero foramē quod est intra anū fuerit infra musculos prope anum: vel etiā in partem media musculorū: tunc potest cura perfecta fieri, si tu amas: quāuis parum aut nihil humiditatis egreditur: vide tamē si ægro sit melius portare illā dispositionem: quia per eā corpus a multis superfluitatibus purgatur. Et ī hoc, ꝙ si ęgro antequam ibi esset fistula sanguis per hæmorrhoidas currere consueuit: et postquā habuit fistulam, nihil currit de sanguine: sed anus est in alijs partibus totus sanus: maxime si confitetur ægro, ꝙ postquā illam habuit fistulam, nullū in dorso sentit dolorē: quem ante fistulā sentiebat, tunc ibi caue ne labores ad istam fistulā sigillandam, quia faceres contra præceptum nobilissimi Hippo. quoniā per hanc vigilantem fistulam omnes aliæ sunt cicatrizatæ. Fistula vero hæc aperta dimissa hæmorrhoidum locū tenet. Ait enim Hippo. Hęmorrhoidas sanari antiquas etc. Si curā tamē desideras, potes illā uno trium perficere modorū. primo vt acū plumbeam ponas in foramine exterius: & ipsam acū per anum extrahas: & acus illa fortem filū habeat duplicatum: & extracta acu duo fili capita stringe adinuicem, ponens supra locum aliquod durum: & omni die filum stringe donec tota caro, quam filū comprehēderit, detruncetur. Si vero vis citius operari, immisso filo filum a duobus eleua capitibus: & totā carnem cum nouacula incide: donec filū sit penitus liberatum. Si aliter vis facere, cum fili extremo pannū lineum liga adeo grossum, ꝙ foramen impleat: & illū pannum ab vna parte, scilicet cuius desideras destructionem, vnguento vnge ruptorio: & mitte cum attractione cum filo: & capita panni necte: & caro a pāno comprehensa decoquitur: & denigratur: qua denigrata superpone butyrū ad eschare casum: postea mūdifica, & consolida: tamen melius est vt vltimum curæ modum cū ferro facias comburente. Et nota ꝙ fistula quæ fit in hoc loco: aliquādo est maligna, & virus corrosiuum emittit: & quidam tunc volunt curare cum ruptorio: quare ibi faciunt esthiomenum. Sed in hoc casu, scilicet quando fistula est maligna, non est ꝙ tantum valeat, sicut ignis. hæc enim omnia cōplet. Nam superfluū remouet: & corruptum locum rectificat: complexionem ipsius corrigit: nec permittit ꝙ per locum materia corrupta dispergatur. O fratres quot ego cognoui laicos, qui quoscunqꝫ habebant cū ruptorio curare volebant, etiam cancros: & fistulas, & omnes excrescentias, & crepaturas: & credebant ꝑ illud ruptorium Gal. in omnibus operibus superare. Et mirū quoniā quanto plures incurrunt errores, tanto plus irascuntur, & ipsorum ruptorio plus vtūtur. Et quare? qui nō habent vinum ad bibendum, bibūt

A acetum, & aliunde vinū petere dedignātur: quantūcunqꝫ sibi aceti potus noceat: & cum ipse sit iratus, statim nō patitur: nec aliunde potū quærit: sed ad suum acetum reuertitur: donec spiritualia deficcentur. Sed si vinorum haberet copiam: & ipsorū bene sciret materiam: non biberet de aceto, nisi forte, cum vellet cū eo choleram reprimere: et tunc etiam de ipso sumeret temperate. Tu uero lege diuersitatem medicinarū: & membrorum cognosce complexionē, sicut ad plenum est alibi ostensum.

Rhagadię seu scissurę aliquoties fiūt in ano ex humorum ibi concurrentiū siccitate, quæ curantur cum cibis & potibus humectantibus, & cū sessione in aqua decoctionis maluæ, bismaluæ, et aliarum herbarum, & rerū humectantiū: et vnctione vnguenti Rasis: quod scissuras ani remouet, & matricis.
B Re. olei ro. vnc. iiij. ceræ, vnc. 5. cerussæ, vnc. i. plumbi vsti, drac. ij. amyli, dragagāthi, ana drac. i. opij, cāphoræ, ana drac. 5. & duo albumina ouorū: & fiat vnguentum: sicut fit vnguentum album. Item valet vsus pilularū de bdellio quę valēt ad hæmorrhoidas, & omnes ani ægritudines: in quibus est necessaria vētris purgatio: quæ sic fiunt. Re. myrobalanorū nigrorum, & chebulorum, ana drac. x. serapini, drac. iij. nasturcij al. drac. ij. bdellij varij, drac. xv. dissoluātur cū aqua caulium, & cū eis alias aggrega medicinas: et fiāt pilulæ. Dosis est. a. drac. ij. vsqꝫ ad. iij. q͞a parū soluūt.

*De cancrænis, & malo mortuo. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap.* XIII.

Cancręnæ sunt vlcera rotunda quæ fiunt in cruribus. Et malum mortuū. Item sunt crurium
C vlcera, quæ quidem cōueniunt, & differunt: & propter hoc de his tractabo sub vno capitulo. Cancręnæ sunt vlcera rotunda satis turpia, quę fiunt ex cutis mortificatione: propterea ꝙ uitalis spiritus nō ibi trāsmittitur: sed locus ille destruitur sine uita: propter qđ fit illius loci corruptio. Nā si corruptio esset vsqꝫ ad os: iam nō cancræna, sed eius filia sphacelos seu aschachilos vocaretur. Et si corruptio mēbri totius substantiam occuparet: diceretur esthiomenus, quod interpretratur seipsum corrodens.

Signa cancręnarum sunt vlceratio nigra vel subnigra, cutis eius circundans est liuida, labia sunt grossa, caro quæ est ī medio vlceris est corrupta. Multum assimilatur hæc ægritudo cancro vlcerato: sicut similantur nomina: sed differunt: quoniam cancer de melancholiæ corruptione: hæc autē fit ex sola amissio
D ne vitalis spiritus. Item labia cancri plus sunt reuersa, & plus viridia, & cancer magis corrodit, & plus incendit: quare dicuntur a quibusdam cancri mortui.

Cura huius passionis est corpus a melancholia purgare: quia quamuis nō sit eius causa principalis melancholia, sicut cancri: quia tamē materia discurrens ad inferiores partes, est vtplurimum grossa: ideo omnia quæ sanguinē mundificant a melancholia, valēt in antiquis vlceribus: maxime in inferioribus partibus existentibus. Post mundificationem fac phlebotomiā de vena quæ est inter minorem pedis digitū et annularē ipsius pedis: quoniā minutio huius venæ, prout dicit magister meus, & ego probaui multoties, purgat melancholiam venalē, & sanguinem melancholicum: non solū ex cruribus sed ex toto corpore. Supra locum appone puluerem asphodelorum, vel

alium totum remouens corruptum. Si vero secu-
rius vis agere, & melius & citius: dūmodo tibi cōsen-
tiat æger: fac cauteriū cultellare tam magnum, ꝙ con
tineat totā longitudinē partis læsæ: & illud igneas do-
nec albescat: & cum illo vlcus cancrosum secundum
cruris longitudinē incendas vsq; ad corruptionis ꝓ-
fundum: ita ꝙ vlcus quod erat rotundū, ad longam
formam secundū cruris longitudinē tali cauterio re-
ducatur: quoniā sic complexio rectificatur membri,
& corruptio consumitur, & acquiritur vlceri bona
forma. Facto cauterio pultes de melle, farina tritici,
& succo apij apponatur: & tunc vt cætera curentur
vlcera, vt sciuisti. Nec obliuiscaris ī hoc loco: post
quam membrū & corpus euacuasti supra specialiter:
& etiam circa læsionē, locum epithemare cū tuo de-
fensiuo de bolo & de terra sigillata: quoniam humo-
res currere non permittit: & locum sanum a corru-
ptione defendit.

Malum mortuum est quædā species scabiei: quæ
plus descendit ad crura: & est de grossis hu
moribus adustis, illic per inguina descēdentibus: quo
rum aliquas pars remanet in inguine, & glandulas in-
flat: quas ibi naturales inuenit: ita ꝙ superueniens in
his glandulas, quæ sunt in inguine tumefacit.

Cura est corpus ab humoribus adustis & grossis
mundare cum medicinis: & phlebotomia basilicæ il-
lius lateris vel amborum: & phlebotomia pedis supe
rius dicta: & glandulas dissoluere, & extrahere secun-
dum doctrinā in capitulo scroffularū & glandularū
dictam: & postea cum medicinis desiccatiuis vngere
cura. Sic ergo facies. Loca læsa vnge cū psilothro:
donec omnes pili sine violentia auferantur: & postea
Re. thitymalum maiorem & minorem: & bulliant in
oleo aceto & succo fumiterræ vsque ad assationem
herbarum. cola: & colaturæ adde parum saponis: &
fac vt vnguentum: quo locum fortiter vngas in for-
ti sole vel ad ignem.

Itē. Re. olei, aceti, ana drac. ij. saponis mollis, & du-
ri, ana vnc. i. incorporentur adinuicem: quibus adda-
tur succi maliterræ vel bryoniæ, vnc. ij. & omnia bul
liant, & incorporentur: & fiat vnguētum. hæc in hac
parte sufficiunt cū hoc ꝙ inuenies in antidotario: quę
conueniunt huic loco.

*De uaricibus, & elephantia. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* Cap. XIIII.

Varices dicuntur quædam venę grossæ virides
& purpureæ: quæ circa crura multipliciter in
uoluuntur: quæ fiunt ex sanguine grosso melancholi
co descendente: & accidit vtplurimū grossis nutritis
cibarijs, & multum euntibus, & onera portantibus.
Elephantia dicitur quædā carnis augmentatio: in qua
crus vltra mensuram debitā augmentatur cum pede
toto: & fit ex grosso phlegmate vel ex grossa melan-
cholia non corrupta: & iam habes signa inter melan-
choliam & phlegma in locis pluribus distinctiua.

Cura varicum est corpus euacuare cum ferro capri
no, & epithymo: quæ in hoc casu est propria
medicina: vel cum pilulis de epithymo & phleboto-
mia basilicæ brachij eiusdem lateris atq; pedis: absti-
neat a cibis melancholiam generātibus quos nouisti.
Locus autem tribus curatur modis. Vnus modus est
ut videas superius contra plicaturā genu: vbi videbis
vnam venam grossam: a qua omnes inferiores vide-
E bis descendere manifeste. Tunc illā cum acu apprehē
de: ita ꝙ illam cū acu non perfores: sed totam illā inte
gram cum acu collige, & cū filo quod exit, illam con
stringe. Postea superius per latitudinem digiti aliā in-
fige acum: modoq; simili stringe: & tunc cutē quæ est
supra venam: excoria ipsa secundū longitudinē cor-
poris superficialiter scissa, venam eleua: & inter duas
incide ligaturas. Postea ligaturam inferiorem solue: et
ab inferius premendo superius totum sanguinē gros-
sum exprime, & extrahe quod potes per locū quem
incidisti: postea residuū desicca cū medicinis consum
ptiuis. Caput autem venæ superioris ferro calido cau
teriza: & carnem etiam vbi vulnus fecisti: cum ferro
tange calido. postea mundifica locum: & cōsolida vt
sciuisti. Alius modus est venam solum phleboto-
mare: & ꝙ potes de sanguine extrahere: & corpus sæ
F pe purgare: & crus cū desiccatiuis epithemare: & hoc
cōtinuare cum diæta similiter competenti. Tertius
modus est ꝙ ad perfectam non intendas curā: sed ali-
quando dimitte sanguinem per venam illam descen-
dere: et tunc paucis vicibus in anno euacua corpus: et
sanguinem grossum minue cū phlebotomijs prædi-
ctis: & locum epithema cū desiccatiuis: donec tumor
ambulationē impediens remoueatur: postea uadat: et
sic suam portet dispositionē. Et hoc multū habet lo-
cum in his: qui hanc ęgritudinem lōgo tempore por-
tauerunt: & qui sunt pleni, & prouecti in ætate: quo-
niam si in his vena truncetur: per quam ad crura, mē-
bra scilicet ignobilia ex nobilibus longe sanguis me-
lancholicus portabatur: remanet in corpore faciens
plures ægritudines: & mortē faciet citiorem. Ego
vidi quosdā: in quibus venæ fuerunt incisæ: qui ante
G incisionem satis sani manebant: & postea semper ęgri
fuerunt: & post pauca tempora sunt defuncti.

Elephantia vero curatur: postquam fuerit confir
mata: sed nō ante confirmationē pur-
gando humorē peccantem: & cū prædictis phleboto
mijs, & cū abstinentia ciborum grossos humores ge-
nerantium. postea nō vadat nec equitet nisi crure stri
cto & pede cum binda: quę sit tribus lata digitis: cum
qua pes totus & specialiter in iunctura stringatur: &
quanto magis ascenderit, tanto ligatura fiat melior.
Nam ante ligaturā prius fiat inunctio cum epithema-
tione facta de acatia, myrrha, aloe, hypocystide, alu-
mine, & aceto. Cum aūt tumor cœperit minui: stu
phetur, & embrochetur cum aqua decoctionis cine-
ris vitis, seminū caulium, stœchados arabici, lupino-
rū, stercoris caprini, myrrhæ, & fœnugræci. post eua
H porationem vnge, & liga secundū ꝙ in principio li-
gauisti modo isto, quē habui a Rasi. multos alios cura
ui tēpore meo: non tamen adhuc fuerunt confirmati.

*De porris, uerrucis, scissuris manuum, et pedū. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* Cap. XV.

Porri vtplurimū generantur ex phlegmate gros
so: & magis molles & magis albi. Verrucę vero
fiunt ex melancholia: & sunt duriores & nigriores: et
habent plures radices. Scissuræ semper veniunt ex
melancholia adusta sicca ad cutim trāsmissa: quæ ma-
nus & pedes scindit. Mugæ sunt etiam scissurę quę cal
caneo accidunt propter frigus.

Cura porrorum est corporis mundificatio cum tro
chisco de turbith: & postea fricatio cum medi
camine cōsumptio: ad quod ex turbith: & postea fri-
catio

catio cũ medicamine consumptio: ad quod expertus sum fricare cum medicamine uel epithemate facto de puluere stercoris capræ siccati, & cum succo corticis fructus nucis distẽperati: & fricatio cũ folijs myrti virentibus, & corticibus capparis. Item aliud ꝓbatũ licet vile sit, ꝙ fricentur manus porrosæ cum sperma te quod procedit a muliere cum aqua nuperurę: donec optime delentur. Et habui hoc a quodam clerico cum paucis literis, & est certum.

Cura verrucarũ. Verrucæ vero curantur cũ purgatione corporis cũ epithymo, & sero caprino, vel alia medicina propria melancholiæ, & cũ fortioribus localibus medicinis, & cũ vnguẽto ruptorio, vel melle anacardino, uel alio corrosiuo: uel quod melius est, cũ ligatiõe cũ forti filo: postquã fuerit circũquaq; scarificate: ita ꝙ radices appareãt, et cõstringatur fortiter filũ: & postea fortiter eleuẽtur: & cũ filo extrahãtur: & radices postea cũ cauterio punctuali tangãtur.

Cura scissurarũ. Scissuræ quoq; indigent corpus ab adustis humoribus mundari: & balneo dulcis aquę & cibis abundantibus, & sanguinẽ dulcẽ & bonũ generantibus. Postea lauentur mẽbra scissa cum aqua decoctionis radic. bismaluę: & cũ pauco oleo: et post lauationẽ & exiccationem hoc vngatur vnguẽto. Re. olei ro. ceræ citrinæ, adipis anatis colati, œsypi, mucilaginis, seminis citoniorum, amyli, dragaganthi: omnibus istis æqualiter sumptis fiat unguentũ colatũ & delicatum. hoc nanq; unguentum ad hoc officium per me multis vicibus est probatum.

Cura mugarũ. Mugę curantur cum oleis et vnguẽtis calidis: etiã si cũ apostemate fuerint calido. Nam sicut vult Gale. Vulnera quę sunt ꝓpter frigus, etiã si calida fuerint, cum vnguentis calidis curari debent. Mitigetur ergo dolor cũ vnctiõe olei de lilio compositi. postea locus mundificetur cũ vno mundificatiuorũ calidorum cũ myrrha, & cõsolidetur. Si vero fuisti ante vlcerationẽ, appone emplastrum factum de solo armo. mollificato: quoniã illud apostema resoluit. Si vero antequam mugæ fiant: vis eas in assueto, ne veniant prohibere: iube ne calciamenta portet stricta: & ꝙ vngat pedes, & maxime calcaneũ hoc vnguẽto qđ mugas fieri ꝓhibet: & mẽbra defendita frigore ueniali. Re. olei de lilio, vnc. vi. cerę, vnc. s. resinæ, vnc. ij. ammoniaci, vnc. i. farinæ fœnugręci, vnc. s. thuris, mastiches, ana vnc. ij. fiat vnguentũ.

*De phlebotomia, & eius iuuamentis. doctrinæ tertiæ. tractatus tertii.* *Cap.* XVI.

PHlebotomia est artificialis sanguinis minutio quæ est in uenis. Et iam sciuisti ꝙ licet propter nostrã superbiam phlebotomiæ officium hodie barbitonsoribus sit relictum: ꝙ antiquitus erat medicorũ opus: & maxime qñ chirurgi illud officium exercebant. O Deus quare fit hodie tanta differentia inter physicũ, & chirurgũ: nisi qm̃ physici manualem operationem laicis reliquerunt: aut qm̃ operari, vt dicunt quidam, cum manibus dedignãtur: aut quod magis credo: qm̃ operationis modũ, quod apud scientiã est necessariũ, nõ nouerunt: et hæc abusio tantũ valuit propter antiquã diffuetudinẽ: ꝙ apud quosdã de vulgo credatur impossibile ꝙ vnus homo possit scire magisterium vtriusq;. Sed sciat quicũq; ꝙ nõ erit bonus medicus: qui operationẽ chirurgiæ penitus ignorabit. Et sicut est dictum, chirurgus debet haberi pro nullo, qui medicinam ignorat: imo est ei necessariũ partes medici-

A nę singulas bñ scire. Phlebotomia igitur tribus modis vtimur. in generali: ad sanitatẽ conseruandã, & ad præseruationẽ ab ægritudine cõsueta: & ad iam factã ægritudinẽ remouẽdã secundũ duos modos primos, qui videntur idem: sed differunt. Phlebotomia dicitur electiua: qm̃ eligimus tũc tempus, & horã, acrẽ, & ægri dispositionẽ, multa particularia prçuidentes: & tẽpus & horã idoneam expectantes. In necessitate vero licet multa particularia cõsideres: tñ aliqñ particularibus alijs omissis, nihil prçterquã virtutis fortitudinẽ expectamus: imo cogit nos aliqñ necessitas ĩ virtute debili minuere: sed tunc successiue in tribus vel quatuor facimus vicibus: qđ esset in forti faciendũ in vna pro sanitate cõseruãda. Phlebotomiã facimus his qui large comedunt carnes: et bibunt bonũ vinũ: & quorum virtutes bonũ multum generant sanguinẽ: etiã si bonus fuerit: et qui pauco vtũtur exercitio:

B & in iuuẽtute specialiter existentes: & in quibusdã talibus senibus: q phlebotomia fuerunt assueti: & hic modus curandi cõiungatur sanitatis cõseruationi. Secundo phlebotomamus illũ: qui cõsueuit dolorẽ iuncturarũ habere sanguineum, uel febrẽ synochum, vel squinantiã, vel pleuresim: vel dolorẽ periodicũ. hos enim ante tẽpus accessiõis cõsuetę, antequã ægritudo veniat, auferamus: & hic modus curandi dicitur prçuisiuus. Tertio cũ dolor fortis adest capitis, siue febres fortes squinantię, pleureses, peripleumonia, apostemata calida mẽbrorum interiorũ, vel alia quęlibet ęgritudo: quę de plenitudine sanguinis superuenit, fit phlebomia ad illam iã factã vel incepram ægritudinẽ remouendã: & hic modus curandi dicitur curatiuus. Circa has tres cõditiones generales cõcurrit necessitas

C minuẽdi, quãuis multo melius esset corpori: ꝙ homo tali gubernaretur regimine cum exercitio cõueniẽti cũ temperatis cibis, & potibus. Et qñ sentit se repletũ: cum abstinentia se moderare: quã taliter se regere, ꝙ indigeat vsu phlebotomiæ: quod etiã intelligo de medicinis laxatiuis. Circa doctrinã phlebotomiæ tria proponã vniuersalia: sub quibus intendo de phlebotomia ponere quę docebo. Primũ erit quis debeat esse phlebotomator: & quomodo debeat illud officiũ exercere. Secũdo quibus necessaria sit phlebotomia. Tertio venas ĩ quibus debet fieri minutio: & quomodo vnaquęq; vena debeat vulnerari. Phlebotomator debet esse iuuenis, nõ puer nec senex: debet habere manus nõ tremulas: et corpus totũ forte, debet habere visum sanum subtilẽ: & debet habere vsum venas cognoscẽdi: & ipsas a neruis et arterijs discernẽdi:

D & debet loca varia scire, ĩ quibus venas phlebotomãdas debeat aperire: et ubi venę neruis et arterijs appropinquãtur: vt sciat oẽ periculũ euitare. Debet etiam habere pluresphlebotomos claros et lucidos de chalybe diuersarũ formarũ: quorũ quidã sunt subtiliores: quidã aliquãtulum grossiores: quidã breues: quidam aliquantulũ longiores: vt cum necessarium fuerit magnã venã aperire, & facere magnum vulnus: maiori vtatur phlebotomo, econtrario in minori. Phlebotomũ cum pollice & indice manus dexterę tenere debet: & cũ impudico venam debet palpare, et ante locũ phlebotomandũ optime intueri: & sic cũ duobus illis digitis phlebotomũ ĩprimere secundũ ꝙ in vnaquaq; vena desiderat, vt habebis. Circa membrũ secundum scias ꝙ pueri non sunt phlebotomandi ante pubertatẽ: nisi nimia vrgẽte necessitate, vt si videres ex sanguine nimio aliquẽ suffocari: quod cogno-

sces per stricturā hanelitus, per venarum guidegi colli plenitudinē, per totius faciei ruborē, vel humorē, et plenitudinē, & per eius corporis habitudinē: Et tunc antequā ipsum phlebotomes: sic loquaris parentibus & amicis: Non dicatis ꝙ ego dem vobis cōsilium, ꝙ phlebotometur: quia hoc non dico: sed bene dico: ꝙ credo ꝙ phlebotomia sit ei necessaria, si uiuere debet: ꝙ si phlebotomatur, & moritur: per phlebotomiam nō moritur: sed si curat, ꝙ per phlebotomiā curatur: et si filius meus esset, eo ꝙ aliā viam nō video, ego facerē ipsum phlebotomari. Vos autem a vobis vel ab alio consiliū eligite: & sic debes tu dicere in oībus casibus timorosis: vbi cū timore est aliquid faciendum.

Item nō sunt phlebotomandi senes & maxime decrepiti: quanquā hęc regula habeat cōtradictionē: qm̄ aliqui sunt senes: quorū virtutes sunt quorundā uirtutibus iuuenum fortiores. Nō tn̄ sunt phlebotomādi ab ægritudinibus cōualescētes: & specialiter cum crisim bonā habuerint & cōpletam. Neq; mulieres pręgnantes: & specialiter in primis tribus mēsibus & tribus vltimis, quāuis quandā habeant plenam consuetudinē phlebotomandi ante vitā embryonis: & postea: neq; videtur eis nocere. Iuuenes quorū colores sunt albi & sunt pallidi, & pili barbę valde pauci & exiles, et venas habent graciles et occultas: nō sunt ad phlebotomandū apti. Nec hi in quorum corporibus sunt humores melancholici & crudi: & parū habēt de bono sanguine: nā pro thesauro in his sanguis ille modicus conseruatur. In hoc multū peccant Gallici: qm̄ cū pleni sint grossis humoribus & frigidis & corruptis, & phlebotomantur: & vident sanguinē putridū & corruptum: totū credunt multū bonum fecisse: eo ꝙ talē sanguinē abstulerunt. Et barberius dicit: uide quomodo tibi erat necessaria phlebotomia: oportebit cito iterū te minui de sanguine: qui toties ad barberium vadit ꝙ destruitur minuendo. Illi ergo melius est sang. seruare: & humores corruptos alijs modis euacuare. Non est etiā phlebotomia conueniens illis qui habent principiū cataractæ: nec aliqua sanguinis minutio: & maxime cū ventosis. Sed phlebotomia cōuenit in casibus superius nominatis: nā si homo multas comedens carnes: & multum bibens vinū, alijs maxime cōcurrentibus nō est securus: quin in eo ægritudines sanguineæ generentur: aut forte subita morte moriatur. Sed si phlebotomatur: potest sanitatē suā diutius conseruare. Similiter qui cōsueuit habere arthreticā sanguineā ante tēpus accessionis, si sufficiēter sibi minuit sang. dolorē, nisi aliud malū facias, non habebit. Hoc idem intelligas de ægritudinibus: quę ꝓpter abundantiā sang. veniebant. Illi aūt qui patiuntur synochā, adeo est phlebotomia necessaria: ꝙ si phlebotomatur ante quartū diem vsq; ad syncopim: aut oīno phlebotomia febrē tollit: aut adeo materiā minuit: ꝙ in putridā in cætero nō mutatur. Et si nō phlebotomatur sanguis in ipso ebulliens: aliqn̄ sursum ad pectus ascendit propter caloris augmentū in loco: & ꝓpter loci spatium in tanta quātitate colligitur ꝙ patiēs suffocatur. Aliqn̄ vena rumpitur in pectore vel pulmone: cuius cursus nō stringitur, donec patiens moriatur: nisi naturę faueat fortitudo: quę per fluxū nisi ducit sanguinē tēperate: quod quidē ægrum aliqn̄ liberat. Tēperate dixi: qm̄ aliqn̄ in nō phlebotomatis sanguis per nares tantus fit impetus: ꝙ ducit ad interitū patientem. Nō est ergo in synocha minutiōis sanguis excusatio: si ægrū phlebotomare poteris vllo modo: si nō opor-

E tet te febrē illā extinguere cū potu multæ aq̄ frigidę: q̄ qdē aq̄ frigida, nō aliud tibi nocere potest, quā febris tēpora prolongare. Et hoc vidit Rasis esse melius quā ęgrum morti dimittere sine ipsa. Sic etiā valet in synocho, si fiant ante quartum diē: qm̄ febris minuitur & accidentia. Sed in hoc debet aliquid de sanguine plus dimitti in corpore. ad regimentū tn̄ virtutis vt calori naturali sit pabulum: qui mēbra corpusq; a calore nō naturali defendit: & hoc multū bene cōsiderat Auic. In pleuresi si debita fiat phlebotomia: cū morbus aufertur et accidentia: qđ quidē, ut dicit Gal. est optima medicina. Valet etiā in oī apostemate calido, tam in mēbris exterioribus, quā in membris interioribus existenti. Valet etiā in squinantia sanguinea, imo necessaria. Valet etiā in spasmo ex repletione: ita ꝙ ibi sine medicina debet fieri: maxime si vulneris vel apo-
F stematis causa fiat. Generaliter adeo valet ī oī morbo sanguineo: ꝙ sine ipsa vix pōt cura fieri: aut nūquā.

Tertio scias ꝙ quāuis venæ q̄ bifurcantur a vena ramosa: q̄ de gibbo uenit hepatis, multipliciter diuidūtur: & diuersarū venarum iuuamēta ab aliquibus valde particulariter numerātur: amans breuitatē: nō ponam hic nisi venarū apertionē q̄ sunt in vsu: & specialia iuuamenta earū sunt brachij utriusq; tres in locis: q̄ de cōsuetudine minuūtur. Prima cephalica q̄ in duobus minuitur locis prope cubiti plicaturā aliquantulū supra, vbi necessariū est brachium supra ligare: & aliquantulū stringere: donec appareat: & oportet te large illam incidere: qm̄ eius stricta incisio facit vt plurimū apostema. Et oportet te cauere ne lacertum tangas: cui valde propinquū iacet. Item phlebotomatur inter pollicē & indicē in ipsa digitorū coniunctiōe pa-
G rum supra. Hęc vena phlebotomatur propter passiones capitis calidas: & etiā colli & mēbrorum: q̄ sunt a furcula gulæ superius. Basilica vero phlebotomatur in parte inferiori brachij vbi iacet: similiter apud cubiti plicaturam: & hęc est supra magnā arteriā: vel valde iuxta iacet quā sūma cura ne tangas tibi cauere debes. Et phlebotomatur inter minimū et annularem cuiuslibet manus supra craticulā. Cuius phlebotomia valet ad oēs passiones: quę sunt a furcula pectoris inferius: & ualet qn̄ fit per viā pręseruationis ad ęgritudines capitales. Ex ista basilica & supra dicta cephalica cōponitur mediana: quæ similiter in parte domestica brachij prope plicaturā brachij aperit: & tunc valde cauendū est: ne tāgatur aliquis duorū neruorum: inter quos iacet. Et eius minutio valet, cū totum corpus intendis euacuare. Valet igitur ad ęgritudines cor-
H dis & oīum membrorū pectoralium postquā fuerint cōfirmatę: qm̄ ante confirmationem minutio basilicę magis valet. Etiā ad ægritudines capitis incipientes: q̄ nondū fuerint cōfirmatæ: qm̄ post confirmationem: plus valet de cephalica, vt dictum est. Minutio vero ex vena pollicis valet ad ægritudines capitis: vt de cephalica a qua venit: sed minus debilitat: nec in eius phlebotomia cadit error. Quę vero est inter annularem & minimum procedens a basilica, phlebotomatur ꝓpter hepatis ęgritudines ex manu dextra: sed ꝓpter splenis ægritudines ex sinistra. In capite phlebotomatur vena frontis propter capitis ęgritudines: specialiter quæ sunt in occipitio: & etiā post confirmationē: & si sit ante quod ego iā ꝓbaui. aufert. n. aliqn̄ phrenesim: specialiter cū iā in capite tota materia cōtinetur. Et vidi mulierem quæ dolorem capitis ferre intolerabilē sustinebat, quā phlebotomaui, de manu.

nū.etiam purgaui, & nihil cōtulit: & erat in anteriori
parte capitis plus: et illa vena multū plus solito appa-
ruit: iussi ipsam venā aperiri: & subito est curata. Sed
cū eā vis phlebotomare: collū stringe: & secundū lō
gitudinē eam scinde. Hęc etiam uena sumitur aliqñ in
sūmo vertice: & valet vlceribus antiquis capitis vt
saphati, et tineę sanguineę: & maxime si caput ex egre
dicti lauetur sanguine. De venis tēporū. Venæ q̄
sunt in utrisq; tēporibus, minuuntur ꝓpter hemicra-
niam, & ægritudines oculorū: īmo habui iuuenem in
cura, qui assuete hemicrania de calida uexabatur: quē
purgaui pluries & phlebotomaui: qui si palliabatur,
et tñ nihilominus iterum vexabatur. Demū sibi arte-
riam incidi partis dolentis: & cauterizaui, ne solidare
tur vlterius: & tūc fuit curatus perpetuo. Similiter
venę quæ sunt post aures pustulis capitis & hemicra-
nię: cōferunt cum phlebotomantur. Incisio quoq;
venarum linguæ prodest squinātiæ, apostemati amy
gdalarum, & brachijs, pręcedēte minutiōe cephalicę,
& oculorum rheumati acuto, & prurigini, & pustu-
lis nasi, & scotomię quę fit ex sanguiue. aliqñ phlebo-
tomātur venę guidegi colli cum suffocatio ex sangui
nis timetur multitudine: & aliqñ ī quibusdā leprosis.
Venę quę fiunt in labijs inferioribus, minuātur ꝓpter
alcola calidum in ore, & ꝓpter apostemata & ægritu
dines calidas gingiuarū. In pedibus quidē multipli
citer tres venę phlebotomantur de vtroq; pede. vna
sub genu curuatura: quæ valet ad ęgritudines matri-
cis: & ad prouocandū menstrua: et valde fortiter eua
cuatur totū corpus. Alia est inter calcaneum & ca-
uillam in anteriori parte: & dicitur saphena: q̄ phlebo
tomatur propter causas matricis in muliere, & in vi-
ro pro apostemate testiculorū: pręcedente semꝑ phle
botomia basilicę ex opposito. De foris autem iacet
sciatica: quæ similiter phlebotomatur inter calcaneū
& cauillā deforis propter sciaticam: & curat eam: ac
si esset debitum, vt supra dictum est. Nota ꝙ qñ in
tendis in minutionē per idem uulnus iterare: qđ aliqñ
habet locum: qñ scilicet est te necessarium multū mi-
nuere, & nō audes: tunc fiat vulneratio magis lata, ne
cōsolidetur donec iterum mēbrum liges: & cum digi
to locum percutias: & facias iterum locū sanguinare.
Item ꝙ qñ vis materiam per phlebotomiā ad opposi
tum ducere, ꝙ tunc cum tertia pars sanguinis quantū
extrahere uolueris iam exiuit: ponas digitū supra vul
nus vt nihil exeat: postea ęgrum screare facias: postea
dimitte sanguinem currere: sicq; ter facies aut quater:
quia per hoc sanguis magis ad oppositum deriuatur:
& virtus ęgri plurimū conseruatur. Item nota ꝙ si
ęger in phlebotomia syncopizari solet: fiat phleboto
mia ipso iacente supino. valet etiam vt comedat ante
buccellā panis assi in vino positā granatorum. Oēs
venę debent secundum mēbri lōgitudinem vulnera
ri: licet contrariū ab aliquibus habeatur: saluo ꝙ si ue-
nę pedis essent ita graciles ꝙ per earum in lōgum vul
nera sanguis nō curreret: tunc esset necessarium eas se
cundū latitudinem vulnerare. Venę capitis a collo,
scilicet superius cum phlebotomari debent: oportet
collum stringere donec appareant: & teneri strictum:
donec sanguinis desiderata quātitas habeatur. Bra-
chiorū vero venæ cū phlebotomari debent: oportet
brachia supra locū phlebotomiæ p. iiij. digitos cum li
gatura stringere: neq; tm̄ stringatur vt faciunt quidā:
ꝙ ꝓpter stricturā brachij sensibilitas auferatur. Ve
nas autē manuū et pedum si vis phlebotomare: opor

A tet ī aquā ponere calidā: & per horā calefacere: & sup
cauiculā tā manus quā pedis stringere: & manū in aq
semper tenere calida, donec sang. quātūuis extrahat.

*De iuuamēto syciarum & sanguisugarum. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* *Cap. XVII.*

Sycia ponitur aliqñ sine incisione in ventris dolo
ribus ex ventositate causatis, ventositatē consu-
mens, est optima medicina. Ponitur etiā super vias
lapidis descendentis ex renibus, aliquantulū sub locis
doloris: vt lapidem inferius attrahat: quæ quātū lapis
infra descendit: tanto syciā inferius transmuta: donec
lapis ad cōcauitatem vesicę perueniat. Ponitur sub
mamillis ad restringendū sanguinem: tam de naribus
quā de matrice. Ponitur in uentris regione propter
B dislocationē matricis ex suæ dislocatiōis opposito: vt
si dislocetur a dextris, ponatur a sinistris, et ecōuerso.
Si descendit nimis: ponitur sub vmbilico in directo.
Ponitur super aurē ad extrahēdū granum vel lapidē,
qui inrrauit. Ponitur sup ani marginē: vt appareat
hæmorrhoides: quæ nimis in profundo latebant: et in
omnibus locis vbi magnā intēdimus facere attractio
nem. Ponitur etiam vtilissime supra morsum canis
rabidi, & cuiuslibet animalis venenosi.

Cū scarificatiōe ponitur in casu vbi phlebotomiā
timemus: & ꝓpter debilitatē: & proprietatē vt in pue
ris: quos post. iiij. annū scarificare possumus: cū phle-
botomia penitus denegetur: et specialiter cum sangui
nem, qui est sub cute, intendimus euacuare: vt in qui-
busdā cutis infectionibus. In specialibus locis scari-
ficatur: vt ī loco qui est in fontanella post caput inter
duas ceruices, ꝓ grauedine capitis: & passionibus ocu
C lorū super duo cornua retro pro tinea, pustulis, & vl
ceribus capitis sumendo pro maculis faciei & vlceri-
bus oris: & labiorū & doloribus dētiū. Dictum est
ꝙ sycia sub mento posita ducit aliqñ tantū in facie ru
borem: quod decet ne vlterius corrigatur. Ponitur
inter duas spatulas: & valet tremori cordis, & synco-
pi: quę nimia fiūt sanguinis plenitudine. Quæ vero
ponuntur in natibus: valent ad dolorem lumborū &
spinæ. Quę vero in poplitis plicatura, valet ad ęgri
tudines renum, matricis, & testiculorum, & omnium
membrorum nutritiuorum ex sanguine: sed multū
corpus euacuat: & valde debilitat.

Sanguisugę vero sanguinē plus quā ventosę at-
trahūt de profundo: quamuis
nō sicut phlebotomia trahāt. Et ponūtur in locis vbi
ponuntur ventosę. Harum quędā sunt malę: qbus
D nō est vtendū. Alię sunt bonę pręalijs eligendę. Malę
sunt nigræ colorem habentes mistū de diuersis colori
bus, grossa habentes capita: quæ de aquis putridis col
liguntur: quę super suis dorsis multā spumā habent.
Bonę sunt quę ventrem habent rubeū, dorsum glau
cum, paucis regulis viridibus mistum, parua habētes
capita, subtiles sicut cauda muris, aquis bōis vbi sunt
multæ ranæ collectæ, quæ antequā apponantur, per
vnū diem seruentur, et permittantur multū ieiunare.
postea detur aliquid sanguinis agni ad comedēdū: &
postea cum aqua clara lauentur: & cum apponere vo
lueris, locus fortiter fricetur vt rubeat. Deinde sicca
sycia appōatur, vt ibi sanguinem attrahat. postea lo-
cus cum sanguine vngatur: et sanguisuga applicetur:
quoniam adhęrebit. Cum autem illam vis auferre:
& insuffletur super eā baurach, vel cinis factus de pa-
pyro, de spongia vel de pāno, Et cum ceciderint: ite-

rũ ap ponesycciã, ut torum de loco attrahatur, qđ remãſit Sanguiſugæ nanq; ſic appoſitæ valẽt ſaphati, & omnibus puſtulis cutis, & infectionibus, & omnibus ęgritudinibus: quæ fiunt ex ſanguine corrupto.

*De iuuamẽtis cauterii. doc. tertiæ, trac. tertii.* Ca. XVIII.

CAuterium dicitur duobus modis. largæ & ſtricte. Large dicitur cauteriũ oĩs coctura, q̃ fit ĩ corpore humano: ſiue fiat are actuali vt ferro, vel auro, vel alio metallo, uel aq̃, vel oleo calidis, vel medicina cauſtica cõburente: ſiue ſit ſimplex vt cantharides, alliũ, cortices viticellę, tapſia, apiũ riſus, pes milui uitreolũ, calx, arſenicũ ſublimatum, & multa alia ſimplicia, et cõpoſita ex his facta: quorũ habebis copiã in antidotario. Stricte dicitur cauteriũ: qđ fit a ferro ſolum vel auro, argento, vel aqua, oleo ꝓpter cocturã artificialiter calefactis. Cauteriũ vero qđ fit cũ medicinis cauſticis: qđ habet potentiã cõburẽdi, dicitur cauterium potẽtiale: qm̃ calidum nõ eſt actu: neq; cõburit: niſi prius calor q̃ eſt ĩ ĩpo cõpoſitus a calore ſuppoſiti corpis moueat. Aliud cauteriũ dicitur actuale: eo ꝙ ipſum cõburit abſq; eo ꝙ in ipſo calor ſuppoſiti corpis opetur. De hoc actuali cauterio dicit Auic. ꝙ eſt medicamẽ valde nobile ꝓhibẽs: ne materia ſpargatur per mẽbrum: et ad cõfortandũ mẽbrum: cuius cõplexionẽ uolumus rectificare: et ad reſeruandũ materias corruptas in mẽbro cõtentas: et ad reſtringẽdũ fluxum ſanguinis. Per hãc deſcriptionẽ et auctoritatẽ colligitur: ꝙ cauterium eſt vnũ de magnis operibus & nobilibus chirurgiæ. Ratio quoq; dictat, & expetimẽtũ lõgis iã tẽporibus approbaui. Sed qm̃ phyſici, ſicut dictum eſt alibi: dimittunt oĩno inſtrumẽtũ chirurgicũ: ita ꝙ raro chirurgus rationabilis ĩuenitur: & laici operantes cauterio differentiã inter actuale & potẽtiale cauterium nõ diſcernũt. Et qm̃ particularia cõuenientia: qñ. ſ. & quomodo, & vbi, & in quibus debeat fieri, nõ cognoſcũt: ab aliquibus itaq; reprehẽditur: ꝙ quaſi omnino diſceſſit ab vſu. Et quia quidã facientes cauteriũ in nõ mundo corpore: ſed multis repleto corruptis humoribus: viderũt corpus per illud nõ mundificari: nec eius diſpoſitionẽ meliorari: ĩmo viderunt crus, vbi fuit factũ cauterium apoſtemari & inflari, & aliqñ cancrum ꝓpter humorũ corruptorũ influentiã generari: quare taliter ſunt terrefacti: ꝙ nunquã fuerunt auſi facere plus alibi: quãuis cõtuliſſet plurimũ ſi feciſſent. Alĳ uero medicamẽ cauſticum vt cantharides, q̃ ſunt multum apud quoſdã in vſu: in quibuſdã ſiccis corporibus et calidis poſuerunt: de cuius appoſitione nocumentũ manifeſtũ perpendunt: quare iudicãt nõ eſſe bonum: ꝙ vlterius poneretur: qui oẽs ſi ſcientiã haberent cauterĳ: et oĩa particularia cauterio pertinẽtia particulariter et ſubtiliter indagarẽt: ſicut dicit Aui. firmiter inuenirent. Scias ergo ꝙ cauteriũ eſt ſuper oĩa medicamina cõſumptiuũ: dũmodo ponatur vbi virtus eius poſſit cõſumẽdam matetiam ſuperare. Nã ſicut vides de igne: q̃ cocta cõſumit: quæ vincere poteſt: ſi tñ ponatur paucus in multis lignis viridibus: aliqñ fumũ in illis mouet lignis: & aquã inde extrahit: nec illã poteſt cõſumere, ſed extinguitur: ita ꝙ eſt cauſa ſuiipſius extinctionis. per eandẽ viã dicitur, et verum eſt: ꝙ ſol in æſtate minus nocet his: q̃ ſub eo iacẽt, dum capita caueant, quã in hyeme: eo ꝙ in æſtate diſſoluit complete, & deſiccat: ideo multum valet in hydropiſi, vt dictum eſt. In hyeme vero diſſoluit: nec materiã poteſt cõſumere, q̃

E mouetur: q̃ cũ remanet in corpore, facit febres, oppilationẽ, apoſtemata, catarrhum, & laxitudinẽ, & alia multa mala. Per hãc deſcriptionẽ Aui. De cauterio fuit apud antiquos dubium: vtrũ valeret ad rectificãdum quãlibet cõplexionem: & ad cõſumendũ quãlibet materiã: & videbaẽ ꝙ nõ: qm̃ omnis cura fit ꝑ cõtrarium: & ignis ſit vltime calidus: videtur ꝙ in complexione calida & ſic. tam ſimplici quã cõpoſita, non conferat: ĩmo malitiã debeat plus augmẽtare: qm̃ vt dicit Gale. Calidum additũ calido facit ipſum furere, & augmentari. Ad rẽ iſtam ꝓbandã vtrum conferat vel nõ: multa pro & cõtra, cõcurrunt fortia argumenta: quibus protinus breuitatẽ amantes: & ad puram deſcẽdentes veritatẽ, Dicimus ꝙ cauteriũ actuale, valet vt dicit Auic. ad cõfortandũ mẽbrum: cuius cõplexionẽ volumus rectificare: ſic ꝙ cõplexio illa ꝑ

F aliquã pręſentem materiã terminatur in malas diſpoſitiones alias. Si materia illa fuerit calida & ſic. tñ per remotionẽ illius materiæ cõplexio rectificatur: qm̃ remota cauſa, remouetur effectus. Et actuale cauterium illam deſiccat materiã, & cõſumit. & hęc eſt cura per cõtrariũ per viam remotionis cauſæ: ſicut per ſcamoneã remouemus tertianã purgando cholerã, nõ quia ſcamonea ſit frigida: ſed qm̃ habet proprietatẽ purgãdi choleram: quę tertianã tenebat in eſſe. Et cũ turbith curamus febrem phlegmaticã: nõ quia turbith ſit frigidum: ſed ſi ca. et ſic. materia ſimplex uel compoſita mẽbrum vel corpus aliquod aggrauaret, nõ valeret tũc cauteriũ: ſed in alĳs cõplexionibus frigidis & hu. ſimplici & cõpoſita: nõ dubium eſt: ꝙ illam rectificat vt cõtrarium & ei ꝓpria medicina. Et ſi fuerit ibi materia frigida & hu. cõſumit eã: dũmodo tanta non ſit:

G ꝙ virtus cauterĳ ſub illius multitudine materiæ ſuffocetur. De differentia vero vtriuſq; cauterĳ, actualis ſcilicet et potentialis, ſcias ꝙ actuale propter bonitatẽ ſuæ ſimplicitatis: & ꝓpter breuitatẽ ſuæ operationis: eſt nobilius & eligibilius. Nã tu ſcis ꝙ quãuis aqua ſit omni cõmiſto corpore frigidior: tamẽ plus corpus lęditur a multis cõpoſitis: quã ab aq̃, ſicut ab opio, mandragora, & alĳs ita frigidis. Ignis itaq; ꝓpter eius ſimplicitatẽ notabiliter operatur. Iterum qm̃ actu & natura calidum in cõtinenti ſuũ perficit opus: & vbi nõ inuenit materiã in qua agat, cito conſumitur: & cum inuenit nullã habens contrarietatem niſi materiã, unã ſolam facit operationẽ. ſ. conſumere. Medicina vero cauſtica, vt cantharides, quoniã corpus eſt cõpoſitũ & actu frigidũ, plus a noſtro calore patitur, in corpus agit: & in illa pugna quę eſt inter medicamina & mẽ-


H brum eſt cõis contrarietas. In qua quidẽ pugna tã corpus quam mẽbrum debilitatur. Item ignis dolorẽ nõ infert niſi in ipſa impoſitione: vel valde modicum vltra: nec propter eius ſimplicitatem: et citã eius actionẽ lædit: niſi mẽbrum tactu. Sed medicina cauſtica lędit: non ſolum mẽbrũ lęſum: ſed etiã ea quę a longe ſunt: propterea ꝙ in lõgo tẽpore operatur: & quantũ eius durat operatio, tantũ durant dolores. ꝓpterea in materĳs calidis & ſiccis nullo modo cõfert: quia materiã etiam ſi conſumeret, propter eius incõuenientiã & lõgam operationis morã cõplexionem mẽbri augmentaret. Sed confiteor ꝙ ſi corpus eſt bene robuſtum & forte, materia frigida & humida teneret aliqđ mẽbrũ in mala diſpoſitione, quia tunc cauteriũ cũ medicina cõferret illã materiam deſiccando. Multi quoq; peccant aliqñ in portãdo cauteriũ: qđ portant per annũ: alĳ plus: alĳ toto tẽpore: et hoc eſt malũ. Nã cauteriũ

valet

valet vt cauterium: nisi tm̄ quantū durat in eo virtus
ignea: & hoc duobus vel tribus mēsibus ad plus: sed
facit cauterizato loco violentiā, cum pala facit ī loco
dolorē: & nō solum mali, verū etiā boni currunt hu-
mores: mēbrumq; debilitatur: & sicut cōsueuerat ma
los & corruptos humores solum attrahere, nūc attra-
hit nobiliores: ita q aliqn̄ meliores. Sed tu non facias
cauterizato violentiā loco specialiter vltra terminū: ī
quo credis virtutē ignis esse cōsumptā. Itē nunquā
facies cauteriū ī corpore pleno: siue plenitudo sit bo-
norum humerorū, vbi plus noceret: siue fuerit corru
ptorum. In corpore tn̄ bonis humoribus repleto nō
cōuenit: qm̄ hæc plenitudo est vtplurimū sanguinea:
quæ sola phlebotomia curatur. Sic igitur facies: patiē
tem malā cōplexionē frigidam simplicē vel cōpositā
cum humiditate lōgo tēpore: quæ non corrigitur per
alia remedia materialia, cauteriza cum ferro calido, si
fuerit mala cōplexio illa supra totum corpus in fonta
nella sub genu cū cauterio punctuali. si fuerit ī vno so
lo mēbro, in fontanella illi mēbro supposita. Si ma
la dispositio corporis vel mēbri est cū materia, prius
cū medicina laxatiua illā euacua: et cōplexionē acqui
sitā materię rectifica. Quod si plene facere nō poteris:
cauteriza semper habēdo in mēte, q nō cauterizes cū
medicina potentiali: nisi in forti & robusto: et in mate
ria frigida et hu. Et quāuis, vt dictū est, cauterium cū
igne fit melius: sed in aliīs casibus uti ī cōplexione sola
frigi. et hu. sine materia: & in cōplexione ca. et hu. cali
da & sic. cū materia, semper fac cauteriū actuale: neq;
cogas illum vltra tres menses ad plus vigilare: sed di-
mitte illū sanari: dūmodo ad sanandū nullā facias me
dicinā. Si vero in tribus mensibus non videtur tibi
corpus bene mundū & rectificatum vel mēbrum: &
tn̄ cauterium cōtulit: tunc locū iterum calido ure fer-
ro: vel fac alibi cauteriū vt ī alio crure ver. gra. Si cau
teriū mēbrum in quo fuit nimiū aggrauauit. His om-
nibus cōpensatis potes vti secure cauterio: & erit tibi
tunc, vt dicit Aui. ad rectificādum cōplexionē mēbri
nobilis medicina: defendit etiā corruptionē ambula-
te. Nā si mēbrum inuenis, in viā corruptionis: vt cū
erysipelate māducatiuo, vel herpesthiomeno, vel for
mica ambulatiua, uel, vt breuius dicā, cū vulneris di-
spositione cuiuslibet corrosiui: & cauterium sapiēter
scis inter sanum & corruptū ponere locum: cauteriū
corruptionē intendere nō permittit. remouet etiā cor
ruptionē nobiliter. Nā vbicunq; sit corruptio nō est
nobilior medicina: quā illam totā cum ferro tangere
calido: quod Rasi teste oīa cōplet: sicut est superius de
claratum. Stringit etiā fluxum sang. qm̄ si sang. ex
magna vena vel arteria fluit. & alia nō cōferent medi
camina cōstrictiua: fortiter ignias cauterium: qđ sine
tactu pellis exterioris uel aliquorū mēbrornm sensibi
lium possit accedere ad venā vel arteriā incisam: & il-
lud fortiter imprime, grossam faciens crustā. Restrin-
git optime sang. qui fluebat. Vera est ergo Aui. discre
tio: si quis sciuerit cauterio cū suis cōsideratiōibus ope
rari. Et qm̄ prout nostra importat imperitia: de cau
terio quasdā satis regulas diximus generales. Nūc ad
particularia cauteria, pūt diuersis cōpetit locis & mor
bis breuiter descēdamus. Scias ergo q cauteria fiūt
plurima in diuersis partibus corporis. & secundū di-
uersitatem locorum diuersę formę conueniunt instru
mentorum: & modus varius imprimendi. Formæ
vero cauteriorū quanquā secundū Albuc. ualde mul
tiplicētur: cōsequenter bonum esset illos omnes repe

A tere: tamen quia liber iste breuitatē diligit: prout pote
ro reducā omnes cauterīȝ formas ad. x. quas hęc vide
re poteris depictas & signatas. Primū quod est ma
gis cōmune & magis in vsu dicitur anodulum seu pū
ctuale: & est instrumentū quod ponitur per vnum fo
ramē quod est in alio ferro plano quod nō calefit: &
est ita factum: q ferrū frigidum nō permittit calidum
vltra intrare. nisi secundū q medici placeat volūtati.
Ferrum enim quod calefit, habet vnū additamētum
paruū ad voluntatem medici sic. E. Ferrum planum
in quo intrat illud additamentū: & frigidum ponitur
supra locū cauterizandū: & est sic factum. F. Addita-
mentū est calidum donec albescat & pījciat scintillas:
& imprimitur in foramine instrumēti lati supra mem
brū: & facit ibi vesicā: qua remota remanet ibi vlcus.
Iste vero debet esse motus. Facto cauterio ponitur ibi
B axungia antiqua vel butyrū: vel axūgia pistata cum
folijs caulium: qđ est melius, donec crusta cadat, quā
calidum facit ferrū: postea ponitur ī vlcere pilula par
ua facta de panno lineo & rotunda satis dura, quę vn
gitur in sagimine vel oleo. Supra pilulā ponitur foliū
caulis rub. vel vitis vel ederę arboreę: qđ alijs est me-
lius: et quantū placet dimitte operari. Secundū cau
terium rotundū: & hoc nō habet additamentum: ita
longū quod est necessarium: qn̄ solā cutem vis tange
re: timens ne neruū tangas. Et habet locum cū mēbrū
neruosum vis cauterizare: & est sic factū. N. vt possit
a duobus cauterizare capitibus: secundū q magnam
vel paruam desideras cocturā. Tertium cauterium
est pūctuale seu radiale: & est necessarium vbi valde
stricte volueris facere cauteriū vt in pilis: & sic est fa-
ctū. B. Quartum cauterium est ualde cōe: et dicitur
C cultellare: et est necessarium cū longā vis facere coctu
rā: ut per trāsuersum capitis: et qn̄ vis vlcera rotunda
cruris ad formā reducere longā: & est sic factum. A.
Quintū uocatur subtile: et hoc est necessarium ad co-
quēdum fistulas pfundas oculi et malā carnē existē-
tē in naso: & ponitur per vnā cānulā factā vt audies:
et est sic factū. G. Hoc subtile calefit: & calefactum po
nitur ī cānula sic. Istud qđ superat cānulā cauterizat:
et loca alia cānula q̄ frigida est a læsione defendit. H.
Sextum dicitur dactilare: eo q est factū ad formā os-
sis dactylorū: et cauterizatur inde ancha: et est instru-
mētum factū sicut vna tabula ad formā iuncturę an-
chę magnæ: & habet. v. eminētias: sicut ossa dactylo-
rum factas: quarū vna est in medio, duę superius: una
inferius: vna ab vtraq; parte siue latere sic. M. Ita qn̄
calefit instrumentū hoc: ponitur supra anchā mediā-
D te vna tabula superius posita facta secundū mensurā.
v. eminētiarū apposita pforata: et q tabula ista sit fri-
gida: et est sic facta: L. & fiat in vna īpressione. v. cau
teria sup anchā: ita q duo sint ex parte superiori iūctu
rę, duo a lateribus et vnū vere supra ipsam iuncturā:
& aliud in pte inferiori. Septimū uero cauteriū dicī
tur triāgulare: p qđ possunt fieri tria cauteria vno ta-
ctu: et habet similiter locū in ancha: et est sic factū. O.
Octauū dicitur acuale: eo q aliqn̄ fit cū acu: & habet
locum ad cauterizādū in palpebras. de qbus pili sup-
flui sunt euulsi: et est factū sicut acus sic. I. Nonum
cauterium dicitur linguale: et est factum sicut vna lin
gua sic: et habet locum ad cauterizādū carnē supfluā
palpebrarū. P. Decimū cauteriū valet ad sectionē:
& fit cū tenaculis pforatis: in qrū foraminibus possit
intrare instrumētū acutū habēs fenestrā ut acus: et for
ma tenaculę est sic facta. K. Et forma acus q habet in-

trare ꝑ foramĩa tenaculę est sic facta. I. Et pellis apprehẽdere cum tenaculis frigidis: et vbi volumus sectionẽ ponere ĩter tenaculas, pellẽ illam stringimus: & ferrũ calidũ per tenacularũ foramina inijcimus: & pellẽ cõburimus a tenaculis cõprehensam. Deinde chordã lenẽ filorum factã in sanguine tinctã mittimus in foramine, & chordã ĩ duobus capitibus postea nectimus, & dimittimus donec volumus sigilare: hoc est multum cõe cauteriũ: & habet locũ in ore stomachi super hepar et splenẽ et testiculorũ bursam.




Visis formis instrumentorum & eorum positis nominibus ad quid & vbi & quando debeant fieri particularia cauteria uideamus. In antiqua cephalea quando purgationes per medicinas laxatiuas: per gargarismata, & sternutationes, clysteria: & alios modos euacuandi: & per emplastrationes, et inunctiones & embrochationes, non remouẽs dolorem: & in epilepsia, & paralysi, tremore, & stupore, et in omni ęgritudine neruosa per vitium capitis veniẽte in antiquis oculorum doloribus, & rubore, in antiquis aurium, & narium ægritudinibus, in antiqua tussi, & fluxu vẽtris: quæ propter catarrum accidit a capite venientem, vbi perfecte prædicta remedia non curant. Fiat vstura cum cauterio cultellari in capitis fontanella, vbi posita palmæ radice super nasi summo maior digitus terminabit: vbi raso prius capite cultellari cauterium adeo ignitum, vt proijciat scintillas, & albescat: secundum transuersum capitis imprimat: non tamen tam fortiter nec tandiu, ꝙ possit inde cerebrum inflammari: sed cito fiat impressio: citoq́ ferrum calidum subleuetur. Et postquam eschara secundum doctrinam tibi traditam ceciderit: si os detectum fuerit: bene quidem: si nõ: tunc itera cauteriũ sed leuius: cũ inde nullã sentiat læsionẽ. Pone iterum axungiam cũ caulibus donec eschara tota cadat: & os fuerit spoliatum siue denudatũ. Nã tunc aliqua pars ossis exfoliabitur: & per virtutẽ ignis materia sub craneo cõtenta euaporabit. Hoc nanq́ cauterium teneatur apertũ cũ corpusculis duris: donec totũ cõseq̃ris effectum. Q̃ si nõ valet antequã potentia cõsumatur: ignẽ iterum renouabis: quoniã tuã ad finẽ facies uoluntatẽ. Cum hoc cauterio celebrato curaui mulierẽ: quæ. viij. annis fuerat sine voce: nec valuerunt mihi euacuatiões, vnctiones, vel alia remedia ad curę perfectionem, donec prędictum cauteriũ fecit opus. Nã antequã illud cauterium clauderẽ: mulier habuit claram vocem. perdiderat enim uocem ex antiquo catarrho a capite descẽdente. Curaui etiã plures ab antiqua tussi & longo fluxu ventris: quorum causa fuit rheuma. Est etiam bonum in antiquis prędictis ægritudinibus si caput plenũ esse sciueris: vt fiãt cauteria rotũda ꝑ vnũquodq́ duorum cornuũ capitis. Fit etiam cauterium cum cauterio rotundo: ita ꝙ sola cutis tangatur superiori in fontanella colli sub occipitio: & etiã ponitur ibi secto. Et multum valet ad ægritudines oculorum & capitis nominatas: quamuis caput non tantum euacuet sicut prius. Fiunt etiam cauteria in collo inter spondylem & spondylem, cutem superficialiter tangẽdo, quando spasmum timemus ex plenitudine venientum. Et multum valet in pręseruatione, quando quis est in neruis vel capite vulneratus. Nam materia propter hoc consumitur, per quam neruorum inanitio expectatur. In fontanella sub auribus fiunt cauteria rotunda proter oculorum ægritudines, & dolores dentium: immo sola cartilago quæ in aure per trãsuersum extenditur: cauterizata solet dolorem dentiũ remouere. Superflua caro quę est in palpebris cum cauterio lĩguali cauterizata successiue super palpebrę grossitiem cauterium apponendo: ita tamen ne naturalem tangat substãtiam palpebrarum, curatur: & cũ cauterio punctuali successiue tãgetur caro superflua: quæ in angulo nascitur oculi: donec totum superfluũ auferatur: & cum actuali cauterio locus pungitur: vbi pili palpebrarum sunt euulsi. Caro superflua quæ

quę ĩ naso cõsurgit, cauterio remouet acuto siue pun ctuali carnem illã successiue tangendo: donec tota superfluitas sit remota. Quãdo vero est caro ꝑpe valde supra nasi carũculas ĩuiscata: oportet cauterio vti sub tili per cãnulã: vt radicẽ superfluę carnis cum ferro tãgas: vt per cãnulã parietes nasi nõ lędantur. Fit etiã cauteriũ rotundũ sub mento: quod parũ imprimitur ꝓpter infectiões cutis faciei, vt saphati, & pustulas, & ꝓpter ęgritudines oris & dentiũ. Fiunt quoq; duo cauteria ĩ vnoquoq; brachio humeri ex pte exteriori supra adiutoriũ in fontanella sub magno musculo cũ cauterio ad nodulum: & valet multũ ad ęgritudines: q̃ sunt ĩ posteriori parte cerebri: ut lethargiæ antiquę, difficultati motus colli. miro.n. modo mũdificat neruos colli. Aliud fit ĩterius ĩ fontanella sub magno musculo similiter ad nodulum: et valet ad ęgritudines cerebri anteriores, vt scotomiã, vertiginẽ aquam descẽdentẽ ad oculum, debilitatẽ visus, & ad oẽs ęgritudines materiales oculorũ. Fiunt etiã cauteria cultellaria supficialia ĩter digitum & digitũ ĩ chiragra. Fiũt cauteria in pectore cũ cauterio rotundo: et parũ ĩprimitur, ꝓpter asthma. Aliqñ põitur seto sup oĩa ossa pectoris apud radicem superioris furculę propter dyspnœam. Itẽ ĩ pectore fiũt aliqñ cultellaria cauteria inter costã & costã, ꝓpter empyima. Fiunt cauteria pũctualia ĩ spina, ꝓpter gibbositatẽ: & propter dolores antiquos. Itẽ fiunt cauteria cum ĩstrumẽto rotũdo sup stomachi regionẽ. Aliqñ ponitur sup os stomachi seto, ꝓpter stomachi longã debilitatẽ. Et fiũt cauteria sub umbilico & super hepar, ꝓpter colicam: ꝓpter ęgritudines hepatis et splenis: et, ꝓpter hydropisim. Et fiũt oĩa ista cauteria istorũ locorum melius cũ setone. Fiunt etiã duo cauteria in duabus anchis, ꝓpter dolorẽ ancarum, sicut superius est declaratum. Fiunt duo cauteria cũ cauterio rotundo, qđ parũ imprimitur sub duobus poplitibus propter dolorem genuum testiculorũ, & matricis. Fiunt duo cauteria ĩ duobus fontibus sub genu cũ cauterio ad anodulũ: q̃ valent ad remouendũ debilitatẽ totius corporis: q̃m multum oẽs partes superiores euacuant: adeo ꝙ plures vidi, q aliqbus plenis humoribus faciebant ibi cauterium ante purgationẽ: vnde, ꝓpter nimiam humorum defluẽtiã crura tumebãt: adeo ꝙ locus cauterizatus corrumpebat: & cancer ibi fiebat: qui difficile curabatur. Sub pedis cauilla, & supra calcaneum fit cauteriũ propter ægritudines genitaliũ, tã in mulieribus quã in viris: & inter digitum & digitũ, ꝓpter podagrã sicut ĩ manu diximus de chirurgia. Et nota ꝙ si tu purgasti aliqđ corpus, ꝓpter aliquã antiquã, ægritudinẽ pluries: & nõ cõualuit: postea fecisti cauteriũ, et nõ cõualuit: nec, ꝓpter hoc desperes: sed ipsum bono & largo rege regimine: si debet ęgritudinẽ augmẽtare. Postea cõfortato corpore redies ad purgationẽ: & vltime cauteriza: & cauterĳ tempore cibis bonos humores generantibus ęgritudini cõtrarios ipsum rege, & viriliter age: donec tuũ cõsequaris propositũ. Nã sic faciẽdo: tu debes oẽm curare morbum. Sed quid multi faciunt: dant ĩ antiquo morbo vnã medicinam: & si plus dant, & nõ videatur cõferre: cadunt in lassitudinẽ, et dimittunt: & si plus dant, nõ ĩponũt spatium mittendi: sed cõtinuãt: donec ęgrũ ad perditionẽ perducunt. Gal. vero dicit ꝙ magnus pudor est medico qñ nõ scit ęgro succurrere, qñ morbus diutius prolõgatur. ĩ pacutis nõ est ita pudor: q̃m natura ibi cito deficit; q nõ potest morbi fortitudinẽ sustinere.

A Fit etiã cauteriũ super carnẽ corruptã donec successiue corruptũ totaliter auferatur: & ĩ hoc cãu possumus vti: & est valde bonũ oleo feruenti: qđ super corruptionẽ spargamus: ita tñ ꝙ loca sana oleum nõ attingat. Et hi modi auferẽdi corruptionẽ: sunt nobiliores quã qñ aufertur cum cauterio uel caustica medicina. Et cũ medicina caustica volueris operari, ꝓcede secũdũ doctrinã q̃ tibi dabitur ĩ antidotario huius li.

*De cura combustionis ignis, aquæ calidæ uel olei. doctrinæ tertiæ, tractatus tertii.* Cap. XIX.

MEmbrũ ab igne aqua vel oleo cõbustum vna duarum indiget intentionũ. Vna est in principio antequã locus cõbustus incipiat vesicari: & tunc medicinis indiget multa frigiditate participantibus. Postquã autem locus est vlceratus: quoniã tu a princi
B pio nõ fuisti: aut q̃m lęsio fuit magna, q̃m membrum ab vlceratione defendere nequisti: tunc medicina ĩdiges minus frigida, sed plus sic. cuius siccitas sit styptica nõ corrodens. Medicinę simplices in primo cãu valentes: sunt acetũ, & oẽs species luti, & marmor tritũ, oẽs sanda. sola. aq̃ ros. aqua cucurbitę, virgę pa. & oĩs aquę. & herba frigida. Cõpositionum bonũ est vnguentum factũ de oleo ro. cum vitel. ouorũ. Item lentes excorticatę cum oleo ro. et vitel. ouorũ. Itẽ bolus ar. cum aceto: & hic oĩa superponantur frigida: & sępius renouẽtur: ne accidẽtalis caliditas plus ad vesicãdum faciat: quã frigiditas possit defendere. Medicinę vero quę valent in cãu secundo: sunt vnguẽtũ de calce, qđ sic fit. Re. calcis vi. bñ coctę: quę fuit de duro lapide: & abluas illã de aq̃ frigida: donec tota sua acuitas auferatur. postea cum oleo ro. et pauca cera fac unguẽtum. Hoc etiã aliter fit secundũ Rasis. Re. calcẽ,
C et pone in aqua frigida: & dimitte per magnã horam cal. residere. postea aquã abĳce: & calcẽ solã dimitte. et cum oleo ro. distẽpera: et fac vnguẽtum. Vnguẽtum vero Rasis de cerussa: qđ põitur in antido. quod valet ad oĩa vlcera ca. et excoriationes valent vltimę in hoc casu. Ita per illud vnguẽtũ excusor ab alĳs: valet ante vesicationẽ: quoniã prohibet: et valet consolidãdo: postquam locus fuit vlceratus. propterea nõ alias ponam vlterius medicinas.

Prefatus oĩum bonorum Deus: cuius nomẽ sit benedictum in secula: tertium tractatum huius libri cõpleuit feliciter sua plenissima charitate: et cuius confidentia quartũ audeo inchoare, petens ab eo iuuamẽ, ut mihi peccatori subueniat: qui filium unicũ pro peccatorum iuuamine voluit immolari.

D
## Tractatus quartus de algebra: et continet duas summas siue doctrinas.

## Doctrina prima tractatus quarti continet septem capitula.

*De fracturis ossium sermo generalis. doctrinæ primæ, tractatus quarti.* Cap. I.

OSSA diuersis modis frãguntur: & licet Auicẽ. in suo capitulo generali ponat nomina fracturarũ: & sit eius intentio in illo generali capitulo. de fracturis omnibus comprehẽdere: nos de fracturis sumus sicut possumus expediti: reducam omnes alios modos fracturarũ ad tres: et sub illis

omnes notare modos alios laborabo. Os aliquãdo
frãgitur ex trãſuerſo æqualiter: ita ꝙ in fractura nullũ
ab oſſe fruſtulũ ſeparatur: & vocatur fractura æqua-
lis. Aliqñ in frangendo os cõtunditur & mollitur: &
inde fruſtũ uel fruſta ſeparãtur: et tũc fruſtalis dicitur:
vel ab aliquibus petialis. Aliquando vero nõ ex trãſ-
uerſo: ſed in longũ rũpitur ſeu ſcinditur: & tunc aper
tura dicitur uel ſciſſura. Iterum oſſa hic q̃ frãguntur
aliquando ſola ſunt: vt in adiutorio & coxa: aliquan
do ſocium habẽt: vt in brachio & in cruce: in quibus
locis aliquando franguntur ambo: aliquãdo tantum
vnum. Item hic aliquãdo franguntur ad interiora
membri: aliquãdo ad exteriora: aliquando cum vul-
nere vel carnis contuſione: aliquãdo non. Item ali-
quãdo cum apoſtemate & dolore: aliquãdo ſine apo
ſtemate & dolore. Quæ omnia ſicut diuerſificãtur in
diſpoſitionibus: ſic & in earũ curationibus diuerſifi-
cantur. Generalis regula in cura rupturę oſſium eſt
talis intentio: vt quãtum citius et firmius et pulchrius
poteſt, ad ſtatum & ad figurã priſtinam reducantur.
Secundũ, intentionem accidentia impediunt aliquan
do ſicut apoſtema, dolor fortis, vlcus, fruſtulum pun
gens, caro cõtuſa: quæ omnia nos cogunt reductionẽ
differre, donec accidentia deleantur. Propter hoc di-
xit Hippo. ꝙ nõ rectifiectur fracturæ vel dislocatio-
nes ante ſeptimum diẽ. Sed Gal. uidit eſſe melius: vt in
cõtinenti fiat, dũ modo nullũ ex prędictis impediat.

Signa fracturę oſſis ſi ſunt ſecũdum latitudinẽ ſunt
ſatis manifeſta ſenſui: nam via manifeſta vi-
detur membri in aliquibus plicatura: & forma diuer-
ſa: & licet forma nõ diuerſetur in principio, vt per vi
ſum ſcire nõ poſſis: per tactum manifeſte ſentitur. Nã
cum ſupra os fractum ſapienter manũ comprimis: tu
ſentis oſſis diſiunctionẽ cum tactu: & audis ſonũ cre-
pitantis oſſis: cum facis cũ manibus, ꝙ capita oſſis fra
cti adinuicem confricentur. Cum vero fractura eſt
petialis ſeu fruſtalis: tunc ſentis cum ruptura petiã ſeu
fruſtulum: quod nõ eſt in ordine: ſed carnem fractam
ſtimulat circundantem: & ſuper locum fractum ęger
ſentit puncturã, maxime ſi manum cõpreſſeris ſupra
locum. Ruptura vero per longũ magis eſt occulta:
tamen cognoſcitur eo ꝙ mẽbrum ingroſſatur in pro
fundo: & ꝙ etiam ſentis oſſis innaturalem groſſitiem
cum tactu: & cum æger cum membro laborem non
ſuſtinet conſuetum.

Curatio Cognito ergo ꝙ os eſt fractũ: ſi eſt ex trãſ
uerſo membri: & ſi nõ ſit ibi petia ſiue fru
ſtulum: quod debeat remoueri: partes oſſium cõiun-
ge, vt recte ſe opponant: vt priſtinam formã mẽbrũ
recipiat: & figuram: & cuncta fac per ordinẽ: quæ di-
centur in particularibus cuiuſqꝫ membri reſtauratio-
nibus huius tractatus. Si vero eſſet ibi fruſtulũ car-
nem pungẽs ſegregatum ab alio, vide ſi ſe firmiter te-
net: & ſi ſic, conare illud comprimere ſuo loco: & cõ
duc & liga: vt illud fruſtulum oſſis cum ruptura alia
ſolidetur. Nam hoc melius eſt, quã fruſtulum ab alio
remouere. Si vero adeo parũ ſe teneret cum ſano;
ꝙ nõ poſſet vlterius ſolidari: nec etiã ad locum vnde
ſeparatũ fuerat, poteſt reduci: ſed carnẽ ſtimulat mu-
ſculoſam; ita ꝙ dolorẽ facit continuum; qui cauſa eſt
ꝙ loco ſuperueniat apoſtema: tunc eſt tibi neceſſariũ
ſuper locum carnem incidere: & fruſtulum pungens
cum inſtrumẽtis chirurgicis remouere: & demũ os re
ducere: & membrum curatur, ſicut curantur mẽbra
quibus vulnera ſuperueniunt cũ fractura: ſicut in prę
E cedenti trac. primo proprio capitulo continetur.
Q; ſi cum fractura oſſis eſſet magna carnis concuſſio,
tunc nullomodo mẽbrum liges: donec illa concuſſio
fuerit penitus confirmata cũ oleo roſ. & puluere myr
tyllorum ſecundũ ꝙ ſuperius habuiſti. Nam ſi carnẽ
concuſſam ſub ligatura dimitteres, neceſſario corrũ-
peretur: & putreſceret: & eſſet cauſa cum qua corrũ-
peret totum mẽbrum. Item ſi eſſet ibi dolor fortis
aut apoſtema: prius debent ſedari. quã membrum fra
ctum cum ligaturis ad fracturã pertinentibus cõſtrin
gatur. Immo ſi mẽbrum fractum eſſet modo debito
ligatum, & fortis dolor, vel calidum apoſtema ſuper
ueniat, aut pruritus intolerabilis: cogitur medicus mẽ
brum ſoluere: & accidentibus illis ſuccurrere, mem-
brumqꝫ ſolutũ dimittere: donec accidentia ſint remo
ta. Sedat igitur medicus dolorẽ cum vnctiõe cũ oleo
F roſ. calido, poſtquã mẽbrũ ſoluis, apoſtema remoue
ſecundum ꝙ ſuo capitulo: eſt ſuperius declaratum.
Prurítũ remoue: mẽbrum cum aq̃ calida: vbi parum
ſalis fuerit embrochando. Cum autem hæc omnia
ceſſauerint accidentia, ad membri redeas ligaturam.

Diæta. De diæta tam fractorũ quam dislocatorum
quicquid dicant alĳ: ſcias ꝙ in principio eſt
ei ſubtilis diæta neceſſaria: vt ſit ſemper tua intẽtio cũ
diæta & alĳs apoſtema calidum prohibere: quoniam
non eſt res quæ tam cito apoſtema calidum auferat,
quam vinum & carnes: quæ quidem vt dictum eſt a
pluribus conceduntur. Sed tranſacto tempore curſus
humorum: & quando eſt ab apoſtemate ſecurus: des
ei bonas carnes & viſcoſas: vt pedes & vẽtres anima-
lium, & pulres de tritico, & vinum rubeum: vt liga-
mentum poſſit fortius generari.

G *De fractura oſſium faciei. doctrinæ primæ, tractatus quarti.* *Cap.* II.

NAſus aliquando frangitur: & aliquando com-
primitur, quibus ſi cito ſuccurratur, reſtaura-
tionem recipiunt & ſanitatem. ſi autẽ non: oportebit
ſic in perpetuum remanere. Tu autẽ ſic facias. mitte
digitum ſiniſtræ manus indicem vel minimũ vſqꝫ ad
locum fracturæ per vnã ex naribus per quam magis
poſſis accedere ad fracturam: & manum dextram ex
parte ſuperiori cõprime ſuper fracturã. ita ꝙ cum di-
gito eleuato: et manu comprimẽdo, reducas os in lo-
cum ſuum: quo reducto, fac lichynium vnũ forte: ta-
le ꝙ poſſit intrare narem: et tam longum quod ſupra
fracturã attingat. Et illud lichynium cum cera calida
in qua parum ſit de ſubtili puluere maſtic. & ſan. dra.
H cooperi faciens, inde ſicut candelam, quæ ſic præpa-
rata ponatur in naſum. Supra vero pone unum de cõ
ſolidatiuis quæ dicentur in fine. Circa vero non negli
gas defenſiuum ponere: et naſum liga cum plumaceo
lis poſitis hincinde: & ſecundũ infra & ſupra: ſicut di
citur in ſecundo trac. capitulo. de vulneribus faciei.
Si vero non poſſes ĩmittere digitum: fac tentam de li-
gno: & ipſam cooperias de pãno lineo vetuſto: et vn
ge illam in oleo roſ. & ponas illam in nare loco digiti:
& naſum cum ipſa ad ſuperiora eleua: & cum manu
alia ſuperius cõprime: donec reducas os in loco pro-
prio. quod fractum fuerat vel plicatum. De diæta
vero et de phlebotomia, vel ventoſitate, clyſteri, vel
ſuppoſitorio, facias ſicut tibi videbitẽ expedire. Re-
tine ſemp in mẽte tua regulas ſepæ ſuperius repetitas.

Curatio mandibulæ fractæ. Si vero frangitur man
dibula: tunc ſi ſiniſtra ſit fracta, appone di-
gitum

gitum indicem et impudicum ſiniſtræ manus in os: et
ſupra eleua os quod eſt ad interiora plicatum ſeu fra-
ctum: & cum manu dextra cõprime ſupra: et ita cum
duabus manibus æqua. Et ſi mandibula dextra fracta
fuerit: impone digitos dextrę manus in os. Facta re
ductione ſicut ſcis: quoniã dentes lęſę mandibulæ poſ
ſunt cum ſanis dentibus coniungi: tunc liga cum forti
filo incerato dentes partis ſanæ cum dentibus partis lę
ſę: ſicut fit ſępe filum inter dentem & dentẽ multiplici
ter inuoluendo. Poſtea pone ſupra vnum de conſoli
datiuis: & liga taliter: ꝙ ligatura tendat ad partem po
ſteriorem capitis. firmiter torqueatur ad collũ prope
caput: et redeat ad frontem. poſtea retorqueatur ad lę
ſam mandibulam: ita ꝙ vna ligaturæ inuolutio ſem-
per aliam firmando ſuſtentet: donec mandibula per li
gaturã ſit bene firmata. Patiẽs comedat cibum ſor-
bilem ne ſit ei neceſſarium maſticare. Fractura uero
in facie, quoniam oſſa ſunt ibi mollia, debet ĩ diebus.
xx. vel paucioribus reſtaurari.

*De fractura furculæ pectoris ſiue gulæ. ſecundæ primæ, quarti tractus.* Cap. III.

FVrcula gulæ quę a quibuſdam dicitur patena: ab
alijs gulæ cathena: aliquando frangitur: et cũ neu
tra partium fractarum deprimitur: cura eſt leuis ſatis.
Sed cũ pars fracta valde deprimitur, ita ꝙ caput par-
tis vnius deſcẽdit ſub capite partis alterius: tunc eſt re
ductio difficilis. Cum autem neutra pars deprimi-
tur nõ eſt tibi neceſſarium pręhabere plumaceolũ de
ſtupa bene factum: & madefactũ in albumine oui: qđ
ponas ſupra locum, et locum firma cum ligatura: ma
numq; lateris illius ponas ad pectus: & brachiũ ad col
lum liga: ſub titillico ponens pilã pannorum: & tali-
ter firma brachium, ꝙ humerus nõ poſſit ad partem
furculę declinare: & ſic obſeruetur, donec furcula re-
ſtauretur. Si uero foret ad interiora depreſſa: tũc eſt
neceſſarium vt miniſter alium brachiũ cum humero
eleuet, & extendat: & fortiter teneat: & alius ad cõtra
rium ceruicẽ trahat, & caput: & medicus cũ manibus
locum trahat: & æquet os in ſuo ſchemate. Deinde ha
beat petiam panni in medicina cõſolidatiua intinctã.
& ex ea totam circundet pro poſſe rupturã: & ponat
faldellas ſtupeas cum ouo. deinde ſupra ponas haſtel-
las ĩ cruce poſitas: & liget caute: manumq; & brachiũ
liget ad collũ: vt ſupra ſicq; ligata ſeruetur donec ple
nariæ reſtauretur.

*De fractura ſpondyliũ, & coſtarum. doctrinæ primæ, quarti tractatus.* Cap. IIII.

SPondyles propter eorum paruitatem & fortitu-
dinẽ non franguntur: ſed propter percuſſionem
fortem conteruntur: & propter eorum trituram mo
leſta ſequuntur accidentia. maxime cum ſpõdylibus
accidit colli propter nuchæ læſionem: per quam cere
brum compatitur vt ſciuiſti. Si ergo in caſu iſto vi
deris mala accidentia, fuge. Sin autẽ, conare reſiſtere,
ne ſuperueniat apoſtema, cum infuſione olei roſ. cali
di: & ſuperpone terebin. laua tam cum pauco maſti-
che, donec locus vbi fuit percuſſus, ſit firmatus.

Coſtarum numerũ audiuiſti: ſciuiſti quoq; ꝙ. vij.
ex. xij. ex vtroq; latere ſunt completę,
quæ firmum a duobus eorum capitibus habẽt ſitum.
Aliæ vero. v. diminutæ dicuntur: quæ firmã non ha-
bent cohęrentiam niſi retro: ſed ante motui vẽtris ce

A dunt: q̃re ſi coſtis maioribus accidit percuſſio vel ho-
mo ſupra rem duram fortiter ſuper coſtas ceciderit:
frangi poterunt et plicari. Sed ſi ſuper falſas coſtas ce-
ciderit: vel percuſſus fuerit, mẽbra interiora ſub ipſis
contenta læduntur: potius quam coſtis illis accidat
vt frangantur.

Signa per quę coſtam ruptam cognoſces ſunt: ꝙ ſi
manum poſueris, & leuiter palpaueris, locum ruptũ
inuenies: & coſtæ ſonum audies crepitãtis:ægerq; mu
tat anhelitum: & intus in latere dolorem, ſentiet pun-
gitiuum: ſed hic vltima ſigna plicaturæ coſtæ cõmu-
nicantur, & fracturæ.

Coſtæ fractę reſtauratio difficilis eſt: quoniã vt plu
rimum cum frangitur, ad interiora pars una plicatur:
quã eſt difficile ad locum debitum eleuare. Nã quam
uis quidam in hoc dixerint caſu: ꝙ æger cibos come-
B dat inflatiuos: vt inde generata ventoſitas coſtam ad
ſuperiora redire compellat. Et alij dixerunt appo-
nendo ibi ventoſam: cuius attractione coſta ſuperius
educatur: tamen plus timemus nocumentũ quod per
hæc omnia poteſt accidere: quam de ipſorum iuuami
ne confidamus. vnum nanq; ipſorum. ſ. primum cali
dum generat apoſtema. Secundum etiam non tantũ:
ſed plus etiã humorum ad locum attrahit, quã opor-
tet. Tu autem ſic facies. Si ęger plenus eſt: fac ipſum
de baſilica minui alterius lateris. poſtea de eodẽ. Si ve
ro non eſt plenus: ſufficit de eodem. Deinde vnã tua-
rum manuũ vnge viſco, terebin. vel pice: poneſq; ſu
per coſtam depreſſam manum leuiter applicãdo: ma
num vero aliam pone ſupra partem nõ depreſſam: et
preme infra: manum autẽ aliam unctam eleua ſubito:
& tantum facies ſi potes, ꝙ fractæ coſtæ capita coniũ
C gantur. Et tunc ægrum tuſſire iube: quoniã ſic melius
reducetur. Si vero nõ timeres de corporis plenitudi-
ne: potes etiam ponere vẽtoſam. Coſta reducta po
nas corpuſcula de ſtupa ſuper coſtas laterales: & li-
ga binda lata: ita ꝙ binda per corpuſcula ſuper latera
libus coſtis poſita ſuper coſtam læſam cadere nõ per-
mittat: nec coſtam fractam poſſit ad partem aliquam
denegari. prębens ægro diætam leuem: vt pultes de
candaruſo, de amylo, de tritico cum penidijs: & vi-
num dulce temperatum: & prohibens ipſum ab ira,
clamore, & rebus omnibus tuſſim faciẽtibus. Si ve
ro dolores nõ ceſſarent: eo ꝙ coſtam non potes redu
cere: ĩmo tuſſis augmentaretur: & pungitiuus dolor
& febris accideret: facta iam phlebotomia: tunc opor
tet te ſupra coſtam, quæ diaphragma vel alium depri
mit panniculum, incidere cutem & carnem: & illã co
D ſtam detegere: & eam cum inſtrumentis manualibus
ad ſuperiora reducere, vt ceſſent accidẽtia, et vulnus.
poſtea curare ad inſtar vulnerum aliorum. Diæta
tunc ſit vt diæta pleuretici, donec febris, & acciden-
tia ſint remota.

*De fractura adiutorii. doc. primæ. trac. quarti.* Cap. V.

ADiutoriũ ſępe frangitur ex tranſuerſo: quæ qui
dem fractura quanto magis erit prope iunctu-
ram: tanto magis eſt difficilis ad curãdum. Ponam er-
go diſtincte modũ cognoſcendi rupturam: & modũ
reſtaurandi vſq; ad finẽ: vt ſit tibi exẽplum in ruptu-
ra brachij, crurium, et coxarum: niſi propter ea ꝙ hic
diſtincte dixero: breuius pertranſibo.

Sic ergo cognoſces adiutorij fracturam: fac vnum
miniſtrũ cum duabus manibus adiutoriũ

sumere prope humerum qui taliter ipsum teneat, ne
possit ad partem aliquam declinare. Tu vero coram
ægro dispositus cum duabus tuis manibus adiutoriũ
prope cubitum apprehẽdas: et leuiter huc & illuc mo
ueas: donec sonum ossis audias: & cum tactu locũ fra
cturę cognoueris manifeste: et hęc inquisitio locũ ha-
bet quando neutra partium ossis fracti ad partem ali-
quã declinat: qm̃ quãdo declinat, videbis in loco ad-
iutorij nõ naturalem eminentiam manifestam.

Cognita ruptura, semper antequam opus incipias
omnia prępara tibi necessaria, q̃bus ad ligaturã te sci-
ueris indigere. Fac ergo primo stupas planas æquales
bene solidas in aqua madefactas calida in hyeme: et fri
gida in æstate: quã de stupis exprimas: & prępara tibi
oleum ros. & defensiuum de bolo: & bindas duas lon
gas quatuor digitorũ latitudine latas: & panniculos:
qui possint totum adiutorium circundare: chordam
quoq; fortem, quæ melior erit, si plana fuerit: nõ rotũ
da: & virgulas lignorum siccorum fortium subtiles:
& cannulas sambuci, vel alterius ligni perforatas: per
quas illæ virgulæ possint intrare: quibus omnibus sic
paratis ossa reducas in suo schemate cũ manibus: quã
tumcunq; potes leuiter operando: et petiã panni ve-
tusti madefactam in oleo ros. & aliqualiter expressam
super cutẽ ĩmediate ponas. Super illã petiã ponas aliã
petiã grossioris pãni cum emplastro cõsolidatiuo, qđ
dicetur ĩ antidotario ad fracturã: & istę duę petię sint
adeo magnæ: q̃ totam teneãt fracturam, et vnum pal
mum ex trãsuerso a quolibet latere fracturę. Supra il-
las pone faldellam vnam stupeã bene factam æqualẽ,
in oui albumine madefactam: & hęc omnia liga cum
binda quatuor digitis ampla et satis lõga: ut possis in-
uolutiones ibi plures facere supra locum fracturę ma
gis stringendo ligaturam: et quãto magis ligatura a lo
co fracto elongatur, paulatim relaxãdo. Et cum acu
sue vnamquanq; bindæ inuolutionẽ: vt prima & in-
ferior inuolutio superiori & vltimę sit coniuncta. Su
pra vero hanc ligaturã aliam ponas faldellam stupeã:
quæ sit solum madefacta in aqua: & expressa non in
alio medicamine inuoluta. super illam faldellã collo-
centur hastellę: super hastellas collocẽtur chordulę cũ
cannulis quæ stringantur mediocriter: & virgulæ trã
seant per cannulas ne ligatura valeat relaxari. No-
ta tamẽ q̃ strictura quæ fit in isto loco: & simili debet
esse medio modo facta. nõ adeo q̃ locus denigretur.
Sunt enim aliqui qui adeo stringunt, q̃ motiuus spiri
tus nec vitalis ad membrum transire potest. Et viden
tes locum inflatum, quærentes ab ęgro de doloribus:
et ipsi credentes q̃ strictura fuit ad bonum cum dolo
ribus nõ cõqueruntur: sed sic dimittunt donec mem
brum totum fuerit putrefactum: & tunc ex membri
corruptione vitalis inficitur spiritus: & incurrunt fe-
brẽ aut spasmũ: de quibus plurimi moriuntur. Quod
quam cito videris, membrum solue: & ei succurre si-
cut habuisti ĩ capitulo generali. Supra vero locum
fractum versus humerum vnge cũ defensiuo de bo-
lo: & si nullum malum superuenerit accidens, vt do-
lor intolerabilis, vel insensibilitas, vel apostema, vel
pruritus: non soluas vsq; ad decem dies in hyeme: &
septem in ęstate. Tunc solue leuiter ne moueatur mẽ-
brum: & locum considera si est bene. si sic iterum reli
ga in omnibus sicut prius. Cum autem bene cõso-
lidatum fuerit, stuppas in bono uino calido superpo-
ne. Si vero post perfectam consolidationem circa lo-
E cũ aliqua durities remaneret, illã remoue secundũ do
ctrinam, quam habebis in antidotario huius libri.

Brachii ossa franguntur aliquoties ambo: aliquo-
ties tantum unum. Cum ambo frangũtur,
peius est quam cum vnum. in omnibus & per omnia
reduc. & liga: & cuncta obserua quæ in fractura adiu
torij diximus obseruanda. Si vero tantum vnum
frangitur ex ossibus, non est tibi necessarium hastellas
apponere: quoniam os sanum ligatura sustinet: ne os
fractum ligatum possit ad partem aliquam declinare.

Digitorum ossa propter eorum paruitatẽ, & for-
titudinem vix frãguntur. q̃ si accide-
rit ea frangi: cum ligaminibus strictis, & cum hastellis
cõuenientibus reducantur. Et scias q̃ digiti quam-
uis sint parui, indigent magno ingenio et cautela.

Dięta in omnibus fracturis horum locorũ sit a prin
F cipio subtilis: in fine vero ingrossetur sicut in
generali capitulo iam sciuisti.

*De fractura ossis coxæ uel pedis. doctrinæ primæ, tra-
ctatus quarti. Cap. VI.*

CVm os coxę rumpitur vel aliquod os pedis no
minando pedem coxam & infra: procedas in
omnibus & per omnia secundum q̃ dictum est: in ad
iutorio brachij, & in digitis in capitulo pręcedẽti. hoc
addito q̃ post ossis coxæ, & ossium cruris reductio-
nem semper oportet crus locari in albiolo seu cõchel
la, quæ sit ad modum cruris formata: ita q̃ non possit
ad partem aliquam declinare. Necessarium est etiã
vt æger supinus semper iaceat: donec os fuerit confir
matum: & est summopere cauendũ, ne crus fractum
seu tibia remaneat altera breuior: aut magis longa:
G sed semper debes ambas tibias ad eandem longitu-
dinem mensurare, & mensuratas in eadem longitu-
dine conseruare.

*De plicatura ossium in pueris, doctrinæ primæ, tracta
tus quarti. Cap. VII.*

ACcidit a casu vel percussione q̃ quædam ossa
tenera & subtilia: vt mandibula & costa in ali-
quibus pueris: etiam ossa brachiorum et crurium sine
fractura plicari: ad quę reducẽda, si maxilla fuerit, ma
num seu digitos in os ponas premẽs ad extra: sicut di
ximus ĩ fractura ossium faciei: manum aliam terebin-
thina vel pice linitã suauiter ab extra preme, & citius
eleua. hoc idem fac in costa. In osse vero cruris &
brachij: vtaris ligatura competenti: ponendo hastel-
lam fortem ex parte plicata recta: ita q̃ cũ stricta fue-
H rit, valeat ad rectificandum membrum illud sua gros
sitie attrahendo: membro prius fomẽtato, cum aquis
decoctionis chamo. maluæ, bismaluæ, fœnugræci, se-
minis lini, vnctione olei de lilio uel pinguedinis anse-
ris vel gallinę. Valet etiam multum sicut multoties
est probatum, vt ex parte plicata laminam ponas de
ebore seu osse elephantis, ac pecten uel aliud tale: quo
niã ex virtute illius eboris os versus ebur attrahitur:
& sic attractum recipit primam formam.

Explicit summa prima siue doctrina prima, tra-
ctatus quarti, cum Dei auxilio.

## Doctrina secunda quæ est de dislocationi-
## bus, continens quinq; capitula.

De

*De dislocatione sermo uniuersalis. doctrinæ secundæ, tractatus quarti.* *Cap. I.*

OS cum osse coniungitur in corpore humano vno quatuor modorum. Primo per viam insertionis dentalis: ita ꝙ vnus dens partis vnius intret vacuitatem inter dentem & dentem partis alterius: sicut faciunt aliquãdo tabularũ incisores cum lignum albũ & nigrum inferunt: & dentaliter coniungunt: & ita cõiunguntur ossa capitis. Secũdo modo per infixionẽ ossis in osse: vt dentium in mandibulis. Tertio modo per appodiationẽ seu aggregationẽ ossis cũ osse ut ossa. 7. pectoris. Quarto modo per ligationem ossis cum osse mediante ligamento: quod est corpus flexibile forte insensibile: qđ ab ossibus egreditur, & illa cõiungit: cuius anatomiã etiã ligamenta superius audiuisti. Coniunctio ista vltima ossis cum osse proprie appellatur iunctura: eo ꝙ est in ea ossium diuersitas & sequestratio manifesta: & eo ꝙ per ipsam iuncturam bene potest os moueri sine motu socij sui: quoniã hoc concedit flexibile ligamentum. Circa hanc iuncturam vltimã potest fieri dislocatio sola. circa vero alios coniunctionis modos minime: sed potest ibi fieri apertio, segregatio, seu motio. Fit etiã in iunctura quædã membri torsio: quæ dicitur dislocatio nõ completa. Loca ergo in quibus potest fieri dislocatio, sunt locus vbi cõiungitur mandibula inferior cum superiori: locus vbi spõdylis colli ossi coniungitur basillari: & loca omnia inter spondylem & spondylẽ: & sunt loca vbi spatulæ coniunguntur, cum adiutorio: & loca cubitorũ. et loca rachetarum omniũ manuum seu cauillarum: & loca quæ sunt in iuncturis digitorum, quæ dicuntur nodi: & in vnoquoq; digito sunt tria: & loca in quibus ossa coxarum coniunguntur cum anchis: & loca genuum: & loca rachetarum pedum seu cauillarum: & loca nodorum digitorum: quę sunt tria in vnoquoq; digito. in nullis alijs locis potest dislocatio fieri: sed in aliquibus locis potest fieri separatio vel euulsio. In conductura dislocationum sunt quidã qui membrũ dislocatum ponunt in aqua calida: & illud diu fomẽtant: postea reducunt. Et hoc modo nõ facias: quoniã hoc est causa rarificandi membrum & debilitandi: & ipsum disponendi ad receptionẽ superfluitatum: & aliquãdo per hoc pyxis ossis, de qua fuit os euulsum: humorosa materia repletur: quæ non permittit firmã facere cõiuncturam. Verum est ꝙ si vocatus a principio nõ fuisti: sed membrum steterit diebus pluribus dislocatum: & per hoc locus induratus iuncturæ: ꝙ tunc bonum est membrum cum aqua non solũ simplici calida quæ bona est: verum etiã cum aqua decoctionis maluæ, bismaluæ, fœnugræci, & similium fomentare. & post fomentationẽ membrum reducere sicut debes. Sic autem membrum reducas: præparatis omnibus primo quæ in fracturis diximus præparari: membrum reducas dislocatum secundũ doctrinam, quæ in vnaquaq; iunctura tibi dabitur in sequẽti: & conductis partibus pone supra cutem ĩmediate pannum lineum vetustum in oleo ros. madefactum: & superpone stupam in medicina consolidatiua madefactam in cura fracturarum & dislocationum dicẽda: & supra pone faldellam in album ine oui madefactam. postea liga firmiter secundũ ꝙ loco conuenit.

A & taliter membrum apta, ꝙ nõ possit ad partem aliquam vacillare. itaq; taliter stringas: ꝙ firma sit ligatura: nec propter nimiam stricturam possit prauum accidens aduenire: sicut fuit in capitulo fracturarum superius recordatum. Si uero malum nõ superueniat accidẽs, usq; ad dies. x. nõ soluas, nec tua medicamina renouabis. Si vero accidens superuenerit, solue: sicut supradicta capitulo est ostensum.

*De dislocatione mandibulæ. doctrinæ secundæ, tractatus quarti.* *Cap. II.*

MAndibula superior nõ mouetur in aliquo animali præter quam in crocodilo: & fuit vtile ꝙ mãdibula ĩferior moueretur tribus de causis. Vna, quoniã leuior & habilior est ad motum. Secunda est, quoniam superior est propinqua plus membris nobilibus quæ per eius motionem essent exposita læsioni.
B Tertia, quoniã si mandibula superior fuisset mobilis: non esset inter ipsam & ossa capitis fortis coniunctio per commissuras superius cum osse superiori: a latere dextro & sinistro cum ossibus petrosis seu mendosis quę ab ipsa procedunt, ex lateribus capitis ad alaudã: & eius inferior pars continuatur cum radicibus dentium, qui sunt in ea infixi. Inferior vero ex duobus composita ossibus adinuicem in mento cõiunctis cũ ipsa superiori mandibula mediantibus ligamentis cõiungitur: quę quidem ligamenta dura & flexibilia: vt dictum est: cedunt officio lacertorum mãdibulæ: quę mouent tribus modis mandibulam. Nam alij descendunt ab ossibus capitis: & coniunguntur cum quibusdam partibus neruorum & nucæ: & mandibulã claudunt. Alij veniunt ab inferius: & cũ quibusdam neruis nucæ commiscentur & mãdibulam aperiunt: alij
C veniunt a lateribus, & mouent mandibulam circulariter in masticando.

Hęc inferior mandibula potest a superior dislocari vno duorum modorũ: aut enim dislocatur a retro: & tunc dentes inferiores subintrãt superiores: nec os tunc poterit aperiri. Aut dislocatur ad ante: & tunc os aperitur, et dentes inferiores excedunt superiores: nec os potest claudi.

Et est illud signum dislocationis mandibulæ: ꝙ nũquã dẽtes superiores cum inferioribus coniungũtur.

In dislocatione mãdibulæ necessarium est cito succurrere propter duo. vnum nisi cito reducatur locus lacertorum & neruorum multitudinẽ, arteriarũ etiã & venarum, cito induratur propter multitudinẽ fortitudinis huius loci: & cito apostematur propter hu-
D morum confluentiã & descensum. Et loco apostemato propter ꝓpinquitatẽ cerebri superuenit cito phrenesis, & febris, & accidentia pessima, & mors sæpe. Tunc si cito succurratur, cito reducitur, propterea ꝙ illa iunctura motum habet facilem. Nam omnis quæ motum habeat difficilẽ, difficile dislocatur: & difficile reducitur dislocata. Si ergo dislocatio fuerit ad posteriora: pone tuos duos digitos indices sub faucibus mandibulam ab inferioribus duabus comprehẽdens partibus: & pollices conare infigere in os si poteris, pone cuneum cũ quo os aperias: & sic os aperiendo leuiter: & per digitos indices super impellendo reducas in locũ suum: quod cognosces cum dentes inferiores cum superioribus poteris coęquare: os q; possit vt primitus aperiri. Si sic non potes facere, pone bindã vnam satis fortem & strictã sub faucibus, vbi dig

tos indices ponebas. Et miniſter illã bindam cum fortitudine æqualiter trahat: & tu cũ cuneo aut cuneis ad aperiendum labores: ita ꝙ tu aperiendo & miniſter trahendo vna hora: locum ſuũ caput mandibulæ intret: quia ſic ſine dubio reſtaurabis. Si vero ad ante fuerit diſlocata: tunc pone bindã ſatis fortem ſub mẽto quæ totum cõprehendat mentum & des bindam illam cum duobus capitibus in manibus miniſtri: qui ſit retro inferius ſupra caput eius ſedẽs, qui ponat genua ſuper humeros ęgri: & bindam trahat fortiter, & æqualiter ad ſe. Tu vero ponas cuneũ vel cuneos in ore quantum plus retro ponere poteris, & vna hora cum miniſtro trahente tu cum cyminis aperiens os et mandibulam ad ſuũ locum impellas. Reductiõe facta locum cum ligatura & cũ emplaſtro facto firma: & præcipe ſorbilia comedere: ne maſticare conetur donec locus fuerit bene firmus. Si vero non fuiſti a principio: & locus iam eſt apoſtematus: & iam febris ſuperuenit: & dolor capitis: fac caput radi: et conforta caput vngendo cum oleo roſ. calido cũ pauco aceto: & locum vnge cũ oleo antiquo mollificatiuo vel cum adipe anatis vel gallinę: & conare quantum poteris ad apoſtema ſedandum: & curandum febrem: et caput confortandum: ne ſuperueniat phreneſis: & remotis accidẽtibus, curã fac ſicut ſuperius eſt oſtẽſum.

*De diſlocatione ſpondylium, doctrinæ ſecundæ, tractatus quarti.* Cap. III.

Spondylium diſlocatio ſemper eſt dubia & moleſta: quamuis hoc ſit ſecundum magis & minus. Tu audiuiſti ꝙ prima ſpondylis ex colli ſpondylibus eſt multis debilibus ligata cum capitis oſſibus ligamẽtis: & hęc ligatura fuit magis alijs laxa propter motũ capitis multiplicem: & ꝙ cõiunctio quæ eſt inter vltimã colli ſpondylem: quę eſt ſeptima, et primã coſtarũ quę eſt octaua, eſt etiam alijs laxior propter colli motum: quare hæ duæ iuncturę facilius quam omnes alię iuncturæ ſpondylium diſlocantur: & eſt multum eorum diſlocatio timoroſa. Nam ſi ſuperior cõiunctio diſiungatur: appellatur decoleratio, & hominẽ ſubito interficit: propterea quia ſpondylis ad interiora cõprehenſa prohibet anhelitum vitæ neceſſariũ. Et ſi iunctura inter ſeptimam & octauã diſiungitur, via cibi & potus obturatur: & etiã via aeris impeditur: et ſi aliqua ex alijs ſpondylibus ab octaua inferius diſlocatur: mẽbra quæ ſunt inferius: quibus ſenſus & motus per neruos a nucca venientes ferebatur, ſenſum perdũt perpetuo atq; motum. Eſt ergo neceſſarium in continenti reducere: quoniã niſi ſpondylis diſlocata, ilico reducatur: ſubito moritur æger ille.

Si ergo præſens fueris: ægrum illum accipe per capillos, pedes imprime ſuper humerũ: ita capillos ſurſum attrahendo, & pedes inferius cõprimendo reducas. Septima vero ſpondylis cum ab octaua diſiũgitur valde et plus, modicum expectare poteſt. Et ſi illa etiam ad interiorem valde incedit, cito interficit: & raro curam recipit. Si tamẽ curam recipere debet. nõ eſt niſi colli extenſio: & humerorum depreſſio vt dictum eſt. Quæ vero eſt ad exteriora: quæ raro fit ęquatur comprimendo ſpondylem eminentem cum manibus collum trahendo ſuperius et humeros deprimendo. Quę uero eſt ab octaua ſpondyli inferius: ſi quoq; fuerit ad interiora totaliter diſlocata, non recipit curam, donec interficiat. Si vero non totaliter: ſed

E tantum nucham cõprimit: membra inferiora ſenſum perdunt & motum. Si vero ad exteriora: & non cito curatur: remanet inde in ęternum gibboſus. Cum tamen eſt, ſpõdylem eleuatã cõprime quocunq; modo cũ manibus, vel cũ aſſide lignea plana ingeniata modo quo poſſit cõprimere, reducta ſuperponatur vnũ de conſolidatiuis proprijs, & ligetur. Si vero poſt conſolidationẽ remanet in loco durities in motu, embrochetur cum aqua decoctionis rerũ quæ dicẽtur in antidotario in capitulo de mollificatiuis duritierũ: & fiãt unctiões ſecundũ ꝙ ibi plene docebitur et pfecte.

*De diſlocatione humerorum, doctrinæ ſecundæ, tractatus quarti.* Cap. IIII.

Os adiutorij quod mediante ligamento ligatur in pyxide ſpatularũ, tribus modis diſlocatur.
F Vno quod eſt plurimũ: vt caput adiutorij intret ſub titillicum. Secundo ꝙ proſiliat ad interiora: & hoc eſt raro propter multitudinẽ neruorum, & propter obſtaculum furculæ pectoris quæ defendit. Tertio ad ſuperiora: quod ſe modo habet medio. Ad poſteriora non poteſt propter additamentum oſſis ſpatulæ diſlocari.

Signa. Primus modus cognoſcitur eo ꝙ manifeſte et per viſum ſentis in titillico caput adiutorij peruenire & foueã in ſupremo. Quando ad interiora fit, cognoſcitur: eo ꝙ brachium retro remanet: nec poteſt verſus ante plicari. Et videtur etiã ante manifeſta eminentia: & retro fouea inconſueta. Q; ad ſuperiora proſilierit, cognoſcitur: eo ꝙ cubitus nec brachium nõ poteſt a corpore elongari. Et ſi illum elõgare volueris, ſenties in ſummitate ſpatulæ obſtaculum
G oſſis ſpatulæ, quod ibi naturalem foueã non permittit. Nam in humero ſano cum cubitus lõge ducitur a corpore, quãtum duci poteſt, fit in ſummo cubito fouea naturalis: quod in oſſe ad ſuperiora diſlocato fieri non poteſt: eo ꝙ caput adiutorij, quod pyxidem exiuit, non permittit a corpore cubitum elongari: nec dictam ibi foueam apparere.

Curatio. Modus primus ſi puer fuerit, reducitur ſic: medicus puerum accipiat a manu ſiniſtra & per manum dextrã, ſi dextrum fuerit diſlocatum: & pugnum manus dextræ poſuerit ſub titillico ſuper caput adiutorij, & ſic firmã tenendo manum ſiniſtram cum pugno dextro puerum eleuet a terra: ita ꝙ ſic in aere ſuſpendatur. nã ſic os redibit in locum ſuũ. Si vero maior fuerit, ꝙ medicus nõ poſſit a terra eleuare, facias ipſum iacere ſupremum: & ponas pilã de ligno rotundam pannis inuolutã ſub titillico: & ipſam
H apta ſuper caput adiutorij: & poſtea firma ibi ſuper pilam calcaneum, & accipe manũ, quã trahe inferius, & calcaneum cõprime vno momento: ita ꝙ comprimendo cum calcaneo, & trahendo cum manu caput adiutorij in ſuam pyxidẽ reducatur. Et ſi ſic fieri nõ poteſt, pręparetur lignum quod ad duas firmetur parietes: vel ad duas pilas: & in medio illius ligni, fiat fouea, in qua ponatur pila pręדicta. & ſit lignum in loco altiori quã ſit hominis longitudo: & ponatur ſub pedibus vnum ſcãnum: & locetur pila quæ eſt ſupra lignum ſub titillico ſupra caput adiutorij: & brachiũ ad inferiora per fortẽ miniſtrum firmiter teneatur: & ſcãnum de ſub pedibus auferatur: quia ſic domino cõcedente redibit. Si vero fuerit ad partẽ anteriorem diſlocatio: tunc oportet ꝙ vnum manutergiũ ponatur

tur ex tranſuerſo ægri ſub aſcella: ita ꝙ vnum caput A
manutergij vadat ante pectus: & aliud retro per ſpa-
tulas: & detur manutergium alicui forti ad tenēdum.
brachium vero ligetur cum alio ligamine retro ſuper
cubitis: & detur alij miniſtro forti: & præcipiat magi-
ſter vtriſqꝫ miniſtris, vt vna vice, et vna hora trahāt.
Medicus vero conetur cū palnis os ad ſuū locū cōpri
mere. Cū aūt caput adiutorij ſenſerit medicus eſſe py
xidi oppoſitū, præcipiat magiſter miniſtro, qui tenet
cubitū vt illud relaxet: et ſic caput adiutorij reducet̄.
Eodē modo per duos fortes miniſtros, qñ facta eſt ad
ſuperiora dislocatio, corpus & brachium extēdatur:
& medicus conetur os adiutorij cōprimere cum pal-
mis ſ̄ſerius, donec ad locum reducatur. Reducta in
ſtatu priſtino: pōe ſupra dislocationē īmediate ſupra
carnem petiā intinctam in oleo roſ. & ſupra illam pe-
tiam pone cōſolidatiuum: poſtea faldellas de ſtupa in B
albumine oui intinctas: & humerum lata inuolue fa-
ſcia ſapienter: quę procedat ad oppoſitā ſub aſcella et
ſupra humerum oppoſitū: & ad eundē locum dislo-
catum iterum reducatur: quod toties fiat, donec liga-
tura facta fuerit bene firma. ſicque ligatus permaneat
vſqꝫ ad .x. dies: niſi aliquod extraneum accidat quod
vellet: vt dolor intolerabilis, pruritus, vel apoſtema.
Nam hæc te cogunt membrum ſoluere, et accidentia
ſedare: demum iterum religare.

Si vero a principio vocatus nō fuiſti: tunc oportet
te præcipere vt æger balneum aquæ decoctionis rerū
humectantiū, vt maluæ, biſmaluæ, fœnugræci, ſemi-
nis lini, & ſimiliū ingrediatur: & ibi diebus valde plu
ribus humectetur: et in exitu balnei vnguentis relaxa
tiuis inungatur: & mēbrum quātum poteſt, dum mo
do fuerit ſine dolore, moueatur: donec bene fuerit hu C
mectatum: & tunc reducas iterum ſicut ſciuiſti. Si ve-
ro vocatus a principio fuiſti, membrum dislocatum
in aqua calida non apponas.

Cubitus propter multitudinē neruorum & chor-
darum illum circūdantiū, & propter for-
titudinē ſuę coniunctionis, & propter additamētum
roſtrale focilis poſterioris ſeu ſylueſtris, quod cōiun-
ctionē domeſtici focilis cum adiutorio firmat: a læſio
nibuſqꝫ tuetur: difficile dislocat̄: & ita difficile reſtau-
ratur: tamē quoniam hoc eſt: ut in alijs membris loco
fit aliquādo dislocatio, quam cognoſcis: eo ꝙ homo
membrum nō poteſt erigere vel plicare: nec mouere
motu ſolito naturali: & ꝙ ab vna parte vides eminē-
tiam: & in alia foueam aliter quā fuit conſuetū: opor-
tet hic ponere qualiter reducatur.

Quia ergo poteſt ad duas dislocari partes: ad ante- D
riora & poſteriora: & in vtroqꝫ diuerſatur reſtaurādi
modus. Sic facies, cum fuerit ad anteriora dislocatio:
dirigas manum quātum potes brachij dislocati. et po
ne bindā, ſicut ſtapham in curuatura vbi brachiū pli
cari ſolebat: & fac ꝙ miniſter trahat ſtapham ſeu bin-
dā ad poſteriora, & firmiter & ſuauiter: et tu manum
quam porrexeras, plica violenter: vt oppoſitū tāgas
pluries humerum: quoniam tunc ſine dubio eſt redu
cta. Si vero fuerit ad poſteriora: fac ꝙ fortis mini-
ſter teneat adiutorium: & tu vnges manus tuas oleo
roſ. & manus vnctas trahe ſupra cubitum: eminentiā
cubiti quę ad poſteriora eſt fortiter cum manibus vn
ctis cōprimendo: & pone ad manum ſuſpenſorium
ponderoſum: & ſi remanet in loco aliqua gibboſitas,
dimitte vſqꝫ ad aliam horā cum ſuſpēſorio: poſtea re

deas ad locum cū vnctis manibus cōprimendo: & ſic
continues, donec ſtatui priſtino fuerit reſtituta: quod
poſtquā fuerit, cum pānis faldellis, oleo ro. emplaſtro
cōſolidatiuo, & ligaturis facias: vt dictum eſt. Hoc
tamen nō prætermittas in dislocatione cubiti ſcire: ꝙ
niſi cito ei ſuccurratur cito, cōſurgit in loco calidum
apoſtema: quare poſtea raro vel nunquā reducitur:
nec vnquā motus lib. recuperabitur illi mēbro.

Racheta manus ſeu cauicula: quoniā eſt vt ſciuiſti
multis oſſibus cōpoſita, et ligamentis plu
ribus, tamen laxis coniuncta: eo ꝙ multiplex motus
erat ei neceſſarius: facile dislocatur, et facile reducitur,
ſi ei citius ſuccurratur. Sed ſi moram ibi fecerit diſ-
locatio, propter ſenſibilitatem mēbrorum ibi venien
tium cito recipit apoſtemationē: quare poſtea cū diffi
cultate maxima reſtauratur.

A principio itaqꝫ cum manu tua ſiniſtra brachium
accipias: & digitum & pollicē dislocate manus cum
dextra manu deſcēdas, poſtea indicem. & ſic vſqꝫ ad
minimū deſcendendo, quēlibet ad ſuum locum in iū
cturam reducas: poſtea liga, & apta, & procede vlte-
rius ſicut noſti. Ita quoqꝫ vnuſquiſqꝫ digitus dislo-
catus ſic cognoſcitur diſtenditur, rectificatur, & liga-
tur. Et nota illud ꝙ ſuperius dixit, ꝙ in fractura uel
dislocatione aqua calida nō eſt vtendum: quanquam
alij indifferenter mēbrum dislocatum in aqua calida
ponunt: diuqꝫ mollificant dicētes, ꝙ ſic mollificando
membrum facilius reducitur. Et tu ſcias ergo ꝙ aq̄
calida in principio mēbrum rarificat: et debilitat: qua
re humores qui ad locum currere cœperūt: mēbrum
ad ipſos recipiendum inueniunt pręparatū. quare nō
ſic facies. Sed cum oleo roſ. conforta: & in continenti
reduc eum: et quantum potes ſit intentio tua prohibe
re, ne ſuperueniat apoſtema. Si tamē in principio nō
fuiſti, fomēta locum: quē iam inuenies induratum, cū
aqua deoctionis rerum humectantium, quas ſciuiſti.

### *De dislocatione ancharum, doctrinæ ſecundæ, tractatus quarti.* *Cap. V.*

Anchæ coniunctionē oſſis cum oſſe coxę, quo-
modo rotunditas oſſis coxæ pyxidem intrauit
oſſis anchæ: quomodoqꝫ mediante ligamēto ligatur:
in tractatu ſecundo ſuperius iam ſciuiſti. Nunc ve-
ro ſcias ꝙ hæc coniunctio quæ modis quatuor dislo-
catur, ad interiora & exteriora ad anteriora & poſte-
riora dislocatur: aliquando ex cauſa intrinſeca: aliquā
do ab extrinſeca: ab intrinſeca dislocatur quando lon
go tempore currunt humores ad illum locū: ſicut di-
ximus in capitulo de doloribus iuncturarum. Nā cū
ibi ſit pixis magna, & magnum ſpatium: & ſit locus
talis, ꝙ quaſi totum corpus ſuſtinet: ideoqꝫ multū la-
boret: et ſit locus magis inferius poſitus: habilitas mul
ta eſt cauſa recipiendi ſuperfluitatum: quare cū mul-
tas locus recipit ſuperfluitates: & æger nō eſt ſolicitus
ipſas purgare, nec quieſcere: maxime cum vna nō eis
ſufficiat purgatio: longamqꝫ puſtulat quietem: rema-
nent in loco: & propter labores corrumpuntur, & li-
gamentum: relaxant: ita ꝙ ex neceſſitate vertebrum
cogitur reſilire: hoc tamē in diuerſis hominibus fit di-
uerſimode. Nā quidam habent pyxidem anchæ val-
de cōcauam: & quibus nō facile dislocatur. Alij non
habent ita cōcauam: & quibuſdā ſemper mucilagini-
bus plenā. Quibus de quacūqꝫ cauſa facili di ſlocatur.
facile enim reducitur: & iterū facile dislocatur. Ex

causa exteriori vt ex casu, torsione, & percussione, &
similibus uertebrũ de loco resilire facietibus uiolẽter.
Signum ꝙ dislocatio sit ad ĩteriora, est quod uerte-
brum in capite, scilicet ossis coxæ manife-
ste in fonte inguinis eminens reperitur: & genu, et pes
ad exteriora torquetur: ita ꝙ nõ possunt coniungi: ut
cũ genu & pede adhuc erat sani cruris. Si vero dis-
locatur ad exteriora, reperitur ex parte exteriori sup
ancham vertebri manifesta eminẽtia: nec æger potest
genu vel tibiam aperire. Si autẽ dislocatur ad ante-
riora, crus valde breuiatur: nec potest calcaneum po
nere ĩ terrã: sed solum pedis digitos: & ante reperitur
eminẽtia vertebri manifesta. Et si ad posteriora dis-
locatur, calcaneus elongatur: nec potest pedem super
terram expandere: nec cum digitis pedum terram tan
gere: sed cum solo calcaneo terram calcat.

Modi reductionum a diuersis diuersimode scribũ-
tur: hic tamen vno solo sum contentus, quẽ
credo inter alios meliorẽ: pone vnum longum lintea
men nõ nimis latum inter ambas coxas: cuius vnũ ca
put tendat anterius per pectus: & aliud posterius per
spatulas: et ambo capita linteaminis ad fortem colum
nam vel parietẽ alligẽtur ægro prius super culcitram
duram in pauimento distenso et locato: totam autem
coxam supra genu totumq; crus pannis & bindis in-
uoluas vsq; ad pedẽ, et infra pedem: et fiat de ipsis bin
dis: quibus crus est inuolutũ laqueus firmus, ubi chor
dam possis firmare: quam chordã per rotulam vnam
de qua hauritur aqua, ad illã columnã siue parietem
oppositam firmatã, & fortiter ligatam possit trahere:
sicq; crus cum coxa extendere: ne corpus possit infe-
rius declinare. Cumq; sic ægrum præparaueris, iube
ministris: vt chordam per rotulam transeuntẽ trahãt,
non ductu nec tractu violẽto: sed fortiter & suauiter.
Tu vero cum manibus vertebrũ ad rectitudinem ap
positionis pyxidis reducas: quo reducto iube chordã
relaxari paulatine, donec pedes fuerint adæquati: qm̃
sicut sola pedum inęquatio certum est signũ disloca-
tionis: sic est certum signum bonæ reductionis ipso-
rum possibilitas adæquãdi. Nã dum adęquari nõ po-
terunt, nõ erit reductio bene facta. Facta reductiõe
ligetur firmiter: & iaceat infirmus donec fuerit restau
ratio bene firma in omnibus alijs curam consequenti
bus & in pręcedentibus bene doctus.

Illa vero dislocatio quæ fit a causa intrinseca: dif-
ficile reducitur: & si reducatur ex causa leuissima reci
diuat: nec est ibi cura nisi corporis euacuatio, & caute
rizatio secundũ ꝙ in capitulo cauterij habuisti.

Genu aliquando dislocatur a sua iunctura: aliqñ
sola ipsius rotula de loco moue
tur. Genu dislocatur ad posteriora. nunquam ad ante
riora propter rotulam, quæ defendit.

Signum dislocationis est satis manifestum, quãdo
subito motus membri, et erectio denegatur. Rotu-
læ quoq; disiunctio cognoscitur: eo ꝙ mẽbrum non
erigitur: et ꝙ ipsum nõ inuenis in illo loco in quo na-
turaliter iacere consueuit.

Cum autem genu dislocatur: sit minister qui crus
valde distendat, alius coxam firmiter teneat: medicus
iuncturã cum manibus ad proprium locum reducat:
quoniã facile reducitur: si prius quã apostematio fue-
rit reducat. Sed si prius venerit apostema: prius opor
tet illud sedare: sicut dicetur in capitulo generali.

Si vero rotula dislocatur, fac ægrũ stare erectum:
E & cum manibus rotulam, reduc ad locum suũ. Qua
reducta, pone bindã sub poplitis plicatura: & fac vio
lenter: tamen sapienter ꝙ calcaneus tangat natem: &
crus cum coxa liga: & per horam postea solue: mul-
tosq; plumaceolos de stupis pone sub ligatura popli-
tis: & liga ab vna parte: & alia rotulæ superpone pul-
uillos desuptus: & liga ne possit ad partem aliquã va-
gare vel denegare: sicq; ligatã dimitte, donec satis fir-
metur. Et scias ꝙ nullum ingenium facit rotulam re-
ductam in loco firmã stare: nisi quando adeo crus in
poplite plicatur, ꝙ calcaneus tangat natem.

Si pedis cauicula vel racheta vel digiti dislocẽtur,
eadem est in omnibus cura: quã in disposi-
tione manus & digitorum eius diximus faciendam.

Cum eius auxilio sine cuius iuuamine nihil perfici
F tur, Quartus tractatus est expletus. Incipit ergo quin-
tus. rogemus: & cum eius felici fine totum librum cõ-
pleat deprecemur. Qui quidem Quintus & vltimus
continet septem capitula. Ipsumq; libri huius antido-
tarium appellamus.

TRACTATVS QVINTVS
Huius libri est antidotarium. In quo
intendo ponere medicinas tã simpli-
ces quam compositas: quę huic arti,
quantũ ad chirurgiam spectat: sunt
necessariæ: quanquã non omnes po
nam: quoniã infinitæ sunt: & ab in-
tellectu humano incomprehensibi-
les: nec est aliquis quantumcunq; expertus: qui mille-
simã partem sciat earum, quæ valent ad chirurgicum
instrumẽtũ. Nullas enim in eo ponemus: nisi illas qui
G bus longo tempore sumus vsi: & quas a reuerẽdis do
ctoribus medicis, ac etiam mulieribus habuimus: quę
omnes sine dubio in casibus suis sunt expertę.

*De medicinis repercussiuis: & de modo repercutiendi, tra-
ctatus quinti. Cap. I.*

REpercussio conuenit in principio calidorũ apo-
stematum: & plus quando incipiunt in mẽbro
principali: ut corde, cerebro seu capite, hepate, stoma
cho, splene, renibus, & testiculis, & vesica. Nã sem
per debet esse tua intentio materiam nociuã de mem
bro nobili ad mẽbrum ignobile reuocare: & in cõtra
riũ nullo modo opereris. In repercussione tamẽ de
bes attendere decem cõditiones quæ ponuntur in tra
ctatu tertio de apostematibus. Et scias ꝙ repercus-
sio dicitur duobus modis, scilicet large et stricte. Lar
H ge dicitur repercussio, exhibitio cuiuslibet medicinæ
frigidæ siue solum extinguat, siue cum extinctiõe re-
pellat. Stricte dicitur quando proprie repellit: licet nõ
multum infrigidet. Ita ꝙ etiam aliqua temperate cali-
da repercutiunt materiã repellendo. Quæ solum infri
gidat, dicitur medicina infrigidatiua: quæ supra mem
brum posita calorem extinguit: & membrũ infrigi-
dat temperate. Et hæc duo diuersimode faciunt secũ-
dum diuersitatem graduũ frigiditatis earum. Q; ali-
quãdo adeo infrigidant, ꝙ membro stuporem indu-
cunt: et tũc dicitur stupefactiua. His frigidis vti de-
bes quando tibi plus nocet qualitas quã materia. Quã
do uero times non solũ qualitatem calidam, sed mate
riam, debes vti medicinis frigidis & siccis, quæ sua fri
gid itate cõplexionem membri temperent: & sua sty-
pticitate virtutem membri confortent: vt materiam

exprim. ant.

exprimant: membrūq; defendant quę repercussiuę ꝓprie nuncupantur. Cū solum intendis infrigidare, non sit tibi curæ si nō sint stypticæ. imo est cum frigiditate, aliquādo vtilis humiditas: & specialiter cū mēbri siccitas illud disponit ad eius cōplexionem calidā augmentandā. Sed quando vis repercutere: semper est tibi necessariū ꝙ medicina frigida sit et sicca. Medicinarū vero frigidarum & repercussiuarū aliæ sunt simplices: aliæ cōpositæ. Simplicium aliæ sunt herbę: aliæ arbores: & earū tam folia quam radices: quam semina & flores. Aliæ sunt genera luti: aliæ sunt genera mineralium: aliæ aquę: aliæ olea. quarū quasdā hic ponemus de his quæ apud nos sunt magis in vsu: & sunt frigida cum humiditate: quibus vti potes ad temperādum complexionem membri, dyscrasiati in caliditate cum membri siccitate.

Malua.
Vmbilicus veneris.
Psyllium.
Portulaca.
Atriplex.
Mercurialis.
Rapa.
Cucurbita.
Melones.
Citruli.
Semen maluæ.
Semina q̄tuor frigida.
Stupefacientia.
Lactuca hortulana.
Hyoscyami.
Mandragora.
Papauer.
Argentū viuū: & oīa frigida et hūida ī q̄rto gradu.
Olea frigida & humida sunt.
Oleum violaceū.
Oleū nenupharis.
Oleū de lilijs albis.
Oleū cucurbitę.
Istis medicinis potes vti qn̄ ītēdis infrigidare sine expulsiōe materiæ vt dictū est.
Medicīę vero simplices frigidę et siccæ q̄ dicūtur vere repcussiuę sūt istæ seq̄ntes.
Solathrum quod repercutit cum quadam occulta resolutione.
Crasula maior & minor.
Virga pastoris.
Vmbilicus veneris.
Cichorea.

Endiuia.
Gramen
Hepatica.
Hypocynthis.
Berbena.
Semperuiua.
Corrigiola.
Sanguinaria.
Coriandrum.
Edera.
Acetosa.
Scariola minor.
Plātago maior et minor.
Nenuphar.
De granis et seminibus & fructibus.
Hordeum.
Siligo.
Auena.
Spica.
Lolium.
Fabæ.
Myrtilli.
Berberis.
Sumach.
Pira.
Poma.
Sorbæ.
Nespila.
Castaneę.
Glandes.
Gallæ.
Mora matura.
Vua acerba.
Capreoli vitis.
De floribus folijs & corticibus.
Psidiæ.
Balaustiæ.
Cortices mali granati.
Cortices acerborū stypticorū.
Rosa.
Nenuphar.
Flos spinæ.

Folia pirorum.
B Folia pomorū.
Folia coctanorū.
Folia nespilorū.
Folia Sorborū.
Folia salicis.
Folia populi tremulę.
Papyri.
Cannę.
Omnes sandali.
De mineralibus
Sapphirus.
Bolus armenicus.
Cathimia.
C Lithargyrus.
Merda ferri.
Marmor simplex.
Alabastrum.
Hęmatites.
Corallus.
Antimonium.
De lutis.
Terra sigillata.
Argilla.
Lutum omne.
Cimolea.
Cerussa.
Camphora.
De gūmis.
D Gumma pruni.
Cera.
Amygdalæ.
Acacia.
Opium.
De oleis.
Oleum ros.
Oleum de q̊libet flore folijs & cortice rei frigidę & siccæ.
De aquis.
Aqua rosata.
Et oīs aqua ex rebus frigidis & siccis distillata.

A Et de his simplicibus & compositis potes vti cum ad hoc te prouocat necessitas: quoniā aliquando vadis ad castella, vbi non potes habere apothecarium, vel herbolarium. Et si tu cognoscis hic & alia simplicia medicamina quæ dicentur in alijs capitulis, tu sic poteris cōponere de rebus, q̄bus in castro reperies, medicamen de quo tuum poteris propositū adimplere. Sicut recitat Gal. se fuisse in villa pro visitatione cuiusdam qui patiebatur hepatis apostema: et cum nō inuenerit squināthum & spicam & acetū: & alia quæ sibi erant necessaria: eo ꝙ in loco nō erat apothecarius: fecit medicamentū de herbis humectātibus et pinguedinibus: sed admiscuit ibi absinthiū, et coctana, & quasdam alias res stypticas quas inuenit: & fecit optimū medicamē. Potes ergo de his facere vnguēta & epithemata, & cataplasmata, emplastra, embro-
B chationes, pultes: encathismata, & alias simplices vnctiones quæ aliquando licet reperiatur vnum de prædictis aliquando positum pro alio: tamen vt sim alibi excusatus, hic ponam differentiā eorum: & quid vnūquodq; eorum habet denotare.

Vnguentū fit de vnc. iiij. olei, & vnc. 5. ceræ in hyeme, & vnc. i. in æstate, & vnc. i. pulueris rerum puluerizandarum quæ ponuntur in vnguento. Si vero vnguentum recipit gūmas, quæ soluuntur, & nō teruntur: nō debent gūmæ in prædicta mensura ponderis cōputari: quoniā non addunt in spissitudine, nec mollitie: sed si pinguedines recipit porci, gallinæ, anseris vel alias, quę in substantiā oleaginā dissoluūtur debet cōputari pinguedo dissoluta ꝓ oleo: ad prędictā quātitatē debet poni de pulueribus & de cera. Et nota ꝙ vnguentū semper debet esse colatum: aut adeo sub
C tiliter tritum ꝙ nulla possit asperitas inueniri.

Epithema dicitur quando res puluerizatę subtiliter temperantur cum oleo ro. vel alio oleo: acero vel succo alicuius herbæ ad spissitudinē mellis: & aliqua petia ibi intingitur: & locus epithematur.

Cataplasma dicitur quando herbę pistantur decoctę, seu crudę cum sua substantia: & cum subtilibus farinis, & pinguedinibus, & oleis cōmiscentur: & inter durum & liquidū super mēbrum calidū applicatur.

Emplastrum dicitur quādo multa simplicia diuersarum naturarū, sicut pulueres, gūmæ: pinguedines cum cera, sepo: et oleo vsq; ad confectionē duram decoquuntur: & in magdaleonibus cōseruatur. Postea super corium distenditur: & loco cui est necessarium, applicatur: sicut diachylon, apostolicon, oxycroceū, & multa alia quę nō essent hic vtilia numerare: verū-
D tamen emplastrum, & cataplasma multum ponūtur vnum pro alio.

Pultes & cataplasma sunt idem: nisi ꝙ pultes proprie sunt quæ fiunt de aqua farina, & oleo sine herbis: & cataplasma dicit̃ cū herbę cū pultibus admiscētur.

Embrochatio dicitur cum membrū in aqua calida ponitur siue simplicis siue decoctionis herbarum ad ægritudinem pertinentium: & illa aqua supra membrum cadit ab alto. Et sic aquam illam super membrū cadere faciendo diutius, dicitur embrochatio.

Encathisma nomen est ęquiuocum ad duo. dicitur enim aliquando clystere: et aliquando particulare balneum: quod supra vmbilicum non ascendit.

De compositis medicaminibus nostris cum intēdimus membrum infrigidare sine materiæ expulsione, est: ꝙ accipias de succo alicuius

vel aliquarum prædictarũ herbarum simplicium fri-
gidarum, partes.iij.olei ros.partẽ.i.aceti partem.5.&
misce simul. Si vero vis ꝙ fortius operetur: adde ali-
quid de argilla ru. donec sit in forma epithematis: &
appone. Nota ꝙ semper medicus hic oportet sup-
ponere certã intentionẽ: & vti debet rebus ad ipsam
intentionẽ iuuantibus uerbi gratia. si refrigidare intẽ-
dis, ad aliud quã infrigidantia nõ intendas. Sed si non
habet ꝓpositum suũ, infrigidãtes permutet: qm̃ vna
competit Petro: quæ nõ conuenit Paulo: & vna me-
dicina competit vni: quæ non competit alteri. Et cau
sa huius rei non bene perpenditur: credo tamẽ ꝙ cau
sa sit: quoniã licet omnes complexiones omni homi-
ni ad complexiones quatuor reducantur: sunt tamen
particulares cõplexiones secundũ indiuiduum infini
tę: quoniã impossibile est ꝙ vnus complexionem ha
beat alterius. Sicq; medicinę licet omnes vnius gene-
ris dicantur esse: tamen est impossibile ꝙ vna frigida
valeat eodem modo Petro: quę Paulo nõ valet in pũ
cto: quoniam illa plus valet quę propinquiori modo
melius apponitur membro secundũ punctum. Est
etiam & aliud magis occultum. quod sicut quælibet
medicina propriam habet virtutẽ, quę non a comple
xione vltra illam quã per complexionẽ habeat: per
quam scilicet virtutem propriã agit in corpus vltra
actionẽ complexionalem quam habet: quã proprie-
tariam actionem impossibile est in alia reperiri: sicut
vnumquodq; corpus propriam habet dispositionẽ:
qua disponitur ad recipiendum impressionẽ: quæ qui
dem in nullo alio loco corporis reperitur. Et per has
duas rationes credo ꝙ bonum sit in vno & eodẽ mo
do medicationis medicinas eiusdem generis variare.
Item quia medicina quæ longo applicatur tempore
membro fit hoc etiam quotidie, sicut probat experi-
mentum: quoniã multoties vidimus, verbi gratia ꝙ
crassula minor materiam calidã plus repercutit, quã
vmbilicus veneris. Et si dicatur in eodem gradu fri
gidus repercutere non valebit.

Medicamẽ bonum repercussiuum, vbi magna est
dyscrasia calida cum pauca materia. Reci. sandali alb.
spodij, acacię, ana drac.ij. cãphorę, drac.i. opij, dra.5.
distemperentur cum succo vnius herbæ frigidæ, oleo
viol. & aceto pauco. Item aliud ad idẽ valens. Rec.
ossa sicca combusta & abluta, cerussam, amygd. ana
drac.ij. hermodactyl. drac.iiij. opij, drac.i. confice vt
supra. Aliud vnguentũ cõmune quod in multis lo
cis huius libri recordatur. R. boli armenici, vnc.i. olei
ros. vnc.iij. aceti, drac.ij. fiat sicut epithema. Si vero ti
mes membri corruptionẽ, & corruptionis deambu-
lationẽ: adde terræ sigillatæ, vnc.5. & vnge membrũ
sanum: quoniam corruptionẽ vlterius ire nõ permit
tit: sicut pluribus vicibus sum expertus. Item em-
plastra seu epithemata vel vnguenta quæ diximus in
doloribus iuncturarum ex causa calida multum sunt
ad repercutiendum vtilia. Iunge itaque cum istis illa.
Et nota ꝙ quando repercutis in materia multa: quod
locus per repercussiua liuet: & tu cum videris liuorẽ:
non continues plus frigida pura: sed fac de succo co-
riandri viridis, quod infrigidat cum magna resolutio
ne: & cum farina hordei epithema: quoniã residuum
resoluetur. Et si non fuerit ibi liuedo: sed materia pro
pter eius multitudinẽ aut grossitiem nõ repercutitur:
cessato humorum fluxu: et mẽbri mitigato calore, de
medicinis resolutiuis ĩcipias admiscere: donec ad pura

E venias resolutiua. Et nota ꝙ repercussiua quamuis
pura ponantur in principio supra locum: & post cõ-
firmationẽ admisceamus resolutiua: vt est dictum: ni
hilominus tamen debent repercussiua continuari su-
pra locum versus corpus vbi est dolor, verbi gratia,
si dolor repercutiendus fuerit in genu: ponam medi-
camen in principio supra genu. Sed postea non super
genu, sed aliquantulum supra: vt finis medicinæ loci
attingat principium dolorosi.

Materia frigida sicut dixi in compẽdio proprie nõ
repercutitur: sed cũ rebus temperate calidis & siccis,
quæ sua caliditate complexionem frigidam mutant:
& sua stypticitate virtutem mẽbri fortificant, ne ma-
teria ad membrum veniat prohibent: & vt plurimũ
repellitur, si sit pauca: & si omnino non repellitur: lo-
cum tamen ita defendit: ꝙ tanta nõ potest materia in
F ipso congregari: & hæc sunt omnia temperate calida
cum quadã amaritudine: sicut absinthium, squinan-
thum, abrotanum, polium, stœchas: centaurea ma. et
mi. aristol. ro. & lon. marubium, & omnes herbæ tẽ-
perate calidæ, sicut myrrha et mastiche, lupini, oleum
de mastiche, & absinthio, & quæcunq; calida compo
sita fiunt de prædictis simplicibus compositis secun-
dum doctrinã quã dedimus tibi, vt supra eodem capi
tulo de frigidis medicinis. Nota hic ꝙ multi dicunt
ꝙ de leui creditur a laicis: pessimum est materiã reper
cutere: sed melius est quãdo videtur apostematis post
principium materiã extrahere cum emplastris: nec cu
rare si apostema fiat magnum: sed gaudere, dicẽtes ꝙ
humores superfiui corporis expurgantur. ꝙ si mate-
ria repercutitur: et nõ dimittitur fieri apostema: post
multa tempora illi superueniet ęgritudo: et dicetur ꝙ
G hoc fit propter imperitiam medici: qui per apostema
materiam nõ abstraxit. Sed tu scias certissime ꝙ. x.
consideratis conditionibus: & specialiter cum perfe-
cta corporis mũdificatio præcessit, melius est satis ma
teriã cum membri confortatione repellere: quã apo-
stema permittere cõfirmari: quoniã si conditionibus
seruatis materia repellitur: mẽbrum remanet fortius:
& homo nõ cruciatur: nec est timendum ꝙ per reper
cussionẽ sic factam, accidat corpori nocumentum.

*De medicinis resolutiuis, & de modo resoluendi. tracta-
tus quinti. Cap. II.*

QVando vna fortis, uel plures etiam debiles de
.x. causis quæ repercussionem impediunt: aut
quando tu repercutis, nõ potes materiam re-
pellere: aut quia grossa vel multa materia repercussi-
H ua nõ obedit: tunc oportet vt resolutiuum adhibeas
medicamen: sicut de repercussione diximus. Hoc
notato ꝙ nõ adhibeas resolutiuũ cũ dolor uel tumor
ex intrinseco venerit, nisi congrua purgatione præce
dente. Nam sicut alibi dictum est: apostema vel dolo
res ex causa interiori venientes semper præcedit cor-
poris plenitudo: quare si tũc poneres resolutiua: plus
ad locum de aliunde materiam attraheres: quã de lo-
co doloroso resolueres. Quoniã nullum est resoluti-
uum, quod non sit calidum. & omne calidũ nisi tem-
perate calidum cum stypticitate & amaritudine est at
tractiuum: qđ potius, ut dictum est, materiã frigidam
repercutit, quã resoluat. Sic ergo facies. prius cum
phlebotomia vel cum laxatiuo materiam euacua vel
cum vtroq; secundũ ꝙ tibi videbitur expedire. po-
stea incipe resoluere cum medicina hoc officium facien
te:

te: quod est medicina calida et subtilis: quæ cũ sua subtilitate proprietatẽ habet separandi materiã: & facientem ipsam euaporare: & sua caliditate partẽ attrahit post partẽ: donec totum attrahat: quod erat superfluitatũ in membro cõtẽtum. Et nota ꝙ sicut in paruo dixi cõpendio: ista medicina magnam habet affinitatẽ cum maturatiua, tã in caliditatis tẽperamento quã in opere: quoniã vnamquãq; facit operationem alterius: & ambę sunt anodynę: sed in hoc differũt, ꝙ resolutiua vt dictum est: habet suam temperatã caliditatẽ cum subtilitate: aperitiua et maturatiua habet suam caliditatem temperatã cũ viscositate oppilatiua: quare multum sæpe accidit, ꝙ si resolutiua medicina ponatur super materiã multã & grossam, illam subtiliat & calefaciat: quæ calefacta calor naturalis ab accidentali iuuatus transit per omnes partes materiæ: neq; calor medicinę sufficit ad attrahendũ, neq; pori cutis sufficiunt ad exitum materiei: quare sic materia ibi remanẽs maturatur per medicinã resolutiuã. Ita si maturatiua põatur suꝑ paucã materiã & subtilẽ: calefacit materiam illam: & calor naturalis ibi multiplicatus, ꝓpter pręsentiam cõuenientię: neq; medicinæ viscositas tantum potest caloris officium impedire: & sic materia illa resoluitur per medicinã maturatiuã. Modus vero resoluendi est: ꝙ quãdo tu facis herbarũ decoctionem: de quibus tuam uis cõponere medicinam: serua aquam decoctionis: et cum illa mẽbrũ embrocha donec rubescat, & infletur. postea medicinã appone quã ante pręparasti. Caue quoq; quia medicina resolutiua multoties resoluit: quod de materia subtile ĩuenit, per cuius resolutionẽ qđ est grossum de materia induratur: et quãto plus vis ĩ resolutionẽ addere: tãto plus durities augmentatur. In hoc ergo sis solicitus cũ videris locum indurari: mollifica de mollificatiuo addẽdo in suo loco. postea redeas ad resoluendum: & tandiu sic facias donec materia sit tota resoluta. Si vero resoluendi non haberes intentum: sed materia propter causas quæ dictę sunt, ad maturitatem tendit: medicinam maturatiuam tunc applica. Nam opus naturæ semper debet medicus imitari. Medicinæ resolutiuæ aliæ sunt simplices: aliæ compositæ. Simplices sunt vt chamomilla, quæ inter omnia resolutiua pręrogatiuam habet: quia sine attractione resoluit: et hoc est: quoniam in ea sunt duæ virtutes. s. virtus resolutiua & virtus styptica: quę quidẽ sunt in ea sic cõmistę: quod decoctio nõ potest illas adinuicẽ separare. unde quantum virtus resolutiua resoluit: quæ reperitur in ipsa: tantum virtus styptica membrum confortat: ne materiam recipiat præparatam: sicut est.

Melilotum.
Parietaria.
Malua syluestris: siue alba.
Volubilis.
Fumus terræ:
Caules.
Menta.
Anethum.
Vrtica.
Enula.
Borago.
Sambucus.
Ebulus.
Valeriana & omnes herbę temꝑate calidæ cũ subtilitate.

De seminibus
Semina cauliũ.
Anethi.
Vrticæ.
Maluæ & oĩa semĩa diuretica.
Cantabrum.
Omne amylum de hordeo.
Farina hordei.
Farina orobi.
Farina fabarum.
Farina cicerum.
Mica pãis grossi.

De pĩguedinibus
Pinguedo porci,
Et anseris,
Et gallinæ,
Et aquilę.
Et oẽs medullę.

De gũmis.
Mastiche.
Olibanum.
Myrrha.
Serapinum.
Ammoniacum.
Bdellium.
A Galbanum.
Opopanax.
Assa fœtida.

De gũmis subtilibus.
Ladanum.
Hyssopus hũida.
Terebinthina.
Cera & eius fæx.
Sudor aĩalium.
Sordities balnei.
Butyrum.

Cõposită fiũt ex prædictis simplicibus secundũ doctrinam primi capli huius tractatus q̃nti tibi datã.

Oleum resolutiuũ, calefactiuum, & dolorũ sedatiuũ maxime frigidorũ: & cõuenit etiam in doloribus a materiis calidis in mulieribus, & pueris, & humidis natura. Re. florũ chamo. recentiũ & nõ siccorũ: fœnugrę. se. li. ana vnc. ij. ponãtur in vnc. xx. olei oliuarũ maturarũ: & in vase vitreo ponatur ad solẽ p. xl. dies in ęstate. postea coletur, & vsui reseruetur. Si vero tibi esset necessariũ in hyeme: & nõ inuenires: Re. flores & semina pręďicta: et oleũ: & in uase vitreo pone. & illud vas pone in lebete bulliẽtis aq̃. vbi tm̃ bulliat B ꝙ flores sint assi: tunc permittatur infrigidari: & coletur, & seruetur vsui. Tali modo facio oleũ ro. cũ non inuenio: et oleũ de absinth. & de ruta: et alia quæ mihi sunt necessaria suo casu. Aliud oleũ valde bonum. Re. olei antiq lib. i. se. anethi nouiter in vmbra siccati, vnc. i. põatur in phiala per dies. xl. ad solẽ vel vt fiat in aqua bulliente: vt dictum est. Aliud oleũ resolutiuum calefactiuũ: & dolorum frigidorum sedatiuũ, multum ualens ad calefaciendum renes, et matricem: & nõ inflãmat: & dicitur oleũ de lilio cõpositum: in quo conueniunt auctores: & per me multoties est expertum. Re. olei antiqui, vnc. xx. flores liliorum al. ablatis pedibus, et glaucedine quę sunt in eis. xxx. casię li. costi, masti. carpob. croci, ana vnc. 5. gariophylorum, cinamo. ana drac. ij. ponantur omnia in vase vitreo: & teneatur in vmbra vsque ad mensem. po-
C stea abiiciantur lilia, ne corrumpantur: et oleum reseruetur vsui.

Aliud oleũ: & dicitur oleum de mastiche valde resolutiuum: & est multũ conueniens debilitati stomachi: et specialiter si fuerit ex frigidis hu. multũ ualet ad dol. stomachi. R. oleũ oliuarũ mediocriter maturarũ li. iij. masti. vnc. vi. bulliant simul in duplici vase donec mastiche in oleo dissoluatur: et vsui reseruetur. Et nota ꝙ quando vis cõponere oleũ, quod volueris esse repercussiuũ vel ĩfrigidatiuũ: uel mẽbrorũ cõfortatiuũ semꝑ debes eligere oleũ de oliuis, ĩmaturis: vt oleũ ro. & oleũ myrti, & alia plura. Si vero facere volueris oleum resolutiuum, vel mollificatiuum, vel penetratiuum: tunc oleum de oli. elige plus maturis. Si uero uis ꝙ habeat resoluere cum confortatione: tunc elige oleum factum de oli. quæ mediocriter sunt ma-
D turę: quę omnia per colorem perpendere poteris oculorum. Nam oleum de oliuis immaturis, est viride: quod est de maturis est album: quod est de mediocriter maturis, est inter vtrunq;.

Vnguenta resolutiua fiunt sic. Re. vnc. iiij. olei de chamo. uel alterius pręďictorum: & vnc. i. cerę in ęstate & . 5. in hyeme, & . drac. i. pulueris, se. anethi, cauliũ, florum chamo. & aliorũ sibi similium singulariũ vel plurium. Vnguentũ bonum resolutiuum est hyssopus humida: & est materia oĩum vnguentorum resolutiuorum: & fit sic. Re. lanam subtilẽ, quæ iacet inter crura & mamillas ouiũ, in bona quantitate: & pone eam in aqua clara, donec cooperiatur: & dimitte sic per diem & noctẽ: postmodum fac parum bullire ad lentum ignem, & dimitte infrigidari: & postea cola, & totum exprime in cacia stãnata: & fac bullire igne

leui: semper agitãdo cum spatula de ligno donec fiat vt vnguentum spissum. De emplastris est optimũ diachylon Rasis quod resoluit scroffulas & glãdulas: & maturat carbunculos: & est multum conueniens. Reci. olei antiqui de oliuis maturis, vnc. v. lithargyri, vnc. i. lithargyrus pulverizetur in mortario: & paulatim addatur oleum, donec totum oleum recipiat: postea ponatur in cacciola: & lento bulliat igne, semper agitando cum spatula: & addatur mucilaginis, se. lini, & fœnugræci, ana vnc. ij. & mucilaginis maluauisci, vnc. i. & iterũ parum bulliat, & agitetur: & fiant magdaleones: & vsui seruẽtur. Et cum est necessarium: accipe de eo quantũ vis: et distende super corio vel panno lineo: & loco resoluendo apponas. Si tamen pro scroffulis illud cõficis: plus valebit si supradicto, vnc. i. radicis ireos siccæ addas. Fortius isto est diachylon Mesue: quod in paruo compendio meo reperitur. Emplastrum bonum resolutiuum: ad cuius exemplũ multa varia emplastra potes conficere: & fit sic. Reci. maluarũ syluestrium, parietariæ, florum chamomil. & meliloti, ana. M. i. bulliãt in aqua donec optime decoquantur: deinde pistentur: & de illa aqua Reci. par. iiij. olei alicuius resolutiui partem. i. se. caulium & anethi, ana par. 5. furfuris, et farinæ hordei, ana par. i. omnia bulliantur in patella: & fiant sicut pultes: quibus addatur tantum de herbis prædictis pistatis quantum sunt pultes: & præcedente membri embrochatione, vt dictum est, tepidum apponatur. Adde resolutiua cõposita medicamina: q̃ sunt in paruo cõpẽdio iuxta ista: & habebis resolutiua medicamina sufficiẽtia.

*De modo maturandi, et de medicinis maturatiuis, quinti tractatus, Cap. III.*

QVoniam pluribus diebus resoluisti: nec forte repercussisti: nec valet: sed materia desiderat maturari: tunc præmissis euacuationibus necessarijs vel possibilibus: incipe maturare cum medicina cui sit virtus & proprietas maturandi: & est omnis medicina temperate calida cum quadam viscositate: quæ non permittit vaporem exhalare: immo retinet ipsum cum grosso: donec grossum optime maturetur: & sunt ista.

| | |
|---|---|
| Malua hortulana seu nigra. | Bauciæ radix. |
| Maluauiscus. | Farina frumenti. |
| Branca vrsina. | Semen lini. |
| Radix bryoniæ. | Fœnugræci. |
| Radix lapathij acuti. | Ficus siccæ. |

Et omnia quæ in pręcedenti capitulo sunt dicta: cũ istis addas, & acquiritur viscositas: per quam viscositatem, materia subtilis prohibetur exhalare. Frigida quoq; medicamina, quandoq; maturantur per accidens, calorem supra materiam repellendo: nã tunc calor mẽbri supra materiam reuertitur, & maturat: sicut iuuenis carnosus media æstate apprehensus a tetano natans in aqua violenta frigida calore reuocato soluitur a tetano, materiam calidam pro frigida matųrari vidi vicibus infinitis.

Maturatiuum bonum compositum, quod materiã maturat calidam: sic fit. Re. foliorum maluę nigrę pinguis seu hortulanæ, brancæ vrsinę, ana. M. i. coquantur in aqua & pistentur: quibus addatur radix althęę præparatæ. M. i. deinde. Reci. aquæ decoctionis herbarum, lib. i. axungiæ veteris sine sale, vnc. iij. farinę subtilissimæ tritici, vnc. iij. farinæ subtilissimæ fœnugręci,

E & seminis lini, ana vnc. i. & . 5. incorporentur omnia, & bulliant ad perfectionem cataplasmatis. postea addantur herbæ pistatæ, & radix: omnia iterum incorporentur: & fiat non durum. Nam semper sit tua intentio, q cataplasma maturatiuum & resolutiuum et mundificatiuum non sit durum: quoniam durities cataplasmatis dolorem adducit propter eius grauitatẽ: neq; membro est suaue sed asperũ: quare plus nocet, quam proficiat. Item si times furiositatem materię: non apponas fœnugræcum: quoniam multum est calidum: & cito inflammatur materia. Ergo aut ex toto abijce, aut minue secundum q tibi videbitur expedire. Multum tamen est vtile, vbi non times materiam inflammari. Si vero cum ipsa calida materia esset grossitudo vel aliqua materiæ frigidæ admistio: tunc Reci. de prædicto cataplasmate partes. ij. fermenti de
F frumento bene acris, partem. i. misceantur. Nam fermentum est dulce acetosum & viscosum: quare compositæ caliditatis & frigiditatis est secundum Isaach. Tamen probauimus ipsum esse grossæ materiæ incisiuum: & materiam educit de profundo membri ad superficiem, & maturat: quare dixit Demoycus, q multorum emplastrorum est basis & materia: & specialiter ad maturationem anthracis & carbũculi multum valet. Sic maluauiscus, de quo mentionẽ fecimus, præparatur. Reci. radicem maluauisci: laua bene: & interiorem duritiem abijce: & optime coque: & pista in mortario bene: & fac inde magdaleones: & serua: & hic maluauiscus dicitur pręparatus: qui semper debet esse iuxta chirurgum: quoniam cum eo & farinis in aqua & oleo vel axungia potest fieri bonum maturatiuum, quando aliæ herbæ non sunt tibi pręsentes.
G Item pultes factæ de partibus. v. aquæ & vna olei induratæ per leuem bullitionem cum tanta farina tritici q sufficiat: sunt maturatiuæ materiæ calidæ currẽtis ad vulnera: & etiam apostematum calidorum sine vulnere: in quibus materia est subtilis: & sunt multũ doloris sedatiuæ propter præsentiam suæ temperatæ caliditatis: quare possumus eas in cura dolorum renũ vti. Aliud maturatiuum bonum. mel & etiam butyrum partibus æqualibus mistum: & cum farinis incorporatum misce maturatiuis: bonum faciunt maturatiuum. Item embrochationes in resolutione, & maturationes vulnerum & contusionum: maxime quæ fiunt in capite mitigantes. Reci. olei communis, vnc. ij. cepe album, vnc. i. cymini, rutæ, artemisiæ, ana drac. 5. absinthij. parietariæ, ana drac. ij. herbas & cepe vltime pista in mortario, & addito puluere cy-
H mini & oleo simul incorpora, calefac, & appone. Item alia pultis maturans apostemata. Reci. foliorum maluæ, bismaluæ, parietariæ, brancæ vrsinæ, volubilis maioris, hyoscyami, ana vnc. ij. hæc coquantur in pauca aqua, & exprimantur: & optime pistentur: pistatæ misceantur cum vnc. iij. aquæ decoctionis earum: & vnc. i. axungiæ veteris, farinæ hordei quod sufficiat. Materia vero frigida maturatur si fiat hoc emplastrum. Reci. cepe. i. album, & tantum de capitibus allij: & coquantur sub cineribus: deinde pistentur cũ tertio sui de butyro: & addita farina fœnugræ. et se. lini, fiat emplastrũ: cui addantur duo vitelli ouorum coctorũ: & vnc. i. maluaui. pręparati: & vnc. ij. fermenti: & oĩa incorporẽtur, et fiat emplastrũ. Itẽ aliud maturatiuũ grossarũ & frigidarũ materierũ & durarũ. Re. bdellij, serapini, ana vnc. 5. q̃ dissoluãtur in

in aceto: et optime pistentur, et addantur, vnc. ij. tere-
binthinę: & omnia dissoluantur ad ignem non bulliē
do: & addatur olei de lilio, vnc. ij. & omnia miscean-
tur: & totum inspissetur cū subtili farina lupinorū, &
fœnugręci. Item si, vnc. 5. olibani puri, et vnc. 5. fœ
nugræci subtilissime pulverizati miscueris cum lib. 5.
mellis, lib. 5. resinę cū melle dissoluto, habebis matura
tiuum optimū ad materias frigidas maturandas. Itē
vnguentū tetrapharmacum: & dicitur ab alijs basili-
con maius: in quo conueniunt Gal. Auicē. Serapion,
Ioannes Mesue, & Halyab. quod valde maturat apo-
stemata frigida: & valet ad vulnera et vlcera fraudu-
lenta: quarū dispositio est in duritie augmentata. Re.
ceræ, resinę, picis, sepi vaccini, par. ęqua. & olei quod
sufficiat. Sunt quidam qui loco sepi ponūt butyrum:
& quidā addunt omnibus in hyeme, par. i. bdellij, alij
solum recipiunt ceram, picē, & resinam æqualiter, &
oleum quod sufficit: & dicitur basilicon minus. Itē
maturatiuū bonū ad anthracē et ad oē apostema du-
rum & furiosum: quod vt diximus, suo loco indiget
medicina: q̄ incidat, & maturet. Re. ficus siccas bene
pingues numero. vij. vuæ passæ de Corintho, vnc. i.
duas spicas allij mundatas. piperis grana. xij. salis dra.
ij. oīa hæc pistētur: & supaddatur olei antiqui, dra. iij.
aceti, drac. i. fermēti acerrimi quantū medietas totius.
Item ad maturādum anthracē: nisi sit nimis durus
& malitiosus: valet emplastrum factum de solo melle
liquido, farina hordei, & oleo violaceo. Itē ad ma-
turandum anthracē & carbunculum. Reci. fermenti
acris, lactis mulieris, mellis, uitellorū ouorū. añ. misce,
& appone. Si vero vis fortius operari: adde galbani
dissoluti medietatem vnius prædictorū. Si adhuc vis
fortius vt maturet, & rumpat: adde stercoris colum-
bini, & gallinę, ana par. vnam et baurach. vij. partem
unam et 5. Hęc tibi sufficiant maturatiua, si bene sci
ueris ipsa adaptare: et sicut in resoluendo diximus.
Item valere diximus si quando vis maturatiuum ap-
ponere, prius locum embrochas cum aqua decoctio
nis herbarum maturatiuarum: donec locus per aquā
calidā rubefiat: et postea maturatiuū non durū quātū
potest pati calidū subsequatur: qd' emplastrū toti lo-
co applicetur calidū: & vltra quā desiderat maturat.

*De mundificatiuis & modo mundificandi. tractatus quinti.* *Cap. IIII.*

MVndificatiuum se habet ad abstersiuum laua-
mentum attractiuum sordis exiccatiuū, sicut
cōmune ad proprium: quia quocunq; modo per me
dicinam auferatur superfluum, potest dici mundifica
tio. Sed proprie loquendo de mundificatiua medi-
dicina loquimur duobus modis: aut de medicina quę
datur interius per os: aut quæ mittitur inferius per cly
stere. uel pessario ad mundificandum membra interio
ra: & huius generis sunt syrupi cum seminibus: qui ve
nas mundificant, & vias vrinæ. Et quædam medici-
næ sanguinem mundificantes, vt casiafis. manna, ta-
marindi: & possunt etiam sic nominari omnes medi-
cinæ laxatiuæ: de quibus omnibus non est huius capi
tuli intētio. Alio modo loquimur de medicina mū
dificatiua in chirurgia: et illa dicitur proprie ibi medi-
cina mundificatiua: quæ grossam superfluitatem seu
generatam saniem siue superfluam putredinē vel cru
stam remouet de vulneribus & vlceribus: vulnus &
vlcus ab ipsa superfluitate mundando: quoniā sicut

A alio dictū est loco, in quolibet uulnere concauo, id est
in quo facta est alicuius substantiæ deperditio, neces-
sario duæ superfluitates generantur: vna grossa: &
alia subtilis: quæ etiam in quolibet sano corpore ge-
nerantur: quæ quidem vulneris impediunt consolida
tionem: quoniam in eo carnem impediunt generari.
Sed medicina mundificatiua grossam superfluitatem
remouet. desiccatiua vero de qua loquemur in capi-
tulo sequenti: desiccat subtilem: quibus desiccatis &
mūdificatis: caro perdita naturę beneficio generatur.
Hæc ergo medicina semper debet præcedere genera-
tiuam & consolidatiuam: de quibus loquemur in se-
quenti: licet aggregatiua seu conglutinatiua veniat ali
quando ad consolidationem sine ipso, ꝙ hęc medici-
na pręcedat: quando scilicet vulnera suuntur vel con
ducuntur recentia: quæ consolidantur antequam ibi
B fiat sanies vel putredo. Hæc iterum medicina pluri
mum mundificat cum pauca abstersione: sicut aqua
mellis, cum qua lauantur vlcera virulenta, alia cum
fortiori: sicut cum melle admiscemus farinas, & alias
species abstergentium membrum. Itē aliquando mū
dificat per viam corrosionis & putrefactionis: quan-
do scilicet medicamen corrosiuum & putrefactiuum
apponitur ad malam carnem auferendam: & partem
membri corrupti tollendam: quæ non potest auferri
cum medicina: quæ solum mundificat abstergendo.

Et quoniam medicinæ simplices raro ponuntur ad
mundificandum: ideo ponam medicamina composi
ta per ordinem numerando, medicinas simplices nō
curando. Scias ꝙ quando vulnera sunt recētia, ubi
non est necessaria saniei generatio: quoniā non est ibi
contusio, nec nerui, nec ossis punctura, nec dolor, nec
C alteratio: non est ibi necessaria mundificatiua sed con
solidatiua sola. Sed quando vulnus alteratur ab aere,
vel apostematur: vel est ibi dolor: ꝙ oportet te matu
ratiua vulneri apponere: & cum vulnus satis saniem
acquisiuit: & dolor, & apostema, et alia accidentia ces
sauerint: tunc incipe mundificare secundum ꝙ con-
uenit in suo casu. Mundificatiuum bonū quod vul
nera recentia mundificat: & in quibus est sanies lauda
ta generata. Reci. mellis rosa. colati, vnc. iij. fa. subti-
lissimæ hordei, vnc. i. & adde parum aquæ: & coque
suauiter, ne comburatur: & agitetur semper cum spa
tula, & distendatur super pannum, & ponatur super
vulnus: quia mundificat cum confortatione loci. Si
vero vulnus fuerit in loco neruoso: bonum esset ad-
dere de terebinthina lauata, quādo depōitur ab igne:
quoniam terebinthina non debet bullire, quando po
D nitur in emplastris: quia bulliendo amittit vires suas.
Aliud quod mūdificat duram matrem denigratam.
Reci. mellis rosa. colati, unc. i. olei rosa. vnc. 5. miscea-
tur. Aliud quod mundificat & maturat vulnera tu
mefacta, non tamen inflammata: sed ad frigiditatem
tendentia. Reci. mellis rosa. colati, lib. 5. farinæ fœnu-
græci, vnc. ij. farinæ hordei, vnc. i. Aliud mundifi-
catiuum vlcerum de nouo factorū in apertione apo-
stematum maturatorum. Re. vitellos ouorum cru-
dos: & incorpora cum farina tritici quātum sufficiat:
hoc mundificat, & dolorē sedat, & locū refrigerat.

Item aliud mundificatiuum cum maturatione re-
sidui: & est optimum quando cogimur apostema in-
cidere ante tempus: & est propria medicina mun-
dificans anthraces, & carbunculos: & omnes pu-
stulas venenosas; postquam sunt apertæ: & valet

vltime ad mundificandũ vlcera antiqua: & ideo vocatur mundificatiuũ de apio. Re. mellis al. boni lib. s. farinę subtilissimę tritici, vnc. iiij. incorporentur adinuicē in patella: quibus incorporatis addatur succi apij vnc. viij. & oīa incorporētur ad ignem leuē: bulliant omnia, donec recipiāt formā pultis. Deinde deponatur ab igne: & diu agitetur: & vsui reseruetur. Si uero times aduentũ cancri vel fistulę in antiquo vlcere, qđ mundificare vis: pone loco succi apij, succũ absinthij: & est optimũ. Aliud mundificatiuũ de vlceribus putridis grossa & putrida putredine abundantibus. Re. mellis, lib. i. siliginis, drac. viij. farinę fœnugrę. orobi, lupinorum, myrrhę, ana unc. i. succi absinthij, lib. s. puluerizanda puluerizentur: & lēto bulliāt igne vsq; ad pfectionē: ab igne depositis: addatur terebin. lotę, vnc. iiij. & optime incorporentur. Hęc oīa mundificatiua distendantur super petiā panni linei: & ponantur super ulcus mundificandũ: postquā fuerit mũdatũ cũ manibus, stupis, & lauationibus. Lauationes in capitulo de ulceribus sunt notatę. Puluis mũdificatiuus crustarũ & grossæ carnis superfluæ & viscosę: quę generātur in vlceribus antiquis, & sine magna corrodit violentia. Re. suc. asphodel. vnc. vi. calcis vi. vnc. ij. auripig. drac. i. misceantur adinuicē: & ponantur ad solē in mense Augusti: & in nocte deponantur ab aere, donec desiccētur, & fiant trochisci. Et iterum in vmbra siccētur: & in vase ligneo & in loco nō rheumatico conseruentur. Cum opus fuerit, unus teratur, & superponatur cum bōbace. Item bonũ mundificatiuũ vlcerum, est vnguētũ viride quod sic fit. Re. viridis æris, par. i. mellis, par. ij. incorporentur simul. Itē vnguētum optimũ mundificans vlcera sordida, fistulas, polypũ, & alia praua vlcera: & dicitur vnguentũ Veneris vel apostolorum: & nō est simile ei ad remouendũ carnem malam de vlceribus. O quoties est ꝓbatũ. Re. cerę al. resinę al. ammo. ana drac. x. bdellij, aristol. lon. oliba. gũmosi, ana dra. vi. galbani, myrrhę, ana drac. iiij. lithargyri, drac. ix. opopa. floris ęris, ana drac. ij. (in alio floris æris, drac. iij.) Gũmę mollificentur in acero, & dissoluatur ad ignē leuem: quibus dissolutis addatur cera dissoluta cũ lib. ij. olei in æstate et. iij. in hyeme. Et cũ oīa fuerint liqfacta: addātur pulueres terendorũ & fiat vnguentũ.

Aliud quod mundificat neruos, maturat, & saniē attrahit: & dicitur mũdificatiuũ de resina. Re. resinę, mellis, terebinthinę, ana lib. s. myrrhæ, sarcocollę, farinę fœnugrę. & se. lini, ana vnc. i. dissoluatur resina cũ melle. & terebin. & additis pulueribus fiant pultes.

Item oportet nos vti aliquando medicinis fortiter cauterizantibus: & ipso igne ad mundificandum vlcera pessima in locis neruosis intricatis specialiter existentia: quorũ doctrinam habebis in capitulo de medicinis facientibus opus cauterij.

*De medicinis conglutinatiuis, & regeneratiuis, & consolidatiuis, seu cicatrizatiuis. tractatus quinti. Ca. V.*

Videtur per modum loquendi ꝙ hæ medicinæ quæ nominantur in hoc capitulo sint eędē: tamen differunt: quamuis secundum quandam consuetudinem omnes dicantur consolidatiuæ. Nam aggregatiuæ & conglutinatiuæ sunt idem. regeneratiuæ: incarnatiuæ facientes nasci carnem sunt eędem: & a supradictis differunt: & tam istæ quā illæ differunt a sigillatiuis cicatrizatiuis, & consolidatiuis: quę similiter

E sunt idem: cum ista nomina etiam ab auctoribus non semper proprie proferantur: veritas est ꝙ vnum aliquando ponitur pro alio. Sed veritas est ꝙ medicamen aggregatiuum seu conglutinatiuum, quod etiā dicitur ab Auicen. quandoq; incarnatiuum: & idem Auicenna in diuersis locis diuersimode has nominat medicinas: et credo ꝙ fuit propter errorem translatoris. Si veritas est ꝙ congregatiua seu conglutinatiua est medicina sicca sine abstersione: quæ in se habet quandam generositatem: quæ in membro applicata resoluitur: & quæ siccitate sua superfluā siccat humiditatem: quæ inter duo labia vulneris per medicum ligatura sola vel sutura conducta reperitur: & sua generositate conglutinat de bono sanguine partem: qui per naturæ officium ibi transmittitur: donec exiccando & conglutinādo labia, quæ disiuncta fuerant a gla-

F dio, coniungat: & firmiter adinuicem firmet: & hanc appellat aliquando dominus Auicen. incarnatiuam. ab aliquibus autē cōsolidatiua dicitur: & hoc est sicut sanguis draconis, calx, thus masculinum, seu pingue. bullita, et ī vio

| | | |
|---|---|---|
| Folia pomorũ. | Arnaglossæ. | ta, et ī vio bullita |
| Et pirorum. | Caulis folia. | Folia acetosæ. |
| Porri. | Cypressi folia. | Puluis molendini. |
| Lilij. | Vitis albæ. | Hordeum vstum. |
| Cortex palmę. | Nux recēs cōtri | Flos sorbę. |

Lac acetosum: et multa alia quę nobis sunt ignota. Immo iam inuenitur experimentum: ꝙ quidam fecerunt sibi magna vulnera: qui ponentes supra de pluribus herbis curati fuerunt in eodē die: nec forte cōprehendere sciebant: quæ fuissent herbæ illæ.

Medicamen compositum bonũ ad hoc quod semper vtitur: & iam dictum est alibi. Re. thuris, par. i. san-

G gui. draco. par. ij. calcis ui. par. iij. fiat puluis, qui ponatur abundanter super duo labia vulneris: quæ conduxisti adinuicem. Caue ne puluis, vel oleum, vel aliud cadat in medio: sicut alibi dictum est. Item alius puluis ad hanc intentionem: & est melior quam primus: ubi credis quod pauca carnis generatio sit necessaria: quoniam vbi multa indiges carnis regeneratione: nō sunt necessariæ huiusmodi medicinæ: sed regeneratiuæ: de quibus loquemur in cōtinenti. Re. olibani lucidi, aloes, sang. draco. sarcocollæ, ana fiat puluis. Alius cōmunis in stringendo sanguinem & conglutinando vulnera. Re. sarcocollę, par. ij. sang. draco. balaustiæ, ana par. i. olibani lucidi, par. s. fiat puluis: quoniam hæc medicina non indiget abstersione: sed exiccatione conglutinosa: quoniam abstersio materiam quæ debet in loco conglutinari, virtute exiccatiua ab-

H stergeret de loco: quod esset contrariũ tuę intentioni.

Nota medicamen carnis regeneratiuũ. Carnis regeneratiuum est illud quod exiccationem paucam cũ abstersione: & cuius proprietas est congelare sanguinem venientem ad locum sua temperata siccitate: & facere de ipso carnem: & sua abstersione superfluitatem grossam abstergere. Et hoc diuersum. Nam si membrum vulneratum quod carnis indiget regeneratione, est siccum, & corpus siccum, & humiditas accidentalis, vel sanies in vulnere est multa: tunc indiget medicamine valde sicco. Si vero pauca fuerit sanies: & membrum & corpus fuerint humida: medicina tunc indiges minus sicca: sicut superius habuisti. Medicinæ vero leues in exiccando: quibus vti debes in sanie pauca, & corporibus humidis: sunt ista sequentia. s.

Thus minutum. Aliq̃tulũ sic. sunt. Aloe. Mástiche.

| | | |
|---|---|---|
| Mastiche | Aristolochia. | Myrrha. |
| Farina hordei. | Iris | Pix græca. |
| Fœnugræci. | Orobum. | Farina fabarũ. |

Alia fortiora: q̃bus uti debes ĩ siccis corp̃ibus sunt.

| | | |
|---|---|---|
| Aristolochia. | Farina lupinorum. | Dragaganthum adustum. |
| Iris. | | |

Vitreolum et proprie adustum: quoniã si vitreolũ aduritur: minus fit mordicatiuũ: & sua siccitas nõ minuitur: q̃m assatio uirtutem adustiuã: quę in eius est superficie, cõsumit in assando: & virtus styptica: quę est in eius profundo, remanet. Quoniã septem de causis res aduruntur. Prima ut vna virtutũ duorũ cõtrariorum augeatur, et alia minuatur: uel myrobalani qui habent virtutẽ laxatiuam & virtutẽ stypticam: si assantur, minuitur virtus solutiua: styptica vero non minuitur, sed augetur: sic vitreolũ perdit acuitatẽ, & non minuit siccitatẽ. B Secunda est vt eius substantia grossa subtilietur: vt cancri qui assantur in vlceribus pulmonis. Tertia vt acquirãt acuitatẽ: sicut lapides ostrea. & testę ouorũ, vt fiat ex eis calx. Quarta vt pręparetur ad terẽdũ sicut seta aut sericũ: & inter medicinas corporales sic ꝙ assantur ut teri possint: et aurũ, & argentũ: quæ decoquuntur cũ sulphure, & plũbo, vt teri possint. Quinta vt auferat eius malignitas: vt scorpiones, q̃ assantur: ut eis possimus ut, in medicinis, quę sunt ad lapidẽ. Sexta vt addatur in virtute medicinę, sicut squilla: q̃ assata fortificatur. Septima ut virtus diminuatur sicut psylliũ, cuius uirtus lubrificatiua debilitatur in assando. Sic ergo omnes species vitreoli, quæ sunt. vi. sunt acutę secundũ magis et minus: et habẽt acuitatẽ suam in superficie eorũ: si adurũtur fiunt exiccatiuę sine mordicatione exiccãdo: carnẽ iuuãt generare: maxime ĩ corporibus et mẽbris siccis. C Modus aũt per quẽ debes de vna medicina transire ad aliã regeneratiuam: & secundum naturam diuersorũ corporum variare in primo tractatu. doctrinæ primæ huius libri capitulo secundo de qualitate, forma, moribus, et scientia chirurgi, plenarie habuisti. prędictis ergo simplicibus & compositis potes vti secundũ ꝙ tibi videbitur expedire. Nã solus puluis thuris si de ipso impleatur concauitas vlceris mũdificata, optime regenerat carnẽ. Et nota ꝙ de thure tria sũt scilicet cortex: & illud est siccius omnibus: & cõuenit plus in consolidatiuis medicinis faciẽtibus pellem & cicatrizantibus: quas ita habebis. Et eius gũmosum quod dicitur masculinum vel olibanũ ꝓprie: & cõuenit plus in medicinis conglutinatiuis, de quibus dicitur in principio huius capituli: & est eius puluis: qui cũ cribratur, descendit a cribro: & dicitur D minutum thus: & illud plus conuenit ad regenerãdũ carnem. Per hanc distinctionẽ debes intelligere distinctionem trium medicinarum: de quibus fit mẽtio in hoc capitulo: quæ omnes dicuntur ab aliquibus cõsolidatiuæ: Nã vna scilicet conglutinatiua desiccat cũ conglutinositate: & facit labia vulneris adhęrere. Secunda desiccat sine stypticitate cum quadã leui abstersione: quia sanguinẽ iuuat conuerti in carnis naturã. Tertia desiccat cum stypticitate: quare facit cutẽ vel callositatẽ loco cutis carnis generatę, superficiẽ condẽsando. Compositum bonum in generatiõe carnis est lithargyrus nutritus: qui nutritur sicut in capitulo de vlceribus virulentis habuisti. Alius puluis regeneratiuus. Re. thuris minuti, mastiches, fœnugræci, ana. fiat puluis. Nam optime regenerat, & desiccat, et

A nõ permittit vlcus fœtere: imo acquirit fœtenti bonũ odorem. Aliud vnguentũ optimum in regeneratione carnis. Re. lithargyri nutriti, vnc. ij. pulueris thuris. sarcocollæ, galbani, colophoniæ, ana drac. i. omnia incorporentur, & admisceantur. Alius puluis. Re. maluauisci parui: qui dicitur ab aliquibus samnicula, ab aliis nugaria: laua bene, & sicca in furno: ita tamen ꝙ nõ aduratur, teratur, & fiat puluis: et ponatur abundanter in vulneribus, & vlceribus concauis: nã de proprietate carnẽ generat: siue solus siue cum adiũctis. Item. Re. de dicto puluerę, vnc. i. thuris minuti, vnc. 5. vernicis, aloes, sarcocollæ, mastiches, fœnugræci, ana drac. ij. misceantur. De prædictis poteris facere vnguentũ: ponendo, vnc. i. pulueris, & vnc. iij. olei, & vnc. 5. cerę. Et nota ꝙ vbi potes ponere pulueres regeneratiuos: nõ oportet vt apponas vnguen- B tum: sed vbi puluis nõ potest attingere ad fundũ vulneris: tũc oportet te facere vnguentũ: ita ꝙ leptomerositas olei faciat ad fundũ puluerẽ penetrare per poros: & tunc valet hoc vnguentum quo vnguntur loca vulnus circundãtia. Nam saniẽ attrahit, & exiccat. Re. olei, lib. i. resinæ, vnc. i. ceræ, vnc. i. minuti thuris, fœnugræci, ana drac. 5. fac vnguentũ colatum per stamen. Item aliud optimũ ad hanc intentionem. Re. consolidæ maioris & minoris: arnoglossæ, pilosellæ, plantaginis minoris, ana. M. i. vermes terrestres longos: qui dicuntur lumbrici, lib. 5. hęc omnia tonde, & pone in lib. i. olei oliuarũ: & dimitte, ibi per. viij dies marcescere: deinde fac parũ bullire, & cola, & exprime: & quando fuerit infrigidatum: adde sepi arietini a pelliculis bene mundati, lib. i. picis naualis, lib. 5. picis græcæ, vnc. iij. ammoniaci, galbani, opopanacis, tere- C binthinæ, mastiches, thuris minuti, ana vnc. 5. confice sic. ammoniacum, & galbanum, & opopanax mollificentur in aceto: postea dissoluantur in caciola per se. dissoluta addantur oleo. cerę, pici nauali, & nõ simul dissolutis. ad ultimũ addãtur pulueres terendorũ, et ꝑ stamẽ coletur: et vsui reseruetur. Hoc. n. vnguentum ponitur circa vulnus profundũ: nã saniẽ attrahit: dolorẽ mittigat: & mundificat: carnẽ in vlceribus creat. Nota ꝙ quamuis hic ponã vnguentis cõficiendis ꝓportionẽ pulnerum: & olei & ceræ: tñ secundũ ꝙ exigit necessitas, oportet te aliqñ proportionẽ oĩum variare. Nã si vulnus tuum nimis habet de sanie: & fuerit ĩ loco sicco: tũc adde de puluere: & minue de oleo & de cera. Si vero esset vulnus siccũ & in loco humido: tũc minue de puluere: & adde de oleo & de cera: sicut optime superius habuisti. Et nota ꝙ mundifi- D catiua, quorũ ĩ capitulo pręcedẽti habuisti multa. mũdificatiua sunt ꝓprie et principaliter: & secũdario carnẽ generant: & cõsolidatiua: q̃ in sequenti capitulo dicentur: cum eo ꝙ proprie consolidant, habent etiam carnem regenerare: quare inuenimus ꝙ vnum & idẽ medicamen, & specialiter de diuersis compositum, habet in aliquibus facere hæc omnia tria officia. mundificare, regenerare, & inducere cicatricem. Medicina cõsolidatiua cicatrizatiua, & sigillatiua idem est: & est medicina quæ desiccat vulneris humiditatem superficialem, donec faciat de ipsa corticem: & continuet inter cutim sanam & carnem regeneratam: & faciat tegumentum forte, sicut cutim naturalem defendens a nocumento. Et scias quod quamuis Aui. dicat donec nascatur cutis naturalis, cum amittitur in vulnere concauo, nunquam renascitur: supple cutis

naturalis: quoniā est membrum spermaticum: quorū nullum renascitur, ut sciuisti: sed in loco cutis deperditę, medicina ista naturā adiuuat: vt nascatur caro callosa dura, quæ est loco cutis, super quā nō nascitur pilus. Et medicinæ quę hoc habēt facere, simplices sunt.

Medicinę simplices.

| | | |
|---|---|---|
| Cortices arboris | Nux cypressi. | Alumē scissum. |
| pini. | Psidiæ. | Folia fici. |
| Cortices thuris. | Curcuma. | Stercus canis cōe |
| Cētaurea cōbus. | Rubea ma. com- | dētis ossa siccatū. |
| Ossa combusta. | busta. | Vtraq; aristolo- |
| Abrotanum cō- | Lumbrici terre- | chia cōbusta. |
| bustum. | stres adusti. | Omnes vitreoli |
| Balaustiæ. | Catimia argenti | combusti. |
| Gallæ. | & auri. | Æs vstū lauatū. |

Et omnis medicina quæ fit in duabus actiuis, ꝑpter temperamentū: et fit fortis exiccationis cum quadam stypticitate, est huius generis. Aliqñ etiam admiscemus medicinas conglutinatiuas cū paucis corrosiuis, de his quæ dicentur in sequenti capitulo. Et fit cortex grossus sub quo reperitur cū cadit, tegumētum sicut cutis: sed ad hoc faciendū, est necessaria cautela, et sciētia proportionandi: quę habetur partim ab experimēto: & partim a notitia cōplexionis, tam mēbri quam corporis ægrotantis. De prædictis simplicibus potes vti in puluere: & potes facere vnguentum, secundum doctrinam traditam de vnguentis. Dum tamen oleum cum quo conficis hoc vnguentum: semper sit stypticum, vt rosaceum vel myrtinum.

Compositū bonum quo debes vti in ęstate, in vulneribus, & vlceribus calidis, & in oī excoriatione facta ab ęquitatione, vel pustulis, vel igne, vel aqua calida: & est vnguētum albū Rasis: qđ semper habere volumus. Re. olei ro. vnc. iiij. cerę, vnc. 5. in his regionibus: sed in regiōibus calidis & ī ęstate, vnc. i. Et tu ꝑ regiōes & tēpora varia cerę quātitatē, cerussæ, vnc. i. cāphorę, drac. i. duo albu. ouo. fit aūt sic: Prius ī mortario tere. iij. amygdalas a grosso mūdatas cortice: tritas abijce, & terge mortariū: & appone ibi camphorā ad terendum: qm̄ camphora nō teritur subtiliter alio modo: postea adde cerussam, et tere: deinde adde cerā in oleo dissolutā, et oleum: et agita bene cum pistello: & cum fuerit prope frigidū: adde albu. ouorū: & diu agitetur: qm̄ quanto plus agitatur, tanto melius. Quidā ponunt de cerussa cū supradicta quantitate olei, cerę, cāphoræ, & albu. drac. v. & lithargyri, drac. iij. & est optimū consolidatiuum: nimis tñ refrigerat: quāuis vtrūq; sit frigidum: & tu lithargyrū pone: vel nō pone: vel adde vel minue secūdum ꝙ tibi videbitur expedire. Puluis optimus ad hāc intentionē. Re. aloes, balaustiarū, catimię argenti, æris vsti triti & lauati, partes ęquales: fiat subtilissimus puluis, et pulu erizetur vbi pellem uis fieri. Alius fortior. Re. aloes, curcumę, vermiū terrestrium combustorū, balaustiarum, myrrhę, gallarū, par. æqua. fiat puluis. Vnguētū optimū. Re. fęcis argenti, drac. xxx. merdā ferri, cimoleę, ana drac. vij. & 5. catimiæ, argenti, cerussę, lithargyri, plumbi vsti, ana drac. v. argillę rubeę, drac. v. misce oīa cum oleo ro. & fac vnguētum. Aliud quod dicitur vnguentū de palma, & aliter de cicadis: & attribuitur Gale. quod optime consolidat vulnera & vlcera antiqua: & valet ad oīa apostemata, & vlcera difficilis cōsolidationis. Re. adipis porci antiquę sine sale ab oībus pelliculis mūdatę & colatæ lib. i. olei,

E lib. i. & 5. lithargyri, lib. i. calcāthi, drac. iij. Et fiat sic. lithargyrū & calcāthum in mortario tere: & paulatine adde oleū, & axungiā insimul liquefacta. deinde. Rec. spatulā vnam quæ fiet de palma viridi: & eius medietatē superiorē incide in parua frustula, & pone in medicamine: & cū alia medietate agita, donec spatula cōsumatur, & medicamē acquirat virtutem a spatula. Sunt quatuor medicamina quæ sunt fortia in regenerando & cōsolidando. primi generis est medicina de lino Ioānis Mesue: qđ sic fit. Re. rasuræ vel pistaturę pāni albi vetusti, vnc. i. opopanacis, vnc. ij. vini, mellis, olei rosa. vel myrtini, ana drac. x. lithargyri, aloes, sarcocollæ, myrrhæ, ana drac. 5. & fiat vnguentū hoc enim vnguentum regenerat, et sanat vulnera fraudulenta difficilis curationis.

Medicamen secundi generis est illud quod ponitur
F in capitulo de vlceribus virulentis. illud. n. mundificat, & desiccat, carnē regenerat: et etiam inducit cicatricē. adde ergo illud hic. Item attractiuū magistri Guilelmi de Someris. Re. ræsinā albā: & liquefac eā in vino acerrimo, & cola in pelui, vbi sit aqua frigida clara: totū illud manibus unctis cum oleo ro. uel myrtino: collige resinam de aqua, & bene malaxa, & conserua. Si vero sit in æstate: adde medietatē sui de ceruſa alba: hoc desiccat super pāno extensum, & vulneri superpositū pellē inducit. Item aliud. Rec. olei. ro. vnc. iij. resinę, vnc. ij. cerę, unc. i. mastiches, cortic. thuris, colophoniæ, ana drac. i. nucis cypressi, curcumæ, ana drac. 5. fiat magdaleon: et seruetur. Istud plus valet, quā apostolicon Nicolai. Medicamen optimū ad consolidationem ossium fractorū, & ad firmationem dislocationū, quando sunt reducta per medi-
G cum. Re. farinę cicercularum vel volaturę molendini, lib. 5. mastiches, dragagāthi, gummi, arab. boli. armeni, ana vnc. 5. omnia pulerizentur: & cū ipsa farina incorporentur: & cū ouorum albu. ad spissitudinē mellis. Modus autē operationis harū trium medicinarū: quę a quibusdā dicuntur consolidatiuę: talis debet esse. Nā in primo die cū vulnus fit: & cum cōduxisti partes siue per suturā, siue aliter pone, de primo. s. cōglutinatiuo supra locū conductū abundāter: & supra pone petiā de pāno lineo, & oui albu. intinctā: et hoc continua cū defensiuis, & alijs necessarijs, donec labia vulneris fuerint cōtinuata siue cōglutinata firmiter siue clausa. Nā alia duo genera nō conueniūt secundū genus: sed ponitur regeneratiuū: qñ profundum vulnus vel vlcus mundificatū est: donec vulneris vel vlceris cōcauitas carne debita repleatur. Et consolidati-
H uū postea subsequatur. Nec oportet tantū positionem cōsolidatiui medicaminis expectare: ꝙ tota concauitas carne sit repleta: nā cōsolidatiuum addit in regeneratione. Ponatur ergo consolidatiuū antequam cōcauitas noua carne, in superficie cumuletur: quod si nō feceris, aut erit nimiū grossa cicatrizatio: aut vix pellis poterit illud ascendere culmen: nisi carnē illam diminuas, cum aliquibus corrosiuis. Scias ergo bene vbi & quando debes his medicaminibus vti: et sic sequaris modum recte operandi: & operatio tua bonum habebit effectum.

*De medicinis corrosiuis, & cauterizantibus. quinti tractatus. Cap. VI.*

CORrosiuis vtimur ī chirurgia plurimus modis & casibus, & eorū aliæ sunt debiles: aliæ fortes: aliæ

aliæ fortiores: & aliæ iterum fortiores.

Medicinæ debiles sunt.

| | | |
|---|---|---|
| Hermodactyl. | Bryonia. | Vitriolum adu- |
| Aristolochię. | Gentiana. | stum. |

Et hęc maiorē habent uirtutē in corporibus humidis.

| | | |
|---|---|---|
| Medicinæ for | Ranarum. | Arsenicum. |
| tes sunt. | Cortex uiticellę | Sulphur. |
| Vitriolū non cō- | Medicinę for | Item magis for- |
| bustum. | tiores sunt. | tiores sunt. |
| Thapsia. | Flos æris. | Calx viua de la- |
| Pes milui. | Viride æris. | pidibus et ouis. |
| Apium. | Æs ustum. | Forte capitellū. |

Arsenicū sublimatum. Et aquæ factæ de his per sublimationē: et multa composita ex prędictis & alijs simplicibus. Debilibus vti debes, qñ vis carnem superfluam minuere, si paucam vis auferre: fortibus, si multam: fortioribus, si mediā: fortissimis, quādo corruptionē vis auferre de membro, quamuis melius sit vt corruptio cum ferro calido auferatur. De compositis pauca tibi ponam: nam tu scis de simplicibus multas componere medicinas.

Puluis qui leuiter & sine molestia carnē superfluā corrodit, & minuit. Re. viridis ęris, hermo. aristol. ro. ana par. æquales: fiat puluis & seruetur in loco sicco: & cum volueris carnem superfluam minuere, Accipe cotum, & madefac de saliua tua: & intinge in puluere, et superpone. Et nota ꝙ duobus modis loquimur de carne superflua. Vno modo de carne bona & pura: quæ supra vulnus nimiū augmētatur: & hęc nō est superflua nisi in quātitate. Alio modo carnē appellamus superfluā: quæ cū putredine est admista: & ista est liq̄da viscosa. Et hic nascitur eo ꝙ medicus ponit regeneratiuum ante perfectam mundificationē: ita ꝙ caro noua, quę nascitur, cum inuenta in loco putredine cōmiscetur. Primo casu non est necessaria medicina: quę cum extra abstersiōe corrodit. In secundo est necessaria medicina: quæ cum mundificatione corrodit: de quibus quasdam habuisti in capitulo de mundificatiuis. Alius bonus puluis superfluam carnem remouens, & putredines atq; crustas. Re. calcis vi. unc. ij. arsenic. vnc. i. succi radic. asphodelorum. vnc. vi. misceantur & fiant trochisci, & seruentur in vmbra desiccata in loco sicco: vt ab humiditate corrumpi non possint. Hi trochisci fiunt melius in augusto. Cū autem de his necesse habueris: fac de vno illorum puluerem: et locum pulueriza. Aliud vnguentum qđ vocatur vnguentum viride: et mundificat cum corrosione superflui. Recip. mellis, part. ij. viridis æris, part. i. misceātur. Aliud vnguentum viride, quod mundificat, & carnem regenerat: bonum in vlceribus antiquis: & malam corrodit sine violentia. Rec. chelidoniæ, radi. alleluię. folia cētri galli, leuistici agrestis, scabiosæ, ana. M. i. Hæ herbæ bene pistentur cum lib. i. sepi arietis, & lib. i. olei admisceantur & dimittātur per. x. dies marcescere. Deinde ponantur ad bulliendum ad leuē ignem: donec herbæ petant fundum vasis: & tunc colentur: & colaturæ addatur ceræ, terebinthinę, ana vnc. ij. colophoniæ, vnc. i. mastiches al. vnc. 5. viridis æris: q ponitur in fine, drac. i. omnia agitentur: & incorporentur fortiter: & fiat vnguentum. Si vero vis fortius operari: fac hunc puluerē: qui fistulā occidit: & cancrum fœtidum corrodit. Re. nitri al. combusti, sulphu. vi. viridis æris, atramenti, vitreoli viridis, ana vnc. 5. auripigmēti, foliati, drac. iij. fiat pul

A uis: & distemperetur cum aceto forti. & anabulæ lacte: ad mellis spissitudinē: & ponatur ad solem vel ad lentas prunas in hyeme: donec desiccetur: & tunc puluerizetur: puluerizatus iterum cum eisdem liquoribus temperetur. Postea siccetur: & tertio idem fiat: et tunc in loco suo seruetur. Puluis alius ad cancrū, & ad fistulam desiccandum, & carnem superfluam remouendam. Recip. radi. bryoniæ, vnc. v. thapsiæ, laureolæ, exulę, ana vnc. ij. cyclaminis, ireos, vtriusq; hermodactylorum, asphodelorum, ana drac. vnam. herbarum chelidoniæ, leuisti. agrestis, buglossæ, summitatum oliuarū, & myrti, ana vnc. i. herbæ, & radices contusæ temperentur in aceto per quatuor dies: deinde coquantur: & coctæ colentur: & cum sacculo fortiter exprimantur: & liquori bullienti addatur calcis vi. puluerizatę: & subtiliter cribellatę, lib. 5. & opti

B me incorporentur: vltimo addatur auripigmenti, foliati, vnc. iij. optime puluerizati: et omnia incorporētur: & fiant inde trochis. & seruentur in loco sicco. Et cum opus fuerit: vnus eorum vel dimidius teratur secundū necessitatem: et locus corrodendus inde puluerizetur. Alius eiusdem generis. Recip. arsenici rub. triti, calcis vi. aluminis de pluma, gallarum nouarū: non tamen viridium, partes æquales terantur cū aceto, & misceantur: & siccentur: et fiat: vt in supradicto diximus: et v sui reseruetur. Fortissima medicamina quæ sunt sicut ignis: sunt realgar, & vnguenta ruptoria, & alia quæ carnem sanam mortificant, et corrodūt: quorum vnus puluis fortis est: qui fit per sublimationem. Re. limaturæ ferri, vitrioli, aluminis iameni, antimonij, ana vnc. ij. salis ammo: arsenici citri, sulphu. vi. floris æris, ana vnc. i. & .5. calcis vi. lib. 5. hæc

C omnia terantur: & addatur, vnc. i. argenti. vi. cum saliua extincti: temperetur cū aceto vel aqua maris, vel lixiuio forti: quod erit melius si erit de cineribus fabarum: & fiant inde trochisci & siccentur. siccati ponantur in alutel, & sublimentur. Modus sublimationis est talis. Vt habeatur vas vitreum grossum: quod ab igne findi non possit: vel sit terreum, interius vitreatum, & habeat cooperculum ita artificialiter ei coniunctum, quod vna pars cooperculi intret vas, quod erit inferius: & stricto se sibi coniungat: ne possit inde aliquid exhalare: & cum hoc lutetur luto sapiētiæ qui est apud alchimistas, vel gypso: quod in gallico dicitur plastæ: puluis sublimandus ponatur in fundo vasis: & cum cooperculo cooperiatur: & orificia fortiter obturētur, & ponatur in fornello: in quo fiat ignis lentus vel leuis per dimidium diem: postea vas aufe-

D ras ab igne: & dimitte infrigidari: quo infrigidato discooperiatur: et quod remansit in fundo: inferius abijciatur. Et quod cooperculo adhæret: remoueatur: & seruetur in frustis. Et cum opus fuerit, operare cum eo cum cautela, quoniam comburit vt ignis: & putrefacit, & corrumpit locum, cui apponitur. Hoc idem facit realgar, quod est arsenicum sublimatum. Si modo realgar vel supradictum aliud medicamen vis reprimere: fac de ipso puluerem, & distempera cum succo lactucę et plātaginis ad spissitudinē mellis, & desicca postea distempera: postea sicca: & sic facies pluries: et ita reprimetur, qđ non tantū inflāmat, et tū operatur. Item ruptorium bonum, quod carnem sanam denigrat, & comburit: adeo quod postea cadit, & remanet ibi vlcus. Et quidam vtuntur eo indifferenter ad crepatos, & ad aperiendū apostema: & ad

remouendum omne superfluũ. Rec. calcis vi. quantũ vis: & resolue in capitello ad modũ vnguẽti. Et dum est factum, recens appone: quia quanto recentius, tanto melius operatur. Capitellum est lixiuium, quod sic fit. Imple cistam unam de duabus partibus cineris stipitum fabarũ: & tertia calcis vi. puluerizatæ insimul mistarum: & bene calca, vt sit bene durum rorando aliquid de aqua desuper: vt melius indurescat: deinde fac in summo foueam: in qua ponas aquam feruentẽ: et sub illa cista pone vas vacuum, in quo illa aqua cadat: & quod inferius distillat est capitellum. Fit etiã aliter bonum ruptoriũ. Rec. cal. vi. par. i. arsenici, p. 5. puluerizentur, & misceantur cum sapone molli. quidam etiam addunt tartari, par. 5. Item mel anacardi valde vlcerat solum: & si addatur alijs medicinis, fortius operatur. Et quando mel factum non inuenis, fac sic. Tere anacardos grosso modo: & pone ĩ aceto per diem & noctem: deinde fac bullire fortiter: & exprime: quod inde exibit, erit medicamẽ vlcerans: vel pone anacar. in tenaculis latis, fabrorum calidis, & stringe: & colabit inde mel. Item ventres cantharidum pistati cum fermento: & loco appositi valde vlcerãt. Sed nota ꝙ vbicunq; ponis cantharides: sequitur ardor vrinæ. Et aliquando per earum appositionẽ etiã si ponatur in capite: tanta acuta materia fluit ad vesicam: ꝙ vrina cum ardore maximo denegatur. Et cura huius accidentis est ponere patientem in aqua decoctionis foliorum maluarum, vio. parietariæ, nasturcij aquatici. et similium, vsq; ad vmbilicum: quoniã dolor sic & arsura sedatur: & vrina facile prouocatur. Et nota ꝙ vbicunq; ponis medicamen cauterizatiuũ vel facis cauterium; semper debet subsequi medicina mitigatiua: donec crusta per se cadat. Neq; crustã auferas cum violentia: sed tandiu medicamina mitigatiua appone: ꝙ crusta voluntarie per se cadat. Medicina crustam faciẽs cadere, & dolorem & ardorem mitigans: est vitellus oui cum oleo rosa. quod omnibus alijs præualet medicinis. Item. R. folia caulium: & pista cum axungia vel butyro: & superpone. Sola etiam axungia vel butyrum in leui casu facit opus. Pultes etiam de farina, oleo et aqua: faciunt hoc optime dolorem sedando: & crustam cadere faciendo. Et nota ꝙ vbicunq; est necessaria corruptionis ablatio, vel loci vulneratio sine incisione cum ferro frigido, quod semper est tutius & nobilius, operari cũ cauterio ferri calido vel auri: quam cum medicina caustica: quamuis plus de igne aliqui terreãtur: & hæc ratio superius in capitulo de cauterijs est optime declarata. Et nota si medicina caustica vis vti uel cauterio: semper est tibi necessarium in corpore debiliori & parua causa medicinis vti debilibus & modo operis leuiori. Et semper caueas, ne neruũ arteriam vel magnã venã tuo comburas cauterio, vel tua medicina mortifices. Sed mẽbrũ corruptũ solũ tãgas: sensibile nõ tãgẽdo.

Item quod in vno forti & robusto necessarium esset facere vna vice: facias ĩ debili pluribus vicibus successiue. Nam in omni opere medicus debet habere curam primã de capitali: quod est virtus: deinde de cura ægritudinis: quod est lucrum.

*De medicinis mollificatiuis et de modo mollificandi. tractatus quinti. Cap. VII.*

MOllificatiuis vtimur medicinis in quatuor casibus. Quorum vnus est quãdo materia quam
E intendis resoluere, est nimis dura: quia tunc si solum vtaris resolutiuis, vt dictũ est: eius subtile resoluitur, & residuũ induratur. oportet ergo mollificare. Secundus casus est quando membrum fractum vel dislocatum fuerit: et post reductionem remanet eius motus difficilis: quia tunc oportet locum iterum mollificari, donec motus membri facilis habeatur. Tertius casus quando aliquod membrum steterit longo tempore dislocatum & non fuit reductũ: quia bonus medicus non fuit uocatus a principio: quia tunc est necessarium illam iuncturam tantum mollificari, uel humectari: ꝙ membrũ possit in locum suũ reduci. Quartus casus est quando aliquod ruptum membrum fuit male reductum: ita ꝙ vna pars equitat super alteram: & formam membri facit turpẽ: & eius operationi nocet: tunc mollificamus, donec iterum rumpamus: &
F in illo loco debito reducamus. In omnibus istis casibus vtimur mollificatiuis: vt sunt ista.

| | |
|---|---|
| Chamomilla. | Semen lini. |
| Melilotum. | Omnes pinguedines. |
| Fœnugræcum. | Omnes medullæ. |

Et gummę plurimę. Et omnis medicina quæ sua caliditate & humiditate materiam habet in membro contentam mollificare: & poros membri linire: membriq; duritiem et soliditatem, vt superfluitatis quę est in membro, facilior sit expulsio: & membrorum motu voluntario non resistat. Compositum bonũ ad intentionem primi casus. Re. olei antiqui, par. iiij. cerę par. i. fiat vnguẽtum quo vngatur membrum: cuius materiam extraneam in eo contentam vis resoluere: nam materiam mollificat: & poros membri dilatat: & præparat ad obediendum resolutioni. Aliud fortius. Reci. radicis siccidis, radicis maluauisci, ana vnc.
G i. incidantur in subtilia frusta: & ponantur in phiala vitrea cum vnc. iiij. olei de lilio simplicis: & ponatur cũ oleo de radi. in vase alio, vbi sit aqua quæ bulliat: & per bullitionem aquę bulliant res quæ sunt in phiala: donec herbarum succositas sit consumpta. de hoc oleo vnge locum, & lanam succidam superpone. Et nota ꝙ quando facis istas vnctiones: bonum est ante fomentare membrum cũ aqua calida, donec rubeat: & non vltra. Si vero durities esset nimis fortis: calefac lapidem molarem in igne, vel magnum frustum de merda ferri: & pone in forti aceto: & membrum lapideum super fumo, qui resoluitur ab aceto, stuphetur per magnam horam: postea vnctio subsequatur.

Modus autem mollificandi mẽbra in secundo tertio & quarto casu est vnus: & est vt habeas aquam decoctionis florum chamo. meliloti, fœnugræ. & semi-
H lini, & radic. maluaui. & fomentare membrũ per magnam horam: & in illa fomẽtatione cõnare leuiter fricare membrum, & mouere. Facta fomentatione, vngas cum vno infradictorum unguentorum, donec sit adeo mollificatum, ꝙ tuum propositum consequaris. Vnguentum mollificatiuũ bonum. Re. axungiæ porci antiquæ sine sale, vnc. iij. pinguedinis anseris, anatis, & gallinæ, ana vnc. i. omnia ista liquefiant, & colentur. & addatur, vnç. i. cerę: hoc multum mollificat, & humiditatem restaurat. Et si vis vt valeat ad siccitatem pectoris & pulmonis & ad tussim siccam et ad humectandum pectora hecticorũ, appone unc. i. de puro dragaganthi, & erit vnguentum restauratiuum. Ad mollificandum & ad remouendum duritiem motus de membris; quæ quidem mẽbra fuerũt

dislocata

dislocata vel fracta: quorum motus remansit durus. A
Reci. adipis porci antiquæ sine sale, vnc. iiij. fecis olei
de lilio, de seminis lini, bdellij varij, ana vnc. ij. styra-
cis calami. galba. opopa. ammonia. ana vnc. i. gūmæ
ponātur in mortario, & valde pistentur: & alia liquę
fiant, & addantur: & omnia bene incorporentur. Et
locus inungatur post prędictæ aquæ fomentationē.

Aliud vnguentum quod semper volumus habere
penes nos: quod valde mollificat, & confortat. Re.
axungiæ porci, vnc. iij. pingue. anseris, anatis, & galli
næ, ana vnc. i. ceræ, terebinthinæ, ana vnc. i. olei anti-
qui, vnc. iiij. farinæ fœnugræ. & seminis lini, ana vnc.
i. bdellij. opopa. mastiches, thuris, ana vnc. 5. Gummę
temperentur in vino: postea cum axungia pinguedi-
nibus, cera, & oleo, dissoluantur, & colentur: & adda
tur puluis terendorum: & optime incorporentur: &
vsui reseruetur: et facta stupha cū aqua supradicta fiat B
inunctio iuxta ignem. mollificat enim iuncturas: qua
rum motus difficilis remansit post consolidationem
vulnerum dislocationum & fracturarum: & est vn-
guentum Rasis. quod rectificamus: & nostrum expe-
rimentum multoties probauit in casibus: qui despera
ti de motu per aliquos videbantur: qui fuerunt huius
vnguenti beneficio motui libero restituti.

Diuina semper cooperāte gratia sine qua nihil in
cipitur: nihil perficitur: nullusq́ labor expletur: sed omnis finis bonus: omnisq́ bonorū
actuum directio: omnisq́ claritas itineris procedit: &
eius plenitudine largitatis: qui per Mattheum Viceco-
mitē tanquam eius in hac parte ministrum: cuius pro
pter quorundam peccata dominium ciuitatis Medio
lani permiserat me de ciuitate coactum: & fecit in Gal
liam transportari: ubi meum iam aliquibus dimissum C
temporibus resumpsi studium: vbiq́ meum totū fir-
maui propositum: neminē lædere: sed pro his qui me
persecuti fuerint, exorare: circa medicinam intende-
re: bonum cōmune diligere: siquid boni gratis acce-
perim: gratis dare: pro scientiam diligentibus labora-
re: donec Lugdunum supra Rhodanū moram cōtra
hens rogatus quoddam de chirurgia facerem compē
diū: intendens tñ opus pręsens componere: quęcunq́
mihi foret a domino possibilitas attributa. Tandem
desiderans Parisius dictis cōtinuis puenire curis vrgē
tibus: quas liberorum educatione cura prosequi com
pellebar: p diuersa regni loca vocatus annis pluribus
fui detentus. Demum anno gratię Millesimo ducē-
tesimo nonagesimo quinto perueni Parisius: vbi tan
tam & talem habui comitiuam: qualis & quantæ cen
tesimo non sum dignus. Ibiq́ rogatus a quibusdā do
minis & magistris, et specialiter a viro venerando do
mino magistro Ioanne de Passauanto magistrorū me
dicinæ, necnon a quibusdam valentibus bachalarijs
omni dignis honore: q̄ ea quæ de rationibus chirur-
giæ legendo dicebam: & meum operationis modum
& experimenta, quibus vtebar: in scriptis ad cōmu-
nem vtilitatem & recordationem perpetuam compi
larem: ipsorum petitionem admittēs, onus assumpsi:
iandudum in mente propositum, quod non modi-
cum æstimaui, maxime cum mea non sufficiat impe-
ritia, non solum lecturam scribere: sed in libris formā
artis huius & regulas cū suis adiacentijs ordinare. Vir
tus tamen diuina, cuius auxilium in libri principio po
stulaui, cuius gratia sum quod sum: & qđ nunquā in
me fuit egenum, finem optatum Anno natiuitatis do
mini. M.cc.xcvi. huic operi ponere non negauit: quā
iterum & iterum affectuosis duco supplicationibus
exorandam: hoc dignetur opus benedicere: cunctaq́
operatione per illud operantium in viam lucis dirige
re: necnon errores ab eorum mentibus proijcere: nec
non ad optatum perducere finem. Ad honorem sui
sanctissimi nominis & ad vtilitatem seruorum suo-
rum: mihi autem veniam dignetur concedere pecca-
torum. Qui viuit & regnat & imperat: per omnia se-
cula seculorum. Amen.

Gratia fauente diuina. Explicit chirurgia magistri
Lanfranci de Mediolano completa qualis qualis me-
dici generalis totius orbis.

Cum dei auxilio & gratia, petens pro me Virgo
Maria, ad suum charissimum genitum dñm nostrum
Iesum Christū: qui pro sua pia misericordia dedit mi-
hi gratiam: vt hūc librum complerem, et ad bonū fi-
nem ducerē: semper ipsum laudādo Deum, & glorifi
cando. Cuius nomē sit benedictū in secula. Amen.

Finis chirurgiæ Lanfranci.

# Hæ sunt recollectæ habitæ super quarto Auicēnæ ab egregio & singulari docto re Magistro Leonardo Bertapalia: & ibi sunt mirabilia secreta habi-ta ab eo, & per me experta.

## PROLOGVS.

ALTITONANTIS implora-bo auxilium, Quo sine nullum rite fundatur exordiū. Nec ad medij finisq; alicuius bonitatem vllam sane quis peruenire poterit: ut intellectus mei dilucidare dignetur ingenium: vt valeā ego Leonardus plura mei canonica Chirurgiæ exprimenta in scriptis ad æternā memoriam redigere: & quæ experimēto ac ratione theorica habuerim, Auicennę prosequēdo vestigia: et ordinē. 3. super Fen Canonis quarti. Et primo vt ipse princeps a phlegmone exordiar.

### *De phlegmone.* *Cap.* I.

PHlegmon est apostema sanguineum rubei coloris cum caliditate, scilicet ad tactum: & inflāmatione, quantum ad sensum ægrotantis: cum tensione, quantum ad eleuationem; cum impulsione, quantum ad non cedendum tactui: & est cum pulsatione: si est propinqua arterijs: et est simplex vel compositū sanguine prædominante in ipsa phlegmone. Notaq; iste terminus phlegmon est ęquiuocus ad tria significata; secundū q distinguit Auicen. in textu ex intētione Gręcorum. Primū significatum Græci intelligebant esse omne apostema inflāmatiuum. Secundū significatū dicebant esse omne apostema quodcunq; est calidū. Tertium significatū dicebant esse illud qd hic Auicen. intendit, scilicet de apostemate sanguineo ex solo sanguine simplici genito: vel ex cholera tantum prędominante sanguine in ipsa. *

*

*

Reci. ceræ part. i. olei ros. par. ij. dissoluatur cera cum oleo: & ponatur in mortario: & desuper ponatur de aqua frigida ipsam agitando quātum recipere potest: deinde remanere potest ad modū linimenti: & valet optime pro nobilibus et delicatis. Reci. succi sola. i. scaçolæ, virgæ pasto. ana drac. ij. farinæ hordei, drac. ij. olei myrtini, & rosati quantū sufficit ad emplastrū: et appone si corpus sit mundū. Re. cerę al. bene cōtritę, vel mūmiæ, vel propoleos, drac. ij. olei ro. quātum sufficit: fiat vnguentū molle cum aliquādo aquę solathri. Reci. pulueris myrti. uirgę pasto. rosarum, violarū, ana. M. i. farinæ hordei. M. 5. florū nenuphar. M. i. olei ro. vnc. ij. fiat emplastrum. Oleū mandragoræ valet in phlegmone: Et etiam succus semperui. Re. boli arme. sanguinis draco. ana vnc. 5. pulueris balausti. vnc. i. olei myrti. quantum sufficit ad incorporandum: & fiat linimentum. Re. stœchados, apij ranini, albedoragi, minij ana. M. i. suc. ederę arborēsis, vnc. i. boli arme. drac. ij. vini coc. lib. ij. olei ros. vnc. iij. farinę fœnugræ. M. i. fiat emplastrum. Re. violarum ros. r u. & volubilium. i. lupulorū, ana. M. i. seminum sisami. et amygdalarū dul. ana vnc. i. farinæ frumenti, & hordei, ana vnc. 5. olei ro. & chamomil, ana vnc. ij. croci, scrop. i. et fiat emplastrum, florū chamomil. melilo. anethi, ana. M. ij. radi. althęę. M. ij. farinæ fœnugræ. & hordei, ana. M. i. farinæ, sem. lini. M. i. 5. butyri, vnc. iij. axungiæ por. vnc. i. fiat emplastrū cū decoctione maluaui. Re. picis. naua. picis gręcæ maxime pini: ceræ citri. ana partes æquales: et omnia bulliantur, & colentur: deinde addatur axungia porci. et iterum bulliantur, donec erit deductum ad formā ceroti apparentis sicut vnguentum aureum; et extende illam partē, quam uis operari super petiam: qa mirabiliter valet ad apostemata resoluendo & molliēdo: & maxime ad quodlibet apostema durum.

Emplastrum diachylon: vt dicit Auic. in textu cōueniens in statu phlegmonis. Re. olei veteris lithargy. ana vnc. iiij. quæ ponantur in cacia: & fiat subtus lentus ignis, donec lithargyrus dissoluatur: postea adda-
F tur mucilaginis fœnugręc. et seminis lini, ana vnc. iiij. mucilaginis althęę, vnc. ij. decoquantur vsq; ad spissitudinem: postea addatur ammoniaci, serapi. ana unc. iiij. opopa. galba. ana vnc. ij. pulueris ireos tantundē. Mucilagines vero sic fiunt. Re. fœnugrę. & seminis lini: bulliant fortiter per se: & aqua in qua decocta sunt fortiter exprimatur: postea supradicta misceātur insimul: postquam decocta sunt cum manibus inunctis in oleo malaxētur: & in magdaleonibus cōseruētur.

Emplastrum diaphœnicon, similiter est conueniēs in statu phlegmōis. Re. cerotum factū ex cera, & oleo nardi. dactylorū numero. vi. tortelarum de seni. drac. vi. deinde funde super oleū in vino odorifero albo: & accipe carnium cytoniorum decoctorum in vino drac. viij. & pista cum dactylis contritione vltima: &
G misceantur cum ceroto: et cōtundantur in mortario, donec aggregentur: deinde pone super masticheS, olibani, absinthij sic. ana vnc. i. 5. ligni aloes, macis, myrrhæ, aloes, spicæ, acaciæ, galliæ muscatæ, calami aroma. ana drac. i. ladani, drac. ij. conterantur, donec misceantur & permisceantur.

Emplastrum in augmento, & statu mirabile: & est emplastrū cōmune & notum: et eius virtus non posset emi. & vocatur unguētū magistri Guidonis. Re. farinę frumenti scutellā vnam: aquę cōis mediā scutellam: olei quantum sufficit: vel plus vel minus secundū q expedit incorporare: agitentur oīa & decoquātur miscendo: & in fine decoctionis adde cro. scrop. ij. ne crocum amittat virtutem suam.

Vnguentū de palma relatum ab Aui. in quinto sui antidotarij: & denominatū in capitulo phlegmonis:
H & vocatur unguētū de palma. Re. olei veteris, lib. i. 5. axungiæ porci veteris depuratæ a sale, lithargyri, lib. i. 5. vitrioli, vnc. ij. conficiantur hæc omnia: et ducantur cum duobus ramis palmæ, vnum vero palmū minutim incisum & intromissum ad bulliēdū: & tandiu bulliat q sit coctum ad tui libitum.

Sequitur de cura phlegmonis facti a causa cuius inuenit repletionem corporis: quia de mundificatione, cuius phlegmon inuenit corpus mundum supra datę sunt descriptiones.

Vt tangit Gal. quarta particula de ingenio sani. & capitulo. 10. Vniuersalem doctrinā non obliuiscaris: vt per eā bene valeas ad particularia operari: per hæc autē vniuersalia intellige euacuationes: secundū q oportet per phlebotomiā: & per solutionem ventris: quia antequā a medico corpore existēte

repleto

repleto applicetur aliquod remedium locale regulariter operando: hæc sunt a medico obseruãda. Hoc notato facto cũ apostema habeat principium, augmentum, statũ, & declinationem: et in principio cõpetant pura resolutiua repercussiua: limitato certo gradu frigiditatis cum apostemate. Et in augmento cõpetãt repercussiua mista cũ mollitiuis repercussiua dominante mollitiuis. Et in statu cõpetant pauca repercussiua mista prędominante pura mollitiua: plus & minus secundũ ꝙ procedunt particularia status. Sed in declinatione exiccatiua sunt quæ sanant in fi.

Emplastrum in principio phlegmonis facti a causa primitiua cum mundificatione corporis. Reci. farinæ hordei, vnc.iiij. olei rosa. vnc.ij. 5. croci, scrop.i. misce cum sufficienti aqua: & bulliant insimul: & fiat emplastrum. Aliud ad idem in principio phlegmonis. Reci. ceræ al. vnc.i. olei rosa. quantum sufficit: fiat vnguentum molle.

Vnguentum mirabile quod ponit Auic. explicite auctoritate continentis: quod valet in principio particulari status eius. Re. oculorum populi, lib.i. papaueris al. loco nigri foliorũ mandragoræ: & cimarũ rubi tenerrimarum, foliorũ hyoscyami, solathri, vermicularis, lactucæ, semperui. bardanæ, violarum, scatrizeli, & vmblici veneris, ana vnc.iij. axun. nouel. porci sine sale, lib.iij. & istud vnguentũ ponit Nicolaus: & vocat vnguẽtum populeon. In augmento phlegmonis facti a causa primitiua obuiante corpori pleno: & purgatione facta. Reci. farinæ fœnugræci, seminis lini, ana vnc.ij. medullæ pãis, vnc.i. 5. olei anethini, & chamomil. quantũ sufficit. fiat emplastrũ cũ lixiuio.

In statu phlegmonis facti a causa primitiua, cũ mũdificatum fuerit corpus. Re. farinæ fabarum, farinę fœnugræ. amygdalarum dul. pista. ana vnc.iij. ficuũ pinguium. & passul. ana vnc.ij. butyri, vnc.i. fiat emplastrum: & adde in fine decoctionis croci, scrop.ij.

In declinatione phlegmonis. Re. lentes coctas in lixiuio: & pistatas & reductas ad formam emplastri, extendantur super apostemate: quoniam est quid admirabile remedium.

Aliud in declinatione phlegmonis. Re. fabam fractam: & hoc sine corticibus: & approximatam cum oleo myrti. vel rof. supra mẽbrum est valde mirabile iuuamentũ. Sed super illo passu, & de apostematibus q̃bus ĩdiget saniositate. i. vt sanientur: oportet ut emplastretur caput eius cum psyllio. i. cum medicina simili psyllio: quod psyllium ponitur ab Auic. esse frigidum & humidũ in secũdo. Ratio propter quod est intelligenda cum a malo frigido medicamine fiat de per se digestio: sed de per accidens hoc est intelligendum in apostemate calido vbi erit magnum cauma ex parte caliditatis: remittendo illum calorẽ fiat digestio: cuius talis in simili casu. R. violarum, maluarum, ro. florum nenupha. ana. M.i. psyllij: seminis maluæ & althęę, ana. M. 5. farinæ hordei. M.i. olei rof. et viol. ana vnc.ij. sanguinis draconis, sandalorum vtriusq;, scrop.i. fiat emplastrum.

Aliud circũcirca horum apostematum calidorum vbi indiget saniositate: quia Auic. dicit in textu: & cũ extinctiuis in circuitu: cuius sic in circuitu taliter subuenire debemus. Re. boli arme. vnc.ij. sanguinis dra. vnc.i. terræ sigil. vnc. 5. olei rof. quod sufficit: fiat linimentum addendo modicum aceti: quoniam acetum est refrigidatiuum & exiccatiuum.

A Nota quod duobus modis dolor maxime accidit in apostemate: uno ex mala cõplexione vel ex conculcato humore: & propter hoc dixit Auic. propter dolorẽ genitum ex mala cõplexione. Si ergo volueris regere in principio cũ sedatione doloris: supple facti a mala complexione: non approximes ei aquam calidam: & olea mollificatiua: & emplastra facta ex eis. Gale. in lib. de ingenio sanita. dicit. Et aqua quidem calida mitigatiua omnium dolorũ pręterquam in punctura neruorum non est approximãda: & hoc dixit quãdo dolor fit in apostemate per cõculcationem humorum.

Embrocha mirabilis ad remouendum dolorẽ apostematis ex cõculcato in apostemate: cuius descriptio talis est. Re. vini cocti vnam phialã: & butyri, vnc. iij. florum chamomil. vnc.ij. & embrocha locum dolorosum: & fac ꝙ embrocha sint calida tactu.

B Nota quod apostema terminare potest q̃tuor modis: aut per resolutionẽ, aut saniẽ, aut per duritiem, aut per putrefactionẽ: resolutio est melior omnibus si potest fieri: quod semper in apostemate debet medicus & principaliter iuuante natura intẽdere: digestio est bona: quid facere in apostemate debet medicus, si non potest, & prima durities dicitur, mala, quæ sit semper a medico iuxta suum posse euitãda. Putrefactio absolute dicitur esse pessima: quod large dicitur in capitulo de cancrenis: & alibi in materia de solutione continuitatis.

Nota nocumenta sequentia ex indebita repercussione non in conuenienti tempore & debito modo in membro applicata introducere potest in apostemate dolorẽ propter materiei cõculcationem & innati caloris suffocationẽ obturãdo porositates particulares membri: & facere potest reditus materiei ad membra principalia: & potest indebita frigiditas esse causa vt induretur apostema: et faciat ꝙ mẽbrum tendat ad nigredinem & viriditatẽ mortificando sanguinem & spiritũ. Nocumenta vero sequentia ex nimia resolutione indebito modo apostemati applicata resoluitur sæpe subtile: & relinquitur grossum: & facit propter nimiam duritiem in apostemate nocumentum. Item & cum omne resolutiuũ sit calidum, attrahit sępe ad ipsum apostema, magnificando quod nõ est attrahendum. Et propter hoc in textu tetigit Auic. dicendo. Et scias ꝙ administratio eorum quæ fortiter repercutiunt in primis: & eorũ quæ fortiter resoluunt in fine, est mala. Caue ergo inquantũ potes in frigido: resolutio enim nimia perducit ad id quod sciuisti. Et resolutio nimia tria in apostemate inducere potest. Primũ nocumentum fieri potest ex nimia calefactione. Et propter hoc dixit Auic. & in resolutione vehementi accidit dolor. Secundum nocumentũ potest fieri ex nimia resolutione. Tertium nocumẽtum potest fieri ex nimia mordicatione. Et propter hoc dixit Auic. Et cum timetur ꝙ declinet ad duritiem: tunc administra mollificatiua in quibus est calefactio temperata & humectatio cum fortitudine.

Nota quod hinc inde Auic. concludit ꝙ medicus nõ debet repercutere apostema canonice & regulariter operando in his sex cõditionibus: quia multũ sequeretur nocumentũ. Primo stante materia furiosa. Secundo si materia fuerit missa per viam crisis. Tertio in locis emunctorialibus. Quarto in magno apostemate viscoso. Quinto ĩ apostemate facto,

vbi sit magna contusio. Sexto in corpore repleto.

Hoc capitulum de phlegmone est ampliatiuũ ad omnia apostemata: q̃a potest am pliari quantum ad theoricam, & ad practicam: & maxime ad apostemata calida, quantum ad principium, augmentum, statum, & declinationem.

### De erysipelate. Cap. II.

Erysipelas est apostema: cuius causa & signum fit a cholera citrina simplici raro: sed vtplurimum cum sanguine cõposita: quæ retinetur in cutis superficie propter modos quinq;, scilicet. Quãdo uirtus, expulsiua fuerit debilis. Et cum cutis membri suscipientis choleram, fuerit grossa. Et cũ virtus digestiua loci apostemati ad digerendum fuerit impotens. Et cum cholera quę est subtilis substantiæ, associatur cũ phlegmate viscoso vel sanguine grosso. Et cũ porositates membri, particulares fuerint oppilatæ. Sed cum non accidant exituræ, quæ ex cholera fiunt, vt dicit Gale. in lib. regiminis acut. per quatuor tempora transeuntia: q̃a cholera ratiõe suæ subtilitatis, nisi fuerit impedita: tunc per crisim & resolutionẽ euanescit: dicitur enim erysipelas ab vro. ris. q̃a cutim vrit: vel dicitur erysipelas ab æs ęris quod est viride æris vrens cutem & carnẽ: vt dicit Hippo. in sua chirurgia: vel dicitur erysipelas apostema quod vtplurimum vrit partem superficialem vbi oriuntur pili.

Curatio huius ægritudinis fiat per digestiua frigida appropriata alterantia materiã cholericã: & per euacuationes vniuersales & debitas cholerę appropriatas: & sanguinis per phlebotomiã cum materia erit antecedens: & iudicio meo in vasis contenta p ebullitionem transire in choleram furiosam: in principio cuius hęc sunt remedia.

Nota q̃ erysipelas vtplurimum nascitur in facie: & ex melioribus in hoc loco est: vt fiat vesicatorium super collo cum cantharidibus: & hoc habui in practica: & hoc habeo pro maximo secreto in omnibus inflationibus vultus in principio.

In principio et augmento erysipelatis. Reci. farinæ hordei, maluarum recẽ. ana. M. i. coquantur in aqua: & exprimantur, & colentur, & approximentur in loco erysipelato super petiã. Item valet linimentum de lithargyro factum cum oleo viola. supra locum. Item cerotum factum ex oleo & cera al. ablutum cũ aqua: & ponatur supra petiã: optime valet facta vniuersali mundificatione corporis primitus. Itẽ aqua frigida embrochando vel cum petia super loco ponẽdo valet optime. Item aqua hordei maluarũ et violarum cũ petia superinfusa valet adhuc. Item rasuræ cucurbitæ & puluis plantaginis, ana drac. iiij. olei violati & ros. quantũ sufficit. boli ar. drac. ij. aquę ro. drac. vij. aquę simplicis, vnc. 5. aceti parum: et fiat embrochatio: & potest fieri vnguentum ad sufficiẽtiam vel embrochatio non ponendo ceram. Item valet oleum violatum.

Aliud ad idem. Re. lentium pręparatarum, pulueris rosa. ana vnc. ij. pulueris balaust. foliorum myrti. vnc. i. 5: quibus decoctis præparentur in aqua, et oleo ros. & oleo myrti. & oleo masti. ana vnc. i.

Emplastrum in principio erysipelatis. Re. rosarum recentium, si sit tempus habendi: & si non, siccarum, violarũ recen. si sit tempus habendi: & si non, sumãtur siccę: maluarũ, nenupha. matrũ violarũ, ana. M. i.

E pistẽtur optime, & maxime, si sunt recẽtes: & si non sunt recẽtes, decoquãtur in aq̃, & pistẽtur. farinę hordei. M. i. olei ros. viola. & olei myrti, ana vnc. i. & fiat emplastrum cum decoctione prædictarũ herbarum.

Vnguentũ in principio, & augmento erysipelatis. Re. lithargyri, vnc. iij. & olei ros. quantum sufficit: fiat linimentum supra erysipelas: quoniam istud est de mirabilibus mundi.

Vnguentum defensiuum contra erysipelas. Reci. boli ar. vnc. ij. terræ sigil. drac. ij. lithargyri, drac. i. sanguinis draconis, drac. 5. olei rosa. q. s. fiat linimentum: istud autem vnguentum ad hoc erit perfectissimum, continuando mirabilia videbis.

In statu & declinatione erysipelatis. Re. rosarum, chamomil. glandium, sumac, lentium, ana vnc. i. decoquantur in uino de plano styptico: deinde colentur

F & ex vino fiant embrochationes. ex prædictis etiam herbis bene coctis & præparatis & incorporatis cum oleo ros. potest fieri emplastrum. Et nota q̃ ponere potes super vnguenta folia planta. uel caulium vel vitis: & ligare supra locum infirmum.

Vnguentum in declinatiõe erysipelatis. Re. plumbi adhu. thucię pręparatæ, cucurbitę, pulueris rosarũ, sanguinis draconis, pulueris thuris, ana scrop. i. 5. ceræ & olei masti, quantum sufficit: fiat vnguentũ: quo modo aduratur plumbum, addiscatur a seruitore.

Vt ait Gale. q̃rtadecima particula de ingenio sani. capitulo de erysipelate. dicit q̃ duplex est erysipelas, scilicet nõ vlceratum & vlceratũ. Et nõ vlcerati datę sunt descriptiones supra: nũc modo loquimur de erysipelate, vlcerato, dando medicamina.

Vnguentum. Reci. lithargy. cerussæ: calcis nouies

G extinctæ in aqua, ana vnc. i. olei myrti. quod sufficit, fiat vnguentum in mortario ad formam linimenti: et extendatur supra membrũ erysipelatum: & nõ quando erit vlceratum.

Aliud vnguentũ optimum. Re. pulueris plãtgi. & corticum malorũ granatorum, & rosarũ, & florũ nenupha. & farinæ hordei, & milij, ana drac. i. carolorum lignorum putridorũ antiquorum siccorum, & maxime salicis, vnc. 5. vini montani albi: & hæc omnia inspissentur ad formam vnguenti: et supra membrum apponatur.

Item valet ad idem hoc vnguentũ album. Reci. cerussæ, vnc. iiij. olei myrtini, vnc. iij. ceræ al. quod sufficit in mortario: fiat vnguentũ molle: & in fine adde vnum vitellũ oui: & misce bene in mortario: donec fiat bona incorporatio. Istud vnguentũ est exiccati-

H uũ humiditatis, & alteratiuũ caloris erysipelatis.

Item valet ad idẽ. Re. farinę hordei, milij quam varotarij exercent, pulueris gallarũ, cypressi, et pulueris lambruscę, ana fiat puluis subtilissimus. similiter valet rusum quod exit ex gypso in varotis.

Ad idem. Re. farinam milij quam varotarij deijciunt a suis varotis: & supra mẽbrum vlceratũ asperge. Itẽ valet farina siliginis cum aceto & lixiuio.

Emplastrum quo vsus fui semper in erysipelate vlcerato: & semper optime successit. Re. plãtagi. rosa. corticum grana. lentium, maluarum, violarum decoco. optime depistatarum cum farina hordei, & oleo rosa. fiat emplastrum.

Vnguẽtum de plumbo. Re. plumbi vsti cum sulphure secũdũ seruitorẽ, vnc. ij. litharg. vnc. i. ceru. antimõ. ana vnc. 5. olei. ro. q̃d sufficit fiat vnguentũ.

Emplastrum

Emplastrum aliud ad idem. Re. plumbum vstum. puluerizа. suc. rutæ, olei ros. & ceræ quod sufficit. fiat vnguentum durum: quod idem est quod emplastrũ. Vnguentum in statu erysipelatis vlcerati. Re. pulueris lanæ adustæ non lotæ, vnc. i. s. pulueris pinearũ adustarum, ceræ, vnc. vij. s. plumbi vsti, vnc. iiij. sepi caprini veteris abluti cum aqua solathri, drac. vij. s. olei ros. vnc. ij. s. fiat vnguentum.

*De formica.* *Cap.* III.

Formica dicitur esse pustula parua genita de cholera adusta: denominata sic tali nomine per formã caloris citrini: et per quantitatem paruitatis: et per punctiões illius animalis. apparet in colore citrinę formicæ & paruitate illius animalis & punctione formicæ. Species formicæ ponuntur esse tres. s. ambulatiua corrosiua, & miliaris. Formica ambulatiua dicitur generari de cholera adusta subtili: q̃ cholera transcendit gradum caliditatis choleræ erysipelatis formica corrosiua generatur adhuc de cholera magis adusta quã prima, intantum ꝙ adurit cutim, et corrodit propter inflãmationem, & caliditatem vehementem: quã acquisiuit in se. Formica miliaris generatur: de cholera permista cum phlegmate & melancholia. Sed dicitur formica miliaris per similitudinẽ & formam grani milij. Nam dato ꝙ Aui. intelligat de alia specie formicę. nunquã sunt visæ per me nisi tres species: & si ab alijs sunt visę ad has tres sunt reducibiles.

*Curatio formicæ.*

A cura vniuersali cuiusq; ægritudinis semper incipe, si vis a vulgo laudari: quoniam nihil est vtilius naturæ quam id quod est causa morbi abijcere: & fiat per solutoria uentris secundũ ꝙ oportet: et cum electuario de succo rosa. quod soluit choleram: aut cũ diaphœnicone, quod soluit choleram cũ phlegmate: aut cum diasene quod soluit melancholiam: et syrupis, digerentibus prædictis appropriatis humoribus: hoc facto quod præponitur venio ad alia.

In principio formicę. Re. farinę hordei maluarum recentium, ana. M. i. coquantur in aqua & exprimantur: deinde addatur olei viola. vnc. i. & vnus vitellus oui: & misce: & fiat emplastrũ. Linimentũ in principio formicę ambulatiuę. Re. pulueris rosarũ, unc. ij. corticum granatorum, balaustia. ana scrop. i. sandalorum citrinorum, dra. iij. pulueris cupularum glãdiũ, pulueris sumac, ana vnc. i. s. & his subtilissime puluerizatis cum oleo myrtino, et cera æquali quantitate: fiat vnguentum molle. Itẽ ex prędictis medicinis decoctis in uino styptico potest fieri embrochatio.

Item ad idem. Re. quatuor mala granata: cum corticibus suis optime decocta in aqua: & pistentur cum fuerint bene decocta: & apponantur formicæ ambulatiuæ supra locum.

Emplastrum in statu formicę ambulatiuæ. Rec. folia cyclaminis, vel panis porcini, vel mali terræ, & foliorum cesarij, & foliorum doni dei. i. chelidoniæ, foliorum fabę grassæ, quæ vocatur herba apostematũ, siue cimbalarię: quod eodem modo appellatur herba apostematũ, & foliorũ fabæ inuersę, solathri maioris, siue fabæ lupinæ, ana. M. i. hęc oĩa pistentur, & incorporentur cum vno vitello oui: & fiat emplastrum.

Aliud emplastrum ad omnes species formicæ. Re. duos vel tres nidos vesparum: & M. i. de nidis apum cum filijs repertis in vesparijs, & omnia contunde, &

A adde vnum cochlear mellis: & supra locum appone: quia mirabiliter valet a forma sua.

*Sequitur de formica corrosiua quæ generatur a cholera magis adusta.*

Emplastrum in formica corrosiua. R. lẽtiũ excorticatarum, vnc. i. pulueris granatorum vnc. i. pulueris galarum, vnc. ij. medullæ panis, vnc. i. aceti parum, fiat emplastrum cũ oleo myrtino. Istud emplastrũ stypticat, & stypticando mouet malam complexionem calidam.

In principio & augmento formicæ corrosiuæ. Re. pulueris plumbi vsti, scoriæ ferri. i. batituræ quæ cadit a ferro præparato, tutiæ pręparatæ, antimonij pręparati, ana scrop. s. corallorum vtriusq;, vnc. i. campho. vnc. s. cerę al. & olei mastichini quod sufficit: fiat

B vnguentum molle.

*Sequitur de formica miliari.*

Formica miliaris, generatur de cholera permista cũ phlegmate & melancholia: vt dictum est supra: quod contingit aliquando vlcerari: et est peior omnibus formicis antedictis.

In principio et augmento ipsius. Re. furfuris frumẽmenti, pulueris arnaglossæ, ana vnc. i. s. pulueris chamomillæ, farinæ fœnugræ. fabarum, ana vnc. s. cum oleo chamomilino, & lixiuio, fiat emplastrum.

Sed si formica miliaris transeat in corrosiuã, infallanter erit cum maximis doloribus: et vtplurimũ corrodit superficiẽ cutis semp ambulãdo: qa ambulatio non est aliud quã ipsius multiplicatio de loco ad locũ cũ sanatiõe alicuius loci, et alterius cutis corrosiõe: secundum ꝙ apparuit mihi in Alexandria in vno nobi

C li viro Veneto: qui passus fuerat in crure formica corrosiuam miliarem per quatuor annos. Sic subueniebam ei. primo per remotionẽ doloris. Rec. lac calidum cũ sugebatur à mamilla mulieris: & superponebam cum vna petia leuiter: et est mirabile remedium in tali casu pro remotione doloris. Aliud. Re. lithargyrum aureum, & bolum arme. & oleum rosa. & faciebam vnum linimentum in mortario de plumbo cum pistello de plumbo: & tandiu ducebam, donec virtutem plumbi putabam esse acquisitam a lithargyro, & a bolo arme. & cum illo linimento ponebã circumcirca defendendo.

Aqua quæ manat de ligno vitis cum aduritur, debet sic fieri: et ego vsus fui cum illo nobili viro liniendo cum petia. Reci. ligna grossa vitis: & incidantur in frusta multa ad longitudinem vnius digiti: & habeas

D duo vasa terrea: ita ꝙ ista duo vasa incastrentur adinuicem: deinde sit in medio aliqua tela rami perforata: ita ꝙ sustineat ligna & vase impleto cooperi cũ alio: et bene obtura cum argilla vtrũq; vas scilicet cõmissuram: isto facto accende supra ignem, et fac ignem tãdiu, donec ligna vitis sint cõbusta tuo iudicio: & postea discooperi uas superius: et postea reperies aquam illam uitis esse compositam: & si uis, adde sulphur. & hæc aqua erit magis potens ad exiccãdũ. Ista enim aq multas habet proprietates in certis passionibus uulnerũ, abluendo supra cum petia: & est nigri coloris.

*De igne persico.* *Cap.* IIII.

Ignis persicus & pruna sunt apostemata de cholera citrina et melancholia adustis. Ignis persicus in se plus cõtinet de cholera, Pruna uero plus de melã-

cholia: dicitur autem ignis persicus a ciuitate siue a regione Persię, vbi est maximus adustiuus calor, in tantum ꝙ habitantes comburunt quandã terram ex defectu lignorũ: & hæc passio multum accidit in ista regione: & illi vocant hanc passionẽ ignem sacrum. i. a Deo sacratum: dicitur autẽ ignis persicus adhuc: quia cutim comburit, & pustulas & vesicas inducit: vt facit ignis cum pruritu & magno feruore: a quibus vesicis virus citrinum emanat: et assimilatur in colore citrini persici uel succo eorum: & ideo dicitur ignis persicus. Pruna vero est coloris nigri: vt pruna nigra: & cum eschara nigra: & exinde vocatur pruna: quia facit crustam nigrã ad modum prunæ nigræ: & sunt ambo de materia uenenosa. Et nota ꝙ ista duo apostemata non differunt nisi secundũ magis et minus: et quasi eadẽ est cura: & ideo posita est ab Auicenna sub vno & eodem capitulo: propter conuenientiam quã habent ambo inter se.

In principio prunę & ignis persici nõ vlcerati. Re. sumac, plantaginis, gallarum, ana vnc. i. ʒ. panis furfuris nõ in vltimo, vnc. ʒ. pulueris rosarum, violarum, ana vnc. i. ʒ. olei rosati quãtum sufficit: fiat emplastrũ cum decoctione lentium: & adde modicum aceti: iulep de citro, iulep de limonibus valent in purgatione syruporum.

Emplastrum conueniens prunæ & igni persico in omni tempore. Reci. corticum granatorum acetosorum cum tota medulla numero quinꝗ: gallę nõ perforatæ, myrrhæ, aristolochię, consolidæ maioris, ana vnc. iij. aluminis çucharini, aluminis rochæ combustæ, ana vnc. iij. farinæ hordei. M. i. fiat emplastrum cum succo plantaginis.

Ad idem in omni tempore secundum Auicen. Re. granata acetosa medio modo se habentia. decoquantur cum corticibus suis, et pulpis in aceto, donec pistari possint: deinde bene terantur, & ducãtur ad formã emplastri: et sup petiã ponãtur, & mẽbro applicẽtur.

In principio & augmẽto prunę et ignis persici. Re. arnaglossæ, gallarum, lentium, ana. M. ij. panis furfuris bene setaceati, manipulũ. i. fiat emplastrum cũ decoctione lentium.

In principio & augmento & statu ignis persici & prunæ non vlcerati. Re. grãnata acetosa, nuces recentes domesticas, aut folia eiusdẽ arboris, ana. M. ij. vuæ passę, & ficus ana. M. ʒ. papaueris nigri drac. i. fiat emplastrũ bene pistatum in mortario ad formã vnguẽti.

In pruna & igne persico vbi sit immensa caliditas. Reci. arilia siue botra granorum vuarum. M. ʒ. corticum granatorum, seminis hyoscyami & plantaginis, ana drac. ij. acaciæ. i. succi prunorũ, dragaganthi, ana drac. i. ʒ. opij, scrop. i. fiat vnguentum cum sufficienti succo virgæ pastoris, & olei nenupharini.

In pruna & igne persico: quando est in via vlcerationis, & est puluis trochiscorum andaron. Re. capitũ granatorũ, drac. x. aluminis iameni, dra. iij. calchadis vitreoli, vnc. i. ʒ. dragaganthi & vitreoli adusti, vnc. i. ʒ. myrrhæ, vnc. ʒ. olibani, vnc. i. aristolochiæ, vnc. i. ʒ. confice cum aqua molli: & fiant trochisci.

Sed qa ignis psicus & pruna possunt vlcerari: ideo ponantur remedia quantum ad vlcerationem: & erit primo vnum vnguentũ mirabile relatum ab Auicę. auctoritate Alfarasij in capitulo de pruna & igne persico: cuius descriptio talis. Re. lithargyri, calcãthi, ana vnc. ij. floris, vnc. i. terantur cum forti aceto optime

E tempore æstiuo per diem vnum in mortario: deinde paulatim de aceto donec erit bene compositũ ad formam vnguenti: postea ponatur in vase vitreo, & stringatur os eius: et sepeliatur in fimo. 40. diebus: postea vtere eo.

Aliud vnguentum Alfarasij relatum ab Alexandro, mundificans cutim, faciens ad scabiem siccam & asperitatẽ cutis & impetiginẽ & phlegma salsum. Re. cerussæ, lithargyri, alficon. i. auriculæ muris, & est herba, alces croci, argenti viui extincti cum saliua hominis ieiuni, ana partes æquales: olei de oleandro, & aceti quantum sufficit: fiat vnguentum.

Medicamen ramidos: & sunt trochisci tacti a Serapione in sua practica. Re. rosarũ, drac. vi. spicę, drac. ij. liquir. tereniabin. i. species materię, ana drac. ij. dragaganthi: & gummi arabi. ana drac. i. fiant trochisci.

F Vnguentum defensiuũ: quãdo pruna & ignis persicus perambulãt. Re. terræ sigillatę, boli armeni, sanguinis draconis, ana vnc. ʒ. olei rosati & aceti: fiat vnguentum molle: & adde caliginis furni modicum: & sic vnge circa locum.

Vnguentum de lithargyro et diminuta inflãmatione ĩ pruna et igne psico. Re. pulueris lithargyri, vnc. ij. cerussæ, vnc. i. ʒ. olei rosati, & aceti: fiat vnguẽtum in cacia decoctum ad ignem: sed adhuc est melius in mortario sine decoctione.

Vnguentum arabicon de quo narrat Auicen. in capitulo de pruna & igne persico. Re. minium, & endicum, et terram nigram: de quibus tribus pingunt pictores, ana vnc. ʒ. olei, vnc. iij. salis cõmunis bene pistati, vnc. ij. pone hæc omnia ad ignem in cacia lento igne, semper cum spatula agitando decoquantur donec ad fotmam ceroti reducatur.

G Aqua quæ conuenit in principio in pruna & igne persico vlcerato. Re. rutaceã, vnc. ij. & dissolue intus endicum, & lacham, ana vnc. i. & gummi arabi. vnc. ʒ. et sic dimitte stare donec gummi arabicum dissolutum erit: & postea cola per petiam.

*De uesicis & inflationibus.* *Cap. V.*

INflatio est quædam tumefactio generata a vaporibus resolubilibus humoribus: propter ebullitionẽ sanguinis & humorum, cholericorũ subtilium: ex qua ebullitiõe eleuatur materia penetrans carnẽ: quia rara est: & retinentur in cute quæ est spissa: & inde fit inflatio aquosa, in qua est aqua subtilis: & ista inflatio apparet proprie esse vesica: & assimilatur vesicis quæ accidunt ex adustione ignis: vesicatio generatur ab aquositate magis spissa eleuata ab ebullitione sangui-

H nis & aliorum humorũ: & magis profundatur quam prima scilicet inflatio: quia vesicatio fit magis ex humoribus grossis: inflatio autem ex subtilibus.

*De cura inflationum.*

Cura huius ægritudinis scilicet de inflationibus & uesicis quantum ad phlebotomiam, et solutionem ventris & ad exhibitionem humorũ generãtium humores, qui apti sunt ad ebullitionẽ: sicut sunt pinguedines, & omnia dulcia, & vinũ potens, & omnia quæ sunt calida, prohibeantur: vesicæ autem aperiãtur cum acu vel alio simili: vt extrahatur quod est intus de materia. Re. lentiũ, & corticum granatorum, & corticum ramorũ eorum decoctorum cum aqua, ana. M. ij. & prædicta coquantur: subtiliter terãtur: deinde adhibeatur parum olei rosa. & sang. draconis,

conis, miſce. fiat emplaſtrum.

Aliud ad idē. Re. pulueris roſarum, boli armeni, terrę ſigillatæ, ana vnc.i. ceræ, & olei roſati quantum ſufficit: & cū ſucco foliorum fabæ inuerſę: & fiat vnguentū molle: et extende ſupra locum ueſicatū: prius tamen perfora veſicam vel inflationem.

Vnguentum populeon optimū in hoc caſu deſcriptiōe Nicolai. Re. oculorum populi, lib.i.5. papaueris nigri, foliorum mandragoræ: & loco eius fabæ inuerſę, cymarū rubi tenerrimarum, foliorum hyoſcyami, ſolathri, vermicularis, lactucæ, ſemperuiuæ, bardanę, violarū, ſcaturelæ. i. vmblici veneris, ana vnc. iij. axungiæ porcinæ nouellæ ſine ſale, lib. iij. oculi populi fortiter piſtentur: & iterum cum axungia piſtentur: & magdaleones informentur: & per duos dies dimittantur: tertia die omnes prædictæ herbæ colligantur: & piſtentur bene per ſe: & iterū in magdaleonibus per quinq; dies reſeruentur: poſtea magdaleones illi fruſtatim in caldario cum lib.i. optimi vini ponantur: & bulliant vſq; ad cōſumptionem ſemper cū ſpatula agitando: & poſtea per ſaccum expreſſum cola, & colatum dimitte infrigidari.

Vnguentum album quod valet in veſicis, quando vlceratæ ſunt. Re. olei roſ. vnc. ij. ceræ al. quod ſufficit, ceruſſę, vnc. ij. camphoræ, vnc. 5. vinum, albumē oui: et ducātur omnia ī mortario bene incorporādo.

Vnguentum ſuper illo paſſu, vbi Auic. dicit. Medicamen cōpoſitum, quod valet in veſicis, quando vlceratæ ſunt: & cum mala diſpoſitione carnis, quæ eſt ſumme exiccanda vel ejcienda. Re. merdaſengi. i. lithargyri, lib. 5. &, drac. iij. arſenici. decoquantur cum oleo, donec fiat compoſitio inuiſcatiua: & poſtea adde arſenicum, & optime incorpora.

Vnguentum aliud quod debet approximari ſuper membra quæ indigēt exiccatione. Re. vitreolum citrinum: & vitreolum album de vnoquoq;, drac. iiij. foliorum roſæ drac. 5. & optime terantur cū aquą tartari: & tangatur locus, vbi oportet, cū penna vel alio ſimili: dum modo agas intentum.

Trochiſci poſiti ab Auic. vbi dicit: Medicamē bonum expertum antiquorū, quod valet ad remouendam carnē putridam corruptam: & eſt bonum medicamen ad veſicas vlceratas in membro ſiccæ compoſitionis. Re. ſarcocollæ, aloes, olibani, i. maſculi, ceruſſæ. i. biachæ, uiridis æris, ana vnc. 5. boli armeni, drac. ij. 5. & fiant trochiſci cum aqua rutę & aceto.

Medicamen faciens cadere eſcharas ſecundum Saracenos de Alexādria. Re. ſang. draco. & eſt herba: & taranchis, i. endicum: & eſt ſuccus herbę: & tabarſis. i. terra nigra, de qua pingunt pictores: olei de cotida fœtida: omnia miſce: hæc omnia ſunt bona.

Remotis veſicis cum remaneat ſuperficies vlcerationis hęc ſunt remedia. Re. pulueris bucearū: & aſperge ſuper locum: quid autem ſit bucea, eſt mediaſtinū ligni granatorum. ſ. illud quod eſt inter lignum et corticem ipſius granati. Item puluis factus de nucibus cypreſſi optime piſtati & cribellati aſpergendo ſupra locū optime ſum expertus. Itē puluis factus de folijs roſarū. ſimiliter valet poſt remotionē veſicarum.

Ad conſolidandū & cicatriçandū dictas veſicas. Re. pulueris ſcoriæ ferri, vnc.i. plūbi vſti, marchaſitæ argenteæ, et aureæ, lithargyri puluerizati, antimonij, ana ſcrop.i.5. thuciæ pręparatæ in aqua ro. vel lixiuio drac.i. ceræ al. & olei maſtichi. quantū ſufficit: fiat vn-

A guentum. Nota ꝙ medicamina quæ faciunt cadere eſcharas, quando factæ ſunt a ruptorio, vel ab humore valde aduſto: hæc omnia faciunt cadere apponendo ſupra locum. ſ. omnē vnctuoſum: ſicut butyrum, axungia, oleū, & pinguedines, & ſimilia, & emplaſtra putrefactiua.

### *De eſere.* *Cap.* VI.

ESerę hebraice in plurali numero tātum modo: ſicut Piſæ & Venetiæ ſunt declinatæ. Et quia plures in corpore accidunt numero ſunt paruæ puſtulæ ad modum denarij latæ & planæ in ſua ſuperficie tendentes ad aliquātuſam rubedinem: faciētes pruritum & anguſtiam, quaſi per totum corpus ſecundū plurimum euenientes: & plus de nocte quam de die ſubito propter incluſionem pororū carnis ab aere. Cauſa dicitur B fieri a vapore calido ſubito in corpore eleuato per ebullitionem ſanguinis vel choleræ vel phlegmate baurachino. dicitur eſare ab eſeria animali græce: quod animal vulgo vocatur thirus de quo fit theriaca: inde venit eſere nomine: quia talis ſerpens mordet & inducit magnam anguſtiā ratione morſurę: ſicut faciunt eſeræ ratione ſcalſuræ: & inducunt punctiones per totū corpus: ſicut acus ſiue aculeus veſparum.

Cura eſere. Primo fiat phlebotomia: in hac paſſione ſit vniuerſalis euacuatio: & maxime quando eſerę ambiunt totum corpus: & hoc ne fiat febris tertiana: quia quandocunq; ſanguis bullit, pars ſubtilis cōuertitur in choleram: & groſſa pars in melancholiam. Et ſolue etiam corpus cū pharmaco choleræ appropriato. Et diæta ſit cum infrigidatiuis: ſicut aqua granatorū, rob agreſtæ: lac acetoſum, arancia, limones, endiuia, Ç lactuca: & huiuſmodi ingroſſantia & prohibētia feruorem ſanguinis & choleræ & phlegmatis ſalſi. Et his vniuerſalibus factis ueniamus ad localia: quamuis Auic. de cura nihil dicat: cum hæc ęgritudo ſit vniuerſalis expandens ſe per totum corpus: et cum primum principium ſiue peccatum magis ſit intrinſecus: hinc eſt ꝙ Auic. tacuit. Hic ponam aliqua medicamina ſimplicia ſoluendo choleram. Primo aloe, ſcamonea, rheubarbarum, ſucci roſarū, tamarindi, eſula, ſucci violarum, abſinthium, eupatorium, fumi terræ, caſia fiſtu. pruna marina, capilli veneris, volubilis, lupuli, myrobalani citrini, aqua caſei, violæ, pſyllium, māna, & ſimilia. Medicina cōpoſita. Primo diaprunis, electuarium de ſucco roſarum: diacatolicon, pilulæ de rheubarbaro, pilulę cochię, pilulæ aggregatiuę, & ſic de alijs. Hic ponam aliqua medicamina ſimplicia ſoluētia phlegma. Primo myrobalani chebuli, D agaricum, anacardus, aloe, aqua caulium, ariſtolochia, bellirici, turbith, beri album, çinçiber, emblici, colocynthis, centaurea, ſuccus cucumeris aſinini, eupatorium, dactyli, hermodactyli, euphorbium, foliū, ferula, vrtica, çucharū rube. ſcariola, hyſſopus ſicca, iris, opopanax: polypodium, ſal gemma, ſtœchas: ſquilla, ſerapinum, & ſic de alijs. Hic ponam aliqua medicamina compoſita ſoluentia phlegma. Primo hierapicra, anacardum, cardum ſtomaticū, caparum paulinum, pilulæ arthreticæ, pilulæ fœtidæ, pilulæ euphorbij, pilulæ cochiæ, pilulæ hermodactylorū maiores & minores, pilulæ aureę, pilulæ de agarico, & ſimilia. Hic ponimus aliqua medicamina ſimplicia ſoluentia choleram. Primo epithymum, fumus ter. ſal indum, eſula, elleborus, lapis laçuli, cartamus, lapis ar-

menus, sene, calamenthum, lupulus, stœchas: casia fis. kebu. polypodiũ: myrobal. volubilis maior thymũ.

Medicamina cõposita soluentia. Prima catharticus iperialis, hiera Rufini, hieralogodion, theodoricõ, puluis senę prępararę cũ çinçiber, et tartaro: pilulæ de fumo ter. pilulæ de epithymo, & vnguentũ in principio & augmento, statu & declinatione. Reci. cerussæ bene lotæ sufficienter cum aqua ros. permisce cũ oleo ro. & cũ sufficienti cera alba: & fiat vnguentũ molle.

Vnguentum de eseris sanguineis & cholericis vaporosis. Re. calcem extinctam septies in aqua fontis: & exiccata ad vmbram cũ sufficienti cera & oleo ro. fiat vnguentum molle: & vnge locum patientis.

Vnguentum in omni bono tẽpore: & in omni specie eseræ: si in prima & in secunda & in tertia specie. Re. 20. poma alba. s. poma sancti Petri, et similia: & decoque peroptime in igne: & sint bene tenera & remota a suis interioribus: & componãtur cum çucharo albo ad quantitatem octauę partis pomorũ: olei de mãdragora vel de nenuphare, quãtum sufficit: & fiat vnguentum molle: & vnge locum.

Vnguentũ aliud in declinatione status, & fine vniuersaliter: & est vnguentum magistrale quod vocatur infrigidãs Galeni. Re. cerę partem vnam, olei ro. quantum sufficit: et fiat vnguentum molle bene ablutum cum aqua donec album fiat.

## *De cancræna.* Cap. VII.

CAncręna est nõ pręmortua caro: sed adhuc moriens, & aliquãtulum in se sensus cum nigro colore retinẽs. Et dicitur cancręna quasi caro corrodẽs. Aschachylos est ĩtegra priuatio sensus eius: cuius erat sensus in carne & neruo vsq; ad ossa sana. Et dicitur aschaschylos ab esca arabice, latine corruptio & chylos gręce, latine nutrimentũ. Vnde aschachylos. i. corruptio carnis cum nutrimento suo. Episthiomenus est confirmata humorum adustio: et spirituum totius partium simplicium atq; cõpositarũ in qua est: & dicitur episthiomenus ab epi, quod est hostis, & menus quod est homo: vnde episthiomenus est hostis hominis. Et dicitur ĩ vulgari ignis sancti Antonij: & ista nõ differunt: nisi secundũ maiorem & minorẽ corruptionẽ. Generatio cãcręnę fit de materia cholerica ignea ex leui causa. Et dicta est cãcręna a cancro animali qđ vadit semper retrocedendo: & fit hęc ægritudo circũ circa per membrum corrodendo pręambulat retro: & si a principio nõ bene curetur, transit in aliam speciem. s. in aschachylum & herpesthiomenũ. Generatio vero aschachyli, & herpesthiomeni fiunt de materia ignea magis melancholica, obturando arterias, venas, neruos, & poros in tantũ, ꝙ membrum priuatur eius totali vita: & forma mẽbri destruitur: a causa vero extrinseca fit corruptio eius a qualitate & a forma occulta: sicut si fieret cum calce, sapone, & ruptorio, & argento sulimato: & alia calida approximata: vt dixit. Fit etiam cum medicinis stupefacientibus: ut opium, mandragora, & omnia medicamina narcotica. Itẽ & si inuenerit stricturam & fracturam: sicut in dislocationibus obturando vias, per quas transeũt spiritus vitales naturales & animales: & tunc mẽbrũ priuatũ eius vita, motu, & sensu, & eius forma destruitur: & hoc semper apparet in magnis cõtusionibus et attractionibus: & propter hoc dixit Gal. omne contusum necesse est putrefieri, & in saniẽ conuerti, ex quo

E manifestum esse potest ꝙ mẽbrum corrũpitur tribus de causis. primo per corruptionem cõpositionis mẽbri particularis. secundo modo ratione prohibitionis aduentus ad membrũ. tertio ratione vtriusq;. differt autẽ ab alijs vlceribus pustulosis & vlcerosis: & a formica & a pruna & ab igne persico, & a carbũculo vlcerato: & maxime etiã cancręna a cancro in duritie et in venis: & ex simili motu papilionis in cancro facto cum suis chelis: quod est certum & manifestum signũ cancri: quod non sic reperitur in cancrena.

### *Cura cancrænæ in uniuersali.*

Si autem permaneat in vna dispositione ꝙ nõ pertranseat in aschachylos, & herpesthiomenum: est cura sine incisiõe mẽbri & cauteriçatione cũ ferro ignito. Sed si pertranseat in aliam dispositionẽ:
F tunc sine alia deliberatione necesse est incidere totam partem corruptam: vel quæ corrumpetur. Hęc verba sane intelligantur.

In principio cancręnę vt locus sanus bene defendatur. Re. argillam distemperatam cũ aceto: & line circũcirca membrũ: quia hoc est solenne defensiuũ in rustico: & causa necessitatis & paupertatis.

Super locũ quando erit maximus dolor. Re. folia fabę inuersæ, & supra locum appõe: quia mirabiliter vidi remouere dolorẽ: & ab vna vetula in tibia cuiusdam fratris: & hoc alias probaui.

In principio cancręnę iterum. Re. aluminis combusti, semi. rasa. cõbusti, ana vnc. 5. boli arme. scrop. i. & misce & pulueriça super locum.

Aliud ad idem. Reci. pulueris consolidæ maioris, aloes, ana scrop. i. 5. tutiæ præparatæ, drac. i. pulueriça super locum.

G Aliud ad idem. Rec. pulueris spodij, pulueris ossis lucij: & debet aduri: et ossis capitis humani adusti, ana drac. i. parum camphoræ ad pondus vnius grani hordei. Sed si augeretur cancręna: laua vitreolũ: & sapienter supra appone: & est medicina bona experta.

Alia optima ad idẽ & est medicina pfecta. Re. calcẽ lotã cũ stercore muris. mirabiliter curat cancręnã.

## *De aschachylos.* Cap. VIII.

QVoniam ista nõ differunt: nisi secundũ magis & minus: ponã fortiora medicamina p aschachylo. Re. pulueris tartari, boni vini montani, & asperge supra locum: istud autem medicamẽ est valde exiccatiuum.

Aliud fortis ad idem. Re. vitreolum adustum cũ melle ro. vnc. i. vitreoli, vnc. iij. optime misce omnia
H in simul, & applica membro aschachylato cũ penna.

Vnguentũ ęgyptiacum descriptione Mesue. Rec. mellis, vnc. ix. floris ęris, vnc. v. aceti fortis, drac. vij. coque super ignem donec inspissetur: & sunt aliqui qui addunt olibani masculi, drac. ij. 5.

Aliud ad idem. Re. vitreolum vstũ in forma pulueris: & supra locum appone.

Aliud ad idem. Re. fæcis aquæ sulimatę ex arsenico ponantur grana lentis supra loca vbi videtur tibi ꝙ caro putrida fuerit remouenda: & sic in tribus diebus magna pars carnis remouebitur.

Aliud ad idem solennius remedium. Reci. ferrum ignitum & candens: & caustica illam carnẽ, & maxime lęsam, si videbitur tibi illud membrũ posse remanere: quoniã ( vt tãgit Albucasis libro primo, & capitulo primo. ) dicẽdo propositum: & scitote fratres ꝙ ex

ex ſecreto curationis per cauterium cum igne et bo
nitate eius ſuper cauterium cum medicina combu-
rente eſt: quoniam ignis eſt ſimplex: cuius actio nõ
peruenit niſi ad membrum quod cauteriçatur: &
non nocet membro coniuncto cum eo niſi nocu-
mento paruo. Medicinæ vero comburentis actio
venit ad illud quod elongatur ex membris: & for-
taſſe facit accidere in membro ægritudinem diffici-
lis ſanationis: & fortaſſe interficit. Ignis vero pro-
pter ſubtilitatem ſuam & bonitatem ſubſtantiæ nõ
facit illud niſi ſuperfluat.

*De herpeſthiomeno.* *Cap. IX.*

NVllum melius remedium habere poteſt qui
totum membrum herpeſthiomenatum inci
dere vult: et hoc eſt ne vlterius membrum corrum
patur: quia iſta eſt paſſio diabolica: quapropter ipſam
bene conſidera: vt cognoſcas a principio motum
ſui indicij, antequam deſtruas membrũ: quia amiſ-
ſio & inciſio membri non renaſcetur. Sed ſi vis in-
cidere, incide cum ferro ignito ſimul & ſemel: quia
ibi eſt cautela: vt dicit Auic. & hoc fiat in iunctura.
Medicamina vero poſt cauteriçationem vel cau
ſticationem potentialem vel actualem, ſi oportet
procede cum putrefactiuis & mitigatiuis incendij,
& vt cadant eſcharæ: vel cum frigidis. Reci. folio-
rum porrorum tenerrimorum decoctorũ in aqua.
M. iij. & bñ piſtatorũ, ſalis, & ſulphuris, ana drac. ij.
Aliud ad proijciendum eſcharam. Reci. butyri,
& lini ſuper locum. nam butyrũ facit cadere eſcha-
ram cum ſulphure.
Aliud ad idem. Re. axungiam porcinam. lini ſu
per locum. Item valet vnguentum de Agrippa.

*De carbunculis, & anthracibus.* *Cap. X.*

ANthrax & carbunculus ſunt apoſtemata ve
nenoſa cum forti dolore exiſtẽtia in anthro:
& vtplurimum in concauitate aliquorum locorũ
emunctoriorum quæ ex ſui natura ducunt malam
qualitatem ad cor ex via arteriarum, faciendo vo-
mitum, pulſum cordis, caſum virtutis, atq; ſynco-
pẽ. Carbunculus eſt puſtula parua in principio,
& diuerſorum colorum: & aliquando ad ſimilitu-
dinem fauillæ extinctæ vel accenſæ cum veſica ci-
nericia, antecedens vtplurimum anthracem: oriens
vbiq; locorum, et maxime in extremitatibus mem
brorum, attrahens anthracem in loco emunctoria-
li ex ſua nimia & intenſa malitia. Nota q̄ iſte ter-
minus anthrax ſiue altoim eſt terminus ad tria ſigni
ficata æquiuocus: & hoc ſecundum q̄ narrat Auic.
in textu ex intentione arabica. Primum ſignifica-
tum dicebant eſſe, omne apoſtema exiſtens in locis
glanduloſæ carnis & alibi. tale, vt dicit Hippocra.
in ſua chirurgia, nõ erat abſolute uenenoſum, quan
do erat ſine feb. Secundum ſignificatum dicebant
de omni apoſtemate calido perdente, id eſt apto pro-
pter ſuam caliditatem interficere: & hoc tale ſimili-
ter non interficiebat a tota forma ſolum: ſed a ſua in
tenſa qualitate calida. Tertium ſignificatum dice-
bant de omni apoſtemate venenoſo quod corrum
pebat membrum, & alterabat colorem ipſius reſu-
dando ſanguinem, virulentiam: & adducendo ma

A lam qualitatem ad cor per venas & arterias, facien-
do accedere vomitum, pulſum cordis, & ſyncopẽ:
& quanto eius accidentia vehemẽtiora fiunt: mors
ęgrotantis magis appropinquat. Sed antiquiſſimi
medicorum. hoc quod eſt aſſignatum in tertio ſi-
gnificato carmata, id eſt quæ totum corpus carmi-
nabat. Tres ſunt ſpecies altoim, ſcilicet plumbeum:
quod fit a ſanguine: citrinum, quod fit ex cholera:
& nigrum quod fit ex melancholia: de quo in par-
tibus Arabię non euadit aliquis. Et quando accidũt
in locis emunctorialibus, ſunt maligna magis: pro-
pter vicinitatem ad membra principalia & maxi-
me cordi. Sed caute locutus fuit Auicenna, de car-
bunculis in fine capituli ponendo quatuor genera
ipſorũ. Primus carbũculus dicitur turſios, cuius
generatio eſt ſanguis aduſtus, tendens ad aliqualem
B fuſcam rubedinem. Secundus vocatur carmata:
quia ſentit infirmus totum ſuum corpus carminari:
generatio eſt phlegma pinguoſum: & eleuatione ſa
tis: & ſignum fit ex cholera aduſta maligna: & eſt ci
trini coloris cum fuſcedine & veſicula impoſita.
Tertius carbunculus vocatur camachile. ſignum
& cauſa eſt albi coloris: ſicut phlegma pinguoſum
cum eleuatione ſatis, creſcens in inſtanti: & appa-
rens in modum veſicæ plenæ lardonis, de quo mul
tum decipiuntur medici in incidendo, putando in
ipſo aquoſitatem eſſe, & inueniunt intus eſſe ſicut
pinguedinem. Materia cuius eleuatur de ſubtiliori
parte vnctuoſa humorum, mortifera & viſcoſa.
Quartus carbunculus vocatur ab Auicẽna fumas:
quia ægrotantem ſemper ad funera ducit: genera-
tur de materia melancholica aduſta nigra veneno-
C ſa: de quo per viam ſigni et cauſæ, nunquam aliquẽ
vidi euadere. Sed ſæpe credit vulgus ſtolidum illos
ſcire curare: & curant a fortuna: ita q̄ vulgus, peri-
tum ab imperito nõ diſcernit: & propter hoc dixit
Gale. neſcio quo modo hoc contingat ſiue a Deo,
ſiue a fortuna. ſemper enim vulgares odio habui,
eoſq; vituperaui, & dilexi ſcientiam veritatis.

*Cura carbunculorum & anthracis.*

Carbunculi & anthraces poſſunt curari ſimul et
ſemel: quia de nominibus nõ eſt cu
randum, dummodo ſententiam rerum habeamus.
Primo fiat ſine aliqua mora vſque ad ſpatium vi-
gintiquatuor horarum vniuerſalis euacuatio, ſi vir
tus patitur: & ſit ſine accidentibus: ſicut ſunt vomi
tus, pulſus cordis, caſus virtutis, vel ſyncope. Infal
D lanter in ſecundo die, ſi virtus tolerat, infirmus libe
rabitur, & hoc in memetipſo fui expertus. Sed hæc
euacuatio fit primo per phlebotomiam vſque ad
ſyncopen recuperabilem per eandem partem vbi
eſt apoſtema venenoſum: deinde euacua cum ſolu
tiuo appropriato humori peccanti: aut cum myro-
balanis & caſia: aut cum manna: aut cum electua-
rio de ſucco roſarũ, uel diaphœnicone et ſimilibus.

*Signa mortis manifeſta in peſtilentiato.*

Dolor maximus ineſt ſup anthracẽ uel carbuncu
lũ: frõs ægri rubet. ſupercilia declinãtur: oculus ſini
ſter minuitur: naſi ſummitas albeſcit: mẽtum cadit:

pulsus ante currit: frigescit venter: & extrema desugit: iuuenes vigilant & senes: & nullo modo somnum capere possunt. Infirmus si in dextram partem aspexerit, facile viuet: si in occidentem difficile uiuet: si ad septentrionem, raro euadet: si orientem, diu liberabitur: si in borealē, morietur. Sed vrina aut est liuida, aut subiugalis, semper in pestilētiato.

Experimentum mirabile & secretum relatū per exorcizātē a demonibus. M. Petro de Abano: quo debet vti ille qui est pestilentiatus, qui vult se praeseruare: & nullum aliud est ei par. Recip. omni die vnam frondem herbae dictae berbenae: & pone in ore: & mastica donec gustus deglutiatur: est quidē mirabile: & expertus fui in liberando pestilentiatū. Et si vis da de dicto succo cum vino vel brodio ad quātitatem modicam omni die: & infirmus nesciet tuum secretum.

Confortantia & defendentia cor in cibis & potibus. Reci. iuleb de citro, de limonibus, ana. & ponantur in aqua cocta cum hordeo si fuerit febris. Item diaboraginatū, et diabuglossatum, ana vnc. i. folliculos duos auri: & misce: et recipiat patiens per os. Item diamargariton, vel electuarium de gemmis, vel tria sandalina cum margaritis sumat patiēs per os. Item confectio de fisticis facta ex amygdalis & zucharo & pistacijs & aqua buglossata et melissae conuenit.

Cibus in pestilentiato semper declinet ad acetositatem. Reci. rob pomorum macianorum: & per rob intellige succum pomorum decoctum vsq; ad spissitudinem: & rob citoniorum: & rob granatorum: & ponantur semper in pisto facto ex pulpis alarum gallinae, perdicum, & fasianorum.

Alius cibus vocatus a Rasi semia, & est cibus delicatus. Reci. pulpas gallinę vel caponis vel perdicis, quod melius est, & minutim incide bene, postea pista bene cum aliquibus amygdalis dulcibus. hoc facto cum aliquo brodio distila per tamisum. i. petiam. & adde aliquam aquam cordialem modicū: sicut aqua buglossae & similium: & pone in aliquo vase ad calefaciēdum, & sic calefacto adde vinum granatorum vel agrestam vel aquam rosa. vel aliquid aquae.

Aqua quae vocatur subiectatiua: quia est sustentatiua vitę aegri: & datur aegrotanti, quando nō potest aliquid comedere. Reci. vnam gallinam vel caponem pinguem: & incisam per multa frusta pone in alambico ad distillādum: & si vis vt ista aqua sit magis cordialis, ea quae sunt cordialia: pone in alambico sicut esset aurū, scilicet ducatos. ij. uel tres perlas & alios lapides pretiosos.

Odoramentum cum naso, vt aer ad cor bonificetur. Reci. pulueris rosarum, sandal. ana vtriusq;, drac. i. camphorae, scrop. i. 5. & ligetur in sindone de grana, & odoretur. Item similiter valet pomum de laudano.

Epithema ad cor. Reci. aquae buglossae, drac. iij. aquae melissae, aquae rosa. & acetosae, & foliorum salicis, ana vnc. ij. & adde rosarū, sandalorū vtriusq; drac. i. camphorae, scrop. i. 5. misce: & cum petia de grana madefacta in dicta aqua calida seu tepi. saepissime pone supra cor.

E Roratio camerae pestilentiati. Re. aquam & acetum & proijce per camerā si sit tempore aestatis: & folia salicis & nenupharis & similia: & si sit hyems, ardeat ignis factus ex sarmentis vel ex lignis iuniperi: vel fac fumum de semine ipsius: quoniam mirabiliter bonificat aerem.

In principio anthracis & augmento quātum ad localia. Recipe ammoniaci dissoluti in aceto, vnc. ij. olei liliorum alborum: & cerae quantum sufficit & fiat vnguentum ad formam ceroti: & extende super petiā: & approxima super apostemate duro in locis emunctorialibus. est maximę proprietatis: qa aut dissoluit apostema: aut extrahet extra, venenū.

In principio & augmento optimum remedium si anthrax esset cum maximo dolore. Re. seminum maluauisci, & foenugraeci, & seminis lini: & florum F chamomillae, & meliloti, ana. M. i. salis, cineris, cochlearia duo, florum berbę. M. ij. omnia in sapa vini decoque: & si non potes habere vinum coctum, fac bullire in aqua dulci: & imple vnam vesicā vel duas huius decoctionis calidae: & appone loco dolenti donec dolor erit remotus. quando vesica erit frigida, appone ipsam in aquam calidam: & iterum appone anthraci, mirabiliter proderit, in dolorem sedando.

Emplastrum de caricis cautibus optimum ad anthracem: quod maturat et mollificat duritiem. Re. caricarum. i. ficuum pinguium & siccarum, librā. i. sinapis, vnc. iij. farinę foenugręc. & seminis lini, ana vnc. i. 5. ammoniaci dissoluti in aceto, lib. 5. terebinthi. lib. i. 5. & fiat emplastrum cum melle.

Emplastrum aliud ad idem: quod maturat omne G apostema durum. Reci. mucilaginis, radicis althęę, & foenugrę. & seminis lini, ana vnc. i. axungię gallinę, anatis, anseris, medullae cruris vaccę, vnc. i. bdellij, ammoniaci, galba. ana unc. i. 5. dissoluantur gummę in oleo liliorum alborum: et postea omnia insimul misceantur cum pinguedinibus prius colatis: fiat vnguentum vel emplastrum addendo farinam hordei quod sufficit ad inspissandum.

Vnguentū in principio carbunculi & in augmēto. Reci. vnum vitellum oui recentis: & adde salis armoniaci pistati, drac. 5. & croci, scrop. 5. oleum commune: & insimul misce: & super carbunculo pone. Item uel porci exiccatum ad modum vnguenti basiliconis valet: & magnam experientiam vidi in hoc casu.

Vnguentū in principio, augmento, & statu. Re. H rutam et apium domesticum, ana. M. i. allei spicam, piperis grana. 10. vitellos ouorum. ij. & misce: & supra locum appone.

Aliud remedium. Recipe theriacam, & superpone carbunculo.

Vnguentum defensiuum circumcirca carbūculū. Re. boli armeni, vnc. iij. sang. draco. drac. i. terrę sigilla. drac. 5. olei ro. et aceti quod sufficit: fiat vnguentum molle. & lini circumcirca carbunculum.

Emplastrum solennissimum. Re. radicem cucumeris asinini cum glutine abotin, vnc. iij. salis nitri, drac. i. ficuum pinguiū, vnc. ij. fermenti, vnc. i. misce insimul: & fiat emplastrum.

Emplastrum bonum pro pauperibus. Re. farinam

nam frumenti. M. iij. aquę olei communis quod suf
ficit. fiat emplastrũ: & in fine decoctionis: adde cro-
ci, scrop. ij. et supra locum pone, calidum. Omne
putrefactiuum necesse est, vt sit calidum & humi-
dum. Istud supradictum emplastrũ est quod Deus
& natura creauit.

Aliud in principio & augmento carbunculi vl-
timum remedium. Re. ferrum ignitum, & causti-
ca carbunculum ipsum multoties tangendo: et po-
stea procede cum butyro: donec eschara cadat. Et si
vis, potes decolare ceram vnius candelæ accensę su
per carbunculum.

Emplastrum quod debet apponi super carbun-
culo ad maturandum & mollificandũ ipsum. Re.
ficuum pinguium siccarum numero sex. passularũ,
vnc. i. ceparum liliorum alborum coctarũ sub pru
nis et pistatarum optime. cepas. iij. sinapis triti, unc.
i. s. mellis rosa. colati, vnc. i. fermenti, vnc. i. croci,
scrop. i. s. salis baurachini, scrop. iiij. farinę fęnugrę.
farinæ se. lini, ana vnc. iij. altheęę optime coctæ &
bene pistatæ, vnc. ij. aquæ decoctionis altheę, quan
tum sufficit, fiat emplastrum addendo oleum cha-
momil. & liliorum alborum, & anethi, ana vnc. i.
butyri, & axungiæ porcinæ, & gallinæ tantę quan-
titatis, vt emplastrum sit bene pingue, et appone.

Emplastrum optimum. Re. succi apij, succi sca-
biosæ, succi consolidæ maio. ana vnc. i. s. mellis de-
spuma. vnc. s. farinæ siliginis vel farinę frumẽti mo
dicum, & bulliant omnia simul vsq; ad spissitudinẽ
pultis: & apponatur carbunculo ter vel quater in
die, vt venenum bene remoueatur extra.

Mirabile remedium quod debet poni super an-
thracem: & mihi semper bene successit. Re. fermen
tum ad quantitatem vnius oui, cantharidum in for
mam pulueris pistatarum, cochlear vnum, fortissi-
mi aceti, quantum sufficit, fiat compositio: & vesi-
catorium supra locum anthracis vel extremitatis il
lius membri ponatur: quia ibi attrahet uenenum ad
exteriora: & postea procede cũ butyro vel alio ma
turatiuo: vt venenum ad exteriora exhalet.

## *De apostematibus glandulosæ carnis.* Cap. XI.

APostemata glãdulosę carnis hæc sunt quę ma
xime oriuntur in duobus locis de emuncto-
rialibus calidis: sicut sunt inguina & subascellæ: &
sicut apostemata calida quę non sunt venenosa miß
sa per viam crisis: aut expulsa a mẽbris radicalibus:
aut attracta in locis emunctorialibus, ex causa vlce
rum, vel pustularum existentium in extremis par-
tibus corporum: cum plurima repletione humorũ
vel pauca: differens a fugili: quod est apostema fri-
gidum: quãtum ex natura sui principij: quod est ce-
rebrum ortus in radice auris, de quo tractabitur in
capitulo de apostematibus frigidis. Signa horũ apo
stematum, apud aliquos auctores vocantur bubo-
nes: & est rubedo & caliditas in loco: dolor quoq;:
& non cũ syncope, vomitu, & febre, & vigilia per
seuerante: hoc dictum est propter auctoritatem ex-
cludere: vt bene discernatur vnum ab alio veneno
so furioso & quieto.

Curatio autem vniuersalis huius loci sit amplia-
tura ad alia apostemata genita a materia
A calida & medico suspecta. Primo fiat phleboto-
mia si possibile sit, vel euacuatio corpis si expedit:
& hæc sunt consideranda a medico purgare volen-
ti, scilicet hæc. Ars, ætas, regio, sexus, complexio,
forma. Mos, & symptoma, repletio, tempus, et aer.
Nota ꝙ quatuor sunt venæ principales a medico
considerandæ, quæ cõmuniter phlebotomantur.
Prima est cephalica quæ est inter pollicem & indi-
cem: & ista vena euacuat a capite & a collo: quia il-
la vena habet ibi ortum, ramificando se cũ alia ve-
na. Secunda vena est basilica, quæ reperitur inter
annularem & auricularem, & euacuat a splene: & si
militer reperitur in curuatura brachij in parte infe-
riori: & similiter euacuat a capite, & magis de pro-
pe. Tertia vena est, vena communis siue funis si-
ue uirga vocata: & est in media curuatura brachij,
B & euacuat cõmuniter a toto corpore. Quarta est
dicta vena saphena, quæ reperitur super vel sub cla
uicula pedis in dextra parte pedis: & ista vena eua-
cuat ab inguinibus, & a matrice, & a testiculis infe-
rius materiam ægritudinis diuertendo, Non in so-
lis ægritudinibus quæ ex sanguine fiunt: sed in his
quæ de putredine fiunt diminutio fienda est. Gal. in
octauo therapeu. Nota ꝙ phlebotomia potest fieri
in ægro tribus de causis in principio alicuius aposte
matis. Prima causa ratione euacuandi plethorã.
Secũda causa diuertendi materiam ab apostemate.
Tertia causa, ratione minuendi materiã. Sed quã
do vis facere phlebotomiam ratione totius, & ple-
thoræ, fac phlebotomiam amplam, & cum euacua
tione magna, & per vnam diametrum completam,
saltẽ. Sed si vis diuertere ab apostemate, ponatur,
C casus ꝙ sit apostema sub ascella dextra: tũc fiat phle
botomia de basilica in manu sinistra uel saphena pe
dis dextri, quæ est sub clauicula pedis, & econuer-
so de alio latere inguinis intelligitur. Sed si vis di
uertere ab apostemate in coxa: põatur casus ꝙ apo
stema sit in inguine sinistro: tunc fiat phlebotomia
de vena communi quæ est in curuatura brachij sini
stri vel de saphena pedis dextri quæ est sub cauicu-
la: & econuerso de alio latere inguinis intellige.
Sed si vis diuertere a collo vel a capite: et in parte de
xtra, fiat phlebotomia in manu sinistra de vena ce-
phalica, & econuerso, si apostema erit in parte sini-
stra, fiat phlebotomia in manu dextra: & hoc secun
dum plus & minus: quod tibi videtur. Sed si ma
teria fuerit venenosa, sicut in anthrace: ponatur ꝙ
sit in inguine dextro: fiat phlebotomia de vena pe-
D dis dextri: & si fuerit sub ascella dextra, fiat phlebo
tomia in brachio dextro & de vena communi: &
sic econuerso intellige: ne materia venenosa trãseat
ad alia loca sana, & per hoc debet fieri magis a pro-
pe quam a longe, & per eandem partem membri,
& hoc est ne materia venenosa habeat reditum ad
cor. Item nota ꝙ phlebotomator debet phlebo-
tomare quatuor modis vel quatuor de causis. Pri
mus modus est pungendo venam: & hoc est quan-
do materia est subtilis, et proportionata ad materiã
cholericam: hoc est quia sanguis trãsmittitur in cho
leram de facili. Secundus modus est aliqualiter
scindere uenam per longum: & hoc fiat quãdo san
guis est grossus. Tertius modus est secũdum me-

dictatem lateraliter incidere venam: & hoc vt foramen stet melius apertum: & antiqui senes, faciunt hoc timendo de emporismate propter perforationem totius venę. Quartus modus est, venam integraliter incidere: & hoc fiat, quādo venę sunt paruæ. Sicut sunt istæ quæ sunt sub lingua, & ī pedibus ad hoc vt sanguis melius exeat: quia aliter non exiret. Pueri vero & infirmi non sunt minuendi: nisi magna incumbente necessitate. Oportet quoq; cauere quantum possibile est ne phlebotomator in tempore calidissimo & frigidissimo vtatur: nec; his qui stomachum & hepar infrigidatum habent.

Vnguentum in principio, augmento, et statu horum apostematum glandulosorum. Re. œsypi humidę, vnguēti agrippę, ana vnc.i. olei chamomillę, olei liliorum alborū, ana vnc.5. unge super locum.

Emplastrum quod debet apponi supra vnguentum supra tactum. Re. farinæ hordei. M.i. radicū althęę. M.i. farinę fœnugræci. M.5. olei chamomilini, vnc.ij. olei liliorum alborū, vnc.i. butyri, vnc.i.5. croci, scrop.i. fiat emplastrū decoctiōe maluauisci.

Item ad idem in principio & augmento. Reci. ammoniacum dissolutum cum aceto, et deductum ad formam vnguenti cum sufficienti cera & oleo: & in formam magdaleonis illud reserua.

Aliud ad idem si apostema erit durum per conculcationem materierum. Recipe mucilaginis maluauisci, & fœnugræci, & seminis lini, ana vnc.ij. axungiæ porci decolatæ, vnc.ij. seminum sisami, et amygdalarum dulcium pistatarum, ana vnc.i. farinæ hordei quod sufficit ad incorporandum: & fiat emplastrum.

Aliud ad idem mirabile resolutiuum. Re. foliorum petroselini, foliorum vitreoli, & cum vino in patella calefiat: & ponatur super locum.

Emplastrum conueniens in augmento & statu. Re. farinæ frumenti, vnc. vi. aquæ cyathum vnum, olei communis, vel liliorum alborum, vnc.ij. croci, scrop.i. fiat emplastrum. Et est etiam conueniens in omni casu, sed saluius isto: ut dicit Auic. in textu, fiat cum farina hordei. & istud emplastrum vocatur emplastrum pauperum.

Aliud ad idem & est mirabile resolutiuū ad hoc: & vt dicit Auicen. multoties sanat oleum calefactiuum quod effunditur solum: sed tūc pro isto dicto. Reci. olei chamomilini, olei liliorum alborum, ana vnc.5. pinguedinis gallinæ: & hæc calida cum bombice in hoc liquore madefacto loco appone.

### *De exituris tam intrinsecis quam extrinsecis.* Cap. XII.

Exitura est apostema calidum tam inceptum quam permutatum continens in sinu & concauitate sui saniem, quam natura præparauit exire. Dubelet est apostema tam calidum quam frigidū: & habet concauitatem & sinum in parte interiori sui: ad quē effunditur materia, & colligitur. Nota ergo differentiam inter apostema dubelet & exituram. Nam apostema dicitur de omni apostemate secundū modum quęlibet: siue sit illud apostema calidum, siue frigidum, siue paruum, siue magnū,

E siue saniosum, siue non, siue intrinsecū, siue extrinsecum. Maturatiuum debet esse calidum et humidum. Dubelet uero dicitur de omni apostemate, quod in se colligit, & aggregat humorem: siue illud sit calidum siue frigidum. Exitura autem dicitur de omni apostemate tantum, & colligit, & aggregat humorem, qui conuertitur in saniem. Nota ꝙ exitura a medico cōsideratur duobus modis, scilicet incipiendo & permutādo. Incipiendo hoc est, ꝙ quando post febres uel per viam crisis natura expellit saniem: & facit apostema saniosum: et isto modo dicitur exitura, quæ fit incipiēdo: sed illa quæ fit permutando, intelligitur fieri duobus modis, scilicet ab humoribus calidis, & ab humoribus frigidis. Ab humoribus calidis fit hoc modo: qa primo erit apostema sub forma humoris non digesti, & non

F maturati: & postea: & maxime in statu apostematis putrefit: & fiet sanies: & sic isto modo, dicetur fieri permutatio apostematis indigesti ad digestum. Ab humoribus vero frigidis fit exitura permutando hoc modo: quia si humores frigidi debent saniari, necesse est ꝙ de per accidens sumant caliditatem: cum nulla digestio proueniat nisi a calido: sic ergo permutabuntur humores frigidi, qui erant essentialiter facti, in caliditatem per accidens: & per hoc ergo, sępe æquiuoce in hoc processu de exituris locutus est Auicen. scilicet ꝙ ipsa duobus modis consideratur, quo ad initium fieri: & quo ad factum esse. Cura autem in principio asserit Aui. fieri phlebotomiam. intellige qđ ad initium fieri ipsius exituræ sanguineę & cum solutione ventris maxime tam in fieri quam in facto esse: & illud quidem est necesse:

G & non pręsumas cum repercussiuis in aliquibus locis emunctorialibus, nisi illud fiat coacte operādo: sicut fit cū albumine oui in omni loco post incisionem exituræ: & illud fit de nimia sanguinis hæmorrhosagia timendo ne ex tali incisione noua materia antecedens adhuc currat ad locum. Oportet igitur pro operatione exiturarum et generatione: quę fiunt permutādo: pręberi auxilium a medico cum medicinis faciētibus nasci putrefactionem, & putredinē. Quia de exituris quę fiunt incipiendo, ad pręsens non ponam medicinam. quia est ista consideratio pertinens physico, & maxime in libro tertio: qa illa vtplurimum fiunt per viam crisis, & per viam expulsionis a membris radicalibus.

In principio & augmento exiturarum: quæ ad initium, & non adhuc maturatarum sunt. Re. radi

H cum althęę: et decoquantur in aqua. M.ij. farinæ fœnugreci, & hordei, ana. M.i. pinguedinis porci, & butyri, ana vnc.i. & fiat emplastrum cum decoctione althęę.

Vnguētum in apostemate quod intendis, vt fiat exitura. Re. mucilagines maluauisci, & seminis lini, fœnugręci, psillij, pinguedinis gallinæ, anatis, & anseris, omnia ad libitum. tantundem olei liliorum alborum: & ceræ quod sufficit: et farinę hordei modicum: fiat vnguentum extensibile.

Ad idem. Re. radicum enulæ cāpanæ bene decoctæ. M.i. foliorum siclarum, & caulium, & mercurialis, ana. M.i. seminum cartami, et sisami, & maluarum, & seminum maluauisci, ana. M.5. farinæ frumenti.

menti. M. ij. olei communis, vnc. iij. aquæ decoctionis enulæ campanæ: & fiat emplastrum: & adde croci, scrop. ij.

Aliud ad idem coueniens omni tempore exituræ. Recip. farinæ hordei, lib. i. farinæ seminis lini, vnc. iiij. florum chamomillæ, meliloti, ana vnc. i. s. olei rosati, & chamomilini, ana vnc. duas. croci, scrop. ij. & fiat emplastrum.

Aliud mirabile quod pluries expertus sum. Reci. butyrum per se solum extensum super petiam ad formã emplastri. mirabiliter valet in apostematibus vbi expectatur fieri sanies.

Emplastrum in exitura maturatiuum: & quod frãgit conuenienter in exitura de materia frigida. Re. farinæ seminis lini. M. ij. farinæ fœnugræci. M. i. mellis crudi & terebinthinæ, ana quantum sufficit: fiat emplastrum cum decoctione sufficienti.

*Nun: sequitur illa pars. Cum uideris pulsationem.*

Signa exiturarum non quo ad factum sui: sed quo ad fieri, & initium siue augmentum sequendo, dum minuitur durities, & remittitur caliditas, & additur pulsatio plurima, in apostemate. tunc iudica, quod iste humor existens in apostemate, est in via: vt fiat exitura: aut ab adiutorio naturę, aut ab arte. Et nota ꝙ istud capitulum est ad cognoscendum quando est futura sanies.

*Sequitur illa pars. Cum uideris lenitatem: in qua agit de completa sanie.*

Signa exiturarum quo ad complementũ et factum esse sedatus est dolor: et febris est diminuta iuxta dictum Hippocratis aphoris. secundo. Circa generationem saniei dolores & febres accidunt magis quã facta sanie. Nota ꝙ istud est capitulum ad cognoscendum quando facta est sanies in apostemate.

Sequitur illa pars. Sanies laudabilis: in qua agit de bona sanie & mala. Triplex est alteratio, scilicet pura naturalis, & pura innaturalis, & media inter puram naturalem & innaturalem. Pura naturalis alteratio siue digestio dicitur illa quæ fit in nutrimento passo a calore naturali siue aliquo extraneo impedimento. Pura innaturalis alteratio siue innaturalis digestio est illa, quæ fit a calore solo extraneo, sicut est in putrefactione. Media alteratio siue digestio inter puram naturalem & innaturalem est illa, quæ fit in sanie laudabili. Sanies laudabilis est alba, lenis, & ęqualis, nõ cum fœtore multo: quia calor naturalis a prędominio agit supra calorem innaturalem in materiam apostematis. Et per hoc virtus naturalis facit saniem ipsam albam, ut assimiletur membris, a quibus decisa fuit materia apostematis. Sanies illaudabilis erit alterius modi quam albi coloris, cum virtus naturalis sit submersa, & prędominata a calore innaturali, id est a calore putredinali: & si sanies erit diuersorum colorum, & horribilis odoris. Sed si calor naturalis erit purus, & non impeditus ab aliquo calore putredinali: tunc materiam apostematis reducet ad benignum. sed si calor putredinalis absolute fuerit fortis & vincens calorem naturalem, corrumpetur materia cum membro.

*Sequitur capitulum. Quando accidit apostema calidum in uisceribus, in quo agit de exituris intrinsecis.*

A Signa exiturarum intrinsecarum sunt horripilationes & febres vagantes, inordinatę, et dolores in primis longioris spatij: & additur grauitas apostematis: hoc est: quia æger magis in loco intrinseco, in quo est apostema sentit se grauatum: tunc iudica ꝙ illud apostema vult fieri exitura: & hoc maxime si sentis pulsum ad modum serræ secando sub tuis digitis, quando tangis pulsum: quoniam talis pulsus significat exituram in fieri esse intrinsecam: & in membris neruosis. Et tu quidem sentis in quo membro est exitura per tactum ad extra, & per grauitatem, & generalitatem, & per dolorem accidentem illi membro secundum substantiam suam sensualiter.

*Sequitur illa pars. Quando accidunt significationes exituræ intrinsecæ: in qua narrat de exitura intrinseca ad factum esse.*

B

Signa exiturarum intrinsecarum quo ad factum esse: quiescunt accidentia sęua quę sunt ex febribus, & horripilatione, et ex doloris sedatione completa: & remanet grauitas in loco: propter saniem iam factam in apostemate.

Signa exiturarum intrinsecarum quando sunt factæ, uel appropinquant rupturæ. incipiũt dolores, punctiones, & mordicationes, propter saniem corrodẽtem membra sensibilia, & grauitas est maior quam ante erat: iudica ꝙ eruptio iam appropinquat. Sed quando rigor, grauitas, & dolor cessauerit, post hæc eruptio facta est ad intra et salua. Sed quando eruptio exituræ intrinsecæ fuerit subito, & egrediatur quantitas de sanie, accidit aliquãdo pulsus cordis, syncope, et mors propter nimiam resolutionem spirituũ C cum materia: & quandoq; accident vomitus, & ventris solutio, & sputum saniei plurimæ subito: & hoc quando exitura est facta in pectore: & quandoq; accidit pręfocatio: quãdo erumpit res plurima ad pectus subito. necessitas autem cognitionis Aui. in hoc quarto lib. vtile loqui de exituris intrinsecis fuit, propter duo: ne purus chirurgus admiretur. Primo ad hoc vt chirurgus stet attentus: quia aliquando hęc apostemata rumpi possent per se, et a chirurgo ad extra. Secũda causa: quia Auicẽ. non loquitur hic de exitura intrinsece vnico solo membro appropriata, sicut locutus fuit in libro tertio. sed loquitur in hoc loco in cõmuni: cũ exitura accidere possit vnicuiq; parti nostri corporis in occulto & manifesto.

*De cura exiturarum apparentium & extrinsecarum tam in fieri quam in facto.*

D

Cura talis sit. primo in fieri fiant euacuationes secũdum ordinem prædictum in alijs apostematibus: deinde extrahatur quod aggregatum est in exitura inquantũ est exitura: & hoc secundũ duos modos.

Primus modus est regularis: & hoc secundum regimen rectum simpliciter, scilicet in maturando: et facta maturatione rumpendo & conseruando virtutẽ: & euitando ne dolor & subita extractio materię prosternat virtutem.

Secũdus modus, nõ est rectus modus simpliciter. sed est bonus secundũ quid, scilicet incidere exituram, ante maturationem: & hoc fieri debet propter quadruplicem causam.

Prima causa, si exitura sit magna valde: ita ꝙ virtus non possit sufficere in maturatione illius materiæ: sed prius corrumpetur membrum, antequã maturetur: necessitas cogit medicum ante tempus talem exituram non adhuc completam ad incidendum.

Secunda causa. si exitura in fieri sit ex materia grossa: ita ꝙ sit difficilis maturationis: & calor naturalis sit debilis in membro, non potes illam materiam digerere: quia est grossa: propter hoc necessitas cõstringit te ad incidendum.

Tertia causa talis est. ꝙ si materia exituræ sit in fieri, & quantum ad expectationem sit malæ qualitatis: ita ꝙ calor naturalis membri sit paucus, non potens ipsam materiam rectificare & digerere: sed potius ista materia alteraretur ad putrefactionem: necessitas cogit propter hoc medicum ante tempus incidere.

Quarta causa. nam si apostema sit prope iuncturas & principalia mẽbra, ad hoc, vt ne tale apostema corrumpatur cum iunctura, aut membro principali, necessitas constringit esse bonum, nõ simpliciter, sed secundum quid ante maturationem incidere.

Incisio semper debet fieri secundũ villos: et uilli vt plurimũ vadunt secundũ longitudinẽ corporis: prçterquam mesopleuri, qui vadũt secundum incessum costarum: & sunt nonagintasex, scilicet quatuor pro qualibet costa, quæ costæ sunt. xxiiij. tam de integris quam de mendosis. Loca magis apta ad expectandum maturationem apostematis sunt illa quæ oriuntur in locis carnosis: vbi sunt pauci nerui & venæ & arteriæ: quæ omnia vniuersaliter supradicta ex nimia expectatiõe, vt digeratur posset consequi corruptio, & suffocatio, vt in squinantia.

Optimum remedium doloris apostematum & doloris in chordis. Re. lanam succidam & vinum coctũ: quod appellatur sappa: et modicum de spica nardi: et chamomilla, & meliloto, fiat fomentatio desuper: & apponatur lana.

*De medicamine maturatiuo.*

Medicina maturatiua in generali necesse est, ꝙ eius natura siue eius caliditas sit similis caliditati corporis cui applicatur: cum nostra vita constet in calido & humido: & in ipsa medicina maturatiua coniuncta cum quadam inuiscatione, ut vigoretur intrinsecus calor naturalis per oppilationem: & ne humidum per resolutionem resecetur a permistione terrea: & hoc vt illud humidum sit coadunans ad maturationem. Verũtamen hæc medicina potest esse digestiua de per se, & de per accidens in primis gradibus: & secũdum has descriptiones, quas hic pro exemplo intendo tradere.

Embrocha ad maturandũ. Re. florũ chamomillæ. M. i. & bulliantur in aqua: & fiat embrochatio super apostema: & hæc embrochatio maturabit sola vice.

Emplastrum maturatiuum in apostemate. Re. farinæ frumenti aut hordei. M. iij. aquç cõmunis, olei cõmunis quod sufficit: & fiat emplastrum: & adde croci, scrop. i. & est emplastrum pauperum.

Aliud emplastrum ad idem. Re. frumentũ masticatum, & permistum bene cũ saliua: & appone loco emplastri: quia multũ digerit & maxime in forũculis.

Aliud emplastrum ad idem. Re. ficus siccas & pin-
E gues numero. xx. & farinæ hordei si vis, & pista in simul: & cum oleo liliorum alborum, fiat emplastrũ.

Ad idem emplastrum. Recip. farinæ hordei. M. ij. œsypi humidç, pulueris origani. M. i. salis communis, drac. i. vel fermẽti loco salis, aquæ quod sufficit ad incorporãdum. fiat emplastrum bene coctum: & si vis emplastrum fortius facere, adde terebinthinç, vnc. iij.

Aliud ad maturandum omne apostema. Re. radicum maluauisci bene decocti. M. ij. axungię, vnc. ij. farinæ fœnugræci & seminis lini, ana vnc. i. olei chamomilini: fiat emplastrum.

Emplastrum in apostemate phlegmatico quando vis maturare. Reci. pulpæ panis, & picis naualis, ana vnc. ij. ceræ, vnc. 5. croci, scrop. i. pulueris olibãi, dra. ij. fiat emplastrum.

Aliud in apostemate phlegmatico. Reci. picis na-
F ualis ablutæ, vnc. iij. olei rosati, vnc. ij. adipis porci, vnc. i. maluauisci decocti, vnc. iij. farinæ seminis lini, vnc. 5. fiat emplastrum.

Emplastrum aliud in materia cõposita. Re. ficuũ, passularum. M. iij. styracis liquidç, galbani, myrrhe, ladani, resinç pini, ana vnc. 5. butyri, vnc. iij. mastiches, œsypi humidç, radicis cucumeris asinini, sang. draco. ana vnc. i. fiat emplastrum.

Emplastrum optimum de pentadactylis relatum Auicen. a Constantino. Recip. granorum mirrasolis mundatorum numero. xxx. amygdalarum dulcium numero. xx. foliorum cicutæ, & chelidoniæ, ana. M. ij. axungiæ porci, vnc. iij. olei cõmunis quod sufficit. fiat emplastrum.

Emplastrum didymos, & est conueniens omni exituræ. Re. passularum nigrarũ. M. ij. mellis, vnc. i. vi-
G tel. vnum oui. pista: misce: & fiat emplastrum.

Vnguentum maturatiuum. Re. ammoniaci dissoluti in oleo de sisamo. vnc. i. & pulueris marchalitæ, vnc. i. & cum sufficienti cera fiat cerotum: & appone apostemati donec frangat exituram.

*Sequitur illa pars, Cum inueneris exituram grossæ cutis. in quo docet quomodo aperiuntur.*

Exitura sæpe reperitur esse cum grossa cuti, ad quã oportet vt medicus ingenietur ĩ extractione saniei existentis in apostemate saniato: & hęc talis operatio perficitur tribus modis. Primo modo a se ipsa putredine: quia de natura saniei est membrũ corrumpere: & ideo de concauitatibus ossium illa sæpe perforando terminantur ad cutim: & illam aliquãdo soluendo. Secunda operatio in extractione saniei
H perficitur cũ phlebotomo & rasorio: et auctor in hoc loco ostendẽdo in vnoquoq; membro incisionis modum secundum villos incisionis longitudinales: et aliquando secũdum rugas corporis. Tertia operatio in extractione saniei perficitur cum ruptorio siue medicina rumpente: & hoc ample determinabitur in capitulo, vbi tractat de ruptorijs. Regula prima talis est. ꝙ quando vis perforare, indica locum saniei cum ambabus manibus & duobus digitis indicibus si sufficiunt: si non, associa indicem vel alios digitos, donec bene æstimes saniem per vndationem & portam siue locum perforandum per albedinem saniei: et incide magis per inferiorẽ partem, vt sanies possit melius expurgari ꝑ foramẽ. Nota ꝙ in manu sunt quinq; digiti

digiti.ſ.pollex,index, medius, annularis,& auricula
ris. Inciſio exituræ in capite, fiat ſecundum longitu-
dinem capillorum niſi fiat ſectio ſecundum crucem:
quod coacte neceſſe eſt aliquando fieri in fractura cra
nei,et in apoſtemate camerato,et in apoſtemate dicto
ab Auicen.albir.i.talpa in capitulo de exitura. Inci
ſio in palpebra oculi, & in fronte ſit ſecundum longi
tudinem villorum longitudinalium, ne frons cadat
ſuper frontem, & palpebra ſuper palpebram. Sed
inciſio naſi fiat ſecundum longitudinem naſi. Inciſio
exituræ ſub oculo fiat ſecundum, ꝙ tendit orbita ocu
li.i.concauitas infima oſſis oculi, vt ſanies exeat,& ta
lis inciſio erit ſimilis capiti lunæ nouæ. Inciſio exituræ
in mandibula inferiore,fiat æqualis ipſius oſſis mandi
bulæ: & veritas magis declarat. Rugæ huius loci ten-
dunt ſecundum inceſſum:& hoc apparet ſenibus. In-
ciſio poſt aures fiat æqualiter ſecundum aurem. Inci-
ſio vero in brachijs,cubitis,manu,& digitis,et crure,
& in coxa,& in pede, per longum horum membro-
rum: quia villi ſic vadunt. Inciſio vero in inguine &
ſub aſcellis,perforatur rotunde:uel per tranſuerſum,
ne fiat fiſtula, & incidendo villos longitudinales, vt
tangit Auicen. Inciſio in ano vel circa anum:incide ſe
cundum longitudinem.dũmodo inciſio fiat verſus
anum:hoc dico circũcirca:quia inciſio debet accipere
aliquid de latitudine,ne perueniat ſanies vel fiſtula.

Inciſio in coſtis fiat ſecundũ coſtas:quia villi inter
coſtam & coſtã incedũt, & ſunt quatuor in
ter quamlibet coſtam. Inciſio vero teſticuli & virgæ
fiat æqualiter procedendo ſecundum longitudinem.
Inciſio autẽ quæ debet fieri ſecundũ obliquum.i. pro
pe vmbilicũ:fac ipſam leuiter: quia circumcirca vm-
bilicum inciſio eſt periculoſa:quia ille locus vmbilici
eſt neruoſus. Nota ꝙ quãtũ potes,tu debes ſequi vil-
los lõgitudinales & magiſtrales illius membri:ad hoc
vt non deſtruas ſuum officium, euitando neruos, ve
nas, & arterias inquantum potes. Propter quod no-
ta, ꝙ aliqui villi in membro ſunt lõgitudinales, ideſt
qui tendunt ſecundum longitudinem membri:aliqui
ſunt tranſuerſales tendentes per tranſuerſum:aliqui la
titudinales tendentes per latitudinem.

*De medicinis rumpentibus apoſtemata.* Cap. XIII.

MEdicinarum erumpentium abſq; inciſione &
ferro:ſed cum ruptorijs: quædam ſunt debiliũ
virtutum:quædam mediocris: quædã fortiſſimæ vir-
tutis: de quibus gradatim tangetur:primo incipiẽdo
a leuioribus: ſecundo a medijs & ſufficientibus loco
cauterij: tertio a fortibus cauterijs potentialibus, id
eſt a medicinis fortiter corrodentibus.

Iſtud eſt medicamen quod leuiter rumpit. Re.ra-
dicem narciſci.i.lilij, cepas duas: mellis cochlear me-
dium,olei liliorum, radi.arundinis.i.cannæ bene pi-
ſtatæ,colopho.ſordes vaſorũ apũ:& fiat emplaſtrũ.

Aliud emplaſtrum Arbaſilos.i.cuiuſdam medici,
qui vſus fuit emplaſtro auctoritate Auicennæ. Reci.
frondes & radices pedis coruini:contundantur:et po
nantur ſupra exituram:& cito frangit ipſam.

Aliud ad idem. Re.ceræ & reſinæ pini.& butyri,
ana lib.i.colophoniæ,& mellis,ana lib.i.ſ.floris æris,
unc.iij.olei quantum ſufficit:et fiat permiſtio:quia rũ
pit exituram inſenſibiliter.

A Aliud ad idem. Re.allium bene piſtatum eſt opti
mum in rumpendo.

Aliud ad idem. Recipe ammoniaci, vnc.ſ.ſulfu-
ris citrini, & ſalis nitri:& fiat ex eis medicamen.opti-
me rumpit.

Aliud ad idem. Re.medullam granorum bomba
cis,& nucem endicam, & fermentum.i.leuamẽtum,
& ſinapi:& fiat ex eis medicamen.

Aliud ad idem. Re.raſaturam viridis æris, drac.i.
mellis,drac.ſ.miſce:quia rumpit.

Aliud fortius. Rec.ſaponem gallicum aſſociatum
cũ ficubus.fiat ex eis medicamen.nã rũpit uelociter.

Aliud ad idem fortius. Reci.mel anacardorum,et
picem naualem,& cum igne incorporẽtur,& per me
dium diem frangit.

Aliud fortius. Re.calcem viuam,et miſce cum ſa-
B pone nigro ad quantitatem quam vis: & pone vbi
vis frangere.

Aliud. Re.auripigmen. drac.ij.calcis viuæ,drac.
ij.aquæ ſaponis,& incorpora ſimul:& fiant pilulæ,et
pone vbi vis frangere.

Ruptorium fortiſſimum. Re.aquam capitelli,quã
nolo declarare niſi ſcholaribus meis, vt alij ſocij ad-
uerſarij mei ignorantes remaneant, cum maior pars
totius artis huius conſtet in hoc capitulo, & in lucro
chirurgiæ:tandiu ſuffla in capitello, vt lapis fiat, quia
ſine dolore in octaua parte vnius horæ, franget non
ſolummodo carnes, ſed etiam ferrum,& vbicunque
erit approximatum, ſed modum operationis me-
cum addiſcatis.

Aliud ruptoriũ in fiſtulis lachrymalibus a forma,
& a ſubſtantia, & magnum lucrum, & honorem ha-
C bebis ex illo ruptorio. Re.argentum ortum in flumi
ne lapidis:hoc ruptorium non intendo palam decla-
rare,niſi ſocijs meis:ſed dicendum eſt in aure,ne deue
niat ad manus idiotarum, qui intendunt ſcire & ope-
rari,& volunt piſcem & non piſcari.

Aliud fortius, & valet in fiſtulis lachrymalibus, a
forma,& a ſubſtantia, & a qualitate:& magnum ho-
norem,& lucrum ex iſto cauterio habebis. Reci.pul
uerem vermium comedentium folia fraſani,& incor
pora cum aceto,& fermento:& fiat vnguentum:mi-
rabiliter rumpit, & remouet de per ſe ſolo puluis ſine
dolore omnem carnem, quã intendis corrodere.hæc
ſunt tria ſecreta,ideo bene intellige, et ſi non intelligis,
mihi petas declarationem.

*De apoſtemate dubelet intrinſeca.* Cap. XIIII.

D DVbelet in hoc loco intrinſecum eſt apoſtema
calidum neutrum ĩter apoſtema & exituram:
colligens in ſe ſinum & concauitatem:plus importat
tamen quam exitura.

Cura dubelet.primo regatur regimine conuenien
ti:ex parte humorum.ſ.ex parte ciborum et potuum
ſubtilium & reſoluẽtium, ſicut ſæpe contingit in ca-
ſu,& offenſione cum myrrha & cinnamomo,& reli-
quis ſpeciebus,& vino ſubtili albo:atq; cum conſoli-
da dicta ad intra cum comeſtione ſumpta:& ad extra
ad formam emplaſtri ſupra locum applicata mirabi-
liter maturat,reſoluit,& locum confortat.Et de com
poſitis,theriaca, mithridatum,& theriaca Androna-
ci,& humoruſia.

*De apostematibus quæ uocantur forunculus & chiodus.* *Cap.* XV.

ADemul est apostema sanguineum acuti capitis de sanguine indigesto. & per hoc accidit vtplurimum pueris, per eorum indigestionem, & frequentem cibationem, & inordinatum modum post cibũ: aut fit de sanguine adusto, et vocatur forunculus adustus genitus de materia grossa, & inepta resolutioni et digestioni: & vtplurimum hi tales sunt cum fortissimis febribus: quæ tenduntad naturam apostematum adustorum: & ægrotantes credunt esse carbunculos. Dicitur autem ademul quasi adamas: quia adamas est fortis, & durus lapis inter omnes mundi lapides, concidit, & obfuscat in virtutibus: frangit etiam nitrum & ferrum. ita hoc apostema habet basim, & fundamentum durum existens cum acuta febre: sed a vulgaribus dicitur furunculus: quia vtplurimum accidit foras in partibus, aut in naribus existẽs ad quantitatem, & magnitudinem nucis vel auellanę cum pyramidali cuspide: thrombos habet albos cum peruenerit ad exituram completam perforantes cutim, sicut tinea lignum, vel pannum rotunde, egens omni tempore mollificatiuo, & resolutiuo foramine carente tenta: & maxime cum thrombus cutim perforauerit: de seq; aperitur vtplurimum.

Curatio huius ægritudinis fit talis. vniuersalem doctrinam non obliuiscaris de phlebotomia, & solutione ventris. Nam qui multos passus fuerit ademul, liberat phlebotomia, & resolutio ventris: & alia sicut cum balneis rarificantibus porositates cutis.

Aliud maturatiuum ademul. Reci. sem. buglossæ siue linguæ bouis. M. i. lactis mulieris tantundẽ, ficus. M. 5. mellis cochlear. i. misce, et pista: et fiat emplastrũ.

Aliud ad maturandum furunculum, quod est cõmune. Reci. triticum masticatum: quia est optimum ad maturationem.

Emplastrum ademul. Re. axungiam porci. & suprapone cum bombace.

Item adde de emplastro de maluauisco. quod Re. maluauisci optime decocti cum axũgia porci pistati. olei liliorum alborum vel aqua vbi coctus fuerit maluauiscus, farinæ fœnugræ. vnc. i. & fiat emplastrum.

Aliud ad idem. Re. passularum. M. i. ficus numero quinq;, mellis, drac. iij. vitellum oui. omnia pistentur.

Aliud emplastrum. Re. farinam frumenti, aquam communem, oleum commune, croci, scrop. i.

Aliud ad idem. Reci. diachylon mollificatum sine gummis cum oleo liliorum alborum: aut cum oleo de sisamo vel communi.

Vnguentũ quando ademul incipit frangi, vel erit fractum. Re. fermen. vnc. i. suc. apij, axun. porci, ana drac. i. vitellum oui, lac mulieris. fiat vnguentum.

Aliud vngueutum post aperturam forũculi. Re. picis naualis, vnc. iiij. bene depuratæ a fæcibus, lardonis decolati, vnc. ij. medullæ crurium vaccæ, vnc. ij. resinæ pini, & terebinthinæ, ana vnc. i. olei cõmunis, & ceræ quod sufficit. fiat vnguentum.

Vnguentum optimum mollitiuum. Re. mucilaginis maluauisci, fœnugræci, & semi. lini, ana vnc. ij. pinguedinis gallinæ, anatis, vel anseris, vnc. i. ceræ & olei quod sufficit: & fiat vnguentum ad formam vn-

E guenti basiliconis. Item valet vnguentũm diachylon maius & minus, secundũ descriptionem Mesue.

Aliud vnguentum ad idem. Re. terebinthinæ lotæ, vnc. i. vitellum oui, farinæ hordei modicum. omnia misce, & fiat vnguentum.

Aliud vnguentum ad idem. Rec. cerussæ, vnc. ij. olei rosa. ad quantitatem quæ sufficit pro incorporatione, & cum lento igne diu decoque, miscendo, donec ad formam vnguenti cum aliquali viscositate remaneat: quoniam hoc vnguentum digerit, maturat, exiccat, resoluit, & materiam accidentem repercutit.

*De moro.* *Cap.* XVI.

MOrus est apostema molle ex carne addita similis moræ celsi arboris in figura & in colore vel similis moræ rubi: nunc in albedinem, nunc in

F rubedinem, nunc in nigredinem, & hoc est propter diuersitatem humorum: corporis ubiq; locorum: sed vtplurimum oritur, circa orificium ani, & vuluæ & in locis raris: quandoq; sine violẽtia optime sanatur: cum medicina resolutiua: sed hoc contingit raro: & quandoq; curatur cum medicina caustica: secundum plurimum. Et quandoq; canceratur & fit dolorosus: et continue magnificatur in tantum, q æger cum circũstantibus admirantur: & habet motum pampilionis in loco: & quandoq; contingit cum maxima hæmorrhosagia, si erit vlcerosus.

Medicamina mollificatiua in moro. Re. axungiæ gallinæ, anatis, anseris, ana vnc. 5. olei myrtini, vnc. i. ceræ albæ quod sufficit. fiat vnguentum molle, & vnge: & si ibi erit dolor, adde de opio, scrop. ij. & de croco, scrop. ij. misce.

G Medicamen causticum conueniens moro. Re. vitreoli romani, aluminis rochiæ, salis armo. salis gemmæ. iiij. iij. ij. & . i. hæc sunt pondera secundum ordinem: & fiat distillatio ad lambicum vitreum aptatũ cum luto sapientiæ: secundum ordinem alchimistarum. Lutum autem sapientiæ componitur ex argilla, siue creta de stercore caballino & paleis. & omnia bene ad inuicem peroptime pistata. Ista enim est aqua mirabilis, & tangendo morum destrues ipsum & omnem aliam carnem additam: et ista vocatur aqua fortis: & aurifices vel fabri diuidunt aurum ab argento cum hac aqua.

Aliud medicamen causticum. Re. capitellum tactu m supra, & non declaratum propter ignorantes: sed declaratum omnibus meis scholaribus: & postea quod tu scias; & vnam partem capitelli in manu tua,

H & vnge morũ vbicunq; locorũ erit: quia statim ipso tacto a capitello cadet de loco, in quo erat appẽsum.

Aliud corrosiuum. Re. spongiam nouam: & aduratur, donec redeat ad puluerẽ: & appone supra morum, aut supra verrucas membri: quia infallanter remouebit insensibiliter.

Aliud ut supra corrodẽs insensibiliter. Re. puluerẽ ex vermibus corrodentibus folia frassani arboris, & appone, quia mirabiliter agit. Quid autem sint illi uermes in legendo dixi.

Alius puluis fortior & magis corrosiuus. Re. cucurbitam antiquam in qua locatum fuerit oleum oliuarum, & ipsam adure: & fiat puluis.

Alius puluis corrosiuus valet. Re. bufonem, &

occide

occide ipsum. comburatur in olla. fiat puluis subtilissimus. Item vitreolū de se esset sufficiens, siue sit adeustum siue non. Item alumen valde prodest.

*De apostematibus frigidis in uniuersali.* *Cap.* XVII.

HVmores frigidi, & qui currunt cursu eorū quātum ad diuisionem uniuersalem sunt phlegma & melancholia, & ventositas. de aquositate vero cōsidera proportionari ad naturā phlegmatis: sicut considerat Auic. super hoc passu. Frigida vero apostemata & hæc ī speciali sunt genita de materia phlegmatica, & melancholica, & ventosa: nunc simplici: nunc composita: aut cum humore calido: aut cum humore frigido: semper a prędominio. Phlegmatica vero simplicia: aut sunt de phlegmate molli generante vndemiam seu œdema: aut aquositatem in capite: aut in uentre naturali: aut in bursa testiculorum: aut nodum mellinū: aut durum: aut asilla: aut clauale: aut scrofulas: aut fugile de quibus pro pleniori doctrina, ī tertio tangit Auicen. in quantum sunt membra appropriata. s. de hydropico ī. 14. in tractatu quarto & de aquositate capitis in prima tertij: & de hernia testiculorum suo loco in tertio.

Melancholica vero apostemata fiunt de melancholia permutando & incipiendo: sicut fiunt sephyros et cancer: de quibus plenarie in suis capitulis dicetur. Apostemata ventosa aut est cachexia aut inflatio.

*De apostemate phlegmatico molli quod nominatur undimia seu œdema.* *Cap.* XVIII.

VNdimia est apostema molle genitum a materia frigida & hu. & dicitur vndimia ab vndo vndas quod est aqua. æquiparatur luto paludis siue pastæ molli, & generatur vndimia de phlegmate subtili, in quo non est caliditas: & digitus comprimendo faciliter penetrat ī ipso apostemate: & remanet in ipso tanquam materia marcida: prout apparet in tibijs & cruribus & pedibus peregrinantium & hydropicorum: & in hernia aquosa existente in bursa testiculorum: aqua aggregata in capitibus puerorum, & dicitur vndimia. quia inde manus palpando cū digitis cedit, sicut lutū paludis vel pasta mollis. Et differt vndimia ab alijs omnibus apatibus frigidis phlegmaticis, & melācholicis: propter paucitatē duritiei. Nota differentiā inter vndimiam, eleuationem, & inflationē. Nam vndimia fit de materia frigida humida, in qua non est caliditas: sed si aliqua ibi sit illa est remissa. Sed eleuatio fit a materia frigida et humida coniuncta cum aliqua ventositate. Inflatio fit a sola ventositate: quæ ventositas non est aliud quam humor attenuatus sub forma vaporis: sed nō est proprie humor. sed improprie: quia currit cursu humorum frigidorum: eo quia ventositas proportionatur humori frigido: quia quanquam ventositas non sit a caliditate exclusa: tamen in ea est caliditas diminuta.

Curatio vniuersalis vndimiæ: primo fiant euacuationes. s. ventris cum eo quod maxime euacuat phlegma. s. cum diaturbith, & abstinere ægrotantem ab omnibus quæ generant phlegma: sicut sunt pisces, caseus, lac, & omnia facta de pasta: & a fructibus, et a potatione aquæ, & vino styptico, & a rapis, & a leguminibus, & ab aceto, allijs, cepis, porris, & a volatilibus aquaticis, & similibus generantibus phlegma. In principio vndimiæ primo fiat repercussio cum me-
A dicinis calidis et sic. coniunctis. Medicamina repercussiua: quædam sunt frigida: quædam calida: calidæ repercussiua dicuntur confortantia: quia conueniunt materijs frigidis in principio. Frigida repercussiua cōueniunt calidis materijs in principio & hoc quando defluit humor de membro ad membrum. Calida repercussiua confortantia: quædam sunt simplicia: & quædam composita. simplicia, vt est aqua absinthij, & herba. s. absinthij, & succus eius: & fumus terræ, & marrubium, & poliū montanum, & stœchas: et omnis herba in qua est amaritudo iuncta cum caliditate non superflua. verbi gratia. sicut est cicuta. De gūmis autē calidis repercussiuis sunt sicut myrrha, thus, & mastiche: de oleis autem repercussiuis calidis est sicut oleum de absinthio, de mastiche, de squinantho, de blacta bissantia, de chamomillis. De farinis sunt
B sicut farina fabarum, lupinorum, & hordei. Composita sunt aliqua quæ in receptis hic inferius tangam.

In principio vndimiæ. Re. absinthij. M. ij. præparati & decocti cum vino styptico, squinanthi blactæ bissantiæ, prasij, ana. M. i. pulueris arnoglossæ, menthæ, farinæ hordei, ana vnc. i. s. aluminis cōbusti, dra. ij. aceti parum: & fiat emplastrum cum lixiuio.

Aliud in principio vndimię. Re. foliorum squinanthi, vel florum, et pulueris absinthij, menthæ, ana. M. ij. calami aromatici contusi. M. i. baurach, & cineris, ana drac. ij. lixiuij, vel aquæ maris quod est melius, & aceti quod sufficit bulliant insimul: & cum spōgia noua imbibita in hoc medicamine sæpius membro apostemato superponatur apostemati.

In augmento vndimiæ non ponatur forte acetum valde. Re. calamenthū, origanum, absinthium, men-
C tham, ana. M. ij. farinæ fabarum, & hordei, & lupinorum, ana. M. i. olei de absinthio, de myrto, rosato, ana vnc. ij. lixiuij, vel aquę maris, quod sufficit: fiat emplastrum cum aceto non forti.

In statu vndimiæ ponatur fortius acetum, vt magis desiccet, et resoluat. Re. foliorū rutę, et chelidonię, & vrticæ, ana. M. ij. calamenthi, origani, ana. M. i. olei laurini, et de ruta, ana vnc. iiij. vini montani quod sufficit. fiat emplastrū: & adde de cineribus salicis aliqd: extenso emplastro tepido sup petiā appone mēbro.

In principio vndimiæ factæ a causa primitiua, cui erit dolor quem oportet remouere: quo remoto non differt cura vndimię factæ causa primitiua ab ista quę fit a causa antecedenti. Re. sapam uini si potes habere: si non, accipe vini dulcis: vnam amphialam œsypi humidę, vnc. i. olei chamomilini: & embrochetur locus
D cum his calidis actu: donec mitigabitur dolor quo mitigato procede vt in alijs temporibus.

In principio vndimiæ factæ a causa primitiua sedato dolore. Re. myrrhæ, licij. i. succi fructus canesterli; & cyperi. i. radicis illius herbæ de qua ligantur cathedræ, & vocatur la pauera. aloes succotrinæ, & croci orientalis, acaciæ. i. succi prunorum, & boli armeni parum, ana drac. i. aceti, aquæ caulis: & fiant embrocha actu tepida.

Aliud ad idem causa primitiua sedato dolore. Re. folia tamarisci, & absinthij, ana. M. i. salis optime triti. drac. s. boli arme, vnc. s. olei laurini, & anethini, ana vnc. i. aceti quod sufficit: fiat emplastrum.

Aliud ad idem cum sedatus est dolor. Re. sordes balnei naturalis quæ reperitur in fundo balnei, & est quædam superfluitas balnei: & hoc quādo balnea nō

sunt mundata. & bulliantur cũ aqua balnei, & inspissetur cum calce dicta aqua in tantum, ꝙ fiat sicut emplastrum extensibile: & apponatur membro.

Aliud ad idem. Rec. olei de ruta, vel de anetho, & de aceto, ana. & omnia calefacta cum spongia supra membrum apponantur.

Aliud ad idem. Re. fermentum: & permisce cum aceto: quia est valde incisiuum, & exiccatiuũ, & aperitiuum: hoc est ratione aceti & fermenti.

Emplastrum aliud iuuatiuum. Re. folia liliȷ̃ celestis: & bene pista: & ad formam cataplasmatis appone.

Aliud fortius. Re. stercoris vaccarum pascentium in locis siccis duas scutellas, et olibani, & styracis, et resinæ siue florum auellanarum, quæ dicuntur gati, & calami aromatici, & spicę nar. & absinthiȷ̃, ana. & fiat mistio ad formam emplastri.

De vndimia pręgnantium vel quæ fit propter retẽtionem menstruorum. Re. flores siue extremitates cãnarum paruarum orientium in paludibus, vel cannarum, et misceantur cum aceto: et si vis, adde cimoleã: & de floribus anethi: & de foliȷ̃s scabiosæ: et locũ vndimiatum embrocha desuper cum spongia.

Alia embrochatio. Re. caulium, anethi, corticum, citri. florum scabiosæ: & chamomillæ, corticum granatorum, & anethi, ana. & omnia decoquantur in vino montano, vel in brodio caulium, & embrocha locum, vel cum spongia supra sępius appone. Vndimia quæ prouenit ab hydropisi: siue cachexia in pedibus et tibiȷ̃s per medicamina localia curari non potest a medico nisi prius curetur hepar vel splen: quæ mẽbra possunt esse prima causa. Quare recurrendum est ad. 14. fen tertiȷ̃ canonis: ꝓ cõpletiori doctrina huius curatiõis: hoc facto quãtũ ad localia, ęger faciat ablutiones pedum omni die cum lixiuio: aut cũ aqua marina: & sumat semper ęger aquam azalatam siue factã ex chalybe decies extincto in aquam dulcem. Et totũ suum ferculum sit coctum in prædicta aqua: quia hæc aqua ex virtute chalybis habet confortare omnia mẽbra interiora.

## De nodis. Cap. XIX.

NOdi sunt apostemata plurium generũ nomina: communi de phlegmate producta: cystim habentia: et aliquam differentiam positionis se mouẽtia: prope nodositates extremitatum situati. Quidam sunt de phlegmate valde molli, & dicuntur mellini: quia habent humorem in modũ mellis. quidã sunt de phlegmate magis grosso duro proportionato ad naturã melancholiæ, & vocãtur nodi scliroticì. scliros, enim græce latine dicitur durum. quidã sunt de materia gypsea, quia in cysti habent gypsum. quidã sunt de materia carnea: quia in cysti habent carnositatẽ. quidã sunt de natura pãniculi, quia in cysti sunt sicut grana panici. quidam sunt de natura fabarum, qui dicuntur fauosi: & habent in cysti sicut grana fabæ: & dicũtur nodi; quia oriuntur prope nodos digitorum, vel circa nodositates membrorum maxime digitorum.

### Curatio omnium nodorum in uniuersali.

Cura nodorum omnium in vniuersali est incisio, et perforatio & extractio cystis integra: vt nihil ad hoc ne ipsa fiat recidiua. Sed si a casu remaneat aliquid de cysti, appone aliquid corrosiuum, sicut vnguentum ægyptiacum: cuius descriptio talis est. Reci. floris ęris, drac. iiȷ̃. mellis, drac. viȷ̃. aceti fortis, drac.

E vi. coque super ignem, donec inspissetur. Itẽ valet vnguentum apostolorum quod narrabitur in capitulo de scrofulis: & sic iuxta tuum posse corrodatur cystis integraliter, & nihil remaneat.

### Cura nodorum omnium.

Potest fieri quatuor causis: & hoc est bonum scire: quia sunt aliqui alicuius qualitatis qui abhorrent ferrum, & ruptorium: primus modus est incisio, vt tãgit Auic. auctoritate Anthyli: secũdus modus est cum ruptorio: tertius modus est cum compressione tabulæ siue plumbi: quartus est cum cerotis et vnguẽtis. In nodo mellino cum omni tuo ingenio perfora cum phlebotomo: et extrahe velamen siue cystin neruosum: & si aliquid remaneat, procede cum medicina caustica, vel vnguento corrosiuo.

F In nodo sclirotico, idest duro & asila. Re. ammoniaci, bdelliȷ̃, serapini, opopana. galba. ana vnc. ȷ̃. omnia mollificentur in fortissimo aceto: quibus mollificatis cum sufficienti cera, & oleo liliorum alborũ: fiat cerotum: et valet in omni nodo, in quo tu intendis resolutionẽ fieri. In nodo gypseo vbi est materia gypsea, sicut habent podagrici in digitis manuũ: primo fiat mollificatio cum pinguedine equi: aut cum vnguẽto, de agryppa: aut cum pinguedinibus gallinę: & postea perfora pellem et extrahe materiam gypseam.

In nodo carnoso. Rec. ruptorium factũ in lixiuio per vltimam decoctionem: deinde impone salis armoniaci, cuperosi, aluminis rochiæ, & appone supra nodum carnosum, & ipsum destrue, & sapienter age in loco iuncturoso.

G In nodo panniculi siue bocio quod sępe oritur in gula. Rec. calcẽ viuam & saponem, & incorpora: & appone: etiam pellem incide siue perfora: & totã materiam audacter extrahe: quia hoc tale raro contingit ꝙ sit cum folliculo: quia per circũferentiam calor nõ multum assat materiã. Nodi fauosi qui dicũtur alicula & oriuntur in locis valde neruosis, duplici via curantur præterquam per incisionem timendo de neruis. Primo per compressionem plumbi supra nodũ diu manendo: quia plumbum diuidit, & spargit materiam nodi ad minima. & propter hoc dixit Auic. ꝙ plumbũ digerit nodum: transumptiue loquẽdo: aut cum assere violenter multoties in superficiem nodi et velociter bis vel quater conterendo.

Vnguentũ siue cerotum conueniens. Re. picẽ naualem, picem græcã, resinam pini, ceram citrinã, ana partes æquales, & oĩa bulliant: deinde addatur axun-
H gia porcina: & iterum bulliant leui modo, & colẽtur per petiam: fiant magdaleones.

Aliud cerotum. Re. ammoniaci mollificati in aceto, & gũmi elemi, ceræ: & olei quod sufficit: fiat cerotum: quoniã istud est mirabile in mollificando, & sępe destruendo, si sunt nodi parui.

## De natta quæ generatur in aliquibus membris: et est apostema glandulosum. Cap. XX.

NAtta est apostema glãdulosum siue carnosum ad similitudinẽ ericiȷ̃ alicuius animalis apostemosa in aliquibus locis per ligamenta introducta a natura ad similitudinem villorũ: quæ natta oritur secundum plurimum in vola manus: aut in fronte, & capite: aut in collo post terga: aut in spatulis: et habet conueniẽtiam cum nodo & glandula & scrofula carentę cysti.

cysti. vnde dicitur.

Scrofula fixa manet: sed nodus mobilis extat.
Glādula nō dolor est: scrofula absq; dolore negatur.
Glandula sola manet. sed scrofula concomitatur.

Cura autem huius nattæ quæ ab Auicen. interpretata est apostema glādulosum, sicut auellana indica quæ vocatur fausel: vel sicut nux. Primo fiat cō pressio in principio super ipsam nattā, & separabitur: & forte non recedet: & tunc cura est cura nodorum, scilicet cum incisione & apertiōe & extractione cum tenaculis: aut cum ruptorio corrodendo pellem superficialem, & putrefaciendo cum butyro & alijs vnctuosis, donec nata carne sana separetur. Et si æger timuerit ferrum aut ruptorium, procede cum aliquo ceroto de appropriatis in loco nodorū: aut cum plūbo, quod comprimat nattam siue glādulam: prius facta digestione cum emplastro de maluauisco: quod Re. radicum maluauisci, vel foliorum maluæ, & optime in aqua decoque: & cum axun. porci bene incorpora, & loco patienti appone. Nota differentiam inter nattam & glandulam & scroffulam & nodum: eo q; scrofula fit ex materia grossa & magis annexa membro, & minus separata a carne: quam glandula et natta. differt autem a nodis: quia nodi vtplurimum fiunt in locis duris, & in iuncturis, & curuaturis iuncturarum: sed glandula fit in locis glandulosæ carnis, tamen etiam potest oriri alibi.

## De pustulis glandulosis. Cap. XXI.

ACcidunt aliquando glandulæ genitæ ex materia frigida permista melle phlegmatica materia mutata in aliam speciem: & sicut pustulæ paruæ non differētes a nodis, & a natta, & a scrofulis, nisi per cystim: & loca per quātitatem doloris & magnitudinis. sed si bene cōsideres quasi eadē est cura: et nō differūt hec inter se nisi inspectā paruitate. Et cura est cōtritio aut expressio, aut stringere plumbū super eas, donec separentur a natura, et ad minimā materiā diuidātur.

## De apostematibus frigidis missis a cerebro, & dicuntur fugile. Cap. XXII.

FVgile est apostema genitū de materia frigida missa a cerebro in radice auris: & dicitur esse de genere apostematum orientium in locis glandulosæ carnis: sed nullam aliā differentiam habere videntur, nisi ex parte humiditatis ratione principij. Nā cerebrū est frigidæ & hu. complexionis. Cor vero calidæ & sic. Hepar calidæ & hu. & oē deriuatum sapit naturā sui primitiui. Relinquitur ergo hoc apostema fugile: qd' est apostema post aures, esse frigidę & hu. complexionis: et illud quod est sub ascellis est apostema quod est calidæ & sic. complexionis: & illud quod est in inguinibus, est apostema quod est calidæ & hu. cōplexionis. Sed cura eius est sicut cura prędicta ī capitulo apostematum glandulosarum carnium existentiū in locis emunctorialibus: & hoc tractauit Aui. de fugile hic in tractatu de apostematibus frigidis: qa sunt apostemata frigida vtplurimum ratione principij. Et in tractatu de apostematibus calidis tractauit de his q̄ veniunt in subascellis, & inguinibus: quia vtplurimū illa apostemata sunt calida ratione suorum principiorum.

Cura omniū quantum ad vniuersalia fit cum euacuatiuis secundum q; oportet: primo habeatur respectus ad caput, scilicet cum pilulis cochijs, & de hiera, A & de alijs conuenientibus: et fiant diuersiones cū ventosis: & caueatur a generantibus phlegma: sicut sunt: pisces, caseus, lac et cibus de pasta, acetum, vinū austerum, & aqua, nisi fuerit cocta. Localia. caueatur a medicina repercussiua: quoniā in locis emunctorialibus nequaquā sunt ponenda: quia nō curamus nisi de eo q; membro principali est melius. Nā timemus q; si materiā refręnaremus, redibit ad mēbrum principale, & inde perueniremus ad multa accidētia. Quapropter melius est vt materia in membrū cadat ignobile, & facere vt ipsum apostemetur: & si non cū alijs, saltem cum ventosis & emplastris attractiuis acutis.

Medicamen conueniens, vt narrat Aui. a forma occulta. Re. de cineribus limaciarum confectis cum adipe antiqua & non salita: & fiat emplastrū & appone.

Aliud ad idem quod valet a forma specifica & in B scrofulis. Re. cinerem mustellæ. olei antiqui liliorum alborum. cerę quod sufficit: fiat vnguentū. Repercussiua portulaca frigida, in tertio humida in secūdo gradu. Plātago repercussiua in principio apatum.

## De scrofulis. Cap. XXIII.

SCrofulę sunt dura apostemata genita de materia phlegmatica domināte melācholia, fieri possunt vbiq; locorum: sed vtplurimum in collo, in subascellis, & inguinibus: & producuntur ex malitia indigestionis a natura. Et dicuntur scrofulę a scrofa animali: quia vtplurimū accidunt porcis. propter eorum gulositatem in comedendo. Verūtamen stabit sępe ambiguitas medico scientifico vtrum sit ex hoc vel hoc: cum multæ aliæ superfluitates quæ assimilantur scrofulis, in corpore generentur: sicut sunt glandulæ, nodi, testudo, bubo, bocium. Glandulæ sunt paucæ nu- C mero, dolore carentes, tactui cedentes, quę in partem ducuntur, ac si essent a membro separatæ: quia neque radicē, neq; principium habent in corpore. Nodi differunt, quia accidūt in locis duris sicut in dorso in manibus atq; pedibus: & quandoq; accidunt in curuaturis iuncturarū, omni dolore carentes, & nodus est rotundus omnibus durior: licet cācer sit durior ipso nodo. Testudo differt ab omnibus supradictis: quoniā cæteris maior & melior est: maior pars eius fit a phlegmate et a melancholia. tamen superante phlegmate. Bubo cæteris dissimilis: quoniā non est a carne remotus: imo vehementer inuolutus sicut cancer: & nō nascitur in alijs locis nisi in subascellis, & inguinibus. Bocium etiam differt quoniā semper est in gula: et crescit plus alijs. generatio vero eius est carnositas q̄ ex rheu- D mate a cerebro descendit in gulam. Contingit autem hęc generatio scrofularum vtplurimū in regionibus, vbi sunt grossa cibaria: sicut castanea, & lentes, & carnes bufalinę, & aquæ multæ grossitiei, & viscositatis: quibus patientes vtuntur sine vino. Et scias q; prædictæ infirmitates quanto duriores, tanto magis abundant melācholia: et phlegma plus abundat in illis, quę fluxibiles sunt amplius & molliores. Scrofularū quędam habent admistum phlegma cum sanguine: & apparet ī eis rubor: & dolor sentitur fortior quā in alijs: & istæ sępius faciunt collectionem, & perueniunt ad exituras. Illę autem scrofulę in quibus nullus est dolor, sunt difficiles ad curandum. Diuiduntur autem scrofulæ ratione qualitatis: & ratione quantitatis, & ratione essentiæ: ratione quantitatis quædam sunt malignę: & quædam sunt paruæ ratione qualitatis, quędā

sunt calidæ: quædam non. ratione essentiæ: quædam sunt cancrosæ, quædam non, et quędam sunt pinguosæ & vlceratæ & malæ ad curandum: & quædam scliroticæ. Homines habentes collum curtum, complexionum humidarum magis sunt apti ab passionem scrofularum. Et meliores scrofulæ sunt sanguineæ: & deteriores sunt ad curandum melancholicæ, & in cōpositione melancholica. Et quando scrofulæ sunt annexæ neruis aut venis, aut arterijs: aut fuerint valde magnæ: tunc nō est medicatio cum rebus acutis: neq; cum ferro penitus: quoniam non est possibile, vt eradicentur absq; læsione membrorum: & si hoc facere vis: fac cum cautela: quia est contingens, vt medicus non incidat neruum: sed discooperiat ipsum in parte superiori: quia corrumpetur nerui complexio: & destruetur eius operatio, quousq; non reuertatur complexio ipsius cum calefactione. Optimum autem remedium est in scrofulis in collo non tangere ipsas cū ferro, neq; cum medicamine acuto: quoniā hæc sunt de illis quæ perducunt ad vlcerationem ipsarum, & earum corrosionem.

Ista sunt super quæ medicus debet se firmare in curatione scrofularum: et potius euacuatio, & regiminis subtiliatio per cibos & potus: & confortatio membri suscipientis & membri mandantis per aliquod vnguentum. Euacuatio laudabilis est vomitus, si scrofulæ sunt in collo, et cerebrum non sit repletum: & phlebotomia mirabiliter est iuuatiua, si sunt sanguineę: & fiat de cephalica aut de naso cum herba vocata sanguinaria, uel cum asparago posito cum setis porci incisis prope lignum, & intromissis in naso per nares illas torquendo, donec uena nasi frangatur. Et ventosatio est conueniens in diuertendo, & supra locum indisconueniens ventosam apponendo.

Soluatur corpus cum diaturbith, vel cum simili: quod Rec. turbit, zinzibe. & zucha. partes æquales: & fiat confectio & bibantur vsq; ad tres dies: quia soluit phlegma grossum: & nō facit rasuram intestinorum. Diarob cum turbith soluens phlegma. Re. turbith albi gūmosi, drac. i. zinzib. drac. ʒ. cinnamomi, gariophyl. drac. ij. galangę, piperis longi, macis, ana drac. i. diagredij, drac. iij. zucha. lib. i. & fiat confectio cū vino citoniorum: & dosis cōmunis est, vnc. ʒ.

Diarob de agarico. Re. agarici, drac. i. salis gēmę, drac. iij. spicæ, drac. iij. ʒ. cinnamomi, gariophyl. galāgæ, macis, ana drac. ij. diagredij, drac. iij. polypodij, drac. i. ʒ. zuchari albi: & cum vino cytoniorū & aqua cōmuni fiat confectio. dosis cōmunis est, drac. i.

Cerotum resolutiuum in principio. Re. serapinū, ammoniacū mollificatum in aceto forti, ana vnc. ij. olei de coriandro recenti, et ceræ quod sufficit. fiat cerotum & ponatur ad resoluendum scrofulas, & nodos phlegmaticos.

Aliud resolutiuum. Re. ammoniaci, bdellij, serapini, galbani, opopanacis, ana drac. iij. gummi elemi, vnc. i. terebinthinæ, & picis naualis, resinę pini, visci quercini, sordiciei vasorum apum, ana drac. iij. radicis arundinis, lapidis calamitæ, ana drac. iij. axungiæ porci, olei liliorum cœlestium, ana unc. ij. aceti, unc. i. fiat cerotum cum sufficienti cera, et malaxetur cum uino maluatico.

Cerotum ad idem in principio scrofularum. Re. lithargyri aurei, drac. iiij. aceti fortissimi, & succi lapathij acuti intelligendo de radicibus, olei irini, ana cum

E lento igne tandiu bulliant, donec inspissentur, et reducatur ad formam ceroti.

Cerotum aliud ad idem in principio & augmento & statu. Re. terebinthinæ bene lotæ, vnc. vi. olei de scorpionibus, vnc. iij. sandarici, ireos, mastiches, ana drac. ij. pulueris florum vrticæ, & sulfuris, ana drac. i. ceræ quod sufficit. fiat cerotum.

Cerotum aliud ad idem in principio & augmēto. Re. mucilaginis altheę, seminis lini, fœnugræci, axungiæ, porci, olei chamomilini, ana vnc. i. picis naualis, vnc. iij. ceræ quod sufficit: tandiu bulliant, donec ad formam ceroti fiat.

Cerotum in omni tempore resolutiuum. Re. picis naualis, picis gręcæ, resinę pini, ceræ citrinę par. ęqua. omnia bulliant & colentur per petiam & iterum bulliant & addatur axun. porcina donec feceris cerotū.

F Cerotum ad scrofulas in fine siue declinatione. Re. minij, vnc. iij. olei ros. vnc. vi. terebinthinæ, vnc. ʒ. ceræ citrinæ quod sufficit. fiat cerotum.

Cerotum optimum in omni tempore. Reci. ammoniaci, bdellij, & galbani, ana. & in aceto forti vsq; ad tres dies dimittantur, donec liquefiant: deinde addito furfure fiat cerotum.

Vnguentum ad scrofulas in principio & augmento. Re. sinapis, seminis vrticæ, furfuris, spumæ maris aristolochiæ lōgę, bdellij, ammoniaci, ana par. æqua. olei antiqui, & ceræ, quantum sufficit: & fiat vnguentum. In scrofulis quę sunt vlceratæ, ex ruptura, & in quacunq; parte corporis sint.

Vnguentum apostolorum siue apostolicon, & nominatur vnguentum Veneris, & est vnguentum ratificans cum facilitate fistulas difficiles, & scrofulas par-

G uas, nec est aliquod simile ei: & mūdificat vulnera ex carne mortua, & putredinem abstergit: & dicitur qd' est. xij. apostolorum: & hoc vnguentum est tactum ab Aui. in quinto lib. ī scrofulis: cuius pmistio. Re. ceræ alb. & resinæ, ana drac. xiiij. opopana. floris æris, ana drac. ij. ammoniaci, drac. xiiij. aristol. long. & thuris masculi, amborum, ana drac. vi. myrrhæ, galbani, ana drac. iiij. bdellij, drac. vi. lithargyri, drac. ix. infundatur bdellium cum aceto vini. decoquatur in ęstate, cum duabus lib. olei, in hyeme, cum lib. iij.

Vnguentum basilicon, & est valde conueniens in scrofulis ruptis. Reci. ceræ, lib. i. picis drac. viij. myrrhæ, & resinæ omnium, ana vnc. iiij. olei abietis, vnc. iiij. olei, lib. v. & fiat vnguētum. Item valet diachylon sine gūmis mollificatum cum oleo liliorum.

Vnguentum diachylon sic fit. Re. lithargyri, drac.

H i. & addantur, drac. ij. ʒ. olei veteris & simul agitētur: deinde lentus ignis fiat, & coquatur donec lithargyrus dissoluatur totus: deinde sumatur mucillagines maluauisci, drac. i. mucilaginis fœnu. & seminis lini, ana drac. ij. & prædictis adiungatur, donec inspissentur, & coquantur: & cum coctum fuerit, deponatur: & tādiu postea agitetur, donec tendatur, & fiat viscosum, & magdaleones fiant.

*De incisione scrofularum.*

Si vero administrationes harum medicinarum nō valeant: tunc propera ad incisionem cum ferro: sed modus incisionis est, vt accipias scrofulam manu vna: & firmiter teneatur: deinde seca pellliculam tantum desuper secundum longitudinem: & caue ne incidas sacculum in quo est scrofula inuoluta;

quoniam

quoniam si incidatur, fit eius extractio difficilis ualde: deinde accipe scrofulam cū vncino, et excoria ipsam perfecte ab omni latere, donec cum suo sacculo possit extrahi integre: quoniam si aliquid contingat de sacculo remanere, scrofula reuertetur: & sic intellige de nodo. Et si tamen remanserit aliquid quod extrahi non possit: tunc medicamen acutum est ponendū donec consumatur: deinde cura vulnus sicut alia vulnera, & si æger non sit obediens ad incisionem cum ferro: tunc cura ipsum cum medicamine acuto: & est vt primo excorietur cutis super scrofulam cum aliquo ruptorio: sicut cum stercore columbino, & cantharidibus tritis confectis cum aceto in modum vesicatorij. Postea. Rec. argenti sublimati ad quantitatem vnius grani miliçæ ad plus: & pone super scrofulam: quia in duobus diebus totam scrofulam euellet: & si vis, operare hoc idē in forma vnguenti vel pulueris.

Vnguentum ad euellendum scrofulas integraliter in spatio duorum dierum. impone de hoc vnguento ad formam unius grani frumenti. Re. axungiam porciad quantitatem vnius grani fabç: & misce cum puluere argenti sublimati ad quantitatem medij grani fabæ: & mirabiliter videbis operationem. Sed si reiterare vis, caute labora, ne imponas in membro malam compositionem calidam: & postea procede cum butyro: donec quod est causticatum remoueatur.

Mirabile remedium a forma specifica. Pilulæ ad scrofulas. Re. succi radicis ireos, euphorbij, ana. conffice pilulas. xxx. & da vnā qualibet die vsq; ad dies. xxx. & istæ pilulæ sint ad quantitatem ciceris. nam mirabiliter valent ad remouendum scrofulas. Sed vidi mulierem, quæ dabat omni die vni puellæ, de euphorbio puluerizato, ad quantitatem vnius denarij per os. & infallāter liberauit ipsam. Item de bocio vidi dare de spongia adusta ad quantitatem medij cochlearij pro vice, vsque ad numerum. xv. uicium, de tertio in tertium diem, & æger sanatus est. Item vidi mures abortiuos. i. nouiter natos, et sine pilis nouē numero i puluerē redactos dare cum vrina unius pueri, vsque ad nouē dies, & infirmus sanatus est de bocio.

## *De apostematibus duris, & primo de sephyros.* Cap. XXIIII.

Sephyros arabice, scliros grçce, durum latine, unū & idem intelligatur significare: est apostema factum de materia sanguinea: aut cholerica: aut phlegmatica pmutata: aut de materia melancholica: cuius color est cinericius: quoddam est purum sephyros nō purum vlcerosum, cui est sensus & dolor siue tangatur: siue non vlcerosum non purum, cui est sensus & dolor siue tangatur, siue non cum ferro. Quoddam est sephyros non purum: neq; vlcerosum: cui est sensus, si fit in membro neruoso, sed ex se non sentit neq; dolet, & per hoc dixit Auicenna. & purum quidem, & non purum cum quo est sensus, quoddam est priuans dolorem. Et sephyros mutatur in cancrum: quādo apparent aliquæ venæ nigræ in circuitu: & nō perfecta apertione venarum quia, & vtplurimum hæ uenæ sunt occultæ propter duritiem: et differt sephyros a cancro: quoniam in cancro est dolor & inflatio cū pulsatione quadam: & venæ in circuitu eius apparēt sicut quasi si essent pedes cancri: & hæ venæ declināt

A ad nigredinem & viriditatem: sed sephyros priuatur istis: & cancer fit incipiendo secundum plurimum: sed sephyros fit conuertendo ex phlegmone: & erysipelate & in puro sephyros non est sensus neq; dolor.

Curatio huius ægritudinis nō fit nisi cum eo quod resoluit & humectat: quando mundificatio corporis fuerit facta cum his quæ choleram nigrā expellunt & digerunt: & de illis sunt maxime, sicut adeps vrsi, leonis, & omnium animalium viuentium de rapina: & medullæ omnes, & radix lilij, & mucilago fœnugræ. seminis lini: & vniuersaliter, quæ dicta sunt in capitulo scrofularum. Æger quoq; a generantibus choleram nigram custodiatur: sicut sunt lentes, castaneç, fabæ, carnes grossæ: sicut sunt vaccinæ busalinæ, hircorum antiquæ, & sanguinis animalium, & leporum & similia.

B Vnguentum in principio huius apostematis sephyros. Re. altheç, mucilaginis fœnu. & se. lini & enulæ, ana vnc. ʒ. vnguenti agrippe, vnguenti marciatonis, terebinthinæ lotæ, pinguedinis anatis, tassi, vrsi, ana drac. v. olei uulpini, olei laurini, olei de ireos, aā. vnc. i. bdellij, opopanacis, pulueris saluiæ, ireos, betonicæ, ana drac. ij. ceræ viridis quantum sufficit: & fiat vnguentum molle.

Vnguentum mollitiuum resolutiuum in principio sephyros, & augmento. Rc. adipis vulturis, tassi, adipis tarabusi, adipis serpētum, adipis cruris vaccini antiquæ, medullæ maxillarū porci, adipis anatis, œsypi humidæ, ana vnc. i. mucilaginis, fœnu. & se. lini, & maluauisci, ana vnc. iij. bdellij, ammoniaci, galbani, opopanacis, ana vnc. ʒ. olei chamomillini, et liliorum alborum, ana vnc. iiij. adipis vulpis, & gati, & leporis, ana vnc. i. adipis asini, & medullæ cruris eius, ana

C vnc. ij. vnguenti marciaton, agrippæ, & arogon dialtheç, & butyri, ana vnc. i. & fiat vnguentum, quod est ualde nobile.

Vnguentum ad molliendum sephyros in omni tēpore. Re. ceræ, & butyri, ana vnc. iij. olei liliorum alborum, & aceti, ana drac. i. & bulliant ad ignē: & fiat vnguentum ad formam ceroti: & pone supra locū.

Emplastrum optimum resolutiuum in omni tempore & mollificatiuum. Reci. fçces aceti, & fçces olei antiqui, ana lib. ʒ. pulueris lapidis marchasitæ, si inueniri possit: si non, lapidis molendini, vnc. iij. pinguedinis equi, vnc. iij. farinæ fœnugrçci, & farinç de qua extractum est oleum linosæ, id est de semine lini. & fiat emplastrum.

Emplastrum aliud ad idem. Re. radicum bryoniç

D vel vitis al. aliter cucurbitæ syluestris numero. ij. & radicum cucumeris asinini, & radicum peucedani, ana numero. iij. & conterantur omnia simul, & decoquantur cum oleo communi nouiter facto, vel saltem quod factum sit in illo anno de oliuis

Emplastrū mollitiuum in omni duritie apostematis. Re. mucilaginis psyllij: & se. citoniorum: & semi. altheç cum radicibus suis: & semi. maluç & fœnugrçci, & seminis lini, ana vnc. ij. et pulueris florum cucurbitæ florum cicuri. i. lilij aquatici citrini, & florum nenupharis, ana drac. ij. aceti, drac. i. farinæ fœnugræci quod sufficit. fiat emplastrum.

Emplastrum resolutiuum et exiccatiuum in sephyros omni tempore. Rec. stercus asini, ster. capra. ana.

M.iiij.stercus bouis.M.i.axun.porci, & pinguedinis
equi,ana vnc.ij.aceti parum: & fiat emplastrum.

Emplastrum iuncturosum vbi sit sephyros in augmento. Re.floris rosa.flo.chamomil.absinth.bene
coctorum in vino dul.montano: cui addatur butyrum, & dialthęa, agrippa, ana vnc.ij.farinæ siliginis
quod sufficit, fiat emplastrum, & adde aliquid aceti
squilli. omnia incorporentur.

Optimum remedium in qualibet duritie. Re. partem lapidis molendini loco marchasitæ, frustũ vnũ:
& dimitte lapidem in igne tandiu donec rubescat: &
sapienter fac fumigium cum aceto, versus apostema
scliroticũ donec apostema sudet, & resudet: hoc modo, cum panno membrum apostematum cooperiendo, vt fumus agat in membrum apostematum, non
comburendo. hoc suffumigio facto, terge membrũ
a sudore cum panno lineo. postea vnge cum pinguedine equi, donec membrum detumescat.

*Modo sequitur illa pars Auicennæ. Quando accidit in iuncturis.*

Quandoque contingit in neruis & iuncturis duríties prohibens moueri neruos, et iuncturas complete quasi faciendo stuporem, & admittendo sensum particulariter, & motum tam in loco
carnoso quam neruoso incipiendo, & permutando a
primitiua & antecedẽti causa, sicut sephiros: & appropinquabit lupo siue cancro.

Curatio autem huius ægritudinis procedatur sicut
si esset neutra inter sephyros & cancrũ: quoniam hæc
dispositio est inobediens digestioni & resolutioni, sicut sunt apostemata supradicta, ex parte materiæ.

Vnguẽtum in omni duritie. Re. terebinthinæ, butyri, ana vnc.iij. ceræ viridis quod sufficit: fiat vnguẽtum ad formam ceroti: & appone supra membrum:
quoniam mirabiliter valet. Itẽ valet diachylon suprascriptum in capitulo de phlegmone. Item valet
vnguentum de ammoniaco descriptum supra in capitulo de scrofulis.

*De alusinar, id est de callo.* Cap. XXV.

Callus siue alusinar est nodus rotũdus albus similis capiti claui, magnus ad quantitatem fabę,
siue ciceris, habens radicem profundatam in mẽbro,
continens aliquando duo puncta, vel vnum punctũ
in medio, quod manifeste apparet in superficie si inci
datur. Sed vtplurimum accidit in digitis pedum: &
sub pedibus, et iuncturis manuum, et in inferioribus:
& in tantũ dolet, ꝙ prohibet incessum. Et causa huius
sunt sutulares stricti fricando supra locũ in quo oriuntur: & faciunt rem duram: ad quam concurrit materia melancholica pro generatione huius: & si non curatur recto regimine, aliquando fit cancer: & vtplurimum multiplicantur in corpore frigido, & proportionato ad naturam melancholiæ.

Cura hæc compleri potest cum duabus intentionibus: prima erit cum incisione radicitus. secunda intentio completur cum medicinis localibus. Sed antequam incidas callum cum rasorio, vel phlebotomo
transuersaliter, et paulatine, donec discooperias puncta nigra, quæ sunt radices ipsius calli prius: mollifica
ipsum cum aqua calida, in qua cocta sit malua, & mal

E uauiscus, & alia humida. Medicamina autem localia possunt esse medicamina, & vnguenta caustica: sicut sunt aquę fortes, aut ruptoria, aut medicamina putrefactiua, sicut axungia porci, & similia: aut sicut apponere limaciam captam extra testam: portulaca aut
ammoniacum dissolutum in forti aceto: aut sicut esset
cera viridis supra callum in formam vnguenti posita
cum ruptorio misto. Si autem possibile nõ erit, ꝙ extrahatur cũ medicina caustica: hoc est, si erit supra iuncturam, vt non lædantur iuncturæ: procede quanto
securius potes cum plumbo supra posito. Reci. picis
quantum sufficit, cimaturæ panni: et fiat sicut cerotũ:
quod apponatur ad mollificandum.

*De cancro.* Cap.

Cancer est apostema melancholicum, de melan
F cholia adusta, cum materia cholerica, cum qua
cõbusta est. et continet in se ipso, hęc signa inseparabilia, dolorem, acuitatem, pulsationem: & acuitatem
ipsius in incremento propter multitudinẽ materiei, et
inflammationem propter ebullitionẽ, quod accidit
in illa materia. Et tunc in circuitu suo continet venas
declinantes ad nigredinem, & offuscationem, & viriditatem sicut pedes cancri. Signa separabilia, quia vt
plurimum cancer fit incipiendo, & ei est sensus, & in
locis raris, vt in mamillis, & labijs, & vulua: & in mulieribus plus in hepate, & in membris neruosis iterũ,
sicut in cornea oculi: & cum primo incipit, dubitatur
vtrum sit cancer, cum sit occultæ dispositionis, ad cognitionem nostram. sicut accidit in plãtis nouiter natis, quæ non bene cognoscuntur adhuc a bonis herbolarijs propter earum paruitatem. Nam cum appa-
G ret in principio, est sicut parua faba, durus & rotundus, & fusci coloris: in quo est quædam caliditas, plus
ad sensum ægri, quam ad tactum medici. Quidã sunt
cancri magni doloris, sicut sunt illi, qui fiunt de materia melancholica, & quæ fit propter adustionem sanguinis, vt ait Auicenna in fen prima, primo capi. de
humoribus: quoniam quotiescunq; sanguis aduritur:
pars subtilis conuertitur ad choleram, et grossa ad melancholiam. Quidam sunt cancri pauci doloris, sicut
sunt illi, qui sunt de materia melancholica naturali cõ
mista cum cholera. Quidam sunt vehementioris doloris, sicut sunt illi, qui fiunt de materia melancholica
choleræ adustæ. Et hoc quia pars subtilis aduritur, &
fit cholera magis adusta, & grossa magis vritur: iterũ,
melancholia fit magis adusta: & dicitur cancer æquiuocum ad duo, ad animal marinum, non coctum, &
H ad morbum: quod est sumptum per metaphoram: et
qui morbus sumitur in proposito ratione formæ, vel
figuræ ratione adhærentiæ. Ratione formæ, quia sicut
illud animal habet grossum corpus & rotundũ, & pedes habet fixos in ripa: ita tale apñ habet radices suas,
infixas in membris, aut neruis, aut venas plenas sanguine melancholico. & sicut illud animal pungit: ita
illud apostema inducit punctiones, & scintillas in
mẽbro. & sicut illud vadit semper retro: ita hoc apostema semper vadit corrodendo quando vlceratur.
& sicut illud animal est rotundum, ita hoc apostema
est rotundum. Simili modo autem ratione adhęrentiæ dictus est cancer: sicut illud animal intantum adhęret suis pedibus: immo in tantum quod non possunt;
ipsum

ipsum capere venatores, ita iste morbus multum adhæret cum radicibus eius quę sunt sicut venę, & quas habent in interioribus, & profunditatibus interiorũ. Iste morbus ergo vocatus est cancer per talem transformationem. Nam quidam fiunt in locis sensibilioribus, siue in locis neruosis. & quidam fiunt in locis minus sensibilibus, vt in locis carnosis: & faciunt vlcerationes magnas. & hoc secundum maiorem & minorem adustionem humorum cum labijs uersatis, duris, & fusci coloris, & viridis, & orificia eorum amplificantur. Et horum quidam sunt noui, & quidam antiqui: & cognoscũtur per liuiditatem & nigredinem, & duritiam maximã, & membri corrosionem. Quidam sunt corrosiui, & quidam non, & quidam sunt cũ hæmorrhosagia interpollata: ad quam medicum sępe subuenire oportet.

*Capitulum de cura cancri, quod incipit, illud quod oportet cancri, & de cura cancri.*

Omnis nanque desperata ægritudo accepta a scientifico medico, raro est quin ducat ipsum potius in uituperium quam in laudem. Quare noli cõsilium, ægritudines suscipere in curam, ne nomen mali medici subeas. Sed si pur te accipere oportet: primo ei sic subuenias, si possibile est, & si fit incipiendo, prohibere crescat: & conserua ne vlceretur. Porro aliquando accidit, quod sanetur incipiens, confirmatus autem nequaquam. Dixit autem D. Hippoc. in particula aphorismorum. 39. Quibuscunque cancri absconditi non curare melius est, curati enim citius pereunt, non curati autem multum tempus persistunt, & si nõ curentur, fortasse prolungabitur spatium cum salute quadam, & proprie quando rectificantur cibi, & ponuntur de illis quæ infrigidant, & humectant. sicut in bibendo aquam hordei, & comedendo pisces petrosos, & vitellos ouorum sorbilium, & lac vaccinum, cum extractum est butyrũ: & olera humida sunt vtilia vsque ad cucurbitam. Et iam fuit quidam medicus ausus incidere mamillam cancrosam cuiusdam bonæ mulieris, & concreata est alia. Sed ego alias ausus fui cum ruptorio cancrum non vlceratum a me benecognitũ extirpare de latere cuiusdam mulieris anteriori: & sanata fuit ĩ loco illo: sed reuersus est ibi pro pe cum vlceratione & nigredine: & in paucis diebus fecit ascensum ad linguam, & mortua est in manibus cuiusdã imperiti, qui promiserat cũ suis herbis ipsam curare in breui. Sumat in potu syrupos conuenientes sicut de thymo, epithymo: aquas, endiuiæ, & florum salicis, & lupulorũ vsque ad debitã dosim, & aquam casei aut aqua mellis cum decoctione epithymi, & cũ syrupo acetoso, & de sena præparata.

*De cura eius.*

Curatio autem localis cancri perficitur ex quatuor intentionibus. Prima est cum apparet cancer, destructio eius fit cum incisiõe totius membri penitus eradicando venas existentes circa membrum, quæ venæ sunt indices cancri, nisi fuerit in locis neruosis & arteriosis. Secunda intentio est prohibitio additionis, vel augmentationis. & hoc fit cum medicinis frigidis & stypticis circa locum. Tertia est curatio vlcerati: & hoc fit cum causticato actuali vel poten-

A tiali. Quarta est prohibitio vlceratiõis: & hoc fit cum medicinis frigidis & stypticis, vt supra membrum & circumcirca.

Vnguentum in cancro vlcerato, & non vlcerato. Reci. plumbum vstũ, siue sulphuris, vnc. i. succi semperuiuæ vel vermicularum, olei omphacini quãtum sufficit ad incorporandum: & lini cum isto vnguẽto supra cancrum vel circumcirca locum defensiuum.

Vnguentum in principio, & augmento cancri, qđ expellit materiã antecedentem, et resoluit coniunctã. Re. tuciæ ablutæ, & extinctæ septies in aqua ro. vnc. i. lithargyri abluti in lacte mulieris, drac. ij. cerussæ nutritę in aqua plãtaginis, drac. i. s. olei alcherui. i. de violis citrinis, & rosati quantum sufficit in mortario de plumbo fiat vnguentum.

B Vnguento in principio & augmento, et in statu cãcri ad prohibendum ne augmentetur cancer quantũ sit possibile. Reci. volatilis molendini ab Auicen. dictum linimentum fricationis lapidis molendini. M. i. cimoleæ quæ est ligamentum factum ex fricatione ferri cum lapide. & est lutum quod repertum est in vase molæ. M. i. & misce & appone.

Vnguentum de plumbo. Re. laminam plumbi ad formam ĩcisorij, & projice de supra oleum rosatum, & frica supra cum alio petio, plumbi donec ingrossetur plumbum cum plumbo ex fricatione, & adde terræ sigillatæ quantum sufficit, & fiat vnguentum.

Vnguentum ad prohibendũ ne cancer vlceretur. Re. terrę sigillatæ, boli armeni rasæ, plumbi, ana vnc. s. mucilaginis psyllij, olei antiqui, & aquæ semperuiuæ quantum sufficit, & fiat vnguentum molle. Sed aliqui procedunt cum succo portulacæ, supra locum

C cum petia madefacta, vt blandiantur.

Vnguentum mirabile de cancris fluuialibus. Re. de cineribus cancrorum fluuialium recentium, et climia auri ana. aquæ solatri quantum sufficit. fiat vnguentum peroptime ducendo in mortario de plumbo cum pistello, aut super tabulam plumbeam.

Vnguentum in cancro vlcerato, & loco vnguenti potes vti forma pulueris. Reci. auudei, olibani, cerussę, ana vnc. i. terrę sigillatæ, boli armeni, aloes abluti, ana drac. ij. puluerizentur subtilissime. Item fiant embrochationes cum petia panni linei sæpe infusa in aqua solatri, vel plantaginis, vel semperuiuæ circa cancrum vlceratum quousque exiccetur pro defensione membri ne amplius vlceretur.

Puluis mirabilis in cancro vlcerato. Re. stercoris humani iuuenis, qui cibatus fuerit cãcris fluuialibus,

D & exiccetur in furno, & puluerizetur, vnc. i. herbæ dictæ cetrac, & est species scolopendriæ, vnc. s. piperis triti, scrop. ij. et fiat puluis subtilissimus, et ponatur super locum, quia est res diuina.

Puluis tuciæ. Re. tuciam alexãdrinam, & præparetur cum aqua rosarum, & fiat puluis, & ponatur supra cancrum vlceratum.

Emplastrum in cancro. Re. farinam siliginis, acetũ, & lixiuiũ. & fiat cõpositio, & supra locũ appone.

Puluis mirabilis quo utuntur Pagani, qui intendũt curare omnes cancros euellendo radices, apponendo prius ter tria folia saluiæ. Recip. auripigmenti, & argenti inuenti in quodam flumine, ana partes æquales, & pulueris opij quartam partem: & omnia admi-

ſceantur ad formam pulueris, & parum ſupra locum
appone. Item aliquid addunt de ambra.

Vnguentũ mirabile, quod laudat Hippoc. & Ro-
lãdus in ſua chirurgia. Re. radicis linguæ bouis, vnc.
iij. radicum bardanæ, et chelidonię, ana vnc. i. axũgię
veteris, vnc. v. cinamomi, vnc. i. zingiberis, vnc. ij.
argenti viui, vnc. ij. reſinæ quantum ſufficit, confice
ſic. Supradictas radices herbarũ in mortario ferreo pi
ſtello tere iterum cũ axungia in mortario. deinde pul
ueres terẽdorum aſperge ſuper: & ſic argentum viuũ
in vaſe figuli ad ignem pone, & ſic per ſacculum cola
prędicta. cumq́; liquefactum fuerit, cerã adde: & om-
nia ſimul incorpora, & vſui reſerua.

Puluis in magna hęmorrhoſagia cãcri, qui valet in
fluxu ſanguinis cancri. Re. bombacem aduſtum, &
madefac in albumine oui ualde conquaſſato, ita ꝙ bõ
bax imbibatur ex ſola ſpuma admiſta cum puluere
caliginis uel lebetis oris, et eſt ſummum remedium ad
retinendum fluxũ ſanguinis non ſolummodo in hac
ægritudine, ſed in omni loco ĩ quo ſanguis emanauit.
Nota ꝙ iſta eſt tanquam clauis in cãcro: ꝙ illi qui hoc
apoſtema intendunt curare cum prima intentione. ſ.
incidendo cancrum, & ipſum euellendo, & extirpan
do cum dura inciſione non plus lucrantur, niſi ꝙ fa-
ciunt de cancro non vlcerato vlceratum eſſe. Itẽ no-
ta, ꝙ toto tempore meo non perſenſi cancrum ꝙ fit
incipiendo, fore curatum ab aliquo: nec aliquem ſci-
re ipſum curare. Sed vidi cancrum, vt cicer in mulie-
re, & erat iuuenis pulchra: & intromiſi me ex rogatu
quorundam amicorum in cura cum inciſione totali,
et cum ruptorio, et cum eradicatione ſuarum radicũ:
et partim mihi male ſucceſſit, et iterum reuerſus fui ad
curam cum euacuationibus debitis pręcedentibus, et
bono regimine, & cum localibus conuenientibus,
prout ſatis iudicio meo breuiter declaraui. Sed qui ali
ter ſe intromittit, vitam patiẽtium ad mortem ducit.
Quid autem conſecutum ſit de iſta iuuene, in paucis
diebus a quædam vetula cum ſignaculo ſanctæ cru-
cis, & cum appoſitione ſaliuæ piſtatæ, vel maſticatæ
cum dentibus ſanata fuit. nam habui laborem, & ipa
honorẽ, et ſic ſteti ſtupefactus cum verecundia vidẽ-
do iſtam iuuenẽ, ita celeriter liberari. Multi vero ope-
ratores antiqui de aliquibus ægritudinibus ſcripſerũt
multa, quæ non viderunt, nec vnquam operati fue-
runt, & reperierunt quomodo ſui ſucceſſores ſcripſe-
runt in libris, et ipſi fecerunt. tamẽ ſum certus, ꝙ ſi ſe-
mel feciſſent operam, ſicut in cura ſcrofularum, et cã
cri dimiſiſſent, quoniã uidemus ſcrofulas plures vni-
tas inſimul circa collum & gulam infilciatas in venis,
& neruis, & in arterijs, & non poſſunt eradicari ſine
magno periculo mortis. Modo comprehendo ꝙ ra-
dices cancri confirmati non ſolum uidentur in mem-
bro, ſed in hepate cum quadam malitia exiſtente huic
tanquam cauſa materiali & principali: & talis malitia
eſt innata mẽbro, & incognita medico. & ſi cauſa nõ
poteſt cõmoueri, quomodo effectus remouebitur?

*De apoſtematibus uentoſis, & inflationibus lacer-
torum.* Cap. XXVI.

APoſtema ventoſum aliud producitur a vapo-
re leui: hoc eſt a ventoſitate ſubtili quæ dicitur
eleuatio: & ſimilatur æſtuationi, & ſubito motui quã
appellat Gal. ſaltam in quinto de accidenti et morbo:
et hoc apoſtema currit curſu æſtuationis, quod com-
pręhendi poteſt eſſe apoſtema undimioſum: quod ge-
nitum eſt ex materia phlegmatica molli, miſta cũ ali-
quali ventoſitate: ſicut apparet in cacocicho quæ eſt
corruptio compoſitionis hepatis innaturalis, Pingue-
do faciei eſt aliud apoſtema ventoſum: quod fit a va-
pore magis groſſo ventoſo: & vocatur inflatio & eſt
impulſio cum tumore: & hęc quando accidit ſubito,
fortaſſe ſentitur percuſſio cũ manu: & proprie qñ in-
uenit loca vacua: vt in inteſtinis & ſtomacho, et inter
duas cutes ſtomachi, & inter oſſa, & pãniculũ coope-
rientem, & inter panniculũ oſſis, & lacerti, & in mu-
ſculum incluſum in panniculũ ipſum cooperientem:
F et quandoq́; facit oſſa reſilire a ſuis locis per extenſio-
nem factam in lacertis circũdantibus ipſa oſſa: & liga-
mentis exiſtentibus circa oſſa: prout vidi herniã ven-
toſam in burſa teſticulorum. Et hoc apoſtema purum
ventoſum in genu: & ſæpe ab aliquibus ignorãtibus
medicis perforatur, ſperantibus hic eſſe de materia ſa-
niata. Et perforato apoſtemate egreditur ventoſitas
tantum: propter quod nota, ꝙ apoſtema ventoſum
ĩcludit in ſe duas ſpecies: vna quę dicitur eleuatio quę
aſſimilatur apoſtemati molli. Secunda dicitur inflatio
ſiue pura ventoſitas: & non eſt aliud quam humor at-
tenuatus ſub forma vaporis: & non eſt proprie hu-
mor ſed improprie: quia currit curſu humorum frigi-
dorum: ex eo, ꝙ ventoſitas non eſt a caliditate exclu-
ſa: tamen in ea eſt caliditas diminuta.

G In curatione autem huius eleuationis & inflatio-
nis: primo vtaris medicaminibus diſ-
ſoluentibus & carminantibus illam ventoſitatem: ſi-
cut eſt oleum de ruta, & de ſpica, & de anetho, in qui-
bus ſint decocta, cyminum, ruta, ſemina apij, dauci,
carui, ſileris montani, coriandri, omnium aut ſaltem
aliquid illorum. Appoſitio ventoſarum ſine ſcarifica-
tione mirabiliter agit, vt tangit Auic. in tertio. et in ca-
pitulo de colica genita ex ventoſitate.

Emplaſtrum in principio apoſtematis ventoſi. Re.
olei anethini, olei de ruta, olei de cymino, olei laurini,
olei de ſpica nar. ana vnc. i. calamenthi, origani, folio-
rum ru. ana. M. i. foliorũ lauri, & foliorum ſpicænar.
ana vnc. i. farinæ hordei. M. i. aquæ lauri quod ſufficit
ad incorporandum. fiat emplaſtrum.

Embrochatio in apoſtemate in omni loco. Reci.
calamenthi, cymini, rutæ, ana. M. i. & ſulphuris ſubti-
H liter puluerizati, ſalis cõmunis, ana. M. ſ. Mellis, vnc.
i. omnia coquantur in vino montano dulci vſque ad
ſpiſſitudinem liquidam: & ſupra locum appone cum
ſpongia vel loco cataplaſmatis hanc decoctionem.
Item valet milium cum ſale decoctum vel aſſatum in
patella, & calefactum in ſacculo appoſitum, ſupra lo-
cum calefactum.

In principio attritionis aut apoſtematis ventoſi fa-
cti cum dolore cauſa primitiua. Reci. vinum coctũ,
& oleum anethinum, in quibus ſit infuſa lana œſypi:
& diſſoluta in iſtis aqua œſypi humidæ: & admini-
ſtrentur: hæc omnia tepida ad caliditatem decliuia:
& nõ permittãtur infrigidari: quoniã vt ait Gal. frigi-
dum nocet neruis, oſſibus, dentibus, ſpinali medullę.

Aliud ad idem in principio apostematis ventosi facti ex attritiōe. Re. olei ro. violati, & anethi multum confert. prohibēdo quod est futurum fieri, & quod factum est resolutioni disponendo. Multum valent enemata, diuersiones, & euacuatiōes: & omnia quæ vētositatem habent carminare: sicut decoctio rutæ, chamomillæ, polypodij, cymini, ameos, calamen. olei de ru. hiera Gal. benedicta sola: & omnia valent per clysterem.

*De uena ciuili uel medena.* Cap. XXVII.

VEna medena est pustula quædam inflans, & vesicans, tenens medium modum, et similitudinem inter venam & velum & vermem, virtutem motiuam & sensitiuam secundum aliquos habentem. Et dicitur vena medeni: quasi media via inter supradicta: & vtplurimum oritur in cruribus & supra manum & latus, & multiplicatur in infantibus. Et dicitur etiam vena ciuilis a ciuitate quadā dicta Medena situata iuxta Babalach, in qua abundat hæc ægritudo: a qua ciuitate Medena sumpsit hęc ęgritudo nomē: et generatur in terra Sarracenorū et alijs terris: et multiplicatur iterū in terra Ægypti. Generatio huius est sanguis calidus malus melācholicus: aut phlegma adustum adunatum cum vehementia siccitatis complexionis: & fortasse generant eam quædam aquę, et olera quę comeduntur, orta in illis partibus, cum proprietate quæ est in eis. Omnis quidē cibus aut succus calidus, vt plurimū generat eam. Sed quanto plus acutior fuerit materia ex qua generatur, erit dolor vehementior.

Curam autem huius ægritudinis incipe ab euacuationibus: & illud fiat cum maturatiōe et euacuatione sanguinis mali phlebotomando basilicā: aut saphenam secundum locum & mundificationē sanguinis: & sumat pilulas cochias.

Pilulæ cochiæ secundum Almansorem. Re. pulueris picræ, drac. x. colocynthidos, drac. iiij. & tertia: scamoneæ, dra. ij. s. turbit, stœchados, ana. drac. i. dosis eius est, drac. i. & auri pōderis vsq; ad scrop. ij. Caueatur a cibis, & a potibus generantibus materiam: vt de rucula: & corrumpentibus sanguinem, sicut est rucula: & comedat sicut est borago, quæ mundificat sanguinem, & facit hominem lætum, et iocundum, iuxta illud carmen: Inquit borago, gaudia semper ago. digeratur etiam materia cum succis de myrabolanis, & decoctione epithymi, et sene, et fumi terræ: & fiat syrupus longus.

In principio venæ medeni. Re. succi semperuiuæ: suc. vermicularis, & herbæ apostematum. i. fabæ grassæ. i. sandalorum rubeorum, & alborum, camphoræ paulutum, & appone loco patienti.

Item valet appositio sanguisugarum super venam medenam: & hoc vt exiccetur sanguis malus ab illo animali. In augmento hoc est, quando vena media incipit magnificari. Re. pilulas quas Auicē. nominauit in fen prima quarti & in canone de prę seruatiōe a pestilentia: & hęc circa finem illius capl'i & de medicamine facto ex aloe myrrha et croco.

Et hæc est descriptio harū pilularum. Re. aloes, drac. iij. myrrhę drac. ij. croci. i. cum aliquo liquore appropriato fiāt pilulę: dosis est a drac. s. uel a drac.

A i. vel dra. i. s. Sed si hæc vlceratio supradicta fuerit loco pulueris: vel cum aliquo liquore appropriato pone supra orificium vulneris.

*Curatio localis.*

Curatio localis venæ medeni quādo apparet extra orificium in forma alicuius vermis: sicut apparet in passione bouina: sicut vides in boue quendam vermē exire. Reci. plumbum longum in formam styli, et ad quantitatem vnius drachmę: vel duarū drachmarum ad plus: & hoc in sua ponderositate trahat uenam totaliter ad extra: et ne causet dolorem: & frāgat ipsam: si plumbum vel aliud simile grauitate vltra procederet: quoniam causaretur error nouissimus, peior priore. Item mollifica membrum: & aperi poros cum aqua calida: vbi co

B cta sint semina frigida facientia mucilagines: sicut semen cytoniorum, & plantaginis, et psyllij: & humecta cum oleis frigidis, et subtilis caliditatis: et hoc vt facilis fiat exitus illius venæ: & oleum de violis: & oleum de sambuco: quod fit ex medio cortice sambuci, & oleum de ben: quod fit ex radice illius herbæ assimilata tormentilæ, vnde dicit versus. Tormentilla pilos, ben uero non habet illos. Et administretur emplastrum, de pice habitum in capitulo de scrofulis.

Modus alius per incisionem, & causticationem. Incipe ab vno capite: & perfora cum gamaut, vel cum rasorio, vel lanceta supra stylum, vsq; ad orificium: & deinde sanguinem emanare permittas: & postea caustica cum ferro ignito: sicut faciūt marescalchi in vermibus equorum: quando superuenit

C eis passio bouina vel equina: q̄ passio dicitur a vulgaribus, lo male del vermo: de qua passione magis ample Albucasis facit tria capitula de tribus diuersis passiōibus: quare causa breuitatis taceo: quia hęc cura raro inuenitur in partibus Italiæ. Sed procede in cura si fiat vulnus vel vlcus more aliorum vulnerum, siue aliarum plagarum.

## Tractatus secundus de vulneribus, siue de solutione continui.

*De solutione continui simpliciter, & quæ membra consolidentur.* Cap. I.

VLNVS est solutio cōtinui manifesta ex recenti tempore facta in membro simplici vel composito.

D Membra simplicia dicuntur a medico esse illa, quācunq; partē sumpseris membri: illud erit cōmunicās nomini, & diffinitioni: vt quælibet pars carnis erit caro: ossis erit, os. Membra vero composita sunt: ut quācunq; partem corporis sumpseris: illa non erit communicans nomini, & diffinitioni: vt quælibet pars manus nō erit ipsa manus, nec quælibet pars capitis est caput. In medicina reperiūtur ista nomina idem importātia. s. mēbra in cōposita, simplicia, cōsimilia, homogenea. i. unius generis supponētia pro mēbris sim-

pliſcibus. Item reperiuntur iſta nomina compoſita mēbra, organica membra, membra inſtrumentalia, & mēbra heterogenea.i. diuerſorum generum.

Solutio continuitatis eſt morbus ſimplex cōmunis, quia communiter poteſt accidere vnicuiqꝫ parti noſtri corporis, & hoc tam in membro ſimplici quam organico. Hæc enim eſt diffinitio bona, quia exprimit verā eſſentiā diffiniti, & ſeparat ipſum ab alijs morbis: nam ī hoc ꝙ dicitur morbus ſimplex, tangitur genus, & per hoc diſtinguitur, et ſeparatur ſolutio continuitatis ab alijs morbis, qui ſunt alterius generis, ſicut a morbis compoſitis. In hoc autem ꝙ dicitur communis, tangitur differentia ſpecifica ipſius diffiniti, et ꝑ hoc diſtinguitur et ſeparatur a ſpeciebus, quæ ſunt compoſitæ ſub illo genere, ſcilicet ab ęgritudinibus compoſitis. eſt ergo hic diffinitio data perfectiſſima.

Solutio continui in carne poſſibile eſt, vt redeat ſecundum viam primæ intentionis. caro cum ſit quidem membrum molle, habet multum de humido: & propter hoc ſecundum viam primę intentionis curatur, & conſolidatur. Oſſa quidem in infantibus, quandoqꝫ cōſolidantur propter humiditatem, & ætatem teneram: & propter virtutem augmentatiuam, & creſcitiuam, quæ eſt in pueris. Oſſa autem in iuuenibus, & ſenibus non conſolidantur niſi cum ligamento, ſicut videmus, quod ſiccum cum ſicco non poteſt conſolidari, vt in ligno ſicco cum ſicco niſi mediante aliqua conglutinatione ligna conglutinante: ita iſta oſſa ligantur et conglutinantur cum ligamento appellato porro ſarcoide. Nerui venæ & arteriæ dixerunt aliqui, ꝙ non ſanantur per viam primæ intentionis: ſed per viam ſecundæ: ſicut oſſa mediāte arosbor: & aliqui medici dicunt, ꝙ hoc non eſt uerum, niſi in arterijs: quia arteriæ habent duas tunicas, ſcilicet vnam carnoſam, aliam uero cartilaginoſam: modo cartilago non conſolidatur per viam primæ intentionis: vt affirmat Hippo. in ſexta particula aphoriſmorum. aphor. 26. quādo inciſum fuerit os, aut neruus, aut cartilago, non conſolidatur per viam primæ intentionis. Gale. autem contradixit eis dicendo ꝙ arteriæ antequam incarnentur: incarnantur cum experimento, & ratione. Nā ipſe teſtatur ſe vidiſſe multas arterias conſolidatas: vt in arteria quæ eſt ſub baſilica: & arteria temporis, & cruris. Ratione autem os eſt extremitas in duritie. et non incarnatur ſecundum viam primæ intentionis: niſi parum in infantibus temperatæ complexionis: caro vero humida eſt extremitas in lenitate: & incarnatur ſecundū viam primæ intentionis. Sed venæ & arteriæ ſunt mediæ inter duritiem & mollitiem: quia oportet ut earum diſpoſitio ſit media inter carnē & oſſa. ergo venæ & arteriæ minus recipiunt incarnationē quā caro: & melius quam oſſa. Hippo. vero intellexit, ꝙ vaſa ſpermatica nō conſolidantur per viam primę intentionis, id eſt ꝙ ſit illud generatum tale quale erat prius, id eſt in forma propria: & hoc quando corpus eſt ſiccum: & magnæ ætatis, et inciſio nobilis. Nam in phlebotomia parua contingens eſt de ſolutione continuitatis in temperato nihil de cicatrice apparere. Nerui vero, quia creati ſunt ad dandū

E ſenſum: & chordæ ad dandum motum: quando inciduntur, magis contrahuntur. Quare iſte eſt modus diſputatiuus: & theoricus. propter quod caderet diſputatio cui magis credendum eſſet: an rationi, an experimento. Item quomodo trahantur cicatrices, et veſtigia vulnerum per medicamina, a chirurgo debent remoueri: ſed ea quæ ſunt ſecreta nō omnibus ſaltem in ſcriptis eſſet nobis vtile propalare. Nam de balſamo & ſpermate, et pinguedine aſini, et pinguedine piſcis temali: hæc omnia omnibus ſunt nota.

### *De prognoſticatione uulnerum ex parte membrorum.* Cap. II.

Membra quę ſecundum plurimum cum accidit vulnus ſunt ſignificantia mortem: aut ſi F æger euadit: hoc eſt de raro contingenti: ſunt ſicut veſica, cor, cerebrū, renes, hepar, diaphragma, ſtomachus, īteſtina minuta. Et propter hoc dixit optimus Hippo. in ſexta particula aphoriſmorum, veſicam inciſam, aut cerebrum, aut cor, aut diaphragma, aut inteſtinorum aliquod gracilium, aut ventrem, aut renes, aut hepar mortale eſt. Signa ſignificantia vulnus in veſica: vrina egreditur per plagā: quæ veſica ſituata eſt in alcatin iuxta partes pectinis. Signa ſignificantia vulnus eſſe in cerebro, apparet inflatio & rubedo oculorum: & aliquando nigredo linguæ: & ſpaſmus: & permiſtio intellectus, et vomitus, aut nauſea, & ſingultus: & fortaſſe egreditur ſanguis ex naribus, aut auribus, et fortaſſe abſcinditur ſermo: & egreditur humiditas virulenta ex loco vulneris: & aliquando ſulphurati apparet: G & exit aliquando de ſubſtantia medullari cerebri q̄ omnia ſunt indicatiua mortis. Signa ſignificātia uulnus eſſe in renibus: tunc uulnus eſt in parte poſteriori: et per vulnus egreditur aquoſitas vrinalis ſimilis aquoſitati ſanguinis. Signa ſignificantia vulnus in inteſtinis: exit ſtercus vniuerſaliter per vulnus. Signa ſignificantia vulnus in hepate, et maxime in uenis, apparet magna, hæmorrhoſagia ſanguinis: & vulnus eſt in parte dextra: ubi ſituatur hepar. Et nota ad hæmorrhoſagiam ſanguinis ubicunqꝫ fuerit. Reci. bombacem aduſtum, et madefac in albumine oui ualde cōquaſſato: ita ꝙ bombax imbibatur ſola ſpuma admiſta cum puluere caliginis lebetis ęris: & hoc eſt ſummum remedium ad retinendum fluxum ſanguinis. Signa autem ſignificantia uulnus in corde ſunt iſta: nam uulnus eſt prope mamillam ſiniſtram: & currit ex uulnere ſanguis purpureus: & ſudor, H cum ſaltu: & ſequitur frigus extremitatū, & ſyncope: & ſi illud uulnus ſit cum ſagitta, quę fixa ſit in corde: ſentitur ꝙ ipſa ſit fixa quaſi in loco duro: & non in uacuo: & ſæpe cōtingit ꝙ ibi ſit motus ſagittæ ſimilis motui pulſus: & omnia iſta ſunt ſigna ſignificantia mortem: quoniam, ut Auic. ait, in corde non ſperatur ſalus: cū in eo accidit uulnus. Signa ſignificantia uulnus in uentre: quod intelligere poſſumus duobus modis. ſ. per rem contentā in uentre: quæ membra poſſunt eſſe ſtomachus, et per vmbilicum circumcirca per duas vncias digiti pollicis quocunqꝫ ſumatur: accidit ergo nauſea, aut ſingultus, aut ſolutio ventris: & morietur. Si autē vul-

nus

nus sit in diaphragmate, sicut in partibus neruosis diaphragmatis: non consolidatur propter neruositatem, & motum ipsius diaphragmatis: qui motus semper impedit consolidationem: nisi vulnus sit in parte carnosa diaphragmatis: aut paruum vulnus, & in ætate puerili, & in complexione humida. Signa significantia vulnus in pulmone sunt ista. exit per vulnus existens in loco costarum sanguis spumosus: & est infirmus cum terrore cordis, aut cum difficultate anhelitus. hæc signa semper sunt significantia mortem. Si durabit æger longo tempore cũ vulnere illo, generabitur phthisis, & empyima, & hoc est: quia si illud tale vulnus est sufflans, propter tres causas non bene potest consolidari. Prima causa est, quia virtus medicinarum, non potest propter longitudinem viæ ad locum peruenire. Secunda causa est, quia tanta est humiditas accidentalis membro occurrens, quod prohibet, quod mẽbrũ possit consolidari. Tertia causa est, quod propter continuum motum mistum ex naturali, et uoluntario, vulnera pulmonis non possunt consolidari: quia ad hoc vt vulnera consolidentur, necesse est, vt membrum quiescat. Nullum vidi vulneratum, nec vnquã audiui aliquem liberari, de vulnere in substantia pulmonis: & finaliter veniunt ad mortem, quamuis Galenus sexto therapeutices dicit, quod quando recens est uulnus, cum medicinis mundificatiuis potest consolidari: vulnera autem quæ fiunt super extremitates lacertorum: sicut sunt illa quæ sunt supra genu & infra tribus vncijs, vel supra iuncturam manus, vel supra cubitum & humerum: vt plurimum propter accidentia sunt significantia periculum & mortem. Et hoc quia musculus est compositus ex carne, & neruo, & ligamẽto: & est instrumentum voluntarij motus & cum maxima sensibilitate: quoniam origo omnium neruorum, maxime est a cerebro mediante nucha: & ideo perniciosa est eius incisio propter cõtractionẽ ipsius nerui versus suũ principium. Et propter hoc non recipit curationem permanente vita: nisi lacertus totus incidatur in latitudine: & membri operationem destruendo: quia est melius vita ægrotantis cum destructione operationis membri, quam totũ corpus destruatur.

*Sequitur illa pars quæ incipit. uulnus carnosum, et de uulneribus & eorum cura. Cap. III.*

VVlnus est solutio continuitatis manifesta ex recenti tempore facta. In hoc ꝙ dicitur: solutio cõtinuitatis tangitur genus ipsius vulneris. cum dicitur, manifesta, tangitur differentia vulneris per quam differt a contritione & a contusione & similibus. Nam attritio & contusio est solutio continuitatis plurium partium numero ex recenti tempore facta. sed in eis non est solutio continuitatis manifesta: nisi ad intellectum: sicut illa quæ est in vulnere ad oculum: in hoc autem quod dicitur ex recenti tẽpore facta: tangitur differentia ipsius vulneris ad vlcus. nam in vlcere est solutio continuitatis manifesta: sed nõ ex recenti tempore facta. Quoniam vulnus quãdo fit antiquum, & facit saniem, & pus, nõ

A amplius nominatur vulnus, sed vlcus. Auicen. fen quarta. Et quando vulnus est in loco in quo oportet vt vehemens fiat dolor & apostema: sicut sunt capita lacertorum: & posteriora eorum, & proprie illorum qui sunt neruosi: & non accidit apostema, significat illud nocumentum intrinsecum ad quod cõuertuntur materiæ, & nõ perueniunt ad vulnus. Auicen. Nota tria instrumenta principalia in sedatione doloris. Primum instrumentum phlebotomia. Secundum instrumentum clysteria. Tertium instrumentum, calefactorium. Et resolutiua multũ cõferunt seu carminatiua. Vulnerum quoddam est vulnus simplex & quoddam componitur: vulnus simplex est illud cui non associatur alius morbus: aliud accidens, nec alia causa: vulnus compositum est cui associatur alius morbus: aliud accidens, B nec alia causa. Intelligitur autẽ per morbũ quod associatur apostema aut mala complexio aut contusio: aut diminutio carnis vel cutis: & sic isto modo erit vulnus compositum cui duplex intentio curatiua requirit. Intellige ꝙ quando vulneri associatur aliud accidens: sicut dolor aut fluxus sanguinis superfluus: Intellige ꝙ quando alia causa associatur vulneri: hoc est quando vulnus erit alteratum ab aere, aut ab applicatiõe alicuius disconuenientis medicinę: his talibus dicetur vulnus compositum. Nã statim cum vulnus alteratum fuerit ab aere, curari debet vt vulnus cõpositum: hoc est cũ emplastris digestiuis, donec vulnus faciat pus: & postea cum mundificatiuis saniei: vltimo cũ exiccatiuis, vt narrat Albuca. in capitulo de vulneribus. Est ergo hæc distinctio vulnerũ. Quoddã est simplex, & quodC dam cõpositũ. Sed hęc distinctio est magis materialis, & essentialis omni alia, cum ad ipsam reducuntur omnes species vulnerum. A medico considerãtur vulnera in comparatione ad membrum, alia carnosa: alia neruosa: alia venosa: alia in superficie membri: & alia penetrantia ad interiora. Item alia plana, alia recta, et alia rotunda: alia habentia latera, sic triangulata vel quadrangulata: & alia sunt cum diminutione carnis, & alia sine diminutione carnis & pellis: & alia sine, & alia in superficie & valde ꝓfunda: quę omnia inter se habent curam propriam. Sed tamen pro vniuersali doctrina omnes medici conueniunt in hoc, vt retentio fiat sanguinis nisi fluat intemperata quantitate: quia sanguinis debitę quantitatis fluxus ex vulnere, prohibet apostema, oppilationem, & febrẽ: & confert vulneribus. Nã D si componatur apostema, & vulnus pro cicatrice horum duorum, incipere debemus ab ipso apostemate, quo remoto remouebitur effectus: vt tangit Auicen. fen quarta primi. vltimo capitulo. In uulneribus autem quæ fiunt in neruis, non debent administrari putrefactiua propter causas, quæ dicentur in capitulo de uulneribus neruorum: sed in uulneribus factis cum contusione melius possumus approximare secundum sentẽtiam Galeni in sexto de ingenio sanitatis. qui dicit. Omnem carnem contusam necesse est putrefieri, & in saniem uerti. Ratio, quia talia uulnera sunt dolorosa & apostemosa: & inde medicinæ fortes facientes nasci putredinem cõueniũt: quia per hoc fit securitas ab apostemate,

mitigando dolorem in loco, & calorem naturalem confortando, vt ſit iuuans ad digerendum: quoniã vulnera cruda mala laſſa nõ bona ut tangit Hippo. nam cum ſanies ſit in vulnere, tunc ſecurus eris a ſpaſmo & apoſtemate. Cum ergo ſectio eſt plana et recta, de qua nihil ablatum fuit de carne, quatuor intentiones concurrunt. Prima eſt, labia vulneris coniungere. Secunda, illa coniuncta conſeruare. Tertia eſt, prohibere vt nihil extraneum cadat in vulnere. Quarta eſt, ſubſtantiam partis ſanę conſeruare, applicando illi membro medicinas conſeruãtes complexionem membri, & non attrahendo niſi ſanguinem naturalem. Sed ſi vulnus fuerit rotundum aut quadrangulatum vel laterale aut alterius diuerſæ figuræ, & cum pauca diminutione carnis: eius curatio eſt cum ductura aut ſutura, ſi non fuerit totaliter ablata. Et ſi fuerit vulnus profundum & ſine diminutione carnis: tunc ſola ligatura ſæpe facit partes vulneris incarnare. Et ſi vulnus fuerit concauum & amplum, vt quemadmodum eſſet a ſuperficie, vſque ad fundum apparens cum diminutione carnis: tunc tentam intromitte: ſi tibi videtur, ꝙ ligatura incarnatiua ſit incõueniens. Dixit itaq; Gal. Duplici de cauſa in vulneribus approximatur ligatura. Vna cauſarum dicitur incarnatiua: & propter hoc coniungere labia vulneris conglutinando quę ſunt elongata. Alia generatiua carnis: quæ fit ſupra membrum propter medicamen generatiuum carnis conſeruare. Et ſemper ſituetur orificium vulneris inferius & fundum ſuperius: vt ſanies non retineatur: & bene per ligaturam, et expreſſionem ipſa poſſit expurgari: & cum inciſione, ſi expedit, ſapiẽter incidendo non dimittatur. Quando autẽ in vulnere fuerit recreanda diminutio carnis: quod a Galeno vulnera concaua appellantur: ea quæ repellũt & exiccant, debito modo ſunt approximanda: vt oſſa remota quæ nunquam complete naſcuntur, cicatrice concaua remanente aut ſuperflua carne pluſ quam fuerit debitum creſcẽte: cibaria quæ ſunt boni nutrimenti ægro ſunt exhibenda: ſed ſi carnem facit naſci: cutim vero ęque prius non facit naſci, cũ iam ablata ſit totaliter. imo loco ipſius non facit naſci niſi carnem duram, ſuper quam cicatricem pili non naſcuntur, verum rami venarũ multoties eminent, & naſcuntur, ſicut caro: & augmentantur: & multoties iam eſt viſum in cruribus hominum, & mulierũ præter inciſionem varicarum. Vulnera cadentia in extremitatibus lacertorum multoties ſequuntur ea accidentia mala: & ſunt syncope, ſpaſmus, vel caſus virtutis, vel ſaltem apoſtema propter dolores eorum. Et ſimiliter illa vulnera neruorum, quæ cadunt apud rotulam ante genu per duas uncias, ſunt mala: a quibus pauci liberantur: ſed accidit ſæpe ſpaſmus, & non recipit curationem niſi incidatur totus lacertus per tranſuerſum: quod debet eſſe vltima operatio: cum iſta inciſio ſit deſtructio voluntarij motus: quare iſte modus operandi quantum eſt poſſibile poſt omnem alium modum poſtponatur, & maxime circa partes geniculi: cum ſit periculoſa & timoroſa de ſpaſmo: ſicut illa cubiti. vulnera autem horum membrorum lacertorũ, feſtinentur vt ſtent aperta, vt bene poſſint talia a ſu-

E perfluis humiditatibus expurgari: & hoc vt non remaneat virulentia, quæ poſſit cauſare ſpaſmum: ſicut quando punctus eſt neruus vel inciſus & maxime ſecundum latitudinem non ex toto: quæ cura latius aperietur inferius in tractatu & capitulo de ſolutione continuitatis neruorum. Nota ꝙ primo in omni uulnere ſemper procedatur cum digeſtiuo per aliquot dies: donec ſis ſecurus ab apoſtemate.

*Sequitur de medicamine quod facit naſci carnem obſeruãdo ſemper complexiones hominum. Cap. IIII.*

Medicamen faciens naſci carnem eſt illud, quod coagulat ſanguinem ſanum in carnẽ: & hoc fit mediante medicinæ exiccatione cum prima mãſione ſecundi gradus, ut tangit Gal. in tertio de inge-
F nio ſanitatis. Dicuntur autem tales medicinæ coagulare, id eſt cõuertere ſanguinem ſanum in carnem: hoc eſt ꝙ iſte ſanguis ſit et temperatę caliditatis qualitatis & quantitatis: non ꝙ medicina ſit principale agens: ſed ſicut coadiuuans: quia impedimenta remouet impedientia operationem naturæ. Nam cũ ſanguis ſit materia generandæ carnis: oportet vt ſit temperatus in qualitate & quantitate. Sed ſi ſuperabundauerit in aliquo iſtorum, non ſolum generabit carnem: ſed morbus creſcet, & augmentabitur. Nam proprie non eſt dicendũ, ꝙ medicamen coagulet ſanguinem in carnem: imo coagulans dicitur eſſe virtus nutritiua materialis mẽbri: eo ꝙ eſt eius operatio. Sed medicina generatiua carnis eſt remouens humiditatum impedimenta, exiccando ſubtilem ſuperfluitatem, & groſſam mortificando: Me-
G dicina generatiua carnis non debet eſſe tantæ ſiccitatis, ꝙ conſumat materiam quæ debet cõuerti pro coagulatione carnis. Et non ſint coniuncta nimię abſterſioni, ne illud quod eſt pro generanda carne nimis conſumant nutrimentum, & ne ex nimia mordicatione attrahãt ad vulnus illud, quod eſſet pluſquam debitum ſit. ergo iſta ſiccitas vſq; ad debitam menſuram, vſque quod exiccet ſolum illud quod vulneri apparet eſſe ſuperfluum: oportet iterum ꝙ membri complexio ſeruetur, ſi fuerit ſeparata. & econtrario ſecundum quantitatem ſeparationis. & ſi non fuerit ſeparata ſeparatione de quo curetur: tunc calidiora calidioribus, frigidiora frigidioribus indigent adiutorijs. Complexio autem membri conſeruari debet, & extranea humiditas de membro abijci.

H Vnguentum generatiuum carnis aptum cuilibet complexioni. Reci. olibani, maſtiches, aloes, picis grecæ, ariſtolochiæ longę combuſtę, ireos, ana. puluerizentur, & fiat vnguentum ex eis & oleo & cera: quod ſufficit. Item aliud. Reci. terebinthinæ lotæ, vnc. ij. ʒ. pul. ſarco. vnc. i. mundificat, & cum hoc generat carnem.

Vnguentum in complexione iuuenum in quocunq; ad generandum carnem. Reci. terebinthinæ albiſſimæ & bene lotæ cum vino, vnc. ij. et adminiſtretur, vitellum oui, farinæ hordei modicũ: miſce.

Vnguentum mundificatiuũ putredinis, et generatiuũ carnis in complexione ſicca. Re. picis naualis, vnc. iiij. et ablue cũ lixiuio optime, mellis crudi, vnc. i.

vnc.i. vitellũ vnius oui, floris ęris puluerizati, vnc.5. farinæ hordei quod sufficit. misce.

Vnguentum mirabile & secretũ in quocunq; vulnere neruoso et carnoso in quacunq; complexione et etiam generatiuum carnis & mundificatiuum. Re. lachrymum ortum ab arbore vicij si sit humidum siue liquidum. sub propria forma vulneri appone vnam guttam vel duas. Si vero sit siccum, & approximare velis: sicut esset complexionibus humidis, vt sunt infantes, & mulieres, & cuius complexio est vehementis humiditatis: sufficit, sicut est glutinum albotim puluerizatum cum pauco oleo rosato, et melle rosato, ut ipsum leniat, & viscosum faciat: & si non reperiatur, resina humida liquefacta cum oleo rosato sufficit.

Vnguẽtum generatiuum carnis crocinum in complexione calida remota a sua natura per frigidum. Reci. terebinthinæ, vnc.ij. ceræ, olei rosati, ana mellis, vnc.ij. pulueris de cortice olibãi, drac.i. croci, scrop. i. fiat vnguentum.

*Sequitur de medicina incarnatiua.* *Cap. V.*

MAior et minor stypticitas conuenit in medicina incarnatiua: ĩ generatiua vero carnis fit minor stypticitas atq; siccitas.

Sigillatiua vero est illa cuius proprietas exiccat & inspissat humiditatem stantem inter duas superficies vulneris propinquas, ut cõuertatur ad conglutinationem & viscositatem, & adhereat vna alteri: sicut sanguis draconis & aloe agit exiccando in tertio, vt recuperet cutim cum fuerit amissa. Corrosiua vero medicina est, cuius proprietas consequatur ex eius resolutione & vlceratione, quatenus de substantia carnis minuendo. De corrosiua medicina Galenus dicit, ꝙ ipsa differunt inter se: eo ꝙ ea medicina quę fortior est, & acutior, vulnera magis solito cõcauat: & labia eorum indurat: & superficies fit rubicunda: & aliquando contingit infirmo morsura.

Vnguentum incarnatiunm. Rec. resinæ pini bene mundæ, & ladani, & terebinthinę, ana vnc.i. olei rosati, & cerę quod sufficit, fiat vnguentũ durũ. Aliud. Re. cerussæ, & olei myrtini, ana vnc.ij. salis triti, drac. i. decoquantur omnia, donec induresçant: & fiat cerotum: & istud vnguentum vocatur vnguentum de cerussa coctum. Item si vis vt remaneat album, fac lẽtum ignem: donec fit coagulatũ: & deductum ad formam vnguenti duri.

Vnguentum rubeum incarnatiuum. Reci. lithargyri, vnc.iiij. contriti & cribellati: olei oliuæ, lib.5. cõcutiatur donec coaguletur & ponatur supra ipsum priusquam coagulatum fuerit, vnc.ij. de venis tinctorum: cuius hæc est permistio bona, et vnguentum bonum & vocatur vnguentum græcum.

Vnguentũ nigrum denominatũ ab Auic. in quinto canone incarnatiuum. Rec. lithargyri, vnc.i. aceti fortis, vnc.iiij. olei cõmunis, vnc.ij. decoquãtur omnia cum studio, ne adurantur: & moueatur, donec fit coagulatũ: & istud vocatur vnguentũ græcũ minus.

Puluis incarnatiuus. Re. sarcocollæ, aloes, sanguinis draconis, ana. fiat puluis subtilissimus, & apponatur supra orificia vulneris: quia bene incarnabit cum sua virtute incarnando vsq; ad profundum.

Vnguentum incarnatiuum. Re. draganthi, vnc.5. & ponatur ad mollificandum aqua calida ad tantam quantitatem, ad quam reduci possit ad formam collę. Nam istud vnguentum est valde conglutinatiuum: & si tu vis, potes addere de sanguine draconis, & de sarcocolla. Nota differentiam inter vnguentũ aut medicamen generatiuum carnis & incarnatiuũ: quia medicamen generatiuum carnis circa primum gradũ est. Incarnatiuum debet esse siccum circa secũdũ gradum. Et medicamẽ cicatrizatiuum debet esse siccum circa tertium gradum. Et medicamen corrosiuum debet esse calidum in quarto gradu.

*De modo secandi uulnera, quæ oportet secare.* *Cap. VI.*

DIxit Galenus. oportet vt seces. Cõcordatus est hic Auic. cum Galeno in secando vulnera profunda & non penetrantia: & maxime in loco eminentiori: & ĩ parte illa ad quam currere possit putredo ad exteriora, obseruãdo uillos et rugas, obseruando modum quem diximus in capitulo de incisione exiturarum: & excipiendo ea quę diximus, ne frons cadat supra frontem, palpebra super palpebram: & in costis procedendo secundum incisionem costarum in vulneribus, aut sub ascella, & inguinibus: oportet vt sectio vadat secundum naturam & ordinem apparentiæ naturæ. Incisione facta tunc cum albumine oui, & cum puluere corticis olibani, quoniam melior est, & magis styptica, quã medulla olibani. i. thuris. Post uero incisionem imediate non agas prout faciunt quidã barbitonsores qui abluunt vulnus cum aqua simplici in lauando vulnus propter sanguinem. Aqua simplex putrefacit vulnus sua humiditate: & ipsum corrumpit sua frigiditate. composita vero cum melle & hordeo & vino aliqualiter styptico, abluendo potest esse bona in abstergendo vulnus, lauando atq; exiccãdo. Si accideret propter pluuiam ex longo itinere uel propter transire flumina: ꝙ ęger necessario se deberet balneare, ut sępe accidit in cãpis: tunc cooperi vulnus cum pãnis inceratis & oleis secundũ modum cooperturę, ne aqua in vulnus ingrediatur. Et tu qui es medicus, ingeniare quoquo modo ne aqua ipsum sepeliat.

*Sequitur de uulneribus habentibus apostemata & malam complexionem.* *Cap. VII.*

NEcessarium est in huiusmodi vulneribus alleuiare, & credere, ꝙ vulnus non consolidatur omnino. Dum apostema non sedatur, tunc cura apostema primo, secundũ tempora apostematis: hic autẽ maxime ratione principij et cuiuscunq; principij et in omni particula, incipiendo a capite vsq; ad pedes, valet hoc solẽne remedium: qñ vulnus applicatur apati: aut malę cõplexioni cũ dolore intolerabili. Remediũ autem est tale, vt ait Auic. fen quarta. Sumatur granatum dulce, & decoquatur in vino garbo, aut nigro, aut pontico. i. agresto: deinde teratur cum gladio minutim: & sic calido locus emplastretur. Omnis nanq; mala complexio & cũ apostemate vulneri applicata, diligenter cum suo cõtrario est remouenda. Nã si administrasti vnguentũ calidum vt basilicon, & videbis ꝙ fuerit rubificatum: tunc declina ad vnguenta infrigidantia: vt est ad vnguentum album: & si apparebit tibi vulnus a prędominio mollificari, aut fortiter indurari propter administrationem medicinarum infrigidantium: tunc administra vnguenta calida. Galenus. i. dolor. n. est causa materiæ, vt ad locum vulne-

ris defluat: materia etiam nimia defluente nutrimentum quod ei dirigitur non potens digere propter eius defectionem eo crudo manente in putredinem uertitur. unde nō miror si in eo calidum fit apostema. Gal. nam semper oportet custodire cursum naturę dū est: & dum non est, restaurare.

*Sequitur de uulnere facto in uentre: & de modo suendi.* Cap. VIII.

CVm accidit vulnus in partibus vētris, sępe euenit ꝙ egrediūtur extra, zirbus adipinus, aut intestina, aut splen, aut hepar, ex qua curatione cura vt vulnus incarnetur: & non dimittatur sanguis congelari in interioribus: & cum diuersiuis diuertendo taliter ꝙ prohibeatur fluxus sanguinis. Sed quando occurret ꝙ intestina, & zirbus etc. extra vulnus exiuerint: quatuor intentiones in mente medici occurrunt. Prima est ut intestina ad suum proprium locū reducātur: & propter hoc vt bene videris anotomiā, vt ego proprijs manibus anatomizaui sæpe. Secunda intentio est, vt vulnus suatur. Tertia, cum puluere vel vnguento incarnatiuo procedatur. Quarta intētio est, ut sis solicitus, vt non proueniat alicui membro principali timor, scilicet ne sanguis congeletur in interioribus. Si vero accidit ꝙ intestina exeant: bene respice si ab aere sunt alterata, id est tumida vel plena ventositate: & si sint perforata, sic ꝙ stercus extra vulnus appareat intestini: uel si sint de minutis uel de maioribus intestinis: vel si hoc vulnus sit circa partes vmbilici ꝑ spatium trium digitorum: qui locus si est vulneratus: vt plurimum est mortale. Dato ꝙ intestina sint extra vulnus & plena vētositate: & etiā sint perforata: primo si potes facta ablutione cum vino nigro styptico & ventositate carminata cum rebus ipsam carminātibus: sicut floribus chamomillę, seminibus anethi, dauci, fœniculi, cymini, sileris, spica nardi, et similibus: deinde intestinum quanto citius potes, intromitte. Sed si strictura vulneris te impedierit, tunc amplifica vulnus sapienter cum instrumēto tuo, quod vocatur gamaut: quod instrumentum nō incidit a parte anteriori: & hoc est ne īcidas intestina inuisibiliter. Nota quādo intestina sunt vulnerata, videndum est an sint de grossis, an de subtilibus: si autē de grossis, aut sunt incisa totaliter: aut secundum partem: & si secundū partem: aut secundum longitudinem, aut non. Si vero secundum partem, tunc medicus suat talem partem intestini cū acu subtilissima & cum filo de serico firmo: et non nimis torto incerato: vel cum filo lineo firmo. Si totaliter, secundum transuersum: tunc infallāter iudica ipsum mortuum. Si vero intestinum fuerit vulneratum secundum longitudinem: tunc est melius sanabile: quia intestina grossa sunt magis carnosa. Ista vero vulnera sunt minus mortalia. vnde crede mihi ꝙ pauci liberātur. Et si accidit uulnus in intestinis minutis, suatur: ut dicit Albucasis cū capitibus formicarum grossarum: capiendo labia uulneris intestini vna post aliam: donec expleueris capita incidendo: aliqui dicunt intromitti debere cānulam supra suendo. Sed istud non est dicendum: quia paucissimi, vel nulli liberantur: maxime in intestino ieiuno: & ratio propter multitudinem, quæ est in eo de venis: deinde propter propinquitatem suam ad naturam neruorum, propter multitudinem effusionis choleræ a cysti, fellis ad

E ipsum: propter caliditatem vltimo suam: quia hoc intestinum est magis propinquum hepati alijs īestinis. Modus suendi. Intestinum suatur in modum pelliparìorum extra vulnus dimittendo filum: quoniam iste est melior modus suendi aliquo alio modo. supra vero suturam aspergatur de isto puluere incarnatiuo: Re. thuris, myrrhæ, sarcocollę masticħes, olibani, sandarachę, sanguinis dracōis, ana drac. i. fiat puluis. Si autem zirbus, id est ratella exiuerit, in breui tempore ab aere alteratur: quia non est necesse, vt intromittatur: quia in breui tempore alteratur: vt ait Auicenna, quamuis morentur tempore paruo: & citius quam intestina & hepar. Intestina & hepar quamuis morētur tempore longo, cum ingrediuntur ventrem, redeunt ad suas naturas: cum incarnatur vulnus. Zirbus autē cum alteratur ab aere, si in corpore redeat, intus apo-

F stemabitur, & inducet ægrum ad mortem. Modus autem procedendi in zirbo antequam intromittatur totum, quod est alteratum, incidatur prius ligato & causticato cum auro vel argento vel ferro uel candela ceræ decolando supra caput orificiorum venarum: & filum extra vulnus dimittendo, donec exit consolidatio zirbi & filum ad extra expulsum erit a natura. Si autem pars aliqua hepatis vel splenis exiuerit: si illa pars non erit vulnerata, intromittatur. Si autem fuerit vulnerata & profunda, indicat tale vulnus mortale: & hoc propter magnam hæmorrhosagiam sanguinis, & propter nobilitatem membri, & operationes naturales deficientes: sine quibus vita permanere non potest. In vulnere hepatis vel splenis abluantur, et intromittantur: quia non recipiunt suitiōes: sed vulnus extrinsecum cum mirach & siphac cum decē-

G ti sutura, & spera in Deo, & in natura. Sutura autem ventris, vt narrat Auicenna, comprehendi potest tribus modis: propter quod, ut dicit Mondinus: mirach componitur ex quatuor rebus. Primo ex pelle. Secūdo ex pinguedine. Tertio ex panniculo carnoso. Quarto ex octo musculis: duo longitudinales, duo latitudinales: quatuor transuersales. Cōpositio mirach est vnus panniculus intestino mediāte zirbo. Primus modus suendi secundum antiquos. Incipe cum acu subtilissima & cum filo de serico vel de neruo: quę est magis appropriata: sicut sunt chordæ instrumentorum madefactæ in aqua: & fige mirach ex vna parte tantū, ex vna parte dimittendo siphac: et ex alia parte postea cape siphac ex alia: & anoda dupliciter nodū cursiuum. Iterum incipe in aduersa parte exterius ad intra: & perfora totū mirach cū siphac: & ex alia par-

H te cape solū mirach absq; siphac: et annoda bis nodū: & noda firmiter: & sic ordinate procede donec expleuisti suturā. Alius modus suēdi: cape totū mirach cū siphac ab vno latere: & similiter ab alio latere exeundo: & noda nodum: et sic per istum modum procede vsque ad finem. Alius modus pellipariorum, id est secundum suturam eorum: hoc modo cape mirach cum siphac ex vna parte, & ex alia exeundo mirach sine siphac. Et iterum cape ex alia parte mirach absq; siphac: et ex alia parte cape siphac exeūdo cū mirach: et sic procede secundum modum pellipariorum vsq; ad finem: puncta autem debent distantia esse inter se per spatium latitudinis digiti annularis. Nam nimia amplitudo non tenet secundum ꝙ oportet: & quando puncta sunt nimis stricta: quia labia uulneris disrumpuntur.

puntur. Et nota ꝙ filum non ſit nimis tortum: quia iuuaret ad diſneptionem: & tu met potes deſtorquere. Quartus modus ſuturæ & maxime in labijs puerorum: quia ſi ſueres cum filo, diſruperetur: ſicut in ridendo & in plorando: et hęc talis ſutura fit dimittendo acus, & circūcirca voluendo filū, & annodando, vt nō poſſit diſgregari: nec poſſit acus remoueri vſq; ad perfectam cōſolidationem: et puncta acus incidatur cum tenalia: ne puncta figatur in carne: et ſi uis, potes facere acus argenteas: ſi vis dimittere in carne, qđ erit bonū pro nobilibus & delicatis. Situs infirmi ad intromittēdū inteſtina: ſituetur tali modo vt vulnus ſtet altius, ut inteſtina nō expellātur ab alijs inteſtinis. Verbi gratia. ſi vulnus eſt in latere dextro, voluatur æger ſupra ſiniſtrū: & ſic de alijs. Et hoc poſtremo nota ꝙ de vulneribus inteſtinorum hepatis, ſplenis, multo plures moriuntur quam euadant: quia difficile eſt inteſtina ad proprium locum ſituare.

*Sequitur de ligatura uulnerum.* *Cap.* IX.

Concordati ſunt omnes medici huius artis, maxime Gale. & ſui ſucceſſores, ꝙ ligaturas facere poſſumus in vulneribus & fiſſuris tribus, & denominando dictas ligaturas tribus nominibus. Ligatura incarnatiua eſt illa quæ per ligaturam incipientem ex duobus capitibus ſtringēdo facit adhærere duo labia vulneris adinuicem quæ erant elongata: & iſta eſt melior ligatura ligaturarum. Sed ſi vulnus fuerit magnū atq; profundū: neceſſe eſt ꝙ currat aliquando ſutura: & aliquando plumaceolus triangulatus: quoniā coartat ſupra ſciſſuram tantum: & ſitus horum plumaceolorum triangulatorum ſit ſicut exemplum quod extra apparet. Sit linea recta vulneris inter duos plumaceolos triangulatos: ſicut extra apparet & vna pars faſciæ ſtringatur ſupra duos puluillos: & alia pars iterum deſcendat ſupra duos plumaceolos crucialiter voluendo, & ſtringendo faſciam volutam a duobus capitibus donec adhærere carni facias cum tua ligatura: ſtringendo ſex angulos. Iſtud ligamen faſciæ duorum capitum cum iſtis plumaceolis triangulatis tenet & coartat ſupra locum ſciſſuræ: fortius quam ſi plumaceoli eſſent quadrati. Ligatura expreſſiua ſaniei. Incipe cum vna faſcia ab vno capite a profundo vulneris: et ſemper verſus orificium ligādo mollius. Exempli gratia: ponatur ꝙ quidam homo habeat orificium vulneris in medio coxæ: & fundū ſit circa partes genu: tunc age: ſed ſine inciſione, ſi aliter facere potes. Incipe cum plumaceolis in profundo: & cum ligatura ſtringendo vſq; ad orificium: ſuauiter faſciā mollificando: & ſic iſte modus ligaturæ eſt valde vtilis in vndimia & in qualibet tumefactione tibiarum: ad ꝓhibendum ne materiæ deſcendant ad infima. Ligatura cōſeruatiua medicaminis ſupra vulnus: quia vt plurimum fieri oportet in contuſionibus cum vulnere: in quibus oportet vt fiat ſanies: quę vtilis eſt: ſecundū ꝙ viſum eſt in experientia: fac ipſam taliter vt conſeruet medicamen ſupra locum: & ꝙ non ducat dolorē in membro propter nimiam ſtricturam: quia per hoc augmentaretur dolor & apoſtema. In aliquibus caſibus ligatura incarnatiua & expreſſiua ſaniei non poteſt fieri propter aliquod impedimentū, ſcilicet quando vulneri aſſociatur dolor vel apoſtema vel alteratio: vel quando vulnus erit in capite: quia caput eſt membrum tale rotundum: quia in ipſo non poteſt bene fieri: niſi ligatura conſeruatiua medicaminis. Et ſimiliter ſutura nō eſſet bene conueniens in capite quādo ibi eſſet vulnus: niſi illud vulnus eſſet in loco diſcooperto in capillis. Sed ſi occurrat vulnus fieri in lacerto: aut erit totaliter: aut ſecundum partem: aut ſecundum longitudinem: aut tranſuerſalitatē: tunc ſue ſi tibi videtur: quia hæc ſuitio fit ſecundum iudicium optimi medici: ſed vtile eſt aliquādo ponere ſtuellos ſine ſutura: incipiendo a fundo vulneris: & ſic ſucceſſiue procedendo vnum ſtuellum poſt alium cum illo mirabili unguento: quod demonſtrabitur in capitulo ſolutionis continuitatis nerorum: quoniam ibi magis erit ad propoſitum: & hoc modo oportet fieri: ne fiat incarnatio in parte ſuperficiali, & in fundo remaneat abſcōſio & cauerna. Stude itaq; quantum potes reperire fundum vulneris: quia hoc ſæpe contingit: ꝙ cū aliquis vulneratus fuerit in illo inſtanti: medicus optime reperiet fundum vulneris: ſed poſt extinctionem inſtrumenti: medicus non poterit reperire fundum: & in talibus vulneribus oportet vt elargemus, & ampliemus vulnus propter timorem cauernæ. Vulnera autem cadentia in muſculo: ſecundum longitudinem ſunt magis apta incarnari et conſolidari cito quā vulnera: quæ erunt ſecundū tranſuerſalitatem.

*Sequitur capitulum de medicinis incarnantibus: quod capitulum ſecundum Auicennam incipit.*
*Harum medicinarum.*

Cum ſuperius facta ſit mentio in generali de medicinis incarnantibus, nunc ſicut facit optimus Auicenna, ponam in ſpeciali: ſed virtutes harum medicinarum incarnatiuarū iam narrauimus proprietatē & continuationes ipſarum. Reperiri poſſunt iſtæ medicinæ ex parte trium cauſarum, ſcilicet aut ex parte mineralium: ſicut ſunt ſeptē metalla quæ generata ſunt ex mineris terræ: vt lithargyrum, cerusſa, antimonium, thucia, ſulphur, minium, plumbum: & alia quę ſunt de ſe minoris virtutis: & ad introducēdum effectum incarnandi propter groſſam earum penetrationem: niſi admiſceantur cum oleis ad formam vnguentorum: & oleum adiuuet ad deferendum virtutem horum mineralium ad fundum uulneris: quod debet incarnari: quoniam in unguentis oleum eſt tanquam ſubſtantia: & cera tanquam corpus. Nota ꝙ omne oleum quod apponitur in unguentis uulnerū: debet eſſe exiccatiuum: ut eſt oleum myrtinum, oleū maſtichinū. Medicamina incarnatiua ex parte plantarum: ſunt ſicut folia arboris querci maſculæ emplaſtratæ, & folia ſalicis, folia caulis, folia amborum malorum, folia arnogloſſæ. Et de gummis glutinum albotin & proprie in membris neruoſis, & nux cypreſſi, & puluis molendini, & hordeum aduſtum, et proprie in ſenibus cū cera & oleo myrtino, et herbæ caudæ equinæ. Ad generādum carnem in uulneribus: quæ ſunt in capitibus lacertorum.

Medicina uero incarnatiua ex partibus animaliū, eſt lac acetoſum valde, & pili hominū aduſti: & ſanguis hominis aduſtus.

Medicamina compoſita ut tangit Auicen. ſunt iſta: ut primum medicamen eſt unguentum Rufi.

Vnguentum Rufi ad ſanandum uulnera incarnando. Reci. endici, minij, lithargyri, ana drac. ij. ladani, reſinæ pini, laccæ, purpurinæ pictorū, ana drac. i. olei maſtiches, & ceræ quod ſufficit: fiat unguentū qđ pro

nobilibus est mirabile & pretiosum.

Vnguentum aureum mirabile auctoritate Mesue ad incarnandũ. Rec. ceræ citrinæ, vnc. vi. olei myrti, lib. ij. ʒ. terebinthinæ, vnc. ij. resinæ colophoniæ, ana vnc. i. ʒ. olibani, mastiches, ana vnc. i. & croci, drac. i. fiat vnguentum.

Vnguentũ incarnatiuũ auctoritate Esculapij primi medici. Re. herbæ dictæ latij: quæ est maximę ꝓprietatis. Nam cęcando filios hirundinum, tangunt oculos cum hac herba, & redit visus: & dicta herba pulue rizetur: & resinæ pini, ana vnc. ij. olei & ceræ qđ suffi cit: fiat vnguentum.

Vnguentum de floribus salicis auctoritate Democriti: quod ualet ad incarnandum. Re. florum salicis, et succi foliorum eius, vnc. ij. lachrymi, vel terebinthinæ loco eius, vnc. ij. aspalthi, vernicis hũidę, ana vnc. i. colopho. dra. ij. olei, et cerę qđ sufficit: fiat vnguẽtũ.

Vnguentum incarnatiuum. Re. succi pulegij mõtani, succi calamenthi, succi cẽtaureę, vel pulueris istorum, ana vnc. ij. olei myrti. & ceræ quod sufficit: & fiat vnguentum.

Emplastrum de lino auctoritate Mesue: quod relatum fuit Alex. Re. opopa. par. i. rasuræ panni de lino subtilis antiqui & mundi, partem. ʒ. vini & mellis, & olei ro. aut myrtini, par. v. lithargyri, aloes, sarcocollæ, myrrhæ, ana par. i. tertiam: fiat vnguentum sic terẽdo in mortario: infundendo nunc oleũ, nunc uinũ: & qñq; additur in eo vitriolum partis vnius quarta.

Vnguentum mei magistri Lucæ ad incarnandum. Reci. minij, vnc. ij. terebinthinæ, vnc. i. ceræ rubeæ & olei rosati: quod sufficit: fiat vnguentum ad formam vnguenti citrini.

Vnguentum aliud mei Lucæ. Re. mastiches, vnc. ij. puri albi & bene mundi: & madefac in aqua saluiæ calida actu: in tantum ꝙ fiat sicut colla: & postea adde pulueris mastiches, & thuris, & vernicis liquidę: et pulueris de ꝑte fortiori resinæ, ana. & fiat mistio: & si desiccetur ab aere: madefac cum aqua calida saluiæ.

Puluis incarnatiuus. Re. pulueris gallarum cypressi, & gallarum querci nõ perforatarum, thuris, mastiches, sarcocollę, tartari, aluminis zucharini: fiat puluis subtilissimus omnium, ana. & supra locum appone in parte superficiei: & si tu vis, potes facere vnguentum cum oleo & cera.

*Sequitur de medicinis cicatrizatiuis seu cõsolidatiuis. C. X.*

CONsolidatiuum medicamen & cicatrizatiuum & sigillatiuum idẽ intelligatur significare: est illud tale medicamen quod exiccat superfluitatem superfluentem ad superficiem vulneris donec fiat cortex super ipso custodiens a nocumẽto extrinseco: donec cutis in vulnere generetur: vnde cicatrizare vulnus nihil aliud est: quam carnem in superficiem vulneris indurare. Sigillatiuum vero medicamen est illud quod indiget vehementiori exiccatione & multa stypticitate: quoniã necesse est vt recuperet: quod naturaliter est vehemẽtioris exiccationis, scilicet cutem exiccando humiditatem extraneã & radicalem vehementer. Scias ergo ꝙ medicamen consolidatiuum cum auxilio naturæ addit in quantitate carnis, donec consolidetur vulnus: sed aliquando tibi occurret: ꝙ consolidare volueris vulnera: & nũquam poteris cũ medicinis sumentibus nomen consolidandi: quoniã quandoq; vulnera distemperãtur in caliditate aut fri.

E vel sic. vel humiditate. Bonus ergo medicus debet de hoc prouidere et reducere hoc tale distemperatũ cum contrario ad suum temperamẽtũ, ver. gra. Si vulnus fuerit valde superflue calidum: quod significat rubedo & caliditas: appone medicamina frigida: sicut vnguẽtũ de cerussa, vel aliud simile: donec remoueatur illud qđ supfluit de caliditate: & similiter intellige de alijs qualitatibus. Multa adhuc alia occurrunt impedimenta consolidationum. Exempli gratia. Sicut caro mala q̃ oritur in vulneribus: aut caro callosa siue dura circa labia vel intus: vel malus humorq erat in corpore vulnerati: quæ oĩa a medico consideranda sunt. Oĩbus igitur his casibus impedientibus addere oportet suam medelam: et cum suo cõtrario morbũ abijcere: & postea reuertaris ad consolidandũ vulnus: tam cũ medicinis simplicibus quam cõpositis. Primo er-

F go ĩcipiamus a medicinis simplicibus approbatis per egregios doctores. resina sic. hoc est pulucrizata, puluis myrti, puluis abrotã, assati. i. rutæ caprariæ, puluis corticis ęris, puluis olibani, puluis lithargyri, puluis cẽtaureę minoris, puluis venæ tinctorum. i. ruza. puluis aristol. puluis ex ossibus cõbustis, puluis aluminis rochiæ combustæ, puluis gallarũ cypressi, puluis foliorũ ficus, puluis herbę pedis coruini, puluis stercoris canis comedẽtis ossa, puluis lacerti viridis, puluis ireos, puluis thucię. In complexionibus autẽ calidis. puluis sandali, puluis nenupha. puluis aloes, puluis rosa. puluis aristol. puluis cholchotar. i. vitrio. combustũ, & lithargy. puluis cerussæ, & puluis sepiæ.

Vnguentũ consolidatiuum. Re. pãnũ lineũ ablutum & nitidũ, & tere vel cũ cultello, frica: & fiat puluis sicut alcool: deinde sume oleũ vehementis stypti-

G citatis: sicut oleum myrtinum: & pone in ipsum parũ galbani, & dissolue: et pone in ipsum pãnũ cõfectum: & ex eo fac vnguentum: & si vis ꝙ fortius operetur: addatur parum thuris & aristol. rotundæ combustæ: & istud est vnguentum relatum ab antiquis.

Vnguentum nigrum auctoritate Auicẽ. quod vocatur vnguentum tetrapharmacum. i. de quatuor rebus. Recip. lithargyri, vnc. i. aceti fortis, vnc. iij. olei, unc. i. decoquantur omnia cum studio ne aduratur et moueatur: donec coaguletur: & istud vnguentũ positum est ab Auic. in quinto. Sed si vis, vt adhuc fortius faciat nasci: tũc pone de thucia, opopa. aristol. adusta. ę. p. vt sit sicut pondus medicinarũ quatuor.

Vnguentũ digestiuũ & incarnatiuum. Re. terebinthinæ lotæ, vnc. iiij. mellis ro. colati, vnc. ij. myrrhæ, sarcocollæ, ana drac. vi. farinæ hordei, unc. i. uitellos

H ouorum. ij. croci, drac. i. misceantur omnia bene cum spatula: ut bulliant aliquantulum cum igne lento.

Vnguẽtũ de centaurea incarnatiuum. Re. centaureę mi. unc. i. aristolo. rotundæ, unc. ʒ. uenæ tinctorũ, et laccę, ana drac. ij. terebin. unc. i. olei mastiches, unc. i. ceræ quod sufficit: fiat unguentum.

Vnguentum citrinũ cõsolidatiuum in pueris. Re. terebin. unc. ij. cerussę, unc. i. olei myrti, unc. ij. argen. ui. extincti, drac. ʒ. ceræ quod sufficit. fiat unguentum in mortario sine igne propter argentum ui. ne saliat.

Cerotum siue unguentũ durum de cerussa. Re. cerussæ & olei ro. ad placitum in triplo de oleo: & tãdiu decoquantur donec denigrescant: et fac lentum ignẽ: & cum unguentum incipit inuiscari: adde de sapone castrati ad tuum placitum: & fac cerotum.

Cerotũ de minio mirabiliter ualet. Re. minij. unc. i.

olei

olei rof. vnc. ij. et tādiu bulliant tantū cum lento igne: ne minium in profundo caciæ aduratur: & fac ipsum viscosum & durum ad formam ceroti.

Puluis cicatrizatiuus. Re. pulueris ossiū cruriū vaccarū adustorū, unc. i. pulueris alu. adusti, unc. 5. pulueris aluminis zucharini, drac. ij. misce simul.

Puluis rub. Re. ruziæ tinctorum, ossium vaccæ cōbustorum, merdasengi, ana drac. ij. thuris, aloes, drac. ij. sarcocollæ, memite, ana drac. i. fiat puluis.

Puluis alius rosorū. Re. cerussę, plūbi, balaustię, ana dra. vij. gallarū, se. ro. alu. añ. puluis corallorū, dra. i.

Medicamen optimū pro senibus. Re. hordeū cōbustum, & pulueris resinę siccę & sauinę et cum cerus sa plūbi, ana dra. i. & fiat puluis: quia valet ꝓ senibus.

Vnguentū mirabile in omni complexione. Re. sapone albū, vnc. i. pulueris endici, pulueris curcume, pulueris sang. drac. pulueris succi chelidoniæ cōgelatæ, ana vnc. 5. resinæ pini, vnc. i. 5. pulueris batturæ gris drac. ij. antimonij, drac. i. ceræ citrinæ & olei rof. quantū sufficit ad incorporandū: & adde modicū de visco quercino: vt fiat bona conglutinatio.

*Sequitur capitulum de medicinis facientibus nasci carnem in uulneribus & ulceribus.*

*De medicinis facientibus nasci carnem: & est expositio dictorum superius capitulo quarto.* Cap. XI.

Iam dixi proprietatē medicinarum facientiū nasci carnē: & quomodo oportet vt sint in cōplexionibus suis. Hoc autē capitulum est expositiuū illius qđ dixit supra de medicinis generantibus carnē: cōtinuādo dicta Auic. & dicendo magis in speciali. Medicinæ quidē facientes nasci carnem, administrētur cum mūdificatiuis, si fuerit locus: & si in ꝓfundo vulneris erit os discoopertū: tunc mundifica illud os raspando illud: & exicca ipsum fortiter cum zegi. Nā lenitas siue humiditas extranea ossis prohibet natiuitatē carnis super ipsum: & cum exiccatur & raspatur cum raspatorio, est illud super quod fit materia, ex qua generatur bona caro. Medicina igitur generatiua carnis exiccat in primo gradu: & parum plus aliquādo secundū cōplexionē membri cui applicatur: quia medicina facit nasci carnē in uno corpore: & in alio nō: hoc est: quia in vno est diminuta exiccatio, in alio temperata propter diuersas complexiones aut regiones. Omne quidē exiccatiuū cuius siccitas est minor siccitate corporis, non facit nasci carnē in aliquibus corpibus: donec pertranseat æqualitatem in siccitate conuenienti et debita. Nā cōtingit ꝙ exiccatio debet esse in respectu ad vlcus ad cōplexionem corporis. Exempli gratia. Aliquando vulnus est humidū & corpus sic. & sic econtrario: & quandoq; sunt ambo humida: & quandoq; sic. In prima dispositione, quādo corpus est humidū & vlcus siccum: sit sicut olibanum & farina fabarum & farina hordei: & maxime cōueniunt in complexione senum. In secunda dispositione, quando cōplexio erit sicca & vulnus humidū: tunc necessariæ sunt medicinæ vehementius exiccatiuæ cum mensura & operatione: vt aristolochia, radix opopa. & dragagāthū. & vitriolum adustum. In duabus autē alijs dispositionibus. s. qñ ambo sunt hūida: uel quando ambo sunt sic. administra sicut sunt medicinæ mediæ: sicut iris & farina lupinorum. Senes autem, vt tangit Aui. egēt medicinis, in qbus est caliditas maior, et attractio fortior sicut pix, thus, farina hordei, farina fabarum, farina orobi, radix lilij, aristolo. climia, opopanax. Sed si videbis te nihil proficere cum vno vnguēto: tunc declina ad aliud vnguentum: quia in una medicina reperiri potest conuenientia & disconuenientia: & ꝓpter hoc conceditur fieri admistio plurium medicinarum ad inuicem considerando: quia una supplet virtutem alterius. Igitur dico ꝙ a me ostensum est: ꝙ omnibus vulneribus desiccatiua conueniunt: sed tamen si sunt concaua minus quam in alijs vulneribus: desiccatiua sunt apponēda. necesse tñ est ea esse mūdificatiua. Eis vero quæ solum oportet solidari multum desiccatiua: nisi mundificationis et parum stypticitatis habentia conueniunt: quæ autem sunt cicatrizāda, stypticis & desiccatiuis opus habent.

Vnguentū faciens nasci carnem & digestiuū. Re. terebinthinę bene lotę cū vino, vnc. ij. & vitellos oui numero. ij. mellis, drac. ij. thuris, drac. i. fiat mistio.

Aliud vnguētū pro pauperibus: quod cito potest fieri. Re. terebinthi. vnc. i. & misce cum vino vitello oui sine igne: et si tu vis, potes abluere terebinthinā: et erit bonum in pueris ipsam abluere.

Aliud vnguentum generatiuum carnis. Re. terebinthinæ, vnc. ij. vnum vitellum oui. mellis ro. drac. ij. farinæ milij, & thuris. & sang. draconis, ana drac. i. misce: & fiat vnguentum extensibile.

Aliud vnguentum digestiuum & generatiuū carnis. Re. resinæ pini, & terebinthinæ, ana vnc. ij. ponātur ad ignem, & liquefiant, & colentur per petiam: & postea addatur de terra alba et oleo rof. quod sufficit: & fiat vnguentum: & postea addatur puluis thuris, sandarachę, sarcocollę, ireos, drac. ij. & optime incorporentur insimul cum spatula: postea malaxentur cū vino montano pluries.

Vnguentū generatiuum carnis: vbi esset mala cōplexio calida. Re. cerussę lotę, vnc. iiij. lithargy. vnc. i. olei violati ro. ana vnc. i. ceræ quātū sufficit: fiat vnguentū: & in fine addatur vnū albumen oui recētis.

Puluis generatiuus carnis: vbi possit puluis remoueri omni die: & hoc in vulneribus. Re. radicem herbæ quæ vocatur falconeria, aliter vocatur herba vngarica: & assimilatur maluauisco & floribus & folijs & in radice: & exiccetur radix in furno: & fiat puluis: quia nulla res est magis mirabilis in generando carnē: & est calida & sicca, in secundo gradu: & multum valet in tibijs.

Puluis de sanguine dracōis, de myrrha, de aloe, de sandaracha, de thure, de lithargyro, de hermodactylis, de aristol. de sarcocolla, de corallis rubeis, & osse cōbusto, et antimōio, & flore ęris, et thutia, et de alijs.

Vnguentum generatiuum carnis in senibus. Rec. picis naualis, vnc. ij. depuratæ a sordibus, terebinthinæ & resinæ pini, vnc. 5. pulueris floris æris, scrop. ij. lithargyri, drac. ij. olei communis & ceræ quod sufficit: fiat vnguentum.

Aliud vnguentum incarnatiuum: & vocatur vnguētum cerafeos faciens nasci carnem in vulneribus: & mundificat & incarnat vulnera. Re. aristol. rotundæ, radicū ireos, sanguinis draconis, ammoniaci, sarcocollę, ana vnc. 5. lithargyri triti et puluerizati, vnc. v. & decoque lithargyrum cum lib. i. olei vsq; ꝙ liquefiat: & confice cum alijs.

Aliud vnguentum mirabile optimum ad vulnera putrida: & generat in eis carnem, & sigillat: & prohibet putrefactionē. Re. myrrhæ, aloes, sarcocollæ, ana

partẽ.i. mellis diſpumati duplum ponderis omnium vini boni albi quantum ſufficit, fiat vnguentum: decoquatur cum facilitate: vſq; quo habeat ſpiſſitudinẽ: & quandoq; additur in medicamine vitriolum, pars ʒ. & proprie quando intendimus conſumere carnem ſuperadditam in vulneribus.

*Sequitur de uulneribus in capite abſque læſione oſſis cum uulnere & cum contuſione. Cap. XII.*

Contingit autẽ multipliciter caput ab re obuiante aut re obuiata vulnerari vel contundi ſimul & ſemel: aut in loco cooperto a capillis: aut ĩ loco diſcooperto abſq; lęſiõe oſſis. Si autẽ tale vulnus erit ſimplex: vnica erit intentio curatiua. ſ. coniunctio partiũ ſolutarum: & hoc cũ ſutura ſiue ligatura incarnatiua ſi vulnus fuerit inuẽtũ in loco diſcooperto a capillis. Si autẽ fuerit vulnus in loco cooperto timendum eſt valde: ne vulnus ſit peius ſua apparentia: quia ſi læſio tranſiret almocati, huic capitulo nõ ſolus modus curandi pertinet: ſed ad capitulũ de fracturis oſſium et algebra. Medicinæ autẽ incarnatiuæ, debent eſſe exiccatiuę vt ſupra in regulis puluerizatę deſuper ea cũ medicina tali in capite incarnatiua: cuius talis puluis. Re. aloes, myrrhę, olibani, ſang. dra. ana drac. ĳ. Sed ſi tale vulnus fuerit cũ effuſione ſanguinis: tunc cura fluxũ ſanguinis ipſum reſtringendo cũ albu. oui & pulueribus cõſtrictiuis, & faldellis ſtupę madefactis in vino ſtyptico, & expreſſis tantũ bene: & poſtea madefactis in albu. oui, cum pulueribus bene conquaſſatis & abraſis capillis cũ forficibus ab ipſo uulnere. Reſtricto ſanguine curetur vulnus ſicut curantur alia vulnera ſimplicia. Dixit nanq; Ariſto. etiã de partibus animalium: ꝙ cerebrũ gallinarum aſſatarum quantũ eſt poſſibile a ſua proprietate & cõuenientia confortat cerebrum, et retinet fluxũ ſanguinis. Maximũ quidem ad exiccandũ vulnus, & ad retinendũ fluxum ſang. dicitur eſſe fermentũ exiccatum: & ſupra vulnus puluerizatũ per ſe ſolum. Si autẽ vulnus fuerit aſſociatum cõtuſione: tunc procede in hoc caſu maturãdo et digerẽdo apoſtema: ſed pro ſua curatione procede cum emplaſtro facto de farina hordei, & cum calamentho, & maiorana, folĳs lauri, florum chamomillę, & florum aſari, & ſtœchados, arabi, & origani.

Curatio vulnerũ capitis vſq; ad almocati. Almocatus eſt pãniculus cooperiẽs os. Re. olei ro. ſic calidi & infunde in vulnere pro aliquibus diebus: & circũcirca vulnus apponendo ſtuellos madefactos in oleo ro. & ſupra pone hoc tale vnguẽtũ. Re. reſinę pini bene puræ, vnc. ĳ. pulueris thuris, & gũmi elemi, & vernicis, ana drac. ĳ. olei roſ. & ceræ quod ſufficit: fiat vnguentum ad formã vnguenti citrini: & poſtea ablue ipſum cum vino montano, quãdo erit quaſi frigidũ.

Emplaſtrum cõfortatiuũ cerebri quod multũ cõuenit in hoc caſu capitis. Re. farinæ hordei, calamẽthi, origani, ana. M.i. florũ chamomillæ aſari, maioranæ, folĳ ſtœchados arabici, foliorum lauri, ana. M.i.ʒ. olei roſ. & chamomilini, ana vnc. ĳ. fiat emplaſtrum cum ſufficienti aqua ad coquendum ipſum: & iſtud emplaſtrum maxime valet, vbi erit vulnus cum contuſiõe: & etiam ſi fuerit vulnus cum fractura cranei.

Aliud remediũ valde conueniens in capite, quãdo erit vulnus cum cõtuſione. Re. mel ro. colatũ, & ꝓĳce in vulnere: quia abſterget ſaniem, & conſeruabit, ne caro vlterius putrefiat: quamuis ſit contuſa.

## Tractatus ſecundus de caſu & offenſione & de cõtuſione, & attritione, & excoriatione, et punctura, & fluxu ſanguinis, & primo de contuſione, & attritione. Cap. XIII.

Diſpoſitiones ægritudinales quæ accidere poſſunt iuncturæ Auicen. teſtante in capitulo primo de diſlocatione, dicuntur eſſe quatuor: quod cadit hic ſcire in capitulo de caſu et offenſiõe, et de contuſione, & attritione. Prima quidem dicitur diſlocatio. Secunda contuſio. Tertia agamen. Quarta elongatio. Diſlocatio eſt, quando vnum os ſeparatur ab
F alio per contiguitatem iuncturæ ſeparatione integra. Et dicitur diſlocatio, quãdo os erit extra ſuum ſitum locatum. Contorſio eſt, quando non eſt ſeparatio integra a iunctura ſua nõ completa neq; apparente manifeſta. Egamen vero eſt imperceptibilis diſlocatio cum extenſione ligamenti iuncturæ. Elongatio eſt qñ iunctum additur ſupra lõgitudinẽ naturalem: quę fit ab humiditatibus viſcoſis, maxime facientibus lubricare iuncturas: ſed hęc retardamus: quoniã hęc ſpectant ad capitulum de diſlocatione: quia hic intendimus loqui de contuſione et attritione.

Contuſio eſt ſolutio continuitatis plurimum partium numero in lacerto: muſculus, et peſſiculus idem compoſitus eſt ex carne, groſſus in medio vt fuſus, & in extremitatibus ſubtilis vt cauda lacerti: & propter hoc dicitur lacertus: quia in formam
G lacertæ: & eſt compoſitus ex carne neruo & ligamẽto: & ab ipſis lacertis oriuntur chordæ ad dandũ motum. Nerui autem oriuntur a cerebro mediante nucha ad dandum ſenſum. Cum autẽ acciderit ꝙ lacertus cõtundatur: ſępe effunditur ad ipſum ſanguis plurimus: ex quo fit apoſtema: quod raro cõtingit: ꝙ nõ putrefiat: quia nõ exhalat per poros: qui ſunt conſtricti conſtrictione rei cõtundentis exterius ex parte ſanguinis apoſtemati interius: qui ſi non reſoluatur, ducit membrum ad putrefactionem. Et non ſolũ fit apoſtema propter contuſionem & attritionem carnis & lacerti tantum: ſed etiam propter contuſionem & rupturam venarum, tam magnarum quam capillariũ, & circũſtantium illi loco: & excoriatio quæ ſequitur ex contuſione, aut ex caſu, vel offenſione: ſi non pręparetur ad curandum: accidit cancręna & mortifica-
H tio illi pelli excoriatæ: ſed in attritione villorum procede quantum potes ad ſanandum dolorem.

Omnis nanque attritio eſt contuſio: & non omnis contuſio attritio eſt: cuius curationem tangit Galenus dicendo non ſolum in plenitudine corporis, ſed etiam in temperato exiſtente purgato confert phlebotomia propter magnitudinem morbi. Et alibi Auicenna in capitulo de formica. Cum non incipis cum euacuatione humoris ſecũdum quod oportet, immo medicaris vlcus ſcilicet fieri cum eo quod ſanat, redit ex alio loco cum nocumẽto paruo. Et in capitulo huius materiæ dicit Auicenna. Non reperitur in pluribus harum diſpoſitionum hoc accidenti excuſatio a phlebotomia: immo opifices artis præparant ad illud, ſcilicet phlebotomiam quamuis ſit mundum. Phlebotomia fit ratione trium

modorum

modorũ in corpore humano: aut ratiõe cacochymiæ uel plethoræ: aut ratione minuendi materiam peccantem, in quanto, vel in quali: aut ratione diuersiõis: qđ itelligi debet in hoc casu: ne sanguis bonę qualitatis et quantitatis cũ peruenerit ad locũ contusum, plusquã debitũ & nõ pro debitis operatiõibus: et talis sanguis est appellandus malus. Facta phlebotomia festinetur ad localia: sicut sunt emplastra prohibẽtia fluxũ materiarum ad locũ: & talis prohibitio est cũ infrigidatiõe & stypticitate: quod nõ laudo in magna contusione. Cum autẽ iam sanguis fuerit in loco cõstrictus, et solutis continuũ: & times ꝙ membrum putrefiat: necessarium est in tali curatione extrahere sanguinem: vt nõ putrefiat aliqua particula mẽbri. Si vero fuerit possibile ut talis sanguis propter raritatem porositatum resoluatur: cũ embrochis aquarũ calidarũ, et cũ vnguẽtis & emplastris fiat. Et medicinæ carminantes sanguinẽ mortuum, olea resolutiua, & resoluẽtia lassitudinẽ in carnem lęsam seu lassam siue contusam: sunt oleum chamomilinũ, & anethinum, & de cymino, & de croco, & bdellium, & crocũ, & cyminum decoctum, & aqua ad locũ embrochatum. Gal. quoniã membra in quibus calida apostemata sunt: cataplasmanda sunt calidis & humidis. hoc tamen nõ fit secundũ primam intentionem: sed vt alleuient dolorẽ ab eis, & eius mitigent accidentia. Item Gal. dicit ꝙ aliquãdo cohibet nos phlebotomia plenitudine corporis nõ apparẽte. Verbi grã. Si morbus est fortissimus et molestissimus: & virtus ĩfirmi sit fortis: nõ dubites de phlebotomia.

Emplastrũ carminans sanguinem mortuũ, quãdo nõ erit bene profundatus. Rec. maluę absinthij, ana. M. ij. in aqua decoctionis farinę hordei, & semi. lini, et fœnugręci, & florum chamomillæ, furfuris, ana. M. i. sulphuris, drac. ij. & coque omnia cũ decoctione maluæ & absinthij: & supra locum appone.

Emplastrum mirabile carminãs sanguinẽ mortuũ. Re. ceræ, drac. ij. & misce cum aqua calida: & cũ dicta aqua misce parum mellis, & farinæ hordei: & coque vsq; ad spissitudinẽ: deinde adde parum pulueris arsenici: & istud emplastrum mirabiliter resoluit.

Aliud quando sanguis nõ erit valde profundatus. Re. florũ chamomillę, meliloti, ana. M. i. pulueris carnii dauci, fœniculi, spicæ nardi, ana drac. i. olei anethini, & chamomilini, ana vnc. ij. farinę hordei. M. s. mellis, vnc. i. syrupi acetosi, vnc. s. misce: & fiat empl̃m.

Emplastrũ ad resoluendum sanguinẽ mortuũ optimũ. Re. ceræ vnc. ij. terebinthi. resinę, pini, ana vnc. vi. olei ro. & chamomilini, ana vnc. viij. farinæ fœnugræci, thuris, myrrhæ, cymini, calamenthi, origani, se. rutæ, ana vnc. s. & fac vnguentum, & coletur: & cũ infrigidatũ fuerit, addantur pulueres supradicti: & cũ spatula bene incorporẽtur adinuicẽ: & cũ isto vnguẽto totus locus læsus vngatur sempante comestionẽ.

Vnguentum mirabile dictum martiatum optimũ & mirabile ad carminandum sanguinem mortuum. Rec. ceræ albæ, lib. s. olei, lib. iiij. rutæ, vnc. iij. s. tamarisci, vnc. iij. saluię, roris marini foliorum lauri, sauinę balsamitæ, vnc. iiij. lilij, calamenthi, spodij, artemisiæ, enulæ, betonicæ, brancæ vrsinę, spargulæ, pimpinellæ, agrimoniæ, absinthij, herbæ parelesis, herbæ sanctæ Marię, cymarũ sambuci, herbę grasulæ, millefolij, semperuiuæ, chamędryos, centaureę, fragulæ, quinq; folij, herbæ cetrach, ana drac. ij. euisci, radicis cymini, ana vnc. s. myrrhæ, vnc. iij. fœnugræci, vnc. s. & dra.

A ij. butyri, vnc. s. drac. i. vrticæ, violarum, papaueris rub. mentę sarracenicę & alię mentę, lapathij, polytrichi, carduncelli, matris siue gariophyllatæ, melusa. linguæ ceruinæ, crispulæ, camphoratæ, styracis, medullæ ceruinæ, ana drac. ij. olei nardini, drac. i. herbæ colligantur in medio mensis Maij: & vna die omnes vel duobus: si potest esse, ab hora tertia vsq; ad meridiẽ. confice sic herbas tritas in odorifero vino septem diebus. octauo vero die ad lentum ignem ponantur: & cum uinũ aliquantulum cœperit consumi & inspissari: addatur prædictum oleum: & bulliant donec herbæ incipiant diminui: deinde studiose colentur et proiectis herbis ponantur: et cum cœperint bullire, pone styracẽ: & cum modicum bullierint, pone butyrum, & axungiam aliquantulum contusam, & oleum nardinum, mastichinũ, & olibanum: apponas postea ceB ram: & cum cera liquefacta fuerit, semper cum spatula agitando, ab igne depone: et cum coagulatum fuerit, in vase reseruetur.

Cum autem hæc sit vna disgressio ab obseruando ordinem Auic. oportet vt aliquid de magna contusione declaremus: vt ipsemet Auicẽ. testatur ibi. ꝙ si nõ fuerit ita: sed fuerint solutiones multæ & profundę & longinquę ab eo quod apparet: nõ esset excusatio a scarpellatione profunda: & remoueatur quod est remouendũ: procedendo sicut fit in apostematibus et vlceribus malis tactis in capitulo de pruna & cancręna, & alijs cum ventosis & scarpellationibus in pluribus locis: si materia erit multa: sed festinare ad aperiendum si accidat sanies: erit magis etiam cũ phlebotomo, quam cũ medicina caustica, cum fiat uelocius: sed sępe resoluunt medicinæ aperitiuæ absq; ꝙ C materia sanietur: & hoc quando caliditas naturalis adiuuat: et pori reperiantur aperti. Sed in summa ualent omnes medicinæ, quæ dicentur in capitulo de casu & offensione. Si autem accidentia fuerit ligatura: fac ligaturam defensiuam materierum cũ hastellis, si ossa sint fracta: & sine hastellis & plumaceolis, si non sunt fracta ossa: ligatura vero habeat inceptionem in parte inferiori strictam: gradatim relaxando vsq; ad locum cõtusum: et vltra ꝓcedendo ad superiora: magis stringendo: faciẽdo ꝙ fascia cedat supra mediam fasciam: & sit fascia de panno molli de lino, & nõ nouo: ꝙ melius ligatura adhærebit parti membri: & super carnẽ primo ponatur hoc tale emplastrum.

Emplastrum quod debet apponi in principio contusionis cuiuscunq; conditionis fuerit cum fractura siue sit cum vulnere: & in quacunq; parte corporis: & D cum fluxu sanguinis. Recipe albumina ouorum ad quantitatem illam: quæ sufficit pro illo loco lęso. Exẽpli gratia. Duo albumina, olei rosa. vnc. s. puluis boli armeni, drac. ij. sanguinis draconis, drac. i. volatilis molendini, drac. i. omnia conquassentur optime: deinde fiant faldellæ madefactæ in vino nigro prius expresso: & postea tingãtur in dicto emplastro, & actu calidas, si erit hyems, appone: vt citius a calore naturali actuetur: & postea secundum ꝙ ligatura illi loco erit conueniens: vel ligatura cõseruatiua: vel ligatura defensiua humoris: vel ligatura incarnatiua: vel ligatura expressiua. Hic solũ tãgitur de quarta defensiua.

Vnguentum ad resoluendũ sanguinẽ mortuum. Re. sanguinẽ colũbi vnius, & cymini, & chamomil. añ. dra. i. farinę fœnugrę. dra. s. spicę nardi, et spicę celticę, vini montani siue vini potẽtis, sicut uinũ malua-

ticum,& fiat vnguentum cum additiõe olei anethini vel ro. et ſi tu vis, potes facere emplaſtrum.

Vnum autẽ mirabile ſimplex vidi in contritiõe & cõtuſione, ſiue magna, ſiue parua. Re. calamenthi re moti a fuſtibus, & decoque in vino optimo, & appone loco patiẽti: quoniã mirabiliter remouebit ſanguinem & dolorẽ in lacerto vel muſculo conſtrictum.

*Sequitur de caſu & offenſione: quod capitulum incipit. Caſus & offenſio lædunt.* Cap. XIIII.

CAſus & offenſio differt a contuſione & attritione: non ſolum uerbo, ſed ſignificato. Contuſio eſt ſolutio cõmuniter ſumpta ĩ carne & alijs ad extra: & attritio in muſculo ad extra. caſus vero & offenſio ſunt attritiones et offenſiões pluriũ partium numero ad intra corpus nõ viſibiliter bene ad oculum apparẽtes: ſed vtplurimũ per ſigna & iudicia æſtimatiua. Caſus autẽ dicitur a cado dis: quia homo ſæpe de alto cadit: & ex tali caſu mẽbra interiora lęduntur. Offenſio autẽ dicitur ab offendo dis: quia homo ſtans ſæpe pacifice, a re proiecta ab aliquo offenditur. Et per hoc caſus & offenſio differunt a cõtuſione & attritione, quãtum ex parte intrinſeca & extrinſeca. Caſus autem & offenſio ſunt ualde timoroſa propter occultas ſolutiones in corpore accidentes in viſceribus & in pannicu lis ſuis, & in neruis eorum, & in venis, tam in magnis quã in paruis cõtentis in membris nobilibus: & eſt iterum timor magnus propter vehementiam doloris attrahentis de materia ad locũ. Corpus graue magis læditur quam corpus quod eſt leue: ſi cadunt ambo pariter de alto. Puerile autẽ corpus magis lęditur, quam corpus durum, & quod eſt graue: ſi ambo pariter fuerint offenſi: vtputa cum baculo vel lapide vel ferro & ſimilibus. Iterum glandulæ in caſu & offenſione ad intra per reſolutionẽ partium ſubtilium remanentibus ptibus groſſis: poſſunt generari & curari: cuius curatio habita eſt ſupra. Nocumenta ſequuntur ex inciſione lacertorũ in corde & ſtomacho: in tantũ ꝙ retinetur vrina & egeſtio: & aliquando egreditur inuoluntaria: & quãdoqꝫ accidit vomitus ſanguinis, & fluxus ſanguinis narium: qui ſignificat venã ruptam in ſtomacho. aut in hepate, aut in ſplene, aut in capite. Et quandoqꝫ accidit fluxus ventris, & ſtrictura anhelitus, & abſiſio vocis: & proculdubio appropinquat morti. Sed quãdo abſinditur ſermo: & inclinat caput ſine potentia eleuandi: & ſudat frons eius: vt ait Aui. tunc moritur ſtatim. Et hoc ſi ſudor erit frigidus ſiue diaphoreticus: ſed ſi accidat ex percuſſione, aut verberatione, aut ex punctione vomitus ſanguinis in hora illa in qua fuerunt punctiones & verberationes & fluxus ventris: & ſi euomuerit ſanguinẽ miſtum cum cibis: eſt ſignum manifeſtum mortis propinquę: ſed ſi adhuc apparuerit aliquod apoſtema: & poſtea occultatum fuerit, & quieſcat ſine aliquo accidente per ſpacium temporis, & poſt illud tempus euomat ſaniem, moritur ſtatim: & ille qui cadit ſuper tunicã vel ſuper faciem, & currat ex eo ſanguis plurimus, ad locum lęſum: tunc neceſſarium vt apoſtemetur, & moriatur. Illi vero qui cadit ſuper caput, & amittat vocem, & viuat vſqꝫ ad tertium diem: neqꝫ additur neqꝫ minuitur de ſalute aut de morte eius vſqꝫ ad ſeptimũ diem, expectando criſim, cum ſit morbus ſuperuacuus: & nullo modo moleſtetur cum medicinis ſolutiuis ante illud tempus, niſi fuerit cibalis & refocillatiua virtu-

E tis. localia vero & diuerſiones ſecundũ iudicium optimi medici fieri poſſunt. Nã cũ locus factus ex caſu & offenſione nõ rubet, & ſignum ꝙ nerui patiuntur: cũ ſint membra exanguia, & apta pati dolorem.

*Sequitur de cura caſus & offenſionis quod incipit, ſi non fuerit fractura.*

Curatio autem talis ſi fuerit ſine fractura & diſlocatione ex fluxu ſanguinis: quia illa ſunt remittenda in capitulo de algebra & fluxu ſanguinis. Primo oportet ꝙ ſuccurras mẽbro maculato per caſum & offenſionem taliter, vt conſtringat & cõglutinet ipſum, ne ſanguis concurrat ad locũ diuertendo. Primo ſi ætas vt virtus conſentiant, cum phlebotomia & ventoſis & ligaturis ad contrariũ attrahendo in extremitatibus. Et medicinæ quæ debent in caſu &

F offenſiõe tam extra corpus quam intra exhiberi, ſub quadruplici intentione concurrunt. Prima eſt ingroſſando ſanguinem cum vino granatorũ & ſimiliũ ad intra: ita ꝙ ſit cibus & medicina: & ſupra locum albumina ouorũ cum oleo roſato cõquaſſatorum cũ pulueribus conſtrictiuis. Secunda intentio, cũ medicinis conglutinatiuis tam ad intra quã ad extra: ut ſunt ſarcocolla, & radix ferlæ conferlæ, ſiue conſolidæ. Tertia intentio, procedatur cum medicinis reſolutiuis: vt ſunt altetera, ſpecies aromaticæ: ſicut ſunt muſcus & xyloaloe, & galiamuſcata, & calamus aromaticus, et ſpica nardi. & valet intus et extra. Quarta intentio, procedatur cũ medicina maturatiua et reſolutiua: vt ſunt althęa, ius hordei, & ptiſana, & candaruſium, et fœnũ græcum, & ſemen lini, & caules decocti, & ius cicerũ rubeorũ, & faſiolorum excorticatorum.

G Emplaſtrum conſtrictiuũ quod conuenit in principio prohibendo materiam humoralẽ: ne perueniat ad locum. Re. albumina ouorũ conquaſſatorum numero quod ſufficit: pulueris boli armeni, & ſanguinis draconis, & volatilis molendini: et miſce pro duabus viſitatiõibus: et fac faldellas madefactas ĩ vino nigro: & poſtea bene expreſſas et madefactas in dicto emplaſtro: & ſi tibi videtur, addere potes de oleo roſa. aut chamomilino, aut rutæ: & hoc eſt medicamen quod debet fieri ad extra: donec non currat amplius de humore. Item foca ſiue cirſa quam mulieres bene cognoſcũt: valet maxime ĩ facie et ĩ principio cõtuſiõis.

Emplaſtrum aliud ad idem. Rec. calamenthi, ſuccum maioranæ, & fœniculi, & foliorum abſinthij, & violarum, & roſarum ad libitum, & olei roſ. vnc. i. et farinæ hordei cum ſufficiẽti aqua abſinthij: fiat empla-

H ſtrum: & addatur in fine decoctionis, ſcrop. i. croci & bene adinuicem miſce.

Aliud vnguentum congelatiuũ ſiue oppilatiuum in augmento. Reci. ſucci prunorũ, ſiue acaciæ, aloes, boli armeni. ſordities vaſorum apum, ſumac, & aluminis. i. faſioli, & gypſum, & calx, ambo extincta, & rinzi. ana. omnia ſimul contrita: & cum debita quantitate optimi vini fiat emplaſtrum: & ſi vis addere de oleo roſa. vel maſtichino cum ſufficienti cera, fiat unguentum molle: & ſupra locum vnge.

Aliud vnguentũ conglutinatiuũ: quod conuenit ratione tertiæ intentionis, ſcilicet conſolidare & incarnare. Re. maſtiches, ſarcocollæ, thuris, ſandarachæ. i. vernicis, ſanguinis draconis, mumiæ, aluminis iameni, ana drac. i. fiat puluis: & apponatur in caſu et offenſione, vbi erit vulnus. & quando oportet fieri con-

glutinatio

glutinatio siue consolidatio: et si, uis potes addere istis pulueribus de oleo mastichino, & cera: fiat vnguentum: & vtere.

Embrochatio ad euaporandum materiã in mẽbro intrinseco secundũ quartam intentionem: quæ est in medicinis euaporantibus. Re. foliorũ cypressi, & foliorum sambaci.i. iesumi: & est arbustus faciens florẽ album ad formam violarũ albarum: et in maxima copia abundat Alexandria: in qua Sarraceni colunt Mahumet pro suo deo: & foliorũ albetil.i. foliorũ tamarisci: & est albor portata de vltramarinis terris: et similiter si ponatur lac acetosum: & cum sufficienti decoctione supra dictarum rerũ fiat embrocha: quia mirabiliter euaporabit materiam contentam in porositatibus: & hoc quando fuerit sine vulnere.

Aliud remedium mirabile: quod omnes Paduanæ mulieres rusticæ ferunt, habens quatuor intentiones assignatas. Re. aloen, siue loco ipsius herbam vocatam conferlam.i. cõsolidam: & optime pista: & super locum patiẽtẽ appone. Et quandoq; bulliunt in oleo: & quandoq; faciunt tortellos: et dant vnum qualibet die ad comedendum.

Item de dicto oleo in quo decocta fuerit prædicta herba, vngunt locum, & cum stuppa caneuę: quia est calida et in ea frigida, inuoluunt dictum infirmum.

Vnguentum mirabile in casu & offensione in qualibet intentione applicabili secundũ ęstimationẽ medici. Recip. bryoniæ, lib.i. radicis sicyi.i. cucumeris asinini, lib.ß. squillæ, vnc.iij. ireos, vnc.iij. radic. filiæ, vnc.i. radic. ebuli, tribuli marini, ana vnc.i. omnes radices ter vel quater abluas bene: & postea in mortario terreo terantur: et in duabus olei lenti ponantur: per duos dies: tertia die super ignem ponantur: & tandiu bulliant, donec radices incipiant diminui: postea ponantur in sacco, & exprimantur, & colentur: & cum colatum fuerit: iterum super ignem ponãtur: & cum bullire inceperint: ponantur ceræ, vnc. vij.ß. liquefacta cera ab igne deponatur: & cũ infrigidatum fuerit, collige: & vsui reserua. Nota q̃ si supradictę radices dimittantur in oleo per.x. dies: fortius esset, & magis valeret.

Vnguentum aliud mirabile vocatum aragon a Nicolao. Re. roris marini, maioranę, radic. iari, serpylli, rutæ, radic. cucume. asinini, ana. M.ij. foliorum lauri, sauinæ, vnc.i.ß. laureolæ, vnc. iiij. nepitæ, lib.ß. foliorum cucu. asinini, vnc.iij. mastiches, olibani, ana vnc. ij.ß. pyrethri, euphorbij, ana unc.ß. zinzibe. piperis, iana vnc.ß. olei muscelini, vnc.ij. olei petrolei, vnc.ß. adipis vrsi, unc.i.ß. olei laurini, unc.i.ß. butyri, vnc.ij. olei cõmunis, lib.i. ceræ, lib.ß. & drac.i.ß. Herbarum radices omnes supradictę colligantur de mense Iunij: omnes herbæ in vno die vel duobus fortiter in mortario tritæ, ponãtur in oleo per. vij. dies: & postea ponantur super ignem, & coquantur donec destruãtur: postea per saccum fortiter colentur: & iterum super ignem ponuntur: et cũ bullire inceperit, addatur oleũ laurinum, butyrũ, adeps vrsi, & cera liquefacta: adde petroleum, masti. musceli. & olibanum, zinzib. piperis, pirethrũ, tunc ab igne deponatur, & decoquatur.

Vnguentũ malasticum, & calasticum dictum dialthea a radice illa euisci dicitur malasticum mollificatiuum: calasticum.i. resolutiuũ. Item radicum euisci, lib.i. se. lini fœnugræci, ana lib.ß. squillæ, vnc.iij. radices bene abluantur, & terantur cũ se. lini, & fœnugrę-

A ci & squillæ. postea in lib. vij. aquæ ponãtur in sacco: & cum exprimere volueris, addatur aliquãtulũ aquę feruentissimę ad extractionẽ illius succi. De succo isto accipe lib.i. & mitte in duabus lib. olei: & bulliat vsq; ad succi consumptionẽ. Postea addatur ceræ, lib.ß. et cum liquefacta fuerit: adde terebinthinæ, & galbani, gũmi: ederæ, ana vnc.i. ad vltimũ ponatur puluis resinæ, colophoniæ, ana vnc.iij. & cum fuerit coctum, ab igne deponatur: & cum fuerit infrigidatum et conglutinatum, diligenter coletur, & vsui reseruetur: & in loco patienti extra vnge.

Vnguentũ aliud mirabile casus & offensionis. Re. oleum chamomilinũ, oleum amygdalarum dulciũ, olei sisamini, ana vnc.i. ceræ quantum sufficit: fiat vnguentum molle: & vnge locum.

B *Sequitur de casu & offensione supra uentrem.*

Iam diximus de cura casus proiectionis supra vẽtrem in libro tertio. et in Fen. xvi. et in capitulo vltimo. dicit Auic. Ad quem recurre pro cõpletiori doctrina: quia oportet vt iteretur modus operationis. Nã rectius in omnibus illis est ut extrahatur sanguis si possibile est: & detur in potu, post illud thuris & sang. draco. & boli armeni, et carabe, drac.i. cum vino cocto. Et si fuerit sputum sanguinis, aut fluxus eius per anum, aut vomitus, ponatur in ipso opij grana. iiij. hordei. Cibus autem cibandi infirmum in isto casu sit lenitiuus & infrigidatiuus: sicut sunt olea, atriplex, siue chrysolachana & malua. Sed cum intendis conglutinare: fiat cibus de arnoglossa: quę est species plantaginis, & de succis infrigidatiuis cum permistiõe lenificatiuorũ: sicut expressio solathri, arnoglos-
C sæ, aut endiuiæ. aut aqua supra dictarum aquarũ cum casiafistula. Et hæc maxime ab Auicen. experta sunt in hoc casu. Re. psyllium tritũ, par.i. laccæ, & carabe, quod est gũmi: amborum medietas quartæ partis, & croci. vij. pars. & potio eius sit drac.ij. cum aqua solathri. Itẽ ualent trochisci de carabelis carabe.x. rosa. v. acaciæ ablutæ, vnc.i. spicę indę. vi. meliloti, par.x. mastiches. iiij. corticũ thuris. iiij. boli armeni. vij. croci. vi. nucis cupressi. viij. fiant trochisci cum aqua plãtaginis: & hæc remedia conueniunt maxime, quando ægritudo transiuit principiũ. Medicamina autem localia sunt illud emplastrũ. Re. poma syluestria. x. decoquantur in vino cocto odorifero: et fiat optima eorũ contritio, ladani, vnc.i. & rosarũ, vnc.ij. & spicæ nardi, & mastiches, & eupatorij abluti, ana vnc.ß. conficiantur cum aqua cypressi: et expressa cum oleo de li-
D lio & emplastretur cum eis.

Vnguentum alabastrũ mirabile in contusione, & attractione, casu, & offensione: et etiã in vulneratis et flagellatis & in tortura cũ torqueatur, & similibus. & vocatur vnguentũ alabastrum nardi. spica nardi pretiosi quod Romani a Hierusalem attulerunt tempore, quo dominus noster Iesus Christus fuit crucifixus. Probatum est in omnibus febribus, & rigoribus, & calculosis doloribus lumborũ, petram de vesica rũpit, renum dolorem aufert, & hemicraniũ dolorẽ amputat, matricibus optime confert. Maria & Martha sorores Lazari hoc vnguento vsæ fuerunt. quod Re. sauinæ viridis, drac. v. gallarum cypressi, drac. lxv. roris marini viridis, saluiæ, ederæ terranę viridis, mille folij, artemisię, fœnugrę. herbæ benedictæ, se. lini, omnium ana vnc. vi. hęc omnia simul trita in aquę sexta

rios.xij. sextarius est pōdus auri.iiij.ʒ.aurus est quarta pars vnciæ: vncia sunt.viij.drac. mitte, & dimitte macerari vsq; ad tertium diem: postea adde olei sextarios.v.diligenter: tandiu coque donec ad oleū perueniat remota aqua. remoto vero ab igne & colato per saccum mundū additis ceræ mūdę, vnc.vij.colophoniæ, terebinthinæ, galbani, gummi ederæ, picis hispanæ, resinæ, olibani, masticbes omniū, ana drac.v.styracis. calamitæ, cozubri.i.picis, styracis liquidę, spicę, nardi: omnium trium, lib.i.balsami, vnc.iiij. quæ terēda sunt tere: quæ liquida liquefiant insimul, mistis omnibus diu agitando misce: deinde vsui reserua.

*Sequitur de flagellatis & uerberatis cura ipsius.* Ca. XV.

EVacuationes vtiles cum diuersionibus secundū vtilitatem & secundū diuersitatem nō obliuiscaris: quia in hoc tota perfectio curæ pendet. Hoc facto dixit sapiens.i.Gal. Cibus verberati & flagellati & similis, fiat ex ciceribus rubeis excorticatis: & fac ꝙ ius & substantia quasi sit idem.i.ꝙ nō sint nimis spissa. Et similiter faseoli cum corticibus suis, & cū brodio suo est ex radicibus optimis ad hoc, vt ducat materiā per uiam urinalē, cum sint diuretici. Et iterum ualet bolus armenus, et rheuponticum cū zinzib. & detur secundū descriptionem, vnc.i.ʒ. supra locum vero omnes concordati sunt ꝙ calida resoluentia temperata sunt optima. Pellis eius excoriata subito: & sic calida apponatur membro: & si illa frigescit: procede cū alijs superposito aliquando sal. & aliquādo nasturcio vel se. apij. vel cymini: mirabiliter uidi ægros in secunda die sanos fieri. hoc etiam cōfirmante Auic. Item valet, mirabiliter stercus bouis siue vaccæ. Item mirabiliter valet lithargyrus cū cerussa, & oleo ros. & ceram facto ceroto. Item valet epithema ex dragagātho, & & croco æquali mensura. Itē mirabiliter ad remouendum sanguinē mortuum siue vestigium. Re. arsenici, drac.ʒ. lapidis qui reperitur in pipere paruus trāsportatus de vltra mare cū pipere, dra.ʒ. butyri, vnc. ij. misce: & fiat vnguentū: & supra locum vnge.

Vnguentum quo usus fui in hoc casu. Re. lithargyrum aureū, vel argen.i.cerussæ, vnc.ʒ. thutię, drac.ij. olei liliorum alb. & cerę quod sufficit: fiat vnguentū: & supra locum line. Itē si sanguis erit in oculo sanguis calidus columbi iuuenis repertus in fine alicuius pēnæ de ala violēter extractæ: in oculo proijce: quia mirabiliter remouet resoluendo illum sanguinem existentē in coniunctiua: & per totū oculum circūcirca.

*Sequitur de torsione siue egamen: & quod maxime fit in mēbris officialibus sicut anchæ & adiutorii.* Ca. XVI.

CVm aliquis tormentatus fuerit in iunctura adiutorij: accidit torsio & egamen: & cum ista nō differant nisi secundū magis & minus: sub vno et eodem capitulo de cura istorū declarabitur. Dixit Aui. ꝙ melior curatio iuncturarū officialium, per officialium intelliguntur humeri & anchę. Dicit aliter alia litera, officialium intellige: non ꝙ aliæ iuncturæ nō habeant officium: sed est quidam modus loquendi secūdū ꝙ nos dicimus spondyles dorsi, non priuando, ꝙ non sint alij spondyles in partibus inferioribus a dorso. Nuclei autem dactylorum redacti ad formā pulueris cū terebinthina ad formā emplastri, sunt optimi in dislocatione. Si autē completiorem doctrinā medicinarum intendis habere: recurre ad vltimū capitulū

E de fracturis ossiū in fine huius q̄rtæ Fen huius q̄rti lib.

Emplastrum siue cerotum in confortando iuncturam vbi sit torsio & egamen. Re. terebinthinæ, vnc. iiij. boli armeni, sanguinis draconis, farinę hordei, ana & misce cum prædicta terebinthina: & ingrossetur in tantum, ꝙ fiat ad formā ceroti aliqualiter duri: & extende super corio vel petia: & appone loco iuncturo so: & est optimum.

Aliud ad idē quod valet vbi fuerit dislocatio aut torsio confirmando iuncturam aut egamen aut elongatio. Re. boli armeni, vnc.v. lithargyri, vnc.iij. cerussę dragmas.ij. sanguinis draconis, vnc.i. centaureę combustæ, vnc.ʒ. diachylon albi, drac.ij. olei rosa. & ceræ albæ & paululum terebinthinę quod sufficit: fiat vnguentum durum: & super corio loco appone: et si addes de sepo castrati, sparadrapū siue cerotum, optime valebit in tibijs.

F

*Sequitur de excoriatione quæ fit a subtularibus, aut a lapide, aut a pariete, uel a similibus.* Ca. XVII.

VT ait Auic. Excoriatio est corruptio & remotio pellis quæ accidit in superficie cutis p laboriosum tactum.i.per fricationem laboriosam: sicut si fieret ex fricatione subtularium propter longum iter vel ex fricatione lapidis, uel ad parietem. Hæc talis excoriatio generat apostema: si corpus inuenerit plenū: & aliquando non nascitur ex ea apostema, si corpus fuerit mundum: cutis est quandoq; tota excoriata & ablata a membro: et quandoq; nō ablata sed pēdens: quæ oportet vt reducatur pro sua curatiōe super partem excoriatā: & inuiscari cum ligatura cōseruatiua: quæ tacta fuit supra in capitulo vulnerū: et nullo modo incidatur, si habet adhærētiam cum parte sana: ita

G ꝙ nutrimentū possit pertransire de vna parte ad aliā absq; corruptiōe medij: & ꝑpter hoc nō est possibile aliqđ membrū totaliter separatum et incisum ab alio seiungi nec incarnari: quia calor uitalis veniens ad membrum inuenit intercisas vias: & sic nō potest pertransire. In pelle autem totaliter abscissa et ablata ponatur medicamen cicatrizatiuum absq; ligatura: si illud remanere possit ad hoc vt aer sit coadiuuans ad cicatrizandum: quoniā aer in omni dispositione habet exiccare corpora nostra. Duobus autem modis accidit excoriatio cum diminutione pellis. Vna quidem est superficialis tantūmodo in superficie membri. Alia est magis profunda cū diminutione vtriusq; pellis, scilicet carnosæ & cartilaginosæ. Et de mirabilibus in leui & superficiali pelle excoriata, valet pulmo arietis sic

H calidus super membrum excoriatum positus: & similiter valet pannus lini adustus cum oleo ros. arsenicū quoq; rubeū quod dicitur realgar in parua quantitate supra puluerizatum. & cucurbita adusta ad formā pulueris est maximi iuuamenti. acacia, gallę, & omne quod est stypticum lene. Vnguentum factū de cerussa, & est vnguentū mirabile. Similiter myrrha, et merdasengi.i.lithargyrus mistus cum vino: sed fumac est exiccatiuum per excoriationem leuē prohibēdo apostema: & hoc in forma pulueris: embrochatio quādo accidit scissura cum excoriatione sunt lentes & decoctio orobi, & aqua maris tepida, & emplastratio cum stercore sicco bouis aut de tartaro vel lithargyro. Si vero destructa fuerit & ablata tota cutis: valde necessarium est prohibere apostema secundū duas regulas: & postea procedendum cū his medicinis sigillatiuis: &

& hic est maior labor recuperare carnem & pellem amissam, quam de illa, quę est ablata in superficie.

Vnguentũ in excoriatiõe leui. Re. lithargyri, vnc. 5. vini nigri & simul misce: & fiat linimentũ: & extende leuiter supra mẽbrum excoriatum cum penna.

Vnguentũ aliud leue in excoriatione leui vbi amissa fuerit pellis. Re. ammoniacum, et plumbum vstũ, et cerussam, ana cum albumine oui conquassati bene: et misce omnia insimul: et adde vnum modicum realgar, si vis fortius.

Puluis optimus tam in omni excoriatione leui quã profunda. Reci. rasuram corĳ vnius corrigiæ de parte intrinseca: & appone supra membrum excoriatũ: mirabiliter confert.

Puluis alius in excoriatione optimus. Reci. pilorũ leporis minutim incisorum donec reducantur ad formam minuti pulueris: & vtere.

*Sequitur de pũctura et de disruptione eius qđ retinetur in carne ex spinis et sagittis et fustis et similibus.* C. XVIII.

PVnctura & disruptio vicinę sunt ad hoc: ꝙ vnaquæq; earum est penetratio corporis duri in corpore animalis. Differt autem punctura a disruptione: quoniã punctura fit a re acutissima nõ rumpente villos: sed perforante ipsos aliquãdo in superficie pellis: & aliquando profundæ in carne: quæ punctura est leuis nocumenti: & rectificatur per se et sine auxilio medicaminis: nisi accidat in corpore male complexionato. Disruptio vero fit a re penetrante cum disruptione partium villorũ: & hoc tam a re obtusa quam acuta. In omnibus autem euitetur apostema eius et dolor ipsius si expedit: & secundũ ꝙ est necesse: fac et procede, vt dictum est in suis capitulis ad sufficientiã: sed illud quod est necesse hic in suo capitulo scire, est vt extrahi debeat illud quod retinetur in corpore de re pũgente vel disrumpente. Exempli gratia. Si esset spina piscis, vel vitrum acutũ, vel fusus, vel acus, vel sagitta, & quæ sunt similia in corpore remanentia: quia genera sagittarũ in summa sunt. 22. et si alia reperiantur. sunt reducibilia ad ista: qa oportet ꝙ ille magister qui vult extrahere sagittã, sit sciens añ illud spẽs sagittarũ, et q̃ possunt fieri sagittę. Prima quidẽ sagitta potest esse facta ex solo ligno absq; ferro: et de omnibus ostẽdam per exemplũ hic. Secunda potest fieri ex sola arundine siue cannapaludis sine ferro. Tertia sagitta potest fieri tam ex ligno quam ex arundine addito ferro in extremitate. Quarta sagitta potest fieri, quãtum ad hastam, ex ligno: et ex plumbo quantũ ad caput. Alia sagitta potest fieri ex ligno quãtum ad hastam: & ex cornu quantum ad aliud caput. Alia sagitta potest fieri ex ligno quãtum ad caput: & ex ossibus quantum ad aliud caput. Alia sagitta potest fieri ex lapide, ut est funda, aut fallera, aut bombarda. Alia sagitta quãtum ad ferrũ potest habere tres angulos aut quatuor. Alia sagitta est quæ habet linguam unã, aut duas, aut tres versas. Alia sagitta est quę habet zugi, aut duos, aut tres versos versus lignũ. Alia sagitta est habens zugi duos vel tres incidentes ad interiora, vt incidant. Alię sunt habẽtes zugi, qui mouentur cum re simili torno: & dilatãtur cum extrahũtur. Aliæ sagittæ sunt quarũ zugi sunt rotundi magni & longi ad quantitatẽ vnius digiti: & dicitur rocheta. Aliæ sagittæ quædã sunt planæ & longæ triãgulatæ acutæ ad perforandum. Aliæ sunt sagittæ su-

A per quas sunt ferra minuta in profundo: & cum extrahitur sagitta, remanent in profundo vulneris, & sæpe patiens infistulatur. Aliæ sunt quæ habent zugi suũ firmum, & ferrum in hasta. Aliæ sunt quæ habent zugi suum rotundũ: & habent cannulã ex qua egreditur sagitta seu hastula. Aliæ sunt quæ cũ sunt in corpore aperiuntur, vt est corpus colli. Aliæ sunt quæ cum extrahuntur, remanet zugi in corpore: & sequitur hastula. Alia sagitta quasi venenosa tincta ex napello et cepe. Sagittæ extrahi possunt secũdũ duos modos. Primus modus per extractionẽ. Alius modus p expulsionẽ. Sed plurimum est timẽdũ qñ sagittam expellimus ab alio latere: ne expellamus perforãdo venã vel arteriã vel neruum iuxta positum. i. circa partes orificĳ: quia sequeretur magna hæmorrhosagia sanguinis: ideo oportet optime anatomiã oĩum

B membrorum intelligere: ne decipiaris tam in attrahẽdo, quã in expellendo. Si ferrum sagittæ fuerit occultum & sine hasta ad extra nõ apparens: tunc situa tali situatione membrũ, vt reperies foramẽ vulneris: & tasta cũ tasta ferrea vsq; ad ferrũ: & cõsidera cuius dispositionis sit illud ferrũ: quia aliquando necesse est foramen vulneris ampliare: aut cum incisione: aut cũ ruptorio, vt melius tale ferrum extrahatur. Si autem ferrũ haberet barbulas: sunt homines qui ponunt pẽnas seu cãnulas ferreas in barbulis: ne caro extrahatur cum illis barbulis. In sagittis autẽ venenosis, oportet vt concauetur caro circũcirca facta extractione sagittę. Caro. n. venenosa est mali coloris fusca, & mortificata. Si uero sagitta illa fuerit fixa in osse: tunc extrahemus ipsum cum instrumẽto verrucali retorto p oppositum propter consolidationẽ. Necesse est enim

C cũ aliquãdo sagitta firma fuerit in ipso osse: vt ipsum os circũcirca concauemus. ꝙ si sagitta firma fuerit in primo, os quod est supra sagittã cum rasorio aut alio instrumento: ita vt extrahamus sagittam. Sed si sagitta fuerit fixa in aliquo membro principali: sicut in cerebro, corde: quod cognoscemus: quia sagitta habebit motum cordis se aliqualiter mouendo: aut in pulmone propter suspiria & difficultate anhelitus. Si autẽ fuerit fixa in intestinis aut hepate aut matrice aut vesica: tunc considera multũ de tali extractione: quoniã fiet inquietudo maxima: & propter hoc fac ne tibi superueniat stolidus sermo: quoniã parum conferes infirmo. Si autẽ non apparuerint signa mala de quibus timeamus: tunc si vis lucrari: dic suis amicis: ꝙ vt plurimũ hi taliter vulnerati moriuntur: & ꝙ dubitas de eius morte. Et hoc addisce quasi ĩ omnibus ęgritudini

D bus, ĩ quibus aliquid dubitas: ꝙ nõ facias, sicut faciũt hi stolidi: qui dicunt facile hũc sanabo: quia prouenit aliquando mors: & magnũ recipis dedecus. Oportet tamen ꝙ medicus sit ingeniosus ad inueniendum instrumenta ad extrahendum sagittas: nunc cum tenacula: nunc cum vncino: nunc cum uerrucca: nunc cũ incisione & similibus.

Medicinæ attrahentes omne quod est fixũ in carne & in osse. Re. lolium puluerizatum, & radicẽ arundinis, radicem narcisci, & mel crudum, & terebinthinæ omnium, ana. puluerizẽtur omnia: fiat emplastrum, & addatur parum farinæ hordei.

Aliud medicamẽ valde bonum. Re. resinã pini recentem quantũ potes, vnc. ĳ. terebinthi. vnc. i. calcadis, drac. i. fermenti antiqui, per. xv. dies facti & pulueriza, si erit durum, vnc. 5. fac emplastrum.

Aliud remediũ ad extrahendum optimum, et maxime ferrum quod fuerit in osse. Re. ammoniacũ dissolutũ cum terebinthina, & galbani, ana vnc. 5. & ad ignem misce, & fac vnguentum.

Aliud remediũ mirabile. Re. radicem centũ capitum. i. asphodeli, & folia papaueris nigri, & folia arboris fici cum farina hordei, aut semine hyoscyami siue dentis caballini ana. fiat cum melle emplastrum.

Aliud. Rec. aristolochię longę, & cepe narcisci, & fel porci, et puluerẽ optimi lapidis magnetis. i. calamitę, & terebinthi. ana. & fiat vnguentũ vel emplastrũ.

Aliud solẽne remediũ quod feci multoties, & mihi semper bene successit: cõsiderando tamẽ locũ in quo erit fixum illud quod intendis extrahere. Re. oleum calidum & mistum cũ terebinthina & modicum calamitę, et proijce in foramine vulneris si ibi erit foramen, & tandiu madefac foramen, donec fiat sanies in foramine, & sic demum sagitta vel aliud cum paruo adiutorio exiliat: expectando tamen tempus, quo fieret digestio circa sagittam.

Emplastrum optimũ in frustis ossium. Reci. visci quercini, ammoniaci dissoluti ĩ aqua fœnugręci, vnc. i. fermenti & mellis, ana vnc. vi. olei antiqui quod sufficit. omnia simul terantur: & fiat emplastrum.

Aliud vnguentũ cõmune & valde bonum. Rec. cepe lilij cocti in aqua mellis, & axungiæ veteris: omnia simul incorporentur: et si vis vti attrahat ferrum, pone in emplastris puluerem magnetis: & quando tu vis conficere aliquod emplastrum attractiuum, semper cõfice cũ melicrato: quia attrahit, & prodest vulneri.

Aliud emplastrũ mirabile attrahens, cum quid est fixum in carne. Re. cepe lilij albi coctum in melicrato: & ammoni. ana vnc. i. cerę, vnc. i. 5. galbani, vnc. i. 5. resinæ pini, olei antiqui, vnc. i. molliatur galbanũ cum ammoniaco in aceto: & fiat vnguentum.

De animalibus sunt quædã ptes q̃ hñt ꝓprietatẽ. Caput lacertę viuæ abscisum sic calidum prodest, Lingua vulpis calida multũ attrahit, Rana calida excorticata, Radix arundinis, Cepe narcissi, Resina pini, Pix naualis cum puluere aristolochię.

Itẽ oleum calidũ cum sulphure mirabiliter mitigat dolorem: aut cũ modico croci, & maturat: & maturãdo disponit illud quod fixum est: vt cum putredine exeat sine nocumento magno infirmi.

Medicamen bonum faciens cadere os corruptum: quod sæpe cõtingit in punctura & disruptione: quod plene laudat Auicẽ. in capitulo de signis corruptionis ossis: quod sequitur circa finẽ quartæ Fen, quarti, Canonis: et hoc in capitulo de ventositate spinæ. Re. aristolochiæ, ireos, myrrhæ, aloes, corticis plantæ opopa. cambil adustum, & terram rubeam, vel arenã minutam, scoriam æris, corticis pini, ana. omnia aggregentur: & est quidem faciens cadere cortices ossium: & faciens nasci carnem bonam.

*Sequitur de combustione ignis quocunque modo peruenerit.* Cap. XIX.

CVm ignis & oleum & aqua feruens & similia attingant naturam quarti gradus in caliditate: tam accidentali quam naturali: & cum talis natura sit vt destruat aliquod membrũ: secundũ ꝙ plus & minus imprimunt ista in membro secundũ tempus. Nã debile agens agit in longo tempore illud, quod forte agens agit in breui. Sed aliquod agens aliquando im- **E** primit parum in pelle: & aliquando plus: & sic agit in pelle & in carne. Et aliquando agit in neruo, aut in vena, aut arteria: et aliquãdo in ossibus pedis uel manus: & aliquando in facie puerorum ea ossa denudando a carne & ab alijs circũstantibus: in tantum ꝙ illud os finaliter cadit a iũctura propinqua: vel natura diuidit discoopertum os a cooperto: sed utplurimum infantes cadunt in igne & in cineribus calidis: et cum vultu & cum manibus se quantum possunt defendendo: & patres & matres eorũ putant in principio nihil significare: donec magna flãma caliditate discõplexionat membrum cum vesicis & cum vlceribus paruis. Sed quantũ ad vniuersalem curam duæ intentiones concurrunt. Prima est prohibere vesicationẽ: & hoc fiat in principio. Secunda intentio rectificare quantũ potes illud quod est combustum. Omnes autẽ medicinę **F** quæ sunt necessariæ in prohibitiõe vesicationis, oportet ut sint infrigidantes absq; mordicatione: quoniam vt ait Hippo. Frigus est mordax vlceribus. Ad secundam intẽtionem, scilicet ad curandum illud quod est cõbustum, est necesse uti medicinis in quibus est extersio quædam cũ exiccatione cõpetenti: ita ꝙ nõ mordicet: & sint temperata in caliditate & in frigiditate: et quando indigẽt regimine vtroq;, simul regatur cum remouentibus malã complexionem prius: deinde indiget secunda intentione fiat. Si autẽ inuenimus membrum iam esse vesicatum: recurrendũ est ad regimen curatiuum: sicut sunt cimolea, bolus arme. lithargyrus, cerussa abluta, lentes decoctæ, & calx abluta, & oleum oliuę ablutum decies cum aqua recenti: & vitelli ouorum, & albumina sunt iuuatiua pro remotione doloris. Illa vero quæ sunt vt thus, & glutinum, et **G** pix, & sapo, & vernix, nõ conuenit ad hoc: quia quędam sunt calidiora quam oportet: & nõ carent virtute mordicatiua: et quædam sunt humidiora quã oportet: quare multum est considerandum ratione harum intentionum assignatarum. Medicamina simplicia in prima intentione, lutũ frigidum, nix, albumina ouorum, lac animalium, succus portulacæ, succus herbæ apostematum, succus fabæ inuersæ, succus lactucę, cimolea, terra sigillata, aqua frigida cisternę posita cum petia posita super locum, succus semperuiuæ, & vermicularis, & aqua rosata: & ad sũmũ omnia infrigidãtia in principio causa mouendi malam complexionẽ calidam conueniunt.

Epithema supra locum. Primũ quod debet fieri in cõbustione ignis: & hoc in prima intentione ad remouendum: scilicet flãmam ardorem & dolorem: & ad **H** prohibendũ vesicationem. Reci. albumina ouorum, cum vitellis, & aquam ros. & omnia cõquassentur, & cum petijs madefactis supra locum apponatur: donec infirmus sentiat quietem: & istud est de melioribus in principio.

Emplastrum valde conueniens, ne mẽbrum vesicetur. Re. violarum recentium si tempus fuerit: & pistentur optime: & supra locum apponantur.

Emplastrum conueniens in prima intentione. Re. rosarum recentium albarũ & rubearũ si tempus fuerit: & peroptime pistentur: & supra membrũ combustum apponatur.

Emplastrum aliud ad prohibendum vesicationẽ. Re. vnam rapam, & fac in medio vnum foramen: & imple illud foramẽ oleo cõmuni: & coque super prunas: & cum decocta fuerit rapa, munda a suo cortice: &

& peroptime pista: & fac emplastrum: & pone supra membrum combustum.

Vnguentum mirabile expertum per me ad remouendum dolorem et prohibendũ vesicationem. Re. succi cimarum tenerrimarum sambuci, vel succi corticis mediastini, quę reperitur inter lignum et corticẽ: olei cõmunis tantundem, et ceræ quod sufficit: bulliãt insimul: & fiat vnguentũ molle proiectũ super aquã fontis & malaxatum.

Aliud vnguentum mirabile. Rec. lithargyri, vnc. ij. olei ro. quod sufficit: fiat vnguentum molle in mortario & sine igne: & line cum penna, quoniã mirabiliter agit in superficiali cute.

Vnguentum mirabile quo vsus fui in quodam abbate de Cararia qui erat combustus totus ex una parte: et fuerat sagitta Tonãtis. Re. calcẽ viuam et decies extinctã in aqua frigidissima: & postea expressa aqua cũ petia et exiccata calce ad umbrã reserua, et tpe quo uolueris uti utere. Re. calcẽ prædictã, vnc. iij. olei ro. & ceræ et cerussæ lotæ optime cũ lacte alicuius animalis, ana vnc. ij. camphoræ, scrop. ij. ceræ quod sufficit. fiat vnguentum extensibile super petiã: & circũcirca locum sanum cum dicto vnguento semper paulatine procede: & hoc est peroptimum in sanando ægrum hoc dicto vnguento.

Emplastrum cõmune optimũ in vtraq; intentione causa remouendi dolorem. Re. porri elixati in aqua. M. ij. & cocti exprimantur ab aqua fortiter cum panno lineo: & adde duos vitellos ouorum: & olei rosa. vnc. i. & lithargyri, vnc. ij. omnia misce.

Vnguentum optimũ valde conueniẽs pro intẽtione secunda. Re. cerussæ, vnc. iij. calcis lotæ cum aqua fontis septies exiccatę optime ab aqua, vnc. ij. olei ro. & ceræ quod sufficit. fiat vnguentum.

Puluis in intentione secunda ad curandũ quod est vlceratum & vesicatum. Re. pulueris nucũ cypressi optime pistati, vnc. ij. & asperge supra membrum vlceratũ: quoniã iste puluis est valde mirabilis: talia vlcera superficialia cicatrizando & supra puluerem appone de supra dicto vnguẽto albo. Item valet puluis rosarum supra vlcera facta ex combustione ignis & similium. Itẽ puluis lithargyri argenti valet. Itẽ valet rasura chartarum capreti in formã pulueris. Itẽ valet puluis pilorum leporis minutorum: cũ forpicibus incisorum & suprapositus. Item valet puluis sumac. Item valet puluis malorũ granatorum. i. corticum dulciũ. Vnguentum autenticum de edera valet multum ex secunda intentione. Re. granorũ vel foliorum ederæ terãtur optime, & extrahatur succus olei cõmunis, ana. & ceræ albę quod sufficit. omnia in simul decoquãtur: vsq; ad cõsumptionẽ succi. postea ꝓijce supra acetũ albũ, et malaxetur istud vnguentũ.

Vnguentum aliud ad idẽ. Re. radices cardi asinini, & mundatas a superfluitatibus tere bene cum axungia porci. post modũ coque in aqua miscendo ceram, & fac vnguentum.

Vnguentum aliud mirabile in corporibus humidis. Re. axungiam recẽtem, et pone in aquã frigidam ad mollificandum per. 4. horas. deinde liquefiat axũgia, & coletur in panno subtilissimo & cum prædicta axunga ponantur. vnc. ij. cerussæ pulverizatæ, & cũ oleo ro. & cera fiat vnguẽtũ: qm̃ istud est mirabile.

Nota hanc regulam ꝙ in capitibus puerorum. i. in combustione ipsorum circa caput nunquã multum

A procedere debes cum medicinis frigidis: quoniã plures interficeres quam sanares propter infrigidationẽ cerebri. & de his dicta sufficiãt.

*Sequitur de fluxu sanguinis a uena uel ab arteria. Ca. XX*

FLuxus autem sanguinis vt omnes medici conueniunt procedit a venis magnis aut paruis aut ab arterijs. Causa ipsius sanguinis testante Auic. procedit ex octo causis. Prima propter aperitionem orificiorũ venarum: & propter earum debilitatẽ. Secunda causa propter nimiã repletionem ipsius venæ, quare crepat ipsa vena. Tertia causa propter nimium exercitiũ in clamando & saltando. Quarta causa propter uaporem: sicut sulphuris venientem de foris. Quinta causa propter disruptionem venarum a causa primitiua: sicut per incisionẽ vel contusionem. Sexta causa ꝑpter B humorem corrodentẽ intus. Alia causa propter fortẽ motum cũ repletione: hoc est si corpus sit valde plenum. Alia causa propter resudationem: hoc est si humor sit subtilis, & porositates venarum siue pannicula accidentes corporibus ipsarum sint rari. Cõsiderandum est maxime de fluxu sanguinis: quia aliquando procedit a venis pulsantibus: hoc est de arterijs: & aliquãdo a uenis non pulsantibus: hoc est quãdo oriũtur ab hepate. Arteriæ autem oriuntur a corde. Si uero sanguis fluit ab arterijs, difficilioris est curationis, ꝑpter duo. Primo quia corpus arterię semper est in motu naturali: & motus impedit consolidationẽ. Secundo propter cõtentum ab arteria. s. propter spiritus uitales, qui sunt subtiles, & qui fluunt & refluunt per arteriam: hoc quia quandoq; contrahitur arteria systolando: & quandoq; diastolando. Si autẽ sanguis uenit C a nõ pulsantibus uenis, est facilioris curationis, & minoris timoris. Dicuntur uenæ pulsatiles, arteriæ ab artando & eleuando se: et quia sanguis qui exit ab ipsis, semper erit cum saltu, & frequenter iterantur: & sanguis ipsarum est purior quam sanguis uenarũ. Fluxus sanguinis arterialis est periculosus ualde ratione cuiusdam accidentis. Nã ad fluxum sanguinis arterię, utplurimum sequitur aporisma: quæ uocatur mater sanguinis. Et mater quidẽ sanguinis fit quando nõ cõstringitur locus solutionis continuitatis arteriæ: & sanguis exiens ab ipsa arteria inuenit uacuitatẽ: & sic peruenit res aporisma antequam arteria incarnetur: si incarnari debet quæ est difficilis consolidatiõis. Sed multoties accidit ꝙ arteria disrumpitur absq; ꝙ disrumpatur illud quod est supra ipsam, & congregatur sub cute sanguis in copia faciens aporisma a causa primitiua D sicut a causa primitiua casus & offensionis & punctura & disruptione: sicut ex phlebotomia aporisma est apostema lene ex sanguine: & cum uentositate: quod possibile est quiescere cum compressione. Scias ꝙ fluxus sanguinis diuersificatur in retentione secundũ diuersitatem membrorũ a quibus exit: & diuersificatur ratione magnitudinis & paruitatis arteriarum. Et diuersificatur ratione coopercuræ carnis. Nã si sanguis fluat a pulmone & ab hepate in magna quantitate, est timor magnus de hydropisi & phthisi aut de morte: aut si fluat in parua quantitate continuando similiter, iudicabimus ab his duobus locis, & plus de pulmone quam de hepate. Sed si fluit a magna uena & a parua, plus timemus de magnis quam de paruis. Nam uenæ capitis non sunt timorosæ, cum sint paruæ: quia sæpe de per se consolidantur & cum paruo subsidio: uenæ

autẽ quę ſunt ſuper manus & pedes, & huiuſmodi interficiunt ſecundũ plurimum: et pro non maiori parte: quia ſunt diſcoopertę a carne. Quando vero in fluxu ſanguinis accidit ſpaſmus, & ſingultus, aut ſyncope: eſt mortale, quia ſignificat inanitionem venarum, neruorũ, & ſtomachi conſumptionẽ. Syncope namq; facit ceſſare fluxum ſanguinis: cũ ſit reuerſio ſpirituũ & humorum ad intra ad cor. Syncope ab auctoribus dicitur ſubitus caſus virtutis: hoc quia ſubito virtutẽ cadere facit. Gal. inquit: ſed ſi vulnus in vena non pulſante fiat, difficile ſolidatur. Si autem in pulſante, nõ ſolum dure ſolidatur: ſed & impoſſibilis erit cura. Vidi a quodam empirico, qui utebatur in cõſtringendo ſanguinẽ in vena, & magnum conſequebatur honorem. vtebatur hoc ſolo ſcilicet pilis filtrinis ex quibus fiunt pilei cõtra pluuiã, aduſtis: ita ꝙ ſi paululũ adhęrebãt ſupra locũ ĩmediate reſtringebatur ſanguis.

Puluis contra fluxum ſanguinis. Re. thuris albi gummoſi, aloes, ſanguinis draco. boli armeni, terræ ſigillatæ, pilorum filtri vſtorum, omnium ana. pilorum leporis minutiſſime inciſorum ad tertiam partem. miſceantur cum albumine oui, & vtere. addatur ſuc. hypocyſtidos, acaciæ ana. quartum. i.

Nota ꝙ fluxus ſanguinis niſi coacte operando, nõ debet reſtringi cum adurentibus & facientibus eſcharam, ne fiat emboriſma teſte Gal.

*Sequitur capitulum de curatione fluxus ſanguinis.*

Retentio fluxus ſanguinis a medico cõſiderari poteſt & perfici ex altero ſex modorum ſupraſcriptorum. Primo modo oppilãdo orificium cũ digito. Secundo modo ligando uenam ſupra foramẽ ſui principij cum filo & huiuſmodi, cum faſcia membrum. Tertio modo cum medicina conſtringente, & bucellante orificium vnde exit ſanguis. exempli gratia. cum albumine oui & pulueribus conſtrictiuis & pilis leporinis & tela aranea. Quarto modo cum medicina cõſtringente abſq; interpoſitione alicuius ſtuelli: & hoc fieri poteſt quando foramen nõ erit magnũ. Quinto modo eſcharã faciendo cũ ferro ignito multoties ſupra locum foraminis tangendo donec eſchara fiat. Sexto modo cũ medicina cauterizante: vtputa cum vitriolo aduſto. Alio modo cum retentione, & congelatione ſanguinis cõgelati ſupra: quia nõ prodeſt ſępe mutare: ſed dimittere vt ſanguis bene congeletur. Alio modo retinetur cum rebus inuiſcãtibus ex parte ciborum groſſorum: & ex parte medicinarum localium inuiſcatiuarum: ſicut thus, ſarcocolla, myrrha, olibanum, & pili leporini, & tela aranea, & ſimilia. Alio modo cum exiccatione forti vt tincta furni, vel lebetis, & ſimilia. Alio modo cum modis incarnatiuis tam ex parte ligaturarum, & ſuturarũ carnis, & medicinarum incarnatiuarum. Alio modo coartãdo carnem: et venas circũdantes, orificium vulneris oppilando, & claudendo clauſione vehementi, vtputa circũcirca locum cũ aqua frigida: et cum petijs infuſis in aceto multoties, donec ſanguis cõſtringatur, & ſupra locum fiant alia medicamina quæ ſunt neceſſaria: et ſic fluxus ſanguinis retinetur. Si autẽ apoſtema aſſocietur cum fluxu ſanguinis, et cũ vulnere, ligatura, cũ filo & intromiſſio licinij: neq; ſtrictura laborioſa laudantur: ſed adminiſtrare conglutinationẽ & ſtypticitatem & ſtupefactionẽ et inſpiſſationem ſanguinis cũ cibis & potibus. Si vero curatio fiat cum ſtrictura ſu-

E pra locum, aut ſciſſura, aut cũ propinquitate alicuius medicinæ facientis dolorem, nõ laudamus: quia omnis curatio doloroſa eſt mala & inconueniens: principalius quidẽ in omni retentione fluxus in mente medici ſemper duę intentiones concurrant. Prima eſt euitatio doloris, inquantum potes. Secunda eſt refrenatio partis, ſcilicet retinendi ſanguinis: cũ medicinis frigidis nõ eleuando, neq; deprimendo venam & arteriam cũ vncinis: & cum his faciẽtibus dolorem: quia facilis poſſet fieri, pceſſus ſanguinis, & eius exitus. Sed quando duæ intentiones concurrunt in mẽte medici perueniatur ad leuiorẽ cito ſecundũ illud quod citius haberi poteſt. Conſiderare etiã oportet vtrũ ſanguis veniat a vena quieta. an. a uena pulſatili, per ſigna ſua manifeſta quæ habita ſunt ſupra. Si autẽ ſanguis fluat ab arteria: oportet medicũ die noctuq; ſolicitum eſſe

F ſibi ponendo cuſtodiam: quoniã vidi ſanguinẽ arterialem per tres dies emanare. Quare agas cũ arteria tã quam cum vena cordis: et ſis ſolicitus pluſquam ſi eſſet vena procedens ab hepate: ex cuius fluxu ſæpiſſime tamen homines perueniunt ad mortẽ. Conſiderare hoc ĩ loco de fluxu ſanguinis duobus modis oportet. Primo, retinendo fluxum cũ rebus retentiuis ſine exitu: vtputa nocere membro vicino cum fricatione aut ligatione in alio membro: ſicut cum ſtrictura lutę, aut cum ventoſis ſine ſcarificatione. Secundo modo, retinẽdo fluxum ſanguinis cum alio exitu: vtputa cũ phlebotomia diuerſiua facta in vena cognata, attrahẽte ad contrarium, quæ vena ſit ſupra extremitatem lineæ diametraliter cum debita longitudine, & debita latitudine, & breuitate ſpatij, & in diſpoſitione ſubiecti corporis mundi, & ĩmundi. verbi gratia ſi ſanguis

G fluat a parte colli dextra, aut a parte manus dextrę: facere phlebotomiam in cubito ex eadem parte lateris eiuſdem partis: dum nõ ſit nimis propinqua: quia magis attraheret quam diuerteret. Sed ſi fieret phlebotomia in pede dextro ſtante fluxu in collo aut in manu dextra aſſignata, ſequeretur nocumentũ manifeſtum propter nimiã diſtantiã in diuertendo. Et optime notes dicta Auicen. quarta fen capitulo tertio vbi docet quomodo, oportet euacuare: & aſſignando talẽ canonem. Q; nõ oportet inter duas diametros prolõgationem facias: ſed in vnum tantũ qui ſit diameter magis propinquus. Nam ſi ſanguis fluxerit in ſupremo dextræ partis, non erit trahenda ad infimũ ſiniſtræ: ſed ad infimũ dextræ ipſius in mane: et iſtud eſt generale pręceptũ corpori nõ pleno: & in principio cum cognouerimus patiẽtẽ eſſe ſanguineũ: in diſpoſitione arteria-

H rum atq; venarũ: tam diuerſiones abſq; exitu: quam cum exitu ſanguinis: hoc tale magiſterium abſq; alio artificio locali ſæpe nõ eſt ſufficiens in retinẽdo fluxũ ſanguinis: laudauerunt antiqui cibos et potus chymũ ingroſſantes, vt ſunt lentes, & cibi de paſta, piſces, & caſeus, frumentum decoctum in epulo, et omnia neruoſa, vinum granatorum, agreſta, vinum ponticũ. i. forte, & ſimilia. Cum autẽ ſanguis fluit aut a vena aut ab arteria: conſiderare, oportet ſi ſit tantum vnus ramus, uel duo rami. Si ſolus ramus, conſidera ſi inciſio ſit totalis per tranſuerſum: an ſecundũ aliquam partẽ: aut ſit punctura in vna parte: an penetrans ab vtraq; parte. Si autem ſunt duo rami: tũc indiges duabus ſtricturis: & añ omnia oportet vt cognoſcas vbi ſit principium venarum & arteriarum: quandoq; in quibuſdam eſt ſuperius: ſicut in pedibus & in cruribus. Sed

quando

quando partem principij cognoueris manifeste, tunc
secure administra ī ea vena ligaturam vel stricturam
ex aliquo modorū octo. Primo, qualiter & quomo-
do debet ligari vena cū filo. Secundo, qualiter et quo
modo & quando per medicinā localē per buccelatio
nem sanguinis debeat restringi. Tertio, quo modo &
qualiter per medicinam localē absq; buccelatione san
guinis debeat restringi. Quarto, quo modo & quali-
ter fluxus sanguinis per congelationem ipsius debeat
restringi. Quinto, quo modo fluxus sanguinis restrin
gi possit cum cauterio ignito escharam faciēte. Sexto,
quo modo fluxus sanguinis restringi possit cum cau-
terio potentiali escharam faciente. Alio etiam modo,
quo modo contingit fluxum sanguinis a vena restrin
gi per medicinas exiccatiuas et inuiscatiuas quæ ordi-
nate patebunt secundum istos octo modos. Primo
sit tale regimen cū volueris ligare venā: vt peruenias
ad extrahendum ipsam cum vncino ferreo & cū sciss-
sione paucæ carnis quæ cooperit ipsam venā: hoc est
ipsam excarnādo: & postea liga ipsam cum filo lineo,
vt melius & tenacius teneatur, perfora dictam venā
cum acu & cū filo circūcirca voluēdo stricte nodum
supra nodum: & sic dimitte donec virtus regitiua filū
expellit: & per buccellationē carnis foramē obturet:
nō negligendo tamen supra locum medicamina con
uenientia, & sanguinis cōstrictiua, permutādo ipsam
debitis & conuenientibus temporibus: vtputa de se-
cundo in tertium diē: aut plus uel minus secundū q ti
bi videbitur: sed super omnia fac antequam aliquid
agas: quando uis mutare infirmū, necessaria sint sem-
per parata: & sic semper peruenies ad honorē & vti-
litatem infirmi. De secūdo, scilicet ad buccellādum
venam magnā: quia de paruis nō intelligatur: & si sit
totaliter incisa: fac tuum lichyniū siue tētam vel radiū
ex pilis leporinis, aut ex tela aranee, aut de subtili co-
to. i. bōbace, aut de pāno lini veteri, madefacto prius
in albumine oui: & cum pulueribus constrictiuis im-
ple ipsam arteriam, sicut buccella: hoc facto & reple-
to vulnere stuellis super ipsam venam fac ligaturā cō
seruatiuā medicaminis: & prohibitiuā fluxus sangui-
nis: & fac stricturam adhærentē quæ separari non pos
sit: donec vena incarnetur: permutando tamen mem
brum cum alijs medicinis de secundo in secundū vel
in tertium semper dimittendo stuellum: donec natu-
ra regitiua per partem in extractiōe eius paulatim ex-
pellit. De tertio. quomodo autem contingat imple
tio et retentio fluxus sanguinis sine buccellatione. Po
natū q vena vel arteria sit parua: aut sit magna q ipsa
sit incisa in forma puncturæ vel cum parua incisione:
ponatur ergo stuellus in orificio vulneris absq; q im
buccellat vena: & cum pulueribus retentiuis & liga-
turis prohibentibus sanguinem peruenire ad locum
vulneris. Stringatur ergo primo cum fascia prope
orificium vulneris: postmodum inuoluatur cum fa-
scia eunte retro orificium: & solue stricturam paula-
tim: donec facta fuerit incarnatio: et fac q ligatura nō
sit dolorosa multum, nisi intendas diuertere. Sutu-
ra carnis & labia elongata coniugere cum plumaceo
lis & ligatura incarnatiua, sępe faciunt venā incarna-
ri, & fluxū retineri. Mutatio enim digiti pollicis supra
rupturam venæ vel uersus principium obturandum
confert ad coagulationem sanguinis, & ne exeat san-
guis in mutando medicamen. De quarto, quomo-
do per congelationem rei retentæ fluxus sanguinis re

A tineri potest. Ponatur casus q sanguis exeat a vena, et
non multum violenter: tunc ergo ponatur pollex su
pra orificium: & tandiu teneatur: donec fiat congela-
tio sanguinis quæ est possibilis: vel aliter: procedatur
cum re infrigidante valde vt infrigidet sanguinem: et
congelet ipsum in orificio vulneris. De quo quomo-
do eschara quæ fit cum cauterio potentiali, retinet flu
xum sanguinis. Ponamus q sanguis fluendo magnifi
cet timorē: sed vt timor ille remoueatur, procede cū
medicinis cauterizantibus: sicut cum calce non extin
cta, & flore æris: & est quædam squama æris, & dragā
thi, & cymini fiat vna compositio: et paululum super
foramine a quo exit sanguis, apponatur: & cum debi
ta ligatura & alijs restringatur. De sexto, vt retinea
tur cum eschara quæ fit cum cauterio actuali, vtputa
cum ferro ignito. Cum uero sanguis fluit, & cum
B timore maximo, fac escharam fortem cum cauterio
ignito: ne eschara ex debili causa cito cadat, sicut acci-
dit in illa quæ fit ex debili causa a medicina caustica: et
sic sæpe recidiua est sua radice: & ꝓpter hoc tetigit sa-
piens Albucasis in lib. primo & capitulo primo de or
dinatione cauteriorum a capite vsq; ad pedes, dicens.
Et scitote filij q ex secreto curatiōis per cauterium cū
igne & bonitate ipsius super cauterium cum medici-
na comburente est: quoniam ignis est simplex: cuius
actio non peruenit nisi ad membrum, quod cauteri-
zatur: & non nocet membro alij coniuncto cum eo,
nisi nocumento paruo. Medicinæ vero comburentis
peruenit ad illud quod elongatur ex membris: & for
tasse facit accidere in membro ægritudinem difficilis
curatiōis: & fortasse interficit. Ignis vero propter sub
tilitatem suam & bonitatem substantiæ non facit il-
C lud, nisi superfluat.

De alio scilicet de medicinis & congelationē & in-
uiscationem facientibus retinentibus sanguinem, po-
natur q sanguis fluat a vulnere per suam fluxibilita-
tem: et non per virtutem expulsiuam a porositatibus
carnis in corpore sanguineo: tunc laudatum est, sicut
gypsum ablutum, & glutinū decoctum. i. colla char-
tarum: & amylum, & thus gumosum album, & pul-
uis molendini, & resina recens, & iterum stella seni. i.
terra sigillata: & iterum ranæ piscales, quæ cantant su
per arboribus redactę ad formam pulueris sunt val-
de de mirabilibus. De octauo scilicet quomodo cō
tingit restringi fluxum sanguinis per medicinas exic-
catiuas & conglutinatiuas, imaginetur sanguinem ha
bere fluxum a corpore sicco: vtputa ab arteria vel a
vena & corpore senili & a vulnere carnoso, quod
D egeat strictura et incarnatiōe: laudatum est, sicut aloe,
& cortex thuris, & sicut bothra vna vuarum cocta-
rum in furno, & iterum papyrus adustus, & resina, et
flos ferri. i. scoria ferri, & stercus asini, & succus sterco
ris recentis asini est de mirabilibus quocunq; admini-
stretur: & pili hominū adusti redacti in formam pul-
ueris. Remedium optimum conferens fluxui arte-
riali & venali mirabiliter. Recip. vitrioli romani, san-
guinis draconis, boli armeni, pilorum leporis combu
storum, caliginis lebetis, telæ araneæ, ana partes æqua
les cum albumine oui incorporentur: & supra locum
apponantur. Aliud forte restrictiuum fluxus sangui-
nis. Re. succi arnoglossæ, & succi stercoris asinini re-
centis, & equi similiter. cymoleę, fuliginis. i. tinctæ fur
ni, & aluminis zucharini, ana omnia misceantur cum
spuma albuginis oui, & supra locum apponantur, ca

piendo multum de parte laterali.

Item aliud solenne remedium retinens ratione siccitatis, & ratione conglutinationis. Reci. fuliginē furni vel lebetis ad quantitatem conuenientem: & conquassentur cum albumine oui tandiu, donec bene incorporentur, & supra foramen a pponatu. Primo de carpia in hoc liquore intincta: & postea cum faldellis stupeis decenter & supra positis: & cū ligatura fasciæ modo supra assignato ꝓcedatur. Puluis melior qui haberi possit in fluxu sanguinis iuxta sententiam Galeni in suo libro de secretis. Reci. cegi. i. vitriolum adustum & pulverizatum: & supra foramen in formam pulueris positum cū digito pollice calcādo facit escharam, quæ diu stat antequam remoueatur: & sic arteria consolidatur.

Puluis alius stypticus faciens escharam in membro absq; dolore: & si dolor fuerit, remouet ipsum, quantum ex parte solutionis. Re. aloes de Meca. i. de illa cōtrata, & corticum thuris, & pulueris gallarum cypressi, ana drac. i. colcotar. i. vitrioli adusti, drac. 5. lapidis petræ. i. lapidis argenti, scrop. 5. & supra foramen appone cum digito modicum sola vice: escharam facit firmam diu permanentem: et iste talis puluis debet apponi in casu desperato: quia nullus alter est similis isti.

In complexione vero puerili vel a vena a qua fluit sanguis non in magna quantitate: sed fluens etiā a porositatibus carnis valet. Re. medullam panis frumenti, & appone supra orificium a quo fluit talis sanguis: quoniam supra stringēdo cū manu uel fascia cessabit.

Mirabile aliud remedium. Re. succi foliorum vrticæ, & colcotar, & pilos leporis, & stercus asini, & succum porri, & olibanum: & fac ex eis tentam: et impone in orificio, a quo exit sanguis.

Aliud mirabile in fluxu sanguinis tā exientis a naso quam ab alijs locis. Re. tentam factam ex lycio indo adusto, & aqua albedorogi, idest basiliconis.

Aliud simile. Re. volatilem molendini, et farinam thuris, & aloes cum aceto & albumine oui. Item alia tenta facta ex dragantho. i. vitriolo, & charta combusta, & cortice thuris, & albumīe oui, et pilis leporinis.

NOta ꝙ omnes medicinæ constringentes fluxū sanguinis a quocunq; loco fluente: aut sunt uehementis stypticitatis aut sunt vehemētis infrigidationis, & ingrossationis, & coagulationis: aut sunt acutę cauterizaturæ: aut sunt habentes proprietatem eius: aut sunt medicinæ aggregantes duas intentiones, aut tres. Medicinæ vero stypticæ sunt: sicut succus barbę hircinæ, & sicut acacia, & sicut balaustiæ, & lentes & gallæ: & sicut succus foliorum senticę, et foliorum pyrorum, & foliorum cytoniorum, & virgæ pastoris. Infrigidantes vero sunt, sicut opium, & camphora, et semen hyoscyami albi, & semen lactucæ, & succus lactucæ, & salicis, & aqua foliorum palmæ, & alchachile, & arnoglossæ, omnia nō cocta. Conglutinatiuæ sunt sicut puluis molendini, farina thuris. Cauterizantes sunt atramenta, & colcotar: sed cum istæ medicinæ cauterizatiuæ administrantur, oportet vt administretur cum cautela. ipsę nanq; faciunt crustam: quæ cum cadit, attrahit deterius quā prius. Illæ autē quibus inest proprietas, sunt sicut stercus asini, et aqua basiliconis, & aqua mentæ.

E

## Tractatus tertius de vlceribus, & est sermo vniuersalis de omnibus vlceribus, & de cura. Cap. I.

VLcus est solutio continuitatis manifesta ex antiquo tempore facta: vel vlcus est plaga antiqua: vel vlcus est solutio continuitatis apparens in quo est sanies seu virulentia: vlcera vero semper generātur a causa humorali et ab humore intrinseco et ab antecedente causa: sed nunquam vero a causa primitiua īmediate. hoc dico testante Auic. qui dicit. Vlcera generantur a vulneribus. s. cum aliquo medio: & illud mediū est sanies: aut generatur ab exituris eruptiuis: hoc est quando apostema saniosum est fractum taliter

F ꝙ exeat sanies: dicitur vlcus: aut generatur a pustulis vlceratis. Nam omnis solutio continuitatis in aliquo membro, quando facit saniem & pus tam laudabilē quā illaudabilem, nominatur vlcus. Causa nanq; generatiōis saniei in vlcere est duplex. Principalis et coadunans: principalis causa est debilitas virtutis nutritiuę: coadunans est medicina mollitiua. In omni vlcere duę humiditates cōcurrunt, Galeno testante: vna subtilis quæ nominatur virus: in cuius cura egemus exiccatione. altera grossa, sordes nominata: in cuius curatione egemus absterſione. Vlcera quædā a medicis antiquis & a modernis vocantur absconsa: & dicuntur illa esse quæ tantūmodo elongata sunt sub cute, & separatur ab eo cutis. Quædam vero vocantur cauernosa: & est illud vlcus, quod inflectitur sub carne, & dilatatur in ea. Differentia quidem inter fistulam & ca-

G uernam: quoniā profundū fistulæ est strictum: & fundus cauernæ dilatatus. Illa fistula dicitur esse mala quę non sentit: ratio, q̄a significatur eius corruptio et mortificatio in carne: vbi est ista fistula: & considerando quantitatē elongationis eius a sensu erit secundū plus & minus: malitia fistularum quædā est æqualis: et quędam obliqua: quædam est in carne: & quædā in osse: & quædam est in iuncturā: & quædam in ligamento: & quædā in neruo. Illa autem quæ est in neruo, vehementer dolet, quādo cum tenta tangitur: & graue admodū est fistulā curare: quoniam difficiliter fit operatio illius membri. Materia quæ venit ad os, est subtilis ualde: & decliuis ad citrinitatem: quoniam porositates ossium sunt strictæ: & nulla alia materia posset ingredi: nisi illa esset subtilis, vel cholerica. Materia quæ venit de fistula existente in neruo est humi-

H ditas subtilis tenuis: sicut illa quæ venit ad os per eandem causam: ex constrictione porositatum nerui. Ex ea quæ habet originem a carne: peruenit humiditas uiscosa, grossa, turbida, cruda. Fistula quę venit ab osse: & a cartilagine carent sensu cum sint membra insensitiua. Cum autem apparuerint fistulæ habētes orificia plurima, iudicare primum debes, an sit vna fistula, an plures. Nam multoties ingreditur in aliquod orificiorum ipsius humiditas habens tincturam uniformē: & tunc si fuerit fistula una, egreditur ex orificijs alijs color unus: qui est fistula. s. diuersus albus tenebrosus: ulcera diuiduntur in plures species. Nam quædā sunt, quæ sunt dolorosa: & quædā apostemosa: et quędam priuata apostemate: & quædā sunt non cū multa putredine: & quædam cū multa putredine. Illa quæ sunt cum multa putredine: nō est, ꝓpter aliud: nisi ꝙ in eis

vlceribus

vlceribus ſuperfluit humor plurimus, & humiditas copioſa: quamuis non ſit mala in qualitate: ſed eſt peccans in quantitate: & aliqua vlcera ſunt ſordida: & aliqua non ſordida: et aliqua ſunt putrida cum maximo fœtore: quod abſterſio tollit, vt mel roſatum. Et aliqua vlcera ſunt corroſiua: ad quod vlcus concurrit diſpoſitio: aliqua quæ per acuitatem quam habet reſoluit, & conſumit humidum: ita ꝙ per talem reſolutionem illius humidi, diminuit de ſubſtantia carnis: & ipſam vlcerat.

Item aliqua vlcera ſunt ambulatiua, ad quod vlcus concurrit diſpoſitio quædam materialis, quę propter ſui acuitatem & ſubtilitatem, multum in membro perambulat: ita quod in membro facit peruenire ſeparationem & continuitatem ipſius plurimi numeri, & ſitus inordinati. Item aliqua vlcera ſunt putrefactiua: quia ad tale vlcus concurrit illud quod corrumpit membrum, & ſpiritum exiſtentem in membro illo: & corrumpit complexionem, & humiditatem illius membri.

Cancræna, epiſthiomenus, & aſcachilos, computantur de generibus corroſiuis ambulatiuis & putrefactiuis: ſicut etiam poſſet dici de igne perſico combuſtiuo, & de formica ambulatiua. & vnicuiq; ipſorum eſt modus per ſe curatiuus.

Vlcera dura incipiētia ire verſus viriditatē et nigredinē: ſicut ſephiroſa, & cauernoſa, & oſtrachina: ſunt mala per viā ſigni, & cauſę: et alia ſunt peiora, qbus aſſociatur color corporis malus. Exemplū ſicut albus plumbeus & citrinus: tunc illud eſt ſignificatio ſuper corruptionem cōplexionalem hepatis, et corruptionem nutrimenti, quod venit ad vlcus: quia difficilis eſt eius conſolidatio. Et illa vlcera dicuntur eſſe mala, quæ generantur per viam ſymptomatis: hoc eſt: quia genita ſunt ex ſucceſſione ægritudinum, & per viam criſis: quoniam natura expellit ad ea reſiduum corruptionis ſuperfluitatum, quæ remanſerunt poſt primam ægritudinem.

Item illa vlcera ſunt mala quę deijciunt pilos: quia ſignificāt corruptionē in humoribus, & in radicibus, & in origine pilorū. Illa autem vlcera quæ ſunt apoſtemoſa, & lenia, & ſqualida, & cum febre lenta: quæ inſunt homini cuius deſtruitur eius ratio: tunc moriuntur. Item vlcera obuiantia multis ſuperfluitatibus malignis corporis: & in quibus anteceſſerunt puſtulę malignæ ante vlcus illud: quia fit feſtinatio ad vlcerationem poſt puſtulas: & ad putrefactionem & ad ambulationem, & ad corruptionem, per quod eſt in circuitu: & regimen corruptum ex parte ciborum et potuum ſimiliter arguit difficultatem ſanationis cū debita approximatione medicaminum localium.

De melioribus autē ſignis ſignificantibus ſalutem vlcerum, & etiam vulnerum eſt, quando apparet cum perſeueratione ſanies: quæ eſt cum medicina faciente pus ex operatione naturæ, quæ eſt ſecundum curſum naturalem. Sanies igitur laudabilis, licet ſupra in capitulo de exituris dictum ſit, eſt alba, & æqualis: quæ cōſecuta eſt complementum digeſtionis: et non eſt horribilis fœtoris, neque omnino priuata fœtore: cum generetur innatæ caliditatis adiutorio: & alterius caloris extranei. Vlcera, quæ apta ſunt introducere ſpaſmum ſunt ſcroffuloſa, & calloſa, & cancroſa, & ſchliroſa, & corroſiua, & omnia illa quæ non faciunt ſaniem, & quæ ſunt in membris dorſalibus circa ſpi-

A nam, & propinqua neruis, & illa quæ ſunt circa genu, aut per vnum digitum tranſuerſaliter: & hoc propter colligantiam neruorum: & illa quę ſunt propinqua curuaturis, & iuncturis: quoniam ipſa iterū ſunt lacerti neruoſi: in quibus materia conuertitur ad ſpaſmum, & permiſtionem rationis. Vlcera autē quæ veniunt in membris venoſis, & arterioſis, timetur de fluxu ſanguinis, & pleureſi, & phthiſi, et de empyimate, & de ſputo ſanguinis: & iſta diuerſificantur ratione ventrium: quia aut vlcus erit in ventre naturali, aut vitali, aut animali. & in his talibus multum eſt etiā timendum de permiſtione rationis.

Signa ſignificantia ſupra diſpoſitionem ſanationis vlcerum, & quando in circuitu vlceris naſcuntur pili: qui propter corruptionem ceciderunt: & cum apparet nouus ortus reiteratus eorum, ſignificatur exic- B catio & integra remotio humiditatis ſuperfluæ: & rectificatio noua debiti alimenti illius membri. Corpora habentia bonas complexiones, & quæ ſunt paucarum humiditatum, & boni ſanguinis: ſi in eis accidant vlcera, ſunt apta cito ſanari. Corpora vero quæ ſunt multæ humiditatis, ſicut infantes, & multæ ſiccitatis, vt ſunt ſenes: ſunt tarda recipere rectificationē: quamuis vlcera infantiū ſint magis ſuſceptibilia quā ſenum: ratio, quia complexio ſenis eſt radicalis ſicca, priuata mundo ſanguine, et accidentalis humida mollis: ſicut in ſenibus apparet. Et propter hoc vlcera hydropicorum, & vlcera mulierum pręgnantium propter retentionem ſuperfluitatum ipſarum, quia menſtrua retinentur, & materiæ, curationis ſit difficilis: vlcera vero ſenum ſunt difficilis ſanationis propter paucitatem ſanguinis, & bonitatem ipſius. Vlcera C vero melancholica non ſanantur a medico, niſi tota auferatur corruptio vſque ad carnem bonam, & aliquando vſque ad oſſa ſana. Difficultas vlcerum ſumitur ex parte duorum. Primo ex parte complexionis, quæ eſt ſicut agens, & inſtrumentum virtutis. Secundum ſumitur ex parte ſanguinis, qui eſt ſicut materia: & ideo quæ cauſæ ſumuntur ex parte iſtorum: aut eſt mala complexio exiſtens in membro vlcerato: aut erit malitia ſanguinis, qui peruenit ad membrū ſcilicet peccando aut in qualitate, aut in quantitate. Difficultas item ſanationis eſt materiæ durities, quę accidit parieti, & margini ipſius vlceris: aut ſunt varicales quæ adueniunt in cruribus, & tibijs, tranſportando materiam ad vlcus continue propter dilatationē earum: quas in multis hominibus, & vulneribus illaqueare mihi contigit. Item difficillima ſunt ulcera quę D veniunt ſuper corruptionem eius incipientem ab oſſe: aut quæ tendunt verſus tenebroſitatem, & viriditatem, & nigredinem: aut per aliquod membrum vlceri vicinū: quod male cōplexionatū ſit, poſt conſolidationem veram vlcerum: poſt certum tempus frāguntur, et multoties de nouo. Nam per imperfectam medicationē malæ humiditatis vel oſſis corrupti vel carnis malæ derelictæ in vlcere, natura inquantum poteſt conatur expellere nūc ex anhelitu, nūc ex motu membri, aut tuſſi, ſiue ex alio labore, vel ex alia malitia iaciendi, tale humidum corrumpitur & putrefit: vnde poſtea poſt talem imperfectam conſolidationē ſequitur noua apertio in tali vlcere poſt conſolidationem. Et vlcera rotunda a geometra ſunt illa quæ in tali figura ſunt, vt nullus ſit angulus: & partes æquales plus adinuicem diſtant, & elongantur: & talia

vl cera rotunda sunt prauæ curationis propter lon-
gam disgregationẽ labiorum: & sunt interficientia in
fantes propter resolutionẽ corporum eorum: & quia
spiritus & calor in ipsis ex melancholica causa resolui
tur: & quia nõ tolerant vehementiam doloris: & dif-
ficultatem curationis eorum, et ipsorum prauitatem,
& inquietudinem modi curandi sufferre nõ possunt:
et per hoc si erunt ista vlcera rotunda cum febre, ma-
le curantur.

Est regula generalis ꝙ omnia vlcera inquantũ ul-
cera indigent exiccatione quadam. Gra
dus vero exiccationis limitari nõ potest: quia secun-
dũ plus & minus vlcus abundat superfluitate: & secũ
dum ꝙ est conueniens exiccatione & abstersione vti
oportet. Et quãtocunq; vlcus fuerit maius & profun
dius, tanto magis indiget maiori exiccatione secundũ
plurimum propter nimiam humiditatẽ currentem in
profundo. Considerauit Auic. ꝙ fortasse medico est
necessarium fuere vlcera, intelligendo quãdo vlcera
non sunt valde remota a vulneribus simplicibus, &
munda satis a superfluitatibus: & cum ligatura & in-
carnando procedere: quia ista non curantur amplius
vt vlcera: sed tanquam vulnera simplicia: & vnica fi
nali sola intentione curanda. attamen hęc futura bene
est consideranda ex dispositionibus necessitatis, id est
quando vides hoc esse necessarium: & cum modo li-
gaturæ secundum ꝙ habitum est, supra, in capitulo
de vulneribus, vbi ostensum est de ligatura expressi-
ua saniei, & de ligatura incarnatiua, & de ligatura con
seruatiua medicaminis, & de ligatura prohibitua hu-
morum ad locum, ne generetur apostema: quoniam
non est possibile vlcus curari, nisi curetur prius apo-
stema. Prima quidem intentio, ꝙ oportet te præpara
re ad curandum vlcus sordidum uel virulentum, est,
vt orificium sit apertũ: deinde mũdificare: cũ medici
nis uero debitis abstersiuis, & exiccatiuis illud fiat. deĩ
de de nascentia carnis & de consolidatione. Et si inue
neris vlcus bene purum: & ꝙ non habeat profundita
tem: te oportet consolidare cum eo, quod non habet
mordicationem: & est manifestum, quoniam mordi-
catio prohibet nascentiam carnis. In vlceribu s vero
sordidis necessariũ est vti medicinis abstersiuis & ma-
xime in principio, cõiunctis cum mordicatione: quo
niã virtus sensitiua non sentit ipsum medicamen mor
dicatiuũ. deinde paulatim procedatur ad leuiora me-
dicamina mordicantia vsquequo erit hora nascentiæ
carnis. Caue ne dolorem facias quantum potes. &
hoc quando est illic caliditas & inflammatio: & hoc
etiam cum medicinis non nimis exiccatiuis, quoniam
siccitas superflua est lima caloris. Causæ quidem prin
cipales impedientes consolidationem, sunt quatuor.
Prima est mala complexio calida. Secunda est dolor,
quando coniungitur cũ vlcere. Tertia causa est, quan
do vlcus est sordidum. Quarta causa est, quãdo cum
vlcere coniungitur mala caro superflua: sed vnum-
quodq; istorum eget suo medicamine. Mala comple-
xio calida oportet vt remoueatur per sua contraria.
Sordities indiget vt mũdetur: & sunt ista vlcera, quo
rum humiditas quæ ex eis currit, est plurima: & mira
biliter mundificatur cum melle rosato, & vnguentis,
& pulueribus, & emplastris. hęc quidem mundifica-
tio consistit in abstersione: et sic remouendo causam,
remouebitur doloris effectus. Sed quando orta fuerit
caro mala, necessarium est, vt corrodatur cum medi-

E camine acuto, et circumcirca liniatur cum defensiuis.
eschara vero cum butyro remoueatur. Medicina di-
uersificatur secundum corpora: quia vnum medica-
men in vno corpore facit nasci carnem, & in alio car-
nem diminuit cum vehementi abstersione: sed in ali-
quo non absterget: neq; carnem diminuet: neq; nasci
faciet: sed hic opus est discretione medici: quia opor-
tet ꝙ tale medicamen confortetur cum temperamen
to, et cum debita admistione partium: frangendo, sci-
licet aut de vnctuositate vel de siccitate: vel de abster
sione augendo vel minuendo: et de pondere: conside
ra si ingrediatur medicina corrosiua: aut si adiũgatur
styptica pro refrigidatione sua. Illud super quod me-
dicus debet maxime considerare in vlcere, est: vt cõ-
fortetur eorum medicamen super ista: quorum diffi-
cilis est consolidatio. & hoc vt melius certificetur, p-
F cedat cum vno medicamine tribus diebus: & si bene
operabitur, secundum tuam intentionem procede: et
si non, tunc illud medicamen remoue: quoniam a iu-
uantibus & nocentibus sumitur curatio indicatiua.
Non est aliud pertimescendum ꝙ ad hoc vt vlcera et
vulnera consolidentur, necesse est vt membrum quie
scat: & si mouetur motu paruo, non erit adeo curan-
dum, quam si moueretur motu laborioso in corpori
bus humidis. Caue ne incarnes membrum vicinũ
cum vicino: sicut adhærentiam palpebræ superioris
cum inferiori: & sicut sunt duo digiti, & mentum cũ
spatula: & sic de aliis. Cauernæ & absconsiões sunt ter
minantes vtplurimum ad fistulas, quia sunt sorores:
& ad generãdum apostemata in locis glandulosæ car
nis: sicut producit scabies botores existentes in extre-
mitatibus: & hoc proprie, quando corpus est malum
G plenum ex superfluitatibus. Si vero iũgatur in simul
vlcus & apostema, orificium obtura cum tenta linita
vnguento basilicone: & supra nitida & mundifica
cum eodem vnguento. deinde emplastrum supra ap
pone secundum debitam descriptionem pro curatio
ne apostematis: quoniam vlcus, vt prius dictum est:
curari non potest, nisi prius curetur apostema. Sci-
tote ꝙ medicamen quod apponitur vlceri aut est cõ
ueniens, aut inconueniens. Si conueniens, & non con
ferat in dispositione: hoc est propter impedimentũ: tñ
non affert ei nocumentum: sed quare non iuuat, cau-
sa est aut propter debilitatem illius medicaminis: vel
propter malitiam ipsius vlceris. Si vero medicamen
sit inconueniens inoperando, facit effectum qui est
contrarius ei quod ex ipso expectatur de exiccatione
siue mundificatione: aut calefacit vltra illud quod es-
H set necesse, signum inducendo: quia facit accidere ru-
bedinem & inflammationem: aut infrigidat plus de-
bito: aut corrodit, & profundat vlcus, carnem dimi-
nuendo: Omnia cum suo cõtrario sunt temperanda,
scilicet calida cum frigidis: & econuerso frigida cum
calidis: sicca cum humidis. Item multoties medicamẽ
est inconueniens non solum ex parte dispositionis vl
ceris: verum ex parte dispositionis membrorum &
corporum, in quibus fiunt ulcera. Nota ꝙ lotiones le
ues conferunt in vlceribus parũ sordidis: & valde sor
didis fortiores lotiones. Facta lotione debita intromit
tenda est medicina carnis generatiua.

Vnguentũ mirabile abstersiuum & exiccatiuũ: &
multum ualet in ulceribus tã uirulentis quã sordidis.
Re. lithargyri, bene puluerizati cũ aceto & oleo: bene
misceantur, & imbibantur in mortario, & bene agite
tur

tur cum pistello: donec ad augmentationē perueniat, & albificetur, & tumefiat. deinde Rec. antimonij, æris usti, balaustiarum, vermiū terrestrium exiccatorū & pulverizatorū, gallarū, & sang. drac. aluminis climiæ argenti: omniū: ana terantur, & cribellentur: & de eis quantū est. vi. pars vnguēti in mortario pōatur: et cū pistello incorporētur, donec bene vniātur adinuicē.

Vnguentum nigrum in vlceribus. nam attrahit, & attrahendo mundificat vlcera, postea sanat. Re. olei, lib. i. ß. ceræ, vnc. iiij. sepi arietini, colophonię, picis nauali scolatæ, serapini. ana vnc. ij. mastiches, galbani, olibani, terebinthinæ, ana vnc. i. conficiatur sic. oleū in olla super ignem dimittatur, donec bulliat: deinde addatur ceræ liquefactę: ponatur colophonia: deinde pix naualis: postea gūmi, serapini, et terebinthinæ. ad vltimū mastiche, & olibanum, ita tamen, vt omnia terantur prius pręter picē, & terebinthinā: et cum spatula agitando, donec coctum fuerit. deinde serua.

Vnguentum molle valens ad vlcera sordida & virulenta & putrida: & generat in eis carnem, et sigillat, & prohibet in eis fieri putrefactionem. Re. myrrhæ, aloes, sarcocol. ana par. i. mellis despumati duplū pōderis omniū: vini boni al. quātum. s. decoquantur cū facilitate, vsquequo habeant spissitudinem: & quandoq; addatur in medicamine vitrioli paululū: et proprie hoc unguētū est appropriatū cōsumptiōi carnis.

Vnguentū basilicō mirabiliter valens in ulceribus putri. Reci. ceræ alb. resi. sepi vaccini, picis naualis, glutinis albotim, oliba. myrrhę. ana: olei quantū suffi. fiat vnguentum. Sed sit dosis, Re. ceræ, vnc. vi. picis vnc. iiij. omnia alia sint, vnc. i. ß. de quolibet.

Vnguentū vbi consequi potest spāsmus: & ad paralysim & ad omnes ægritudines neruorū. Re. bdellij, drac. vi. euphorb. drac. iiij. castor. dra. ij. serapini, drac. iiij. ceræ, drac. v. olei sambucini, quod oleum fit de violis sambuci: & sunt violæ al. aut olei de cheiri: & est de violis çalis, vnc. i. drac. ij. bdellium: & serapinum dissoluantur in aqua rutæ agrestis: & ponantur simul: & fiat vnguentum: & liniatur ex eo.

Vnguētum aliud mirabile in vlceribus ad spasmū, & mollificationem. Re. cerę, vnc. iij. œsypi, succi rutæ agrestis, ana drac. ij. euphorbij, piperis, armo. olei, balsami cast. glutinis albotim. i. terebinthinę, opopanacis, ana drac. ij. sigiæ, & styracis liquidæ, drac. ij. ß. olei. q. su. fiat vnguentum.

Vnguētum pretiosum expertum in vlceribus ad fistulas lachrymales & cancrum & malū mortuum: & delet carnem mortuam & putridam. Re. lithargyri, calchanti, ana partem. i. floris æris, partem. ß. terantur cum aceto vehementer forti tempore æstiuo fere per diem. i. semper ante modicum addendo de aceto: deinde administretur vbi oportet: & ponatur in vase vitreo: & stringatur os eius, & sepelliatur in fimo quatuor diebus.

Vnguentum mundificatiuum in vlceribus. Re. terebinthinę, picis naualis, ana vnc. ij. mellis rof. colati, vnc. i. succi millefolij, succi chelidonię, ana vnc. i. vitellos ouorum. ij. farinæ hordei. quantum sufficit: & misce omnia simul.

Vnguētum aliud exiccatiuum valde in vlceribus cauernosis & putridis. Re. succi. radicis ruf. i. serpentarię medium cyathum, mellis rosa. colati, vnc. i. vini montani, vnc. i. floris ęris, vnc. ß. tandiu bulliant, donec peruenerint ad consumptionē succi: et fac vnguētum fluxibile. fluat ad fundum vlceris.

A

Vnguētum faciens nasci carnem in ulceribus post mundificationē, & antiquis & recentibus. Re. aristolochię lon. radicis ireos, radicis gentianę, radicis sang. dra. ammon. sarcocollæ, ana unc. ß. lithargyri unc. v. olei, lib. i. decoquatur lithargy. cum oleo: & deponatur ab igne: et fiat tepidum. deinde armo. mollificetur in aceto: & liquefiat ad ignem: & coletur super lithargyrum: & iterum coque parū, donec gutta posita super ferrū teneat se: deinde pone pulueres deposito uase ab igne: & tepefacto diu misce: et si uis ponere de cera, pone unc. ß. & fiat unguentum.

Vnguentū expertum in ulceribus, ubi sit magna uirulentia. Reci. acetum fortissimū: & pone in cacia ad bulliēdū, postea remoueatur ab igne. postea ponatur de uiridi æris: & non de flore æris: & bene incorporētur: quo facto, ponatur ad ignem: & bene cum spatula agitetur usquequo rubescat, & sit coctum: & si uis scire decoctionem, pone guttā super ferrum: & si uidetur ꝙ stet adhærens: tūc ab igne remoueatur. Et nota ꝙ istud est mirabile unguentum: & si scies cum eo laborare, mirabilia facies.

B

Vnguentū ad ulcus ubi esset magna sordities. Re. succi prassij, succi absinthij, succi foliorū persici, ana. mellis crudi, olei amygdalarum amara. ana unc. i. cerę citrinæ, unc. ß. decoquātur usque ad spissitudinem: et fiat unguentum.

Vnguentū de matre sylua ad generandū carnem in quocunq; uulnere facta mundificatione. Re. succum matrisyl. i. caprifolij mediū cyathū, olei cōis, lib. ß. ceræ, unc. iiij. resi. terebinthi. ana unc. ij. bulliant omnia usq; ad cōsumptionē succi: & fiat unguentum.

C

Aqua mirabilis in ulceribus ubi timeamus a transitu fistulę, quę est res mirabilis in fistulis. Re. ammoniaci, unc. ß. aquæ rutæ, unc. ß. proijce aquam in bacili bene polito & terso: et tādiu frica cum ammo. salitrico, donec sal armoniacum liquefiat in dicta aqua fricando: sed aqua fiet açura: & cum dicta aqua multa potes in ulceribus facere.

*Sequitur de ulceribus uirulentis.* *Cap.* II.

VLcera uirulenta sunt illa quę continent superfluitatem subtilem nominatam uirus, & conuertitur ad corruptionem propter debilitatem membri: & ex caliditate extranea ibi prędominante: et iam est de genere puris subtilis: quod nominatur uirus: generatio cuius fit ex subtilitate humorū, scilicet aquosorum. s. a natura non dominante. Intentio quidē est in his ulceribus ut exiccentur: & administrentur circūcirca defensiua pluries supra alibi nominata. Sed si uideris uirulentiā nō diminui: sed ipsam augeri: scias, ꝙ illud medicamen secundū illud corpus nō est exiccatiuū: quare adde aliquid in confortando mēbrū ex ipsius exiccatione: & adiuua cū modica abstersione, ut mel rosatum, ut alumen in stypticitate, acetum, balaustiæ, & adde, & minue de pulueribus, secundū ꝙ necessitas cogit. Olea quæ ponuntur in unguentis ulcerum, semper debent esse exiccatiua: ut est oleū mastichinum, myrtinū, de cherua, & de ruta, & alijs. obserua nanq; canonē de medicinis facientibus nasci carnem in ulceribus, ubi oportet: & hoc facta mundificatione, ulceris uirulenti pro eius curatione, oportet uti exiccātibus: sed cū talibus ulceribus adiungitur, & cōiūgit aliqñ mala cōplexio calida uel frigida: ꝓcuratio-

D

ne cuius caliditatis laudatur hyoscyami, radix mādragorę, et opium. econtra in mala complexione frigida valet sicut resina, & pix, et terebinthina: quia oportet aliquando vt temperes ista simul, & hoc secundū dispositionem cōplexionis apostematis. Medicinæ quę sunt mundificatiuę in vlceribus virulentis, semper debent esse exiccatiuæ: sicut sunt istæ, alumen rochiæ cō bustum positum in quantitate quæ sufficit. Gallæ cypressi, & querci, & bucea. i. mediastinus ligni granatorum, & cortex thuris. i. lithargyrus: & flores papaueris russi. i. casulæ papaueris, & folia arboris culicum. i. vlmi, & folia nucis domesticæ, & nux recens decocta valde conuenit: quia exiccat humiditates absq; nocumento. Nota q̄ istæ medicinæ nocent, si cum vlcere associetur apostema: ratio, quia apostema indiget medicaminibus mollificantibus & mitigantibus dolorē. Sed aqua in qua decoquūtur cyperi. i. radix herbæ de qua ligantur cathedrę, est ad exiccationē conueniens. Et decoctio myrobalanorum belliricorū, et emblicorū, quæ sunt species prunorum vltramarinorum, & decoctio alchedera: & est species scolopēdriæ, quę valet mirabiliter in cancro: & folia herbæ cicilianæ siue altanæ sunt bona ad exiccationem.

Vnguentum mirabile cuiusdam magistri Blasij iudei valde appropriatum in quacunq; materia: & maxime valet in tibijs. Re. lithargyri, lib. i. olei cōmunis lib. ij. cerę nouę, vnc. iij. mastiches, vnc. i. scariolę quę cadunt a perolis nouis, quando ponitur lixiuium ad ignem, vnc. iij. & fiat vnguentum vsq; ad spissitudinem & ad formā diachylon deducendo.

Vnguentū in vlceribus virulentis. Re. aloes, thuris, sarcocol. sang. draco. ana vnc. i. antimonij, aluminis, ana vnc. ʒ. floris ęris p̄parati, drac. ij. terebinthinę, vnc. ij. olei mastic. & cerę: quod sufficit fiat vnguētū.

Vnguentū incredibile in vlceribus virulentis valde exiccatiuum, & est incarnatiuum, et generatiuum carnis, & cicatriçatiuum: & hoc secundum diuersionem corporum. Re. lithargyri, cerussæ, ana drac. iiij. myrrhę, drac. ij. thuris drac. i. ʒ. floris æris, drac. ij. olei myrtini quantum sufficit: & decoquantur cum lento igne: & postea coletur per petiam.

Vnguentum apostolorum vbi caro superabūdat multum, corrodit malā carnem, aperit, diuidit, & attrahit. Re. cerę albę, resi. ammo. ana vnc. ʒ. opopana. dra. i. floris ęris, dra. i. ʒ. aristol. lon. thuris, bdellij, dra. ij. myrrhę, galbāi, ana drac. ij. lithargyri, vnc. ʒ. infundatur bdellium in aceto: terenda subtiliter puluerizētur: & fiat vnguentum hoc modo. Gūmæ ponantur ad ignem, & dissoluātur in duabus lib. olei cōmunis. quibus dissolutis coletur oleum, & misceatur cera: deinde puluis prædictarum rerum, semper agitando cū spatula, donec frigidum sit.

Vnguentum aliud mirabile ad idem. Re. scroffulariæ, hermodactylorum, gariophyl. valerianæ, ana. omnia pulueriçata, vnc. i. olei mastichini, ceræ albæ, terebinthinæ, picis liquidæ, ana vnc. iij. mumiæ, camphoræ, ana vnc. ʒ. ex omnibus fiat vnguentum.

Vnguentum optimū de pulueribus album. Re. terebinthinæ bene lotæ cum dulci lixiuio, lib. i. olei rosvnc. iij. cerę al. vnc. ij. et omnia insimul misce: deinde. Re. pulueris sandara. pulueris thuris albi, pulueris sarcocollæ, pulueris ireos, ana drac. i. & hæc omnia adinuicem cum lento igne bene simul incorpora: donec istud vnguētū venerit ad formā magdaleōis, quo de-

E ducto cū mau malaxa ī forti aceto albo: et postea tene ipsum p̄ secreto: & noli reuelare ip̄m nisi sapiētibus.

Vnguentū aliud mirabile: & vocatur vnguētum irinum propter colorē irinum. Reci. olei irini. i. facti de floribus liliorum cœlestium, vnc. ij. & ponatur dictum oleum in bacili bene terso: deinde. Reci. salis armoniaci, vnc. i. ʒ. et frica tandiu in oleo existenti in bacili, vt sal illud armoniacum liquefiat in illo oleo: & illud oleum remanebit cœlestis coloris: deinde. Re. resinæ pini, & terebinthinæ, ana vnc. ʒ. pulueris endici, vnc. ʒ. & ceræ quod sufficit. fiat vnguentum.

*Sequitur de ulceribus sordidis.* *Cap.* III.

VLcera sordida sunt illa quæ nunquā priuantur sanie illaudabili, nisi remoueatur fomentū, qui est calor putredinalis illum locum supra calorem na-

F turalem suffocādo: quare pro eius curatione oportet vti medicinis fortiter abstergentibus, secundū q̄ narrauimus in capitulo vniuersali de vlceribus, dicendo q̄ sanies indiget abstersione: & virus exiccatione: sed quia hic tractatur de ulceribus sordidis, primo incipiamus ab isto medicamine: quod est fortis mordicationis: deinde paulatim peruenias ad leuiora, sicut ad thapsiā quæ est herba vltra marina: & est species bauciæ, & ventosa valde, quæ redacta in formā pulueris, & sumpta per os, facit in instāti hominē apparere hydropicum. Sed ceretani bene sunt experti quando volūt ostendere istis hominibus grossis theriacam suam esse bonā. Aristolochia lō. cū melle et pauco aceto est optimū remediū. Itē terebinthi. cū oleo de terebīthi. et butyro, ut leniat duritiē, et resoluat, et abstergat, ī hoc cōposito laudatur. Item radix lilij pistata cum melle: Itē

G farina orobi cū melle. Itē herba opopanacis similiter cum melle. Itē emplastrū indum descriptione Almāsoris: qđ fit ex pice nauali, colophonia, et melle, et farina hordei. Item vnguentū ægyptiacum descriptiōe Mesue. Item quando magna fit sordities, prassium cū melle. Sed aliquando est necesse propter profunditatē vlceris: vt quid apponatur de medicaminibus currentibus, sicut sunt ablutiones cum aquis appropriatis: quas paulo post dicam.

Vnguentum. Re. mellis crudi, terebinthinæ, succi apij domestici ad tuum libitum. uitelli unius oui, & farinæ hordei: & hæc optime adinuicem bene incorpora: ita q̄ possit extendi ad formam vnguenti.

Vnguentum aliud. Re. succi costi amari, & succi betōicę, & succi millefolij, ana unc. ij. olei de uitellis ouorum, vnc. ʒ. lithargyri, vnc. i. cerę quod sufficit: deco-

H quatur vsque ad consumptionem succi: & fiat vnguentū: sed in fine adde lithargyrum: caue ne comburatur in fundo caciæ.

Nota q̄ oleum de vitellis ouorum mirabiliter valet in exiccando: & maxime in puncturis neruorum.

Vnguentum aliud in vulneribus sordidis. Rec. lithargyri, argenti, myrrhæ: çinçib. ana. puluerizentur subtiliter: & cum cera optime munda, & oleo & pauco mellis fiat unguentum.

Vnguentum aliud optimum. Reci. mellis squillitici, succi persici, calamenthi, ana vnc. ʒ. ceræ, vnc. ij. olei communis, vnc. i. & fiat vnguētum ad formam currentē. Item valet vnguentū apostolorū. Itē valet mirabiliter vnguentū basilicon supra descriptum.

Vnguentum aliud bonum. Rec. olei amygdalarū amararum, vnc. ij. olei de tritico. vnc. i. pulueris lacę, &

& laca est gumma, vnc.5. pulueris squinanthi, vnc.5. pulueris ellebori albi, vnc.i. ceræ quod sufficit.

*Sequitur de ulceribus profundis & cauernosis* Ca. IIII.

Profunda quidem vlcera sunt illa quæ sunt valde elongata a superficie orificij: & cũ suo fundo appropinquata ossi: et sunt idẽ importãtia cum vlceribus cauernosis & abscõsionibus. Differentia qdẽ habita fuit supra ĩ capitulo vniuersali de vlceribus. Sed quia decies repetita placebunt: dico ꝙ abscõsio est vlcus quod sub cuti est amplificatũ: & separatur ab eo cutis: sed cauerna est illud vlcus quod profundatur in carne, & dilatatur cum ea. Fuit opinio quorundam, ꝙ dilatatio profunda erat in cauerna: & strictus erat fundus in fistula: sed de nominibus non curo, dũmodo eorum sententiam habeamus: In curatiõe horum vlcerum finalis intentio est vt repleantur carne: sed hoc fieri non potest, nisi ex parte boni cibi et potus generantium sanguinem: quem in carnem conglutinare necesse est. Ratio quia generatio carnis nihil aliud est nisi conglutinatio sanguinis in carnem. Medicinæ autem hoc agẽtes necesse est vt sint vehementis exiccationis et mundificationis simul. Situatio orificij in mẽbro finaliter si talis, vt non retineatur virus: imo currere possit ad extra. Sed si inueneris vlcus habens talẽ situm, hęc est perfecta radix curationis. s. ꝙ orificium sit inferius, fundus vero superius: & hoc vt sanies ex seipsa possit expurgari. Sed si nõ est ei possibile sic situari, tũc seca vlcus taliter, vt sanies possit exire nõ remanente cauerna: et procede cum incisione tali, vt vlcus recipiat bonã salutem, obseruãdo dispositionem membri incidẽdo: quoniã leue est incidere, difficile autẽ consolidare. De ligatura autẽ quomodo et qualiter fieri debeat, non omittatur: quoniã est perfectior pars chirurgiæ ligamenta, sicut sunt fasciæ, et petiæ: in quibus extẽduntur unguenta, siue lychinia, quę intromittuntur in vlceribus, sint bene munda alba & tersa & polita: & hoc ne putredo adiũgatur putrido. Dicit Auicẽ. ꝙ vere in hoc casu expertus fuit emplastrum apostolicũ: & centaurea, qñ ab ea vlcus impletur, est mirabilis. Itẽ & sephetõ. i. elleborus albus. postea iris id est lilium celeste intelligendo de radice: deinde farina orobi: ista sunt mirabilia valde. Et manifestũ est ꝙ omnia vlcera habentia profunditatẽ, & absconsionẽ, & cauernositatẽ vltima mundificatione nõ mundificãt medicinę: neq; in eis faciunt nasci carnem, nisi sint currentes ad profundũ vlceris: & ipsum lauantes: & proijcentes cũ syringe, aut çaraca, aut similibus. Signa significantia salutẽ cõglutinationis horum vlcerũ habentur ex paucitate materiæ quæ currit, & descendit ad vlcus, & fortitudine, & debilitate virtutis.

Vnguenttum conueniens in vlceribus supradictis cauernosis absconsis & profundis. Re. picis naualis, & terebinthinę, ana vnc. iij. ablue insimul optime uino mõtano, lardonis decolati, vnc. ij. pulueris aspho delorũ, et hermodactylorum, ana drac. i. succi saluiæ, & rorismarini, ana vnc. i. olei de costo, & de ruta, ana vnc. 5. ceræ quod sufficit. fiat vnguentum.

Vnguẽtum aliud mirabile. Re. mellis apũ, vnc. ij. succi brãcę vrsinę, succi lapathij acuti, succi rutę, succi apij, añ. vnc. 5. pulueris aluminis ro. cõbustę, et aluminis zucharini, & salis gẽmæ, ana drac. i. pulueris tartari, paululũ, olei ro. vnc. i. ceræ quod suf. fiat vnguẽtũ ad igne decoctum vsq; ad consumptionẽ succorum.

A Aliud vnguentum liquidum. Re. mellis ros. colati, therebinthinæ, ana vnc. ij. fellis porci vel bouis liqdi, vnc. ij. ceræ paululum. & fiat vnguentum molle ad proijciendum in orificio ulceris vel supra tentam: quę poni debet in vlcere.

Emplastrum diaphœnicon descriptione Alexandri: sed dicitur emplastrum decoctio dura. Re. spicarum allei mundatarum, vnc. iij. 5. styracis, aloes, bdellij, ana vnc. iij. terebinthinę, vnc. iiij. axungiæ porcinę recentis, adipis anseris, ana vnc. v. mastiches, olibani, ana vnc. 5. euphorbio, vnc. 5. croci, vnc. 5. ceræ citrinæ, vnc. xij. olei nardini, & vini odoriferi, quantum sufficit. fiat compositio.

Vnguentum ægyptiacum multũ conferens ad vlcera antiqua & ad fistulas, quę indigent mundificatione: abstergit enim & mundificat vlcera a carne mortua. B Reci. floris æris aurei. v. mellis aur. xij. aceti, aur. vij. coque super ignem, donec inspissentur, & aliquĩ addũt olibani masculi, aur. ij. &. 5. subtilissime triti: & fiat vnguentum molle.

Lauanda optima cõueniens in istis vlceribus. Re. aquæ puræ unam magnã amphyalã: & pone intus de hordeo & melle, ana, ad bulliendũ duo cochlearia, et de sapõe nigro unũ cochlear: et postea cola per petiã: et laua vlcus cũ syringe uel alio ĩstrumẽto iniectorio.

Lauatiuum aliud. Re. lyxiuiũ dulce: & adde paululum de aloe: modicum de succo millefolij: & de succo prassij aliqd: & lauetur ulcus multoties: et usq; quo fuerit bene mundificatum a sordibus.

Lauatiuum aliud. Re. uinũ montanũ in quo bullita sit centaurea, & iris, & aristolochia: & postea coletur: & semel lauetur ulcus in die.

C Lauatiuũ aliud. Re. aquã maris deper se. Itẽ lixiuiũ de per se. Itẽ mellicratum de per se. Item aqua balneorum naturalium. Itẽ aqua aluminosa ualet.

*Sequitur de uermibus orientibus in ulceribus.* Cap. V.

Vermes in ulceribus generantur sicut in auribus et in intestinis & in apostematibus secũdũ ꝙ tãgit Auic. & Albucasis: & ut uidetur in experientia nõ solum in his quatuor locis assignatis: sed etiam in uirga ueniente a uesica: cuiusdam boni uiri antiqui & in uulua cuiusdam paruę puellę: & de sub craneo etiam cuiusdam pueri qui contusus cum fractura fuerat: & istud clare apparere potest: quoniam ubicunq; posita fuerit materia, ibi ponitur effectus. Si uermes nascuntur in ulceribus, omnis nanq; succus amarus, sicut plãta. aut minera, aut aliqua pars animalis, aut fel, & omnis D cõpositio amara, ut hierapicra, & similia, destruũt uermes. Res dulces seruant nisi sint coniunctę cum siccitate et abstersione, ut mel rosatum, Laudat Auicen. de medicinis conferentibus ad istud maxime calamẽthum fluuiale, et distillatio succi cucumeris asinini, est ualde bona, & succus radicis capparis, & succus foliorum persici, & succus absinthij, aut cẽtaureę, aut prassij, & succus ellebori albi, & omnes res fortes. Et nota ꝙ mei pueri parui optime se defendunt a uermibus: quia sæpissimæ comedebant de his rebus fortibus, sicut cepis, porris, alleis, raphão, & similibus. lupine, et & aloe cũ melle colato, & pyrethrũ, et theriaca est mirabilis loco unguẽti, & succus oleãdri, & succus gẽtianę, & nuces tritæ ad formã emplastri cũ melle rosato.

Vnguentũ in vlceribus, vbi generantur vermes. Re. olei amygdalarũ amararũ, succi arãciorũ, acrorũ,

& vini maluatici, ana vnc. ʒ. pul. colocynthidos, pulueris cẽtaureę, ana dra. ij. cerę qđ sufficit. fiat vngtm̃.

Emplastrũ mirabile vbicunq; fuerint vermes. Re. porrorũ domesticorum nouiter remotorũ a terra & depuratorũ ab ipsa. frige illos ĩ sartagine: et adde aliqd de aloe & myrrha: et fac empl'm: et supra locũ appõe.

Vnguentũ mirabile vbicunq; fuerint vermes, vbicunq; locorũ. Rec. olei absinthij, vnc. ij. pulueris cymini, pulueris, dictamni, pulueris aloes, ana drac. ij. succi absinthij mediũ cyathum: cerę quod sufficit, fiat vnguentum: & decoquatur vsq; ad spissitudinem.

Oleum pretiosissimũ pro vermibus vbicunq; locorum. Re. nucleorũ persicorum, & amygdalarum amararũ, gentianę, absinthij, prassij, vel lupinorũ, & seminum caulium, & foliorum persici, & calamenthi fluuialis, & oleandri, & pyrethri, & ellebori albi, & radicum graminis, ana. M. ʒ. omnia pistanda pistẽtur, & imponatur intus fel vituli, & succi porrorum, & mẽtæ, ana vnc. ij. olei nenufarini, vnc. i. & olei de absinthio, lib. ij. hęc omnia misce: & dimitte in fimo p vnũ mensem marcescere in vase uitreo bene obturato: postea destilla hęc omnia ad alembicũ: et habebis aquam & oleum. lumbricosos viuificantes sumendo aquam per os, scrop. ij. cum vino maluatico, & cũ oleo vngendo tẽpora & pulsus pedum & manuum, & vbicunq;, & os stomachi, & circum spatulas: & vidi multos pueros quasi mortuos viuificari: & cum aqua & oleo isto multa vlcera sanari.

*Sequitur de nascentia carnis in ulceribus.* Cap VI.

Mirati sunt multi de hac generatiõe carnis in vlceribus nõ nisi cũ pauco labore manuali perscrutãtes quomodo hęc generatio fiat: nunc in primo gradu siccitatis et parum plus. i. per vnã dimãsionẽ, vt tangit Gale. nunc in secundo nunc in tertio gradu exiccando creatur caro in ipsis tã putridis quã virulẽtis: vt videtur in experientia: et in processu Auic. Medicina generatiua carnis vere nihil creat: sed natura ut manifestũ est: ut in vlcere et ĩ vulnere, appropinquãti morti, & in ipso existente mortuo, cũ omnium natura sit operatrix, medicus vero minister. i. tam medicus quã medicina sunt ministrantes, vt dicit Gal. in techni. Medicina ergo generatiua carnis sumẽdo ad bonum intellectũ semper debet esse exiccatiua tanti gradus, vt remoueat tã in vlcere quã in vulnere impedimenta ipsum ulcus impedietia. s. cum hoc ut eius finis remaneat ꝙ coagulet sanguinẽ sanum in carnem: qm̃ generatio carnis est coagulatio sanguinis ĩ carnẽ. Sed hęc talis perfectio generatiõis producitur a medicina exiccatiua in primo gradu & parũ plus quã intrinseco & extrinseco impedimẽto remoto. Sed si medicina exiccatiua in secũdo gradu, cuius proprietas est potius vulnus incarnare: aut si medicina erit exiccatiua ĩ tertio gradu: cuius ꝓprietas est potius cicatriçare: sed si carnem in vlcere generent, nõ dicitur esse de ꝓprietate ipsorum graduũ. Sed dicentur esse generatiuę improprie ad hanc causam, ꝙ remouent virulentiam: et alias superfluitates vlceris pro carne curãda impediẽtes: donec sufficiens gradus primus suũ faciet effectũ. euacuato vlcere sordido & virulento ab his superfluitatibus, et cũ debitis medicinis debilibus aut fortibus: tunc nõ approximetur aliquod medicamẽ mordicatiuũ et abstersiuum fortiter. Et oportet vt obserues regulas ante dictas, & de eo qđ apparet. s. de superfluita-

E te humiditatis: aut de superflultate exiccationis addẽdo et diminuẽdo de oleo et cera, secũdũ ꝙ necesse fuerit, aut de melle ros. aut de pulueribus ingrossando, et inspissando, secundũ ꝙ supra dictum est, ante antimonium qđ est substãtia plumbi mortui, & cuius virtus est similis virtuti plumbi vsti, & sarcocol. quę est gũma arboris speciosæ & spinosæ: & in ipsa est amaritudo: et colla piscium. Re. limacẽ vstum, et scoriam ferri, & plumbum vstum quod cũ sulfure vritur: & acorus. i. gladiolus: & est herba habens folia iri lilij lata & longa, & oritur in aquis: & eresmai. i. mercurialis: & dragonthea. i. luf, & est species serpentarię: & cyperi, & est radix illius herbæ de qua ligantur cathedræ: & ponitur loco galangę: & proprie valet ad vlcera sordida, & polium. multa sunt genera: & est forte de centaurea: & vitrum adustum, est mirabile in exiccando

F & consolidando ista vlcera sordida et putrida.

Vnguẽtum in vlcere virulento putrido mirabile: Re. picẽ naualem, & colophoniã, & resinã pini, et terebinthi. añ. cerę et olei cõis qđ sufficit. fiat vnguentũ.

Vnguẽtũ aliud bonũ. Re. antimonij, plumbi vsti, lithargyri, ana vnc. ʒ. tucię alexandrinę, drac. ij. scorię ferri subtilissime triti: & misce per peciam; dra. i. olei de myrto quod sufficit ad incorporandum in mortario: fiat vnguentum diu in mortario ductum.

Vnguentum expertũ pluries in talibus vlceribus. Re. duos vitellos ouorum, et picis naualis bene mũdificatæ a superfluitatibus & ab aquositate, & terebinthinæ, ana vnc. i. & omnia misce. & fiat vnguentum.

Vnguentum aliud optimum et mirabile in talibus vlceribus. Re. olei de vitellis ouorum, & olei de frumento, olei de tartaro: & insimul omnia misce: & ad-

G de de melle ros. quintam partem de oleis supradictis: & cum sufficienti cera fiat vnguentum.

*Sequitur de ulceribus corrodentibus se præter putrida.* Cap. VII.

Vlcera corrosiua sunt illa quorũ humiditas est talis in potentia, & taliter disposita ꝙ acuitatẽ humoris, quã acuitatem habet resoluit & cõsumit humidum mẽbrale: ita ꝙ per resolutionẽ humidi diminuit de substantia carnis: & ipsam vlcerat: sic ꝙ facit vlcus corrosiuũ, & fraudulentum. Vniuersalẽ quidẽ doctrinã nõ obliuiscaris: si corpus nõ fuerit mundũ: sed si fuerit mundũ, saltẽ cum ventosis & appositiõe sanguisugarũ super ipsum. Et si fuerit mala cõplexio, permuta ipsam cũ epithematibus: nam epithema dicitur de succis vnctio sola. Iterũ rectifica cibos sine mo-

H ra, vt generetur bonus sanguis. Stringe et dilata porositates mẽbri secundũ necessitatem. nã qñq; dilatatio superflua amplificat morbũ, & eius malitiã: et qñq; facit esse necessariũ ambulatio corrosionis vt incidatur mẽbrum. Et curatio horũ ulcerum in qbus nõ est putrefactio embrochatio cũ aqua frigida, & aq̃ myrti, et aqua rosarũ, & aquę virgę pastoris, & vino styptico, & similia, sicut aq̃ solathri, plantagi. & florũ salicis, & nenuph. & violarũ. Sed si fuerit illic putrefactio: tunc aq̃ maris, & aq̃ laxciuij, & vinum albũ, et aq̃ aluminosa. Cęterũ melior curatio horũ vlcerũ corrodẽtiũ est administratio stypticorũ, et exiccatiua infrigidãtia extra sicut cortices malorũ granatorum, & lentes, & semen rosarum, & folia myrti, & folia mastiches, & spina egyptiaca, & grana myrti, & sumac, et de folijs acetosæ bullitis cum vino, & compositio boli armeni,

cum

cum oleo rosa. & aceto, & syrup. acetoso: aut emplastrum factum de arnoglossa & cum folijs oliuæ.

Vnguentũ conueniens in hoc casu. Re. lẽtes, & decoquantur in forti aceto, & vino styptico, & foli. matris syluę. M. i. et pistãda pistentur. et fiat vnguentũ: et adde boli ar. vnc. i. & aliqd de oleo ros. aut myrtino.

Vnguentũ in vlceribus corrodentibus mirabiliter operans. Re. succi bursæ pastoris, succi centũnodiæ, ana. mediũ cyathum, pulueris carolorum salicis. s. de aliquo ligno putrefacto, vnc. i. pulueris alicuius tegulæ antiquæ, super quam stillauit aqua ad aerem, vnc. ij. olei myrtini, vnc. ij. cerę quod sufficit. ad ignem fiat vnguentum decoctũ vsq; ad cõsumptionẽ succorũ.

Vnguentũ optimũ ad defendendum circũcirca ne corrosio pertrãseat. Re. olei ro. vnc. ij. boli ar. vnc. i. sang. drac. terrę sigillatę, ana drac. i. succi foliorũ mandragorę: sed loco ipsius succi hyoscyami al. & parum per aceti: & permisce donec optima fiat incorporatio sufficiens ad lauandum circũcirca vlcus.

Puluis cõueniens supra locũ si ulcus nõ erit profundũ. Re. pulueris agrimonię. Itẽ puluis ligni carolorũ salicis. Itẽ puluis genestrę intelligendo de floribus. Itẽ puluis foliorum saluię. Itẽ puluis florũ vrticę: vel florum salicis. Item puluis florum rorismarini, vnc. i.

*Sequitur de ulceribus putridis & malis.* Cap. VIII.

VLcera putrida sunt illa quorũ humiditas corrũpit mẽbrum, & spiritum existentẽ in membro illo: et corrumpit cõplexionem et humiditatem illius membri: in quo est tale ulcus putridum. Curatio optima horũ vlcerum est, primo mundificare corpus, habendo respectum ad materiã antecedentem, si maxime corpus erit repletum: aut mundificare mẽbrum, si corpus fuerit mundũ: habendo respectum ad materiam currentẽ in loco: & hoc fieri potest cum ventosis & sanguisugis atq; epithematibus complexionem cõfortantibus: de melioribus autem est vt prohibeas in his ulceribus generationem calidi apostematis: quoniam illud est prauum & inquietum. Nam si tantum accidat, vt putrefactio cõfirmetur: et vehementer superfluat cum sua malitia: tũc necesse est vt moueatur cauterięando cum igne: aut cum medicamine acuto: aut cum incisiõe vsq; ad carnẽ sanam. laudamus atq; bonitatem acuti medicaminis: quia taliter agit: q acci pit omnem ostracositatem, et extrahit ipsam. Sed pro remotione ardoris cauterij, & pro remotione escharæ, succurratur cum butyro: ponendo desuper vice vna post aliam, donec eschara remoueatur. His remedijs nõ valentibus necesse est incidere membrum, vt saluetur a putrefactione. Medicinæ cõuenientes in speciali in his ulceribus sunt, sicut aqua maris, et aquę quę sunt abstersiuæ, et exiccatiuæ denominatæ, in capitulo fistularum. Effectus medicinę cũ perfecta medicina sciri nõ potest nisi ex triplici notitia, scilicet aut ex angelica inspiratione, aut syllogistica ratiõe, quę est logica siue naturalis phylosophia: aut experiẽtia: q oportet ut bene experiatur, et dimittatur diebus aliquibus ut medicina cũ membro actuetur bene. si naturam illius perfectæ cognoscere volueris. Medicinæ appropriatæ in his vlceribus in particulari sunt sicut farina hordei, farina orobi, aristolo. & radix caulis, & radix siclæ. i. bletæ, & radix cucume. asinini, & semen lini, aut assæ. i. limo cum passæ: aut ficubus cum melle.

Item emplastrum cũ cepe maris. i. squilla decocta

A cum melle aut caulibus. Item aristolochia, & alchãna. i. mirasolis, ana partem. i. floris æris, partem. s. Itẽ succus cucumeris asinini, cũ alseric. i. vitriolo rubeo. Itẽ aristolochię lon. & gallarum et olei partes ęquales. Itẽ calcis & colcotar. i. vitriolum citrinum, ana. arsenici partem. s. Item alseric. i. vitriolum rubeum, part. vij. colcotar, drac. iiij. & fiat ex eis linimentum: decoquatur in forti aceto cotyla semis: donec consumetur acetum. Cotyla est pondus nouem vnciarum. et sic cotyla semis est pondus, vnc. iiij. cum dimidio. Item colcotar est vitriolum citrinum: et draganthum est vitriolum adustũ amborũ, ana partes. xx. corticis ferri partes. xvi. gallarum perforatarũ partes. x. aut salis, partem. i. aluminis vsti & corticis æris: & abrotani vsti. i. rutæ caprariæ, partem. s. Itẽ valet sarcocolla, ęs vstũ, & gallarum, & floris æris, & aristolochia: et misceantur cum aliquantulo glutini. Itẽ draganthi rubei, unc.

B s. calcis viuę, drac. i. aluminis, corticum granatorum, ana drac. i. thuris, gallarum, ana vnc. s. ceræ, & olei antiqui, cotyla vna. Item plumbi vsti cum sulfurę, & viride æris, & cerussæ, plũbi, thuris, merdasengi, climię, ammoniaci, opopanaci, mastiches, ana drac. ij. adipis renum uaccæ, & resinæ, glutini alimbac. i. terebinthinę, olei myrtini, ceræ quod sufficit: fiat unguentum.

Item Gal. & alij pręcessores aggregauerunt tale emplastrũ ad putredinem plagarũ. Re. scorię ęris, unc. i. floris ęris, unc. i. cerę, lib. s. panã linchi. idest uitella uel panis cuculi alij dicũt alleluya, unc. i. s. fiat emplastrũ. Sed cum aliquod ulcus fuerit difficilis sanationis, administretur de panno combusto. Itẽ medicamen Andromachi & est theriaca Andromachi. Item cucurbita sicca combusta. Item lana sordida combusta. Item

C emplastrum de folijs cypressi. Item foliorum dulb. i. foliorum nespuli adustorum. hæc omnia a proprietate sunt perfectissima.

Emplastrum in his ulceribus putridis. Reci. foliorum eupatorij, & mentastri, & tassi barbassi, & urticæ mortuæ, & foliorum bardanæ, & foliorum restę bouis, ana. M. i. radicis gariophyl. radicis ualerianę, radicis scroffularię, ana. M. s. omnia decoquantur optime in aqua, & pistãda pistentur: & farinę fabarũ, hordei, & orobi, ana. M. s. olei ros. unc. iij. fiat emplastrum.

Vnguentũ optimum. Rec. pulueris aristolochiæ, pulueris centaureę, & gallarũ querci, & floris æris, & aluminis zucharini, ana drac. ij. pulueris spicæ nardi, & agni casti, & squinanthi, ana drac. i. olei mastichini, & cerę quod sufficit: & fiat unguentum.

Vnguentum aliud. Re. aquæ quæ distillatur a uite

D ardenti per uitem. aquæ celestinæ quæ dicetur in capitulo de fistulis, ana unc. s. aquæ terebinthinæ, aquæ picis, ana drac. iij. olei de costo, & terebinthinæ & resinæ pini, ana dra. ij. ceræ uiridis qđ sufficit: fiat ungtũ.

Vnguẽtũ ualde mirabile in istis ulceribus putridis. Re. unguenti basiliconis, unc. ij. unguenti diachylonis absq; gũmis, unc. s. mellis ros. colati, unc. iij. olei uicij siue lachrymi, unc. i. olei rosa. & ceræ rubeę quantum sufficit. fiat unguentum.

Vnguentum: dummodo defensiuum non obliuiscatur circa ulcus.

*Sequitur de ulceribus quæ sunt difficilis curationis quæ dicuntur ambulatiua.* Cap. IX.

VLcera ambulatiua sũt illa, q̃ ꝑpter sui acuitatẽ multũ ĩ mẽbro perãbulant, & in mẽbro faciũt

venire separationẽ, et continuitatẽ ipsius plurimi numeri & situs inordinati. Sed quandoq; hæc talia vlcera quæ sunt difficilis consolidationis, sunt sine ambulatione: sicut sunt vlcera ostracina, & alia quæ stant secundũ dispositionem suam per aliquod spatiũ temporis: & nõ sunt tamen fistulę, neq; vlcera putrida, & neq; corrosiua: sed sunt sicut animal, et homo: et sicut superius ad inferius. omnia tamen corrosiua & putrida sunt difficilis consolidationis: nõ tamen conuertitur, ꝙ omnia vlcera difficilis cõsolidationis sint putrida, dico corrosiua: q̃a possunt esse ulcera alterius qualitatis. Quidam medicus de quo facit mentionẽ Gale. romanus, qui curabat omnia vlcera vltima in corruptione & valde elongata a cõsolidatione, in hoc erat expertus. Curatio horũ vlcerum quæ pręter corrosiua & putrida sunt difficilis cõsolidationis, incipiendo primo ad hoc ut si fuerit causa malitia complexionis, aut malitia sanguinis: rectificetur: & hoc cũ eo quod generat sanguinem bonũ ex parte cibi & potus. s. cũ paucitate & multiplicatione eius, & dilatatione in cibo bono in quanto & in quali. Vlcera quæ sunt prauæ consolidationis & curationis, si causa fuerit virulenta & saniosa, cura curatione virulenti & sordidi. et si causa fuerit malitia dispositionis: ita ꝙ caro denigrescit, vel liuida fiat: cura cum exiccatiuis. & si causa fuerit uena uaricalis ambulatiua: fac secundũ ꝙ vidisti in quampluribus hominibus habentibus uenas magnas & ad laqueandum malas: & cũ vlceribus in tibijs antiquis: quæ vlcera in breui spatio sanantur per laqueationem venę deferentis materiã: et sanaui eos hoc modo, ponẽdo ruptoriũ supra venam in crure: & ipsam discooperiendo & subleuando & cũ filo ligando: & in tertia die post ligaturam incidendo: & per bucellationem carnis orificia obturando: taliter ꝙ nulla gutta sanguinis videatur: de residuo quomodo fiat, nisi semel videres ad cõplementum, nõ posset lingua proferri. Sed si causa fuerit debilitas membri processa ab elongatione temperamẽti: quomodo estimare potes aut ex superfluo calore, aut ex superfluo frigore. Sed multoties contingit ꝙ hęc dispositio sit a causa calida attrahente materiam ad locũ: ꝙ pro eius cura sunt necessaria medicamina infrigidãtia styptica. Sed si aliq̃d os fuerit corruptum: tunc incide, & detege, & auferas illud quod est super ipsum, & frica os illud cum raspatorio, et subtiliter inquire, quomodo agere potes in tali curatione secundũ ꝙ exponetur in capitulo de ventositate spinę. Sed si causa fuerit putrefactio usq; ad uenas, & fuerit antiqua: tunc rectum est vt facias secundum qualitatem quæ recta est in eis. Medicinæ conferentes in vlceribus quæ sunt difficilis consolidationis secundũ plurimas dispositiones: & hoc in speciali. Primo est scoria æris, & flos æris adustus & non adustus, & scoria calybis, & glutinatio auri, & colcotar, & vitriolum citrinũ, & draganthum, & vitriolum viride, & climia auri. i. fumus eleuatus a fornace vbi depuratur aurum, qui est sicut fuligo: & gũma cypressi, farina hordei, & iris, & aristolochia vsta, & es vstũ, & terra chiris. i. miniũ, et merdasengi, et plumbum vstum, & radix almeçereon. i. laureola vel anabula, & cortices ostracarum, & cinis venarum terræ. i. lumbrici: et cerussa, & salgẽma, & thus, & cortices granatorum, & gallæ perforatæ, & ammoniacum, & thus minutum: sed ex his secundũ discretionem tuam facere potes linimenta, vel vnguenta, & emplastra secundum

E corporis dispositionem.

Vnguentum mirabile in vlceribus ostracinis, quæ vlcera veniunt in tibijs hominũ sine sanie. Re. plumbi adusti cum sulfure, & antimonij, ana vnc. ij. lithargyri, vnc. ʒ. olei ros. & omnia incorporẽtur: et in mortario fiat vnguentum aliqualiter molle.

Vnguentũ optimum in talibus vlceribus a descriptione Rasis, quod vocatur vnguentũ de çiniar faciẽs ad vlcera antiqua. Re. çiniar, drac. ij. resinę, ceræ, ana drac. v. liquefiant in oleo, & administrentur.

Vnguentum aureũ sic vocatum ab Auicẽ. in capitulo de curatione vlcerum, quæ sunt difficilis curationis & cõsolidationis. Re. lithargy. aurei minã. i. & mina est pondus. xvi. vnc. & radicis almeçerij, & est laureola. aliter. anabula, aur. xxxvi. floris ęris, aur. xviij. i. drac. xxvij. limaturæ auri triti, limaturę almerdasen F gi, ana. aur. xl. olei antiqui lib. iij. ponatur in primis super ipsum merdasengi, & aurum, & flos æris: deinde reliquę medicinæ: & optime fac vnguentum.

Vnguentum nostrũ mirabile. Re. picis naualis bene puræ, vnc. iiij. olei ros. & lardonis porci colati, ana vnc. ij. ceræ quod sufficit, fiat vnguentũ: & adde pulueris gummi elemi, & sandarachæ, & carabæ & lacæ, ana drac. i. & optime hęc pmisce: et malaxa siue ablue dictum vnguentum pluries cum optimo vino montano, donec vnguentum pulchrum fiat.

Vnguentũ aliud de plumbo multũ ualens in tibijs. Reci. plumbi vsti, lapidis marchasitæ, antimonij, ana vnc. ij. æris vsti, drac. i. pulueris crucibulorum in quibus decolatur argẽtum, vnc. i. lithargyri, vnc. ʒ. olei, & ceræ quod sufficit. fiat vnguentũ, in mortario diu ducendo, donec erit molle ad tui libitum: & de isto tali vnguento pone super carnem extendendo. G Nota ꝙ per vlcera ostracina tu debes intelligere esse ipsa vlcera, quæ sunt plana & lata in superficie membri, et maxime tibiarum, & dura, & ostracosa: & aliquando sine virulentia, & sanie multa: quia potius est mala cõplexio, & indebita dispositio illi membro habituata, quam sanies & virulentia sit ibi aggregata. & sic hoc vlcus & tale per hęc redditur difficilis cõsolidationis, distrahens a se aliũ diuersum modũ curandi ab his vlceribus virulentis & saniosis: quia plus intẽdere oportet accidenti quã causę: quare nõ debemus admirari si in aliquibus ulceribus aliquando regulariter operando apponatur oleum & aliquod aliud humidum.

*Sequitur de fistula, & eius curatione, & corrosionum, quæ non conglutinantur absque labore. Cap. X.*

H FIstula est ulcus angustum profundũ cum nodositate & duritie carnis circũdãtis ipsam: & est sicut cãna uel pẽna anseris penetrãs in mẽbro bruno lõgo. Dicitur autẽ fistula ad similitudinẽ illius instrumẽti habentis os strictum & fundum amplum. Causa generatiõis eius est duplex. s. causa interior & causa exterior. causa interior prouenit ex humoribus corruptis. causa exterior prouenit a uulneribus & ulceribus ĩdiscrete curatis. Cuius significatio duobus modis sumitur: quoniam sumitur ab eius essentialibus, & ab eius accidẽtalibus. Ab essentialibus: quia caro circũdãs ipsam indurata est, & os eius strictum, & profunditas dilatata: & sic largo modo cauerna idem est quod fistula. Ab accidentalibus uero: quoniã accidit ut eius sanies sit indigesta cum horribilitate fœtoris, quę aliquando abscinditur. & hoc proprie quando corpus nõ est repletum:

pletum: nec humida est cōplexio: & est regimen patiētis exiccatiuum: & etiam quādo custoditur membrū: in quo est fistula, a doloribus et similibus accidētibus: & aliquando in fistula erit sanies cum multa quantitate: & aliquando cum pauca sanie: & aliquādo est grossa: & aliquando subtilis secundū diuersitatem mēbrorum. Fistulæ autē sunt recentes, aut sunt illæ quæ anni circulum nō exiuerunt: aut sunt antiquæ: & sunt illæ, quæ pertransiuerunt annū. Sed describitur in prima techni ꝙ illud vlcus quod non sanatur in. xl. diebus, amplius nō curatur vlcus, sed fistula. Illæ fistulæ quæ sunt antiquæ, sunt illæ quarum cōcauitates iam profundatæ sunt in carne vehementer: & istæ sunt difficilis consolidationis. Illud vero quod est necessariū de concauitatis illius remotione, procede cum eradicatione ex lateribus cum nouacula siue rasorio, aut cum ruptorio cauterio, aut cum igne, aut cum medicamine acuto: et illud est prauum & inquietum, et proprie quādo est in vicinitate membri aut nerui. Ego autem auctoritate Auicennæ multum laudo cauterium potentiale cum igne, si positum fuerit cum debita mensura & absque veneno: quamuis Albucasis fuerit in contrarium dicendo, Et scitote filij ꝙ ex secreto curationis per cauteriū cū igne & bonitate eius super cauterium cū medicina comburente: est quoniā ignis est simplex. cuius actio nō peruenit nisi ad membrū qđ cauteriçatur, & nō nocet mēbro alij coniuncto cū eo nisi nocumento paruo. Medicinæ vero comburentis actio peruenit ad illud, quod elongatur ex membris: & fortasse facit accidere in membro ægritudinem difficilis sanationis, & fortasse interficit. Ignis vero propter subtilitatem suā & bonitatem substantiæ nō facit illud nisi superfluat. Aliqua fistula est mala ad curandum: & hoc est quia æger nullo modo potest pati curam: & ideo necesse est vt hæc fistula remaneat cū domino suo. Et aliquando possibile est, vt aliqua fistula curetur per hunc modū, vt exiccetur, & corrodatur cum aquis et alijs caro mala vnctuosa fraudulenta: & exiccetur residuum carnis eius mortuæ: & taliter consolidetur, vt remaneat sic quieta tēpore longo. pręter ꝙ sit adhuc cōsolidata integre, ne superueniat recidiua peior sua radice. Modus optimus curandi fistulas post quē modum amplius nō est reditio ipsarum: & hæc, quando ipsa fistula est fraudulenta & putrida & antiqua: est abscisio cū adustione simul: aut cauterizare eam cū igne secūdū necessitatē meatus tortuosi, vt sciatur intentio cauterij: & eius penetratio cum cautela & ingenio alicuius instrumenti perforati: donec coquat vel cauteriçet ipsam fistulam. Alij aūt modi sunt cauterizatiui cum medicinis cōburentibus in potētia: ꝓpter quod tria sunt genera medicinarū quibus vtūtur ad remouēdū aliquam partem membri. Prima est medicina corrosiua: de proprietate, vt dictum fuit prius, est ꝙ propter proprietatem & acuitatē quā habet resoluit: & consumit humiditatem membri: sic ꝙ propter resolutionē humidi diminuit de substātia carnis: et ulcerationem auget in membro. exemplū. sicut flos æris. Secunda est medicina putrefactiua quę ex sui obuiatione ad membrū corrumpit mēbrū seu spiritum in eo existentem & humiditatē illius mēbri. Tertia est medicina causticatiua quæ ex sui vehementi caliditate habet vt carnem et cutem adurat, et faciat escharam, quemadmodū ignis. Et de summa medicinarum acutarū conuenientium ad fistulas est sal ar-

A moniacū, & arsenicum, & sulfur, & flos, æris, & argētum viuū, & lapis petræ, & alcali, & similia. Sed cum ista ponuntur super fistulam, inflāmatur fistula, & assatur, & separat a carne aliquod nociuū, quod postea oportet vt accipiatur cum forficibus, & extrahatur: et assiduetur humectatio membri cum butyro vna uice post aliam, & hoc vt sedetur dolor & inflammatio: deinde curetur ipsa fistula curatione vlcerum. Ad curam fistularū tres requiruntur intentiones. prima est vt fistula bene mundificetur, & abluatur. secūda est vt mortificetur, & desiccetur. tertia est vt eius concauitas cōtinuetur, & sanetur. Fistula vero mundificetur et abluatur. s. cum lixiuio aut aqua maris vel aqua artificialiter salsa: & capitellū multoties additur istis aquis ex sale ammoniaco, & sulfure, & arsenico: aut de flore æris aliquid permiscetur propter maiorē

B abstersionem: & aqua sublimata: & aqua, in qua decoquitur alcali, calx ouorum: & in summa sublimato arsenico, sub sale armoniaco: et sulfur est mirabile: & in sublimato est scientia cū appropinquatur. Sed modus abluendi est vt perueniat aqua vsq; ad fundum fistulę donec repleatur ex ea: & īgenieris ad hoc vt quātum est tibi possibile: & si non potes cum alio, saltem cū clysteribus et syringibus: & stude vt liquor retineatur per horam, & exprimas vndiq; cum manu tua, & maxime vbi profunditatem fistulæ arbitraris. deinde cum expressione cōpetenti dictam aquam extrahe: et fac illud toties, quoties fuerit oportunū. Mortificatio & exiccatio fistulæ. Mortificatur, & extirpatur tripliciter. primo cū incisione & ablatione totius carnis corruptę. secundo cū medicaminibus acutis secūdum ꝙ inferius apparebit. tertio cum cauterio ferreo

C ignito, cuius mundificatio fit facilior: & est vltimū iuuamentum. Continuatio & sanatio fistulæ quæ est tertia intētio. Oportet ut procedat cū administratione medicinarum facientiū nasci carnem secundū modum nostrę ordinationis: ex loco et tempore supra in proprijs capitulis determinatis. In primis ergo ad cognitionē perfectā fistulæ te oportet peruenire: ad hoc cum diligētia optime perquirere cum tenta siue tasta eius ꝓfunditatē, & si tēdit secundū rectū aut secundū tortuositatē: et habeas tentā tuā plūbeam, et est magis lenitiua: vel candelā: & plicetur secūdū modū tortuositatis: et inqre si orificia ipsius sunt plurima: & videas si tendunt ad vnū: aut si quodlibet illorum habet foramen, cuius extremitas nō cōmunicat alteri: tunc iudica, ꝙ nō est fistula vna, sed plures: Ait enim Albuc. ꝙ illud quidem nō significatur tibi per tentam inqui-

D sitionis: īmo oportet vt clysteriçetur vnum ex orificijs: quoniam humiditas cū qua fit clysteriçatio, versus alia orificia tendit, & egreditur ex eis. Sed quando nō est possibile vt licynia. i. tenta cum medicamine ꝓfunditatem attingant propter longitudinem eius, siue quia via fistulæ est tortuosa: & sic fistula nō occiditur, neq; radix eius extirpatur omnino: parentur medicinæ: vt virtus cum substantia veniat vsq; ad profundum: & hoc in forma aquarum & aliorum liquorum, vt inferius apparebit.

Aqua mirabilis quę dicitur mater balsami, cuius infinitę & mirabiles sunt proprietates: & in fistulis mirabilem operationē producit. Re. terebinthinæ, vnc. i. thuris masculi, vnc. ij. aloes succotrini, mastiches, gariophyllorū, galāgę, cinnamomi, croci, nucis musca. cubebarū, ana vnc. i. gūmi hederæ, vnc. v. & omnia

subtilissime pulueriçentur: deinde in alembico bene lutato luto sapientiæ distillentur lento igne.

Prima aqua quæ egreditur erit clara & alba, donec incipiat croceari & inspissari, tunc remoue ipsam: & collige secundam, quę erit crocea spissa, & supernatat alteri primę. Cũ autẽ inceperit magis croceari, remoueatur secunda: quia venit tertia, quæ est sicut mel clarum. Tertio venit aqua quæ proprie balsamus vocabitur: & habet tot virtutes quot balsamus. Primo ardet. secundo cõgelat lac, si in una libra lactis ponatur vna gutta tepida, statim cõgelat illud sicut verus balsamus. Item si de ea posueris cũ cuspide cultelli in fundo cyathi aquę pleni, nõ dissoluitur: sicut verus balsamus. postquam steterit per unam horã, venit in superficie aquæ sine dissolutione: sicut verus balsamus.

De prima aqua. Nota ꝙ prima aqua vocatur balsamus. Nota ꝙ secunda aqua uocatur oleum balsaminum. Nota ꝙ tertia aqua vocatur balsaminum oleũ artificiale: quia est sicut balsamus naturalis ĩ operationibus. Prima virtus. prima aq̃ curat fistulã, sonitũ aurium si de ea. 2. vel. 3. guttas mane auri imposueris.

Secunda aqua curat oculos subito expalpebratos, leprosos, & lachrymosos, si cũ ea mãe & sero laueris.

Tertia proprietas curat et stringit omnem tineam, scabiem, et superfluitatem in quacunq; parte humani corporis acciderit. Curat omnia apostemata, & omnia vlcera recentia venientia, omnemq; tumorẽ oculorum, si cum ea laueris.

Alia virtus. curat, & restringit, & repcutit, & magis est repercussiua humorum frigidorum, quam alia aliqua aqua aut medicina quæ haberi possit: & magis valet in passionibus quam saphyrus et plantago. omnem dolorem dentium uel ex verme vel ex humore fluente si cum ea laueris curat, restringit, & interficit. Et in omnibus venenis frigidis, sicut bufonis, araneę, serpẽtis, scorpionis, optime ualet: Nec est possibile vt hominẽ lædant, si aliquis ab illis punctus fuerit, si guttam tepidam ex ipso calido superposueris. Omnia vlcera quãtumcunq; profunda sint siue in carne siue in neruis & osse, & apostemata saniosa: si cum ea laueris sine aliqua tẽta curat infra nouem dies quantumcũq; terribilia seu ĩmunda fistulata uel cancerata fuerint: et noli me tãgere, morbum Egidij. habetq; mirabiles effectus in dulcificatione corporum metallorũ. Alia proprietas. Omnem guttã frigidam, si cum ea laueris, & si cum pãno lineo supra locum doloris implastraueris, curat: & percussiones baculorum lapidis, vel casus læsione loci facta panno lineo in eo tincto & super posito desiccat, & restringit: etiã paralysim, & omnẽ tumorem curat, fortificat, & restringit, neruosq; fortificat, vel cõfortat: et scias ꝙ est calidissimũ super omnem gradum: & nulla res calidior reperiri potest: & est tantę penetrationis & caliditatis, ꝙ si vnam guttã tepidam posueris super manum, statim penetrat sine læsione, & non senties.

Alia virtus. Tumorem pedum, tibiarum, & dolorem iuncturarũ læsione ibi facta, & superpositum curat ex frigida causa, vel ex sanguine corrupto. Præterea plurimas alias habet virtutes, & est effectus mirabilis: & vocatur hoc oleum mater balsami: quia balsamo melior est in pluribus rebus: et si vis probare si uerum sit: accipias pullum depilatũ & mundatum a visceribus: postea calefac eum ad ignẽ tandiu ꝙ vix possis tenere eum in manu: postea linias eum cum dicto

E oleo: postea pone ad solem ad siccãdum per duas horas: & iterum iteretur vngendo cum dicto oleo, & desiccetur. postea vbi vis repone: quia nunquam putrefiet. & sic multas alias habet proprietates.

Aqua facta de stercore humano destillato per alembicum prȩualens in fistulis, & escharam sanat, & cicatricem reddit pulchrã si ex ea vngatur. Item si oculo ponatur, rubedinem & caliginem tollit, telam frangit, & lachrymas tollit. Itẽ in potu data empilepticis cito subuenit: & etiã si eorum capita inungantur. Itẽ super apostema posita cum stuppis, cito rumpit. Itẽ Item si cum calce soluta detur, lapidem frangit. aqua ista bibita hydropicis subuenit. Item morsui cuiuslibet canis vel animalis rabidi & venenosi cito subuenit: si ex dicta aqua bibatur. Item ualet ad oẽ venenum, si cito bibitur, sanatur. Itẽ si caput tineosum

F abluatur cum dicta aqua, cito sanatur.

Aqua mirabilis valens in oĩbus vlceribus & vulneribus & fistulis in quacunq; parte corporis, & maxime nõ putrida. Re. ros. vnc. 5. lentium, sumac, ana unc. iij. balaust. vnc. ij. omnia ista contusa coquantur in aceto lymphato: & si sunt vlcera putrida, mortificantur prius cum melle rosato.

Aqua cum qua clysteriçantur fistulæ & vlcera interiora, & exiccat, & abstergit, ponatur tepida. Reci. ireos, aristolochiæ, rosarum, capilli ueneris, ana. M. 5. prassij, vnc. ij. balaustiarum, myrti. ana unc. 5. sulfuris, vnc. ij. terantur, & coquãtur cum vino albo acerbo, & in colatura addatur mel: & coquãtur per vnam horam: & vtere tepida: & etiam posset addi in ista aqua alumen, & aqua cineris, vel aqua maris, & similia: & quando est apostema, non conuenit aliquid ex istis.

G Aqua mirabilis in fistulis cum qua scribi possunt litteræ aureę in ferro. Reci. cornu arietis abrasum exterius, & incidatur subtiliter, & ponatur ad distillandũ in alembico vitreo subtiliter: tunc ista aqua quæ exit, operatur in ferro calido, ipsum deaurando, & mirabiliter valet in fistulis.

Aqua corrodens loco cauterij ita ꝙ corrodit etiam ferrum. Reci. salis nitri, vnc. ij. vitrioli romani, lib. i. cenabrij, aliter vçifur, vnc. iiij. quȩlibet per se terãtur: deinde simul misceantur: & per alembicum distillentur. & hanc aquam collige.

Alia aqua in fistulis corrodens ferrum. Re. salis nitri, vnc. ij. vitrioli romani, salis armoniaci, uiride eris, auripigmenti, calcis uiuæ recentis, aluminis, rochię, salis alcali, ana. & fiat ex omnibus puluis: & per alembicum vitreum distillentur: & quod fluit, reserua in va

H se vitreo: & ex ipsa balneando curat fistulam.

Aqua alia probata ad fistulam, & quæ indurat ferrum tali modo, ꝙ poteris incidere aliud ferrum, vt esset lignum. Re. lumbricos terrestres, et de eis fac aquã per alembicum, & ex radiçibus raffani fac aquam per alembicum. postea fac fieri tibi vnã laminam cultelli, quæ sit a parte vna acuta. postea ponat eã faber ĩ igne donec rubefiat: & extrahat. Et extinguat in ea tribus vicibus æquali quantitate sumptis: & temperata cum acumine ipsius cultelli inde perforando vitrum: deinde candidetur: & iterum balnea in aquis supradictis: deinde poteris incidere ferrum securiter: & est mirabilis in fistulis.

Aqua alia fortis ad causticandũ fistulam, et alia quę volueris: ita ꝙ vna gutta faciet quid magnũ. Re. vitrioli romani, salis nitri, cenaprij, salis armoniaci, sulphuris

phuris viuĩ, vnc.iiij.limaturã martis. omnia ista puluerizentur subtiliter: & pone in alembico: & distilla aquã. Et nota ꝙ prima aqua nullã habet fortitudinẽ. Secunda vero aqua est fortissima vltra modũ, quã distilla cum fortissimo igne: & in vase vitreo serua.

Aqua alia fortis ad causticandũ fistulam: & similiter corrodit ferrum. Re. sal nitrum, & alumẽ rochię, & alumen zucharinũ, & tertiam partem vitrioli, et distilla per alembicũ, & cõsumet oẽ super quo fuerit apposita: ita ꝙ vna gutta est sufficiens diminuere carnẽ.

Aqua alia in fistulis, & frangens lapidẽ in vesica & renibus. Re. succi saxifragiæ, lib.ij. milij solis, succi petroselini, anisi, ana. lib.5. aceti albi purificati de vino montano, vnc. viij. omnia simul misce, & distilla per alembicum: & quod fluit reserua in vase vitreo: et de hac aqua da infirmo mane & meridie & sero in quantitate vnius drac. pro certo liberabitur infirmus: & si vis, distilla in fistula: & est optima.

Aqua pretiosa & mirabilis quę valet ĩ vulneribus, & vlceribus, & fistulis, & valet contra pestem, et eius virtus est mirabilis: sed hoc totum debet distillari ad alembicum de vitro. Nam in tali distillatione resultãt tres liquores habentes diuersos colores: & sic quilibet distincte debet colligi in suo vase. Sed nota ꝙ prima aqua valet cõtra pestem: & debet potari tempore pestilentię. Item confortat cerebrum per nares trahẽdo. Item destruit polypũ & omne vitium narium, in tangendo polypum cũ dicta aqua per nares. Item si tempora pulsus vnguntur cum aquà, & spina dorsi in loco calido: curabitur. Item si aliquid esset de aliquo loco lapsum: vngatur cũ dicta aqua, tunc curabitur. Itẽ si aliquis haberet cerebrum uel memoriã debilem, vngatur caput, parte anteriori rasa pluries, curabitur. Itẽ contra venenũ subito potata destruit omne venenũ. Item valet contra vulnera & vlcera. Item valet contra paralysim linguæ vel membrorũ, si sint apostemata vel cancrenata. Item valet cõtra omnẽ ægritudinẽ corporis. Secunda vero aqua quæ exibit assimilatur oleo: & est oleum quo veraciter possumus vti loco balsami. nã si projcies unã guttam in aqua ista, gutta vadit vsq; ad fundum et potest iterũ colligi. Item si projcies acum ĩ dicto liquore, supernabit acus. Item coagulat lac: & habet omnes virtutes quæ videntur esse in balsamo. Tertia aqua potest dici balsamus: cuius virtutes sunt infinitæ: et est descriptio hęc eius. Re. olei de vico seu lachrymi quod est idem, lib.ij. vel terebinthinæ loco lachrymi, mellis dispumati, lib.ij. aquæ vitis ardẽtis, lib.i. ligni aloes fini, sandali, muscati, macis, cubebarũ, galãgę, nucis muscatę, gariophyllorum, spicæ nardi, mastiches, çinçiber, cinnamomi, croci, granorum paradisi, ana. drac.iij. gummi arabi. vnc.iij. musci fini, drac.5.

Aqua quæ valet ad omnia vulnera cito sananda in quacunq; parte corporis, siue sint recentia siue vlcerata, & ad fistulam quod expertus sum. Reci. vini albi optimi distillati per alembicũ vel per vas ęreum cum quo fit aqua vitis, lib.ij. aquæ rorismarini, aquæ saluię simul distillatorũ, ana. lib. v. zuchari albi, lib.x. quæ oĩa prędicta distillentur simul: deinde recipe ampullã vnã plenã folijs rorismarini, & saluię, ana. & misce cũ prędicta distillatiõe: & sic dimittas per vnum diẽ. postea cola, & repõe in uase uitreo. Modus utẽdi aqua supradicta. ponatur in fistula uel ubi tibi placet.

Alia aqua mirabilis in fistulis, & dissoluens perlas, A & aurũ in folijs. Reci. salis armoniaci, lib.5. salis nitri, unc.iij. tartari, unc.ij. salis cõis, unc.5. oĩa puluerizenẽ, et distillentur per alembicũ. in uase uitreo seruetur.

Aqua quæ tingit equos, canes, pannos, & pẽnas in uiridi colore. Rec. coporosi, lib.i. et smerilij, lib.5. subtiliter pulueriça: et per alembicũ distilla: et quod fluit, reserua in ampulla uitri bene clausa.

Aqua mirabilis ad fistulam & omnes plagas. Re. rorismarini, lauri, myrti, apij syluestris seu domestici, quas quatuor herbas fac recenter distillari per alembicum uitreũ, ana unc.i. aquę. deinde Rec. terebinthinę, unc. vi. gummi ederæ, unc.iij. thuris masculi, unc.ij. croci, mastiches, cubebarum, nucũ muscatarũ, myrrhę, galangæ, cinnamomi, aloes, sucotrinę, gariophyllorũ, ana unc.i. sed omnia subtiliter pulueriçata sint: & in prędictis aquis imbibita. pone in aludal per alem B bicum distillando. Sed cũ humiditas exiuerit, ꝙ omnes dictarũ herbarum uel rerum fumus uadat in aqua distillata: & donec senties alembicũ frigidum: quam aquã reserua in uase uitreo. Hæc aqua ualet ad omnes fistulas a gula infra existentes: & omnia uulnera si de ea in eisdem posueris: & petiã balneatam in dictis fistulis superponas, eam mutãdo cũ exiccata fuerit. Valet multum & etiã confert cuilibet corporis passioni, apostemati, & doloribus intrinsecis bibendo de ipsa modicum. Si uero fistula fuerit a gula superius, addatur prędictis rebus, unc.i. piperis: et erit perfectissima. Fęces autẽ quę de dicta distillatione supersteterint, pulueriçes: etiã ualebit, si superponatur cuicunq; ulceri. Secretam ergo habeas: & esto memor subuenire pauperibus Christi.

Aqua ad fistulam & remouendũ pannum in ocu C lis: & est aqua açura in colore, quæ est multæ uirtutis: & ponatur. s. primo ad passiones oculorum frigidas ac maxime ad corrodendũ pannum de oculo, & omnem humiditatẽ frigidam siue lipam: & ualet si ponatur in fistulis lachrymalibus, & alibi: & ualet ad subtiliandum pellem faciei: cuius hæc est descriptio. Reci. aquam putei ubi extincta fuerit calx uiua, par.ij. salis armoniaci, par.i. ad pondus: & habeas unum bacile: & projce dictam aquã bene mundam & claram a calce in bacili illo: & cũ dicto sale illo armo. ĩ dicta aqua frica bene, donec dictũ sal fuerit liquefactum. Et sic illa aqua q̃ erit in bacili illo, fiet açura siue in colore uiolaceo. & postea reserua dictã aquã in vase vitreo.

Aqua alia ad fistulas, porros, & verrucas, & callos tollendos. Re. coporosi. i. salis nitri, vitrioli romani, calcis viuę recentis, ana partes æquales terantur: & in D alembicum ponantur, et distillentur. prima aqua quę exit est alba: & est bona ad lentigines, & non ad porros. secunda est rubea, & est bona ad porros, et ad omnia quæ dixi supra.

Aqua causticatiua in fistulis sine dolore: & etiã valet ad natas, & ad glãdulas, & scroffulas, & porros, & ad omnes crescentias in corpore humano: & aufert sine dolore. Reci. olei laterini optimi, mastiches electę, gũmi arabici, terebinthinæ, ana unc.iij. pistentur pistãda: & omnia insimul misceantur: & per alembicum distillentur: quam distillationem misce, & incorpora cum lib.5. cineris cerri. & iterum distilla per alembicum: & quod fluit reserua in uase uitreo bene clauso.

Aqua fortis ualens in fistulis: & est multæ virtutis & potentiæ in ulceribus. Re. salis nitri, uitrioli romani, aluminis rochiæ, ana lib.i. quęlibet per se terantur

subtiliter: & simul incorpora: & pone in alembico: et
fac lentum ignem: & accipe primã aquam per se, do-
nec rubescat alembicus: tunc remoue aquam illam: &
collige aliã per se: quia prima nihil valet: & auge ignẽ,
donec incipiat rubescere: et tũc reduc cineres qui sunt
in vase, vsq; ad collum: & fac ignem fortẽ, donec ru-
bescat alembicus: & cessabit fumus ille rubeus, qui ap
parebit in vase vitreo: & sigilla bene cum cera: & ser-
ua supradictam aquã. in fundo autem uasis inuenies
massam rubeã, quã serua: & serua supradictam aquã,
quia est fortior aqua mundi: & habet mirabiles opera
tiones in se. Nam hęc aqua soluit, corrodit carnem, et
redigit omnia mundi in puluerẽ & aquam, sicut lapi-
des, metalla: & omnia soluit: & est alba, clara, sicut aq̃
fontis. Hæc enim aqua si tangit carnem vel vestẽ, tin-
git eam in colorem croceũ, qui nũquam deleri potest
in carne: durat color pluribus diebus: si laueris cum li
xiuio, fit valde rubeus color. Item si posueris pau-
lulum bonæ lunę, id est argenti in aqua ista, tingit co-
lore nigro, qui deleri nõ potest. Itẽ si posueris aliq̃d
mercurij, id est argenti viui: ita ꝙ liquefiat, fit fortior
igne. Nam si tangit carnem, cauterizat ad modũ ferri
igniti: & nõ sentitur: & est optima ad faciendum cau-
teria. mortificat omnes fistulas, & cancros, & carbun
culos, & humores prauos, & venenosos. Itẽ si ap-
ponatur ferrum in dicta aqua, statim calefit, & bullit
absq; igne: & facit aquam rubeã per intromissionẽ fer
ri. Et si trahes aquam per alembicũ, remanebit ferrũ in
fundo uasis: et erit puluis rubicundissimus. Itẽ si ĩ di
cta aqua posueris venerẽ: bullit: & fit de eo aq̃ viridis.
Et si extraxeris aquam per alembicum: remanebit ve
nus ĩ fundo vasis puluis nigerrimus. Nota ꝙ si po
sueris in dicta aqua saturnũ, facit aquam claram: & si
extraxeris, remanebit sal album & amarũ. Itẽ si po
sueris in ea iouẽ, faciet de eo pastam, sicut butyrũ: et si
desiccaueris, fiet puluis albus. Item si posueris in ea
mercurium: faciet de eo aquam clarã: & si dimiseris re
sidere aquam mercurij, cadet ad fundũ uasis aqua cla
ra: & si dimiseris residere, cadet ad fundũ ad formam
glaciei: & si desiccabis, remanebit sal album, sicut cera
fortissimus. Et si tu volueris recuperare argẽtum tuũ,
quando est in aqua, pone in illa aqua mercurium cru
dum, & statim bona luna intrabit in mercurio: tunc
vacua aquã: & accipe mistionem: & pone in pelle ca-
prioli: & comprime optime, exibit mercurius: quod
vero remanebit in corio pone in crucibulo ad infun-
dendum. & inuenies lunã bonam. Item si posueris in
ea solem, fit aqua crocea: & si siccaueris, fit sal aureum
amarũ: & vt cera valet in desiccando fistulas. Item si
dissolueris in dicta aqua partem. i. de bona luna & tan
tum de mercurio, & tantum de argento sublimato al
bo, & quartã partem vnius istorum de tutia alexan-
drina: & extraxeris aquam per alembicum: remane-
bunt omnia ista in fundo vasis ad formam lapidis: de
quo lapide pone partem vnam supra quatuor partes
æris: & fiet album, sicut argentum de. xxij. solidis pro
vncia: cum quo si posueris de bono argento: pulchra
possunt fieri ornamenta. Item si posueris vel feceris
fieri vasa parua vel annulos vel alia facta de auro &
medietate argẽti: & si postea acceperis panem rubeũ,
qui remansit in fundo vasis aquæ supradictæ, & pul-
uerizabis: facies mirabilia.

Aqua mirabilis in curando fistulã: & spoliat lepro
sos: & lepram nõ veram destruit: & super omnia pul
E chrum oculũ facit: & est mirabilis aqua. Re. limaturæ
solis, & lunę, veneris, saturni, & calybis catimiæ solis,
& lunæ, styracis secundũ paupertatem vel opes patiẽ
tis. ponantur omnia insimul in vrina pueri virginis p
diem & noctẽ. Secunda die in vino albo calido, Ter-
tia die in succo ferri, Quarta die in albumine oui præ-
parati, Quinto die in lacte mulieris masculũ lactantis.
Sexto die in vino rubeo. Alio die in setulo albumi-
num ouorum: & hoc totum ponatur in alembico ad
lentum ignem: & quod exiuerit reserua.

Puluis optimus in occidendo fistulam laudatur ab
omnibus auctoribus. Re. ellebori albi optime pulue
rizati: & imple fistulam: quia mirabilia videbis.

Puluis alius in fistulis. Re. pulueris carolorũ ligni
salicis putrefacti, & pulueris hermodactylorum, ana
vnc. 5. pulueris gallarum, cypressi, et lithargyri argen
F tei, et pul. aloes hepatici, ana dra. ij. fiat mistio insimul.

Puluis mirabilis in fistulis. Re. pulueris pimpinel-
læ cõbustę cum tanto pipere, mirabiliter sanat fistulã.
Item radix aristolochiæ puluerizata, & fistulis ĩmissa,
mirabiliter operatur. Item dixerunt auctores. ꝙ si
accipiatur puluis laureolæ, & puluis ellebori albi: &
distemperẽtur cum melle: & liniatur lichynium: et po
natur in fistula per vnam horam: prouocat vomitũ:
& purgat materiam fistulæ.

Puluis alius mirabilis ĩ fistulis. Re. foliorũ vtriusq;
saluiæ. s. hortulanæ & syluestris, pulueris foliorum ro
ris marini, & pulueris spumæ maris, ana vnc. 5. pulue
ris lapidis indici, drac. i. fiat puluis.

Succi mirabiles in fistula siue fuerit in osse, siue in
neruo, siue in carne. Re. succi radicum gẽtianę, vnc.
5. succi de radicibus bryoniæ, succi de radicibus siclę,
G succi de radicibus mali terræ, siue panis porcini quod
est idem: succi aristolochiæ rotundæ, succi radicis thy
mi, siue herbæ meretricum: succi radicis raphani: suc-
ci radicis pedis coruini: succi radicis serpentariæ: om-
nium, ana. sed quilibet succus est satis sufficiẽs in fistu-
la: & in omni vlcere erit sufficiens. Itẽ succi radicis cu
cumeris asinini ad hoc est optimum.

Succi herbarum, & maxime foliorum ad cauteri-
zãdum fistulam. Re. succi foliorum tarconis, siue lac
ipsius. Item succi exulæ. Item succi folio. titimali, siue
lac ipsius. Item succi foliorũ cataputiæ, vel lac ipsius.
Item succi foliorũ fici, vel lac ipsius. Item succus vo-
lubilis, uel lac ipsius. & est herba faciẽs flores albos ad
modum unius campanæ: & est herba quæ uolutatur
circũcirca arbusta. Et omnia ista sunt bona, aut de p
se, aut per compositionẽ. Item. Re. succi foliorum
H persici. Item succi foliorum milefolij. Item succi folio
rũ allij. Item succi foliorum sauinę. Etiam succus folio
rũ fusti, & seminis centaureę tã minoris quã maioris.

Olea mirabilia in fistulis: & primo oleũ de scorpio
nibus. Oleum de serpentibus ualens in fistulis: & mũ-
dificat & sanat impetigines: & modus compositionis
eius. Reci. ex serpentibus nigris circiter, lib. ij. & sint
serpẽtes ĩtegri: & funde super eos sisamũ, unc. xxvij.
& pone in uase terreo stricti orificij: & sigilla orifi-
cium uasis: & decoque lento igne usq; dum dissoluan
tur serpẽtes. Et caueat sibi operator de uapore ipsius:
& cum coctum fuerit, dimittatur infrigidari: & recon
datur in uase uitreo: & administretur.

Oleũ de ouis mirabiliter in fistulis & ulceribus ma
lis: & cutim mundificat, impetigines, & serpigines, &
antiquos morbos cutis curat: cuius hæc descriptio.
Reci.

Re. uitellos ouorum elixatorum. xij. & cõminue eos cum manibus: & pone in sartagine lapidea: et frige super ignẽ: & moue cũ ligno, aut ferro, coletur, donec rubefiat: & resoluatur ab eis oleũ: & tunc comprime eos cum cochleari: et manabit oleum: reserua.

Oleum de frumento conueniens in fistulis, et curat asperitates cutis. Modus faciendi oleum de frumento. Pone frumentum super laminam ferreã, et super ipm aliam laminam ignitam: non comprimatur multum: & remanebit oleum de frumento.

Item valet mirabiliter oleum petroleum.

Oleum de iunipero valet in fistulis, in sectionibus cutis, & malo mortuo tibiarum, & serpigini, & cancro, & vulneribus et vlceribus malis. Re. ex lignis iuniperi quantitatem sufficientem, & incide in frusta: & imple ollam vel dolium magnũ vitreatum interius. cuius orificium sit arctum: et fac foueã in terra: et prępara parietes eius cũ terra figuli: deinde pone ollã uitreatam in fundo ex directo foueę, habentẽ orificium magnum: & cooperiatur carta ferrea, subtiliter perforata: deinde prępara ista duo vasa cum terra figuli, ne ex vtrisq; orificijs respiret: deinde cooperi terra: & ad de ignem per tres horas: finaliter resudabit oleum de iunipero optimum.

Oleum philosophorum, & est oleũ in quo faciendo cõcordati sunt: & est secretorum iuuamentorũ: & est in eo virtus calefactiua, penetratiua, comsumptiua superfluitatum: & cõfert vertigini, epilepsiæ, & obliuioni: et est optimũ ęgritudinibus neruorum frigidis. Re. ex lateribus antiquis putrefactis multam quantitatę, & proprie factis ex terra rubea: & fac eos in frusta: & accende super eos ignẽ carbonum sine fumo, vsq; dum inflãmentur, & rubescant: deinde extingue eos in oleo oliuæ vel oleo antiquo claro vsq; dum imbibãtur vltima imbibitione: & pone in cazola: & permitte exiccari per se: post vero tere eos subtilissime: et ponantur in alembico ad distillandum cum ordine alchymistarum: & ordina vas sub rostro alembici, in quo fluat oleum: deinde reconde illud: & stringe orificium: & administra.

Oleum de mezereon optimũ in fistulis: & confert hydropisi, & in vlceribus fraudulẽtis, & abstergit fœditatem cutis. Re. almezereon, vnc. iiij. projce super eum aquã dulcem: & lactis recentis, vnc. v. olei sisamini, vnc. viij. coquantur vsq; ad lactis & alius liquoris cõsumptionẽ: deinde q̃si ĩ fine cõsumptiõis colet, & põatur ĩ aliquo vase vitreo, & vtere vbi oportet.

Vnguentum mirabile in fistulis: & oportet vti cũ cautela: sed si vis optime scire facere istud, pete facientes saponem nigrũ: quia eorum est magisteriũ. Istud autẽ vnguentum dicitur sapo niger. Rec. aquam nigram siue capitellum quod idem est, factum ex cineribus & ex calce viua ex aq̃ cõmuni distillata secũdum ordinem sui ordinis, lib. x. olei, lib. v. tãdiu bulliat in caldario, donec congeletur ad formam vnguenti basiliconis, accipiendo coctam supra lapidem siue ferrũ secundum ordinem. sed si potes habere saponem, de isto tali intelligitur.

Vnguentũ optimum in fistulis. Re. picis naualis, vernicis liquidæ ana, vnc. iij. olei mastichini, vnc. ij. cerę viridis, vnc. i. aspalthi, vernicis, aloes sucotrini, añ. drac. ij. & fiat vnguentum: qm̃ mirabiliter valet.

Vnguentum aliud valẽs in fistulis. Re. terebinthinę, vnc. iij. vitellos ouorũ. ij. pulueris tartari, et farinæ

A orobi, & pulueris hermodactylorũ, ana drac. i. mellis apum quod sufficit. fiat mistio cum succo foliorũ leuistici, & apij hortulani: qm̃ mirabiliter operatur.

Vnguentum aliud. Reci. floris æris, vnc. iij. mellis crudi, vnc. viij. aceti, vnc. iiij. bulliant adinuicem, donec inspissentur: & fiat vnguentum: quod dicitur vnguentum ægyptiacum, quod mirabiliter operatur in fistulis & vlceribus.

Vnguentũ diuinum & pretiosum ad fistulam. Re. cerę albę, resinę pini, ana vnc. viij. aristolochię longę, thuris, mastiches, ana drac. vi. opopanacis, ammoniaci, bdellij, galbani, serapini, gũmi elemi, ana drac. i. lithargyri, drac. iij. olei, lib. 5. infundantur gũmæ in aceto per noctem: deinde ponantur in cacia ad ignem: & optime liquefiant, et colentur: & iterũ bulliant donec tota aceti aquositas cõsumatur: deinde bulliat lithar-
B gyrus cum oleo, donec sint adinuicem incorporata: & ad formã quasi vnguẽti redacta: qđ scies per guttã ferro aut marmori iniectam: & misce cõtinue cũ spatula: ne lithargyrus in fundo vasis cõburatur: deinde liquefacta cera resina coletur: et tunc omnia ista supra dicta adinuicem misceantur, & incorporẽtur: deinde cum infrigidata fuerint, addãtur pulueres supradicti, sed in fine adde drac. i. floris æris: & vtere.

Vnguẽtum de tartaro bonum in fistulis. Re. oleũ myrtinum, & cerę quod sufficit, & fiat vnguentũ: & adde aliquid de terebinthina: & de pulueribus tartari paulum: & fiat mistio. Et nota q; omnia supradicta debent approximari cũ bono intellectu in locis: quia aliquando posset prodesse: & aliquando obesse: non obseruando debitum modum operandi.

C *Sequitur de carne addita super uulnera, & qualiter remoueri possit.* Cap. XI.

Creatio quidem carnis est opus naturæ: sed omne quod natura facit crescere, siue sit cum adiutorio, siue absq; eius auxilio, medicina est cõtraria naturæ. Creatio quidẽ carnis superflua procedit ex nimia superfluitate humiditatis nõ bene regulata ordine naturali: quia nõ oportet vt expectetur hic de adiutorio naturę pro remotione carnis superfluæ: sicut expectatur in nascentia. Ratio quia remotio carnis superfluæ ex opposito repugnat generationi. Nam generatio carnis fit a natura: & eius remotio fit ab arte. Et qa isti sunt modi oppositi: ideo in remotiõe carnis requiritur medicina mordicatiua: sed natura nõ habet tale instrumentum. & ideo in curatione illius sunt necessariæ medicinæ abstersiuæ, sicut alumẽ rochiæ combu-
D stum, & cuperosa. Verũtamen quanto sunt minoris mordicationis, tanto sunt meliores. Nã trochisci Andronis sunt optimi, & cortices æris, & ostraca adusta, & cinis ericiorum marinorũ, & campestraliũ adustorum: & similiter lapis nominatus exiæ. i. coperosi, & colcotar. i. vitriolum citrinũ, et dragagãthũ. i. vitriolum adustum, & flos æris est fortis: & vnguentum viride est mirabile. Et vnguentum quod nominatur corolosim, & est vnguentum ęgyptiacum, corrodit carnem sine mordicatione: & medicamẽ Dudeme, id est illius medici, & est puluis hermodactylorum, et medicamen Dianor. i. illius medici: & est medicamen de auro pigmento, & omnes medicinæ quæ valent ad remouendum polypum, sunt optimæ ad remouẽdum omnem carnem superfluam.

Puluis corrosiuus ad remouendum omnẽ carnem

superfluã. Re.arsenici rubei, vnc.5. calcis viuę, vnc. ij. aq cõmunis, vnc.iiij. fiat hoc modo ponatur calx trita in aqua: et tandiu bulliat, qđ aqua sit consumpta ponatur arsenicum: & incorpora simul: & fiant trochisci: & exiccentur in vmbra: & quando opus fuerit, fiat puluis.

Puluis corrosiuus, qui minuit carnem mollem sine dolore, & molestia. Rec. cortices granatorum, & gallas, & spongiam adustam: & sola minuit carnem sine dolore, & molestia infirmi.

Puluis corrosiuus & securus: & valet in inguinibus corruptis & in cancrenis: quia desiccat, & remouet corruptum. Re. aluminis zucharini, thuris, arsenici, ana vnc.ij. calcis viuę, vnc. vi. omnia ista puluerizapone in sacculo: & suspende in medio ollæ plenæ aqua: & bulliat vsquequo consumetur aqua vsq; ad mediũ sacculum & plus: deinde ollam imple aqua tepida vel frigida: & iterum ferueat vsq; ad mediũ sacculum sic fiat nouies: deinde tolle sacculum: & pone ad solẽ: & indurabitur: & quando vis operari, de hoc tere: quia mirabiliter corrodit carnem.

Vnguentum optimũ ad corrodẽdum carnẽ. Re. pulueris asphodellorũ, pulueris hermodactylorum, pulueris tartari, cooperosi, ana drac.ij. cerę viridis, & olei cõmunis quod sufficit. & fiat vnguentum.

Vnguẽtum aliud corrosiuum cũ extraxeris ipsum ex sua natura: per admistionẽ alicuius rei corrosiuę, et potest accipere colorem diuersum per admistionem alicuius rei coloratæ, quæcunq; fuerit illa res colorãs. Exempli gratia viride æris in puluere ponendo cum vnguento citrino vel alio vnguento redditur corrosiuum: & colorat ipsum unguentum in colore viridi: & de puluere minij sic: si misceatur cum vnguento citrino, vel cum alio vnguento colorat ipsum in colore rubeo: & sic de alijs.

Vnguentum aliud corrosiuum. Re. mellis apum, vnc.i. aceti, vnc.5. viridis æris, drac.ij. pulueris tartari. i. fæcis vini adhęrentis parietibus vasis, vbi colatur vinũ: quod vulgari sermone vocatur greppa, dra.i. & tandiu coquatur, donec fiat vnguentum.

*Sequitur de regimine ulcerum, quæ disrumpuntur post cõsolidationem.* Cap. XII.

IVdicium ęstimatiuũ perueniat ad intellectum quãdocunq; post consolidationẽ vlcerũ iterum accidat disruptio: et hoc nõ accidit nisi a causa ĩtrinseca, et aliqua latenti causa: cuius miramur quæ sit causa, cadit super carnẽ & ossa, & alia in tali vlcere, indicantia signa mala. Occupatio tua sit primo vt remoueatur caro mala, & os si erit corruptum, & omne impediens consolidationẽ. Ea vero quæ extrahũt, sunt medicinæ corrodentes, sicut gũmi elemi, folia papaueris nigri, semen hyoscyami albi, vitriolum adustum, flos cucurbitę exiccatus, puluis martagonis, folia fici: puluis corticis q̃rci mirabiliter operatur in extrahẽdo.

Vnguentũ ad extrahendum ossa. Re. folia papaueris nigri, folia fici, semen hyoscyami albi, & vitrioli adusti, ana vnc.i. farinę hordei, vnc.i. florum tassi barbati, gũmi elemi, ana drac.ij. conficiantur cum succo raphani: et loco patienti appone.

Vnguẽtum aliud ad remouendum ossa. Re. farinæ siliginis, & farinæ lolij, & farinę cicerulę, ana. pulueris lapidis iudaici, & calamitę modicum, ana. & confice cum melle & terebinthina: & fiat vnguentum.

E *Sequitur de eradicatione uestigiorum ulcerum.* Ca. XIII.

CVm aliquis intendit eradicare vestigia in vlceribus & vulneribus a quacunq; causa prouenientibus, siue fuerit ex sanguine mortificato, et qui currit cursu aliorũ humorum sub cute permanentium, aut ex apparente turpi cicatrice, propter indebitam consolidationem partiũ: volumus in hoc capitulo in breui vobis aliqua approbata pro decoratione vestigiorum & cicatricum ostendere: & hoc facias cum medicinis fortiter abstergentibus & mundificãtibus: & qđ est minus eo cum eo quod est minus eo. Dicit autem Aui. ꝙ medicinę mundificatiuę fortium uirtutũ sunt sicut squama ferri, & laca de qua dixerũt quidã: & est Paul. & est gũmi herbæ similis myrrhæ boni odoris. Alij vero errauerunt, & dixerunt hoc esse carabæarũ
F dinis. Auicẽ. dicit ꝙ laca est gũmi rubicundum, quo tincturæ fiunt, & scriptores miniant libros. Succus capilamenthi: & albugo oui: & arsenicum cum lapide piperis valet. Medicinę autem leuiores prædictis sunt sicut semẽ raphãi, saliua hominis vel pueri ieiuni, adeps asini est mirabilis. pinguedo cuiusdam piscis vocati tcmali: & oleum liliorũ alborum velociter delet vestigia: & maxime verberatiõis: & spica nardi cum cimino sunt mirabilia. Balsamus autem pater est omnium vnguentorum, in delendo cicatricem quæ manifeste apparet. Folia mandragoræ fricata super lentigine eradicant eas. Dicitur ꝙ mandragora habet virtutẽ et potentiam impregnandi mulieres: quod verum non est nisi sit ex superflua caliditate matricis: reducit eam ad temperamentum: ne sperma aduratur in ea. Decoctio radicis lapæ in aqua dentes confirmat, si tepi-
G da in ore teneatur.

Vnguentum in delendo cicatricem vbicunq; locorum, & appellatur donũ dei in recuperãdo visum deperditum. Re. ancibatis. i. zucharũ candi. ad quãtitatem vnius auellanę, & spermata ouorum gallinarum & galli albi numero. xij. & in mortario. fiat vnguentum optime contritum: & in ampulla reductum ponatur vbi oportet.

Vnguentum aliud optimũ in delendo vestigia vlcerum seu vulnerum. Reci. pinguedinis asini. vnc.i. corallorum alborum, unc.5. pulueris spumæ vitri. dra.ij. boracis grassi, dra.i. crystalli & pumicis triti ad formã pulueris, ana drac.i. camphoræ, scrop.ij. et omnia incorporentur optime addendo aquã florum fabarum: quę facta sit per alembicum de vitro.

Vnguentum citrinũ quod in pomo citrino deco-
H quitur pulchram reddit faciem, lentigines destruit, ad solem unctum, tollit pustulas phlegmatis salsi ĩ facie: & ubiq; locorum cicatrices tollit, & subtiliat: tollit ruborem oculorũ & pruritum & pallorem erysipelatis. Re. boracis, drac.ij. camphoræ, drac.i. corallorũ alborum, unc.5. draganthi albi, umblici marini, amyli, crystalli, antali, id est porceletæ marinę, et est species ostracorum: & dentalis, & est dens cuiusdam piscis, nitri, ana drac.iij. marmoris albi, drac.ij. amenti, unc.i. cerussæ cõmunis, unc. vi. fiat autẽ hoc modo: tere dragaganthum & umblicos marinos in mortario simul cum pistello, & singulatim in eodẽ mortario terãtur: & cum panno subtilissimo cribellentur, axungiæ nouellæ porcinæ albissimæ, lib.i. sepi caprini uel pecorini, lib.i. axungiæ gallinaceæ, unc.i. confice caldarium plenum aquæ super igne: & cacabus cum axungia in

caldario

caldario pendeat in ipſa aqua: vt de calore aquæ: axũgia liquefiat, et liquefacta per ſubtiliſſimũ pannũ coletur in vaſe aliquo: & mox appõatur puluis totus prę A ter camphoram & boracẽ: hoc facto ponatur in vno pomo citrino vel duobus: et ſuper prunas mittantur, donec bulliant: & cum bullire ceperint, iterum in citrino ponantur cũ ſpatula ſemper agitando: tunc ponatur puluis camphoræ & boracis: & cum coagulatum fuerit, reponatur.

Vnguentum aliud ad remouendũ veſtigia. Reci. ſanguinis columbi iuuenis ſic calidi: & ſanguinis gallinæ fluuialis, ana vnc. i. ſanguinis draconis, & pulueris verci, quod eſt lignum: & granorum granę, ana vnc. ʒ. aceti fortiſſimi, vnc. ĳ. gummi arabi. drac. i. omnia bulliant donec perueniant ad ſpiſſitudinem: illa enim ſunt optima.

Vnguẽtum decoratiuũ: & facit pellem pulchram: B & dicitur boraſum graſitinus. Reci. aluminis rochiæ puluerizatę, lib. iĳ. mellis, vnc. iiĳ. ponatur ad ignem: et leui modo cum ſpatula miſceatur vſquequo ſit bene ſpiſſum: poſtea addatur ireos, lib. i. & cũ aqua croci. fiat ſibi color.

Vnguẽtum aliud de vitro ad remouendum veſtigia. Re. vnum collum ingriſtariæ vitri albi: & accendatur in igne: & extinguatur nouies in ſucco limonũ. Et hoc facto vitrum ſubtiliſſime tere: et loco ipſius valet pima de vitro: & eſt melior: ſi haberi poteſt: ſi autẽ haberi non poteſt, accipe vitrum ſupradictũ, vnc. ĳ. & pulueris ſandalorum alborũ, & pulueris cryſtalli, ana drac. i. & diu omnia ſuper porfirum ducantur bene: & humectentur cum aqua limonum, donec tu facias vnguentum extenſibile ſuper locum quando volueris extendere. C

Vnguentũ aliud optimum ad remouendum veſtigia. Re. dragunteam, & piſta fortiter, et poſtea miſce cũ melle albo: & fac bullire per duas horas: & in fine decoctionis adiunge puluerẽ cãphoræ, boracis, & ſalis gẽmę: & cum ſpatula diu mouendo donec ingroſſetur, & vſui reſerua: & facie lota de aq̃ tepida & furfure ter in ſeptimana: & die quo volueris, de hoc vnguento vngere: quia pulchrã reddit faciẽ & cicatricẽ.

Aqua que delet veſtigia, & dealbat faciẽ. Re. cryſtalli quantũ vis, et facias eum calcinare: deinde pulueriza ſubtiliter, & confice cum ſucco limonum ſuper porphirum lapidem in morem ſalſæ: deĩde diſtilla cũ forti igne in alembico.

Aqua alia ad remouendũ veſtigia, & ad dealbandum faciem. Re. aluminis rochię præparatæ, vnc. iĳ. incorporetur ſuper marmor cũ aqua: albumen ouo- D rum per alembicũ diſtillatorũ, & liquidum in modũ vnguenti: poſtea pone totũ ſimul in alembico: & qđ fluet, in vaſe vitreo reſerua bene clauſo cum cera.

Aqua alia ad remouendum veſtigia & dealbatiua cutis, & decorans. Re. lithargyri argentei, lib. ʒ. & piſta ſubtiliter, & cribella per pãnnum: deinde coquas eum in quarta media aceti albi, vini montani: diſtilla per filtrum cũ ſpatula miſcendo donec minuatur tertia pars aceti: & reſerua in vaſe vitreo. Poſtea. Re. cãphorę, alumĩs iameni, boracis, olei tartari: tere ſimul, & bullias in aqua roſa. deinde coletur per filtrum, & ſeruetur. Et quando vis dealbare faciem tuã, pone ſuper manum vnã guttam ſolam de ambabus, & frica collum, et faciem, & vbi vis dealbare: & hęc aqua poteſt vocari lac virgineum.

Aqua alia reputanda ſecreta quæ delet veſtigia: & dealbat cutim: & aufert pannos, rugas, & lentigines, & claram & ſplendiſſimam reddit faciem. Reci. terebinthinæ bene clare, lib. ĳ. & de ea facias aquã per alẽbicũ: deinde quod diſtillatum fuerit ex illa terebinthina miſce ei iſta puluerizata. Re. maſtiches electę, vnc. ʒ. thuris albi, drac. iĳ. dragãthi, vnc. ʒ. & omnia ſimul bene miſce cũ prædicta aqua: pone in alembico: & diſtilla aquã cum facili igne: & ꝙ fluit ſerua in ampulla. Re. poſtea axungiæ porcinæ colatæ per pãnũ ſpiſſum lib. i. zinziberis electi, vnc. i. gariophyllorum, drac. ĳ. nucis muſcatę, numero. iĳ. cinnamomi electi: euphorbĳ, ana dra. ʒ. ſpicæ nardi, drac. ĳ. cubebarum, drac. ʒ. camphoræ, drac. iĳ. omnia ſubtiliter pulueriza: & miſce bene cum dicta axungia. Item. Re. mercurĳ crudi, lib. iĳ. argenti fini, drac. i. & fac argentum ſubtiliter limare: deinde incide: & cum dicto mercurio miſce: & de iſtis duobus fac argenturã. deinde incorpora bene omnia cum miſtura axũgiæ: & pone in veſica vitrea: & alembico ſuperpoſito diſtilla cũ lento igne in principio: & in fine da fortiorem: et quod diſtillauerit ſerua. Poſtea. Re. de prima aqua terebinthinæ, lib. ʒ. et de iſta alia miſta cum axungia, lib. i. & iſta duo ſimul bene miſce: & ſerua in uaſe vitreo. Cum autẽ mulier uti voluerit hac aqua, abluat primo bene faciem cũ aqua furfuris decoctionis: deinde tergat bene faciem: & dimittat per horam: & fiet ibi magna albedo. et durabit per multos dies ſplendida & relucens.

Aqua quæ rubedinem aufert, formicas, et puſtulas de facie hominis & mulieris. Re. ſulfuris viui, vnc. i. thuris albi, drac. ĳ. myrrhæ, drac. ĳ. camphoræ, dra. i. quęlibet per ſe puluerizẽtur, deinde ſimul omnia miſceantur, et ponantur in aliqua ampulla cum lib. ĳ. aq̃ roſatæ: & cum hac lauetur facies in ſero. Mane vero cum aqua putei ſimplici vel cum aqua fontis.

Alia aqua dealbatiua. Rec. calcẽ: & incorpora ſuper marmor cum aqua albuminis ouorum per alembicum diſtillatorũ: et fac ita ſpiſſum, ſicut ſalſam: deinde pone in vrinali in loco humido per diem & noctẽ. poſtea diſtilletur aq̃ ex his ꝑ alembicũ cũ ſuaui igne, & ſine fumo: et quod diſtillat ponatur in vaſe vitreo.

Alia aqua dealbatiua et faciens album colorẽ. Re. mellis rubei, lib. ĳ. gũmi arabici, vnc. ĳ. miſce iſta duo ſimul, & diſtilla per alembicũ cum ſuaui igne. Prima aqua eſt ad faciem purificandã, & dealbandam. ſecunda cum tertia facit capillos albos.

Aqua quæ decorat faciẽ: & facit ipſam rubeam, ſicut roſam. Re. de grana. vnc. iiĳ. raſurę braſilis, vnc. iiĳ. aluminis rochię, lib. ʒ. aceti rubei, lib. vĳ. omnia ſimul miſce: & pone in vna olla vitreata ad bulliendũ quouſque minuatur tertia pars. poſtea cola: & pone in uaſe uitreo cum cera obturato: et utere ad dandum colorem faciei.

Lilius de corroſiõe vlcerum & fiſtulę mmillarũ. Re. nucis cypreſſi: gallarum, caſſiæ ligneę, ana drac. ĳ. aloes, corticis thuris ana drac. i. lithargyri drac. iĳ. puluerizentur, & temperẽtur in uino claro ſubrubeo tribus diebus & tribus noctibus: & poſtea bulliãt ſimul uſque dum ueniant ad ſpiſſitudinem mellis: & tunc ulcus ſeu corroſio illiniatur: & illud mire ualet in omni corroſione, ſeu ulcere & corroſione in membro molli. Sed ſi ibi fuerit fiſtula, lauetur quotidie cũ uino purocalido in quo bullierit myrrha: & poſtea deſiccat deĩde. Re. ſarcocollam & aloem, puluerizẽtur, & mi-

ſceantur cũ melle: et inuoluatur tẽta: & intromittatur in fiſtula: & eſt ſecretum in fiſtula.

Contra duritiem earum. Re. fęces aceti fortiſſimi, puluçris qui cadit a mola, quãdo molẽdinarij ęquant ipſas, quantum ſufficit. & fiat linimentum ad duritiem mãmillarum.

Conciliator recitat ad neruos Gal. Item ſtudendũ eſt vt medicamen ſit ſubtiliatiuũ & temperatiuum in calore ſiccitatem præſtans ſine dolore. In principio ſi vulnus ſit ſimplex, vtamur glutino albo tim. i. gũmi abietis, in quo diſſoluatur puluis lumbricorum terreſtrium exiccatorũ in vmbra, et actu apponatur calidum. Si vero vulnus ſit compoſitum, ſicciora conueniunt: & hoc magis & minus ſecundũ complexionem, & magnitudinẽ apoſtematis: temperatæ caliditatis eſt hoc. Re. florum chamomillæ, abſinthij, pulegij, ana. M. i. farinæ fabarum, farinæ lupinorum, ana vnc. iiij. olei chamomillini, olei ſambucini, ana vnc. iiij. pulueris lumbricorum, vnc. ij. fiat emplaſtrũ. Sed oĩa decoquantur in lixiuio: & ſic canonice operando oĩs dolor ceſſabit, et lucrabimini florenũ et honorẽ.

## Tractatus quartus de ſolutione continui neruorum. De ægritudinibus neruorum ſpectantibus ad chirurgum in vniuerſali. Cap. I.

PRetioſum organum organorũ in quo eſt ſenſus manifeſtus, & motus voluntarius & naturalis, habet principium & originem ĩmediate: & hoc ſecundũ medicos, a cerebro ex parte ſeptem pariũ neruorum quę orta ſunt a medio cõmiſſuræ coronalis: uel orta ſunt ab ipſo mediante nuca: quę eſt tanquã vicarius cerebri ex parte aliorum neruorũ deſcendẽtium ab homo planta inferius. Nã propter eius arcana & mira & occulta ipſius naturę magiſteria, cũ peruenerit ei cõtrarietas, accidũt ex vulneribus vehemẽtes læſiones atq; dolores intolerabiles, & alia mala: ſicut ſpaſmus, permiſtio rationis, ſtupor, paralyſis, deinde mors. Diſpoſitiones quæ aptæ ſunt conſequi ad uulnera neruorum ſunt, dolor, febres, et apoſtemata, ſitis, & vigiliæ, & deſiccatio linguæ. Similiter hæc eadem diſpoſitio accidit in vulneribus chordarum et lacertorum, & maxime in capitibus ipſarum. ſed quãdo nerui, & chordæ, & muſculi, & ligamenta ſicut genu apoſtemantur: ſæpe propter nimiam eorum repletionem atq; ĩmoderatam extenſionẽ ſpaſmantur. Et ſi adueniat res putrefaciẽs membrum, corrumpitur: quale eſt frigus, quod feſtinat ad hoc ſcilicet ad corruptionem: quia nerui creati ſunt ex humiditate, quã cõgelauit frigus. Omnis quidem putrefactio occurrenş neruo prouenit ex caliditate & humiditate ĩmoderate applicata. Aqua quidem frigida ipſi nocet: ex parte ſpaſmi: & calida ex hoc ꝙ putrefacit. Et optime notadictum Gale. Aqua quidem calida mitigatiua omniũ dolorum præterquam in punctura neruorũ non eſt approximanda. Et ſimiliter aliquod oleum eſt inconueniẽs: & ſi eſt neceſſariũ: tunc calefac ipſum propter neceſſitatem ſedandi dolorẽ: aut conuenit cauſa ſubtiliandi groſſas medicinas: & vt eius virtus cito ad fundum veniat: ita ꝙ reſiſtant qualitati hnmectanti: ſed medicinæ pungitiuæ, aliquando cõplent hanc intentionem.

E Ille qui vulneratus eſt in neruo & apoſtematur: & eſt tardæ reſolutionis vel tardæ maturationis, & ſuſceptio illius curationis eſt tarda: tunc ipſi nerui, quandoq; vlcerantur, vel indurantur, vel infiſtulantur: qua infiſtulatione vlcera redduntur tardioris cõſolidationis, & tardioris maturationis. Tenere mẽbrũ in oleo calido ſedat mirabiliter dolorem. Vulnera quę accidunt in neruis, aut eſt pũctura aut eſt fiſſura longitudinalis, aut latitudinalis, aut tranſuerſalis. Ex quibus quatuor omnibus aut ſunt penetrantia ad vtrũq; latus aut non: aut neruus eſt coopertus carne, aut diſcoopertus ab ipſa. Et vulnera quæ fiunt in neruo ſecundũ longitudinem, minus ſunt periculoſa quã accidentia ſecundũ latitudinem. Punctura vero facit ſæpe neruum venire ad totalem inciſionem ipſius: ſi volumus ipſum ſegregari a ſpaſmo: & per hanc totalem inciſionẽ perueniet quies: & ſeparabuntur accidẽtia mala: quoniã vilus ſanus lęditur a vicinitate inciſi, et nocetur per ipſum: et inducit nocumentũ cerebro, faciens accidere ſpaſmum & paralyſim, & alia accidẽtia mala. Vulnera cadentia in panniculis oſſium & alijs, ſunt minus periculoſa eis quæ ſunt in neruis: quoniam nerui ſunt ad dandum ſenſum: chordæ vero in membro ad dandũ motum. Et hoc ſciri poteſt per teſtimonium anotomiæ. Neruus chorda panniculus & cartilago differunt inter ſe duritie & mollitie ſecundũ magis & minus. Nam chorda eſt dura valde: & non eſt pannicularis in eius duritie. et panniculus ſuffert ſuturam abſq; dolore: ſicut ſiphac, quando ſuitur cũ mirac. & in vulneribus ligamentaliũ naſcentibus ex oſſe ad os nõ eſt de talibus accidẽtibus ſuſpicandum: & ſuffert fortiorem curam. De neruo qui fuerit totaliter

G inciſus, ſumus ſecuri a ſpaſmo: & ſi ſpaſmus acciderit, quem timere debemus propter eorum contuſionem & diuiſionem eius partium in longitudine: & maxime corpori debili exiſtenti repleto.

### *Sequitur de ſolutione continuitatis neruorum in uniuerſali. Cap. II.*

ET confirmatũ eſt per ſententiam Auic. principis omniũ medicorum ꝙ medicamen vulnerũ neruorũ debet eſſe calidum & ſiccum ſubtiliũ partium et ęqualis caliditatis taliter: vt nõ mordicet ipſum neruum: ad hoc vt eius exiccatio fiat cum vehementia, et attractione multa, & nõ cum ſtypticitate ſuperflua.

Porro omnis medicina in qua eſt caliditas ſubtilis cum exiccatione vehementi ad hoc vt prohibeat putrefactionem in neruo, non excuſatur ab attractione

H multa. Et per hoc ſæpe cauendum eſt de medicina ſtyptica ſubtili calida & abſterſiua: & maxime in principio: vbi facta fuerit ſolutio cõtinuitatis in neruo. Exẽplum: vt ſi procederes cũ ære vſto, aut cũ ſcoria æris, & maxime in corpore exiſtente repleto. In vulneribus quidem neruorũ medicamen ſemper debet eſſe calefactionis temperatæ, & ſubtilis ſubſtãtię vt in neruo melius cũ ſua uirtute & forti exiccatione penetret in ipſo: & effectum inducat cum debita menſura: & ſine nocumento. Cum autẽ in neruo fuerit diſcoopertura, ſufferre non poteſt aliquod acutum: quia ſibi infert magnum nocumentum. Duę intentiones in vulneribus neruorũ in mente medici debent occurrere. prima, vt non feſtinetur ad incarnationẽ: ſed vt orificium vulneris ſtet apertum: vt inde materia expirare poſſit. Secũda intentio ſit, ut laboretur iuxta ſuũ poſſe,

re, in remouedo accidentia quę sequūtur: & sunt apta sequi ad talia vulnera: vt sunt dolor, spasmus, et apostema: & hoc euaporando cum pānis calidis, & cum oleis circūcirca calefactis: & maxime cū oleis omphacinis quæ fiūt ex oliuis īmaturis: quoniā in ipso est stypticitas quædam cum adipibus iterum: & fac q illud sit actu calidum: & similiter seda apostema quantum potes: & dolor nullo modo sedetur cum aqua calida: sed cum oleo aliquo quod sit subtiliū partium: & nō habeat superfluā stypticitatem: īmo caliditatē nō excedentem: qm̄ calidum non superfluum prodest neruis, frigidum vero mors. Ipse sæpissime vidi iam vulnera appropinqri sanitati: & nocet eis frigus, ex quo accidit maximus dolor: & reddit lęsionē: & propter hoc est necessarium, ut succurratur statim ad sedandū dolorē cum oleis calefactiuis embrochando: et similiter cum butyro & sapa vini. In neruo autē discooperto existenti cum incisione secundū longitudinē: stude inquantum potes ad incarnandum & ad cooperiendum: & hoc oportet cum ligatura & medicamine cōuenienti. Sed si neruus habeat vulnus in latitudinē siue vulnus existens in carne dimittēdo neruū, et sinō fuitur vulnus, neruus nō cōglutinatur cōglutinatiōe bona. Sed quādo neruus ex toto nō īciditur, et timemus de spasmo & eius putrefactione: succurre quātum est possibile cum medicinis remouentibus ista. sed si neruus fuerit cum punctura, ne accidant accidentia mala illa punctura. s. incidendo totū neruum: qm̄ illud perducet fortasse ad putrefactionem: propter illud quod aggregatur de virulentia, & de putredine mala. Fuge quantum potes aquam in vulneribus neruorū: quia corrumpit complexionem ipsius, ex parte superfluæ frigiditatis: & ipsum putrefacit ex parte hūiditatis: & per hoc oleum nō est necessarium nisi calidum: et hoc pro sedatione doloris: quando aliter sedari nō potest: & nō labores in abluendo tale vulnus existens in neruo, neq; cum oleo, neq; cū aqua: īmo absterge humiditates cum pannis: aut coto quanto leuius potes: & similiter non agas cum aceto, nisi fueris securus a nocumento humiditatis ipsius.

Sed quando in huiusmodi vulneribus fuerit punctura & discoopertura, & non cum apostemate: ad localia perueni medicamina. Nā tale medicamen oportet vt sit cum magna caliditate, & forti exiccatione, plusquā illud quod ponitur supra scissuram: qm̄ via est parata vt medicamen penetret facilius ad ægritudinem. Diæta ergo in habentibus vulnera neruorum sit subtilis: & in vltimo subtilitatis. Nam cum in talibus vulneribus erit dolor q facit accidere apostema, similiter prębe cibum subtilem: & proprie quādo uulnera sunt ī latitudine, phlebotomia fortasse erit necesse, & pharmacia, & enęmata, & alia diuertentia. Confortare membra propinqua vulneri cū vnctionibus: sicut vngere caput, & collum, & subascellas, & inguina, & spinam, quæ patiuntur membro lęso et per hos pręstabitur magnum iuuamentum.

Glutamen albotim debemus intelligere de lachrymo & nō terebīthina, vt affirmauit Dyhus siue oleum vicij quod idē est: & est de melioribus medicinis in vulneribus neruorū quę in mundo haberi possint. sed loco ipsius lachrymi vtimur terebinthina: & hoc in cōplexione infantium & in vulneribus cuius cōplexio est vehementis humiditatis. Sed si lachrymū esset durum, & siccum, & antiquum: tunc in

A corpora ipsum cum pauco oleó ro. & melle ro. vt fluxibile & currens fiat. In corporibus aūt siccis, et cuius caro est dura: oportet vt misceatur cū eo euphorbiū: quia antequā perueniat ad fundū vulneris, iudica vt remittatur de eius caliditate & siccitate: & per hoc de ipso pone parum: & multū secundū calefactionē corporis, & eius cōplexionem: loco vero euphorbij administra lac tythimalli, laureolū, exulam, anabulam, de qua fit scamonea: qm̄ ista sunt mirabilia. sed ea quæ sunt his debiliora, sunt sicut rasa, serapinum, opopanax, baurac, spuma maris, & sulphur calefactū cum oleo oliuæ: & omne medicamen quod est attractiuū, humectatiuum ad exteriora, sicut fermētū, & similia: & in eo vidi magnum iuuamentū: qm̄ attrahit a profundo attractione bona. Terebinthina autē est de melioribus cū quibus incipimus. Species glutini quæ cōuenire possunt in vulneribus neruorū sunt octo. primo rasa pini. 2. rasa abici. 3. rasa pēzeni. 4. rasa orta ab aresi. 5. rasa quæ colophonia dicitur. 6. rasa alba orta a piceo albo, & dicitur terebinthina. 7. rasa melina. 8. rasa oleagina, & dicitur orta ab arbore vicij. & dicitur lachrymū. Et omnes istas octo species largo modo appellare possumus glutina: & sępe ista abluimus, qn̄ uolumus diminuere eorum acuitatem. Medicamen qđ conuenit in punctura neruorum propter eius strictură, debet esse maioris caliditatis & siccitatis cum subtiliori substātia: vt velocius penetret ad fundum quā medicamen, qđ approximatur in incisione. Sed quādo accidit putrefactio in talibus vulneribus, laudatū est serapinum, & farina orobi. Item sapa cū calamentho, & oleo cōmuni in forti dolore omnes periti medici concedunt. Gale. studendum vt medicamē sit subtiliatiuum & temperatum in calore siccitatem pręstās sine dolore. In principio si vulnus sit simplex, utamur glutino albotim. i. gūmi abietis, in quo dissoluatur pulueris lumbricorum terrestrium exiccatorum in vmbra: & actu ponatur calidū. Si vero vulnus sit compositum, sicciora conueniunt: et hoc magis et minus secundū complexionem & magnitudinē apatis.

Temperatæ caliditatis est hoc. Re. florum chamomillę, absinthij, pulegij, ana. M. i. farinæ fabarum, farinæ lupinorū, ana vnc. iiij. olei chamomillini, olei sambucini, ana vnc. iiij. pulueris lumbricorum, vnc. ij. fiat emplastrum: sed omnia decoquantur in lixiuio: & sic canonice operando omnis dolor cessabit, & habebis honorem. Si vero fuerit spasmus in facie: tūc fiat inunctio in occipitio: tunc ponatur desuper oleū quasi feruēs, oleum de euphorbio: & de opopanace, & de pyrethro & castoreo: & aperiatur locus: & purgatione cauterizetur vniuersali pręcedente.

Medicamē Gal. quod mirabiliter ualet in punctura neruorum in remouendo dolores. Re. resinę pini, terebinthinę, euphorbij, cerę, ana drac. i. olei ro. drac. ij. fiat vnguentum. Item oleum balsaminū velocitate suæ resolutionis cum sit subtile valde, & nō cum multa calefactione facit idem.

Vnguentum per me expertum ad puncturā neruí. Re. euphorbij bñ puluerizati, vnc. i. resinæ pini, vnc. iij. terebinthinæ lotæ bene cum vino albo: vel aqua & decolatę ab aqua ad ignem vel ad solem, picis naualis, vnc. ij. serapini, vnc. 5. ceræ & olei quantum sufficit. fiat vnguentum.

Aliud medicamē. Reci. olei ros. vnc. ij. acacię puluerizatę. M. i. inungatur locus circūcirca.

O

Emplastrum quod conuenit in punctura neruorū
ponendo ipsum supra vnguentum mirabile. Re.fa-
rinæ fabarum, hordei, fœnugræci.M.i.pulueris florū
chamomillæ,meliloti,absinthij,stœchados arabici,ca
lamenthi, ana.M.5.myrrhæ, vnc.i.mellis, vnc.ij.olei
chamomillini, vnc.ij.vini cocti quantū sufficit ad di-
stemperandum.fiat emplastrum.

Vnguentum diuinum quod valet in neruis: & hoc
tam discoopertis quā in punctura: & est satis liquidū
in forma:& habeas ipsum pro secreto. Re.olei vic ij.i.
lachrymi,vnc.i.olei rosa.vnc.5.mellis ros.aliqualiter
decoquantur ad ignem lentū:& postea reserua in ali-
quo vase ligneo bene incerato, vt non possit penetra
re extra pissidem sua subtilitate.

Vnguentū de sandaracha:mirabiliter valet in ner-
uis. Re.ceræ albæ,vnc.iiij.terebinthinæ lotę,vnc.ix.
mastiches,unc.i.vernicis,sarcocollę,thuris,ana drac.
vi.& fiat vnguētum malaxatum in forti aceto vel in
bono vino montano albo: & est optimū & mirabile
in omnibus foraminibus carnis & neruorum.

Vnguentum quod conuenit in punctura neruorū
mirabile. Rec.olei cōmunis,drac.iij.croci scrop.i.&
calefac ad ignem oleum cum croco:& proijce in pun
ctura: & superpone de coto madefacto in oleo. Item
supradictum cotum pone vnum tale vnguentum.
Reci.vnum vitellum oui mistum cum oleo calido &
croco.et cum stupa supra locum actu calidum vulne
ri appone: quia istud est mirabile mitigatiuum dolo-
ris in vulneribus neruorum.

Vnguētum ad incisionē neruorū. Re.vermes ter-
restres peroptime pistatos:& sup labia vulneris p̄ tres
dies pone:qm̄ qd mirabile videbis in operatione sua.

Mirabile remediū ad remouendum magnū dolorē
neruorum:siue fuerit punctura, siue incisio,vel quo-
cunq; alio modo. Re.vnum viscum fili crudum de-
coctum in cineribus: & sic calidum pone supra locū.

Vnguentum mitigatiuum doloris in puncturis ner
uorū. Re.ceræ,olei cōmunis,salis, ana vnc.i.terebin
thinæ,vnc.ij.liquefiant:& omnia incorporētur opti-
me simul in formam vnguēti,de quo calido super lo
cum dolentem ponatur,& mitigabitur.

Vnguentum aliud ad remouendum dolorem vbi
cunq; locorum fuerit. Re.panem albissimū calidum
cum egreditur de furno:sume medullam:et sic calidā
pone in lacte:et quādo erit bene mollificata,exprime:
& loco patienti appone:& videbis mirabilia.

Vnguentum ad confortādum neruos incisos post
vulneris consolidationem. Re.serapini,castorei, ana
vnc.i.ireos, vnc.i.euphorbij, vnc.ij.olei anethini:&
de cucurbita: omnia simul incorporentur cum præ-
dicto oleo,& cera.fiat vnguentum.

Emplastrū cōueniens in qualibet incisione neruo-
rū super vnguētum. Re.farinę fabarū,farinę hordei,
farinę fœnugręci,ana.M.i.fermenti exiccati ad formā
pulueris,vnc.ij.florum chamomille,& calamēthi,&
stœchados arabici, & assari,& absinthij,ana.M.5.olei
oliuarum noui,si fuerit hyems:si fuerit æstas, olei ros.
lib.5.vini quantum sufficit:fiat emplastrum:& est ad-
mirabile in remouendo dolorem.

Emplastrū aliud mundificatiuum & abstersiuū in
vulneribus & vlceribus neruorū. Re.terebinthi.bn̄
ablutæ cū vino albo:et adde de melle apū,ana vnc.i.
vitellos ouorū duos:& bn̄ misce insimul:& adde fari
nę hor.& farinæ fabarūq́ꝫ sufficit ad incorporandū.

E Vnguentum in paralyticis,et arthreticis, siue podā
gricis mirabile. Re.medullę cruri ūasini, uel pingue-
dinis ipsius,pinguedinis gatti,et pinguedinis vulturis
addita pauca cera alba.fiat vnguentum,de quo locus
sæpe vngatur:& valent hæc maxime contra indigna
tionem neruorum,& eorum attritionem,& punctu-
ram,& inflationem,& percussionem neruorum.

Vnguentum aliud in paralyticis & arthreticis, &
generaliter in qualibet passione neruorum vbi nō ca-
dit maxima solutio continuitatis:et valet supra omne
vnguentum in principio. Re.origani,calamenthi,ru
tę,saluię,primulę veris,calendulę, anamūdæ,sauinæ,
ana.M.i.piperis,euphorbij,pyrethri,ana.M.5.omnia
puluerizata conficiantur.postea cum vnguento aro-
gon permisce: & locum patientem vnge:deinde qd
est melius. Re.vulpē excoriatam,& ab intestinis mū
F datam:& ex rebus supradictis vētrē imple,& suatur:
& suauiter ad ignē voluatur:& postea cera rubea ad-
misceatur in eo,quod ab ea distillauerit.

Aliud singularissimū medicamen, facta vniuersali
euacuatiōe per phlebotomiā:et valet in debilitatione
neruorū post cōsolidationē in paralyticis. Re.lacertā
seu stellionē viridem,excortica ipsam,et frige in oleo
cōmuni vel rutaceo: & sic calidā appone super locū.
Sed aliqui accipiunt catulum paruum,& ranas aqua-
ticas,& lumbricos terrestres, & stellionē:& scindunt
catulū per mediū abiectis ītestinis:& misce oīa simul:
& appone aliquātulū de opopanaco:& imple catulū
his rebus:& sue ip̄m:et assa ipsum tanquā esset agnus,
et calidum superpone loco:& est mirabilis medicina.

Vnguentum de vulpe ad neruos contractos. Re.
olei serapini,olei iuniperi,olei de terebīthina.añ.vnc.
G vi.adipis vrsi,gatti, tassi,mellis crudi,ceræ rubeę,ana
vnc.ij.ammoniaci, assæ fœtidæ,galbani,serapini,olei
petrolei,ana vnc.i.axūgiæ porci, vnc.ij.pyrethri,gē
tianę,piperis lōgi,baccarum lauri,aristolochię,casto-
rei,mirasolis,ana drac.ij.euphorbij,nigellę,sinapis,la
dani,mastiches,ana vnc.i.oīa sūmo modo terātur,&
ponantur in vulpe ad ignem:& coquātur donec vul
pis bene consumpta sit, cum oībus supradictis rebus.

Aliud vnguentum in contractione neruorum per
me expertum. Re.adipis tassi, vulturis,terabusij, adi
pis serpentum, adipis cruris vaccini antiqui, medulæ
mādibulæ porci,ana vnc.iij.adipis anatis,œsypi,ana
vnc.i.mucilaginis fœnugręci,& seminis lini,et malua
uisci,ana vnc.iij.bdellij,ammoniaci,galbani,opopa-
naci,euphorbij, castorei,ana vnc.5.olei chamomilli-
ni,olei costini, olei castorei, olei nardini,olei euphor-
H bij,olei laurini,ana vnc.i.& fiat mucilago cum succo
radicis ebuli, lib.5.ceræ nouæ, vnc.ij.adipis leporis,
adipis uulpis,ana vnc.i.olei de terebinthina,olei vul-
pini,ana vnc.i.adipis asini,& medullæ cruris eius,adi
pis anseris,vnguenti marciatonis,et aragonis,agryp-
pæ, dialthææ, butyri, ana vnciam.i.& fiat vnguen-
tum pro diuitibus.

Aliud medicamē nobile ad contractum neruū,seu
ad extendendum neruum expertum. Re.de malua-
uisco quantitatē quā vis:& ablue ipsum in lixiuio:po
stea depone a lixiuio: & dimitte sic stare per noctem:
deinde cū illo lixiuio coque: & cum erit bene coctū,
remoue illā pelliculam subtilem superiorē: postea te-
re:deinde adde puluerē santolinę:& simul bene incor
pora:& super locū appōe:et videbis bonā opationē.

Aliud vnguentum ad debilitatē neruorum a qua-
cunq;

cunctꝙ causa sit pręter ab incisione. Re. dialthęę, mucilaginis, fœnugręci, et seminis lini, enulę, ana vnc. 5. vnguenti agrippæ, vnguenti marciatonis, terebinthinæ lotæ, pinguedinis anatis, tassi, vrsi, ana vnc. v. olei uulpini, olei laurini, olei de ireos, ana vnc. i. bdellij, opopanacis, pulueris saluiæ, ireos, betonicæ, ana. drac. ij. ceræ viridis quantum sufficit: et fiat vnguentum molle, & vnge locum patientis.

Vnguentum aliud ad debilitatem neruorum secũdum Almansorem in nono. Re. castorei, drac. ij. olei de narciso, olei de lilio, ana vnc. ij. myrrhę, opopanacis, ana vnc. 5. euphorbij, drac. iij. cerę albæ quod sufficit. fiat vnguentum molle.

Aliud vnguentum ad idem ad vngendum spinã in spasmo. Re. olei, castorei, ana vnc. i. ceræ quod sufficit. fiat vnguentum cui addatur vnguentum de gũmis ad pondus omnium.

Vnguentum conferens mẽbro debilitato per incisionem neruorum. Re. sauinę, vnc. 5. dactyli maturi, vnc. i. enulæ cãpanæ, vnc. 5. myrrhæ, hypocystidos, galbani, ana vnc. 5. balaustiarum, corticũ granatorũ, ana vnc. vij. seminis ros. vnc. 5. masticbes, bdellij, ana vnc. i. olei myrtini, lib. 5. ceræ citrinę quod sufficit, gũmi misceantur cum oleo myrtino, et pauco aceto: fiat vnguentum in modum ceroti.

Aliud unguentũ conferens in membro debilitato. Re. ceræ citrinæ, drac. i. olei de ben, drac. ij. masticbes, styracis, ana drac. 5. croci, scrop. i. fiat vnguentum.

Aliud ad idẽ. Re. marciatonis, aragonis, agrippæ, olei lauri. olei terebinthinę. anã. vnc. i. olei castorei, olei de lilio, ana vnc. 5. ceræ quod sufficit. fiat vnguẽtum.

Vnguentum aliud ad contritionem neruorum, & dolorem ipsorum absꝗ incisione. Reci. cerę, butyri, ana vnc. ij. vitellos ouorum. vij. colophoniæ, mastiches, ammoniaci, saluię. anã. unc. iij. adipis anseris, unc. ij. fiat vnguentum.

Aliud medicamen ad subtiliandum neruos, & ad remouendum dolorem. Re. herbam quæ vocatur cicuta, & ebulum: & fac bullire in forti cinerata: & tene membrum multum in dictis herbis coctis in cinerata: & fac vt sint bene calidæ.

Experimẽta verissima ad remouendum dolorem in incisione neruorum, vbicunꝗ fuerit. Reci. sulfur uiuum bullitum cum oleo cõmuni antiquo: et calidũ super neruo positum sedat dolorem.

Item ad remouendum dolorẽ in punctura & ad dilatãdũ ipsam puncturam. Re. oleum euphorbij actu calidum: & pone in punctura, et oleum cõmune calidum, si nõ potes habere oleum euphorbij.

Item ad idẽ. Re. de farina seminis lini, mellis: & vitellos ouorũ: cõfice. pone supra. Itẽ nota ꝙ in remotione doloris neruorum oleum de vitellis ouorũ remouet dolorem. Item oleum de stœchade valet in doloribus neruorum qui fuit in iuncturis: & habet calefacere et confortare ipsum neruum.

Contra dolorem iuncturarum & genu mirabile. Re. stercus bouinum cum aceto mistũ loco superpositum valet. Itẽ chamędrys contrita cũ melle et supposita curat dolorem anchæ. Item calamenthũ decoctum cum uino curat dolorem musculorum.

Emplastrum in membro iuncturoso vbi sit dolor causatus a materia frigida. Re. floris rosarũ, chamomillę, absinthij, calamẽthi bene coctorum in vino nigro, cui addatur fermẽti. M. i. olei costini, olei chamo-

A millini, ana vnc. ij. farinæ hordei, & farinæ milicæ, & farinę milij, ana. M. i. lixiuij quãtũ sufficit. fiat empl'm.

Vnguentum in paralysi, in tremore, de quo calido inungendo locũ est optimũ. Reci. olei oliuarum de antiquiori, quod haberi possit, lib. i. lumbricorum de terra lib. 5. bulliat in dicto oleo quãtũ sufficit. Deinde. Re. lib. iij. succi ebuli: & misceatur cum ipso oleo.

Item aliud experimẽtum probatum in paralysim, & ad tremorem membrorum. Rec. lib. iiij. vini albi, & de meliori quod haberi possit: & ponatur in vna ingristaria ad bulliendũ in qua ponatur de saluia. M. i. & tantum bulliat, ꝙ remaneat, lib. i. de quo vino da ad bibendum patienti pro qualibet vice, vnc. ij. stomacho ieiuno addendo in illis duabus drachmis vini alterius vini montani, drac. 5. pro qualibet vice castorei perfecti: sed bibat in sex diebus uinũ cum drac. iij.

B castorei prout dixi: postea fiat unctio supra locum.

Vnguentum mirabile & secretum ad spasmum absolute. Re. olei costini, olei de piperibus, ana unc. iiij. olei de euphorbio, olei de lateribus, ana unc. iij. terebinthinæ non lotæ, unc. vi. ceræ albæ quantum sufficit: & fiat unguentum.

Vnguentum mirabile ad remouendum contritionem neruorum, & confortat iuncturas. Re. pinguedinis equinę, & ex se sola est res mirabilis.

Item ad dolorem tantum a materia frigida, & ad membrum paralyticum. Re. pinguedinẽ gati rubei: et talis pinguedo ex se sola est magni iuuamenti.

Vnguentum ad remouendum dolorem in iuncturis et musculis & extremitatibus lacertorum. Re. succi radicum ebuli, unc. v. axungiæ porci, unc. iij. & ponantur ista insimul mista in cannis arundinũ bene ob

C turatorum: & bulliantur in caldario pleno aquæ bullientis: & in cannis illis fiat unguentũ, quo ungere possis locum patientẽ. Nota amice, ne tibi accidat sicut accidit cuidam bono uiro, qui habebat puncturam in neruo factam ex ferro subtili in manu sinistra: & in digito annulari super mediam iuncturam. & iuit quidã stolidus chirurgus: & approximauit medicinas mollificatiuas, scilicet emplastrum factum ex farina tritici: oleo cum aqua & croco: sed tãdem putrefacta est manus, & mortuus est die septima: ex hoc quia superuenit spasmus propter putrefactionem factam ex indebita approximatione mali emplastri: et ꝓpter hoc nõ sũt accipiẽdi hoĩes ĩperiti, aut ceretãi ad tales passiões.

*Sequitur de apostematibus quæ accidunt neruis uulneratis. Cap. III.*

D CVm accidit apostema in uulneribus neruorũ, tale uulnus non potest esse absꝗ dolore maximo. Sed tale apostema, aut est apparens, aut nõ: si apparens ad extra: tunc tumore apparente, arguitur esse bonũ signũ: & ꝙ materia nõ sit intrinsecata in porositatibus membri neruosi: Sed si sit dolor continuus, & tumor nõ sit apparens: arguitur materiã esse intrinsecam: & absꝗ dubio spasmũ futurum iudicabimus. Et si dolor ille perseueret, mors erit propinqua. Nã si in huiusmodi uulneribus accidit phlegmon: tunc phlebotomiã laudamus constante uirtute. sed si talis phlegmon sit ualde inflãmatiuus: ut tangit Gal. in libro catageni: administrentur pro eius curatione locali medicinæ factæ cum aceto & lapidibus mineralibus: & istę medicinæ repertæ sunt in secundo tractatu catageni: cuius. Recipe calcadis, drachma. i. & quartam, &

uraganthi, vnam, & quartam scoriæ plumbi, drac. ij. & corticum thuris, drac. i. & galbani, drac. i. & ceræ, drac. vij. olei, drac. xi. & aceti fortis, et quartam. terātur medicinæ siccæ cum aceto decem diebus: & soluātur ea quæ soluuntur, & infrigidentur, & misceantur omnia in oleo, et moueantur omnia motu exquisitissimo, donec ęquetur. Nihil est nocibilius neruis dolorosis quā frigidum. Calidum vero est amicū & vtile.

Emplastrum in apostematibus neruorum. Re. florum chamomillę, pulegij, calamenthi, ana. M. i. farinę fabarum, lupinorum, ana vnc. iij. decoquantur in lixiuio: deinde malaxentur in oleo sambucino, chamomillino quantum sufficit. fiat emplastrum.

Emplastrum aliud in apostematibus neruorū: Re. farinæ hordei, fęnugręci, ana. M. ij. olei liliorum alborum, & chamomillini, ana vnc. i. vini cocti. ad incorporandum fiat emplastrum.

Emplastrum aliud optimum. Re. calamenthi, florum chamomillę, ana. M. ij. furfuris frumenti. M. i. sulfuris triti, drac. ij. olei ro. vnc. iiij. butyri, vnc. ij. farinę hordei. M. i. vini montani, quod sufficit ad incorporandum: & fiat emplastrum.

Emplastrum aliud conueniens in intentione Auic. in hoc capitulo. Re. mellis apū, vnc. iij. cineris lignorum dulcium, optime cribellati. M. ij. farinæ hor. vel farinæ orobi. M. i. aceti cyathum, et lixiuij quod sufficit ad incorporandum: & fiat emplastrum: quod ponatur actu calidum.

Emplastrum secundum antiquos meos magistros. Re. maluarum. M. iij. & coquantur in aqua bene: et pistentur, facta expressione ab aqua post decoctionem: & admisceatur fari. hordei. M. 5. axungiæ porcinæ & butyri, ana drac. iij. olei ros. qđ sufficit. fiat emplastrū.

Dolor fixus significat humorem deambulatiuum, ventositatē, grauatiuum quod videatur sibi quod sit pondus magnum, multitudinem humoris. Primus significat humores malos. Secundus multos. Tertius vtrūq;. Alius dolor inflammatus videtur homini qui flāma ignis transeat per spatulas suas: et hoc fit in paratis ad febrem: De sanguine fiat phlebotomia: & nisi cito fiat, difficile est, ꝙ vnquam euadat.

*De attritione neruorum.* *Cap.* IIII.

ATtritio est solutio cōtinuitatis plurium partiū numero accidens in extremitatibus musculorum siue partium neruosarum. Tortio uero importat non integram separationē iuncturæ: ita tamen euenit ꝙ ligamenta cōiungentia ossa, ualde cōpatiuntur. Nā ex sentētia Gal. sexto de īterioribus & Haly in techni. Neruus extēditur ad tria significata. s. ad neruum, ad chordam, et ad ligamentum coniungens ossa. Et similiter hic intendimus in proposito: quia hęc omnia mēbra habent similitudinē inter se: sed nō videntur habęre vnum & idē officium. Nā cum acciderit in neruo absq; vulnere, & apostemate attritio. primo facta vniuersali euacuatione curetur hęc attritio cum eo, quod sedat dolorē. Et similiter si hæc cōiuncta fuerint cum apostemate: nō procedas cum eo quod fortiter resoluit: sicut cum lixiuio & similibus: qm̄ magnificabitur ægritudo, sed embrocha locū cum oleo cōmuni calefacto cōtinua embrochatione: donec dolor fuerit sedatus: & si tale oleum habeat virtutē resolutiuam & mollificatiuā, erit optimū: sicut est oleum de anetho, & ruta, & de alchana. Maluauiscus autē in formā em-

E plastri cum pistatur, et ponitur super neruos attritos, est mirabilis. Cepa vero domestica sub prunis decocta, & cepa etiā liliorum alborum, curat attritionem absq; vulnere & apostemate. Si autē fuerit attritio cū apostemate & absq; vulnere: talis sit regula: vt medicus inquantū potest laboret in sedatione apatis. Et sedatio talis apostematis hoc modo fiet. Si administretur desuper uinū coctum cum oleo chamomillino, et pauco aceto, & cum quātitate conuenienti, & tepida valde, & aliqn̄ cum intromissione aliquantulæ quātitatis œsypi, siue lanę succidę. Nā si attritio fuerit in iūcturis, adhuc labora in sedatione doloris: & ponatur medicamen fortius cōponendo cum eo quod maturat, et resoluit: & adhuc cū stypticitate tēperata: vt prohibeat aduētum apatis. s. circūcirca vngendo cū oleo omphacino. In attritione autē qn̄ cōiungitur vulnus:

F tūc necessaria sunt ea q̄ fortiter exiccant, aggregando partes vulneris cum strictura & ligatura conuenienti. Farina fabarum, acetum, & mel, est medicamen bonum: & si vis ꝙ fortius sit in exiccando, pone de farina orobi, et de radice lilij.

Item caro ostracarum est mirabilis, olibanū, myrrhi, sandaracha, valet in attritione cum vulnere: & si ibi fuerit dolor intolerabilis, valet mista cum supradictis immiscendo.

In curatiōe vero torsionis neruorū, quę est dispositio recipientiū magis ligamenta iuncturarū: nō oportet vt approximetur aq̄, necq; calida, necq; frigida: sed approximētur olea styptica calefactiua: in quibus est virtus aromaticorum et bonorum odorum. Nota ꝙ multi audiunt legendo, & non intelligunt.

Emplastrū optimū quod cōmuniter approximatur in principio a practicantibus in attritiōe existente absq; apate & vulnere. Rec. albumina ouorū tria, olei ro. vnc. 5. pulueris boli ar. & sang. dra. et volatilis mo lendini, ana dra. ij. oīa cōquassentur optime: & cū faldellis stupeis prius madefactis in uino styptico nigro, & expressis ab ipso vino, & balneatis de supradicto emplastro, & calido actu: & supra locum patientis ordinate apponātur dictæ faldellæ, secundū ꝙ tibi videtur cum conuenienti ligatura.

Itē hoc facto ponatur ī fine emplastrū mirabile cōstrictiuum: qđ uocatur emplastrū de Lōbardia extēsum supra coriū: cuius descriptio talis est. Re. mumię, lib. ij. vnc. i. dragaganthi, gūmi ara. ana vnc. 5. gypsi, ana vnc. i. aristol. longę & rotundę, cōsolidę maioris, ana vnc. i. lentis, orobi, caliginis furni, ana vnc. ij. boli ar. terrę sigillatę, myrrhę, olibani, balaustiarū, gallarū, ana vnc.

H 5. corticum granatorum, nucū cypressi, rosarum, ana drac. ij. lapidis hęmatitis, vnc. vi. visci q̄rcini, vnc. iij. glutini pisciū, drac. ij. sanguinis humani, pulueris pilorū, ana unc. 5. cerę, unc. viij. terebin. unc. ij. resinę pini, vnc. vi. picis naualis, & fiat cerotum. Item istud cerotum ualet in crepatis & in quacūq; ruptura.

Emplastrum bonum in sola attritione. Reci. radicum cōsolidę maioris, & radicum maluauisci, & radicū herbę vngaricæ, quæ est similis maluauisco: nisi ꝙ habet frondes incisas magis subtiliter: & etiā vocatur falconeria. añ. pista oīa in simul, absq; decoctione: & sic pistata supra locū appone: & est bonū remedium.

Emplastrum in attritione cum apostemate. Re. florum vtriusq; rosę albę & rubeę, et foliorū cameleūtę, & rosarū, & absinthij, & florum cyclaminis, & florū pęoniæ, & boraginis, & roris marini, & florum chamomillę,

momillæ, & cuscutæ, & florum oliuarum, ana. M.5. farinæ milij, & milicæ, ana vnc.iij. olei communis recentis, vnc.iiij. amurcæ olei, vnc.i. vini cocti quantum sufficit. fiat emplastrum: quod est mirabile ad remouẽdũ dolores in omni membro attrito cũ apate.

Item valet vnguentum dialtheatum, & vnguentũ aragon, & vnguẽtum marciaton, et vnguentũ agrippæ: & hoc secundum sua tempora.

Vnguentum vbi erit attritio cum vulnere. Reci. mellis apum crudi, vnc.ij. farinæ fabarum, & orobi, & pulueris ireos, quantum sufficit ad incorporandũ, ana, & adde paululum aceti: et fiat vnguentum. Itẽ valet vnguentum basilicon, & vnguentum citrinũ. & vnguentum apostolicon, & vnguentum fuscum, & valet vnguentum grecum maius & minus.

*Sequitur de iudicijs & extritione neruorum corruptorum.* *Cap. V.*

NEruus corruptionem sumere potest, sicut caro: aut propter causam primitiuam vel antecedentem: sed si in aliqua parte alicuius rami vel frusti ipsius nerui accidat illud: tunc necessarium est vt extrahatur totum illud, quod erit corruptum. Sed ante quam extrahatur, necesse est vt expectetur hora, qua natura segregat putridum a sano: & non extrahatur cum violentia: sed cum habilitate. unde dicit Auicen. q̃ oportet ut extrahatur extractiõe qua extrahitur uena ciuilis: unde illuc recurre pro cõpletiori doctrina.

Vnguentum ad extrahendum neruum corruptũ. Reci. terebinthinæ cũ melle, ana. farinæ lolij, quod sufficit ad incorporandum: & fiat vnguentum, & extendatur supra petiam, & cito extrahit. Item valet vnguentum basilicon.

Vnguentum aliud optimũ in corruptionibus neruorum. Re. succi apij domestici, vnc.ij. vitellum oui vnum, terebinthinæ, drac.iiij. farinæ fenugreci quod sufficit ad inspissandum: & fiat vnguentum.

Vnguentum aliud in corruptionibus neruorum. Rec. lardonis decolati, vnc.ij. pulueris florum vrticę, & semina interiora peoniæ, & pistanda pistentur, ana drac.ij. terebinthinæ quod sufficit fiat vnguentum.

*De duritiæ neruorum & eorum torsione.* *Cap. VI.*

DVrities neruorum et eorum torsio vt plurimũ accidit a vulneribus, aut casibus: & quãdo premitur sentitur cum eo stupor, qui est morbus officialis faciens euenire in sensu tactuali nocumentum: aut destructionẽ, aut diminutionem cum tremore, si est debilis: aut mollificationem, si est confirmatus: quoniam virtus sensibilis non solum prohibetur a penetratione, sed & motiua prohibetur: quamuis in quibusdam horis inueniatur stupor absq; difficultate motus propter diuersitatem neruorũ motus & sensus.

Sed curatio huius ægritudinis quæ est durities neruorum talis est qualis est curatio apostematum durorum et pororum sarcoidum siue arosbodi, cum impediũt motum & sensum alicuius membri, propter suã duritiem & magnitudinem: oportet attenuari & mollificari secundum duas resolutiones eo modo, qui patuit in capitulo de apostemate sclirotico: verum multa ad hæc valẽtia reperiuntur in areolis secundi canonis Auicen. sicut si in decoctione, cyclaminis infundatur spongia: & ponatur super eas durities & torsiões. Similiter ammoniacum cum ex eo fit emplastrum cũ

A melle & oleo, resoluit durities neruorum & iuncturarum: & maxime quando permiscetur cum aceto, et sale baurachino, & oleo de alchana, & rosis. Similiter anacardus confert frigori neruorum: & eius mollificationi, & torturæ, & paralysi. Similiter agnus castus, si ex eo fiat emplastrum, cum folijs suis torsioni confert. Similiter acorus confert spasmo, stupori, & contritioni lacertorum: et si de sua decoctione fiat embrochatio, & bibatur. Similiter maluauiscus bene decoctus & mistus cũ adipe anseris, confert duritiebus neruorum & tremori & attritioni medij lacertorum. Similiter psyllium si fiat ex eo emplastrum, confert torsioni neruorum, & ipsorum spasmo: et dolori iuncturarum, cum dolor ille proueniat ex causa calida cum aceto & oleo ros. cõfert. Similiter narciscus & oleum eius cõfert neruis: sed ex radice eius fiat emplastrum: B apostemati eorum & nodositati eorum & doloribus iuncturarum valet.

Emplastrum ad durities neruorum. Recip. bdellij iudaici dissoluti in aqua maluauisci, & radicum althęę præparatę, ana vnc.i. & bene pręparatæ & pistatæ: & misce insimul. fiat emplastrum.

Emplastrum ad durities & torsiones neruorum. Recipe ceroti de fęcibus, ceroti de meliloto, ana. quantum sufficit.

Emplastrum aliud ad idem. Reci. radices liliorum alborum bene decoctas cum vino cocto, & bene pistatas, quibus addatur paululum farinæ fænugræci: & fiat emplastrum.

Cerotum optimũ in duritiebus & torsionibus neruorũ. Rec. ammoniaci, & galbani, & euphorbij, ana vnc.i. & aggregentur optime cum fæce olei liliorum C alborum: & cum modico cerę fiat cerotum: sed prius mollificentur gummi in oleo liliorum alborum.

Aliud. Reci. oxycroci, ceroti de sordicie vasorum apum, ana vnc.i.

Emplastrum aliud valde conueniens. Re. seminis prasij, et peroptime pistetur: quo pistato cũ uino optimo incorporetur ad ignem: & fiat emplastrum.

Item valet diachylon cum gũmis mollificatum cũ oleo liliorum alborum, si fuerit durum.

Item valet vnguẽtum siue cerotum de ammoniaco descriptum supra in capitulo de scroffulis.

## Tractatus quintus. De ęgritudinibus quę accidunt in ossibus: et primo de vẽtositate spinę et corruptiõe ossis. Ca. I.

D EGritudines quæ accidere possunt in ossibus: aut fiunt ex corruptione cõplexionis cum malitia humiditatis peruenientis ad illud: aut fiunt ex solutione continuitatis in osse: quæ aut erit simplex: aut cõposita: & vocabitur ossis fractura: quæ est proprie solutio cõtinuitatis in ossibus, et vocabitur ossis dislocatio, quæ ægritudo dicitur separatio iũcturæ a suo situ naturali: aut vocabitur putrefactio, q̃ ęgritudo est, ꝓprie corruptio ossis: quę ꝓuenit ex hũido subtili virulẽto, & in porositatibus ossis penetrãte penetratione, qua corrũpit cõtinens ip̃m cũ contento. Et hęc passio apud quosdã maxime ab Aui. dicitur uẽtositas spinę: aut vocabitur vulnus in osse: & hoc qñ fit solutio cõtinuitatis in ipso cum re incidente: & vocabitur ex-

coriatio: & hoc quādo aliquod frustum ossis subleuatū fuerit ab illo osse, vt sępe contigit in fractura capitis vsq; ad craneum: et omnes isti modi clare cum suis medicinis patebunt.

Humores acuti & penetrantes in osa atq; corrodentes ipsum sunt causa ventositatis spinæ: dicitur autem ventositas spinæ propter similitudinē punctiōis & fortis fixionis spinæ çungi in re dura. Nā cum dolor & apostema accidit in osse, non sunt separabilia de facili absq; deperditiōe partis ossis corrupti cum nocumento. Accidit autē in osse dolor nō ex se: qa nō sentit: sed ex admistiōe almocati ipsum cooperientis, & ex natura villorum vicinorum in porositatibus ossium seminatorum. Accidit etiam apostema in osse per attractionē humorum ad ipsum os per locum dolentem. Hoc autem in Fen septima tertij in capitulo de dolore dentium affirmat Auicē. sic inquiēs. Et quandoq; est materia apostemans dentem ipsum: & quandoq; est corrodens: & quādoq; facit nasci vermē: & principiū materiei aut est ex stomacho: aut ex cerebro: aut ex vtrisq; locis. Et si corpus totū plenum fuerit illa materia: tūc cursus ex corpore ad os erit ex his duabus vijs. Principium ventositatis spinæ est incessus doloris iuncturarum: porro in dolore iuncturarū materia est in carne. Sed in ventositate spinæ materia est in osse: ita q eius additio corrumpit vnā partem ossis post aliam: & sic causatur corruptio ossis: & fuerunt quidam dicentes q ventositas spinæ propter vlcus erat spasmus in toto corpore: sed hoc nō est cōcedendū: cum spasmus sit ægritudo neruosa qua mouentur lacerti ad principia sua: & inobedientes sunt in dilatatione eorum. Itaq; alij remanent secundū dispositionem suam, & non dilatantur: & alij eorum facile redeunt ad dilatationem suam: sicut fit in singultu: uerumtamen omnis spasmus sequens vulnus est mortalis. Spasmus vero alius est materialis & alius īmaterialis. Spasmus autē materialis multoties euenit secundū semitā pmutationis materiei: sicut accidit in successione squināntię, qd' est apā in gula prope fistulā cimbalarē: et successiōe pleuresis qd' est apostema in spirituali bus sub costis in panniculo pleuritico. Spasmus vero immaterialis fit propter priuationē materiei & humiditatis: & dominium siccitatis accidit q contrahatur lōgitudo & latitudo æqualiter: colligitur ergo ad seipsum sicut dispositio corij positi ante ignē, quod per exiccationem corrugatur, & cōtrahitur. Signa ventositatis spinæ siue corruptionis ossis videre potes: sicut carnem super os fieri mollem: & aliquando fœtet & adest virus et penetrat stilus faciliter ad os: & non inuenies rem firmam hoc est fundamentū quod habet fracturam & penetrationem tentando cum stilo. Signa iterum antecedentia corruptionem ossis erit apostema: aut corruptio carnis siue liuiditas ipsius.

Curatio corruptionis ossis corrupti, & ipsius remotio quatuor modis completur: & hoc fiat cum raspatorio & strictura tenacularum mordentiū. Secundo fiat remotio cum abscisione cultelli siue forpicibus incidentibus: aut cum serra cōueniente si possibile sit, illud os secando: nunc cū serra rotunda: nūc cum serra lōga et extensa: nunc obliqua: vt est forma lunæ secundum possibilitatem propinationis in mēbro. Tertia remotio ossis corrupti perficitur cum cauterio actuali, scilicet cum ferro ignito: et hoc est acrius infirmo perueniendo ad vltimum corruptionis do-

E nec cadant cortices ossis cōrrupti, & remaneāt partes ipsius sanę. Quarta remotio aut complebitur a potenti natura, in secunda aut tertia die si fuerit potens in expellendo: aut medicina causticatiua in potentia vel a forma: vt sunt æs adustum, siue çegi, et ireos: quod uestit os carne, & myrrha cū aloe & cortice plantæ opopanacis & sarcocollæ cum melle rosa. vere conseruat corpus ab omni putrefactiōe. Ars vero manualis in profunda corruptione ossis sit talis vt tota corruptio remoueatur: sed si peruenerit ad medullā, necesse est remouere illud os totum corruptum cum sua medulla. Sed si sunt aliquæ corruptiones quæ non possunt sanari nisi cum abscisione & serratura totius membri: & hæc in iunctura propinqua: quare sapienter est agēdum istud in focilibus pedum & manuum & in pedibus & cubitis & circa humeros & anchas. Sed quan-
F do aduenit corruptio ossis: quod est in capitibus anchæ & coxæ, & sicut in spōdylibus dorsi fuge ab hac curatione propter nucham: quoniam finalis locatio & curatio est tediosa, & chronica, & ducit ægrum ad mortem.

Vnguentū mirabile ad remouēdū os corruptum. Re. pulueris aristolochię, pulueris ireos, pulueris myrrhę, pulueris aloes succotrini, pulueris corticum plantæ opopanacis, vitrioli adusti, scorię ęris, pulueris corticis pini, ana dra. ij. olei mastichini, myrtini quod sufficit: & cum sufficienti cera viridi fiat vnguentum.

Vnguentum aliud ad remouendum frusta ossium corruptorum. Reci. serapini, galbani, dissoluti in forti aceto: & pulueris casullarum papaueris, & pulueris florum papaueris ruffi, olei nucum & frumēti, olei lilij, ana. quantum sufficit cum sufficienti cera viridi.
G fiat vnguentum.

Vnguētū aliud ad remouēdum cito frusta ossium corruptorum. Reci. pulueris tartari, pulueris sepiæ, pulueris maxillarum et dentium lucij, drac. i. pulueris similis ossis hominis combusti vel alicuius animalis, vnc. i. colophoniæ, drac. ij. olei de tartaro, drac. i. olei anethini, olei rutæ, ana. quantum sufficit. fiat vnguentum cum sufficienti cera citrina.

Vnguentum aliud expertum per me magistrum Lucam. Reci. picis naualis, resinæ pini, colophoniæ, ana partes æquales, vnc. ij. pulueris gūmi elemi, drac. ij. pulueris lapidis inuenti in flumine lapidis, scrop. i. olei rosa. & ceræ quod sufficit ad incorporandum. & fiat vnguentum.

Puluis mirabilis faciens cadere ossa in breui tempore: & est expertus per me pluries. Recip. pulueris vi-
H treoli adusti de per se solum, si tangat os faciet ipsum os in paucis diebus squamare: & si tangit carnē, ipsam corrodet, & materiam subtilem exiccabit.

Vnguentum mirabile quod valet ad remouēdum carnem & ossa corrupta. Recip. pulueris foliorum ficei, & pulueris corticum querci, pulueris ossiū dactylorum combustorum & pulueris cineris aluminis catini, & pulueris hermodactylorum, ana vnc. i. ʒ. pulueris radicis arundinis, pulueris magnetis, ana drac. i. terebinthinæ, resinæ liquidæ pini, colophoniæ, picis naualis, ana drachma. ʒ. olei et cerę quod sufficit: & fiat vnguentum.

Puluis alius mirabilis qui facit nasci carnem super os discoopertum præstissime. Re. pulueris radicis lilij cælestis de per se faciet nasci carnē sine alia admistione, nā ipē est digestiuus, aperitiuus, abstersiuus, mūdificatiuus.

ficatiuus: et generatiuus optimę carnis sup ipsum os.

Aqua mundificatiua & iuuatiua ad extrahendū & ad extergendum os corruptum. Re. aquę vitis ardētis distillatae per alembicum, quę fit ex vino putrido, vnc. iiij. salis armoniaci, vnc. 5. & infundatur in ipsa: & tam diu stet in dicta aqua dum dissoluatur.

Aqua alia ad extrahendū ossa, & ad seruandum ne membrum putrefiat, & valet in vulneribus. Re. terebinthinę bene mundae & albae sine ablutione, picis naualis similiter bene mundae, mellis apum, ana lib. i. & resinae pini albae & recētis, & mellis, lib. 5. haec omnia distillentur per alembicum de vitro, & aquam illam reserua in ampulla.

Oleum quod fit de calce est mirabile in hoc casu: cuius descriptio. Re. calcis viuae frustū integrum antequam massaretur: & infundatur in oleo cōmuni donec dislargetur, & calx ī puluere reducatur: et postea pone in alembico vitreo, & distilletur, & emanabit oleum quod vocabitur oleum calcinum.

Item ad idē valet oleum de nucibus. Item valet oleum de castaneis. Item valet oleū de nucleis persicorum. Itē valet oleum de tartaro. Item valet oleum de vitellis ouorū. Item valet oleum de frumēto. Item valet oleum de auellanis. Item valet oleum de genipero. Item ualet oleum de terebinthina. Item valet oleum de picibus. Itē valet lachrymū. Item ualet oleum de gūmis attractiuis. s. de galbano, ammoniaco, bdellio, serapino, gūmi elemi.

Nota ꝙ omnia medicamina quę attrahunt tam de forma quam de qualitate frusta lignorū, spinas ferramenti in corpore fixas, vitrum, & alia, vt determinatum est supra in capitulo de medicinis attrahentibus & tractatu secundo de solutione cōtinuitatis, vbi tractatur de punctura, & de dispositione eius quod retinetur ex spinis sagittis & ossibus, sunt etiam huic capitulo coadiuuantia.

*Sequitur de modo secandi os corruptum.* Cap. II.

PRimo & principaliter remoueatur caro ab osse, si nō fuerit remota: et si os fuerit latitās, cum medicinis, & alijs necessarijs fac taliter ꝙ appareat illud quod est occultū ad oculum aut ad intellectū. Serrae cum quibus secare debemus ossa debent esse diuersarū manerierū: & hoc ꝓpter necessitatē applicādi, vt non offendatur hora sectionis mēbrum vicinū. Quędam est serra rotunda perforans in modū terebelli: sicut sunt tripani. Quędā. n. est alia serra rotūda ad formam ducati cum dentibus circumcirca. Quaedam est serra ad formam rasorij cum dentibus ad vnam partem, scilicet ad partem incidentem. Quaedam est serra ad formam gamaut nunc cum dentibus ad intra, nūc ad extra. Quaedam est serra recta ad formam cultelli. Quaedam est serra quae dicitur raspa nunc recta: nunc aliqualiter plicata, vt leuatorium: nunc curua ad formam nouilunij: & istę raspae sunt cum dentibus, sicut sunt limae. Sed quia in corpore humano diuersa sunt ossa: ideo diuersa debent esse instrumenta. Sed cū quis secare voluerit aliquod os, vitet inquantum potest loca sana, implendo cum petijs & coto circūcirca, ne dētes hora sectionis inferant nocumentum: & semper illae petiae sint madefactae in albumine oui. Et quando erit opportunum secare costam aut os, sub quo est tunica siue panniculus, aut aliquod nobile, sicut tunica costarum, vel siphac: pone ad maiorem cautelam sub

A serra laminam plumbeam: qua cōseruetur membrū, cui times facere offensionem cum dentibus serrae. Saepe contingit ꝙ os integraliter erit discoopertum a carne circumcirca: et secundum suam rotunditatem, tūc seca ipsum. Et non expectes nascentiam carnis super ipsum: quoniam non oritur caro super os quod iam discoopertū est ex omnibus lateribus suis, vt visum est in experientia: & vt patere potest etiam per rationem: quia nutrimentum quod debet in carnem transmutari, corrumpitur, & in putredinem cum foetore transmutatur: et hoc est ꝙ ossa valde foetent. Sed si aliquod fuerit os valde corruptum prope iuncturā: tūc extrahatur illud vsq; ad iuncturam: quamuis aliquid prope iuncturam retineatur de sanitate. Repetendo modum fugitiuū curationis ossis corrupti, ne destruamus totaliter vitam & operationem membri sensibi- B lis & manifesti: Dico ꝙ quando aduenerit corruptio ossis in adiutorio, & in focilibus tam ī pedibus quam ī manibus: absq; mora auferatur: quoniam melius est membrum amittere, quam vitam patientis perdere. Facta remotione ossis corrupti, quātumcunq; cōpleatur illud, veniendum est ad localia, quę debent aliquādo poni supra locum: et aliquando circumcirca locū, vt fiant defensiones, confortando ne membrum sumat de materia, plusquam sit necesse.

Vnguentum defensiuum quod conuenit facta sectione ossis corrupti siue putrefacti siue in actu putrefieri. Reci. mūmiae, & sanguinis draconis, ana vnc. ij. boli armeni, trochisci de terra sigillata, ana vnc. i. olei ros. quod sufficit ad incorporandum: & cum sufficiēti aceto fiat linimentum: & circūcirca locum in parte superiori apponatur causa defendendi.

C Vnguentum aliud quod debet poni supra locum, ubi facta fuerit secatura in osse. Reci. mellis apū, vnc. ij. pulueris de radicibus ireos, et radicibus aristolochię longae, & incorporentur insimul vsq; ad spissitudinē vnguenti, & supra locum appone.

Vnguentum aliud ad idem. Re. mellis rosati colati, vnc. i. lithargyri, & pulueris centaureę minoris, insimul misce donec fiat debita admistio & ingrossatio ad formam vnguenti.

Puluis valde mirabilis & expertus, quem omnes auctores tangunt tractando de hac materia. Re. pulueris radicis ireos, q̄ facit per se solus. Itē puluis de centaurea minori solus. Item puluis de radice falconariae seu vngaricae quod idem est: est mirabilis in faciendo crescere carnem super ossa, & mūdificando vulnera.

*Sequitur de extractione ossium & corticum eorum quae re- D manent in ulceribus consolidatis.* Cap. III.

SAepe contingit ꝙ aliquod frustum ossis remoueri nō possit ab alio osse, propter tenacitatem, quā habet fixam adhuc cum ipso, vel in carne, donec veniat hora maturationis integra, ad quod natura iuuat ad expellendum: sed non remoueatur cum violentia ante horam maturationis, neq; cum medicinis, neque cum operatione manus: quoniam ista ossa quae extrahuntur cum violentia, non euadūt quin faciant uenire locum illum ad vlcera fistulosa: sed simile esset iudicium de extractione violenta frustorum neruorum & panniculorum: & aeger deueniret ad spasmum, & maximum dolorem. Nam si fiat in his sanies, non cōsequitur ad hoc vulnus magnum nocumentum, neq; periculum mortis.

Cerotum in hoc casu conueniens. Re. sordities uasorum apum, & ceræ citrinę, & olei veteris, ana vnc. iij. & omnia soluantur ad ignem: & fiat cerotum tale quod possit extendi super petiam.

Cerotum aliud de quo fit cõueniens extractio frustorũ ossium. Re. euphorbij, drac. ij. tythimalli, drac. iij. aristolochiæ lon. & fiat ex istis sicut cerotum.

Aliud ad idẽ. Rec. ammoniaci, bdellij, ana vnc. ij. & liniatur cum oleo de lilio, et cum sufficienti cera fiat cerotum quoniam mirabile est.

Emplastrũ mirabile quod est de illis quæ extrahũt ossa cũ velocitate. Reci. amũ vel sorditię apum, fęces olei liliorum, cerę citrinę, euphorbij, aristolochiæ, ammoniaci, bdellij prius dissoluti in oleo liliorum alborum, ana vnc. i. fiat emplastrum.

*Sequitur de medicinis conuenientibus in fine fracturarum ossium.* Cap. IIII.

Dixit ille sapientissimus noster Auic. ꝙ quando accidit fractura in osse: eius curatio primo fiat cum manu, aut cũ medicinis conferẽtibus proprie ad fracturas ossium & torsionum: quod clare apparebit. Nã fracto osse primo quam citius potes ipsum ęqua, & restaura: et etiam in suo situ colloca: taliter ꝙ in sua vera rectitudine post consolidationẽ remaneat absq; defectu et turpitudine aliqua. Et propter hoc oportet vt bene videris anotomiam.

Emplastrum in fractura & torsione: & si ibi fuerit phlegmon. i. apostema calidũ. Reci. radicum granati agrestis, & mes. i. fasiolorũ excorticatorum, ana. partes. x. vngaricæ, acaciæ, aloes, ana par. v. boli armeni, sanguinis draconis partes. viij. liniatur cum albumine ouorum: & fiat emplastrum: & apponatur cũ faldelis stupeis prius madefactis in vino nigro styptico, & supra locum fiat ligatura.

Emplastrum aliud mirabile. Re. alcatil quæ est arbor similis tamarasci, & cypressi, & myrti, & salicis, et teratur, & sumatur gallia, & rosæ & cæpe narcisci, & sandali rubei, & bolus armenus, & fausel. i. nux indica, & kamacha, & est species frumenti triangulati, & althęa, & mes, & acacia & melilotum, & sansucum. i. maiorana persa, & ennulã, & cypressum, ana. M. i. & pistentur, & fiat emplastrum.

Emplastrũ aliud quãdo accidit fracturę et torsioni apostema calidum. Re. mes excorticatorũ, drac. xx. mugar. i. radicẽ granati agrestis, balaustiarum, acacię, ana. & fiat emplastrum: & est valde forte.

Emplastrum meũ & expertum in hoc casu; & hoc in fine retentionis humorũ, quod confirmat arosbot, & indurat, & tollit ardorẽ vel dolorem. Re. terebinthinę bene albę, vnc. v. boli armeni, & sanguinis draconis, ana vnc. i. terrę sigillatę, & pulueris sumac optime minuti, ana vnc. ij. & hæc optime cum terebinthina misceantur, donec fiat ad formam emplastri.

Primum arbitror ꝙ oportet eũ qui perfectus chirurgus esse cupit: multa uidisse. Primum vt habeat logicæ ac philosophiæ fundamenta: & hoc vt cognoscat naturæ principia. Secundo oportet vt vadas cum experto medico: & videas ipsum operari, antequã te ad practicãdum exponas. ratio. quia videndo terribiles casus: tu vides modum, quo vtũtur medici in illis sanandis: deinde peruenis ad perfectionem magisterij. Tertio vt habeas oportet manus leues in operando & expeditas: ne facias ægrotanti do-

E lorem. Quarto oportet ut tua instrumenta sint bene incidentia: quãdo oportet aliquid incidere: et ratio est ex parte duorum. s. ne a male acuto instrumẽto, et ab ipsius erugine in mẽbro ponatur dolor, & mala complexio. Quinto oportet vt sis audax ĩtimidus in operando & incidendo: tamen timẽdum est incidere vbi sint nerui, chordæ & arteriæ: & propter hoc ne erres, fac vt optime videris anotomiã, quæ est totius mater huius artis: & fac vt in primis sis ingeniosus in operando in tali magisterio: & noli laborare in carne humana sicut fit in ligno & corio. ratio. quia quãdo ex hoc seculo transiueris, magna supplicia tibi apponentur: deinde hi tales capiunt malã famam in vulgo, quã debemus studere cõseruare. Sexto oportet vt sis pius & misericors pauperibus: ratio quia pietas & misericordia multum augmentabit tuã famam, & libentius
F ægri comittent se tibi. Septimo oportet, vt nunquã aliquid ex tuo pręmio refutes; si aliquid tibi porrigatur: quia infirmus maiorẽ confidentiam de te habebit. Octauo oportet vt nunquã litiges cum infirmis: neq; etiam sis nimis cupidus: nisi ex pacto facto petere denarios. ratio. quia auaritia est magis ignobile viciũ cæteris vitijs: & si hoc habebis, nunquam poteris ad laudem boni medici peruenire.

*Sequitur de fractura cranei.* Cap. V.

Cvm quis intẽdit esse optimus artifex huius magisterij. s. curandi fracturã cranei: quamuis plures auctores diuerse tractauerint: inter cęteros quos perlegi placuit mihi insequi nostrum magistrũ Auicẽ. Et quia dicta eius aliqualiter longa sunt ideo breuibus illa attingam, ut melius mẽti cõmendẽtur: et per. xi. no-
G tabilia totã materiam cranei curandi recolligam: per quæ absq; dubio poteris fracturã cranei curare. Nota vtilia notabilia menti mandãda. Primum notabile est istud ꝙ in fractura cranei quantum potes debes prohibere apostema: ne accidat in cerebro & in panniculis: quia nihil est magis prohibens curã fracturę & vulneris, et aliarum ęgritudinum, sicut apostema. Et ideo vt possis hoc melius prohibere: nota causas apostematis, vt eas remouere possis. Prima ergo causa est frigiditas aeris: & aliarum rerum frigidarũ approximatarum, quæ actu sunt frigidæ. Et ideo vnguenta et emplastra pulueres & similia debẽt approximari actu calida: et iuxta hoc vt dictum est in textu, Optime dixit Auic. & in huiusmodi quidem dispositione. s. capitis vulnerati: ĩmo in omni dispositione. s. vulneris capitis: oportet vehemẽter ut caueatur frigus: & in ęstate:
H quoniã in eo est timor magnus. Secunda est res aggrauans vel pungens: aggrauans potest esse os depressum. vel licinium. i. tenta: vel alia quæ approximãtur indebite: vtputa: si approximaretur emplastrum nimis ponderosum. Et docet Auic. volens medicũ corrigere: ꝙ si frustum ossis pungens sit, ꝙ cito remoueatur: & ne põderosa res approximetur: & propter hoc dicit Auic. ꝙ ponatur pannus subtilis secundũ quantitatem ossis remoti. Et propter hoc nota ꝙ moderni vtuntur pãno de syrico subtili de grana: quia plus cõfortat. vt ponit Aui. in libro de viribus cordis, docẽs: ꝙ sericum confortat cor: et talis pannus debet esse amplior foramine ossis: ne ingrediatur sub osse. Tertia causa est malum regimen in sex rebus nõ naturalibus. Auicenna tamen exemplificat de cibo & potu: & dixit de multitudine cibi: ꝗa si ĩmoderate sumitur multum

tum, est causa apostematis: quia stante fractura cranei
virtus digestiua stomachi, & aliorum mẽbrorum, est
debilitata: vnde nutrimentum nõ bene conuertitur.
Et ideo multa superfluitas generatur, q̃ est causa apo-
stematis: & eodem modo intelligas de potu. Nã hoc
idẽ expressum est ab Auic. prima tertij. in capitulo de
soda, & in capitulo de carabito. quia vinum prohibet
curam: & est causa apostematis, quia ad caput euapo-
rat. Quarta causa est occulta: secundũ Auic. & res oc-
culta secundũ ipsum est ista, quę vulgaribus nõ est no
ta, neq; infirmo: licet aliquando perito medico sit ma
nifesta: & hęc potest esse repletio humorũ: vel debili-
tas cerebri, vel debilitas alterius mẽbri mãdãtis, & ad
insinuandum ꝙ Aui. per causam occultã intelligat re
pletionem humorum. patet dum dicit. fiat phleboto-
mia, & remoueatur causa illa occulta. Secũdũ nota
bile sit istud ꝙ Auic. in fractura cranei dicit, apostema
calidum curari: & loquitur cõtinue de apostemate ca
lido: quia raro potest fieri apostema frigidum in dura
matre vel pia matre: quia tales panniculi sunt duri &
cõtexti forti contextura. Ideo materia frigida ꝓpter
grossitiem nõ potest ingredi, & hoc dicit Auic. prima
tertij. Alia causa est quia humores frigidi nõ sunt ęque
molles sicut calidi: & ideo natura non succurrit dolo
ri vel contusioni ita cum frigidis sicut cum calidis.
Tertium notabile sit istud: ꝙ si intentio medici solum
esset in occupatione solutionis continuitatis vel fra-
cturæ, stante apostemate, multa mala accidentia pos-
sent consequi: vt corruptio panniculi, febris, apo-
plexia, rigor etc. Et ideo stante tali apostemate sit oc-
cupatio tua in tali cura, quæ ponitur ab Auicẽ. prima
tertij. & nõ facias hoc cum solis localibus vt simplex
chirurgus, sed etiã cum diuersionibus. Quartũ no-
tabile ꝙ in fractura cranei nõ debet esse occupatio in
remotione ossis fracti seu fixi totius: & nõ quęritur in
omni fixura & fractura, vt accipiatur os totum: quo
niã hoc non est possibile: nisi os sit contritum valde et
minutum: tunc enim os est remouendũ: quia os tale
nõ potest bene nutriri: nec consolidari: Sed cõsidera
si os est totaliter perforatum: quia tunc medicus cum
abrasione debet vsq; ad illud latus peruenire: vt si ma
teria aliqua sub craneo cõtineatur, bene possit egredi.
Sed si fractura nõ sit penetrans, medicus nõ debet tan
tum abradere: imo solum vsq; ad finẽ scissuræ inclusi
ue: & propter hoc in textu dicit Auic. Frices vsq; quo
nõ remaneat de scissura aliquid. Sed aduerte quia ali-
quando est deceptio: quia chirurgus putat ꝙ sub cra-
neo nihil sit: tamen aliquid aliquando latet. Et ideo est
cõsiderandum quid sit percutiens: deinde res cũ qua
sit percussio: & etiã quid sit subiectum cui est facta per
cussio: & hæc medicina capitalis in hoc casu est appro
ximanda, quæ desiccet & iuuet in generatione poros
aroschodi. s. quãdo scissura nõ penetrauit totum os.
Quintum notabile sit istud: ꝙ in actu prognostico fra
ctura cranei facta abrasione vel abraso osse si panicu
lus seruat situm suum, & aduentus apostematis non
est: aut si est: est paruum, & aduẽtus saniei adest: si ma
teria ibi continetur: & sanies fit cito: & est bona & lau
dabilis, signum est optimũ: ꝙ hæc fractura sit salubris
potius quã si panniculus nõ seruat situm suũ: et fiat vi
rus: & apostema: & etiam oportet cõsiderare colorẽ
ossis. Sextum notabile sit istud: ꝙ cura fracturæ cra
nei differt a cura aliarum fracturarũ i quatuor. Primo
enim, quia arosbot quod super os generatur, vel iter

A ossa. s. cranei, nõ est ęque durũ: sicut illud quod in alijs
ossibus generatur. Secundo: quia facta fissura seu fra-
ctura, nõ debet esse occupatio medici in restauratiõe
sui. imo debet ex se remoueri: sicut dictum est supra:
cuius oppositũ fit in alijs ossibus: imo in alijs medici-
nis facit replasmationẽ. Tertio: quia in osse capitis nõ
potest fieri ligamẽtũ debitum: sicut in alijs ossibus: &
hoc est propter figurã rotundam quam habet caput.
Quarto. quia dato ꝙ replasmatio ossis sit facta: & per
ligaturam, et alia: tamẽ quia humiditas nõ est consum
pta, oportet os remoueri. Nã dicit Auic. ꝙ si humidi-
tas in alijs ossibus retineretur, esset necessarium, vt di-
scooperirentur. & ideo tanto magis hic est fiendũ: q̃a
membrum istud est valde nobile. Et propter suã no-
bilitatem oportet de ipso multũ considerare. Septi
mum notabile sit istud: ꝙ quando medicus habet ele
B uare os, debet quatuor considerare. Primo locum cõ
uenĩetem: per quẽ possit melius & liberius virus egre
di: quia locus virulentiæ debet esse oppositus per dire
ctum loco, quem vis aperire. Secundo debet conside
rare locum faciliorem ad incisionẽ: quia os quantum
mollius tantum melius: quantũ ad incisionem ipsius:
& facilius remouetur. Tertio tantum debet remoue-
ri de osse ꝙ nõ oporteat redire: dum in osse est scissu-
ra sine cõtusione: quia in contusionibus vbi est cõtu-
sum & contritũ totum os in vna vice nõ debet remo
ueri: maxime si est magna quantitas ossis remouenda.
Sed ratio prima ꝙ in scissura prima sola vice: illud qđ
est remouendũ debet remoueri ilico: quia si prima vi
ce nõ remouetur: tunc est tedium infirmo & astanti-
bus. Secunda quia fluxus materierũ ad locum prima
vice currit: & forte factum est apostema: vnde panni
C culi supereminent ossi: & illud prohibet abrasionem.
Quarto debet locus inquiri qui sit distans sub origine
neruorum. Octauum notabile sit illud: ꝙ Auic. di-
cit: ꝙ stante fractura cranei tẽpus remotionis ossis de-
bet esse vsq; ad septimum diẽ tempore æstiuo: tempo
re vero hyemali vsq; ad decimũ. Sed tamẽ dicit Aui.
quanto citius tanto melius & longius a timore. Et no
tes ꝙ quatuor sunt casus in quibus nõ debemus expe
ctare septimũ diẽ, nec decimum. imo vult Auicen. ꝙ
fiat in die secunda, vel ad plus in tertia: nisi adsit aliq̃d
cogẽs. Primus casus est: quando cõstat ꝙ aliqua ma
teria sub cranio contineatur quę ad saniẽ conuertatur
infra illud tempus: quæ ante eius sanationẽ debet ex-
trahi. Et quia hoc sępe fit, nõ debemus tale tempus ex
pectare: quia circa generationem saniei dolores & fe-
bres magis accidunt quam facta sanie. Secũdus mo-
D dus est: quia quando esset aliquod frustum ossis quod
pungeret: quia punctio talis esset causa spasmi: debe-
mus ipsum cito remouere. Alius casus est: si esset ali
quod foramen per quod materia sub osse ingredere-
tur. Alius casus est: si post fracturam cranei sequere
tur infrigidatio panniculorum & cerebri vel alterius
membri. In his enim casibus dicit Auic. si fuerit ne-
cesse expectatio, tunc fiat vsq; ad duos dies aut tres: &
si in principio rei oportet vt curetur cum incisione in
secundo die. Nonum notabile sit istud: ꝙ quando
nigredo accidit duræ matri, potest duplici modo cõ-
tingere. primo per medicinas approximatas inducen
tes talem nigredinem. secundo per causam intrinsecã:
vtputa per debilitatem caloris innati. Si primo modo
accidit per vnguenta: tunc cura talis sit. Rec. mel cũ
triplo olei sui ros. & proijciatur supra per duas muta-

tiones. Si secundo modo, tūc medicus fugiat a tali curatione: ratio, quia hęc nigredo significat nigredinem accidentē substantiæ panniculi, & substantiæ cerebri: & hoc est signum mortale, & mortis propinquæ. Sed solum morituri sunt presbyteris dimittendi. Decimū notabile sit istud: ꝙ oleum ros. secundū sententiā Galeni administratur in vulneribus capitis, propter timorē euentus apostematis: & propter sedationē doloris, & inflationem factā in humoribus & spiritibus: ex modo curationis cum ferro. Nā oleum ros. est doloris mitigatiuū, & ebullitionis, aut inflāmationis perfectissime sedatiuum, & est repercussiuum humorum ad locum venientiū: & confortat partes membri circūstantes propter eius stypticitatem, quam habet ratione rosarū. Et per consequens oleum ros. in principio, & augmento in fracturis capitis & eius percussionibus est summa medicina: & maxime est prohibitiuum euentus apostematis. Vndecimū sit notabile: ꝙ vinum cōtusum cum oleo ros. & panno lini imbibito in percussiōibus capitis supra posito dat magnū iuuamentum: & etiā ex parte vini styptici gratia exiccationis quæ competit vulneri: & sua stypticitate adiuuat ad prohibēdum fluxum humorum ad locum: sed confert ratione panni duplicati vel triplicati in tali oleo rosa. & vino, vt diutius tale medicamen in pāno illo retineatur.

*Sequitur de fracturis cranei in uniuersali.*

Hoc est capitulum vniuersale theoricum de vulneribus & fracturis capitis: sed vt plenam doctrinam de vulneribus et fracturis capitis habeas, lege libros qui sunt a me pluries nominati: & de primis medicinæ inuentoribus fuit Æsculapius, & Anaxagoras de secta Empericorū: & Viaticus de secta Thessalicorum. et Hippocrates uerus pater omniū ęgritudinum cum Gal. & Auic. & Conciliator, Alijq; Tubatores, sicut Gulielmus de varignaza, Lilius gordēsis, Frācisсus de pedemōte, Guidonus faba, Gulielmus de Placentia, & magister Betinus de Rabis de Parma, q optime dixit in hac arte. Brunus seu Bernucius Parmensis cum peritissimo Serapione, atq; Albucasi manifeste in aliquibus ęgritudinibus valde confusi. sed ad intellectum valde prouecti: quia fides non est conclusiue cuilibet narrranti adhibenda: nisi id experimento vel ratiōe manifesta clarescat. Fractura cranei cum sit alijs ossibus periculosior et difficilior ad curandū, oportet eius species cōsiderare. Nam fractura aliquādo fit cū ense: aliquando cum lapide: aliquando cum ligno: aliquando cum bacculo, & similibus contundentibus. Fractura autē aut est parua, aut est magna: & ad oculum sępe occulta. hoc est qn̄ multoties accidit, ut scindatur craneum: & nō scindatur cutis. vt tangit Auic. quinta quarti. & in capitulo de fractura cranei. Itē fractura aliquando est cū vulnere magno: aliquando cum vulnere paruo. Sed in fractura aliqn̄ pars ossis remouetur, aliquando cranium perforamus: quod alijs ossibus est magis suspectum et periculosum. & quandoq; contingit ipsum perforari cum telo, sagitta, & similibus. Aliquādo ad oculū apparebit paruum: & ꝓfunditas in osse erit magna. Aliquādo fit in osse fractura rimularis siue capillaris: taliter ꝙ solo visu non potēst discerni: nisi cum experimento incaustri. Et sunt quandoq; in craneo plicaturæ, vt in pueris, & in craneo molli: qđ cōsueuit accidere pueris, maxime quā-

E do cadunt de alto. Aliquando cōtingit caput lædi in vna parte, & os ipsius frangi in alia: qm̄ ossa cranei cōparantur vitro ob hoc: ideo quia sunt differentissima in curādo ab alijs ossibus aliorum mēbrorū. Sed prudens medicus debet has omnes species fracturarū per ingenium inquirere: qm̄ ingenium & cautela sine sciētia sæpe facit hominē magnum philosophum reputari. Nā in lęsione cranei, & panniculorum cerebri non possumus de salute īfirmi iudicare, et maxime si ęgrotantem videris se deserere a spe salutis: quoniam tales morituri ex motione astrorum mouebunt linguā ex omni tua visitatione cum petieris de sanitate eorum, bene vel male de se prognosticādo veritatem dicentes quia dicent ego moriar. Spes ergo nostra ī talibus qui artificio chirurgię curari non possunt, ponenda est in deo: & facere quicquid potes: quia aliquando moritu-

F ros viuere vidi. Medicus qui huiusmodi talem habet in cura spem, necesse est & salutē semper infirmo promittere & parentibus suis: deinde periculum mortis narrare: ne stolidi vulgares tibi possint detrectare: & si certus fueris, & videbis tali casui imminere periculum: tumet dic infirmo: O amice mi ordina testamentum &, cōfitere Deo tua peccata: quia erit mihi valde cōmodum & iocundum pro cura: & citius sanabitur tuum vulnus: quia tua mens erit pacifica, & humores tui erunt magis ab extraneis imaginationibus depurati. Ideo tu amice qui talem infirmum habes in cura: in Deo, & natura sperando, diligenter et sagaciter debes naturæ necessaria sine fallacia administrare, scilicet quia male agi a te medico, absque dubio esset causa destructionis vitæ.

G Curatio vulnerum siue fracturarū ossis capitis semper a medico diligentissime est consideranda tanquam grauis & suspecta ægritudo. Primo ergo oportet ne obliuiscaris vniuersalia, vt valeas particularia operari. Vniuersalia sunt sicut phlebotomia, euacuationes per soluentia, & diuersiones, per ventosas, & per curas, & clysteria etc.

Porro in hoc casu de fractura cranei, & ī quā pluribus alijs, quos ego sanaui: cum inueniebā lunam circa cōbustionē consistere, semper inueni visione manifesta & mēsurabili cerebrum a cranio per vnū digitum & cum panniculis lateraliter esse plus quā depressum, distare: putaui autē ꝙ hoc accidisset ex timore cordis ęgrotantis quando percussus fuit: aut ꝙ luna propter dominiū humiditatum diminuendo in tali tēpore diminuisset: & fecisset hanc dilatationē: tunc affirmaui illud caput humidum nō esse, a prędominio superfluū:

H & si cum magna speculatione in euacuatione et digestione pro tunc me nō oportebat vti: & hóc si aer, cibus & potus, motus & quies, somnus et vigilia, inanitio & repletio, & accidentia animæ erant illi ęgro debito modo bene applicata: & si tertia virtus in suo robore ꝑseuerabat: semper salutē reddidi cuilibet ægrotanti: Si autē aliquid cōiectasset aliquid mali: quod esset destructio naturalium, & spiritualiū, animaliū, vitalium: illud semper rectificare conabar: quo facto salus et vita illi ægrotanti in quadraginta diebus reddebatur. Et semel habui vnum rusticum, cui erat remota pars medullaris cerebri qui est sanatus. Nota ergo amice ꝙ in hoc casu duæ regulæ sunt obseruandę: vt infirmus primū nō bibat, nisi aquam coctam cum zucharo: & vt stet in camera latebrosa. i. sine lucidita te aeris: & si frigus sit, fac vt in illa camera cōtinue ardeat

deat ignis magnus. Cibus suus sit panata, cũ vno vi-
tello oui, aut brodio pulli sine sale: qm̃ nihil est magis
pestiferum, & quod magis inducat lapidem in vesica
quã sal: saltem in prima hebdomada: postea comedat
aliquã particellã pulli: & farrum, & risum cũ lacte se-
minum cõmuniũ: & non comedat masticabilia in his
primis temporibus: quia fortis masticatio est causa cõ
motionis materierũ ad locum læsum propter colligã
tiam lacertorum pãniculorum cũ mandibula inferio
ri, quæ mandibula habet motũ voluntarium. Interea
secundũ ꝙ mihi ostendebat preco, qui nunquã fallit
expertũ musicum, hoc dico: quia debes scire ꝙ in pul
su reperitur natura musicæ: qm̃ per adiunctionem so
norum. i. motuũ, cognoscuntur earum proportiona
litates: et sic per medicum expertũ potest cognosci vi
ta ægrotantis propinqua aut remota termino mortis.
Item aspice vrinã quæ est nuncius quatuor qualitatũ
primarum existentiũ in vasis seruientibus toti corpo
ri. Secundo dic semper ægro sta in lecto, ne aliquis
motus sit causa febris superuenientis: cũ in omni mo-
tu sit calefactio: et cum omnis febris tã naturaliter quã
effectiue sit calida. Ergo qetus stet infirmus, et perma-
neat quantum potest sine motu. Quarto die dic in-
firmo si potest dormire quiete: & sicut consueuit de
nocte: cum somnus sit maxime de vigorantibus vir-
tutem: et cum de prosternentibus valde sit vigilia, do
lor, & fœtor: et hæc omnia ab infirmo abijcere inten-
debã. Quinto aliqñ clysteria aut curã aut supposito
ria faciebã sępissime imponi: aut syrupos cũ digestiõe
appropriata materiæ dabã postea cum cassia, aut dia-
phœnicone, aut electuario indo ventrẽ soluebam.
Sexto dixi fac ꝙ tua mens semper stet ilaris: & sine ali
qua mala cogitatione: & dic ægrotanti, qñ ipsum cu-
ras, rem placabilẽ & iocosam. Sed cum hæc ægritudo
tam ad intellectum quam ad oculum sit tibi manife-
sta: nota ꝙ excoriatio euitetur quantum possibile est:
& scias ꝙ raro aliquẽ excoriaui: dũmodo via siue ce-
rebrum haberet respiraculum. Ratio. natura oĩa agit.
medicus vero credens illã iuuare intẽdit vel impedit.
Sed tantum excoriabã, & hoc faciebam cum moicu-
la paulatine subleuãdo pellẽ cum almocati in duabus
visitationibus: in tertia visitatione cum moicula furti
ue incidebam: & cũ albumine oui fluxum sanguinis,
si expediebat restringebã. Vltra hoc cum stuellis stu-
peis, quia frigidi sunt, madefactis in oleo ro. & expres
sis mutabã: & cum illis leuiter labia excoriata triangu
lata vel quadrangulata eleuabã: et sic parum inferebã
ęgro nocumentum: si bene me intellexisti habes mo-
dũ. Vlterius vt supra notaui: & si aliquod os erat ele-
uandũ, illud nõ extrahebam: quia os nunquã a medi-
co violenter extrahi debet nisi pungat: aut nocumen
tum velaminibus & cerebro faciat. Ratio. quia dolor
est causa attractionis humorũ ad locum: facit in cere-
bro, aut in pãniculo apã, siue spasmũ accidere: et sic in
futuro tu male operãdo, & cũ dolore ęgri mortis eris
causa: et sic seqtur cum illato dolore nouissimus error
prior priore. Et semp̃ medicina capitis debet esse sub
igne calefacta: et ꝓpter hoc semp̃ habe tegulã seu textũ
calefactũ supra caput infirmi mutãdo: ne frigus veni-
ret ĩ velaminibus cerebri. Postea vero remoui ossa, si
putabã aliquid remansisse de dolore. Re. uitellũ oui
cõquassatum cum oleo ros. calido: & stuellis intinctis
in hoc medicamine vulnus implebã: & circũcirca, cũ
oleo ro. calido vulnus inungebã. Item aliqñ solum

A madefaciebã stuellos in oleo ro. calido: et expressis ab
ipso oleo vulnus implebã vsq; quo ĩ vulnere, & stuel
lis saniẽ videdam fieri. Sed supra stuellos prius incisis
capillis: ut medicamĩa, illi parti lęsę melius adhererẽt,
ponebã tale nostrum vnguentum: qđ habet formã al
bam & pulchrã. & carunculis mãmillaribus facit ĩ re-
dolendo suauem odorẽ: & agit in cerebro miraculo-
se qualitatẽ diuinam: & vocatur vnguentum de resi-
na pini, relatũ a Conciliatore: quod vnguentũ est tan
tæ dignitatis in cõfortando cerebrum, & in faciendo
vehemẽter quiescere dolorẽ, exiccando superfluitatẽ
de sub osse, absq; abrasione & detectione ipsius ossis:
qđ est mirum et incredibile: et administratur maxime
post incisionẽ fracti & eradicationẽ secati et extractio
nem fracturę: tot & tãta inducit bona occulta quę ex-
pertus fui: ꝙ esset longũ narrare. Vnguentum autẽ
B est tale. ĩ principio. Re. resinę pini mollis & albę, vnc.
ij. olei ro. vnc. i. gũmi elemi, vnc. s. ceræ albæ, qđ suf-
ficit. fiat vnguentũ malaxatum cũ vino montano: &
istud vnguentũ per malaxationẽ fit magis album.
Itẽ supra istud vnguentum mirabile ponebã tale em-
plastrum: quod est confortatiuũ cerebri mirabiliter et
in pauco tẽpore. Emplastrũ est tale. Re. calamẽthi,
florum chamomillæ, meliloti, stœchados arabici, fo-
liorũ lauri, assari, betonicę, matrissyluę, ana. M. i. maio
ranę, serpylij, ana. M. s. farinę hordei. M. i. olei ro. unc.
iij. olei chamomillini, vnc. ij. fiat emplastrũ. et adde in
fine decoctiõis, croci, scrop. ij. qm̃ crocus hortulanus
ingreditur in omni sedatiõe doloris, vt tãgit Auic. de
cima tertij. in capitulo de passionibus spiritualiũ. Sed
qñ vulnus penetrabat quãdoq; craneum & facta di-
gestione cũ oleo ros. exinde a. v. cõtinuo vsq; ad finẽ
C curę ponebã in vulnere mel ro. solum: & nõ oleũ ro.
cum melle sicut faciunt cõmuniter isti barbitonsores.
Nã hũc malum errorẽ audiui cõmitti: & aliqñ quam
plures ęgrotantes de fractura cranei existentes, mani-
bus aliquorũ medicorum & hac assidua perseueratio
ne olei ro. audiui mortuos. Ratio. quia Aui. prima ter
tij. in capi. de incisione & plaga dicit auctoritate Gal.
quod pãniculus est siccę cõplexionis: & etiã composi
tio ossis. Sed tãdiu cũ emplastro procedebam, donec
putabã cerebrum bonã fortitudinem assumpsisse cũ
digestionis vigoramento: & hunc casum habui bis in
duabus hebdomadis. Craneũ huius ęgri nõ oportuit
cũ trypano ferrino neq; pforatorio trypano pforari.
In foramine vero huius cranei nullũ aliud abstersiuũ
posui: nisi mel ro. simpliciter tepefactũ pluries obtura
to ore & foraminibus narium cũ manu infirmi sufflã
D do, infirmus de sub osse expellebat saniẽ. Et sępe acces
sit ꝙ labia vulneris ex abundantia carnis creuerunt:
sed tangendo cũ tali aqua carnẽ illã diminuebã, cuius
descriptio talis est. Re. salis gẽmę, aluminis rochię, salis
armoniaci. añ. fiat distillatio ad alembicũ: & istã aquã
operantur artifices, qñ volunt segregare aurum ab ar
gento. Sed antequã operarem ipsam aquã, in vulne-
re, ponebã spongiam vel bombicẽ: ne aqua ista tãge-
ret, quod nõ erat tangendũ: & sic faciebã toties, quo-
ties erat opportunum. Itẽ aliquãdo ponebã rupto
rium meum de alumine catino: quod nõ posset clare
scribi: nec lingua proferri: nisi videretur modus artifi
cij: & tantæ proprietatis ꝙ nullum nocumentũ infert
ægrotanti. Sed habuisti aliud ruptorium supra quod
dicitur capitellum: quod solũ in tangendo carnem di
scoopertã, a pelle sit satis notabile. Cuius descriptio

talis est. Re. primā aquam quam colligunt a vase illi
qui volunt facere saponē nigrum. Et ista talis aqua di
citur in uulgari sermōe la magistraq̄ hoc modo fit. Sit
vnum vas amplū in fundo, & strictū in superiori par
te: ore reaperto plenum per partē post partem ciner-
bus & calce nō extincta: & cum aqua calida superius
infusa: fac vt lixiuium per paruū foramen fundi infe-
rius descendat. Hanc talē aquā collige, vel ex hoc ma
gisterio supra habito ex doctrina data: vel ab his qui
saponem nigrum construunt: sed habita ista tali aqua
tandiu cū suaui igne bulliat, donec pars vaporosa ex
halet, & grossa remaneat, in tantum quod ab igne per
ingrossationē fiat sicut lapis. qua habita supra ferrum
vel lapidem reserua: ab igne remoueas: & in ampul-
la hoc ruptorium serua. Sed caue quomodo opere-
ris, ne tāquā stultus male labores. Sed cum hoc rupto
rio remouebam totam carnem quam volebam: & sic
ampliabā vulnus sine incisione & fluxu sanguinis, &
sine dolore ipsum vulnus tenendo apertū vsq; ad. 32.
diē: in qua die vel parū circa semper ossa a craneo: et tē
tata a medico si sunt remouenda cum moicula leuiter
extrahuntur. Hoc facto & habito debes semper sequi
naturā ducem in uulnus cōsolidādo atq; arosboth cō
firmando cum cibis viscosis, & absolute appropria-
tis: sicut frumentū coctum, pisces, cibi qui fiunt de pa
sta, caseus nō salitus, & extremitates animaliū, vt sunt
nerui, viscera cocta, & pedes iuuencorū, & aliorum
animaliū. Sed hoc facto osse remoto procedebā cum
hoc tali unguento: quod pro regenerāda pelle in capi
te, & pro cicatrizādo multum valet: cuius descriptio
talis est. Re. miniȷ, olei ros. de ambobus quantū est ne-
cesse. bulliat in cacia, donec fiat ad formā vnguenti: et
sicut cerotum extensibile super petiā cum digitis.
Item sicut dixi de minio posset fieri simili modo de li-
thargyro vnguētū, aut de cerussa cum oleo ro. ad for
mā duram: & simili modo extensibilia: quæ vnguēta
sunt aliquādo generatiua carnis. quę generatio carnis
nō est aliud quam coagulatio sanguinis in carnē, & lo
co talis operatio cōpletur per primū gradum siccita-
tis: & parum plus respectu mēbri: cui tale medicamē
operatur, & applicatur. Aliquando hæc medicina est
incarnatiua, quæ incarnatio fit per secūdum gradum
siccitatis: & hęc talis incarnatio perficitur, quādo duo
labia elongata adinuicē cōglutinātur. Item hæc vn
guenta cicatrizatiua. Nā cicatrizare, vt supra dictum
est in capitulo. de medicinis cicatrizātibus, nihil aliud
est, nisi carnē aliqualiter īdurare. Et hæc talis operatio
cōpletur per tertium gradū siccitatis carnem induran
do: taliter q̄ humidum substātificum nullum inferat
nocumentum in parte exteriori se in cicatrice corrū-
pēdo: & hęc talis cicatrix erit pulchra. Sed dimisso em
plastro huic infirmo supra foramē cranij prius posito
vnguento, apposui vnā petiam cucurbitæ. i. zuchę in
pluribus locis perforatæ: & hæc appositio cucurbitæ
potest poni per tres causas. prima ne stuelli in vulneri
bus propter aliquā compressionē quæ fieri posset a li-
gatura, aut a puluinaribus, submergantur, & læsionē
faciant. secunda causa ne per cōpressionem ligamen-
torum sanies extra vulnus possit expelli, fiunt forami
na, vt sanies vsq; ad superficiē tam intrinsecam quam
extrinsecā possit respirare. tertia causa, cucurbita po-
nitur in magnis fracturis capitis: quia est corpus leue:
& sine aliqua mala cōplexione: & prohibet ne aer ex-
trinsecus cerebrum alteret. Et hoc frustum cucurbitæ
E debet apponi sine foraminibus, quando non ponitur
emplastrum capitale: quod fieri nō potest causa neces
sitatis: & quando est magnum frigus. Hæc autē de
cucurbita tangere uolui propter remouendā erronea
opinionem idiotarum dicētium partes cucurbitarum
esse in capitibus aliquorum. Sed hoc esse īcredibile sic
demōstratur per istā rationem. Nā si cucurbita incar
naretur: tunc medicus qui laborat propter cōseruatio
nem naturæ, nō recte operaretur. Nam cum ossa sint
magis dura: & sibi craneo magis cōsimilia, deberent
etiā incarnari: & vt visum est per experientiam, non
incarnantur: dum illud os sit totaliter ablatum. Neq;
ergo cucurbita, quæ est alterius speciei ab osse huma-
ni capitis. Itaq; stultū est, et erroneū credere. In. 34.
die habui vnum ægrotantem: cui superuenit paroxys
mus epilepsiæ, siue paroxysmus spasmi: quod idē est,
F cum cōmunis epilepsia sit spasmus, & nō econuerso.
Sed quia aderam pręsens: in quarto paroxysmo pro-
hibui inquantum potui cum diuersiuis. s. ligando ex-
trema cum alutis, & erigendo ipsum subiectum re-
ctum & eleuatum cū capite: & in auribus ponēdo ca-
sturnum: quod est in hoc casu de mirabilibus mundi:
& citius valet sub lingua. Itē in collo ipsius infirmi
suspēdi in sacculo radicē pęoniæ puluerizatam. Itē
semper melicratum bibere feci: et fit ex aqua et melle.
Item electuarium dedi sibi acori vnum cochlear ī die
semel: quod habet virtutē mundificādi neruos: cuius
descriptio. Re. acori, rinci, ana lib. i. pinearum, lib. i.
piperis nigri, vnc. i. piperis longi, gariophyllorū, zin-
ziberis, galangæ, ana vnc. 5. cardamomi, nucis musca
tæ, ana drac. iȷ. mellis quantum sufficit: et fiat electua-
rium. est quidē diuinum in mundificando neruos.
G Item incepi digerere in hoc ægro hoc modo. Re. syru
pi de stœchados, syrupi de menta, ana vnc. 5. aquę tau
ri, aquę mentę, ana vnc. i. digesta materia euacuaui cū
pilulis cochȷs & aggregatiuis, ana scrop. i. & faciebā
quandoq; fieri pilulas. His autē euacuationibus com-
pletis remansit vere debilitas in brachio, et in pede ex
parte cōtraria vulneris: & hoc est propter cruciatio-
nem neruorum. Sed hoc modo remoui illam. s. cum
vnctionibus & fumigȷs. Et vnctiones fuerunt tales.
Re. olei de lateribus, olei de piperibus, ana vnc. 5. olei
de terebinthina, olei de costo, ana drac. iȷ. olei vulpi-
ni drac. ȷ̆. fiat vngueutum cū sufficenti cera alba. Suf-
fumigia sunt hęc. Re. pumicē vel marchasitam si habe
ri potest: sed ego accipiebam lapidis molaris vnū fru-
stum: & feci in igne accendi: & lapide ignito acetū for
tissimū supra proȷcere feci: & ad fumum membrum
H pannis bene coopertum & obturatū versus partē læ-
sam imponebat virtutē incisiuam & resolutiuam &
exiccatiuā & confortatiuam in ipso mēbro. quapro-
pter membrum fortiter sudabat: & cum pānis ipsum
tegebam: & cum vnguento antedicto inungebam: et
hoc feci bis in die, donec æger sanus est factus: & ince-
pit ambulare: et cum brachio suo paralyticato corpo
reum exegit officium.

Capitulum de ordinatione receptarum in fractu-
ris & percussionibus a principio vsq;
ad finem secundū tempora. Et primo de principio.
Secundo de augmēto. Tertio de statu. Quarto de de-
clinatione tractando de emplastris, & de vnguentis,
& de liquoribus, & de vnctionibus, et de oībus neces
sarȷs, vt nouus chirurgus sciat modum applicandi.

Primū remedium quādo facta est solutio in capite,
ad

ad hoc ne materia fluat ad locũ, & vt sanguis retineatur. Re. albumina ouorum numero secundũ necessitatem: & bene cõquassata, & pulueris boli ar. & sanguinis draco. & misce cũ stuellis in vulnere positis & madefactis cum hoc liquore, et cum faldellis stupeis prius madefactis in aqua frigida, aut vino nigro, et ab eo expressis, si times, vel sit fluxus sanguinis. si vero nõ times, nec sit fluxus sanguinis, madefac dictas faldellas prius in vino nigro: et postea in albumibus ouorũ bñ cõquassatorũ: et appone supra locũ vulneratũ, & supra stuellos: et liga cũ fascia debito modo: sicq; procede ad duas vel ad tres mutationes cũ dicto remedio.

Aliud remediũ sequẽs ad istud in principio: quod cõmuniter solet fieri causa sedandi dolorẽ: & causa digerendi materiã coniunctam in vulnere. Re. vnũ vitellum oui recentẽ: & impone interius de oleo ro. recenti & non antiquo: & simul misce: & stuellis in hoc vnguẽto madefactis vulneri appone vsq; ad tres vel ad quatuor mutationes: donec vulnus incipiat saniari. Sed circũcirca vulnus oleum ros. semper ponatur: vt dolor mitigetur: & vt repercutiat humores de nouo venientes ad locum: et vt cõfortet partes membri circũstantes: & propter stypticitatem olei ros. quã habet ratione rosarum. Item valet etiam oleum ro. et potest poni supra stuellos eos humectando donec in vulnere fiat digestio.

Emplastrum quod debet poni in fractura capitis in augmento. Re. maioranę, betonicę, assari, foliorũ lauri, calamẽthi, florum chamomillę, meliloti, matris syluę, ana. M. i. farinæ hordei. M. ij. & olei ros. vnc. iiij. & cum aqua decoctionis hordei fiat emplastrum.

Vnguentũ quod debet poni in vulnere in augmẽto & in statu, vt materia digeratur, & saniata abstergatur, & valet etiã in statu. Re. olei ro. recentis, et nõ antiqui, vnc. 5. mellis rosa. collati, drac. ij. omnia insimul misce: et tepefacto stuellos in liquore madefactos vulneri appone.

Vnguentum quod supra stuellos & vulnus debet apponi est tale. Re. resinę pini bene tersæ & mundæ, vnc. ij. olei ros. vnc. i. ceræ quod sufficit. fiat vnguentum: & adde in fine pulueris sandarachæ, pulueris gũmi elemi, ana drac. i.

Vnguẽtum aliud capitale quod ualet ad fracturam cranei, & est optimũ. Re. millefolij, berbenę, betonicæ, & centaureę, maioranæ, ana. M. 5. omnes istæ herbæ diligenter lauentur: et postea in mortario diligenter pistentur: & cum vino maluatico incorporentur: & per tres vel quatuor dies in pręd icto mortario dimittantur cum prædicto vino: & postea ad ignẽ cum cacia nitida bulliantur: & semper cum spatula misceãtur, donec, virtus herbarũ incorporetur: & postea coletur: hoc facto. Re. ceræ virginis, lib. 5. & drac. ij. terebinthinę bene lotę cum vino albo & claro, lib. 5. & incorporentur omnia ista in dicto vino colato: & bulliant per spatiũ quartę partis unius horę, uel minus, & semper lento igne coquatur, et semper cũ spatula lignea agitetur: & postea deponatur ab igne: & dimittatur infrigidari, & coagulari: & quando coagulatum fuerit, ponatur puluis aristolochiæ rotundæ, vnc. 5. olei ros. cochlearia. x. & incorporentur cum dicto vnguẽto, & dimittatur stare sic per duos aut tres dies in succo betonicæ, & aliarum herbarum supradictarũ semper istis diebus miscendo: postea in fine istorum dierũ coletur per petiam subtilem & nitidam: & vsui reseruetur: & valet ad vulnera capitis cum petia incisa & folio caulis: & etiam valet ad alia vulnera.

Vnguentum aliud in fractura cranei mirabile et bonum. Reci. ceræ albæ, vnc. i. terebinthinæ, vnc. ij. ista duo bulliant in succo istarum herbarũ. s. betonicæ, & millefolij, centaureę maioris, berbenę. postea extrahatur ab istis succis: & addantur istæ cum istis. s. Re. styracis calamitæ, vnc. i. resinæ pini, vnc. 5. et incorporentur insimul, & proijciãtur in aceto. postea de aceto extrahantur: & proijciantur in lacte mulieris: et cum manibus bene ducatur, & vsui reseruetur.

Vnguentum aliud de resina, quod est valde attractiuum, & bonum. Reci. olei cõmunis, vnc. iij. ceræ, vnc. i. resinæ pini, vnc. 5. galbani in aceto dissoluti, vnc. 5. terebinthinæ claræ, drachmas. ij. croci, scrop. i. & fiat vnguentum.

Vnguentum aliud valde bonum. Re. pimpinellę, berbenæ, betonicæ, ana. M. i. herbæ istæ omnes lauentur, & pistentur, & dimittantur stare. v. diebus cum vna quarta parte boni vini albi. postea bulliantur & colentur: & in colatura prædicta ponãtur omnia ista. Re. ceræ virginis, vnc. ij. postea in fine decoctionis addatur, vnc. i. 5. optimi vini: & tãtum permittatur bullire cum prędicto vino, q veniat in substantia dura, vt possint inde fieri magdaleones: & semper miscendo igne lento, & postea recondatur.

Vnguentum aliud in fractura cranei. Re. succi saluiæ, succi maioranæ, succi matris syluæ, succi serpilij, ana drac. 5. olei ros. & cerę quantum sufficit. & fiat vnguentũ, cui addatur in fine decoctionis, pulueris bdellij, pulueris gũmi elemi, pulueris serapini, pulueris foliorum folij, ana drac. 5. fiat vnguentum.

Vnguentum in fractura cranei, quo vsus fui, & habui honorem. Re. resinæ pini albæ & electæ, vnc. ij. olei ros. vnc. i. cerę albæ, drac. iij. oĩa dissoluantur insimul peroptime ad ignẽ, et colẽtur, & infundantur in vino albo: & adde in fine parũ de minio: & operetur postea extendendo illud vnguentum supra petiam.

Experimentum Cõciliatoris, seu. M. Petri de Abano: quod curat fracturas cranei absque eleuatione ossis. Recip. gũmi elemi, vnc. iij. resinæ pini purissimæ, vnc. iiij. ceræ, vnc. iiij. olei rosa. vnc. ij. ammoniaci, vnc. ij. terebinthinæ, vnc. iij. & drac. v. fiat vnguentum: & quidam addunt in eo farinam siliginis. quidã componunt cum vino absq; oleo & cera: et posset fieri post principium.

Vnguentum valde bonum in fractura cranei. Re. gũmi elemi, drac. iij. opopanacis, dra. ij. bdellij, dra. i. resinę pini, vnc. i. cerę al. quantũ sufficit. fiat vngtm̃.

Aliud vnguentũ solẽne in fractura cranei. Re. gũmi cereforum, gũmi persicorũ, gũmi elemi, ana unc. iij. resinæ pini albæ, & bene pulchræ, vnc. iiij. propolis seu ceræ citrinæ, vnc. v. olei ros. vnc. iiij. ammoniaci, vnc. ij. terebinthinæ, unc. iij. fiat unguentum: et malaxetur cum bono uino montano odorifero.

Emplastrum cõueniens cũ unguentis ante scriptis. Re. calamenthi, stœchados arabici, foliorum lauri, & saluiæ, & roris marini, ana. M. i. chamomillæ, meliloti, assari, ana unc. i. croci, scrop. i. olei liliorum alborũ, olei chamomillini, ana unc. i. fiat emplastrum cum decoctione hordei: & istud emplastrum debet apponi, quando uulnus esset cum contusione.

Emplastrum ualde mirabile ad eleuandum os cranei depressum: quod sæpe cõtingit in pueris, quando

cadunt, & obuiant rei duræ. Re. mellis cōmunis, lib. i. coquatur ad ignem, & addantur iſta. ſ. furfuris frumēti, lib. i. ſulfuris, drac. ij. ſalis cōmunis, unc. ij. cymini, abſinthij, ana drac. ij. & fiat emplaſtrū. Iſtud enim emplaſtrum multoties expertus fui: & vidi oſſa capitis depreſſa in pueris mirabiliter eleuari in. 15. diebus.

Emplaſtrum mirabile, & eſt vnū experimentū ad cognoſcendum utrum craneū ſit fractum, uel nō, nulla læſione apparente exterius. & eſt a multis expertū. Re. thuris, ceræ, ladani, ana vnc. iij. puluerizentur, & incor porētur adinuicē. et fiat emplaſtrū: capite prius abraſo ſuperponatur: & per noctē vnam dimittatur: in mane autem remoueatur: & vbi læſio fuerit, pars ipſius cutis erit deſiccata: & per iſtud experimentum potes cognoſcere lęſionem, ſi fuerit in oſſe.

Emplaſtrum aliud ſecundū, ꝙ audiui a prudentiſſimis doctoribus, ꝙ ſit certificatio de fractura cranei, quādo dubitatur: & non apparet læſio, per hoc experimētum poteſt ſciri. Re. ceræ, ladani, thuris, ana lib. i. terebinthinæ, farinæ fabarum, aceti, ana lib. 5. diſſoluantur omnia: & bene malaxentur: vt ſint extenſibilia: deinde fiat ex eis ad modum bireti: & ſuper capite extendatur per noctē, capillis abraſis prius: mane vero eleuetur ſuauiter, & inuenies biretum ibi in parte cranei læſi quodammodo perforatum: aut diminutum aliquantulum.

Emplaſtrum aliud ad reducendū plicatum os ad interiora: quod quandoq; accidit in capitibus puerorū. Re. mel apum, & lapidē magnetis, & ſalem, & pumicē, & puluerizanda puluerizentur: & inſimul omnia miſceantur: & fiat emplaſtrum, & vſui reſerua.

Emplaſtrum de matre ſyluæ optimū in capite fracto: & ſi vis potes facere in forma vnguenti. Re. foliorum matris ſyluæ, & fiat ſuccus, olei cōmunis, ana lib. 5. cerę vnc. iiij. terebinthinę, reſinę, ana unc. iij. bulliātur omnia vſq; ad cōſumptionem ſucci: & fiat emplaſtrum vel vnguentum ſecundū ꝙ vis.

Emplaſtrum optimū capitale. Re. florum chamomillæ, meliloti, calamenthi, origani, ſtœchados arabici, ana vnc. 5. olei chamomillini, anethini, ana vnc. ij. butyri ſine ſalę, vnc. 5. mellis, unc. iij. farinę hordei qđ ſufficit: & fiat emplaſtrum.

Vnguentum cōpoſitum a Gentili de gūmi elemi: & eſt vnguentum mundificatiuū ſaniei, et ſub oſſe: et fruſtum oſſis eleuans mirabiliter. Recip. ammoniaci, bdellij, ſerapini, galbani, opopanacis, gummi elemi, ana vnc. 5. terebinthinæ, picis naualis, reſinæ pini, viſci quercini, ſordiciei vaſorum apum, ana vnc. iij. ariſtolochiæ rotundæ & longæ, diptami, colophoniæ, myrrhæ lapidis calamitæ, pollypodij, corticū, radicis arundinis, ana drac. iij. fermēti, axungiæ porcinę, olei laurini, ana vnc. ij. aceti, vnc. i. fiat vnguentum cū ſufficienti cera et additione ſordiciei vaſum apū ſupradictę, vel mellis loco eius: & olei anethini qđ ſufficit.

Vnguētum ad formam liquoris quod extrahit, abſtergit ſaniem de ſub oſſe: et de vbicunq; locorū. Re. ſucci betonicæ, et mellis ro. colati, ana vnc. i, et miſce. inſimul & decoquatur vſq; ad conſumptionem ſucci: & poſtea adde gūmi pulueris elemi: & proijciatur in vulnere: & fac ꝙ ęger ſufflet ſanies, nares obturando, & os cum manu.

Diæta iſtorum vulneratorum in capite, ſiue ſint cū vulnere, ſiue abſq; fractura debet eſſe a prīcipio, vſq; ad decē dies: ſi fuerit in ęſtate vſq; ad ſeptimum: ſi au-
E tem in hyeme debes expectare vſq; ad decē dies: ſed ſi cōtuſio fuerit magna, vt uerbi gratia ꝙ ceciderit de alto, debes expectare vſq; ad. xvi. diem: quamuis nihil accidit in octauo: & hic eſt cibus quo poteſt vti. Re. micam panis albiſſimi lotam in aqua: & bullitā in ipſa aqua ſine ſale: ſal nāq; eſt duræ digeſtionis: deinde addatur vnus vitellus oui prius poſitus ad macerādum in aqua frigida. & erit cōueniens cibus: & vocatur cōmuniter panata, cibus factus ex pane & aqua. Item addere potes ſuccū farris, aut ſuccū hordei, lactucas, boragines conditas cum lacte amygdalarum, & cucurbitas cū eodē lacte: & hoc fiat, ſi virtus fuerit fortis. Sed ſi virtus fuerit debilis, des ei carnes hœdorum, pullorum minutorum coctas cum cucurbita, lactuca, portulaca cum agreſta, vel cum vino de pomis granatis. & vtatur iſta diæta donec fueris ſecurus ab apoſtema-
F te calido: & donec craneum ſit perfecte incarnatum cum dura matre. Poſtea da infirmo de capitibus, aut pedibus vitulorum aut capreti de caſeo nō ſalito, de frumēto cocto, vt generetur groſſus humor et viſcoſus: ad hoc vt ſit conueniens conuerti in rem durā & calloſam loco oſſis deperditi. Et comedat poma et pira cocta ſub prunis poſt cibum: & cum hoc poteſt comedere pullos, gallinas, aues minutas, quæ ſint adhuc in nido: dūmodo non ſint ortæ in paludibus. Et ſemper cuſtodiatur infirmus vſq; ad perfectā curationē a vino. Vinum enim multū trahit materias a capite ad cerebrum. Sit ergo contentus aqua decocta cōmuni, medulla panis, agreſta, vel uino granatorum cū aqua miſto, uel aqua hordei cocta excorticata: & cū zucharo roſa. veteri: omnia iſta cōfortant os ſtomachi propter affinitatem quā habet cum cerebro ex neruo cur-
G rente a cerebro ad os ſtomachi: & propter hanc affinitatem ex cōpaſſiōe currunt humores ad os ſtomachi: & impediunt fumos aſcendentes ad caput. Si autē infirmus pur uellet bibere uinum: bibat uinū aquoſum debile & bruſcum de plano: & cum aqua cocta parū zucharata: & ſit uinū ponticū: & aqua in duplici quātitate ipſius uini. Diæta uero illius qui nō habet fracturam in craneo: īmo ſolum uulnus in cuti & in panniculo almocati, teneat diætam uſq; ad octo dies: donec medicus ſit ſecurus de apoſtemate calido: poſtea reuertātur ad conſolidationem debitam & conuenientem, ponendo iſtud capitulum ad alia capitula. Nota ꝙ medici omnes practicantes hunc caſum de fractura cranei & ſolutione capitis, ſemper procedunt cum oleo roſ. & cum melle roſ. & bene faciunt.

H *Sequitur de iudicijs & cautelis chirurgicorum: quod in certis caſibus & maxime in fractura cranei prodeſt: & ſunt decē notabilia ſiue iudicia.* Ca. VI.

IAm ad hoc ꝙ de fractura cranei uerum uel falſum cognoſcatur: & ut oſtēdat chirurgus ꝙ ſit ingenioſus artifex: & pluſquam perfectus: & integer inter cęteros magis appareat: atq; de ſua operatione ea quæ ſunt archana humanę naturę cognoſcat: ea quę ſequūtur optime memoriæ mādet. Sed per hoc ea quæ ſunt infra: nota, ſunt inuenta ut pauper chirurgus citius extirpet pecuniam iā diu acquiſitam ſine poſtulatiōe ex ſuo labore cum beniuolentia captanda: et maxime de manibus ingratorum, qui nō uolunt ſatisfacere ſeruitio a medico accepto: niſi poſtquam medicus oppoſuerit eis de eo quod facere poteſt mala fortuna. Nam cum primū occurrit aliqua læſio a cauſa primitiua in capitę

capite facta aut a casu & offensione, de qua forte ignorabis cranei fracturā: hoc tibi inferius ex decē modis apparebit per signa specifica facta ad extra: & aliquādo erronea in certis casibus & lōga a via veritatis: sed cum his indicijs & cautelis inferius tangendis satis veritas intelligendo cū effectu experiri potest. Et ista maxime fiant chirurgo, cum in loco et vulnere cōueniēti sufficiens tempus apparebit: & maxime quando aliquis amicus vel attinens infirmus fuerit: & ignorabis seu dubitabis de cranei fractura: quoniam viuere cautelose, & cautela sæpe prodest. Galenus.

Primum ergo iudiciū in iudicando de fractura cranei fit hoc: Sunt ( nota ) aliqui qui lōgam duorum pedum chordā æream vel calibis accipiunt monocordi seu psalterij: & vnam extremitatē capiūt cum duobus dentibus taliter: ne chorda contangatur a labijs infirmi. Altera autē extremitas chordę circūuoluatur pollici: et fortiter extendatur: sicut fit in monocordo symphoniæ. sed cum altera manu vel infirmi: hoc modo fiat tintinatio. Nam si vox melodiæ rauca ad craneum fractum ascēdat: tūc affirmant vbi æger dicit sensisse talem sonitū obtusum in capite, ibidem esse fracturam.

Secundū iudicium ad iudicandum de fractura cranei est tale. Nam adhuc sunt aliqui tubam habentes, & facientes obtuse in ipsam sufflare, vt tubator in tuba tubante taliter, vt spiritus seu flatus sursum ad craneum ascendat. Si autē æger ad extra craneū per vulnus ex tali sufflatione respiret, hæc talis sufflatio est signum fracturæ cranei manifestum.

Tertium iudicium ad iudicādū de fractura cranei. Nam sunt aliqui qui fabam durā mastichare, uel auellanas vel nuces ægro frangere iubent: & si dolor siue sonitus fracturæ talium nucum fractarum peruenerit ad ipsum craneum tunc iudicant de fractura cranei.

Quartum iudiciū æstimatiuum de fractura cranei occulta. Sunt aliqui qui manubriū cultelli, siue lignū durum vel consimile ponunt inter dentes infirmi: & constringunt hoc tale seriatim: & procedunt ab vno capite duorum dentium vsq; ad aliud caput mandibulæ: & si os cranei fuerit fractum, erit dolor in loco offenso, quod est rationabile & consonum: & hoc est propter colligantiam siue cōmunitatem panniculorum sub craneo positorū ad ipsum dentem actu faciētem dolorem in tali cōstrictione mediante suo neruo denti descendenti, quod manifestū esse potest in anotomia cuiuslibet dētis. & hoc est: quia omnis dens habet foramen in radice, in quo dente pertransit neruus sensitiuus ad ipsum dentem. Sed hęc est causa: quia dētes multum dolent non per se ipsos etc. quia ossa non dolent: sed dicuntur dolere propter neruum ad ipm venientem: & dentem cum gingiua ligantem.

Quintum iudicium de fractura cranei occulta: & non nota. Nā sunt aliqui volētes scire de fractura cranei manifesta: et tamen superficialiter apparente vtrū penetret ad vtrūq; latus vel non transeat meditulliū, idest medietatem inclusiue ipsius ossis cranei: & isti tales ponunt super orificio ossis fracti bombicē carminatum modicū: et iubent infirmum cum sua manu teneat: vt obturet suum os cum naribus sufflando tādiu donec flatus sursum ascēdat: & si bombix aliqualiter moueatur a fractura: tunc est signum manifestæ penetrationis: & aliquando si penetrat talis fractura sic sufflando, dura mater eleuatur, humiditatem intrinsecā

A ad extra expellendo: ita quod omnibus aspicientibus manifeste patet.

Sextum iudicium in iudicando de fractura. nā multoties accidit concaua pars cranei, vt versus cerebrū frangatur absq; conuexa, quæ est pars versus almocati: sicut patere potest de falaria: siue de lapide bombardę in muro proiecta. Nam pars intrinseca muri rimulatur maxime absq; parte extrinseca: sed ad hoc medicus bene acutus istud bene cognoscet: aspiciat sup os si erit denudatum: siue discoopertum, & acute prospiciat: quia in meditullio apparebit per transparentiam partis superficialis quidam opacus siue fuscus sanguis, quem natura ibidem transmisit: vt parti offensæ subueniat: & hęc est hūiditas sanguinea putrida, siue apta putrefieri cum malis accidentibus: nisi cito subueniatur cum expiraculo.

B Septimū iudiciū de fractura cranei. Nā sæpe contingit craneum frangi vsq; ad meditullium, & nō vltra: & aliqua pars superficialis ossis fuerit remota: & in foramine ossis fracti contingit fieri maxima pulsatio: & super hoc non iudices talem motū esse cerebri, si anotomiam illius mēbri ignorabis. Nam per meditulliū intelligere debemus porositates existentes in medio siue in superficiebus concaui, & conuexi ipsius ossis cranei: ad quas porositates siue duas inter tabulas seminatæ sunt venę pulsatiles: & ipsum os nutriētes, atq; motum sicut cerebrum habentes propter arteriarum desiderium euentationis.

Octauū iudicium ad iudicandū de scissura rimulari in craneo: quia sæpe contingit scissuram rimularem fieri in craneo: & ad oculum manifeste non apparere: quia per vnum certū iudicium a chirurgo æstimatiuū C comprehēdi potest. Iudicium autem est tale. Nā sunt aliqui qui accipiunt incaustrum scriptorū ad ignē calefactum: & imbibunt stuellos in ipso incaustro: qui debent poni sup partē discoopertā cranei de qua pte cranei lęsa cū scissurā dubitas esse superficialē vel profundā; et sic dimittis stuellos per spatiū unius mutationis, vel donec incaustrum in scissura exiccatum fuerit, qđ incaustrum si in scissura fuerit, tergi nō poterit, donec vsq; ad finem ueniens amplius nigredo sequens scissuram videri nō poterit: & sic cum alia mutatione reiteret cum impositione incaustri uel alterius liquoris, donec de fine scissuræ fueris bene certificatus.

Nonū iudicium visibile defensoriū & cautelosum ad euitandum, ne aer ingrediatur in cerebro, vbi fuerit magna remotio partis ossis. Sunt aliqui practicantes per hunc modum exempli gratia: ponatur qđ sit D magna fractura ossis in capite: & maxima pars ossis rēmota: uel remouibilis propter multa paulatine frusta. sed timendo ne stuelli cum emplastro comprimāt duram matrem, & cerebrum cōturbet in suis oppositiōnibus: & ipsum cerebrum cum aere extrinseco impediatur: in hoc casu accipiunt: & optime faciunt, unam partem cucurbitæ ad formā coopertorij: & foramen cranei cooperiūt: & hoc fieri potest propter quatuor causas. Prima causa, vt stolidū vulgus admiretur dē tali consolidatione: qui dicunt partē cucurbitæ in capitibus aliquorū esse consolidatam: quod est falsum: & impossibile. Secundo modo fieri potest ne aer in foramine cranei absque emplastro capitali ingrediatur. Tertia causa fieri potest, ne compressio fiat per ligaturas & reuolutiones multas ligaturę quę fiunt in capite ipsa cucurbita subleuante ligaturam. Alia causa est, ut

sanies de sub osse melius expurgari possit, sine cõpressione rerum grauantiũ. Sed tamen debent esse multa foramina in ipsa cucurbita.

Decimũ iudicium de propinquo aduentu mortis absq; dubio si adfuerit casus et offensio superueniẽs in capite: & quõcunq; fiat siue fuerit cum vulnere, siue cum fractura, siue apparens, siue non, & pulsus fuerit inæqualis, siue inordinatus, & forte fuerit febris lenta vel magna, aut vigiliæ & inquietudines, & vomitus siue subuersio, et alienatio mentis, siue permistio rationis, & appetitus fuerit prostratus ad sumendum cibũ & potum, vel fuerit aliquod signorum saltem istorũ vsq; ad septimũ diem, & si vltra hæc signa supra assignata perseuerauerint: iudica craneum esse fractum: & apostema in panniculis esse factum: quod est signũ mortis in breui: nisi cito succurratur cum modis & temporibus.

## Tractatus sextus. De iudicijs vulnerum significantiũ mortem per singula mẽbra humana per aspectum, & secundũ duodecim signa celestia, aut salutem: & hoc cum maxima difficultate: aut talia vulnera remanebunt semper læsa, vel cum debilitate illius membri in quo fuerint. De hoc multa mirabilia vidimus super verificatione horum signorum.

*De iudicijs uulnerum per præsentiã solis in signa.* Ca. I.

Non infructuosum arbitror seriem huic operi inserere: per quã lector cuncta trãsacta mũdi tempora vno intuitu queat agnoscere. Satael primus Archangelus signacula similitudinis dei cognitor, plenus sapientia, & perfectus decore in delicijs cęlestis paradisi, non plena hora mansit: & quia deo placuit per superbiam cum vniuersis fratribus suis propter eorũ superbiam in æternum exilium incidit. Postquã signa dedit mundus leges, & fœdera rerum. Per duodecim signa celestia quę inferius tangentur in vulneribus aliquorum membrorum aliqui ea miranda & extranea putabunt: per. xij. signa dabo. xij. notabilia. & primo incipiendo ab ariete.

*Sequitur primo de Ariete: quoniã sol in ipso a medio mensis Martii usque ad medietatem mensis Aprilis cõsistit.*

Primo notes ꝙ cum aliquod vulnus cum ferro factum fuerit: & quantumcunq; minimũ steterit in capite: & maxime dominãte illa stella quæ vocatur Centel: quæ durat vno die a. xv. die Aprilis incipiendo, inducit mortem absolute. Sed si a medietate Martij vsq; ad medietatẽ mensis Aprilis præter diẽ Centel assignatam: & hoc quando sol cum luna fuerit in Ariete a posteriori uisum est ꝙ talis vulneratus ĩ capite difficiliter sanatur, etsi cõsolidatur, remanet cum debilitate alicuius particulę capitis: & hoc est propter contrarietatem aspectuum huius membri: & in tali tẽpore, siue in tali dominio. Et nota, ꝙ Aries est signum mortale cõmune, & dominatur capiti: & in loco cooperto a capillis.

E *Sequitur de Tauro. Nam sol in Tauro a medio mensis Aprilis usque ad medium mẽsis Maii regnat.*

Secundo notes ꝙ cum aliquod vulnus factum cũ ferro fuerit: quãtumcunq; paruum fuerit in collo & maxime cum durauerit super nostrum zenit, & est stella quæ sic vocatur Quante, & quæ durat tribus diebus incipiendo secundũ ordinẽ lunæ a. xix. mensis Aprilis incipiendo, inducit mortem absolute. Sed si a medietate mensis Aprilis vsq; ad medietatem mẽsis Maij. præter tres dies quartæ stellę supra assignatæ: & hoc quando sol cum luna fuerit in Tauro: a posteriori visum est: ꝙ talis vulneratus in collo difficiliter sanatur: & si consolidetur illud vulnus: manebit membrũ debilitatum cum aliquo musculo & neruo respondente colli: & hoc erit propter contrarietatem aspectuum illius vulneris existentis in collo habentis
F in initio malum principium in tali tempore: & in tali dominio: cuius dominus sol fuit in Tauro. Et nota ꝙ Taurus est signum fixum cõmune, & habet dominium in collo.

*Sequitur de uulneribus factis in Gemini: scilicet a medietate mensis Maii usque ad medietatem mensis Iunii, & in principio Maii.*

Tertio notes ꝙ quando aliquod vulnus factũ fuerit cũ ferro in brachijs: & hoc quantumcũq; paruum fuerit, scilicet in brachio: & maxime cum surgit quædam stella quæ vocatur Fortis, incipiendo in prima die Maij: & durat tribus diebus. Item. xij. Maij cõsurgit quædã alia stella, quę vocatur Hydra: & durat tribus diebus: vulnera facta in aliquo brachiorum sub dominio istarum duarũ stellarum iudicant mor-
G tem. Item in die. xxij. mensis Iunij surgit quædam stella q̃ vocatur Neus: & durat die vno: iudicat mortem aut maximã difficultatem sanandi: uel remanebit illud brachium vulneratum debilitatũ. Et nota ꝙ Gemini est signum bonũ in occidente, & est signum cõmune, & habet dominiũ super brachia. Sed quãdo inducit malum effectum: hoc nõ est nisi propter concordantiam malorum aspectuum cõtra virtutem infirmi vulnerati: in tali membro: & in tali tempore.

*Sequitur de uulneribus factis in signo Cãcri. s. incipiẽdo a medietate mẽsis Iunii usque ad medietatẽ mẽsis Iulii.*

Quarto notes: ꝙ quando aliquod vulnus fuerit factum in pulmone, vel in casso: & hoc quãtumcunq; paruum fuerit illud vulnus: & maxime cũ surgit illa stella quę vocatur Beldeche, & ĩcipit die. v.
H Iulij: & durat die vno: & hoc maxime quando sol cũ luna fuerint coniuncti in Cancro, Cãcro pro tunc stãte pro ascendente: nam a posteriori visum est ꝙ talis vulneratus nõ euadit de isto vulnere: & si euadit, hoc erit cum maxima difficultate: & hoc propter mobilitatem malorum aspectuum contra virtutem infirmi vulnerati in tali membro, & in tali tempore. Et nota ꝙ Cancer est signum mobile: & habet dominium super cassum & pulmonem.

*Sequitur de uulneribus factis quando sol fuerit in Leone.*

Quinto nota, ꝙ quãdo aliquis vulneratus fuerit in corde vel circa regionẽ cordis: et hoc quãtumcunq; paruũ fuerit vulnus, incipiendo a medietate mensis Iulij vsq; ad medietatem mensis Augusti: & hoc quãdo surgit quędam stella quæ vocatur Dibelgibel:

gibel: quæ surgit. xxi. Iulij: & durat die vno: cũ quis uulneratus fuerit sub dominio istarum duarum stellarum in corde vel circa regionem cordis, non euadit: & si euadit, hoc erit cum maxima difficultate: quamuis Auicen. absolute dicat in textu hoc in fen. quarta quarti. capitulo secundo. In corde autem non speratur salus, cũ in eo accidit vulnus. Et hoc maxime quã do sol in hoc spacio cũ Luna fuerint cõiuncti cũ leone. Leone stante pro ascẽdente. Nã visum est in experientia ꝙ talis vulneratus moritur antequam tale vulnus consolidetur: quia hoc tale vulnus existens in corde: de se est mortale in omni tempore propter maximam resolutionem spirituum vitalium: quamuis cor possit pati febres, & apostemata, & tame euadere, prę terquam si patiatur in stellis assignatis: & hoc est propter fixionem & igneitatem ipsius planetę contrariãdo per aspectum contra virtutem infirmi vulnerati in tali loco: & in tali tempore. Nota ꝙ Leo est signum fixum & igneũ: et habet dominium supra cor, & pectus in parte sinistra.

*Sequitur de uulneribus quando Sol fuerit in Virgine.*

Sexto nota qñ est aliqs uulneratus ĩ naturalibus hoc circa partes ventris. s. in stomacho, aut in vẽtre, aut in hepate aut in splene, aut in intestinis tam magnis quam paruis, aut in renibus, aut in poris vritidibus aut in vesica: & hoc quantumcunq; paruum fuerit vulnus, scilicet incipiendo a medietate mensis Augusti, vsq; ad medietatem mensis Septembris: & hoc quãdo surgit quædam stella quæ vocatur Sapisse: die xiiij. Augusti, & durat. ij. diebus. Item etiã de prędicto mẽse. die. xxvij. surgit quædam alia stella quę vocatur Lachadiel: & durat diebus. xl. Sed cũ quis vulneratus fuerit sub dominio istarum duarum stellarũ in membris naturalibus non euadit aliquis. & si euadit, hoc est cum maxima difficultate. Et hoc est maxime quando Sol in hoc spacio cum Luna fuerint coniuncti cũ virgine. Virgine vero stante ꝓ ascendente. Nã visum est ꝙ talis vulneratus moritur de isto vulnere. Et hoc est propter cõmunitatem malorum aspectuum contra virtutem infirmi vulnerati in tali membro: & in tali tempore.

*Sequitur de uulneribus factis in anchis quando Sol fuerit in Libra.*

Septimo Nota ꝙ quando aliquis vulneratus fuerit circa partes ancharum vel in anchis: et hoc quantumcunq; paruum fuerit uulnus, scilicet incipiendo a medietate mensis Septembris vsq; ad medietatem mensis Octobris: & hoc maxime quando surgit quædam stella quæ vocatur Euphrael: & incipit surgere super zenit nostrum, die. xxij. mensis Septembris: & durat tribus diebus cum sua potentia: indicat secundum ꝙ visum est in experientia, tale vulnus esse mortale. Et hoc etiam quando Sol cum Luna fuerint coniuncti in signo Libræ. Item die quinto Octobris surgit quædam alia stella quæ vocatur Beldeleus: & durat die vna tantum & indicat mortem, aut maximam difficultatem sanandi: aut remanebit illud membrum cum debilitate partium correspondẽtium. Et nota ꝙ Libra est signum mobile: et habet dominium circa partes ancharum. Sed quando inducit malum effectum in uulneribus, illud est propter concordantiam malorum aspectuum contra virtutem infirmi vulnerati in tali membro: & in tali tempore:

A hoc sæpe vidi experimentum.

*Sequitur de uulneribus factis in Virga: & hoc quando Sol fuerit in Scorpione.*

Octauo nota ꝙ quando aliquis fuerit vulneratu in membro virili, & mulier in vulua: hoc quantumcunq; paruum fuerit vulnus: & hoc quando Sol fuerit in Scorpione, scilicet incipiendo a medietate mensis Octobris vsq; ad medietatem mensis Nouembris, & hoc maxime quando surgit quædam stella quę uocatur Fortis, et incipit die. xvi. Octobris: & durat diebus tribus cum sua potentia: indicat secũdum ꝙ visum est in experientia tale vulnus esse mortale: & hoc etiam quando Sol cum Luna fuerit in signo Scorpionis. Item die prima mensis Nouẽbris surgit quædam alia stella, quæ vocatur Aliuca: & durat diebus quinq;: & indicat mortem, aut maximam
B difficultatem sanandi: uel remanebit illud membrum per tale vulnus cum debilitate partium illi membro correspondentium. Et nota ꝙ Scorpio est signũ mobile: & habet dominium contra pudibunda: & maxime in membro virili. Sed quando inducit malum effectum in vulneribus horum locorum, illud est per concordantiam malorum aspectuum ex influentia, agendo contra virtutem infirmi vulnerati in tali mẽbro & in tali tempore: & vidi experimentum.

*Sequitur de uulneribus factis in coxis: & hoc quando Sol fuerit in Sagittario.*

Nono Nota ꝙ quando aliquis fuerit uulneratus circa partes coxarum, & hoc quantumcunque paruum fuerit illud vulnus, scilicet incipiendo a medietate mensis Nouembris vsq; ad medietatem mensis
C Decembris: & hoc maxime quando surgit quædã stella quæ vocatur Aledre: & incipit surgere super zenit nostrum die. xx. mensis Nouembris: & habet tẽpus vnius diei cum sua potentia: indicat tale vulnus esse mortale, vt visum est in experiẽtia, et hoc maxime quando Sol cum Luna fuerint coniuncti cum Sagittario. Item die octauo mensis Decembris surgit quædam alia stella, quæ vocatur Alchuida, & durat tribus diebus, & indicat mortem, seu vulnus esse mortale, quod factum est in coxa, aut cum maxima difficultate sanatur: et si sanatur, forte remanebit illud membrum coxæ debilitatum cum suis correspondẽtijs. Et nota ꝙ Sagittarius est signum commune: & habet dominium circa partes coxarum. Nam quando inducit malum effectum in talibus vulneribus, illud est propter concordantiam malorum aspectuum
D contra virtutem infirmi vulnerati in tali membro: & in tali tempore. & in experientia patet.

*Sequitur de uulneribus factis in genu: & hoc quando Sol fuerit in Capricorno.*

Decimo nota quando aliquis fuerit vulneratus in genu vel circa eius partes: & hoc quando Sol fuerit in Capricorno: cum tamen de vulneribus genu semper chirurgus debet suspicari propter colligantiam neruorum: quæ vtplurimum sunt mortalia propter nobilitatem neruorũ, et affinitatem ipsorum cũ genu: & infra & supra genu: & hoc intelligẽdo circa rotulã. Iuxta illum textũ. Et vulnera qdẽ geniculi sunt in quibus nõ speratur salus maxime intelligendo per vnã unciã apud rotulã: sed maxime vulneratus ĩ tali tpe quãtũcunq; fuerit paruũ vulnus. s. inci-

piẽdo a medietate mensis Decembris vsq; ad medietatem mensis Ianuarij: de morte infirmi suspicari debemus: & hoc maxime quando surgit quædam stella quæ vocatur Elebra: & incipit surgere super zenit nostrum die. xxij. mensis Decembris: & durat in suo dominio per tres dies: & facit tempus forte: & indicat tale vulnus esse mortale absq; dubio: vt visum est in experientia. & hoc maxime quando sol & Luna fuerint coniuncti in signo Capricorni assignato. Item die. xi. Ianuarij surgit quædam stella quæ vocatur Eldra: & durat dies. v. cum sua potentia: vnde si in genu factum fuerit aliquod vulnus in tali dominio huius stellę uix vulneratus euadet: aut ĩ breui morietur ex spasmo: aut fluxum sanguinis per aliquod vulnus forte factum de nouo a medico propter euitare citam mortem: & incurret in secundam, hoc est quia producet vitam infirmi. sed tandem morietur: aut propter febrem, aut propter malam obedientiam infirmi suo medico: quia sibi obedire nollet. Et nota ꝙ Capricornus est signum terrenum: & habet dominium circa partes genu: & in ipso genu inducere potest malũ effectum per discordiam et discordantium malorum effectuum contra virtutem infirmi vulnerati in genu in tali tempore, & horis superius assignatis secũdum ꝙ pluries expertus sum.

*Sequitur de uulneribus factis in tibijs: & hæc quando Sol fuerit in Aquario.*

Vndecimo nota. qñ quis fuerit uulneratus in tibijs in signo Aquarij, & hoc qñ Sol fuerit ĩ signo Aquarij: quod signũ incipit cũ Sol est in Aquario, incipiendo a medio mense Ianuarij vsq; ad medietatem Februarij: & hoc maxime quando surgit quædam stella, quę vocatur Fregior, quę incipit die. xvij. Ianuarij: & durat in suo dominio diebus. v. Item surgit de dicto mense, die. xxx. quædam alia stella, quæ vocatur Eltrizabel: & durat diebus. vij. Itẽ die. xij. Februarij surgit quædam alia stella, quæ vocatur Zedrel, & durat diebus. vij. et facit tempus forte. Item his autem signis vulnus factum in tibia indicat mortẽ vel maximam difficultatem sanandi: propter quod scrutari oportet modum curandi: quia pluries paruo ad modum tempore in tibia mortui sunt. Et nota ꝙ Aquarius est signum aereum: & habet dominium in parte tibiarum: & in tibijs inducere potest malum effectum propter discordantiam malorum aspectuum contra virtutem infirmi vulnerati in tali tempore & stellis, & horis superius assignatis. Sed a posteriori visum est in experiẽtia hæc vulnera posse dici mortalia. vel cum maxima difficultate sanari a medico: & hoc etiam quando Sol & Luna coniuncti fuerint in Aquario: plus hæc supra notata habent veritatis.

*Sequitur de uulneribus factis in pedibus, quando, Sol, & Luna fuerit in Pisce.*

Duodecimo nota vltimo quãdo qs fuerit vulneratus in signo Piscis, & hoc incipiendo a medio Februarij in quo mense, & die. xv. surgit quædam stella, quæ vocatur Alieberi: & durat cum suo dominio & potentia diebus tribus faciendo tempus forte. Sed nota ꝙ quando Luna fuerit coniuncta cum illa stella dicta Eleabera Sole stante in Pisce, siue in piscibus: malum est mederi pedibus & neruis pedum: quoniã de necessitate vel æger morietur vel

A cum difficultate sanabitur ab ipso vulnere, nisi fuerit bonus medicus. Item nota ꝙ die octaua de mense Martij surgit quædam stella quæ vocatur Seraphel: quę facit tempus forte per spacium trium dierum etc.

Nota ꝙ ad euidẽtiam istorum. xij. signorum supra tactorum: sciendum est ꝙ quando Luna facit suam combustionem siue suum nouilunium: ipsa est proprie in puncto & signo: & in illo gradu in quo est Sol: quia ipsa est directa & opposita soli: & propterea te scire oportet in quo signo sit Sol pro qualibet uice: quando Luna facit suam reuolutionem: et de hac intendo dare modum graduatim de quo mense: & quãdo quodlibet signum incipit: & quanto tempore Sol stabit cum illo signo.

*De Sole in Ariete.*

B Primo sciendum est ꝙ incipiendo a medio mense Martij, vsq; ad medium mẽsem Aprilis, Sol dicitur esse in Ariete. Secundo incipiendo a medio mense Aprilis, vsq; ad medium mensem Maij: Sol est in Tauro. Tertio incipiẽdo a medio mense Maij vsq; ad medium mensem Iunij, Sol est in Gemini. Quarto incipiendo a medio mẽse Iunij vsq; ad medium Iulij, Sol dicitur esse in Gancro. Quinto incipiẽdo a medio mense Iulij vsq; ad medium Augusti, Sol dicitur esse in Leone. Sexto incipiendo a medio mense Augusti vsq; ad medium mensis Septembris, Sol dicitur esse in Virgine. Septimo incipiẽdo a medio mensis Septẽbris, vsq; ad medium mensem Octobris, Sol dicitur esse in Libra. Octauo incipiẽdo a medio mensis Octobris vsq; ad medium mensem Nouembris, Sol dicitur esse in Scorpione. Nono incipiendo a medio mense Nouembris vsque ad medium Decembris, Sol est C in Sagittario. Decimo incipiendo a medio mense Decembris vsq; ad medium mensem Ianuarij, Sol est in Capricorno. Vndecimo incipiendo a medio mense Ianuarij usque ad medium mensem Februarij, Sol dicitur esse in Aquario. Duodecimo incipiendo a medio mense Februarij vsque ad medium mensem Martij, Sol dicitur esse in Pisce.

*De iudicijs secundum aspectus signorum cœlestium. Cap. II.*

AD cognoscendum amicitiam inimicitiamq; superiorum, & consequenter inferiorum quædam sunt prenotanda. Primo prenotãdum est, ꝙ de signis in signo çodiaci existentibus, de eorum numero, & eorundem complexionibus. Secundo de aspe-D ctibus, & amicitiæ & inimicitiæ causis.

Circulus çodiaci, est circulus animalis: q̃a ibi sunt signa ad similitudinem animalium: non dico animalia: sed signa animalium: quæ secundum quosdam sunt stellę ordinem habentes quasi ad figuram animalium. Quidam dicunt fore stellas uel habẽtes similitudinem quandam illorum animalium in cõplexionibus aut proprietatibus: & sic quilibet planeta sub aliquo illorum signorum existens, influit in inferioribus simile quod recipit ab ipso. Signa ista existentia in signo çodiaci sunt duodecim, scilicet Aries Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piscis. Hęc signa quilibet planeta pertrãsit. Sed dubitatur an hoc sit verũ vel falsum, & arguitur, Primo ad partẽ affirmatiuã sic, ex cõi dicto. Sol in mẽse Martij est in Ariete:

te: Sed de mēse Aprilis est in Tauro: & sic de alijs.s. in quolibet mēse speciali est in vno determinato signo. Similiter dicitur de Luna.s. ꝙ est in Tauro: est in Leone: & sic de alijs signis & planetis. Preterea quantumcunq; Luna cōiungitur soli, cōiungitur quando, Sol & Luna sunt in eodem signo: & sic dicunt omnes. ergo. pars affirmatiua patet. Sed in oppositum arguitur ex dictis philosophorum dicentiū, Planetarum quidā sunt proprie prope: quidā vero remoti: nō autē a nobis æqualiter distantes: & dicunt quanto planeta magis distat a nobis, tanto velocius mouetur: & ex illo tanquā ex fundamento vero probant Saturnum esse summū planetarum & Lunam infimā. Sed si pars affirmatiua esset vera: tunc Sol & Luna ęque distarēt a nobis secundū coniunctionem, quando sunt in eodem signo. Preterea quilibet planeta nō haberet propriam sperā: quod est contra omnes astrologos. Relinquitur ergo ꝙ pars affirmatiua nō est vera: sed pars negatiua. Pro dubio est notandum ꝙ cōcedendū est ꝙ quilibet planeta habeat propriam sperā, & quilibet distat ab alio, vt dicit argumentum oppositū. Sed pro solutione argumentorum ante in oppositum notandum est, ꝙ quandocunq; dicitur ꝙ aliquis planeta est in aliquo signo, tūc intelligēdum per ly, in, sub: vt sic dicendo in signo.i. sub signo, aliter pars affirmatiua esset falsa. Et sic dicitur ꝙ in cōiunctione, Sol & Luna vel alij planetæ sunt sub eodē signo: licet p magnā distantiam. Et sic patet quid sit dicendum de numero signorum supradictorum. Quædā sunt calidæ & siccæ cōplexionis.i. ignea: quędā terrea.i. frigidę et siccę cōplexionis: & quędam sunt frigidæ & humidę cōplexionis, & vocantur aquea: & quędā aerea.i. calidæ & humidæ cōplexionis: vt in ista tabula inferius scripta patet.

| Ignea. | Aquea. | Terrea. | Aerea. |
|---|---|---|---|
| Aries | Cancer | Taurus | Gemini |
| Leo | Scorpio | Virgo | Libra |
| Sagittarius | Piscis | Capcornus | Aquarius. |

Circa tabulam est notandum ꝙ in ordine directo signorum quę supra patent, primū est igneum. secūdū terreum. tertium aqueum. quartum aereum. Et inde patet ꝙ signa posita in prima camera tabulæ reperta sunt ignea seu calidæ & siccæ cōplexionis. Illa autē quæ sunt posita in secunda camera, sunt aquea.i. sunt frigidæ & humidę cōplexionis. Illa autem q̄ sunt posita in tertia camera, sunt terrea.i. sunt frigidę & siccæ cōplexionis. Illa vero quę sunt posita in quarta camera, sunt calidæ & humidæ cōplexionis, et aerea.

*Sequitur de nominibus aspectuum.* Cap. III.

Aspectus est modus quo aliquis planeta existens in aliquo signo çodiaci aspicit suum primū signum vel in suum concordans, per quod incepit circulum çodiaci pertransire sub ratione concordantiæ uel contrarietatis, & habet quinque species, quæ sunt aspectus sextilis, aspectus trinus, aspectus quadraturæ, aspectus mediæ quadraturæ, & aspectus oppositionis. Aspectus sextilis, quo planeta existens in aliquo signo alio a suo principio, aspicit suum principium signum: per quod incepit pertrāsire çodiacum per sextā partē circuli çodiaci: & est aspectus per duo signa. Aspectus trinus, est aspectus quo aliquis planeta aspicit suum principium per tertiā partem circuli, & est aspectus per quatuor signa. Aspectus qua-

A draturæ est aspectus, quo aliquis planeta aspicit suum principium per quartā partem circuli sub ratione cōcordantię vel cōtrarietatis: & est aspectus triū signorum. Aspectus mediæ quadraturæ, est quando aliquis planeta aspicit suū principium per octauā partē circuli, et est aspectus vnius signi cū dimidio. Aspectus oppositiōis, est aspectus quo planeta aspicit vnā medietatē per aliam medietatē: & ille aspectus est sex signorū: & est semper malus & sūmæ discordiæ: quia fit aspectus de quolibet signo ad suum oppositū sub ratione cōtrarietatis. Ex istis patet ꝙ fit aspectus ad minus per medium signū per duo signa: p.3. signa. p.4. signa. p sex signa ad maximum: & nō per.v. signa fit aspectus: sed ille aspectus reducitur ad mediā quadraturā: quia cum fit aspectus per quatuor signa, inuenitur cōcordia cum suo signo primo: et inde ab isto signo cōcordante incipitur aspectus tāquā a principio:
B et sic fit cōtinuatio: et hoc semp est uerū, qn̄ principiū aspectus seu primum signum fuerit cal'm, vt patebit.

*De cognitione concordantiæ signorum penes eorum complexiones.* Cap. IIII.

Concordantia vel contrarietas signorū cognoscitur penes eorum cōplexiones. Nā signa quę cōueniunt in ambabus qualitatibus.s. tā actiuis quam passiuis, dicuntur cōcordare, seu concordantiā et amicitiam indicare, vt Aries cum Leone: quæ ambo sunt ignea. Quæ.n. signa discōueniunt in ambabus qualitatibus primis, dicuntur cōtrariari, & inimicitiam indicare: vt Aries cum Cācro. Quę.n. signa conueniūt in qualitatibus actiuis, & differunt in passiuis, dicuntur mediocriter concordare, & consequenter mediā
C amicitiā indicant. Quæ vero cōcordant in passiuis, & differunt in actiuis, dicuntur mediocriter contrariari: & ideo mediam inimicitiā dicūtur indicare. Exempli gratia vbi est contrarietas in actiuis tantū sicut Aries & Taurus, & sic simili modo poni possunt exempla in ista scala, sicut posita sunt in prima scala signorum. Et istud patet quantumcunq; fit iudicium secundum aspectum signorū, qui fit ad signum calidū tāquā ad principium a quo aliquis planeta incipit pertrāsire circulum. tunc aspectus sextilis est media amicitia, & est bonus: & aspectus trinus, est vera amicitia, & melior. & aspectus quadraturæ est vera inimicitia, & est valde malus. & media quadratura est media inimicitia: et non est ita mala. Sed aspectus oppositionis est perfecta & totalis inimicitia: et est pessimus, siue indiciū fiat primo ad signum calidum, siue ad frigidum. Sed quā
D docunq; aliqua indicatio sumitur secundū aspectum signorum, qui fit ad signum frigidum, tanquā ad primum signum: tunc aspectus sextilis est media amicitia & est bonus. Et aspectus trinus est vera amicitia: & est melior. Sed aspectus quadraturæ est media inimicitia: & est malus. Et aspectus medię quadraturę est vera inimicitia: et est peior. Et aspectus oppositiōis est pessimus. Et pro maiori notitia exemplum subiungam, & hoc de primo inditio, scilicet secundum aspectum signorum: qui aspectus fit ad signum calidum, tanquam ad primum signum: & si exempli gratia primū signum Gemini: quamuis de Ariete posset melius exemplificari: sed istud est magis ignotum: ideo de Geminis placet ponere exemplum. Tunc vltra. quando Sol est in Cancro uel Luna uel alius planeta, tunc aspicit Geminos sub ratione mediæ inimicitiæ:

& est aspectus medię quadraturæ. Quando autem est in Leone: aspicit Geminos sub ratione mediæ amicitiæ; et est aspectus sextilis. Quando autem est in Virgine, aspicit Geminos sub ratione veræ amicitiæ: & est aspectus quadraturæ. Quando autem est, in libra aspicit Geminos sub ratione veræ amicitiæ: & est aspectus, sextilis. Quando vero est in principio, sagittarij, aspicit Geminos uel omnia signa opposita sub ratione perfectæ inimicitiæ: & hoc etiam facit in principio dum inter principiũ, vel incipiat pertrãsire: tũc etiam aspicit omnia sub ratione dubij: uel sub ratione perfectæ inimicitiæ, dum. n. est in Capricorno aspicit Libram sub ratione veræ inimicitiæ: & est aspectus, quadraturæ. dum autẽ est in Aquario, aspicit Libram sub ratione verę concordantiæ: & est aspectus trinus. dum vero est in Pisce, tunc respicit Aquarium sub ratione mediæ inimicitiæ: & est aspectus mediæ quadraturæ. dum autẽ est in Ariete, aspicit Aquarium sub ratione mediæ inimicitię, & est aspectus sextilis. dum autem est in Tauro, aspicit, Aquarium sub ratione verę amicitiæ, & est aspectus quadraturæ, dum autẽ est in Gemini, aspicit Aquarium sub ratione veræ amicitię: & est aspectus trinus. dũ vero est in Cancro est in nouo principio, scilicet in frigido, & procedatur, tunc simili modo secundum dicta superius etc.

*De iudicijs per amicitiam & inimicitiam signorum, & de diebus criticis.* Cap. V.

INter omnes medicorũ atq; astrologorũ modos, a quibus scientiam iudicandi sumunt, non surrexit nec inuentus est maior modo illo quem secundũ modum coniunctionis planetarũ cum signis çodiaci circuli: & est verum iudiciũ: quod secundũ modũ aspectuum multũ seruit. Seruit tamen duntaxat in mutationes iudicando: vt si quid in aliquo signo contingeret, iudicabo hoc dominari plus & minus secundum aspectus antedictos. Si in aspectu veræ & perfectæ inimicitiæ non cessaret: illud scio durare posse vsq; ad aliũ veræ inimicitiæ aspectum. Sed nota illud accidens citra aspectũ summæ inimicitiæ remittetur: scio hoc totaliter remitti, & cessare seu finẽ habere in aspectu veræ inimicitiæ. i. in signo cõtrarianti in omnibus qualitatibus. Et si signum oppositum contrariatur complexioni rei contingentis vel illius, in quo res cõtingit seu accidit secundũ hoc scio alterum istorũ corrumpi, & ad nihilũ duci. Si cõtrariatur rei aduenienti, corrũpitur. Si cõtrariatur substantię, in oĩbus annihilatur. Si in aliquibus fiat iudiciũ secũdũ maioritatẽ, et secũdũ illos aspectus: medici querũt dies criticos secundũ terminationẽ morborũ. Hinc est ꝙ nõ perfecte et totalẽ modũ regendi causa mali euitãdi et bonũ insequẽdi docet modus iudicandi ꝑdictus. Sed tãtum in casu quo aliquid venit & terminabit. Alter autẽ est modus iudicandi de quo infra fiet mentio, qui intimat modum regendi etc. in casu quo aliquid contingens: iam nõ est, nec fuit: sed erit. Et in casu quo aliqd iam est, fuit inceptum: & est & erit terminabile: & ille melior apud astrologos intitulatus est: quia inde melius sumitur potentia regendi: De isto secũdo modo. Primo tractabitur aliquid de signis. secundo de planetis. tertio de modo iudicandi tractabitur.

*De signis supra aliqualiter.*

De signis supra aliqualiter dictum est. s. de numero eorum, & cõplexionibus, & de diffe-

E rentijs & conuenientijs: sed vltra illud notatur, ꝙ signorum quędã sunt mobilia: quędam stabilia: & quędam cõmunia. i. nec stabilia nec mobilia, sed differenter se habẽtia: vt Aries est signum mobile, Taurus stabile, Gemini cõmune, Cãcer mobile, Leo stabile, Virgo commune, Libra mobile, Scorpio stabile, Sagittarius cõmune, Capricornus mobile, Aquarius stabile, Piscis cõmune. Hęc distinctio sumpta est ex differẽtia signorum tam igneorũ, quam terreorum: tã aereorũ, quam aqueorũ. Sunt nota tria ignea: ut dictum est supra in ordinatiõe scalę. Sed illa inter se differũt: quia Aries est magis hũidus. Leo magis siccus. Sagittarius magis frigidus. Hinc est ꝙ Aries est signũ magis mobile, quã sit aliquod illorum: quia duas æqualitates habet: quę faciunt ad motum. s. caliditatem & humiditatem: licet ista humiditas denominetur siccitas: diuersi

F mode tamen vocatur siccitas respectu humiditatum aereorum signorum: & vocatur humiditas respectu siccitatis aliorum signorũ igneorum: et sic gratia breuitatis dicitur de alijs. Leo habet plus de siccitate, quę est causa stabilitatis. Sagittarius habet minus de caliditate: ideo communis vocatur: licet omnia ista tria signa dicta sint magis mobilia quam alia signa, in genere tamen differunt secundum mobilitatem et imobilitatem, & speciem igneorum signorum, & sic consequenter de alijs est dicendum.

*De planetis.* Cap. VI.

SVnt aliqua notanda de planetis. Primo ꝙ planeta dicitur a plano planas: eo ꝙ planãt. i. explanãt & bonificant & malificant: qa apud antiquos planetę fuerunt dij: & Deus põt tã oĩa destruere: quã cõstitue

G re, ide planeta deus uocatus est: uel dicitur planeta: qa qcquid tãgit. i. agit plane. i. occulte agit. Et sunt septẽ scilicet, Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol Venus, Mercurius, Luna. Inter quos duo sunt ad dãdum fortunã. s. Sol, & Iuppiter. Et tres ad dandũ infortuniũ. s. Luna, Mars, & Saturnus: & alij sunt cõmunes. i. cum bonis sunt boni: cum malis mali. Et dicũt quidam ꝙ Venus est malus: & illi dicũt ꝙ inter duos planetas malos: est vnus bonus, et sic Mercurius secundũ eos etiã est bonus: vt patet respicienti. Secundo est notandum de proprietatibus planetarũ. Saturnus etiam tenebrosus & malignosus, & sumit mortem & suffocationem: & est frigidæ & siccę naturæ: & habet in corpore humano; & aliorum prędominium supra melancholia & splene. Iuppiter est dulcis, bonus, & amabilis humanæ naturæ: & iusticiam & pietatem seruat, & est cali-

H dus & humidus: & habet prędominium supra sanguinem et hepar. Mars significat iniusticiã, inimicitiam, mortem sanguinis, & lites: et est calidę et siccę naturę, & dicitur prędominium habere supra choleram & fel. Sol est bonus amator, & cõseruator vitæ: & significat virtutes, & honores: & est calidæ & siccæ cõplexionis: & prędominium habet supra choleram, et fel, & supra cor. Venus vero corporales & carnales delectationes significat: & est frigidæ & humidæ complexionis, & habet dominium supra phlegma, & aquositatem, & pulmonẽ. Mercurius vero discretionẽ disciplinam studiũ significat: & est calidę et humidę cõplexiõis: et prędominatur, vt Iuppiter sanguini. Luna in stabilitatẽ & paupertatẽ significat: et est frigi. & hu. cõplexiõis in. 4. gradu: & prędñatur supra phlegma, & pulmonẽ, ut facit Venus. Tertio nota de domibus

planetarum

planetarũ. habet nanq; planetę domos proprias. vnde domus significat dominiũ ĩ maioritate: sicut aliqs homo qui ĩ sua domo est, dominus ipsius est. Domus Saturni est duplex. s. Capricornus & Aquarius. Domus Iouis est duplex. s. Sagittarius & Piscis. Domus Martis est duplex. s. Aries et Scorpio. Domus Solis ẽ Leo. Domus Veneris est Taurus & Libra. Domus Mercurij est Virgo & Gemini. Domus Lunæ est Cancer. & Luna est mater hũiditatis & infimus planeta. Quarto nota de exaltationibus. Exaltatio nota sumit dominium: sed nõ tamẽ domini: sed est vt amicus qui exaltatur ĩ domo aliena. sicut in domo propria. Saturnus nanq; exaltatur in Libra, & cadit in Ariete. Iuppiter exaltatur in Ariete: & cadit in Capricorno. Mars exaltatur in Capricorno: & cadit in Cãcro. Sol exaltatur in Ariete: & cadit in Libra. Et sic, sol cadit vbi Saturnus exaltatur: & econuerso. quia contrariantur multum in virtutibus & proprietatibus: quia Saturnus diligit mortem, Sol vero vitam. Venus exaltatur in Piscibus: & cadit in Virgine. Mecurius contrariatur Veneri. Vbi vero Venus exaltatur, Mercurius cadit. Luna exaltatur in Tauro: & cadit in Scorpione. Et nota φ planetæ aspiciunt sua signa in quibus extant per medium amicitiæ quo ad se: non semper quo ad nos: quia exaltatio boni planetæ est gaudium nobis. Exaltatio mali est perditio et infortuniũ. Et sic eodem modo versa vice dicitur de casu planetarum. Et istæ exaltationes sunt in quibus per modum planetarum fortem finitur virtus & proprietas eorum super nos.

*De laudibus aristolochiæ quæ pertinet ad medicum de aspectibus tractando.* Cap. VII.

MIrabilis enim est hæc scientia mirifice inuenta, assignans rationem rei quæ est, quæ erit, quæ fuit: & de eius permanentia. Sunt nanq; corpora ista inferiora superioribus alligata: quæ ista inferiora motu & influentijs regũt. Ex ipsis tanquã ex causis possumus sumere bonum et optimũ iudicium seu modum iudicandi & ratiocinandi de rebus contingentibus, præsentibus, & futuris, & quę factę fuerunt. Supposito primo φ sciatur cõuenientia planetarum cum signis. & econuerso. signorum cum planetis, et modus applicandi debitus. Conuenientia & contrarietas planetarum cũ signis sumitur: vt supra de aspectibus signorum: & sumitur penes habitationes & exaltationes & casus. Modus applicandi est, φ omnia siue bona siue mala euenientia applicanda sunt ad proprietates planetarum & signorum. Exemplum. quãdo Luna reperitur in Ariete: aspicit ipsum sub ratione contrarietatis seu veræ inimicitiæ: & sic Luna non potest magnum influere: sed si influit, non diu durat: sed in prima die cessabit, vel ad summũ per mensem ratio: quia Aries est signum mobile, & mouetur. ergo contingens illud, vel durat secundũ motum Lunæ: & si cõtingant, tunc ægritudines illę erunt ex materia cholerica, & phlegmate mistis. Ratio: qa Aries est igneus: & habet choleram in prędominio, Luna vero phlegma: quæ ambæ materię cõmiscentur sicut in vere: et signum sunt coniuncti. Quando enim Mars cõiungitur Arieti, erunt febres cholericæ, & ægritudines cholericæ, & multa alia cholerica contingunt: quia ambo conueniunt tã signum quam planeta: sed ista non habent principia nec mortis nec vitæ: ideo non firme super vitam & mortẽ iudicant: quia ad vitam requirun-

A tur duo. s. calidum & humidũ: & in isto aspectu nõ reperitur humidum: & quãuis aliquando ambo principia in aliquo aspectu reperiantur: tamẽ non significãt supra vitam nec super mortem, quãdo quodlibet habet cõtrarium in eodẽ aspectu. Item Aries est domus Martis: quia fortius probatur concordantia & discordantia discurrendo cũ omnibus planetis per omnia signa aperietur, quęstio secretum est de pluuijs, de ventis, fortuna, et infortunijs, de generationibus, de vita, de morte, de diuersis ægritudinibus, & curationibus: de guerris, & de infinitis alijs: quæ omnia patere possunt debite practicanti. Sic ergo gratia breuitatis nũc erit finis huic tractatui de aspectibus sub breuibus, & in formam constituto.

B

## Tractatus vltimus continens vnicum capitulum. De antidotis.

HÆc sunt secreta cõmendanda memorię & magnificanda: nec danda manibus barbitonsorum: nec qui male intelligẽdo auctores bonos vituperãt: quasi male videntur scripsisse: & tamen eorũ dicta optima sunt. Sed isti ignari nesciunt operari, vnde potius homines deberent se cõmittere manibus peritorum quam ignorantium & barbitonsorum, quos aspernari & negligere prorsus debemus. Nam faciũt vt male intelligendo nihil intelligant.

Ad hydropisim cura. M. Vgonis de Senis. Primo comedat. xv. grana mirasolis in mane bis aut ter: deinde fiat hoc electuariũ. Re. croci, assari, petroseli. dau-
C ci, apij, anisi, ana vnc. ß. reubarbari, meu, spicæ, ana drac. vi. costi, xylocassiæ, squi. carpobal. xylobal. rubeę, ma. absinthij, succi eupatorij, ana drac. ij. calami aromatici, cinnamomi, ana drac. i. ß. rosa. drac. iij. laccæ, drac. ß. amygdalarum amararũ. bdellij, ana dra. ij. mel quod sufficit. sumatur omni mane & sero. drac. i. tantum sine aliqua re de mundo. Item ad idem purgetur qualibet septimana cum pilulis de euphorbio.

Contra infirmitatem petræ. Re. radices saxifragiæ puluerizatæ in quantitate mediæ, lib. cum duobus fellibus porci siccis puluerizatis: et misce cum isto puluere: & incorpora cum vna libra boni vini albi: & fac capere semper mane pro diuisiuo vsq; ad nouẽ dies: & videbis mirabilia.

Pilulæ fœtidæ valentes ad dolores ancharum et paraliticis auctoritate Mesue.

D Cura. M. Vgonis Senensis contra tussim. Re. cinnamomũ, nuces muscatas, gariophyl. cardamomũ, ana vnc. ß. uisci quercini, drac. ß. zuchari albi quantum de omnibus: & fiat puluis: & comedatur ante cibum.

Oris odorem efficit bonum. clarificat sanguinem. Decoctio capilli ve. prodest oppilationibus nutritiorum, hepati, spleni, aperit vias vrinę.

De vrtica. Decoctio vrticę soluit uentositates grossas phlegma mucilaginosum, & imbibitum.

Infusio assari educit phlegma ex locis remotis, et mirabiliter ꝓdest dolori ancharum, et aperit vias vrinę.

Lassatiuum ad neruos. Re turbith, zinziber. boni, drac. ß. anisi, drac. i. zuchari albi, drac. ß.

Vnguẽtũ ad crepaturas. Re. terebin. drac. i. olei ro. dra. iij. masti, thuris, ana dra. ß. cerę. & sepi. añ. drac. ij.

Puluis ad clarificandum vocem. Reci. ireos, œsypi,

ana, drac.i.prassij, drac.5.croci, drac.i.5.succi, liquiritiæ, drac.i.liquiritię, drac.5.zuchari ad pondus oīum.

Puluis confortans gingiuas, dealbans dentes. Re. marmoris albi, coralli albi, & rubei, sepiæ, salis gemmæ, aluminis de rochia. zinzib. ana drac.ij. terantur subtiliter, & mittantur in sacculo panni linei, & cum eo dentes abstergātur: deinde lauetur os cū vino alb.

Tragea stomatica. Re. cinnamomi, drac.iiij. gariophylo. galange, ligni aloes macis, nucis musc. drac.iij. soli. zucha. lib.i.

Emplastrum soluens durities. Re. sinapis, seminis vrticæ vltra marinę, sulphuris, spumæ maris, aristolochię, bdellij, ammoniaci, olei antiq̄, ceræ, fiat empl̄m.

Ad ranulam quæ nascitur sub lingua. Reci. aquæ calcinę, nucum cypressi, coriandrorum: & fiat decoctio: & cum ea frica sub lingua: & sanabitur cito.

Reci. euphorbij, resinæ pini, picis naualis par.5. olei partem. & fiat vnguentū quod applicetur super percussionem neruorum non discooperta carne.

Isti sunt trochisci andaron, de quibus facit mentionem Auicen. Reci. malorum granatorum vel balaustiarum, drac.x. gallarum, drac. viiij. myrrhæ aristolochiæ rotun. ana drac.iiij. aluminis iameni, vitrioli, ana drac.5. terantur: & fiant trochisci cū aceto, & exiccentur ad vmbram.

Pilulæ somniferę, quæ debent exhiberi quādo ęger vult dormire: & possunt dari qualibet hora ægrotanti. Re. seminis lactucę, opij, hyoscyami, corticum mādragoræ, casiæ ligneę, ana drac.i. croci, myrrhæ, ana scrop.i. fiant pilulæ cum lacte papaueris: dosis est.i. sola vel.ij. vel.iij. ad plus, & facient dormire.

Aliud somniferum tactum ab Auicen. prima tertij. Reci. philonij maio. drac.5. & da patienti cum vino vel lacte papaueris.

Confectio de pistachijs vel de fisticis valde restauratiuæ virtutis. Reci. zucha. alb. drac.iij. fisticorum, drac.i. aquæ rosa. qd' sufficit: & fiat confectio quasi in forma marcipanis: sed si nō habes fisticos. Re. pineolos, vel amygdalas excorticatas: & optime pistentur.

Marçapani est optimū restauratiuū virtutis cuius descriptio. Re. zucha. al. puri et mundi partes.iij. olei amygdalarum dul. recentiū partes.ij. amyli boni partem.i. & fiat confectio liquida, & deglutibilis cuilibet impotenti aliquid comedere: et est quidē solēne.

Electuarium solenne & perfectum pro confortatione cordis. Reci. zucha. rosa. buglo. zuchari boragi. manus Christi cum perlis, ana drac.5. incorporentur cum syrupo acetositatis citri, & adde si vis duo folia auri.

Puluis ponendus in cibo confortatiuus. Reci. cinnamo. gariophyl. galange, nucis muscatæ. zinzib. cardamomi, macis, cubebarum, piperis long. ana fœnu. seminis pęoniæ, ana drac.i. piperis nigri, vnc.ij. zucha. drac.5. misceantur prædicta puluerizata ad quantitatem.5. cochleari super cibaria.

Caputpurgium. Re. rutæ, drac. vij. pęoniæ, drac. iij. maioranc, drac.i. sisileos, dra. vij. nucis musc. scrop. ij. coquantur in vino maluatico, & naribus trahatur dictum uinum post decoctionem.

Vnguentum optimum ad dolorem hęmicraniū, & dolorem de maxillis, & auricularum. Reci. opopa. vnc.5. galbani, vnc.s. olibani, mastiches, ana drac. iij. ceræ alb. vnc.i. olei sambucini, olei viol. olei chamomillæ, olei de amygdalis amaris, ana drac.5. & po

E ne omnia in cacia rami: & fac liquefieri & his liquefactis chola: vt dictum est: quādo erit colatum calidū in corpora cū prędictis, vnc.i. succi liquiritię, et repone.

Dicit Gal. in libro, serapionis sic ego resolui duritiem scrofularum in paucis diebus cum folijs caparis solis. Item Gal. in lib. aphorismorum capitulo. de dolore vasorum spermaticorum.

Vrina grassa quæ in fundo est alba, significat dolorem de testiculis.

Vrina viridis significat dolorem de ventre Gale. de dolore ventris.

Vrina ru. in qua uidetur furfur intus, significat dolorem de renibus. Idem Gal.

Vrina pinguis quæ fætet fortiter, est signum mortis. Idem Gale.

Vrina alba significat maximam frigiditatem.

F Idem Gal. capitulo de vrinis indigestis elleborus adbibitus cani, vel muribus dicitur q̄ tantum stranutant q̄ emittunt spiritum.

Hæc sunt quædam carmina composita: & de omnibus instrumentis necessarijs ad chirurgiam.

Pixis, acus, trypanum, tenacula, moicula, filum.
Eleuant, & raspant, syringant, & cauteriçant.
Tentant, & erumpunt, phlebotomāt, spatulantq́.
Hęc acus, manus, tenta, medicinæ sunt instrumēta.
Dicunt hęc constituta primo sed tixuis fecit imo.
Dicitur emplastrum, quamuis decoctio dura.
Dicitur epithema de succis vnctio facta.
Est cataplasma cum potus succos & herbam.

*Anno Iesu Christi.* M.CCCCXXIX.

Octaua die mensis Februarij. Facta fuit anotomia de quodam viro Bergomensi qui quendam, vt ei subriperet aurum, occiderat, per Egregium & singularē
G doctorem Magistrum Vgonem de Senis ibi ordinarie ad lecturam deputatum de mane in quadam domo apud sanctum Lucam in terra Patauina: & ego huic interfui cū Magistro Leonardo deputato ad lecturam chirurgię. & hoc actum in squadra de Turricellis: & inde sepultus fuit ad eandem ecclesiam sancti Lucæ: qui nos ab hoc tanto casu defendat Rectore. M. Marco. M.CCCCXXX. in vigilia Ascensionis Domini. Facta est anotomia de matrice in muliere de mense Aprilis die quarto. Rectore Magistro Marco Fuscari Nobili Veneto.

Modus conficiendi vesicatorium. Re. fermentum non siccum, et fac ipsum tenerum cum fortissimo aceto albo: deinde accipe cātharides tactas secundū quātitatem quæ sufficit: & pone super fermento & appo
H ne loco & est mirabilis iuuamēti in humoribus trahēdis a capite et vētositatibus dissoluēdis in facie et alijs.

Vrbanus per se nescit virtutem scabiosę.
Nā purgat pectus quod cōprimit ęgra senectus.
Purgat pulmonem, purgat lateris regionem.
Rumpit apostemata celeri virtute probata.
Succus potatus, et virus euacuatur.
Emplastrata foris anthracem, purgat tribus horis.
Auripigmento sulfur cōmiscere memento.
His decet apponi, calcem cōmisce saponi.
Quatuor ista misce, dum ista quatuor in se.
Fistula curatur cancer ex hoc si repleatur.

Emplastrum optimum maturatiuum. Reci. flores chamomil. melilo. ana. M.i. radicum althęę pręparatæ, M.iij. liliorum alborū, farinæ hordei, & fœnugręci,

ti,ana.M.iij.olei liliorum alborum vt supra.& chamomilini,ana vnc.ij.& fiat emplastrum.

Medicamen soporans homines per tres dies. Re.seminis lolij,lib.i.semen hyoscyami,lib.i.portulacę marinę,lib.ij.seminis mādra.vnc.iiij.se.alchechēgi,vnc.iiij.quodlibet per se puluerizetur: et simul misce,et ponatur in vase aliquo,& in loco humido,vt humiditatem recipiat per.v.dies.deinde.Re.succi fabæ inuersæ,succi vel radicum foliorum hyoscya.ana lib.i.oīa misce cum supradictis.succi florū papa.nigri si habere potes.si nō:rubei.omnia misce cum supradictis: et distillentur omnia per alembicum cum suaui igne: & quod fluxerit reserua.dosis aquę est vnc.i.

Ad tineam recipiat infirmus vrinam suam,& abluat caput per octo dies: deinde. Re.stercus columbinum,& bulliat in fortissimo aceto: donec perueniat ad spissitudinem & emplastretur supra caput infirmi: & dimittatur per tres dies.

Aliud ad idem. Re.sinapi et mel: & simul misce et coque: & frequenter caput vnge.Item pix & cera simul bulliant extensum supra pannum et supra caput ligatum dimittatur per octo dies.

Ad idem. Re.axungiā porci nitidam,lib.iij.ß.auellanarum mundatarum a corticibus suis: & bene pistatarum,vnc.vi.pulueris seu cineris ostracarum,vnc.iiij.ceræ alb.vnc.iij.& bulliantur hęc omnia,& coletur per peciam super aquam recentem in bacili,et colligatur vnguentum,& vtere.

Ad remouēdas vngues. Re.carnium cytoniorum dactylorū,vnc.ij.mastiches,vnc.ß.olei rosati.vnc.i.fiat emplastrum.

Purgat choleram & phlegma. Re.sandalorū alb.& ru.violarū,zinzib.ana drac.i.ß.anisi cinnamomi electi,croci,mastiches,ana dra.ß.turbit,hermodactyli,ana drac.ß.reubarbari,drac.iij.diagridij,vnc.ij.ß.zuchari,lib.i.ß.fiat cōfectio in forma solida.

Pilulæ de hiera. Reci.pulueris hierepicræ,vnc.v.myrobala.citri.epithemi,agari,polypodij,salis indi,carpobalsami,scamo.ana dra.i.turbit,aloes,ana dra.viij.colocynthidos: sene.ana drac.i.bdellij,dra.ß.cōfice cum succo absinthij.

Pilulæ cōmunes. Re.aloes,vnc.ß.myrrhæ,vnc.ß.boli arme.vnc.ß.mastiches,vnc.ij.croci.vnc.i.

Pilulæ cōtra pestem. Re.myrrhę,croci,cornu ceruini,cāpho.seminis spodij,basilico.boli ar.ben alb.ana drac.i.floris borag.drac.ij.gariophili: corticū cedri,seminis cedri,zinzib.bledi ambra,ana scrop.ij.agarici,iacyntorum granatorum,ana scrop.i.aloe hepatici electi ad pondus omnium,fiant pilulæ. Nota in summa ꝙ omnia ossa nostri corporis.227.vel 229.exceptis ossibus gutturis,qui appellantur lauda.

Cerotum optimum in qualibet dislocatione constrictiuum. Re.terebinthinę ad placitum,boli ar.terræ sigil.farinæ quæ appellatur volatilis molēdini,omnia ad placitum.fiat cerotum,quod posset etiam appropriari crepatis. Et nota ꝙ vulnera geniculi sunt de illis in quibus non speratur salus Auic.maxime intelligendo per vnam,vnc.apud rotulam.

Vnguentum citrinum consolidatiuum. Re.resinę pini,cerę,terebinthinæ,olei ros.ana partes æquales: et cum facta fuerit aliqualis decoctio,coletur per peciā: deinde addatur thuris,quantum sufficit.

Pilulę de fumo terræ purgāt aliqualiter de cholera.

Pilulæ de hermodactylis purgant ex iuncturis.

A Pilulæ fœtidę sunt mirabiles ad dolorē ancharum.

Ad crepatos. Reci.apostolicon,picis naualis,terebinthinæ,resinę pini,picis gręcę,visci,cerę citrinę,galbani,aloes,sang.draco.boli armeni,mumiæ,cerонę,thuris,mastiches.

Repercussiuum in principio apostematum. Reci.furfuris,fabarum,& decoquatur in aceto,fiat emplastrum,quod apponatur in principio apostematum.

Ad duritiem mamillarum propter lac congelatū: valet etiam menta emplastrata in vino & oleo. Itē decoquatur furfur frumenti in vino & aqua partibus ęqualibus: & fiat emplastrum,et apponatur mamillis cum lac est coagulatum.

Ad idem. Re.olei anethini partem.i.coagulatum lac in mamillis inungatur.

Decoctio nucis cypressi sedat dolorem dentium si B cum aceto coquantur.

Pro dealbatione cutis cuius descriptio: & maxime pertinet ad mulieres. Re.limones,et scindātur in plures partes: & fiat decoctio in vino albo,& cum illo vino facies lauetur.

Aliud ad idem. Re.limacias nouas sine testa,& ponantur in vase vitreo,& aspergantur puluere salis gēmæ,& aqua limonum: & obturet vas,& stet in sole donec fit quasi vnguentum: et cum eo facies liniatur: quæ postea abluatur cum aqua florum fabæ,aut furfuris frumenti.

Ad faciendum rubeam faciem. Re.aluminis,brasilis,granorum granæ,ana.quæ puluerizentur,& distemperentur cum aqua vini distillata: & cum pluma liniatur locus,quem volueris rubere.

Succus foliorum ireos cum farina cicerum et fabaC rum eradicat maculas pellis: si fiat linimentum. Reci.ceroti de minio,vnc.i.ammoniaci,vnc.ß.incorporētur cum pistello ignito.

Pilulæ de euphorbio valent mirabiliter ad paralysim,& humorem destēdentem ad neruos. Gal.Cura omnium vulnerum in hoc ꝙ sunt vulnera,debet esse desiccatiua temperate.

Emplastrum mei Lucæ quod proprie conuenit in vulneribus neruorū. Re.pulueris absinthij,cala.ana vnc.ij.bulliāt in lixiuio,et aqua cymoleę: farinę fabarū lupinorū,ana vnc.iiij.resinę pini,picis naualis,ana vnc.ij.ß.olei liliorum,olei sambuci,ana vnc.iiij.fiat emplastrum secundū artem. Re.lithargyri partem.i.olei rosa.partes.iij.olei de abiete partem aliam: & tantum bulliant donec fit in forma dura.addunt quandoꝗ ammoniaci partem aliam.

D Oleum omphacinum fit de oliuis īmaturis sed loco ipsius utuntur oleo distemperato cum acacia. Re.ammoniaci,vnc.i.argenti sublimati,& vitrioli vsti,ana drac.ij.torrefiat cum pistello ignito: et fiant impositoria secundū ꝙ oportet.posset etiam addi æris usti,drac.ij. Rec.rosarum puluerizatarum,vnc.i.foliorū chamomil.M.i.farinę hordei,unc.iiij.olei ro.dissoluti cum acacia,vnc.iiij.fiat emplastrum,& supradictę res terantur cum cultello facta decoctione in aqua et vino. Re.florum chamomil.puluerizatorū pulueris myrti,sumac,ana drac.i.farinæ hordei.drac.iiij.olei ro.dissoluti cum acacia,vnc.v.sandal.al.& rub.ana drac.i.prædicti pulueres bulliant in vnc.ij.syrupi aceto. Re mucilaginis althęę,fœnug.seminis lini,ficuum,dactylorum,radic.liliorum pręparatarū numero.iij.passularum,ana.quantū vis.farinæ hordei,

drac.iiĳ.olei chamomil.vnc.iĳ.ſ.butyri,adipis,galli-
nę:œſypi humidæ,ana vnc.i.croci, drac.ſ.& fiat em-
plaſtrum ſecundũ artem. Re.pulueris chamomil.cẽ
taureę,abſint.calamẽthi,pulegĳ, origani,ana vnc.iĳ.
farinæ faba.& farinę lupinorũ,ana lib.ſ olei liliorum,
olei coſti,ana vnc.iiĳ.adipis taſſi, adipis anatis,medul
lę crurium vituli,ana vnc.ĳ ſ.picis naualis,vnc.iiĳ.re
ſinę pini,vnc.ĳ.prędicta coquãtur in lixiuio, & aqua
cimoleę.fiat emplaſtrum ſecundũ artẽ. Re.olei vul
pini, olei coſti, ana vnc.iiĳ.adipis taſſi, adipis anatis,
vnc.iii.caſtorei, drac.ii.miſceantur:& hoc linimentũ
valet ad ſpaſmum circa renes & nucam. Reci.gũmi
abietis, vnguenti baſilico.ana vnc.i.miſceantur,& la
uetur pluries cũ ſapa vini.Re.vnguenti baſilico.vnc.
i.gummi abietis,vnc.ſ.pulueris ireos, ariſtol.lon.ana
drac.i.infundantur:deinde abluantur cum melle roſ.
& hoc ſolenne eſt vnguentum in generando carnem
ſuper oſſibus diſcoopertis a carne.

Re.maluæ hortula.maluauiſci, ſe.lini, fœnug.florũ
anethi, chamomil.ana.M.ſ.fiat decoctio in aqua cõi:
deinde piſtẽtur,et malaxentur cũ oleo de lilio,et oleo
de ſpica:quod ſuf.addatur pinguedinis anatis, vnc.ſ.
pinguedinis gallinę, vnc.i.et fiat empl'm ſecũdũ artẽ.

Cõtra aſpidẽ maxime quando morſura eſt nigra.
Rec.pilularũ fœtidarum, pilularũ de hermoda.maio.
ana ſecundum qualitatẽ patiẽtis. Re.olei ro.albumi
nis ouorum bene diſpumatorũ:theriacę nouæ, drac.
i.ſ.croci,myrrhæ,ſcrop.ii.opĳ, hyoſcya.ana ſcrop.ſ.
miſceantur omnia in formam unguẽti. Re.aloes ſu
cultrini,gũmi ara.bo.ar.dragagãthi, ſang.draco,ana.
conficiantur omnia cum albumine oui, & pauco fa-
rinæ. Rec.pulueris florum chamomil rutæ,florum
anethi.ana.M.i.farinę ſeminis lini,et hordei,ana vnc.
iĳ.olei chamomi.olei de ruta,olei anethini,añ.vnc.ii.
œſypi humidæ, vnc.i.fiat emplaſtrum ſecundũ artẽ.
addatur pinguedinis,vnc.ſ. Re.gũmi abietis,unc.i.
trochiſcorũ de carabe.drac.i.ſ.miſce: ſandalorum al.
& ru. Re.olei diſſoluti cum acacia ro.vnc.ii.acacie,
ſucci hipocyntidos:trochiſc.de terra ſigil. Re ireos,
orobi,radicum plãtę opopana.nucum,thuris,ſarco-
collæ ariſtol.ana drac.i.fiat puluis ſubtiliſſimus. Re.
gũmi abietis,vnc.i.vnguẽti baſilico.ireos,ana vnc.ſ.
Re.corticum granatorum, balauſtiarum,chebulorũ,
belliricorum, ſandalorum citri.nucum cypreſſi, roſa
rum,myrti,ſumac,hipocyſtidos,acacię.

Emplaſtrum in omnibus vulneribus capitis tã ſim
plicibus quam compoſitis. Re pulueris florum cha-
momil.roſ.abſinthĳ,ana.M.i.decoquãtur in vino ru.
& aqua partibus æqualibus: deĩde addatur corallorũ
rub.contritorum ſubtiliſſime,drac.ii.olei diſſoluti cũ
acacia,vnc.iiii.farinæ hordei, vnc.iiii.fiat emplaſtrũ:
& in fine addatur gũmi elemi,drac.i.ſ.

Optimũ in omnibus puncturis ſeu vulneribus ve
nenoſis. Re. vnguenti de tucia, vnc.iiii.trochiſcorũ
de terra ſigil.vnc.iii.olei ſcorpionis, vnc.i.ſ.ariſtolo.
bol.ar.drac.iĳ.ſ.miſce. Re.trochiſc.de terra ſigilla.
vnc.i.bol.ar.theriacę optimæ, ana drac.ii.terræ ſigil.
ariſt.lõ.et rot.herbę ſancti Ioãnis.i.Lypericõ,añ.dra.
i.aq̃.endi.aquę bugloſſæ aq̃ ſcabioſæ,ana lib.i.miſce:
& ſumat de hac aq̃ bis ĩ die añ cibũ.doſis eſt.vnc.iiii.

Ruptorium mei Lucę fortiſſimũ. Re.aquę capitel
li, lib.iiii.achali, vnc.ii.fiat decoctio in tantum,ꝙ fiat
forma dura: & quando vis ſcire decoctionem pone
vnam guttã ſuper vno ferro:& quando congelatur,

E tunc eſt expleta & cõpleta decoctio:& hoc habe pro
ſecreto:& non omnibus dicas:quia faciet tibi magnũ
honorẽ. Re.ceruſſę,tuciæ,lithargyri,ana vnc.i.ter-
ræ ſigilla.boni ar.aloes ſucultrini,ana drac.ii.infundã
tur, & lauẽtur in ſucco lactucæ pluribus vicibus,olei
ro.vnc.iiii.ceræ quantum ſufficit:deinde ducatur ſu-
per machina plumbea:donec recipiat ſalſitudinẽ plũ
bi, & in fine addatur camphoræ,drac.ii. Re.pulue-
ris roſarum,myrti,balauſtiarũ, ana vnc.i.farinę hor-
dei, vnc.iiii.olei ro.vnc.iiii.ſandalorum rub.drac.ii.
ſyrupi aceto.vnc.ii.gũmi elemi,drac.i.et fiat empl'm.

Vbi eſſet fluxus ſanguinis. Re olei roſ.diſſoluti cũ
acacia,vnc.iiii.mellis ro.vnc.ii.et colati. Re.vermi
cularis.M.i.ro.M.ii.balauſtiarũ,corticum granatorũ
ana vnc.i.farinę hordei, farinæ orobi,ana vnc.ii.gũ-
mi elemi,unc.iii.diſſoluatur ĩ uino odorifero:olei ro.
F diſſoluti cũ acacia,vnc.iii ſandalorum rubeorũ vnc.
i.ſ.ſyrupi acetoſi,vnc.i.ſ.fiat emplaſtrum.

Vnguẽtum optimũ in apatibus mamillarum,dige
rit,cõſolidat,et exiccat. Re.olei cõis terebin.ana.X.
ſ.picis al.agrippę,añ.unc.ii.galba.vnc.ii.thuris,unc.
i.cerę,vnc.ii.fiat unguẽtũ mirabile in paſſionibus ma
millarum. Secretũ.Re.florum tapſi barbaſſi.cõtun
dantur cum aliqua parte ſalis.inungantur porri qui
oriũtur ſuper mamillis, & vultu ex eius ſucco. Re.
aceti ſquillitici,& ex eo abluatur os:deinde ſuper vl-
ceribus oris ſuperponatur alumen combuſtum.mira
biliter ſanat vlcera in ore:facta & non facta euacuatio
ne:ſed abluatur prius os vino ſtyptico, & vtatur mel
le ro. Lac canis multum valet in pueris. Iſta duo
ſunt ſecreta noſtra in dolore colico, vel iliaco,prę̄miſ
ſis clyſterĳs conuenientibus fortibus.Re.caſtorei pul-
G uerizati,incorporetur cum hidromelia,facto cũ aqua
cymini:& fiant pilulę ad quantitatem cicerum.

In apoſtematibus inguinum ad corrodendum ma
lam carnem. Re.ſuc.apĳ,vnc.i.farinæ fru.vnc.ſ.de-
coquantur paululũ:donec fiat ad formam vnguenti.

Puluis vtilis ad conſolidationẽ in uirga. Re.aloes,
maſtiches, thuris ſarcocol.ana partes æquales. Cu-
ratio ſanguinis fluxus ĩ virga, & de vlceribus virgæ.
Re bol.ar.ſan.draco.hypocyſtidos:maſtiches thuris,
pilorũ leporis minutiſſime tritorum.& fiat empl'm.

Item.Re.micam panis recentis, temperetur in lacte
caprino, demũ accipiantur vitelli ouorum cocti, &
temperẽtur in oleo ro.croci quantũ vis poteſt etiam
addi modica portio.& fiat emplaſtrũ qđ mitigat mi-
rabiliter dolores virgę corpore mundo. Si apa erit ca
lidum,accipe folia ſalicum cum chamomilla.

H Contra vlcera generata ab humoribus, melancho
licis.primo ſumat hamec, drac.ii.electuarĳ ro.dra.i.ſ.
cum aqua endi,vnc.i.ſyru.de epithymo. Item ſyru.
de epithvmo, vnc.i.ſyru.de ſtœchados, vnc.ſ.aquæ
ſaluię,aquæ apĳ, ana vnc.i.ſ.poſt ſyrupos ſumat iſtas
pilulas. Re.pilularum de epithymo, drac.i.diagri-
dĳ.gra.i.reformentur cum ſyru.de epithymo. Item
hamec ſumat ſingulo mane lotis manibus ante pran-
diũ p.ii.horas ad quantitatem.i.caſtaneę. Re.ſucci la
pathĳ.ſucci nenupharis, & ſolathri quantitatem quã
vult.ducatur ſuper manica plumbea:& addatur cã-
pho.parum:& lauetur locus interius & exterius.

Contra ſcabiem ab humoribus aduſtis generatam.
Re.ſyru.de fumo terrę:ſyru.acetoſi ſimplicis,añ.vnc.
i.aquæ abſinthĳ:aquæ ſcab.ana vnc.ii.ſ.clarificentur
pro duabus vicibus,vtatur quinq; diebus dicto ſyru

po

po in aurora sumendo tepidum. Rec. pilularum de fu. ter. pilularum aggregatiuarum, ana drac. ʒ. fiant pilulae, vii. vngatur vnguento. Reci. olei lauri, olei nucum, ana drac. ʒ. succi rutae, olei ro. ana vnc. i. terebin. bene lotae, vnc. i. auripigmenti, argenti viui cũ saliua extincti, scrop. i. ʒ. thuris, myrrhae, parũ, puluerizetur subtiliter cũ modico cerae. fiat vnguentũ molle.

Contra puncturã nerui in spasmo in aetate senum. Re. pulueris ro. chamomil. centaureę, pulegij, calamẽthi, origani, ana vnc. i. farinae fabarum, farinae lupinorum, ana vnc. iiij. olei liliorum, vnc. vi. olei sambucini, vnc. iij. resinae pini, picis naualis, ana vnc. ij. praedicta bulliant in lixiuio, & aqua cimoleę. et in fine addatur croci, scrop. i.

Vnctio qua debet vngi locus circũcirca. Re. olei liliorum, olei sambucini, ana vnc. iiij. adipis tassi, vnc. ij. misceatur castorei parum.

Rec. gũmi abietis seu loco eius terebin. vnc. i. ʒ. vnguẽti basilico. vnc. i. misceant, et lauent cũ sapa vini.

Contra pestẽ. Re. boli armeni, drac. iij. radicis tormẽtillae, drac. ij. radicis herbae tunicae, et est theriacale.

Electuarium optimũ contra pestem, quo omnes facilitér pręseruãtur a peste. Re. seminis genuperi, dra. ij. seminis gariophyl. nucis musc. masticheś, zinzib. ςedoariae, ana drac. ij. vtriusq; aristol. radicis gentia. tormentillae: radicis herbę tunicae, diptami, radicũ enulę campanae, ana drac. i. ʒ. saluiae, rutae, balsamitae, pulegij, ceruini, aut chelidoniam, secundũ Amãdinũ, ana drac. i. bacharum lauri, seminũ acetosę: se. citri, mastiches oliba. bol. ar. terrae sigil. spod. ossis de corde cer. rasurae eboris, cui nũc addo rasurae vnius cornu, margaritarum electarum, fragmentorum saphiriorum, smaraldorum, corallorũ ru. ligni aloes, sandalorũ ru. & muscatellinorum: et ego addo iacyntorum: thopatij, ana drac. ʒ. conserue rosarũ, cõserue buglossae. cõserue nenupha. cõseruae acetosae: et carniũ tamarindorũ minutim ĩcisorũ: addũtur ista duo ut sit acetosum: sicut debet esse isto tẽpore pestilentię: theriacę ꝓbatę, ana vnc. i. panis zuchari, lib. iij. fiat electuariũ cũ aqua scab. & rosarum, cãphorae modicum, & cum vino citoniorum: & boli debent deaurari: vel potest fieri ad modum zuchari ro. & sic comedendo cochlear. i. singulo mane: aut ter aut q̃ter ĩ hebdomada. est optimũ be ςuar cõtra pestẽ. et ego qui uidi testimoniũ phibui.

Aliud. Re. diptami subtiliter puluerizati, vnc. ʒ. theriacae, drac. i. misceantur, et administrentur in vino in omni dolore stomachi proueniętis a materia veneno sa. Valet in dolore stomachi, prouenientis a singultu de repletione ventosa posita super stomachũ, abstinẽtia, somnus, vinum purũ, diaolibanum, diagal. diaciminũ, gariophyl. sunt appropriati.

Miliũ cum sale assatũ prodest dolori colico et iliũ.

Alius puluis cõtra pestẽ, & debet dari in ipso principio. principiante vel saltim, q̃ non transiuerint. xij. horae a quo pręsenserit nocumentũ. Reci. diptami al. camphorę, boli ar. sandal. rub. cornu ceruini, usti. ana partes aequales: & debent dari, drac. ij. pro vice: cum tanta theriaca quę sit ad quãtitatẽ grani fabae: cũ vnc. iij. aquae endi. et caue dare si transiuerint. xij. horę: q̃m plus laedit. Postea fiant euacuationes vniuersales. Credo q̃ si quis adderet huic pulueri tormentillam, pimpinellam, scabiosam, esset bonum. aqua etiã sublimationis earum cum syrupis: & in potu multum cõfert. Cum primum quis sentit se alteratum, vtatur prędicta medicina, & sanabitur ad plenum.

A Puluis ad descensum catarrhi frigidi. Re. pulueris florum chamomil. vnc. ʒ. mastiches, olibani, cubebę, gariophyl. nucis musc. macis.

De exitu matricis & de prouocatione ipsius. assa foetida, plumę combustę. Manifestum est q̃ matrix fugit omnia foetida: vẽtosę super mamillas sine scarificatione: ideo si exitus erit approximentur supra pecten in emplastris aut fumigijs, quę malũ habent odorem: vt pãni linei adusti: vel cõburatur corium, sulfur, et similia: q̃m eam intromittunt. Ego autẽ vidi mulierẽ quae habebat exitum matricis: & multi medici vocati fuerant, qui eã nõ potuerant sanare: sed quidam amicus fuit vocatus qui aceepit oleum amygdal. amararũ: & fecit inungi matricẽ: & manum cuiusdã mulieris hoc oleo tepid. manu bene calida intromissa est matrix: et illa bona mulier superposuit manũ suã vuluę: deinde B adhibitis quibusdã odoriferis ad nares matrix intromissa est. Suffocatione aũt fiente imponãtur in vulua sicut parum bõbicis cum musco: deinde ponãtur ad nares ea quae sunt mali odoris, donec cessent accidẽtia mala. deinde reducatur ad propriũ temperamẽtum.

De squinantia. Facta phlebotomia in squinantia cõpetunt repercussiua, acetum cũ aqua ros. succus lactuce, diamoron, aqua decoctionis, gallarum, sumac, & diamoron simul aqua decoctionis myrtillorum summe laudatur ab Auic. Aliud. Re. syru. de papauere, diamoron. ana vnc. i. aquae ros. vnc. ij. misceantur: & fiant gargarismata actu frigida in principio.

Inũctio cũ chamomi. resoluit nõ attrahẽdo tẽpate.

Pilulae contra rheuma retentae sub lingua in statu. Re. liquiritiae, rasae passularũ, ana quartam. ʒ. caricarũ pinguium, vnc. i. seminis psilij, seminis cytoniorũ, se. C papa. al. ana vnc. ʒ. hordei mundi, quartam. ʒ. mellis, vnc. ʒ. fiat decoctio parum clarificata vsq; ad quartas tres in statu ad repercutiendum materiam competit oxymel diureticum.

Ab extra maturatiuum. Re. dialthęę. s. eius vnguẽti. quartam. ʒ. mucilaginis, seminis psilij, seminis cytoniorum, ana vnc. ij. medullae casiefist. butyri sine sale, ana vnc. ʒ. fermenti, caricarum pinguium, ana vnc. i. olei anethini, seu chamomillini, vnc. ij. fiat vnguentum. Decoctio canis albi, scilicet stercoris. hirundinis vel lupi laudata ab omnibus.

Vnguentum absq; mordicatione ad cancros. Re. tuthiae lotae, cathimię lotae, cerussae lotae, plumbi vsti abluti, corticum mali granati, coriandri, aloe, abluti: bo. ar. ana dra. i. confice cũ oleo ro. q̃d sufficit et cera: & si locus esset multũ calidus, tunc agresta, coriãdrũ, D mucil. psilij desuper emplastretur: succus foliorũ oliuae curat cãcrum in principio in gingiuis & mamillis.

Tetrapharmacon. Re. electuarij indi. drac. iij. electuarij ros. drac. i. sy. de endiuia, vnc. i. aquae endiuiae aquę buglo. ana vnc. i. Reci. electuarij indi. drac. iij. electuarij rosarum, drac. ij. syru. oxymel. vnc. i. aquae mentae: aquae saluiae, ana vnc. i.

Re. cassiae pręgnanti purgare cum oportet auctoritate Mes. sed ego inuitus approximo propter illũ textum. Purgare uero pręgnantes si conuenit minus vero has. Re. syr. de menta, vnc. ʒ. syr. eupatorij, vnc. i. aquae mentę, aquę eupatorij, ana vnc. i. misce. Re. casię fi. vnc. i. electuarij rosarũ, dissoluantur cũ decoctione tamarindorum: violarũ, prunorũ: & fiat emplastrum ex parietaria cum succo. lapis iudaicus torre factus: quia aliter nõ conteritur cum auellana. Re. lithõtripõ, vnc. i. aquae sanationũ, aquę parietariae, ana

vnc.i.ſ. miſce, et addatur cātharidū abſciſis capitibus et pedibus. Rec. ſeminū cōium, unc.i.ſe. fœnic.ani. capil. vene. ſeminū vrticę, paſſularū, dactylorū. Re. pulueris florū geneſtrę, ualet ad prouocationē vrinę ſi detur in potu cū vino maluatico: detur aqua in quā decocta ſint allia multa in potu in prouocatione vrinæ in magna quantitate: et ego vidi ægros: qui eiecerunt duos lapides potata hac aqua: abibrā, drac.i. cū vino. Re. diaris, loch de pino, ana vnc.i.ſ. Re. aquę fœnic. aquę hyſſopi, drac.i.ſ. Re. zucha. roſ. boraginati, bugloſſati, ana vnc.i. foliorū auri numero. iiij. incorporentur: ſi nimis durū fuerit, addatur aliquid ſyrupi uio. Re. florū et foliorum papa. al. florum nenuph. foliorum violarū, ana. M.i. farinę hordei, unc.i. abluatur caput et pedes et manus, qñ oportet reuocare ſomnū. Re. fragmētorum ſaphyri, ſmeraldi, iacintorū: corticum citri, margaritarum, been al. & ru. ana drac. ij. foliorū auri numero. iij. piſtētur ſubtiliter. Re. aquæ melliſſę, bugloſſę, roſarū, añ. vnc. iij.ſ. ſandalorū al. & ru. corallorum al. & ru. corticum citri, been al. & ru. ana vnc. ij. camphoræ, ſcrop. ij. & miſceātur. Re. ſyr. de papa. vnc.i.ſ. aquę endiuę, aq̄ bugloſ. ana vnc.i. Re. ſyr. vio. vnc.i. ſyr. acetoſi ſimplicis, unc.ſ. aquę endi. vnc.i. Re. reubarba. optimi electi, drac.i. turbith agari. ana drac.ſ. ſalis gēme, zinzib. ana ſcrop.i. Infundantur in vino maluati. & aqua endi. & bugloſ. igni exponantur, & exprimantur, quibus expreſſis diſſoluantur. Electuarij ro. drac. ij.ſ. electuarij diaphœnicō. drac.i.ſ. ſed reubar. ſit in ſubſtantia. Re. reubar. optimi & electi, drac.i. zinzib. ſalis gēme, ſpicę, ana ſcrop. i. infundantur in aqua endi. & bugloſ. & parum vini maluati. per horas. iij. deinde igni exponantur, & exprimantur quibus expreſſis diſſoluantur.

Medicinę cōtra morſum aſpidis ſerpentis & oīum ſerpentum eſt primo: vt ligetur ſupra locum vt venenum nō tranſeat ſuperius: deīde detur ei theriaca magna: aut diateſſeron, aut methridatū: deinde cauterizetur locus profunde: vel inungatur theriaca: et ſi apponatur ventoſa ſupra locum valde proderit. Re. reubarb. optimi & electi, drac. ij. agari. turbith, ana. i. ſpicę, drac. ij. zinzib. ſalis gēmę, ana dra.i. infundātur in. iiij. vnc. aq̄ endiuiæ: fiat potio eis expſſis ſecūdū artē.

Lenitiuū in doloribus renū lapidis, & colicis & iliacis. Rec. medullæ caſſię, cum iure galli veteris in quo ſint cocta prouocatiua: ſicut polypodium, ſemen ruthę, milium ſolis, baccę lauri, lac ſeminū cōmunium.

Lenitiuum in colico. Rec. polypodij, vnc.ſ. florū boraginis: bugloſ. baccarū lauri, ſemē rutæ, ana vnc. i. bulliant in lib.ſ. aquę. vſq; ad cōſumptionem aquæ tertij: deinde addatur caſię fiſt. nouiter tractæ, vnc.i.ſ. & fiat colatura: & fiat potus.

Nā calida medicina trahit humores a toto corpore ad locum ſicut ventoſa ſanguinem. Dicunt quidā, q̄ teſtudo cōbuſta cū oleo facit naſci capillos ubiq;. Nepita bulita ī vino facit capillos creſcere. Sed in medicina nimis calida. ſi prius purgatio totius corporis nō perficiatur: et membrū cum cunctis curetur. materiā ad ſe adduci eſt manifeſtum. Rec. florū ſolathri, arthemiſię, foliorū herbę dictę laçarine, añ. par. ęqua. hęc omnia in modū ſalſę conterantur: deinde. Re. boni vini odoriſe. al. bocale. i. bocalia. ij. aquæ cimoleę, & dictę herbe in dictis aquis exprimantur: & cum fal

E dellis ſtuppeis in hoc madefactis ſupra locum appone. Sed ſi potētia fuerit frigida, prius inungatur locus hoc noſtro vnguento: cuius deſcriptio.

Re. dialtheę, lib.ſ. olei laurini, vnc. iiij. terebin. picis naualis, gręcę, vnc. ij. cerę citrinę, vnc. iiij. galangę, cedoariæ, ana drac. ij. calamenthi, vnc.ſ. thuris, vnc.i. pulueris noſtri, drac.i. fiat vnguentum ſecundū artē.

Ego expertus ſum foris dum eſſem in quāpluribus ruſticis, & in quodā meo cane, qui dum eſſet ab aſpide morſus, ſubito accepi herbam quę dicitur gralega: & īmediate eius ſuccū per cannas tranſmiſi: et īmediate ſanatus eſt. Et tēpore peſtilētię feci fieri ſyrupos. aut rob: & multi cū eo pręſeruati ſunt a peſtilentia. & iſta gralega valet ad oīa uenena cuiuſcunq; generis ſint: ſi eius ſuccus potetur. Et quamuis Aui. nec alij auctores non faciant mentionē, niſi de theriaca diateſſeron, mithricate, diptamo, hypericoni, ariſtol. lon. et rot. terrę

F ſigil. & alijs: ſicut affectione de muſco. tamen ego qui expertus ſum, hoc poſſum dicere de gralega propter viam experientiæ: cum id curet quod eſt oppoſitum permiſtioni hominis. Venenum eſt cuius permiſtio oppoſita eſt permiſtioni hominis. Poſſet argui contra dicēdo ſic. concedo q̄ venenū etc. ſed hoc ſeqtur inconueniens: quia detur q̄ napellus ꝓpter caliditatē ſuam ſit oppoſitum permiſtioni hominis: tūc ergo ſequitur q̄ arſenicū propter frigiditatē ſuā non debeat eſſe oppoſitū etc. Cuius oppoſitū nos videmus: quia arſenicum venenū eſt ipſi humanæ naturę. Sed dicendum eſt ſic. q̄ oē quod excedit caliditate aut frigiditate humanā naturam, eſt venenū. Et cuius permiſtio eſt oppoſita permiſtioni hominis, ſicut opiū, qđ corrigit euphorbium in debita quantitate datum. Eu

G phorbiū etiam eſt venenum propter exceſſiuā caliditatem eius. & econuerſo. ipſum corrigit opium debita quantitate datum: & ſic patet ſolutio. Radix gralegæ ponatur in vino, et patiens vtatur eo donec liberetur ad plenum: & hoc fit ne ſit tanti faſtidij.

Puluis cancrorū fluuialium cum gētiana datū pręſeruat hoīem a morſu canis rabidi. Re. pulueris cancrorū fluuialiū in uaſe in furno vſtorū, drac.i. hoc ſufficit, ſi canis nō erit rabidus: & timeamus. Sed ſi fuerit rabidus addatur gentianę, ſcrop.i. non plus: ut nō inferatur nocumentū infirmo propter eius amaritudinem. detur vſq; ad. xl. dies in mane cū aqua calida. In punctura veſparum, beçul ſuum eſt coriādrum cōfectū cum zucha. Beçul qđ datur in punctura ſcorpionis eſt dare allia ad comedendū in quantitate magna: deinde dare bonum vinū in potu: & locus inun

H gatur theriaca diateſſeron, aut methridate: aut miſceatur illi theriacæ ariſtol. rot. & cæteris appropriatis ad venenū: quia erit maioris potentię: & inungatur oleo ſcorpionaceo: qđ valet generaliter ad oīa venena: & in doloribus auriū. Et nota q̄ ſcorpio cōtritus ſi apponatur ſupra pūcturam eſt quidē mirabile: & nō apponatur alibi: quia magni erit nocumēti: & valet eius oleum in doloribus auriū Ruta fugat ſerpētes: allea fugant ſerpētes. ſuffu migatio ſulfuris: ſi quis comederet radicem rafani, tutus eſſet a ſerpentibus. Hypericon. herba ſancti Ioānis, enula, gralega, ariſtol. lon. & rot. diptamus, theriaca, methridatū, terra ſigillata, laureola, cornu alucorni, bolus armenus.

Recollectarum egregij Doctoris Magiſtri Leonardi Bertapalia ſuper quarto canonis Auicennę finis.

FINIS.

*Castigationes & adiectiones quædam præter infinitas alias quas suis locis reposuimus: in alio codice manu scripto inuentæ in Bertapalia.*

*Pagina.264. columna quarta litera G additur. Aliud ad idem. Rc.cācrorum fluuialium adustorum, & puluerizatorum, pulueris cucurbitæ combustæ, ana unc.5.*

*Pagina.273.col.prima, lit.B post illud, fiat unguentum, additur. Item ualet unguentum magistrale Nicolai, & est unguentū citrinum, quod est generatiuum carnis in complexione carnis.*

*Col. secunda A.6. legendum. generatiuum carnis debet esse siccum circa primum gradum.*

*Pag.276.col.2.C. Si autem, legendum, necessaria fuerit ligatura.*

*Pagina 277 col. prima D in fine descriptionis illius unguenti, loco decoquatur legendum, reponatur.*

*Pag.282.col. quarta H in descriptione illius unguenti optimi. Post olei communis, unc.i. addēdū, bulliant usq; ad consumptionem succorum: & in fine adde minij, unc.iij. & aluminis zucharini, unc.i. & fiat unguentum etc.*

*Pag.287.col. quarta. G. Additur. Vnguentum ad delenda uestigia. Rc. ceræ citrinæ, olei liliorum alborum, quod sufficit, & fiat unguentum. Et adde cymini, & pulueris spicænardi, ana. & adde modicum arsenici, & fiat commistio.*

*Pag.288.col. secunda B. Post illud deinde tergeat bene faciem, additur, suam cum panno lini subtili, et non aspero. Postea accipiat de aquis istis simul mistis unam guttam uel duas in palma manus: & fricet faciē, gulam, & collum. deinde inuoluat faciem: & sic dimittat etc.*

# CHIRVRGIA GVILIELMI De Saliceto Placentini, Medici celeberrimi: nunc primum suę integritati restituta.

Propositum est tibi Bone, ędere librum de operatione manuali chirurgię, vt satisfactio correspōdeat sociorum petitioni, & tui. Scias, ꝙ huius artis rectificatio proprie, nō nisi per vsum, & operationē manualem fit: nam rectificatio omnis artis, pendentis ab operatione, nō rectificatur nisi hac uia & modo. Et ideo rectum est propter hoc in hac parte doctrinæ procedere secundum ea, quæ mihi per vsum & operationem, longo tēpore manifestata fuerunt: & per exempla, vt plurimum currētia in sermone, in quibus sermonibus & exēplis, manibus proprijs laboraui. Diuidam ergo hoc opus in quinq; partes. & primo ponā vnicuiq; parti propria capitula, vt quod inquiritur, possit facilius inueniri. Sed antequam ad principale accedam propositum, faciam vnum capitulū, in quo ponam diffinitionē chirurgiæ: & determinabo de aliquibus ammonitionibus necessarijs, & vtilibus operationibus, astantibus, & infirmis: vt finis nostrę intentiōis melior & nobilior habeatur. Vt hoc autem decēter complere valeam, et tuæ petitioni possim satisfacere cum effectu, Diuinam imploro gratiam incessanter. Primus ergo tractatus erit, De omnibus ęgritudinibus, quę fiunt in manifesto corporis, a capite usq; ad pedes, ab ītrinseca causa. Secūdus erit, De omnibus vulneribus, & contusionibus, quę fiunt in omnibus membris, a capite vsq; ad pedes. Tertius erit, De algebra, idest de restauratione cōuenienti circa fracturam ossium, & dislocationem. Quartus erit, De anatomia in cōmuni membrorum, & figuris, quæ sunt considerandæ in incisione, & cauterięatione. Quintus, De cauterijs secundum ꝙ in membris possunt fieri, & de formis instrumentorum, & de formis oīum mēbrorū, & de medicinis necessarijs ad hanc artē, & vtilibus, penes vnamquāq; operationem.

*Quid sit Chirurgia, Et de regimine medici circa infirmum.*

CHirurgia, est scientia, docens modum, & qualitatem operandi in carne, et neruo, & osse hominis, manibus. Nec credat aliquis, ꝙ operatio particularis, & propria, quæ fit cum manu hominis in particulari fit chirurgia, cum chirurgia sit vna particularium scientiarum, quæ non habet esse, nisi in anima: & est res finita, determinata, & incorruptibilis. Operatio vero particularis, in particulari, pendet ex infinito & in determinato et corruptibili. et sic operatio particularis alicuius, non est chirurgia: quæ est vna scientiarum particularium, contentarum sub medicina: Sed tantum talis operatio particularis depēdet ex chirurgia, quę est scientia, sicut depēdet particulare ab vniuersali. Aliter autē non sciretur modus operandi per rationē, non scita ratione, nisi operatio particularis dependeret ab vniuersali operatione, acquisita per scientiā, q̄ scientia est in anima. Et sic apparet (quod verum est) ꝙ aliquis potest habere scientiā istā, & si nunquā operatus fuerit in ea. Cōformat tū ista scientia cum alijs, quę pēdent ab operatione per vsum, & operationem particularem, in particulari. et ꝓpter hoc, multi sunt huius artis operatores, qui irrationabiliter, & sine causa, imo casualiter operantur, tanquam homines ignorantes, & qui non didicerunt operari a scientibus, sed ab ignorantibus, qui in formis mēbrorum, figuris, dispositionibus, & causis, & signis mēbrorum & morborū, nullo modo se exercuerunt, neq; extra rem sensibilem, corruptibilem, ac particularem, possunt aliquid apprehendere, uel ęstimare. & sic vitam suam in vanum finiunt, propter ignorantiam de principijs ad hanc artē necessarijs. Veruntamen dicitur, ꝙ ille est melior medicus, qui melius nouit aptare, vel contrahere, quod docetur in vniuersali ad particulare, q̄ medicatur,

B non tamen sequitur ex hoc, vt scientia nō cōstet de particulari: & absq; vsu & operatione, confirmationem recipiat omnis scientia operatiua. Operantibus autem secundū hanc artem, in hac scientia, tria sunt necessaria principaliter. primū est, ꝙ ipse Chirurgus totaliter se debet infirmo prębere, in inuestigatione compositionis, & complexionis mēbri lęsi, & causæ infirmitatis, & non erret: aliter enim deluditur hæc scientia, & finem Chirurgus per operationem suam nō sequitur laudabilem. Debet iterum operator huius artis acquiescere, & sequi voluntatibus infirmorum, ex quibus non peruenit detrimentū in suis operationibus: & blanditijs, & verbis suauibus, delectabilibus, ac honestis, infirmum confortare, necnō eidem in omni casu quātumlibet desolato, salutē promittere, & si operator ipse medicus, de casu ac infir-

C mitate tali existat desperatus. nam ex narratione tali ac promissione, acquirit anima infirmi dispositionē, ac affectionem nobilem & occultam, cum qua natura vigoratur, & contra morbum confortatur, ita ꝙ ex ipsa procedit operatio, quæ est fortior quā sit medici opus totum cum instrumentis suis, ac etiam medicinis, & ex qua natura morbus expellitur. cū amicis vero, seu attinentibus infirmi, prout sibi videbitur, de cōditionibus infirmitatis loquat̄, ne ex ignorantia bonę narratiōis, & veræ, inter amicos ad scandalum promoueatur, & ne amici de eo malā habeāt pręsumptionē: & vt non possit dici, ꝙ causa sit mortis eius qui moritur: sed ꝙ sit salutis eius qui saluatur. Neque cōueniens est, vt medicus, siue restaurator, sermonem occultū habeat cum muliere, siue domina, siue ancilla, aut cuiuscunq; alterius generis fuerit,

D nisi talis sermo fuerit pro vtilitate operationis præsentis, futurę, aut huiusmodi: neque debet inhoneste loqui cum eis, nec reuoluere oculos contra ipsas, & maxime corā infirmo: nam ex hoc nascitur contemptio operationis: & fides infirmi per prauam imaginationem debilitatur, & diminuitur de medico. Diminuitur etiam propter hoc operatio virtutis naturalis, cum medicina adhuc vtili, & directe data infirmo: & conuertitur opus medici in errorem. Nā virtus est quę infirmitatem curat: medicus vero nō, nisi cum virtute mediante. Omnium vero, natura operatrix est. Medicus aūt minister. Non committat sapiens medicus furtum, nec cōmittat aut seminet discordiam inter infirmi familiares, nec eis tribuat consilium non petitum, nec vtatur pro posse. cū habentibus famam malam, aut vitia quæcunque alia, quæ

hominibus displicere solent sapientibus. Non rixet cum illis de domo, aliquo modo. nã hæc omnia bonam operationem corrũpunt, & medicum vilipendunt, nec delectetur in familiaritate laicorum. Laici enim semper cõsueuerunt detrahere medicis, Nimia autem familiaritas contemptũ parit, & etiam per nimiam familiaritatẽ, nõ sic audacter, et secure petitur remuneratio operationis condecenter. Et scias hoc vnum, ꝙ bona remuneratio de labore, & salarium optimum, reddit medicũ authoriçabilem, & consortatur fides infirmi super eum: Et si multæ fuerit medicus ignorantię, ita ꝙ infirmus credit, vt melius possit aliis, & debeat ꝓcedere cura sua. Nam omnia ista si decenter a medico conseruata fuerint, debilem eleuant, & eleuatũ econtra deprimũt ad profundum. Obseruet etiam medicus legẽ hoĩum, inter quos fuerit, aut vixerit, & vsus ac cõsuetudines eorum, cum eis ꝓcuret. Pauperes, & omnes pro posse visitet realiter, & personaliter prout decet. Ista enim fama, eius nomen & famam multiplicat in cõmuni, & augmẽtat, & Diuina potentia, per hoc, infundit suam gratiã in eodem, & operatio medici, in his, a quibus recepit prẹmium de labore, nobilior, ac saluior demonstratur. Secũdum est, ꝙ non decet, infirmum sermonibus medici contradicere, nec cõtradictionibus, eius operationibus obuiare. Reddit enim isto modo infirmus, operatorem suspectũ, debilem, et nõ scientem, & timore nimio, medici tremunt, et in mente sua dubitant isto modo medici de omni re, & fit eorũ operatio imperfecta, & curatio eorũ vertitur in errorẽ, et via ista, curabilis ęgritudo, vertitur ad incurabilẽ, & tempore promouetur. Est ergo cõueniens, vt infirmus, narratiõibus operatoris, ac eius operationibus acquiescat, postquã eum prẹelegit in suæ infirmitatis curatione. Nam sequitur per hoc curatio nobilior, & oꝑatio, ac finis curationis vtilior pro vtroq;. Tertium est, vt astantes sint beniuoli, & grati infirmo, & medico obedientes, in omnibus, quæ ad operationem medici pertinere videtur. Neq; conuenit, omnia, quæ a medico principaliter audiuerunt, eidẽ infirmo narrare, nisi talia grata fuerint, & vtilia pro infirmo. Non rixentur adinuicem medici, nec cum infirmo. Priuentur medici susurratione et loquutiõe occulta: per hoc enim reddunt infirmum suspectũ, narratione tali, & inde nascitur timor & dubitatio supra seipsum, de se ipso, & fit ęgritudo nequior, & operatio medici pro nihilo, aut saltem pro minimo reputatur. Extrinseca vero, remanent secundum naturam infirmitatis, in arbitrio medici, ordinanda.

*Summa capitulorum huius libri.*

*De aqua congregata in capitibus puerorum nouiter natorum. Cap. I.*

GEnerale documentum est, ꝙ quatuor principia necessaria sunt, quare aliquod membrum patiatur infirmitatem aliquam ab intrinseca causa, & apostema fit, vel aliud. Primum est præsentia materiæ, vel humoris, in corpore hominis, qui humor non est conueniens vt cōuertatur in nutrimentum membri,
B aut propter multitudinem eius, aut propter eius malitiam: & quum aliquod istorum interiorum, vel ambo reperiuntur in humore, vel humoribus, tunc non probatur esse de natura membrorum, & quū humores non probantur esse ad membra conuenientes, nō est possibile, vt nutriant membra, nisi rectificentur a natura, qui humores aliquando rectificantur, si in breui & debili vitio, ipsi humores fuerint vitiati. Secūdum, est fortitudo, aut debilitas mēbri impellentis. Tertium, est debilitas membri recipientis, seu membri, in quo fit morbus. Quartum, est conuenientia viarum ad transitum humorum, de vno membro, ad aliud. Et volo te notare istud generale in omnibus infirmitatibus, venientibus ab intrinseca causa vitio humorum, quia de isto non faciam amplius mentionē in aliquo capitulo, huius partis, nostri operis. Hęc
C autem infirmitas congregata, nō fit, nisi quum puer, vel puella, est in ventre matris, vel est nouiter natus, & fit ex humiditate menstruali aquosa, cruda, & indigesta, quam natura non potuit rectificare, neq; in puero, neq; in muliere, sed bene potuit ipsam transmittere ad caput, & ad ipsum expellere, & ibidē ipsam congregare, cum causis superius narratis, Propter etiam ipsius capitis capacitatem magnam in comparatione ad alia mēbra extrinseca, & propter capitis fœtus inclinationem super genua ex situ, quo puer situatur in matrice, qui talis est. Nā colligatur matrici mulieris, et renibus eius, & trahit ex venis matricis sanguinem pro eius nutrimento, mediante eius vmbilico ad eius hepar, & etiam propter meliorem habilitationem attrahendi, venter infantis, et eius pars anterior, locatur circa renes mulieris, & tenet manus clausas in pugnū,
D super genua sua, et capite eius inclinato super manus. locatur manus clausa sic, in cōcauo oculi infantis, singula dico manus, in singuli oculi concauo, et sic tenet nasum suū inter duas manus suas. Apparet ergo causa declinationis capitis in ventre isto modo, & quia hæc aquositas sic fluens ab ambitu totius corporis fœtus, descendens ad caput eius, propter capitis inclinationem dictam, & propter alias causas, superius assignatas, sic extendit, mollificat, & relaxat capitis commissuras, & iuncturas, quod exit craneum, & ponit se inter craneum & cutim eius exteriorem. Et signum eius, ꝙ ista aquositas sic situetur, est, ꝙ medicus cum tactu cum digitis, non sentit, nec consequitur os capitis: et quandoq; ponit se ista aquositas inter craneum, & siphac cerebri, vel duram matrem, & signū huius est, quia medicus cum suo tactu, consequitur os capi-

tis, & quandoq; ponit se ista aquositas inter craneum & siphac cerebri, vel duram matrem, & signũ huius, est, quia medicus cum suo tactu, consequitur os capitis, sed ista est difficilis curatiõis, & est magis periculosa quã prima. Hæc.n. ęgritudo, saltẽ primo modo, est facilis cognitionis, quia solum ex visu, et tactu cognoscitur faciliter. Cura huius morbi est secundum antiquos vna: alia est ex vsu. Nam quidam volũt remouere aquam istam, cum incisione lineali, in parte anteriori capitis, in loco, qui dicitur frons: vbi ossa in aliquo puero non continuantur, nisi post longum tempus, & alij cum incisione triangulata, et alij cum incisione cruciata. Quidam vero alij volũt istam aquam extrahere cum incisionibus eiusdem, sed factis ĩ loco decliuiori tumoris capitis, vel in parte posteriori, dũmodo aqua illa possit a loco exire. Sed in hoc isti omnes cõueniunt, & bene, ne hora incisionis aqua ista tota extrahatur: sed paulatim, & diuturna, & hoc, secũdũ istorum viam, est conueniens. Sed ego, meo tempore, non vidi aliquem, secundũ istam viam curari, qui euaderet: nec credo per viam istam, aliquem euadere posse pro certo: quia cum ista infirmitas non appareat, vt dixi supra, nisi in his, qui nati sunt, infra septem dies, non videtur decens mihi propter teneritatem & debilitatem ipsorum, talibus incisionibus vti. Ego autem uidi quendam, in quodam hospitali Cremonæ, quem natura rectificauit per se, sed tamen temporis longitudine, & vixit puer ille longo tempore. Post hoc visum, ego sumpsi ex tali operatione naturæ, modum quendam curationis per me ipsum, cum exiccantibus paulatim debere procedere, & sic venit ad me filia cuiusdam amici mei, tali morbo laborans, et tractaui ipsam modo curationis, quem ponam tibi in scriptis. Primo processi in cura eius, hac uia: quia incepi vngere omni die caput eius totum cum oleo chamomillino, vnc. iiij. sulphure, vnc. i. mistis simul et calefactis, bis in die, et post vnctionem, ponebam, subito lanam calidã succidam, super toto capite: aut saltẽ pannũ de lana nouum, calidũ: & sic facta continuatione per mensem, & plus, natura confortata fuit sup morbo: & incepit manifeste exiccari de humiditate illa: & quia sic mihi apparuit, ꝙ ista humiditas erat ĩter craneũ & cutim exteriorẽ capitis securius procedere potui, cum fortiori re, & etiam quia membra, huius puellæ erant quodãmodo firmata iam, et quia ista species est periculi minoris, quã alia, volui facere, & feci post hoc, quoddam cauterium punctale in anteriori parte capitis, intra locum, qui dicitur frons, et impressi cauterium vsq; ad aquã, & sic aqua ipsa incepit paulatim exire, seu emanare. Post paulũ tempus, feci alia duo cauteria in parte posteriori capitis, vbi coniungitur nuca capiti: ex quibus similiter emanabat aqua ad mei voluntatem. Et sic cum vnctione supra dicta, & his tribus cauterijs per tempus, donec illa aqua exiccata fuit perfecte, puella infra medium anni sanitati restituta fuit, Dei gratia. Sed vnũ nota, ꝙ ex cauterijs non dimittebam exire aquam illam, nisi distillãdo, & & claudebam eam, cũ tentis lineis omni die, hora mutationis, perfecte & decenter; & sic ligabam, ligatione conuenienti caput eius totum. In illa autẽ aqua, quæ clauditur inter craneum & siphac cerebri, procedere debes cum eisdẽ rebus & modis, timendo tamẽ plus de debilitate virtutis infantis, & de approximatione cauterij, propter approximationẽ maiorem aquæ ad

E cerebrũ: Nã in hac specie infirmitatis, timorosius, & subtilius, procedendũ est, quã in alia iam dicta.

*De crusta, uel scabie in capitibus puerorum qui lactantur, & in eorum frontibus.* Cap. II.

HÆc ægritudo nõ cognoscitur apparere in pueris, nisi quũ lactantur, & vocatur crusta, seu lactumen, & fit in eis in frõte & capite, & multoties diffunditur ad alia membra. Et nascitur ista ægritudo in pueris, propter acuitatẽ lactis, inducentis salsedinẽ in nutrimento pueri: vel in materia, quæ in nutrimentũ cõuerti debet. Materia aũt illa, in qua fit impressio uel ĩmutatio huius salsedinis, est humida et viscosa. & signum, ꝙ acuitas lactis cũ tali materia, fit causa huius infirmitatis, est asperitas reperta in cute capitis infantis, cũ tenacitate crustę: nam asperitas illa crustæ, significat super

F asperitatẽ, adustionem, & siccitatẽ humoris: tenacitas vero et inhęrentia, superuiscositatẽ eius.

Cura huius infirmitatis est, ut ungatur locus bis, aut ter, aut quater, aut quoties locus exiccari videbitur, cum oleo de chamomil. misto cum butyro nõ salito, aut pinguedine gallinę, aut pinguedine renũ castrati, aut huiusmodi humectantibus, tibi notis: & illa sint localia. s. vnctiones, aut emplastra, aut lotiones, aut fomentationes humectantes. Nutrix vero infantis abstineat se ab omnibus salsis, a caseo saltim salso: a carnibus grossis & salsis: ab oĩbus acruminibus acutis. s. ab oleo, cœpis, porris, & huiusmodi: & ab oĩbus speciebus acutis. s. pipere, sinapi, zinzibere, & huiusmodi: a confectiõne de melle piperato: a vino potẽti non lymphato: ĩmo inter omnia alia, bibat vinũ multum lymphatũ cum aqua decoctionũ, rerum humectantium,

G & aliqualiter infrigidantiũ. Fiat balneũ toti corpori infantis: & specialiter, capiti eius, cũ aqua decoctionis florum chamomillę, rosarũ violarũ, hordei, maluarũ, althęę, sem. fœnugræci, se. li. et huiusmodi humectãtibus, nõ calefaciẽtibus, saltim notabiliter & in veritate, secundum viam istam, meo tempore, multos liberaui a morbo isto, sine aliquo periculo, & timore, aut infamia ignorantiæ.

*De tinea, uel alopecia, humida, uel sicca, uel de pediculis.* Cap. III.

TInea est defedatio cutis capitis, ex crustis, seu ꝓpter crustas, sine humido aliquo fluente, aut cũ humiditate quadã currente cum ea, cũ casu capillorũ, aut saltim eorũ diminutione. Illa vero, quæ est cũ crustis, sine hũido fluente, fit ex materia adusta corrupta, 

H quę adustione sua cum malicia corrũpit, corrodit, & adurit cutim, & radices capillorũ exiccat ab humiditate sustẽtante ipsos: et sic cadunt. Cognitio aũt huius habetur per visum, quia apparẽt crustę crocee, aut nigrę, aut virides, quę nõ emittunt aliquid humiditatis: & aut emittunt parũ humidi subtilis, in modũ uirus, & ueneni, & in tali, capilli deficiunt, & cadunt. Est autẽ alia tinea cũ crustis humidis & corrosis, in quibus corrosis apparet aliqua albedo, uel saltẽ cinereitas quędã et ab eis manat, humidũ cineritium, et uiscosum: et cũ cum hoc capilli etiã deficiunt. Et nota, ꝙ in utraq; tinea, aliqñ multiplicantur in capillis pediculi: et maxime in pueritia, & adolescentia: ubi humiditas putredinalis multũ abundat: qui pediculi, ex putredine malæ materię ibidẽ cõtẽtę, generãtur. Et isti pediculi etiã magis apparẽt in tinea humida, in quocunq; corpore fuerit

fuerit talis tinea, siue puerili, siue iuuenili, siue senili.

Curatio autem tineæ siccæ, est, vt primo omnes capilli radantur, secũdum quod melius, ac subtilius radi poterunt: & post rasum totum caput, cum oleo violato mixto cum pinguedine gallinæ, & butyro vaccino, & pinguedine renium castrati non salitarum, aut huiusmodi humectantibus, actu calidis, vsque ad tres dies locus vngatur. Quarta vero die locus scalpelletur, & cutis tota ꝓfunde, vt fluat sanguinis multitudo. & illa eadẽ hora, post exitum sanguinis, lauetur locus totus scalpellatus, cum aqua decoctionis meliloti, florum chamomillæ, fumiterræ, folliculorum senæ, epithymi, amygdalarum dulcium, ficuum, passularum, althææ, & huiusmodi humectantium, & leuiter calefacientium: & post ablutionem istam subito fricetur cutis capitis tota cũ alumine fęcis vini, dissoluto cum aqua decoctionis supradictę, vel cum cœpis, vel cum alliis, vel synapi, vel cœpe squillitico: vel saltem cum panno aliquo grosso, aspero, & calido, et aceto acuto, aliqualiter mordicatiuo, forti fricatione. Et post istam fortem fricationem, iterum abluatur locus, cum aqua decoctionis supradictæ. Et post istam secundam ablutionem, siccetur caput cum panno lineo albo, et post dictam siccationẽ, vngatur caput totum, cum dicta vnctione superius. & hoc iterum fiat vsque ad tres dies, bis in die. Quarto vero die, aut circa, considera cutim, si tibi videtur munda, vel non: si enim non fuerit munda, tunc redeas ad fricationem antedictam, & lauationem, & ad fricationẽ cum alumine fęcis vini, sine aliqua ampliori, vel vlteriori scalpellatione: nam scalpellatio non debet fieri, nisi semel, saltem fortis, vt fuit iam dictũ. & post fricationem talem, ablue locum vt supra: & vnge postea vt supra. & sic de quarto die, in quartũ, fieri debet, donec cutis fuerit munda: quæ mundificatio cognoscitur, per remotionẽ putredinis acutæ, & fœtoris, & per claritatem cutis & carnis, & eius ęqualitatem. Et quum cutis munda fuerit, vngatur tunc totum caput semel in die, de vnguento tali, donec sanetur perfecte, & capilli eius creuerint, & fuerint multiplicati decenter, Re. cineris capillorum humanorũ drach. ij. vel vnc. 5. fęcis olei, semi. lini vnc. iiij. mellis puri despumati vnc. iiij. myrrhæ vnc. i. &. 5. puluerizetur myrrha optime, & misceatur omnia illa simul. istud enim vnguentum, cutim, partim mundificat, et bene cutim firmat, & consolidat, & capillos multiplicat, si cutis non fuerit callosa: nam in cuti callosa, per ingenium medicinale, non nascitur pilus, nisi callositate remota. Si autem patiens fuerit taliter, aut foret sexaginta annorum, aut plurium, dentur ei sero, & non cœnet, pillulæ, quæ sic fiunt, Rec. hellebori nigri drach. i. senæ, epithymi, ana drach. 5. agarici drach. i. &. 5. mastiches, spicæ, ana drach. 5. aloes drach. iiii. pilulæ fiũt cum succo appii, ad modũ ciceris albi, dosis est drach. i. & debet dari in principio morbi ante scalpellationem: nam istæ pillulę purgant materiam adustam ex omni membro.

Eodem modo procedendum est in humida tinea, preterquam in vnctionibus cum oleis, & pinguedinibus antedictis, illo modo, quo fit in illa: quia illa fit cũ oleis antedictis sine mixtione cum aliquo re multum forti, aut acuta. In ista vero fit fricatio cũ alumine non solũ dissoluto in aqua supra dicta, sed dissoluto in forti aceto. Pilulę vero pro tinea humi-

A da, sic fiunt, Re. agarici pulpę coloquintidæ mastiches, ana drach. i. aloes drac. iii. fiant pilulæ cũ succo porri. dosis earũ est drac. i. Et per istum modũ multos curaui de humida, & sicca tinea in veritate.

Curatio pediculorũ capitis, est isto modo: abradantur capilli, et lauentur cũ decoctione antedicta, & bene siccetur caput, deinde vngatur cũ hoc vnguento, probato ad istud, per tres dies. Descriptio vnguenti. Recipe myrrhæ vnc. 5. aloes vnc. i. agarici drac. ii. olei de amygd. amar. drac. iii. olei laurini, olei nucleorũ persicorũ ana drac. i. &. 5. puluerizatis puluerizandis, optime oĩa simul misceãtur, & locus vngatur. Valet etiam sine capillorũ abrasione, & hoc in vulneribus, que non patiuntur abrasionem. Sed non sic commode fieri potest.

B

*De furfuribus, et scissuris, in capite apparentibus.* Cap. IIII.

FVrfures sunt superfluitates genitę in capitis cute & fiunt ꝓpter dominiũ siccitatis in materia, et super loco, vnde separantur quędã partes a quibusdã, & fiunt furfures & scissurę. Signũ aũt harũ est, fricare locum, vt aperiantur scissurę, & furfures cadunt.

Cura harum est, vt locus fricetur omni die, cũ puluere vitri, qui sic fit. Reci. vitri vnc. vi. teratur vltima tritione, & cribelletur, primo cũ atamine: deinde cũ pecia lini subtilis, & misceatur puluis iste cũ vnc. v. farinę lupinorum, & vnc. ii. spumę maris, & vnc. i. aluminis zuccharini: deinde facta capitis lotione cũ aqua decoctiõis florũ chamomil. fumiterrę, & aliquorum dictorũ in precedenti cap. de tinea, & debita exiccatione, fiat bona fricatio, & fortis cũ puluere isto. Post uero fricationẽ, fiat iterũ lotio capitis bona, cũ decoctiõe antedicta: deinde debite caput exiccetur cum pãno lineo mundo, aspero, calido: & post exiccationẽ istam, ungatur caput cũ oleis, & unctione, dicta cap. pręcedẽti de tinea. Si aũt per hoc nõ consequatur cura perfecta, ponãtur postmodũ uentosæ super spathulas, & sub mento, & fiat sanguinis attractio notabilis, si sit ęger robustus. Deinde proceditur cũ localibus, ut prius dictũ est. Sed fiat fricatio cum rebus fortioris acuitatis, & abstersionis, alumine fæcis uini potẽtis addito. cũ antedictis, aut solo, aut cum cępis, aut alliis, aut squilla, aut sinapi trito, aut hmõi fortibus saltim notis: qua fricatione facta, ꝓceditur ut prius. Et si esset ęger. xvi. annorũ, dẽtur ei pilulæ, quę sic fiunt. Reci. ellebori nigri unc. i. senę, epithymi ana drac. 5. agarici drac. i. et. 5. mastiches drac. i. aloes drac. iiii. fiãt pilulę cum succo appii. dosis eius sit drach. i. & istud fiat ante localiũ applicationẽ. Curaui quendam fratrẽ pręedicatorẽ amicũ, hac uia, in ueritate. Et attende hic quoddã generale documẽtũ, quod in ista passione imo in omni capitis passione, quæ requirit cutis abstersionem, abrasio capillorũ, bona est & conueniẽs, immo necessaria, si debent medicinę debite operari.

C

D

*De apostemate saniosо in capite, & fronte, & de ruptura.* Cap. V.

HOc apostema non fit, nisi in capite solo, & in pueris utplurimum: & hoc ꝓpter eorum abundantẽ humiditatẽ, superfluam, & phlegmaticã: & fit ut plurimũ etiã id apostema ex dulci phlegmate, puro, aut parum aliis humoribus mixto. Aut etiã fit ex phlegmate sanguine misto: Sed cũ phlegmatis domi-

nio, vnde ex hoc aliqñ apparet ibi vestigiũ cholerae, & melancholiæ. Et signum huius, ꝙ ita sit, est, quia in omni sanguine ita peccãte, apparet uiscositas q̃dam, & albedo quædam, mixta cum aliquali rubedine, & raro cum citrinitate, uel nigredine: & hoc non prouenit, nisi a dominio & mixtura phlegmatis cum sanguine, & aliorum humorum saltem ita notabili.

Curatio huius est, vt intendas pro posse ad digestionẽ & maturationẽ huius apostematis, subito quum apparet: nõ repercutias in principio, ꝓpter mẽbrum notabile, quia cerebrũ, & non ꝑmittas maturationẽ vltimare: nã sanies vltimata maturatione maturata, acq̃rit nitrositatẽ quãdam, & acuitatẽ: & fit quasi uenenum, & destruit, & corrodit lacertos, capitis carnẽ, & cutim: & disponit sic locum: & etiam sic ꝙ medicus non consequitur consolidationem, nisi cum difficultate maxima.

Maturatiuum ergo empl̃m, bonũ ad hoc: quo, meo tpe, vsus sum in isto casu, est id, Rec. tres cæpas numero, & vitellos ouorũ numero. iij. duros non multũ, coctoꝶ sub prunis, & misceãtur optime oĩa simul, & optime pistẽtur simul, & incorporent̃: quo facto, addat̃ cũ eis axungia porcina, aut de butyro, tantũ, quãtum est medietas totius alterius rei mixtæ: & tũc de eo unguẽto calido, sup pecia extenso, ponat̃ super apostema: deinde falda de lana nõ lota desuper ponat̃ & liget̃. Item si indiges fortiori mollificatione, tunc Re. de radicibus althææ, tantũ, quantũ est id totũ quod factũ est primo: & tunc optime mundet̃ a cortice supiori, & a terra lauet̃, & in frusta incidatur, et tunc coquatur in aqua dulci optime, donec radices illæ tenerescant: & tunc pistentur optime: & addant̃ cum antedictis: & fiat, vt prius. & ẽt id optimũ, per me bene ꝓbatũ est. Aliqui addunt farinã fœ. gręci, & se. & florẽ chamomillæ, et cum coctione althææ sufficiẽti, cum omnibus simul mixtis, faciunt emplastrum: & est optimũ & fortius, in digerendo.

Maturato apostemate, incidatur secundũ longitudinem ipsius, videlicet scindẽdo ipsum ꝑ mediũ, aut s̃m figurã triangularem: & non crucialem vt q̃dã fatui agunt: nã incisio crucialis, multũ impedit lacertos capitis in motu suo, ut satis patet. Facta incisione, & sanie euacuata, impleat̃ subito locus vacuus totus, cũ tentis inuolutis in alumine zucharino trito, ĩmixto cũ vino, & vitello ouorũ, aut etiam cum albumine, si sit sanguinis fluxus: & sic fiat oĩ die bis vsq; ad tres dies. Sup loco vero ponat̃ istud mundificatiuum, et post illos tres dies imponat̃ in vulnere, Rec. myrrhæ vnc. i. sarcocollę vnc. ʒ. farinæ ordei vnc. iiij. mellis. q. sufficiat, vt fiat incorporatio in forma emplastri mollificatiui. Et si sit necessaria fortior mundificatio, mundificet̃ cũ vnguento apostolorũ, aut vnguẽto viridi: de quibus faciã mentionẽ in fine huius nostri operis. Facta mũdificatione, incarnetur locus cum puluere incarnatiuo tali. Re. thuris minuti vnc. ʒ. ireos, dragãti, ana vnc. i. puluerizẽtur optime: & cribellent̃: & simul misceatur: & in vulnere ponãtur. Facta incarnatione, consolidetur cum puluere isto, Re. nucis cypressi vnc. i. myrrhæ vnc. ʒ. pulueris gallarũ vnc. iij. boliarmeni drac. ij. aloes vnc. i. pulueerizentur & cribellentur optime: & super loco ponantur: aut ex his pulueribus cũ oleo & cera sufficientibus, fiat vnguentũ. De vnguentis tamen consolidatiuis & incarnatiuis, dicam in fine operis saltem.

E

*De apostemate non sanioso in capite, aut fronte, & uocatur nodus.* Cap. VI.

HOc apostema, fit ex melancholia vt plurimum sola, aut modicũ mista aliј humori: aut etiam fit ex phlegmate gypseo solo, aut aliqñ etiã fit ex vtrisq;. Et est duarũ figurarũ: vna figura est, quia qñq; reperitur cum pede suo subtili, ad modũ pedis vnius ficus, qñq; cum ęqualitate quadã extra pedẽ & partẽ superiorẽ, vt tota sit ęqualis tumoris, & nõ cũ pede subtili sit, ad modũ pedis ficus, vt fuit prima. Et significatio huius apostematis, & differentia iam dicta, nõ habetur nisi ex visu & tactu, satis notis.

Cura huius apostematis, saltẽ illius, quod habet pedẽ in modum ficus, est, vt incidatur totaliter cũ rasorio acuto extra eius radicẽ & pedẽ, & post totalẽ incisionẽ eius & eradicationẽ, cauterizetur locus cum ferro ignito, fortiter, vsq; ad os capitis, ita, vt tota apostematis radix abiјciatur: deinde super eschara facta ex cauterio ponatur butyrũ, aut aliud pingue, vt eschara putrefiat, & cadat: & remota eschara, mundificetur locus aliquantulũ, cũ vnguẽto apostolorũ nigro, aut viridi, de quibus dicã in fine operis. Et post mundificationẽ, incarnetur locus cũ puluere incarnatiuo, dicto superius, in cap. pręcedenti de topinaria. Deinde cõsolidetur cũ puluere cõsolidatiuo, etiã iam dicto in eodẽ cap. In illo aũt apostemate, quod nõ habet pedem illũ in modum ficus, sed est ęqualis figuræ per totũ, fiat incisio eius secundũ figurã triangularẽ, & totũ quod intus est de fœtido & corrupto, eleuet̃, & eleuato pro posse, postea subito impleatur locus cũ tentis de lino, inuolutis in alumine rochę, cũ vino & vitello oui, & misto etiã cum albumine oui. Si vero fluxus sanguinis infestaret, imo si sic foret, dimittę pro tunc vinũ, & approximetur albumen oui cũ vitello, & pulueribus sanguinis cõstrictiuis, vt thure, boloar. gypso, sang. draco. aloe, tela, aranei, farina uolatili molẽdini, puluere qui est in ore furni, & pilis leporum, & hmõi, vsq; ad sanguinis restrictionẽ: & nõ dissoluatur locus per diẽ totã & noctem ad minus. Post vero sanguinis constrictionẽ, impleatur cum mũdificatiuo dicto, cũ alumi. zuccharino, vino, vitello oui, & melle, & hoc su. fiat vsq; ad tres aut quinque dies. Postea vero, si sit expediẽs fortior mũdificatio, mundificetur locus cum vnguẽto apl̃orum, nigro, aut viridi, quod fit cũ alumi. rochę, floris ęris, & melle, partibus ęqualibus eorũ sumptis. Facta mundificatione incarnetur locus cum puluere incarnatiuo dicto superius. Facta incarnatione, cõsolidetur cũ puluere cõsolidatiuo, dicto etiã superius, aut cũ vnguẽtis factis ex dictis pulueribus, additis cera & oleo sufficientibus.

F

G

H

*De ophthalmia calida, uel frigida, uel de ordeolo.* Cap. VII.

OPhthalmia, est apostema in oculo, aut in eius cõiunctiua, quæ aliquãdo est cum rubedine coniuncta liuiditati cuidam, & cum dolore, & cũ lachrymis labẽtibus, & tunc est ex sanguine peccãte. Quandoq; ex cholera, & in hac sentitur punctura, in modũ puncturę acus, sine rubedine notabili, & sine magno tumore, & inflatione, aut grauedine, in modũ extensionis, aut ponderis: quia qñq; est cum tali rubore, grauedine aut punctura, non. s. tanta, tamen tunc est ex sanguine. Qñq; est sine rubedine, saltẽ ita notabili, sicut

cut precedēs: sed est cum inflāmatione quadā notabili, & albedine quadā, remissa. s. rubedine, & cū grauedine oculi, extēsione, & ponderositate quadā, et tunc fit ex phlegmate. Quandoq; est cum fuscedine, & nō cum multa inflāmatione, nec tumore, aut venarum coniunctiue extensione, & tunc fit ex melancholia, alijs humoribus domināte. Et ista sunt signa ophthalmiæ quomodocunq; causatæ.

Hordeolum autē, est apā calidum, vt plurimum nascens in palpebris oculorū. fit semper: & saltē vt plurimū ex humore calido, qa ex sanguine aut cholera. Et quādoq; fit ex humoribus alijs: & tunc nō appellatur hordeolum, sed nodus, de quo faciemus mentionē in sequēti capitulo. & signa huius sunt, tumor in palpebra, in modū ciceris, aut fabę, aut quādoq; plus, secundū materiei abundantiā & furiā: & rubedine, pulsatione, & dolore fortibus.

Cura ophthalmiæ, quę fit ex sanguine, aut cholera, est, φ in principio fiat phlebotomia de vena cephalica, ptis oppositæ oculo ophthalmico. Postea vsq; ad tres dies, si fuerit grandis īfestatio, fiat phlebotomia de cephalica eiusdem partis cū oculo ophthalmico. Et in eius vitæ regimine nō bibat vinum vitis aliquo modo: sed bibat cū vino de granatis, aut agrestis, aquā coctā zuccharatā: comedat lactucas, aut cucurbitas, aut portulacas elixatas & coctas ī aq, in q̄ coquitur pullus, ptisanam hordeaceam cum eodē brodio confectā cum zuccharo: aut micā panis lotā pluries in aqua, cum dicto brodio, & aliquantulū de pullo comedat, & parum, saltem si sit persona robustæ cōplexionis. Et ista vita obseruetur usq; ad declinationē apostematis, & securitatē ab humorū fluxu. Post vero phlebotomiā, fiat istud emplastrum oculo. Re. rosarum rubearū, florū chamomillę. sem. anethi. ana vnc. i. se. caulium, se. vrticæ, se. fœniculi, se. endiuiæ, ana vnc. s. mollificētur oīa ista in aqua feruenti: deinde bene terantur in mortario: quibus tritis, inspissentur cum farina fœnugræ. farina sem. lini, et farina hor. dei, ana æqualiter, cum decoctiōe antedictorū: & impinguētur cum axungia gallinę, oleo chamomillę, & anethino. Et ex his oībus simul mistis, fiat emplastrū. Hoc etiā emplastrum remouet tumorē resoluendo inflāmationē sua anodynitate. Si autē via ista nō curatur, tunc cum pilulis istis purgetur. Rec. scāmonee, drac. s. mastiches, drac. i. aloes, drac. i. fiāt pilulæ, istis oībus optime pistatis cum succo lactucarū, aut endiuię, aut rosarū. aut istarum aqs, dosis istarum. fit dra. i. Si aūt ophthalmia, fuerit materia frigida, cōedat carnes pullorum elixatas, alteratas cum lactuca, aut endiuia, aut portulacis, aut seminibus cōibus, brodio cicerum rubeorum vtatur: carnes hædinas cōmedat, & auium paruarum: vinum lymphatum multum debile bibat, amygdalas tn̄ comedat. Et purgetur cū istis pilulis, nulla facta phlebotomia. R. ellebori nigri, dra. i. agarici, pulpę colocynthidos, styracis, mastiches. an̄. drac. ꝭ. aloes, drac. iiij. fiat pilulę cum succo apij, dosis est drac. i. et oī hebdomada sic fiat. Emplastrum vero cōueniēs ad maturādum huiusmodi ophthalmiā, & ipsam resoluēs, est. Re. aloes, myrrhæ, styracis, boli ar. fari. fœnugræ. farinę lupinorum, ana drac. ꝭ. puluerizanda puluerizētur: deinde cum drac. i. fari. hor. olei chamomillę, & sem. anethi. fiat emplastrum: et oculo superpōatur. Istud. n. emplastrum, resoluit, calefacit, & exiccat, & breuiter, curaui istā infirmitatē pluries

A leuiter. Emplastrum vero optimū ad hordeolum, est istud. Re. cerę nouę, vnc. s. aloes, drac. ꝭ. cerussæ optime puluerizatæ drac. i. olei rosa. quātū sufficiat ad incorpandū, fiat emplastrū. Istud. n. emplastrū hordeolū resoluit, refrenat eius acuitatē, et cū facilitate curat.

*De nodo in palpebris.* *Cap.* VIII.

HÆc ægritudo, facilis est cognitiōis: & nascitur ex humore melācholico, crudo et duro: et īuiscatur ī lacertis palpebræ superioris vel inferioris.

Cura eius est, īuersa palpebra versus exterius, si uis ipm nodum extrahere a parte interiori, scinde palpebrā in parte interiori secundū rugarum incessum super nodo. Deinde extrahe ipm nodum totaliter: postea subito liga locum cū albumine oui, & ī die vna cōsolida sic locum, et nō moueas. Deinde, pcede

B cum mundificatiuo & cōsolidatiuo notis, si expedit. Si vero vis extrahere ipsum a parte exteriori, scinde palpebram in parte exteriori, secundum rugarum incessum, vt prius, super nodo: deinde ipsum euelle: postea liga locum cum albumine oui per diem. Post hoc vero, procede cum mundificatiuo īcarnatiuo et cōsolidatiuo, notis, vt prius, si expedit: aut post appositionē albuminis oui dicti ut supra, puluis cōstrictiuus ex bolo armeno & aloe cum vino calido mistis & pecijs infusis ī isto medicamine, pōatur super loco: vsq; ad tres dies, bibat vinum debile, multū lymphatū: & comedat carnes pullorū elixatas. hędinas, castratinas pdicinas, & aues paruas in nemoribus degētes, & nō in aqs: vtatur brodio cicerum rubeorū, et cōfectionibus aperitiuis, ut diarhodō triasandali t ūc. donec sanetur: & sic redeat ad eius consuetudinē viuendi.

C *De ungula & albedine in oculo, & de eminentia oculi propter rupturam corneæ.* *Cap.* IX.

HÆc autem ægritudo, ex solo aspectu, et figura, & longitudine, ac diuturnitate suæ durabilitatis, indicat se frigidam, et a frigida materia fieri. Et propter hanc causam, propter infiltrationem istarum infirmitatum, & in membro isto, quia in oculo, ppter etiam teneritatem eius, & ipsius mobilitatē ac nobilitatem: quia non tractatur cum instrumento manuali: nec cum manibus potest tractari, nisi cum periculo: non uidetur mihi bona cura pro te, facienda cum manibus tuis mi Bone, amice fidelis: qa est cura, quę potius pōt pertinere ad dedecus, quā ad honorē nec lucrum: nec de leui pōt ad laudabilē finē perduci.

D Cura tn̄, qua meo tēpore fui vsus, est hæc. Nunquā promisi, nec tu promittas, sanitatem libere de hoc: sed bene dicas, facere tu posse. Primo ergo ordina sibi diętā talem, ut comedat carnes castratinas, arietis vnius anni, & hædi, et etiam pullorum coctas cum fœniculo, petroselino, & boragine, ac cum omnibus istis, aut cum vno istorum, comedat: & carnes perdicum, phasianorum, & auium paruarum, coctas in aq̄ aut veru, & testula. Sumat aliquando mane vitellos ouorum tremulos, cum vino aromatico, lymphato cum aqua cocta zuccharata, vtatur brodio cicerum, vtatur ptisana hordeacea, sed raro. vtatur vino lymphato. Et vtatur in suis cibarijs puluere isto. Re. cinnamomi, vnc. ꝭ. cardamomi, vnc. s. folij, drac. ꝭ. croci, ana dra. i. Bis vero ī mēse, vtatur pilulis istis, Re. agarici, dra. ꝭ. mastiches, dra. i. turbith, dra. ꝭ. aloes, dra. vi. fiāt pilulę cū succo rutæ, aut chelidōię, dosis fit, dra. i.

Et ſi nõ poſſet pilulas ſumere, detur trochiſcus vnus, qui ſic fit. Re. turbit albi puluerizati drach. iij. zinzib. cõditi. drac. i. fiat trochiſcus vnus, & incorporentur illa duo cum uino, vel aliquo liquore: detur in media nocte, & maſticet ipſum, & tranſglutiat: & poſt eum bibat aliquantũ vini lymphati: & dormiat aliquantũ ſuper eum: pilulas vero ſumat de ſero, & nõ cœnet. Cũ remedijs localibus, ſic ꝓcedebã cõtra eminentiã, quæ fit ꝓpter rupturam corneæ: ponebã acum argenteam in medio eminẽtiæ, & perforabã ipſam vſq; ad aliam partẽ eminentiæ, & quod cõtentum fuerat, aut cõprehẽſum cũ acu remouebatur. deinde bolũ armi. cum albumine oui cõquaſſato, bene mixtis ſupponebã. Sed attende, ꝙ de hoc non põt per ſcripturã perfecta doctrina inueniri, niſi per viſualẽ operationem, in vſum operandi. In albedine aũt plana, et maculis paruis, ꝓcedebam cum pulueribus & collyrijs, quæ ſic fiunt. Rec. tuciæ vnc. ʒ. auri pigmenti drac. vi. ſalis nitri drac. iij. pulueriz ẽtur optime, & cribellentur cũ pecia optime: deinde miſceãtur cũ ſucco rutæ, chelidoniæ, bardancæ, & fœniculi, & ponantᷣ ad ſolem, et dimittantᷣ conſumi ſucci, & totũ exiccari: deinde pulverizentur iteꝝ: & adhuc miſceantur cum hmõi ſuccis dictis: & ſic iterum ponantᷣ ad ſolem, & dimittantᷣ vt prius: & breuiter, fiat ter, aut quater, quo facto, terantur oĩa ſuper lapide, ſuper quo teritur cinabrium & ſic ſicce ſine aliquo: deinde cribellentur cum pecia linea munda, aut cum ſyndone: & de iſto puluere, ſemel in die, in oculo ponatᷣ cum ſtylo ſubtiliter. Alius fortior puluis. Rec. tucię drac. i. floris æris drac. i. & . ʒ. auripigmenti drac. iij. aluminis zucharini drac. ij. terantur, cribellẽtur, & nutriantur cum antedictis ſuccis, vt prius: & fiat recte puluis, vt prius. Aliqñ cum iſtis eiſdẽ rebus, mixtis cum ſuccis dictarũ herbarum optime depuratis, cum fęcibus & vino maluatico, & aliquãtulum bullitis, faciebam collyria humida. Aut ponebã herbas per ſe, & pulueres non multum tritos per ſe ad lambiccum, & faciebã diſtillare aquã, quam recondebã in vrceolis vitreis, & ea vtebar in prædictis caſibus: & nota hic vnum, ꝙ iſti pulueres antedicti, nõ poſſunt confici ſecundum modũ dictum, niſi in ęſtate: & faciebã cum hoc duo cauteria poſt aures: & imprimebã ipſa vſq; ad os capitis: & dimittebam ipſa aperta per mẽſem, vel circa, & nõ plus. Et in veritate cũ hac via reduxi ad finẽ bonum. Quidã vero perforabãt eminẽtiam corneæ cũ acubus duabus interſecantibus ſe crucialiter in medio eminẽtiæ; et ligabant cũ filo laneo, vel lineo, ipſam eminentiã ſub acubus, & ſic dimittunt per vnum diem: ponẽdo ſuper loco aliqua frigida repercuſſiua: & poſtea incidunt: aliquando vero incidunt hora perforationis, & ligationis, & poſtea cum repercuſſiuis, et ſtypticis, procedunt. & quilibet modus bonus eſt. Contra vngulam, quę eſt macula alba, in modũ vnguis, ſup nigredinem oculi, & qñq; vſq; ad pupillã, & non adhærẽt, cõiunctiue: procedebã cum inſtrumẽtis argẽteis, & ferreis obtuſis, et cũ acubus: & incidebã vngulã maculas & febel, & albedinem illam apparentem ex parte lachrymali, vbi erat radix: & ex parte corneæ, vbi erat neruus. & hæc operatio, erat poſt operationem, quæ fit cum medicinis localibus, quando ipſę locales medicinæ non conferunt. Nec debent huiuſmodi operationes, cum inſtrumentis manualibus fieri ab aliquo, niſi poſt bonam viſionem, et longum vſum,

E cum optimo magiſtro, & experto: quia hęc non poſſunt per ſcripturã manifeſtari: & per conſequens nec cõprehendi per diſcipulũ, niſi viderit operari. Remedia localia quę probari debẽt, & pręcedere, tanquam leuiora, operationẽ cum acubus, & alijs Inſtrumẽtis, ſunt hec. Primo ſuper ſuis cibarijs, ponatur oĩ die, de puluere, qui ſic fit. Recip. pipe. rotun. cõis, zinzib. ana vnc. ʒ. aut drach. iii. cinnam. electi vnc. i. cardamomi, folij nuc. muſca. macis, carui, galange, ana drac. ʒ. croci ſcrup. ii. pulueriz ẽtur ſubtiliter, & cribellẽtur cũ pecia, aut ſyndone. de iſto puluere in cibarijs pulverizẽt modicũ. vtatᷣ aniſis cõfectis añ ſuũ cibũ: imo pro eius ferculo vtatᷣ fœniculo, boragine, ſpinachijs, et petroſelinis, ſimul coctis cũ brodio pullorũ, hœdorũ & caſtratorum animaliũ. Vinũ bibat nõ purum, ſed lymphatum cũ aqua decoctionis, fœniculi, rutę, & ſaluię:

F & ſit vinum albũ & odoriferũ. Ordinata vero dięta, & modo viuẽdi, vt eſt dictũ, & facta vniuerſali purgatiõe ſi expedit, ponatur in oculo omni die in aurora, aliqd de felle caprino, aut urſi, aut porci, vel gruis, vel aquilę, vel accipitris, aut alterius aĩalis de rapina viuẽtis, optime exiccato et pulverizato, ſubtiliſſime ꝑ peciã lineã, aut ſyndonẽ, cribellato. Aut ponatᷣ in oculo de collyrio humido, qđ ſic fit. Rec. fellis caprini, uel lucij magni, aut alicuius alterius fellis de antedictis, optime exiccati ad ſolẽ in ęſtate, aut ad ignẽ, ſup pala ferrea, aut ſuper teſtula terrea in hyeme, aut, dum foret eiuſdẽ feſtina neceſſitas operandi, vnc. i. aut. ʒ. aut de oĩbus fellibus proportionabiliter ſumatur, & cũ iſtis miſceatur tucię cribellatę ſubtiliſſimę, & ſuper lapidẽ pictorũ optime tritę, vnc. ʒ. & ſal ar. drach. iij. optime triti, & etiã cribellati ſubtiliſſime, floris ęris drac. i. op

G time triti, & cribellati etiã, & ſalis rubei, & ſpumę maris ana drac. ʒ. optime ſemper tritorũ & pulverizatorum, ac cribellatorũ, cum quibus pulueribus ſic cõditis, miſceantur ſucci chelidoniæ, fœniculi, rutę, bardanę, et endiuię, ana ęqualiter, & ſuccorũ qualitas tanta, vt pulueribus ſupereminea nt per palmã manus, aut per ſemiſſe manus, & ponantᷣ ſic in vaſe terreo ſimul, & cooperiantur, & dimittãtur ſic, vſq; ad. x. aut. xv. dies. Et ſi ponatur de vino maluatico, aut ribolio, cũ ſuccis antedictis, ſecundũ ſuccorũ ꝓportionẽ, erit optimũ. Et dum ſic per . x. aut. xv. dies ſteterint, omnia hęc ſimul accipiantur, & ponãtur ad ignem ſimul. & bulliant vnica bullitione bona, non tñ forti: deinde iterũ colẽtur optime pluries, & pluries, donec lucida exeat aquoſitas: & tũc recõdantut in ampullis vitreis obturatis, & eo collyrio vtetur, dũ erit neceſſe. Aut

H fac pulueres cũ herbis ſimul miſtis, et ad lambiccũ pone, et fac ex eis aquã diſtillari, quam etiam in ampullis vitreis recõde, & ea vtere. Et hac via vſus ſum tẽpore meo, & mihi bene ſucceſſit in veritate. Aut ſi oculũ intrauerit aliquid, ſcilicet puluis, aut feſtuca, aut muſca, aut aliquid aliud viſibile, tunc accipe reſinam, aut picem albam, aut terebinthinam elixatas, vel eliquatas modicum: & tunc in eis tinge lignũ politum, aut fuſum, aut pennã, aut aliquid decenter factũ in modũ tentæ, & tunc volue & reuolue illud inſtrumentum, ſic in iſtis liquoribus intinctum, intra palpebras, ſuper oculo, circa locum ſaltẽ vbi apparet feſtuca, muſca, pilus, puluis, aut huiuſmodi, aut ſaltẽ vbi maior iſtorum ſentitur infeſtatio a patiente. & ſic propter adhærentiam muſcæ, feſtucę, aut huiuſmodi, ad iſta uiſcoſa, de oculo extrahentur illa talia infallibiliter &c.

*De panno generato ex descendentia aquæ in oculo & uocatur catarhacta.* Cap. X.

HÆc ægritudo, fit ꝓpter descensum humiditatis aquosę a cerebro ad oculũ, in loco qui est inter corneã & vueã tunicã, & telã araneã: aut inter humorē christallinũ, et albugineum, qđ qđē est. Et scias amice, ꝙ illa passio est periculosę curatiōis ualde: et est difficilis cognitionis quomõcunq; causetur. Signa, cũ q bus cognosci possunt, sunt hęc. Primo antequã patiēs visum amitteret, videbatur ei, ꝙ añ oculos aliq̃ res, in strãt modũ guttę aq̃ descēdētis: & tũc ex his iudicatur pãnũ hunc, vel catarhactã generandã, si nõ dum genita est: aut si genita est: hęc signa ꝓcedētia, significãt forte catarhactã, et ab alijs oculorũ passionibus differre, et tunc post istorũ apparitionē, amittit patiēs visum totaliter: & medicus tunc aspiciēs in oculo eius, videt ante pupillã, sub cornea, quandã albedinē, vel subrubedinē, vel subalbedinē, aut citrinitatem in modũ telæ, ad formã lentis, aut squamę piscis, rotundæ, ex quibus signis certificatur medicus quodãmodo, ꝙ hic sit pannus, catarhacta dictus.

Cura eius est, si vis te ad eius curã ponere, qđ nõ cõsulo. Primo. n. oportet in principio, quũ aqua descēdit, vt purgetur cũ pilulis, q̃ sic fiunt. Re. agarici, colocynthidos mastiches spicę. añ. dra. i. aloes, dra. iiij. turbith, dra. ij. zinzib. dra. ʒ. fiãt pilulę cũ succo rutæ, aut apij, dosis sit, dra. i. semel in hebdomada sumãtur. comedat carnes assatas, domesticas, & syluestres, ĩmo syluestribus sępe vtatur, brodialia vitet, et elixata: & ferculũ nõ sumat saltē sero: & breuiter dięta sicca vtatur, et non vaporabili: vinũ lymphatũ cũ aqua cocta bibat: a cępis porris, allijs, acetosis, piscibus abstineat: & breuiter ab oĩbus, quę ad caput sumãt, & vapores ascēdere faciũt ad caput. hęc autē oĩa, ꝓhibēt catarhactę cõfirmationē, ĩmo perfectionē, aut aduentũ. Lotiones, sacculatiões, suffumigationes, caputpurgia appriata, & siccatiua, et capitis cõfortatiua, satis nota sępe fiãt. Quũ aũt catarhacta cõfirmata fuerit, iste modus manualis teneatur, habeas acũ argenteã decentē, subtilē, teretē. i. rotundã p totũ: et intromitte eã in medio albedinis oculorũ, vsq; ad mediũ oculi, circa pupillã, qa bene tibi visualiter apparebit, dũ ibi fueris, et moueas pãnũ illũ cũ acu, semp ad ĩferiora, versus palpebrã inferiorē, & quũ depresseris pannũ totũ ad illã partē, ibi firma bene eũ cum acu, tenēdo acum sic firmã super panno, per aliqđ spaciũ, puta p tertiũ vnius horę, & postmodũ extrahe acum leuissime, & suauiter: & tunc subito sup locum pone bolũ ar. et albumē oui gypseo & draganto puluerizatis: istud. n. totum firmat pannũ in loco vbi depositus fuit: & dimitte eũ sic ligatum per duos dies, vt melius firmetur. Hęc est cura. nõ tñ addisci potest per discipulum, nisi discipulus, oculo proprio, hãc uiderit operationē, ab aliquo, super hoc, & in hac infirmitate perito, fieri.

*De lachrymis oculorũ, & de inuersatione palpebrarum, cũ scabie quadam, & rubedine oculi.* Cap. XI.

HÆc ægritudo fit vt plurimũ ex phlegmate salso, aut cholera admisto, aut sanguine cholerico adusto parumper. Et cognoscitur per pruritum, & p crustas q̃sdã, existētes ĩ palpebris, ad modũ brocarũ.

Cura eius est. Primo vt mundificetur corpus et caput cũ pilulis dictis in capitulo de catarhacta, post hãc vnã purgationē, fiat phlebotomia de vena

A cephalica, in loco, q̃ est ĩter pollicē & indicē, sup manum. In uita eius a salsis acutis abstineat, a caseo, et vino potēti puro, a dulcibus, ab oĩbus cibarijs grossis, ut legũinibus, carnibus bouinis, et huiusmodi. Diæta vtatur hũida, carnibus. s. hędinis, vitulinis, castratinis, arietinis aĩalibus, pullinis, et huiusmodi, ptisana hordeacea, farre cũ brodio dictarũ carniũ cõfecto, vtaẽ spinarijs, lactucis, boragine, fœniculo, petroselino, mistis, & coctis cũ dicto brodio, carnes auiũ paruarũ, salte elixatę, bonę sunt, brodio cicerũ sępe utaẽ: sępe etiã decoquãtur cũ suis ferculis, radices fœniculi, petroselini, lactucę, et endiuię: aut istarũ radicũ folia. In oculo vero, necesse ē põere puluerē exiccatiuũ, descriptũ ĩ capitulo de catarhacta: aut puluerē, quē tibi statĩ dicã. & hoc de sero faciēdũ est: et quũ puluerē in oculo põere volueris de sero, anteq̃ ip̃m põas, primo ablue oculos cũ vino, ĩ quo decoctũ sit alumē zuccharinũ

B & sal nitrinũ colatũ optīe et distillatũ p peciã: quo facto, ĩpõe puluerē, suauissime ĩ oculo, añdictũ, aut quē tibi dicã. Deĩde sup oculis, circũq;, pone emplastrũ tale. Re. fa. fœnugrę. vnc. iij. rosarũ, fa. hor. vnc. i. florũ chamomillę, se. li. meliloti, ana vnc. ij. vitellos ouorũ duos, aq̃ decoctionũ calamēthi, maluarũ, et origãi, & uini albi maluatici, aut riboli, q̃tũ suf. ad inspissandũ, fiat empl̃m, de quo super oculo ponaẽ, vt est dictũ.

Cura aũt scabiei, et crustarũ oculorũ, cũ rubedīe & pruritu, quo ad vniuersalē purgationē totius corpis, & ꝑsertim capitis, similis est cũ cura fluxus lachrymarũ, dicta iã. Sed quoad localia, non est ex toto similis, qa ĩ isto casu est indigētia medicinę acutæ exiccãtis, fortioris, q̃ ibi. Puluis ergo cõueniēs ad scabiē, et crustas oculorũ, cum rubedine, ardore, et pruritu, est iste. Re. antimonij, vnc. ʒ. tucię, auripig. ana drac. ij. he

C matitis, lithargyri, aloes, drac. i. pistētur oĩa, et pulueri zētur subtilissime secũdũ alchool, et terãẽ sup marmore pluries, et saltē ter. et cũ pecia cribellētur, & de isto puluere sup oculo et crusta, et scabie, põatur: facta sęper fomētatiõe cũ aq̃ decoctiõis flo. chamomillę. fœnugrę. maluarũ, fumiterrę, & epithymi, hic. n. puluis, salsedinē hũoris, et acuitatē remouet, exiccãdo hũidũ illud salsum, et corrodēdo. Itē alius puluis ad idē fortior. Re. flo. ęris dra. ij. tucię, dra. ij. antimonij, dra. iiij. hęmatitis, salis ar. aloes, ana dra i. et. ʒ. fiat ex eis puluis vt prius: quo vtere, ut prius. Si aũt ista nõ cõferũt, remouebis carnē illã scabidã, aut crustosam, q̃ est super palpebras inuersatas, aut non inuersatas tali modo. s. urēdo locũ cũ cauterio ignito ferreo, paruo, in modũ linguulę, aut linguellę: & ponatur acus vna quadrata intus, in carne illa, quę est rubea. & inflammata, et re

D cipias illã carnē totaliter in acu, ipsam aliqualiter eleuando, & tunc eã incidas cũ rasorio tuo acuto totaliter, secundũ ꝙ cõprehēsum fuit ab acu. Post incisionē vero eius, & totaliter remotionē, pone super oculo bol. ar. & myrtũ puluerizatos, mistos cũ albumine oui, & aqua rosa. & multos curaui ista via. Et iste modus curæ, valet etiã in fluxu lachrymarũ, propter inuersationē palpebrarum, uel remoue istã scabiē, uel crustã cũ cauterio de auro ignito, quod facimus in fistulis lachrymalibus, et alijs, quod dicitur cauteriũ lingale. Si autem fuerint lachrymæ post inuersationem palpebrarum, tunc purgetur patiens cum pilulis antedictis in cap. de catarhacta. Super oculo vero, fiat, istud emplastrum. Re. uitreoli ex quo fit encaustrum drac. ij. pulueriz etur et cribelleẽ optime, vnc. i. lithar-

gyri, cerussæ, ana vnc. 5. miscæ oīa hęc cum albumine oui optime conquassato, & oculo superpone, & liga. Istud enim emplastrū confortat infrigidando, & malā oculi cōplexionē calidā remittēdo, lachrymas etiā stringit stipticādo, & aliqualiter inuiscando suauiter.

*De pilis inuersatis in oculo.* Cap. XII.

SIgna huius morbi & causę satis notę sunt supius. Cura ergo huius est, vt pili extrahātur radicitus, aut cū digitis & vnguibus, aut tenaculis, aut instrumētis aliȷs ad illud aptis. Deinde cauterizentur foramina pilorū, cum summitate, aut pūcta vnius acus. Et si id cōmode fieri nō potest, cauteriza saltem palpebrā, in parte, ex qua exeunt pili, & secundū rugas palpebrę, versus partē exteriorem palpebræ. Nā ex ista cauterizatione, contrahitur palpebra versus interius, & tūc remouentur, & extenduntur pili versus exterius. Super loco vero cauterizato ponatur subito albumen oui cū bol. ar. deinde procedatur cū remotione eschare: deinde cū mundificatiuo: vltimo cum consolidatiuo, tibi notis. Itē sumantur duæ acus, & cōprehēdatur aliquid de pelle inter illas acus & ligentur acus fortiter ab utroq; capite, ita ꝙ pellis cōpręhēsa per ipsas, denigretur, et cadat: nā huiusmodi ligatio retrahit palpebrā, versus oppositā partē, & sic remouetur inuersatio vsq; ad dies quatuor, aut circa, ī qbus diebus stat pellis cōtinuata et cōtenta ab acubus: & tunc cadit secundū partē illā, secundū quam fuerat ab acubus cōprehensa. et hunc modū obseruaui meo tpe. Sed, vt tibi pędixi, nō pōt de huiusmodi curis clara doctrina per scripturam manifestari, īmo oportet effectualiter operationem, cum vno experto, oculata fide vidisse, si debes operari pro certo, saltem perfecte &c.

*De fistula lachrymali oculi.* Cap. XIII.

FIstula lachrymalis huiusmodi est foramē paruū, circa radicē nasi, cuius latitudo intrinseca, est magna, extrinseca vero, parua, cū duritie quadā: & antequā foramen id appareat, nō est fistula, nec dicitur fistula, sed vlcus quoddā vertens ad fistulā in loco tali. Cura huius, talis est: aperiatur os eius strictum exterius, cū tenta de spongia, vel de aristolochia rotunda, sicca, vel de medulla milicę: & aperto foramine, puluis asphodelorū intromittatur, vsq; ad perfectā foraminis aperturā: et tunc locus vlceris, usq; ad os capitis mundificetur cū vnguento viridi, tali. Rec. aluminis zuccharini, floris ęris, mellis mūdi, ana drac. ȷ. oīa simul misce, & imple isto medicamine foramē. Aut mundificetur vlcus, cū puluere asphodelorū, tali. Re. succi asphodelorū, lib. i. auripigm. rubei, vnc. ȷ. calcis viuę, qa nō aspersę aqua, vnc. iȷ. bulliat succus asphodelorū leuiter ad ignem, donec eius medietas sit cōsumpta: & tunc coletur: postea addatur puluis calcis viuę, cribellatę, auripig. triti & cribellati: & quum pōitur puluis istorū iterū in succo ponatur paulatim, & successiue agitando semp cū spathula tua, ne pulueres cōburantur: facta eorū incorporatione bona diuidatur istud totū in partes plures sup asside vna, aut lapide polito, & sic pōatur ad solē, & sic optime exiccetur, & sic illa talia frusta reponātur: & dū erit necesse, pulurizetur de vno frustorū, in ulcere fistuloso, quātitas sufficiens, aut dū dicta frusta exiccata fuerint, pulurizentur optime, & cribellentur, & recondātur, & vsui seruentur. Et attēde hic vnū, ꝙ hic nō fit bonus, nec cōmode, nisi tēpore ęstatis & magni caloris, vide

E licet Iulȷ & Augusti. Cū isto puluere, in veritate, fere mortificabā oēs fistulas curabiles, et cum cauterio ferreo, aut aureo. Aliqñ etiā ponebā cū puluere asphodelorum antedicto regalgar, drac. i. aut drac. iȷ. secundū maiorē necessitatē mundificationis: et tūc erat fortissimę opationis. Et ista talis compositio, nō fit nisi in corporibus robustis, et fortis cōplexionis. Facta mortificatione tali totius carnis vsq; ad os, cū puluere, aut unguēto antedictis, superpone mortificato, butyrū, aut axungiā, vt eschara remoueatur. Remoto mortificato & eschara, aspice os bñ: & si fuerit corruptū, cauteriza ipm, vsq; ad eius pfundū & cōcauitatē, cū cauterio pūctali: et pfora ipsum usq; ad aliā partē eius, ita ꝙ sanies p nasum fluat: et tūc remoueatur eschara illa cū butyro, aut alio unctuoso putrefactiuo, q̄ remota, bñ mūdificetur locus, cū mūdificatiuo, dicto in capitulis
F p̄cedētibus: deinde incarnetur & cōsolidetur cū pulueribus iā dictis in capitulis p̄cedētibus: aut cū unguētis factis ex eisdē: additis cæra, et oleo, sufficientibus.

*De apostemate calido, uel frigido, sanioso, in aure, uel circa aurem.* Cap. XIIII.

ADistud apa, sequitur febris, saltē dū fuerit de materia calida, quū fuerit vero de materia frigida nō sic subito seqtur febris, nisi dū materia saniat. Signa calidi apatis, sunt, dolor acutus, cū punctiōe quadā, baculatione, & grauedine: et febris inuasio, subito a principio: et locus ex uisu est rubeus inflāmatus, aut citrinus: & in tactu, sentitur calidus excessiue. Et illud apa inducit alienationē, & alia accñtia sęua, et aliqñ mortē: saltē dū fuerit intrinsecatū neruis.
G Signa uero frigidi sunt opposita antedictis. īmo sentit pōdus quoddā, & grauedinē, nec locus rubet, nec sentitur punctio, nec pulsatio, nec febris subito infestat. īmo forte nisi hora saniationis, pper agitationē, & alterationē humorum, in loco illo, q est affinis cerebro: vnde illic spiritus inflāmatur, & cōicatur talis inflāmatio cordi: & tunc fit febris aliqñ. Cura calidi, est, festinare subito in phlebotomia a principio, si virtus, & ætas cōsentiant: videlicet in ætate a. xv. an. vsq; ad. xxxv. vel. xl. annū. In aliȷs autē ætatibus, fiat vētosarum appositio sup spathulas. Super loco autē apato ponatur oleum de chamomilla, et oleū liliorū, cum pinguedine gallinacea, & butyro, calidis, oī die bis. et hoc, siue apa sit apparens, siue nō. Facta vnctione antedicta, superpōatur subito emplastrum, quod sic fit. Re. maluauiscȷ bñ mundati, & loti a sorditie, incisi frustatim, & optime cocti, & pista in modum pul-
H tis, lib. 5. aut lib. i. fa. fœnugręci. semi. li. fa. hordei, flo. chamomillę, ana vnc. i. vitellos ouorum coctorū sub prunis, numero. iȷ. olei liliorū alborum, olei anethi. olei chamomillæ, ana vnc. 5. butyri ad sufficientiā, vt sit bene pingue, & cū aqua decoctionis althęę supradictæ, sufficienti, fiat emplastrum: de quo, super loco extendatur, facta antedicta vnetione, & calefacto emplastro pędicto. Hoc enim emplastrū, apostema maturat, mollificat, partim resoluit leuiter, & dolorē per consequens mitigat. Si autem per hoc dolor non cessauerit, ponatur in aure, et circa aurem, de oleo, quod sic fit. Re. olei chamomillę, anethi. succi appȷ decocti, & optime a fæce depurati, ana vnc. i. corticum mandragorę, seminis hyoscyami albi, & sem. papaue. albi, ana drac. ȷ. terantur oīa optime, & subtilissime cribellentur: & cum antedictis oleis misceantur: quo to-

to misto, & calefacto, guttatim auri imponetur, circa guttas. iiij. aut sic, pro singula vice, quo facto, subito emplastrum antedictũ toti auri superponatur, remouebitur. n. dolor per olei antedicti impositionem, & per emplastrum, apostematis maturationẽ consequetur, & partim etiã dolor mitigabitur. Facta maturatione perfecta, aperiatur apostema cum ferro, & instrumento acuto & decenti, & extrahatur sanies tota, prima uice, si constet virtus: aut de die in diem, si nõ constet, deinde mundificetur locus, cum isto mũdificatiuo. Reci. mellis, lib. i. farri. hordei, vel siliginis, vel speltæ, vel auenę vel lupinorum, lib. 5. sarcocollę, myrrhæ, ana drac. ij. aluminis rochæ, ana drac. iij. pul. pulverizentur, & cribellẽtur optime, & omnia simul misce, de quo mundificatiuo, super aure, & intra ponatur, calido semper actu, propter neruorum frigidã complexionẽ. Facta mundificatione, incarnetur locus, & consolidetur vltimo cũ pulueribus, confectis, cera et oleo sufficientibus additis. Aut si in aure valde intus fuerit apertum apostema, mundificetur cũ illo mũdificatiuo. Re. terebinthinę, vnc. i. sarcocollę, myrrhę, ana drac. ij. mellis ro. colati, unc. i. croci, drac. i. spicę nardi bñ pulverizatæ, scrup. ij. misce, & de isto medicamine calefacto, auri impõatur guttatim, ut prius, & mundificat, & dolorẽ sedat. Facta mundificatione per. vi. aut. viij. dies, lauetur tunc omni die post hoc, auris interius ter cum vino decoctionis turis & mastiches, & consolidabitur cum hoc in breui. Vtatur diçta frigida & sicca, & ab omnibus vaporosis se abstineat: a vino puro totaliter sibi caueat, vtatur pro suo potu, vino granat. agresto. & huiusmodi, cum aqua cocta, zuccharata: et breuiter regatur regimine, dicto in capitulo de ophthalmia calida. Frigidi autẽ apostematis cura, est secundũ localia, vt patiens omni die vngatur cum oleo antedicto, & pinguedinibus illis: addẽdo olei spicę. & amygdalarum amar. ana vnc. 5. et ponatur etiã de ea vnctione calida in aure, si apostema fuerit intus in aure reconditum. Facta vnctione ponatur super loco & tota aure emplastrum tale. Re. cæpas. ij. capita allij. iij. coquãtur optime sub prunis, deinde mundentur & pistentur: quibus addantur. ij. vitelli ouorum sub prunis elixatorum, axungię porci bene pistatæ, vnc. iiij. aut plus, ut emplastrum sit bene pingue, & cũ melle quantũ sufficit ad omnia antedicta incorporãdũ: aut cum decoctione althęę, absynthij, et origani sufficiẽti, fiat emplastrũ. Et possunt addi farinæ & olea, & pinguedines, & althæa cocta & pistata donec maturetur, si sit necessaria maior maturatio, mollificatio, resolutio, ac doloris sedatio. Diæta eius sit, quæ dicta est in cura ophthalmiæ frigidę. Ante tamen horũ localium appositionẽ, purgetur patiens cũ pilulis dictis in capitulo de vngula & catarhacta. Facta aũt maturatiõe huiusmodi apostematis, siue calidi, siue frigidi, aperiatur cũ instrumento ferreo acuto, si fuerit apostema intrinsece apparens, et facta apertione, ac sanie extracta subito, prima vice impleatur locus stuellis stuppeis aut lineis, intinctis in albedine oui, oleo ros. & croco calidis actu, & hoc si fluxus saniei non infestaret, quia si sic, tunc dimittatur oleũ, & addatur residuum antedictũ pulueris constrictiui sanguinis, si fluxus foret habendus: et si non, solũ illud residuum sufficiat. Si vero nõ sit fluxus sanguinis infestans, ponatur totũ id antedictũ usq; ad tres dies. Post hoc vero mundificetur locus mundificatiuo, dicto in

A præsenti capitulo, in cura apostematis calidi: aut mundificatiuo dicto in cap. de apostemate sanioso in capite: quod dicitur mũdificatiuũ de sarcocolla. Post hęc vero incarnetur locus, & vltimo mundificetur cum pulueribus, aut vnguentis, dictis in capitulis antedictis: & etiã infra dicendis, in fine præsentis operis.

### *De oppilatione facta in aure propter cærumen, uel sorditiem, uel propter rem aliam qualẽcunque, & de surditate quomodolibet cõtingente.* Ca. XV.

MAnifesta est hæc ægritudo ex se ipsa, ex narratione infirmi. Si ergo oppilatio foraminis auris facta fuerit propter aliquod apparens in aure, siue tale fuerit cærumen, siue lapis, siue aliquod aliud durum non cedens tactui, extrahatur cum instrumento ferreo subtili vncato, decenti. Quo facto, si dolor B in aure remaneret, fiat emplastrũ dictum in capitulo de apostemate sanioso ĩ aure, aut cũ sacculis, aut cum fomẽtationibus dolorum sedatiuis, tibi satis notis. Si vero ĩtrauerit aurẽ quid liquidum fluidũ, sicut aqua, aut aliud simile, ponatur intra aurem oleũ amygdal. amararum, & spicæ, guttatim, & tunc inclinata aure super terrã saltetur super pedem pluries & pluries illius partis & auris, aut hora quietis, ponatur frustum spongię ligatũ in capite fili, et dimittatur caput fili extra aurem pendere: & stet sic spongia in aure per diẽ, aut circa. Postea extrahaĩ violenter spõgia: & sic exibit id fluidum spongia imbibitum. Si autẽ surditas cũ toto hoc in tali dispositione remanserit, iã signum, ꝙ oppilatio ipsa est, aut propter aliquod additum ibi natũ, & superfluum debito naturali, apparens ibi intus in modum eminentię, aut propter oppilationẽ in C neruis. Si ergo fuerit propter aliqđ ibi natũ, vt est polypus, aut eminẽtia alia, tunc id remoueatur cũ ferro acuto optime incidente: vel cum filo sericino duplo: aut cum seta bouina seu caballina, ligatis ad pedẽ eius eminentiæ, & fortiter strictis, vt pes ille totaliter corrodatur, si possibile est. Quo facto cauterizetur locus ille: vbi pedis radix remansit, cũ ferro ignito. s. cauterio punctuali, deinde remoueatur eschara cum butyro. Postea mũdificetur locus si expedit, cum mundificatiuo dicto in capitulo. de apostemate sanioso in aure: aut mũdificetur cũ terebinthina & melle, ana vnc. 5. sarcocollæ, myrrhæ, ana drac. i. &. 5. misce: aut additis cæra & oleo sufficientibus, fiat vnguentũ: de quo stuello intincto, locus mundificetur. Facta mundificatione per. v. aut. vi. dies, locus abluatur omni die, cũ vino decoctionis myrrhæ, spicę. et mastiches, vsq; ad D curam perfectam. Si autem post hæc omnia surditas remanserit, purgetur patiens cũ pilulis de aloe, & agarico dictis in capitulo de vngula. Facta ista vniuersali purgatione, ponatur in aure oĩ die guttatim, de oleo isto. Reci. olei de amygd. amar. vel de persicis, vnc. ij. olei spicę. vnc. i. castorei optime in dicto oleo dissoluti, et pulverizati, ameos nigellę, costi pulverizat. et cribellat. optime, ana dra. i. misce omnia simul, & fac ut bulliant bullitione vna leui, & nõ coletur, & eo vtetur vt dixi. Ab oĩbus ventosis cibis se abstineat, vt leguminibus, nucibus, & huiusmodi, vinum albũ aromaticũ bibat subtile, semp lymphatũ de aq decoctionis saluię, rosmarini maioranę. Carnibus hædinis, castratinis, vitulinis, ac paruarum auium, non degentiũ in aquis vtatur: porcinas, bouinas grossas vitet, et huiusmodi, vitellos ouorum tremulorum in vsu ha-

beat. Pro ſuo ferculo, vtatur brodio cicerum cum an
tedictis carnibus, aut pane mollificato in brodio car-
niũ dictarũ, aut leuibus cibariјs, aut etiam quandoq;
vtat̃ huiuſmodi herbis, ſicut fœniculo, petroſelino,
trifolio, boragine, & ſpinachijs: de farre, riſo, & ciceri
bus fractis quandoq; ſumet prius. Quãdoq; etiã ante
dictas carnes condire poteſt, cũ ſapore facto ex maio
rana, origano, ſaluia, menta, & huiuſmodi, & cũ cĩna
momo, galanga, cardamomo, maſtiche, nuce muſc.
gariophyl. & huiuſmodi aromaticorum nõ acutorũ
multũ, ana dra. i. aũt ceræ, croci ſemper, drac. ſ. et via
iſta curari poterit. Si aũt ſurditas procederet ab oppi
latione cauſata ex abundanti hũiditate fluente ad ner
uos auditus, et foret patiens robuſtus: factis vniuerſa-
libus purgationibus, & ordinata diæta iã dicta, poſſet
poni cauteriũ ſuper capite, in medio cõmiſſuræ coro-
nalis, & duo in parte poſteriori poſt aures, & ibi nucæ
principium manifeſtetur, & cerebro coniungitur ſed
non ſum vſus iſto modo. ſ. ſuperius nominato.

*De uermibus et carne abolita, nata in aure cauſantibus ſurditatem.* Cap. XVI.

SOlo viſu & tactu, illa ægritudo cognoſcit̃. Cu-
ra ergo carnis natæ ſupfluæ, iã dicta eſt ſuperius.
Cura ergo uermiũ, fit cum oleo illo auri iniecto. Re.
ſucci abſinthij, ſucci rutæ, optime depuratorũ
a fæce, ana vnc. i. aloes optime pulueriʒati & cribrati,
ana drac. ij. olei de amygd. amaris, aut perſicis, aut ab
ſynthij, vnc. i. croci, drac. ſ. miſce omnia ſimul, & de
hoc calido omni die põatur bis in aure guttatim, ĩmo
claudatur de eo in aure cũ bombyce, hoc enim inter-
ficit vermes ſubito, & ſic exibunt mortui, aut extra-
hãtur cũ picicarolis. Aliud fortius ad idẽ. Re. ſuccorũ
antedictorũ, & ſucci foliorum perſici, ana vnc. i. aga-
rici, optime pulueriʒati et cribrati, dra. ſ. aloes, ſcrup.
ij. colocynthidos, ſcrup. i. croci, ſcrup. i. ſ. olei de perſi
cis, vel de criſomelis vel de amygd. amaris, vnc. i. mi
ſce, cũ eo: vtere vt dixi ex alio. Si autem caro quædã
mollis, tenella, rara, ſpõgioſa, ac pelle diſcooperta ibi
fuerit, cum ſolo vnguento viridi vel apoſtolorũ mũ
dificetur, et quũ mundificata fuerit perfecte, abluatur
tunc locus oĩ die, cũ aqua decoctionis myrrhæ, & ma
ſtiches, aut cũ vino, & erit melius, & ſic per continuã
inſtantiã, cum iſtis rebus curabitur, dũmodo fuerit ca
ro talis, qualis dicta eſt. Si aũt fuerit caro dura calloſa,
tunc oportebit te cõuerti ad curã, in capitulo ĩmedia
te præcedenti tactã, ſcilicet cũ cauterio, aut aquis for-
tibus corroſiuis, aut huiuſmodi fortibus.

*De polypo nato in naſo etc.* Cap. XVII.

HÆc ægritudo eſt facilis cognitionis, quia ſolum
ex aſpectu in naſum infirmi, medicus poteſt ſci
re, vtrum ibi ſit polypus ſimpliciter, aut polypus can
croſus. Polypus enim eſt eminentia quædam carnoſa,
aut muccoſa in naribus, habens pedem in modum fi-
cus: & eſt multæ inuolutionis, & habet diuerſitatem,
& differentiam inter ſe. Nam alius eſt cancroſus, alius
vero non. Polypus enim cancroſus fœtet fœtore ma
lo & horribili, & habet duritiem notabilẽ & humidi-
tatem, & nigredinem, et emanat ab eo virus nigrum,
aut liuidum, fluidum, indigeſtũ, & non eſt multi ſen-
ſus, videlicet doloris. Non cancroſus vero, priuatur
iſtis conditionibus, & habent pedem, quandoq; am-
bo, in modum ficus, vt dixi.

E Circa curam polypi cancroſi, non labores, nec inte
das, cum non recipiat modo aliquo curatio-
nem, ſed potius per id cõuertitur ad peius, quia fit vl
ceratus, & corrodit naſum & partem vultus: Illũ er-
go hortor te dimittere, et non ſumas vnquam eius cu
ram, niſi blanditiuam ponendo ſuper loco frigida &
humida non multum, & circa ipſum frigida & parũ
ſicca defenſiua, ne amplius procedat & deambulet.
Cura vero polypi non cancroſi, eſt, vt primo purge
tur patiens cum pilulis his. Reci. ſenæ, epithymi, ana
drac. i. ellebori, drac. ij. ſcãmoneæ præparatæ, turbith,
ana drac. ſ. myrobalanorum indorum, vnc. ſ. pulue-
riʒanda, pulueriʒentur & cribrentur optime, deinde
conficiantur cum ſucco polypodij viridis ſi poteſt,
aut cum vino decoctionis eius, doſis eſt, drac. i. Facta
purgatiõe vna, uel duabus ſi expedit, ungas omni die
F cum oleo roſa. pinguedine gallinæ, & mucillagine, fœ
nugræci, & ſem. lini, miſtis & calidis: & ſic fac vſq; ad
tres dies: poſtea liga polypum vſq; ad eius radicem,
quanto plus poteſt cum filo ſerici duplicato: et ſi ipm
taliter ligare non potes, cape eum cum tenaculis tuis
fortiter, & ipſum eradica ſecundum poſſibile, & hoc
ſemper cum antedicta mollificatione: & ſtude in am-
plificando narẽ infirmum, cum tenta de ſpongia, aut
de radice ariſtolochiæ rotundæ, aut de ſerico, vt faci-
lius poſſis operari. Si autem eum perfecte eradicaue-
ris, non indiges alio, niſi vt poſtmodum mundifices
locum, vbi erat polypus cum vnguento uiridi dicto,
& dicendo in fine operis, facta prius ſedatione fluxus
ſanguinis, ſi expedit, et doloris. Poſt uero mundifica-
tionem abluatur omni die locus bis cum vino deco-
ctionis myrrhæ, maſtiches, roſarum, & corticis grana
G torum. Si autem ipſum perfecte non poteris eradica-
re cum tenaculis, aut propter dolorem, aut firmã eius
radicem, amplifica narem cum tentis antedictis, ita ut
poſſis pedem polvpi videre optime, & medicinas ſu-
per eo ponere: & tunc mundifica ipſum cum vnguẽ-
to viridi dicto, aut cum vnguento apoſtolorum, aut
cum vitreolo, aut alijs corroſiuis pluribus, aut vn-
guentis, aut aquis, aut cauterijs potentionalibus, po-
nendo de his ſuper eo vt corrodatur. Facta iſto mo-
do mundificatione loci, ſi eſt poſſibile, procede tunc
cum incarnatiuo & conſolidatiuo, dictis in capitulis
ſuperioribus, et dicendis, cum vino decoctionis myr
rhæ, quod rarificat locum confortando neruos, & fir
mando carnem. Sed attẽde hic unum, q; ſi potes cau-
teriʒare ipſum a principio, aut poſt eius extirpationẽ
cum tenaculis, aut filo dictis, cum cauterio punctuali,
H poſito per cannulam æream, aut ligneam, erit valde
bonum, & melius q; eſſe poſſit. Et nota q; ſi finem pe
dis eius conſequi non potes, aut cum mundificatiuis
dictis, aut cum cauterio, & ipſum perfecte eradicare,
& hoc propter infiltrationem eius magnam, in carun
culis maxillaribus naſi, quas non conſequitur viſus,
certe tunc redibit ægritudo nec cura erit perfecta.
Diæta eius ſit in cibo & potu & alijs rebus non natu-
ralibus, ut dicta eſt in capitulo de ſurditate & aurium
oppilatione.

*De puſtulis albis, uel liuidis, uel rubeis, aut nigris &c. in naſo apparentibus: & de inflatione cum rubedine oculi &c. quæ dicitur uulgo, gutta rubea.* Ca. XVIII.

HÆc ægritudo, appellatur ſaphati, & eſt de ſignis
ſignificantibus

significantibus lepram, & ipsam praecedentibus, & fit ex phlegmate salso, adusto, aut ex sanguine adusto, aut ex cholera adusta, a calido & sicco uincente aut a melãcholia. Signa q͏̃ fiat a phlegmate salso sũt latitudo pustularũ sup naso, aut maxillis: & sentit patiens cum eis pruritũ notabilem: & apparet humiditas in eis, quandoq; alba, quandoq; citrina, & aliquãdo distillat ab eis talis humiditas: & apparẽt circa istas pustulas, crustæ quædã paruæ, quandoq; magnæ, & multiplicatio earũ in tota facie: & non sunt huiusmodi pustulæ, multæ rubedinis. Illarũ uero, quæ sunt ex cholera adusta, signa sunt opposita: quia tales sunt minuti corporis, & acutæ summitatis, citrinæ, inflammatę, rubeæ, priuatæ humiditate satis multa fluente. & sentit patiens ex illis dolorem & mordicationem acutũ, in collo & facie. Illę uero pustulæ, quæ fiunt ex melancholia, sunt fusci coloris, pruritu debiles, duri tactus, paruæ, non inflãmatæ, nec humidæ, humiditate fluida saltem. & habitudo patientis huiusmodi, est potius sicca melancholia, q̃ humida. & quum corrumpitur seu crepatur aliqua istarum, & cõprimendo cogitur exire quod in ea exit ad cõpactum, in modum ciceris albi aliquantulum dissoluti. & uocantur istæ species pustularũ, gossoni. Signa uero illarum, quæ fiunt ex sanguine sunt, magnitudo earum, humiditas, mollities, rubedo notabilis, cum pauca fuscedine super facie: & quod exit ab eis, est rubeum grossum, multæ quantitatis: & habitudo patientis, est humida, carnosa: & eius uita fuit in calidis rebus, & humidis, ut carnibus, uino, melle, & similibus.

Cura ergo illius quæ fit ex sanguine, requirit phlebotomiam de cephalica, super manu eiusdẽ partis, aut super ambabus, si expedit: facta tamẽ prius uniuersali phlebotomia de basilica, si fuerit plectoricum corpus: & illud fiat in ætate. xv. annorum, vsq; ad. xl. aut. xlv. Post hoc uero, extrahe sanguinem de die in diem cum ventosis, de spatulis, & de sub mento: & regatur directe cum diæta, dicta in ophthalmia calida, & a vino totaliter se abstineat: & si ꝓpter ætatem, aut consuetudinem abstinere nõ possit, bibat vinum acerbum, aut aliud acerbũ, cum aqua cocta zucharata lymphatum. & aliquando, imo sæpe, ante cibum suum, sumat duos aut tres bolos portulacæ, aut lactucæ, aut endiuiæ coctarum, aut non coctarum, cum aceto & agresto: cucurbitis vtatur coctis, cum agresto, pro suo ferculo, & herbis antedictis, prissana ordei, farre, panicato, cum brodio pullorũ, aliquãdo vtatur, aut hædorum, aut vitulorum, aut castratorũ: quibus paruis, vino granatorũ, agresto, & huiusmodi agrestibus conditis in testula vtatur: vino etiã granatorum & agresto cum aqua cocta zucharata pro suo potu vtatur, aut saltem vino acerbo de vite, paruulo. Post phlebothomiam vero, purgetur cum decoctione hac. Recipe polypodij scrup. iij. prunorum damasc. numero. x: scolopendriæ, capil. veneris, violarum, endiuiæ, ana M. i. epithymi, senæ, myrobalanorum indorum, ana drach. ij. pistetur polypodiũ grosso modo, & cum scolopendria, & prunis, capil. veneris, & violis, bulliantur in aqua lib. iij. aut. ij. & bulliant vna leui bullitione, & in fine huius addatur epithymum, addãtur senæ & myrobalani, & iterum bulliant parum, & tunc colentur, & in dicta colatura drach. iij. aut. iiij. dissoluatur cassiæ fistulæ, mannæ ana drach. iiij. aut solius cassiæ vnc. i. & calidam

A sumat patiens in matutinis. Si autem hanc decoctionem sumere non possit propter abhorrentiam, sumat de pilulis his. Recipe senæ, epithymi optime puluerizatorum & cribratorum ana drach. i. scãmoneæ scrupuli. iiii. reubarbari drach. 5. grosso modo, fiant ex his pulueribus pilulæ cum succo polypodij desiccati, vel vino eiusdem decoctionis, addendo aliquas alephanginas species stomachales, vt mastiches, spicæ, cinnamomi, & gariophyllorum ana scrup. i. dos. est drach. i. aut scrup. iiii. sero, dum patiens tendit ad lectum, & non cœnet. Super naso vero, facie, & totis pustulis, ponat sero dum petit lectum, saponem album vsualem, & dimittat sic per horam, vel quasi: postmodum locus abluatur cum aqua decoctionis polypodij, rosarum, seu cap. veneris. Post ablutionẽ vero vngatur facies cum vnguento isto. Recipe argenti viui cum saliua extincti, sulphuris viui, ana drach. ii. cerussæ, antimonii ana drach. 5. olei rosa. olei lauri ni, ana vnc. ii. ceræ vnc. i. & 5. misce ceram et oleum simul subito in cazolo, & ad ignem dissolue, & cola. quo facto cum infrigidatum fuerit quasi, infundantur pulueres antedictæ, & misce bene, vt incorporentur: in fine vero, adde albumen. duorum ouorum optime conquassatorum: vltimo vero, cum totum infrigidatum fuerit, adde argentum viuum, & misce bene, & vtere. Hoc enim vnguentum post dictam ablutionẽ, leuiter exiccat, & excoriat faciem a superfluo taliter, quod eam politam reddit: & non facies vnctionem cum sapone, nisi ad tempus remotionis pustularum, & escharæ, quia tunc non sis cõtentus vnctione sola iam dicta. Et attendas quod ante saponis appositionẽ, melius est & artificiosius fomentare nasum & faciem totam, clausis oculis cum aqua decoctionis florum chamomil. fumi terræ, polypodii, althęę, capil. veneris, & uiolarum, semi. cytoniorum, seminis lini. Aliud unguentum ad clarificandum faciẽ a saphati, & huiusmodi pustulis, saltem calidis sanguineis, & est magis alteratiuum malæ complexionis faciei. Recipe acetositatis limonum & arancii, & succi eorum ana vnc. ii. cerussæ optimæ pulverizatę & cribellatę quantum sufficit ad succos inspissandos in forma unguenti: deinde his adde argenti uiui extincti cũ unc. 5. sulphuris unc. ii. aliqui addunt spumam maris, aliqui fęcem uini siccam, & aloem: aliqui cum solo limonum succo & argento uiuo &c. aut fęce uini sicca &c. omnia simul incorporentur, & eo utere. Istud enim post dictam saponis appositionem, et dictam lotionem, & pustularum aut eschararum remotionẽ, consolidat locum, & faciem lenit, & malam complexionẽ calidam obiicit. Aliud unguentum ad pustulas faciei antedictas, & ad eius ruborem, post phlebotomiam, & corporis purgationẽ, & est probatum. Recipe radicis herbæ uitulæ, uel scopulę, & est species solathri, & dicitur alia lingua alkekengi unc. ii. pulue. ossis sepiæ unc. i. axungiæ recentis porcinæ lib. 5. ceræ unc. iii. olei amygdal. amar. unc. ii. incidatur cera & axungia frustratim, & misceãtur cum aliis in cacia, & ponantur ad ignem, & bulliant, donec omnia sint dissoluta, & tunc addãtur aceti, vnciæ. ij. colentur omnia, & recõdantur in vase terræ, & vtere hoc modo. Nã facta fomentatione antedicta, vngatur locus pustulosus, & tota facies sero, dũ patiens vult dormire, isto vnguento leniter cũ digitis. Mane vero, si fuerit necesse abluat̃ facies cum aliqua decoctione horde

dei, maluarum, violarum, draganti, & rosarum, et sic continue in huiusmodi cura procedatur.

Cura autem eius quę fit ex cholera vincente adusta, quo ad diętam, eadem est cum ista pręcise, & quo etiam ad localia, sed non requirit phlebotomiam vniuersalem, nec specialem, nisi cum peccato sanguinis cum cholera notabili. Sed secure potest fieri vẽtosatio in spathulis, et sub mento: purgatio etiam fiat cũ pilulis his sæpe. Re. reubarbari puluerizati, drac. i. ellebori nigri, scrop. iiij. mastiches, spicę, cinnamomi, ana drac. ʒ. fiant pilulæ cum succo polipodij, aut vino decoctionis eius, dosis, unc. i. Aut purgetur patiens cum vino decoctionis huius aquę, & melius. Re. polipodij mundi, vnc. ij. aut sic ellebori nigri, drac. i. fumi terrę, senæ, epithymi, ana drac. ij. cuscutæ, scolopendrię, capil. ven. endiuię, polypodij, ana vnc. ʒ. bulliant polypodium, cus. elleb. nig. fumus ter. scolop. cap. ven. & endiuia, simul, in sufficienti aqua, vsq; ad ipsius consumptionem. Deide addatur his sena et epithymum, & modicum bulliant iterum, deinde colẽtur, & cum sufficienti zucchαro dulcoretur, de quo detur mane patienti, vnc. iij. aut. iiij. ad plus. Cura loci pustulosi est, vt procedatur cum localibus vt supra in sanguineis pustulis.

Cura vero illarum, quæ fiunt ex phlegmate salso, est primo in dięta, vt abstineat se ab omnibus salsis & acutis, & grossis cibarijs, satis notis, & vtatur breuiter dięta supradicta, Phlebotomia uero generalis, vel spãlis, hic nõ est necessaria, nec cũ peccato sanguinis notabili, vt de cæteris dixi, vẽtosę tñ in spathulis & sub mento, iuuatiuæ sunt, & laudo eas. Pharmacia igitur est optima, purgetur ergo patiens cum pilulis his. Recip. turbith, drac. ij. ellebori, drac. i. &. ʒ. senæ, epithymi, fu. terræ, ana drac. ij. puluerizentur omnia subtiliter, & cribrentur, & cum succo polypodij, aut vino decoctionis eius fiant pilulę, dosis est, drac. i. aut scrop. iiij. aut cum hac decoctione. Reci. polypodij, fu. terræ, ana dra. iij. turbith, drac. i. &. ʒ. ellebori nigri, drac. i. senæ, epithymi, ana drac. ij. contundantur & bulliant in aqua dulci, vnc. vi. vsq; ad drac. iij in fine eius decoctionis superaddãtur senæ, & epithymũ, & tunc colentur, et ista decoctio dulcoretur cum zuccharo, vnc. iij. aut. ij. aut. i. misce, & detur patienti, ante diem. Ad curam vero loci pustulosi, procedatur recte cum his, quæ dicta sunt supra nisi forte ꝙ ablutio faciei fit cum decoctione fu. terrę, polypodij, furfuris, et senæ &c. Decoctio etiam antedicta est conueniens, & sic procedatur in eius cura, & bene consequetur.

Cura autem eius quæ fit ex melancholia adusta, est, vt in vita sua vtatur diæta narrata in cura cholericarum saphati, sed non bibat vinum ita acerbum, sed album subtile, non multæ dulcedinis, aromaticũ, lymphatum tamen cum aqua cocta. Phlebotomia autem vniuersali, aut particulari nõ indiget omnino, nisi cum forti sanguinis peccato. Pharmacia autem vniuersalis, aut particularis bene est necessaria: A principio autem localium applicationis, applicetur vel purgetur iste patiens, semel in hebdomada, cum his pilulis. Re. ellebori nigri, drac. i. senæ, epithymi, mastiches, cinnamomi, ana drac. ʒ. myrobalanorum indorum, drac. i. aut. ʒ. lapidis lazuli optime abluti in sero caprino, drac. i. scamoneæ scrop. ij. puluerizentur omnia subtiliter, & cum succo polipodij, aut vino decoctionis eius fiant pilulę, dosis est drac. i. aut scrop. iiij. Si autem pilulas sumere non posset, quia inconsuetus, aut alia causa, detur ei decoctio hæc. Reci. ellebori nigri, drac. i. polypodij, drac. iij. myrobalanorum indorũ, drac. i. senæ, epithymi, ana drac. ij. contundantur contundenda, & bulliant in aqua, vnc. x. vsq; ad mediã consumptionem, addendo in fine decoctionis super senæ, epithymi, & dulcoretur cum zuccharo, drac. ij. postquam colata optime fuerit, detur tunc mane, patienti, tota ista, aut saltem, vnc. ij. &. ʒ. ventosationem autem in spathulis & sub mento, laudo bis in mense, aut saltem semel. Cum localibus vero procedatur, vt supra dixi in alijs, nisi ꝙ ablutio faciei fieri debet cũ decoctione ellebori nigri, fum. terrę, viol. & cap. veneris. Et isto modo procede, & tibi bene succedet si Deus voluerit.

### *De inflatione faciei.*

Signa vero & cura inflationis vniuersalis in tota facie, quę dicitur in uulgari buzicaga, vel aura ceruina, vel gutta rubea, hoc modo habentur, semper enim hæc ægritudo fit ex fumo venenoso leuato vel humore calido, & signũ ꝙ materia fuerit maligna, et uenenosa est, quia post eius curã, cadũt capilli capitis, & barba, & hoc propter infectionẽ & corruptionem radicis capillorum ex fumo et humore venenosis, inductam. Signa autem eius, dum incipit, sunt, quia tunc fit pruritus in facie fortis, & in capite, & in loco in quo incipit, & veniunt primo quędam eminentiæ in modũ inflaturæ, postremo fit vna inflatio totalis in capite, & facie, & inflãtur quandoq; in tantum oculi, ꝙ nec videre potest patiens, & per totum est rubedo cum inflatione multa, quæ semper comitatur hanc ægritudinem.

Cura eius, subito in principio, reqrit phlebotomiã, si virtus & ætas consentiat, & cum hoc vẽtosationem in spathulis, aut solam ventosationem, virtute et ætate dissentientibus phlebotomiæ. Facta phlebotomia, mundificetur patiens cum decoctione supradicta in cura pustularum rubearũ ex cholera adusta, vel cum pilulis ibidem dictis, & primo fiat ei euacuatio talis, & post purgatio, & sępe fiat clyster. Reci. maluarum, viola. capil. veneris, scolopendriæ, ana drac. i. coquantur in lib. iij. aquæ, vsq; ad consumptionem vnius libræ, & tunc coletur, & in colatura bulliant senæ, epithymi, drac. i. thamarindorum, prunorum damas. ana drac. ij. & iterum colentur, & de dicta colatura accipiatur, quantum sufficit, & ibi dissoluatur, mãnę, mellis ros. ana drac. i. &. ʒ. salis triti optime, vnc. ʒ. sumat ipsum igitur, & non teneat multum eum in intestinis, imo statim, quasi ipsum emittat, & faciet istud pluries scilicet bis in die, aut saltẽ omni die semel. Et omnes aliæ medicinæ quæ dantur per os, omittantur si est possibile, hoc enim materiã trahit ad contrarium, & alterat leuiter, & sine molestia. Facies vero tota & caput a principio emplastretur cum hoc repercussiuo leui. Rec. succi solathri, succi sempuiuę, succi portulacæ, ana drac. ij. olei viol. olei ros. ana drac. i. dosis, vnc. ʒ. boli ar. unc. i. ʒ. farinæ lentium, fa. hordei ana. drac. i. ʒ. sepi caprini, unc. ij. bulliãt leuiter usq; ad inspissationẽ, aut nõ bulliãt, sed incorporẽtur simul, et facies emplastretur. Et hoc fiat usq; ad declinationẽ & tunc abluatur facies cum aqua decoctionis ro. florũ chamamillæ, maioranæ & hordei &c. Dięta eius sit, vt comedat micam panis lotam in aqua pluries,

succum

succum ordei, aut eius ptiſſanam, far & huiuſmodi frigida, zucharũ, & vinum granatorũ, lactucas, endiuias, portulacas cum forti aceto comedat, & cucurbitas coctas cum agreſto. & breuiter eius diæta ſit cũ frigidis & humidis: ſumat enim mane ſtomacho ieiuno zuchari vnc.iiij. ſeri caprini cum lacte ſeminum cõmunium, & vino granatorum cum zucharo. vinum vitis omnino non bibat, niſi forte ob aliquã cauſam, & tunc bibat vinum album agreſtoſum, vel vinum de granatis, vel agreſto cum aqua zuchari lymphato, vtatur pro ſuo potu. carnes nullas comedat, vſq; ad ſedationem huius morbi, ſi virtus tolerat: ſi non, comedat carnes pullinas, coctas cum lactucis, aut endiuia, aut ſeminibus communibus, aut portulaca, aut cucurbitis, aut agreſta, aut huiuſmodi frigidis alteratiuis. In fine vero, aqua cicerum rubeorum vtatur, coctorũ in carnibus hædinis, vitulinis, caſtratinis, aut pullinis. & ſic curabitur patiens, ſi Deus voluerit.

### *De ſciſſuris labiorum.* Cap. XIX.

Labiorum ſciſſuræ, non fiunt niſi ex humore ſalſo, aut aduſto vrenti, & exiccãti humiditatem labiorum, aut extremitates naſi quandoq;: nodus vero fit ex phlegmate groſſo gypſeo: quãdoque etiam ex melancholia indurata & exiccata. Et ſcias hic, q nodus habet quandoque ſacculum ſeu cyſtin in quo locatur & voluitur nodus. quandoq; vero nõ habet ſacculum: ſed infiltrationem quædam, & tenacitatẽ in loco cum lateribus partis ſanæ. Signa ſciſſuræ talis in labijs & viſu colligũtur, quia primo ibi eſt ſolutio cõtinuationis, aſperitas, pruritus, ibi apparẽt cruſtulę quædam in modum eſcharæ: & eſt loci caliditas, ſolito amplior. Nodus vero in tali loco cognoſcitur etiã ſolo tactu & viſu. Qui enim habet nodũ, ſacculus cedit tactui, quum digitis præmitur & palpat. Infiltratus vero non cedit ſic, imo fixus ſtat in loco vno.

Cura ſciſſurę eſt, vt primo purgeṫ patiens cũ pillulis in capitulo de ſaphati cholerica aduſta, aut cum decoctione ibidẽ dicta, & hoc ſi patiens debitæ ætatis & cõſtantis virtutis ſit. Regatur etiam iſte cum diæta illic notata: locus vero curetur cum vnguento quod ſic fit. Re. reſinæ, terebinthinæ, dragãthi, ana vnc.ſ. pinguedinis gallinæ, anſeris, & teſtudinis, ana vnc.ij. farinæ fœ. græci drach.i.&.ſ. cæræ vnc.ij. olei amygdalarũ dulcium, olei maſtiches, ana vnc.ij.ſ. argenti viui, ſulphuris, ana drac.iij. componatur ſic, liquefiãt gũmæ, prius mollificato maſtiche cum vino ad ignem ſimul cum cera, oleo, & pinguedinibus: deinde coletur: & tunc eis admiſce fari. fœnugræci, & incorpora bene ad ignem, quum infrigidatum fuerit totum: hoc tamen adde, argen. viuum & ſulphur cum ſaliua extinctũ, & tunc omni ſero dum vult patiens ſe ad lectũ ponere, vngatur locus cum iſto vnguento, facta prius fomentatione labiorũ oculis clauſis, cum aqua decoctionis ſulphuris drach.i. fu. terræ, camomillæ, roſarũ, fœnugræci integri, maſtiches, & ordei, ana drach.i.&.ſ. aut drach.ij. & iſto modo incipe curare hanc diſpoſitionẽ ſi potes: ſi aũt iſtud nõ confert, tunc cauterizetur locus ſciſſus cũ lamina argentea, vel aurea, uel auricalchina, uel ferrea aut ſup ſciſſuras: & inter eas ponatur de alumine fœcis vini ſicco, mollificato cum humido aliquo: iſtud enim alu men ſic mollificatum dimiſſum per horam ſuper loco, cauterizat vt ferrum ignitũ. Facta cauterizationę

A & remota eſchara cũ adipe gallinę, butyro, lardone non ſalitis, ana vnc.iij. olei amygd. dul. drach.iii. cerę drach.i. procedatur tunc cum vnguẽto & lotione ſuperius dictis in præſenti cap. Contra nodum vero ſic procedatur, ſiue habeat cyſtin, ſiue ſacculũ, ſiue nõ, mollifica ipſum cum pinguedine gallinę, butyri non ſalitorũ ana vnc.iii. cerę vnc.i. mollificentur gummę in aceto per noctem: deinde eliquatur ad ignem in cazola ęnea, quibus liquefactis colẽtur, & iterũ ad ignẽ bulliãt vſq; ad aceti cõſumptionẽ & aliquarũ ipſarũ inſpiſſationem, quo facto liquefiant pinguedines, cera & oleum colentur, & gũmis admiſceantur, & nodus vngaṫ, & curabitur. Sed nota, q huiuſmodi mollificatio magis eſt neceſſaria in nodo non habente ſacculum infiltrato, q̃ in habẽte, qui nodus ſic tractetur. Accipe nodum taliter intra duos digitos tuos ſiniſtrę

B manus, & exprime ipſum ad exteriora fortiter, ſi vis trahere ipſum per exterius, vel cõprime ad per interiora, ſi per interius volueris illum euellere, & tũc cũ raſo rio incide leuiter ſuper pelle cooperiente eum, ne incidas folliculum ſi habet, et tunc exprime ipſum fortiter, vt exeat, aut cum vncino tuo, violenter ipſum euelle, ſuauiter tamẽ ſecundũ infirmi tolerãtiam, quo facto, imple locum cum ſedantibus dolorem & malam cõplexionem calidam remittentibus, & ſanguinis fluxum reſtringentibus, vt cum albumine oui, cũ uitello, oleo roſ. & croco mixtis: deinde mũdifica locum cum mundificatiuis, dictis in capitulis ſuperioribus multoties, et dicendis: & ſiquid remanſerit de folliculo ſeu ſacculo, vel de radice eius, ipſum conſume cum vnguento viridi aut apoſtolorũ, aut huiuſmodi corroſiuis, quo facto, incarna & conſolida locũ cum

C medicinis dictis ſuperius, ad hoc valentibus.

### *De ranula, et apoſtemate ſub lingua &c.* Cap. XX.

Ranula, eſt eminentia quædam ſub lingua apud dentes anteriores inferiores, in modum cuiuſdã carnis ſpongioſæ tumidę, & apoſtematę, & quando eleuatur lingua cum ſpathula, tunc ipſa apparet quędã alia lingua fixa ſtans ſub vera lingua, & qñq; ꝓpter calorẽ et inflãmationẽ in loco, ſequiṫ febris, & rubedo totius faciei & colli. & ꝓpter maximũ tumorem, & paſſionẽ, qñq; ſequitur ſuffocatio & mors.

Cura eius requirit feſtinantiam, et curialitatem, & cautelam, propter affinitatem eius ad cannam pulmonis. Subito igitur a principio fiat phlebotomia a cephalica manus, ſi ętas & virtus conſentiãt: immo & prius de baſilica, aut media ſeu communi, ſi

D fuerit corpus plenum, ſanguineum & robuſtum, aut fiat uẽtoſatio in ſpathulis, ſi uirtus & ętas non conſentiant &c. Facta phlebotomia, aut uẽtoſatione, cape ranulam cum uncino tuo ferreo acuto in eminentia ſua firmiter, & tunc incide eminentiam illam totalẽ, non multum profunda inciſione propter cannam pulmonis ibi uicinã, qua eminentia remota, permittatur ſanguinem fluere aliqualiter: poſtea ſuper loco inciſo ponatur modicum uitrioli roſ. puluerizati, uel aluminis zucarini cum ſale nitro, aut cauterizetur locus cũ ferro ignito, et ſic dimittatur per aliquod tempus, donec eſchara cadat per ſe, deinde cum decoctione uini, aluminis, roſarum, maſtiches, actu calidorum abluatur locus, cum vino decoctionis myrrhæ, maſtiches & turis, vſq; ad finem conſolidationis. Contra gingiuarũ corroſionem, & nitroſitatẽ ipſarum,

primo purgetur patiens cum pilulis, aut decoctione dictis in capitulo, de ſaphati, coctis, aduſtis. Deĩde fiat gingiuarum fricatio cum alumine zuccharino & ſpuma maris, & ſale nitro, roſis, et maſtiche puluerizatis: deinde poſt hoc fiat ablutio cum aceto ſquillitico, aut cum vino decoctionis antedictæ, modico adiuncto aceto, & iſta fiant in die bis, mane. ſ. & ſero, & poſt fricationem & ablutionem, ponatur ſuper gingiuis puluis maſtiches, dragãti, et thuris, ita ꝙ gĩgiuis adhęreat, ſi poſſet recipere de pilulis antedictis, bonũ eſſet ante localia vt dixi, aut de pilulis ex aloe & agarico, dictis in capitulo de albugine & ruptura corneæ, aut trochiſcum de terbit, ibidem dictum. Diuertunt enim hæc materiam currentẽ ad gingiuas, et ſic melior ſubſequitur localium applicatio & operatio melior. Puluis optimus ad confirmandum dentes motos. Re. corallorũ alb. & rub. vnc. ij. maſtiches, dragãti, gũmi arabici, ana drac. ſ. puluerizẽtur, & cribrẽtur, & ponantur ſuper dentes motos, facta vniuerſali purgatione ſi expedit, cum pilulis, aut trochiſco ĩmediate dictis, & ſic firmabuntur in breui. Cõtra dolorẽ dentium, mirabile, remouet enim dolorem in veritate vnius horæ ſpacio. Re. ſem. apij, drac. i. & . ſ. opij, hyoſcyami, ana drac. i. puluerizentur ſubtiliſſime, & cum ſucco hyoſcyami, fiunt pilulę, de quibus ponat patiẽs ſuper dẽte doloroſo: aut conficiantur pilulæ cum vino, & ſtatim dolor ceſſabit. Sed in ueritate non ſubito debet tale fieri remedium, immo ſolum in fortiſſimo dolore, & ſedabitur.

*De apoſtemate ĩ radice linguæ, & uuulæ inciſiõe.* C.XXI.

HOc apoſtema, niſi viſibile ſit, et habeat eminentiã propriam, non eſt de conſideratione chirurgi, ſed ſi apparuerit, & habuerit propriam eminentiam, et oſtenſionẽ, tunc bene eſt de eius conſideratione, & tunc beneficio manuali chirurgi faciet tale ap̃a ſaniẽ, & curabitur, aut eius beneficio etiã reſoluetur.

Cura ergo eſt ut ſubito, dum fueris certus ꝙ ſic ſit, fac fieri phlebotomiã de cephalica manus eiuſdẽ partis, ſi virtus, et ætas, ac alia conſentiant: ſi non, fac fieri vẽtoſationem in ſpathulis cum ſcarificatiõe, aut etiam ſi corpus fuerit plenum ſanguine & robuſtum, fac prius fieri phlebotomiam de baſilica, deĩde cephalica dicta, aut ſi peccatũ ſtet in alijs humoribus, ſine ſanguinis peccato notabili, quod raro contingit, dimitte phlebotomiam, & mundifica corpus cum pilulis, aut decoctionibus humori peccanti appropriatis, dictis ſuperius in capitulis q̃ pluribus. Sequenti die fiat enema cum aqua decoctionis bletæ, maluæ, violarum, capil. vene. ana vnc. i. florum chamomillę, ſem. fœniculi, ſemi. ameos, roſ. ana vnc. ſ. mellis roſ. drac. iiij. olei viol. vnc. vi. ſalis, dra. i. & omni die ſemel fiat tale enema diuerſiuum. Emplaſtretur vero gula tota cum emplaſtro tali in parte exteriori. Re. radicum althęę mundatarum, inciſarum fruſtatim, & coctarum optime in aqua, & piſtatarum optime lib. ſ. farinæ fœnugræci, ſemi. lini, fari. hordei, florum chamomillæ, ana drac. i. olei chamomillę, ana dra. i. olei anethi. olei liliorum alborum ana drac. i. ſ. ficuum pinguium, numero. viij. paſſularum, drac. ſ. piſtatarum optime, butyri, pinguedinis gallinæ, quantum ſufficit, vt emplaſtrum fiat bene pingue, & cum decoctione althęę antedicta, fiat emplaſtrum, quo gula tota emplaſtretur exterius, quia intẽtio medici in hoc caſu, debet eſſe in

E attrahendo materiam ad exteriora, aut cũ emplaſtris, aut cum ventoſis, & huiuſmodi, & ante emplaſtri appoſitionem, ſemper fiat vnctio cum oleo chamomil. liliorum alborum, anethi. amygdalarum dulciũ, pinguedine gallinæ, & butyro calidis: & iſta omnia fiant bis in die, mane. ſ. & ſero. ab intro vero fiat gargariſma cum rebus ſtypticis repercuſſiuis, vt repercutiatur fluxus materiei ad cannã & guttur, & per conſequens etiam ſuffocatio prohibeatur cum rob de nucibus et earum ſucco viridium, cum diamoron, aut vino, aut aqua & melius, decoctionis mororũ, aut aliorum ſtypticorũ, aut corticis granatorũ, balauſtij gallarũ, roſarũ, violarũ, cap. ueneris, portulacę, ſem. cõmunibus, aut lacte ſolo, aut cum diamoron miſto extrinſecus etiã ponantur ventoſæ, & ſcarificentur, aut deſuper ſanguiſugæ ponãtur. Poſt hæc vero omnia,

F poſt tres aut quatuor dies in gula aſpiciatur deprimẽdo & ſubleuando linguam cum ſpathula tua, aut cochleari ligneo, aut argenteo, & ſi aliqua eminẽtia apoſtemoſa appareret, ſubito ad eius aperitionem intendas cum ferro tuo acutiſſimo, & ſi ibi ſit notabilis ſanies, extrahe eam in parte, aut in toto, ſi ſit patiens robuſtus. & ſi ibi non ſit notabilis ſanies, ĩmo fluat ſanguis liuidus fœtens, dimitte fluere ipſum notabiliter: deinde procede cum reſtrictiuo ſanguinis, mundificatiuo, incarnatiuo, conſolidatiuo, notis, faciendo intrinſecus gargariſmata his effectibus appropriata. Extrinſecus vero pulueres & vnguenta etiã appropriata: & attende hic, ꝙ iſtud apoſtema, ratione loci, non indiget, nec patitur multam aut perfectam ſaniationem, & maturationem, ne interim materia ſuffocationem induceret: ſubito enim, dum aliqua intrinſecus

G & extrinſecus, & præſertim intrinſecus, ſint in eminẽtia apoſtemoſa, aut alicuius ſaniei veſtigium, facienda eſt operatio et procedendũ dicto modo. Procura apoſtematis cõmunis vuulæ, aut eius putrefactionis, talis obſeruetur modus, excipiatur lignũ de ſambuco, aut de canna, aut huiuſmodi, & aperto ore, imponatur cannæ extremitas vna ori, vſq; ad vuulam, & fiat vt ingrediatur, vuula in extremitate cannulæ, & tunc ĩmittatur per cãnæ foramen ferrum longum acutum, ignitum, & cauterizetur vuula, aut ſit ferrũ incidens nõ ignitum, & incidatur illa pars vuulę quã cœpiſti in extremitate cannæ, qua inciſa, tunc accipe ferrum illud ignitum ſubito, et cauteriza locum inciſionis, et tunc procede cum gargariſmatibus ſedantibus dolorẽ primo, deinde mollificatiuis, facientibus eſcharam factam ex cauterio, cadere. Deinde cũ mol-

H lificatiuis & conſolidatiuis tibi notis, & facta mundificatione, fiat gargariſmus cũ vino decoctionis myrthi, maſtiches, roſarum, firmat enim iſte gargariſmus locum, exiccando.

*De apoſtemate ſanioſo in collo & gula.* Cap. XXII.

TAle apoſtema ſemper fit ex materia, et humore compoſita, & miſta, ſicut & vtplurimũ omnia apoſtemata, declinãte ad ſanguinẽ, aut ad choleram, in qua materia poſt purgationem in fine exitus ſaniei, & manifeſte app̃et veſtigiũ phlegmatis et melãcholię, & ad hoc ſenſibile tactu & viſu ſatis apparent. Signa ergo eius quod declinat ad ſanguinem, ſunt loci rubedo obſcura, & pulſatio fortis, et non cum multa extẽſione in modũ ponderis, et habitudo patientis eſt carnoſa, ſanguinea, & vſus ſit diæta calida, vt vino, carnibus,

nibus, mellæ, & breuiter omnibus alijs sanguinem multiplicantibus. Signa vero eius quod ad cholera̅m declinat, sunt aliqua de dictis, sed hic est acuitas magna apostematis in cupum, cum punctura notabili, et rubedo quædam declinans ad citrinitatem.

Cura ergo eius quod ad sanguinem declinat, est, vt subito a principio phlebotometur patie̅s de cephalica i̅ manu opposita apostemati: aut etiam si sit corpus plenum & robustum, phlebotometur prius de basilica: deinde de cephalica, & hoc virtute & ætate consentientibus. Et si prohibet ætas uel aliud ponantur ventosæ super spathulis, cum scarificatione, aut ponantur sanguisugæ super spathulas scarificatas. Quo facto, super apostemate fiat unctio cum oleo de chamomilla, et lilijs albis, et de anetho, pinguedine gallinę, butyro, et œsypo: & antequam fiat huiusmodi vnctio, fomentetur locus cum aqua decoctionis althææ, florum chamomillæ, semi. anethi, sem. lini, sem. fœnugræci, & hordei: imo & cum spo̅gia fiat de hac decoctione embrocha. apostemati dicto. Deinde exiccato loco optime cum panno calido, fiat tunc talis vnctio cum ante dictis, aut ante inunctionem lauetur solu̅modo cum aqua calida apostema, & tunc exiccetur et vngatur vt prius, sed primus locus est artificialior. Factis fomentatione, & embrochatione & inunctione antedictis, super apostemate huiusmodi emplastrum apponatur. Reci. radicis althææ mundatæ, frustatim incisæ, coctæ & pistatæ optime, lib. i. fari. fœnugræci, semi. lini & hordei, ana drac. ij. cœpas duas liliorum albo rum coctas sub prunis pistatas cum althæa, florum chamomillæ, drach. i. ʒ. ficuum pinguium optime pistatarum cum althæa & cœpis, numero. viij. passularum, dra. ij. vitellorum ouorum coctorum sub prunis numero. v. incorpore̅tur omnia simul cum aqua decoctionis althææ sufficienti, & bulliant, donec inspissetur ad formam emplastri: & dum quasi fuerit inspissatum, adiunge ei butyri & axungię porcinæ, ana, vt sit bene pingue, liliorum alborum, chamomillæ & anethi, ana drac. ij. hoc enim apostema maturat partim resoluit de materia eius, et dolorem mitigat: facta huius apostematis maturatione, quod cognoscet medicus digitis suis palpando apostema, & sentiet mundationem: & dolor qui sentiebatur ante maturatione̅, valde remollitus erit: ita semper signa maturationis humorum. Cognita maturatione, incidatur apostema secundum longitudinem gulæ, & modo competenti, absq; forti dolore si est possibile, sanies in parte extrahatur, non curando si tota non exierit illa hora. Remota tunc sanie in parte, aut in totum, illa hora impleatur locus cum stuellis stuppeis, aut lineis, inuolutis in vitello & albumine oui, cum oleo rosa. alumine zuccharino, & hoc enim mundificat locum, defendit partem ne plus recipiat, & dolores sedat. Sed si fluxus sanguinis infestaret, dimitte oleum, & sic procede per. iij. aut. iiij. dies. Et tu̅c considera locum si indiget maiori mundificatione, & tunc mu̅difica ipsum cum vnguento apostolorum, de quo in fine operis faciam mentionem plenam: aut cum vnguento viridi, de quo etiam dicam. Facta mundificatione, incarna & consolida vltimo cum incarnatiuis & consolidatiuis dictis supra, & dicendis in fine operis copiose. Diæta eius sit similis dictę i̅ capitulo de saphata cho-

A lerica & sanguinea, declinans, scilicet ad frigiditate̅, & hoc vsq; ad apostematis incarnationem, si virtus & debilitas non impediat: & postea paulatim ad eius vitam redeat vsualem.

Cura apostematis, quod ad choleram conuertitur est, vt phlebotometur & ventosetur patiens modo dicto, et conditionibus, dictis superius: sed non sic copiose. Et si facta phlebotomia, patiens sit constans in virtute, bonum erit vt purgetur minoratiue cum hac decoctione. Reci. prunorum numero. x. scolopen. violarum cap. veneris, endiuiæ, ana vnc. i. coquantur ista in aqua vnica bullitione, deinde colentur, & in drac. iiij. huius colaturæ dissoluantur drac. ij. tamar. indorum, reubar. drach. i. cassiæ, mannæ, ana drac. iij. sumat mane ieiuno stomacho. Diæta eius sit, quæ dicta est immediate supe

B rius directe. Quo ad localia, incisionem, mundificationem, incarnationem, consolidationem, directe ut dictum est de apostemate sanguineo procedatur. Diæta tamen sic in ipso poterit ordinari: quia a principio paucis sit co̅tentus, succo hordei, aut eius ptissana cum zucchero, aut in sola aqua, aut cu̅ brodio pulli iuuenis, lactucis, portulacis, endiuia, cucurbitis, & huiusmodi frigidis vtatur, pro suo ferculo cum agresto aut vino granatorum & zuccharo: immo de istis sic elixatis, sumat vnum aut duos bolos cu̅ forti aceto, aut agresto, aut uino granat. aut aqua decoctionis prunorum, endiuiæ, cap. veneris, scolope̅. & huiusmodi frigidorum cum antedictis, aut sola cum zucchero pauco: & ista sit eius diæta, nisi virtutis debilitas impediret, quia tunc posset sumere carnes pullinas, & alias leues alteratiuas semper

C cum antedictis frigidis. Et post hoc redeat paulatim patiens ad eius consuetam vitam, bonam tamen, secundum virtutis eius debilitatem, aut vigorem. In incisione autem omnis apostematis, colli, & gulæ considera bene neruos & arterias: & specialiter vita pro posse, incisionem inter duas arterias, quę sunt prope cannam pulmonis in gutture apud eminentiam gulæ ab utrisq; lateribus gulæ, quia ex illarum incisione sequitur mors in breui.

### *De scroffulis in collo & gula.* Cap. XXIII.

SCroffulæ sunt apostemata dura ad tactum, nascentia ex phlegmate indurato & exiccato, aut ex melancholia. Et scias ꝙ in uno loco co̅muni multæ scroffulæ adinuicem nascuntur, & facile per ta-

D ctum omnes illæ cognoscu̅tur. Signu̅ tamen ipsarum, & in hoc omnes conueniunt, est quædam subalbedo, aut liuiditas, aut nigredo: nec sentitur per eas dolor, & sunt duræ ad tactum. Differunt tame̅, quia quædam habent folliculum in quo locantur & voluuntur, & quædam non.

Cura ipsarum prima est hæc, si patie̅tis ætas & uirtus consentiant, detur ei semel in hebdomada, trochiscus unus, de his factis contra scroffulas: et adhuc aliqui uolunt in ætate a. xv. annis infra usq; ad quintum, ꝙ detur trochiscus medius, quibus & ego assentio, uirtute, & alijs no̅ dissentientibus. Trochiscum au̅t co̅tra scoffulas, uel electuariu̅, si uis facere. Re. turbith albi mu̅dati a cortice suo, dra. i. agarici. dra. ʒ. myrobal. i̅doru̅, scrup. iiij. zinzib. scrup ij. mastic. cinamo. gariophyl. ana scrup. i. zucchari ta-

berzech, lib. 5. mellis ro. colati, dra. ij. fiat trochiscus, aut electuarium: detur in matutinis cum modico vini lymphati. Super scroffulis vero ponantur mollificatiua, et resoluentia leuiter vbicunq; fuerint scroffulæ. Diachylon ergo mollificans & resoluens est hoc. Reci. lithargyri triti optime, drac. ij. olei communis, drac. vi. mucilaginis, fœnugręci, & seminis lini, ana drac. iiij. mucilaginis althęę, drac. iij. Sic cõponitur, ponatur lithargyrus in cazola ęnea ad ignẽ simul cum oleo, & dimittatur bullire, donec dissolutus sit lithargyrus optime, & oleo admistus quasi vnguenti formam receperit, quod scies imposita gutta eius marmori, aut ferro, & hoc dico agitando semper cum spathula, ne suo pondere lithargyrus descendat ad fundum cazolæ, & comburatur: quo facto deponatur ab igne, & dentur ei mucilagines, & iterum ponantur ad ignem & bulliant agitãdo vt supra vsq; ad perfectam incorporationem & inspissationem debitam pro vnguento solido, quod scies per guttam iniectam marmori, aut ferro. Postea ab igne deponatur, & addatur medullarum crurium vituli, pinguedinis renium castrati, ana drach. ij. myrrhæ sarcocollæ, ireos, ana drac. iij. & tunc bene agitentur omnia: deinde fiant magdaleones manibus inunctis oleo: et de isto super scrofsuloso loco ponatur, & innouetur sæpe, aut tarde, secundum ꝙ videbitur super loco exiccari, & continuetur, donec scroffula maturationi obediat si est possibile. Aliqui addunt ellebori nigri, radicis cucumeris asinini, stercoris ouium, & caprarum, & mõtonorum, aristolochiæ rosa. ana, omnium puluerizatorum, ammoniaci, bdellij, galbani, serapini, assæ fœtidę, opopanacis, ana mollificatorum in forti aceto, prius, scroffulariæ, radicis genestræ, puluerizatorum ana, & faciunt diachylon. Sed ante superpositionem embrochant scroffulas donec sudent per embrochationem althææ, cucumeris asinini, fœnugræci, seminis lini, anethi. ceratani, chamomillæ, calamenthi, & huiusmodi subtiliantium, & calidorũ: & suspendunt ad collum scroffulariam, & florem genestræ appropriatę vtiles etc. Si autem scroffulæ ad maturationem deducantur per hoc, aut per se scindantur & vlcerentur, tunc incidantur, & sanies extrahatur: & si sint vlceratæ per se, aut aliter ab antiquo, tunc dilatetur eius orificium ab vna parte & alia, ita quod vnicum vulnus fiat, cum ferro, aut cauterio potentiali, aut tenta spongiæ, aut aristolochiæ, aut milicæ, aut vnguentis fortibus, vt viridi, aut apostolorum, aut huiusmodi: & facta incisione impleatur vulnus stuellis lineis, aut stuppeis, inuolutis in albumine oui & vitello cum alumine zuccharino, oleo rosa. & croco, vsque ad duos vel tres dies sic faciendo. Postea vero mundifica cum vnguento apostolorum aut viridi, aut puluere asphodelorum, cum redalgar, aut vitreolo, aut melle misto, etiam non misto, secundum ꝙ indiget maiori aut minori mundificatione: de quo puluere & mistura in capitulo fistulæ lachrymalis facta est mentio. Facta mundificatione, incarnetur, & consolidetur cum medicinis facientibus, dictis supra, & dicẽdis in fine operis nostri. Ex parte diętæ eius, vtatur carnibus leuibus ad digestionem, ouis sorbilibus: uino claro subtili odorifero lymphato cum aqua decoctionis saluiæ, rorismarini, & maioranæ: carnes

E bouinas aut porcinas, legumina, herbas grossas, nec fructus comedat, vtatur spinachijs, boragine, trifolio, petroselino, & pauca beta, brodio cicerum, ficubus siccis, amygdalis, aut nucibus, & zuccharo, & breuiter ab omnibus cibis grossis, & sanguinem, ac humores grossos generantibus, abstineat.

*De hernia gutturis, uel bocio etc.* Cap. XXIIII.

HÆc ægritudo fit a phlegmate descendente a capite ad gulam vt plurimum, & aliquando ex melancholia: & mutatur quandoq; de humoris substantia in carnositatem quandam superfluam, quum diu in loco steterit non curata. Illa autem quę fit ex phlegmate, melior est, quam quæ ex melãcholia, et magis tractabilis, et ducibilis est hincinde, quũ
F digitis palpatur: & nota ꝙ in vtraq; semper est folliculus quidam, vel sacculus, in quo locatur & voluitur: & vnaquęq; facit intra suam corpulentiam nodositates multas. Cura istarum quandoq; fit cum incisione: quandoq; solo medicinarum beneficio. Sine incisiõe, taliter procedatur. Primo enim imponatur infirmo vt abstineat ab omnibus cibis grossis, viscosis, & superfluis: vt carnibus bouinis, caprinis, porcinis, salitis & non salitis, a leguminibus, herbis grossi nutrimẽti & huiusmodi, a caseo, lacte, ab aqua saltem non cocta: bibat vinum subtile aromaticum lymphatum cum aqua decoctionis saluię, rorismarini, secundum uini potentiam, super suis cibarijs ponatur de speciebus aromaticis, vt pipere, nuce muscata, zinzib. galanga, mace, cinnamomo, cardamomo, croco, & huiusmodi. Carnes, quas co-
G medet, vt plurimum sint assatæ, & raro elixatæ, vt dixi de oppilatione auris superius. Semel in hebdomada, sumat trochiscum de turbith, vt dixi in scrofulis: vel aliud, quod sic fit. Reci. hermodactylorũ, drac. i. turbith, drac. i. zinzib. conditi, scrup. ij. mastiches, cinnamomi, ana scrup. i. zucchari, drac. 5. cum melle rosa. colato fiant trochisci, aut cum vino aromatico: sumat vnum in matutinis: & si non cum vino, saltem cum aqua zuccharata decoctionis ficuũ, liquiriciæ pass. hysoppi, semi. corticæ, rorismarini, & mentæ: aut sumat solum trochiscum, & post bibat aliquod modicum vini odoriferi lymphati, aut cum aqua sola cocta zuccharata, aut cum aqua dictæ decoctionis. Super loco vero ponatur diachylon, de quo in capitulo de scroffulis, mentionem fecimus: facta mollificatione, vngatur cum isto vn-
H guento resolutiuo. Reci. euphorbij, drac. 5. costi, sulphuris asse, auripigmen. rubei, ana drac. ij. myrrhæ, castorei, ana drach. 5. olei rosa. & anethi, ana drach. iij. ceræ albæ quantum sufficit fiat vnguentum isto modo, liquescat cæra cum oleo ad ignem, & coletur: quo facto, quum quasi infrigidatum fuerit, addantur alia optime puluerizata & cribellata, & misceantur optime, vt incorporentur. Si autem per hanc viam non curarentur scroffulæ vsq; ad duos menses: bonum est tunc vt properes ad incisionẽ, facta semper optima mollificatione, isto modo, scindatur pellis super scroffula, postquam manu tua sinistra compresseris scroffulã versus superius cõpressione forti, et scinde pellem suauiter in superficie, ita vt non scindas folliculum si potes: & tunc exprime scroffulam cum sacculo, si non incidisti eũ: aut quomodocunq;

modocunq; fuerit: et si non potes exprimere, eradica ipsam cum uncino ferreo tuo uncato, secundum eius totalitatem & radicem, si est possibile: & caue in incisione & eradicatione eius, ne lædas venas, & arterias, quę sunt in collo. Facta incisione & eradicatione eius in toto, tunc subito impleatur locus cum stuellis lineis aut stuppeis, inuolutis in alumine zuccharino, albumine & vitello oui, oleo ros. & croco, & hoc vsq; ad.iij.aut.iiij.dies. Si fluxus sanguinis infestaret, subito procedatur cum sanguinis restrictione ab incisione, per diem illam totam: deinde cum mundificatiuo defensiuo, & doloris sedatiuo, nunc dicto, vsque ad tempus dictum. Deinde si expedit procedatur cũ fortiori mundificatiuo, vt vnguento apostolorum, viridi, aut huiusmodi: deinde cum incarnatiuis, & consolidatiuis supradictis, & dicendis in fine. Si autem sacculus scroffulæ in parte, aut in toto remanserit, tunc mundificetur, & eradicetur cum vnguentis fortibus, & pulueribus dictis, & dicendis, vt cum vnguento apostolorum, et viridi, aut puluere asphodelorum, regalgar, arsenici, & vitreoli, dicto in capitulo de scroffulis in gula & collo: interpolatim tamen applicando parti, aliquod putrefactiuum notum, vt facilius & sine dolore forti, possit per medicinas corrosiuas, corrodi: & ne ex continua corrosiuorum applicatione, patiens grandem dolorem & molestiam consequatur. Quo sacculo sic extirpato, & loco mũdificato, vt prius, incarnetur & consolidetur locus cum incarnatiuo & consolidatiuo dictis, & dicendis vt supra.

### De apostemate calido uel frigido, sub ascellis. Cap. XXV.

Si istud apostema rubet & tumet vehementer, & dolet infirmus dolore acuto pungenti, & pulsabili vehementi, & circa ipsum habet pustulas quasdam rubeas inflammatas, et cum eo febris associatur, certe signum est q; materia ipsius est calida: Si autem ibi sint signa opposita huius, aut saltem remissa, significatur materiam esse frigidam, aut saltem non caliditatem aut inflammationem.

Cura calidi apostematis est, vt statim a principio fiat phlebotomia de cephalica, ex manu opposita buboni, si ætas aut virtus consentiant: & si nõ, saltem ventosatio fiat in spathulis: emplastratio vero frigida repercussiua ponatur, ne materia ad cor conuertatur. vngatur vero locus cum vnctione dicta in capitulo apostematis in collo & gula: & fomentatio etiam ibidem dicta, fiat in isto casu. & post vnctionem & fomentationem, ponatur super loco emplastrum de maluauisco maturatiuum, ibidem narratum: aut solum cum isto leui procede. Reci. cœpas numero.ij. coctas sub prunis optime, & pistatas, vitellos duorum ouorum coctorum sub prunis, et pistatorum, maluæ, althææ radicũ, ana vnc.i. coctarum & pistatarum optime, axungiæ porcinæ, butyri, ana vnc.ij. cum sufficienti decoctione althææ fiat emplastrum, de quo super apostemate ponatur vt dixi. Istud emplastrum, aut in breui maturabit, aut resoluet absque forti dolore, aut solo puluere de farina frumenti oleo & aqua & croco, maturabitur istud apostema. Facta maturatione incidatur cum ferro tuo,

A & tota sanies extrahatur, si fuerit saltem paucæ quantitatis. Si enim multæ quantitatis, non tota subito extrahatur, sed pars eius, ne ex spirituum & caloris exhalatione cum sanie, ac ex dolore syncope aut etiam quandoq; mors infirmo superueniat. Et attende q; istud est generale documentum in incisione omnium apostematum magnæ quantitatis: quia non debet pro tunc dum inciduntur, tota sanies extrahi vna vice. Remota sanie in parte, aut toto, impleatur locus cum tentis, stuppeis aut lineis, inuolutis in alumine zuccharino, melle, vitello & albumine oui, oleo ros. & croco, vsque ad.iij.aut.iiij.dies. Et si sanguinis fluxus infestaret, subito impone albumen oui cum vitello sine alijs, per totam diem incisionis: deinde procede cum antedicto, quod illud mundificat, defendit, & dolorem sedat. Et si post illos.iiij.dies maior

B mundificatio fuerit necessaria, mundifica cum mundificatiuis dictis in capitulo de apostemate in collo & gula, & de scroffulis etc. In fine vero incarna & consolida, vt in alijs capitulis. Si autem timuerit infirmus, vel tu, apertionem cum ferro, pone post maturationem apostematis debitam, cum antedictis, de ruptorio, & cauterio potentiali, de quo tibi copiam faciam in fine: & procede vt prius, mundificando, incarnando, & consolidando.

Cura frigidi apostematis, est hæc: Primo purgetur patiens cum trochisco, dicto in hernia gutturis, vel cum pilulis de aloe & agarico, dictis in capitulo de albugine in oculo: phlebotomia vero hic non est necessaria, immo nisi forte ventosatio super spathulis: vngatur vero locus cum oleo nardino, oleo liliorum alborum, & anethi, cum pinguedine anseris, anatis, & gallinæ, œsypo, mistis calidis: super loco vero, ponitur emplastrum istud. Recip. cœpas liliorum alborum, numero.ij. coctas sub prunis, pistatas, terebinthinæ, vnc.iij. mellis, vnc.ij. farinæ fœnugræci, & seminis lini, & lupinorum, ana vnc.i.ß. aut farinæ siliginis, olei liliorum alborum, nardini & anethi. vnc.i. butyri & axungiæ porcinæ, ana vnc.ij. fiat emplastrum ex his simul mistis, incorporatis cum aqua decoctionis cicerum rubeorum, cum aqua sola tepida: quo vtere vt dixi. Emplastrum etiam dictum in capitulo de cura apostematis in collo & gula, maturatiuum, foret conueniens. Sed nota, quod maturando apostemata frigida, necessaria sunt fortius calida & resolutiua, quam in maturando apostemata calida. Facta maturatione, aperiatur apostema cum ferro, aut ruptorio, vt dixi in apostemate calido, su-

D pra. Sed nota, quod apertio cum ferro melior est, quã cum ruptorio: & extrahatur sanies in parte aut in toto, secundum regulam superius dictam in apostemate calido, & mundificetur, incarnetur, & consolidetur locus, vt pluries dictum fuit superius. Diæta eius sit breuiter, ab hora aduentus apostematis, vsque ad consolidationem, temperata & bona, cum carnibus boni nutrimenti, vt pullinis, hædinis, vitulinis, paruarum auium: iure dictarum carnium cum pane mollificato. Pro ferculo vtatur spinachijs, boragine, trifolio, petroselino, fœniculo, et pauca beta: vino lymphato cum aqua zuccharata cõmuni, aut cum aqua decoctionis, dictis in capitulo de apostemate in collo & gula, in capitulo de hernia gutturis: & breuiter vtatur diæta ibidem tacta: & curabitur Dei suffragio &

gratia mediantibus principaliter.

*De scrofulis sub ascellis &c.* *Cap.* XXVI.

HÆ scroffulæ durities, nodi, & carnositates additæ, semper fiunt ex materia phlegmatica indurata, vel ex melancholia in duritiem conuersa. & debes scire, q͞ hæc infirmitas quandoq; habet sacculum, quandoq; non. Quæ autem sacculum habent, leuiter mouentur in loco hincinde, quum digitis tuis palpas locum: quæ non habent sacculum, infiltratæ stant & annexæ in loco vno.

Signa scroffularum, sunt durities in tactu earum satis magna, & globositates quamplurimæ, multiplicatæ in loco vno in modum fabarum aut huiusmodi.

Signa autem nodositatis sunt, quia nodositatis durities, lōge maior est duritie scroffularum ad tactum: & cōtinetur nodositas vna globositate sola & eminētia, sine multiplicitate globositatū, aut eminentiarū.

Signa uero carnositatis cuiusdam non scroffulosę, nec nodosæ, sunt, sparsio & dilatatio carnositatis in spatio lato satis, sine globositate aut eminentia, immo cum planitie & mollitie &c.

Cura enim istarum infirmitatum, & radix illius loci in specie est vna. Scias tamen amice dilecte, q͞ timorosum est quamplurimum, procedere in ipsarum curis pro certo, propter affinitatem, quam habet locus ille cum membro nobilissimo, scilicet corde: & hoc siue fiat curatio cum ferro, siue cum cauterio: & sine istis etiam est periculosa. Sed si eius curæ intendis, taliter procede: primo sine incisione, vngatur locus omni die bis, aut plus, cum vnctione narrata in capitulo de apostemate in collo & gula: aut in capitulo de apostemate frigido sub ascellis: aut cum hac. Recipe olei amygdal. dulcium, spicæ, nardi, olei liliorum alb. & anethi. ana vnc. i. pinguedinis anseris, gallinæ, anatis, & butyri, ana vnc. ʒ. misce, & vnge locū. & si vis fortius mollificare, & dissoluere, adde antedictis oleis, & secum dissoluas, oppopanaci, ar. bdellij galbani styracis & huiusmodi ana parum, secundū quantitatem oleorum, & locum vnge: aut cum vnctione, dicta in capitulo de scroffulis et gula: immo et super loco fiant etiam fomentationes dictæ in dictis capitulis. Quibus factis, super loco ponatur diachylon de quo in capitulo de scroffulis in gula: aut de emplastro de terebinthina mellæ &c. dicto in capitulo de apostemate in collo & gula. aut superpone de diachylone mes. mollificato parumper cum terebinthina, & ei adde de ircos, aloes, myrrhæ, sarcocollæ, ana mastiches sulphuris nigellę baccharum lauri, omnium puluerizatorum, ana. & antequam dicta localia exprimas, purgetur patiēs cum pilulis de aloe agarico & turbit factis in capitulo de vngula & albedine in oculo: vel cum trochisco ibidem facto: vel cum pilulis fœtidis, quæ sic fiunt. Re. bdellij serapini aromatici, seminū cicutæ, colocynthidæ aloes epithimi assę fœtidæ omnium, ana drach. v. scamoneæ præparatę, et in citonio cum pasta cocto drac. i. euphorbij, dra. ʒ. castorei scrupul. ij. spicæ, nardi, mastiches, cinnamomi, gariophylorum, cardamomi, macis, ana scrup. i. croci musci, ana scrupul. i. aut musci gran. vi. pondere, & sufficienter infundentur gummæ antedictæ per noctem in succo porrorum: aut in aceto communi: deinde vnica bullitione bullitæ colentur: deinde

E alia puluerizata subtiliter et cribellata, eis admisceantur, & cum dicto succo porrorum incorporentur omnia: aut cum melle rosato, colato: aut huiusmodi: & fiant pilulæ in forma ciceris, dosis ipsarum drac. i. aut drac. i. ʒ. ad plus. Aut iste patiens purgetur cum pilulis factis in capitulo de saphati cholerica adusta, aut melancholica, aut decoctione ibidem facta. Purgato corpore cū antedictis, et imposito ordine in uita eius, vt statim dicam, applicentur localia antedicta parti, & sic curabitur fortasse, si Deus voluerit. Si autem resoluantur huiusmodi apostemata per istius curæ assiduationem, bonum erit, quia bene resoluuntur isto modo sine maturatione, aut sine saniatione ipsarum, sed raro, saltem dum ąntiquæ fuerunt. Si vero non resoluantur, sed maturentur, & ad saniem deducantur: quum maturæ fuerint, quod comprehenditur per si-

F gnum maturationis tactæ in capitulo de apostemate in collo & gula, & de apostemate sub ascellis, aperiantur sagaciter, & suauiter cum ferro, vt ipsarum folliculi non incidantur si est possibile, in his, quę folliculum habent: & extrahantur secūdum possibilitatem, vt in capitulo de scroffulis in collo & gula: & tunc subito impleatur locus cum defensiuo, mundificatiuo, et doloris, sedatiuo, facto in capitulis præcedentibus, de alumine zuccharino, oleo rosa. melle, albumine oui, & vitello, & modico croco, si sanguinis fluxus non infestet: quia tunc debet poni subito sanguinis restrictiuum commune, cum albumine oui conquassatum aut mistum cum pulueribus, sanguinis constrictiuis, satis notis, & in fine operis dicendis: & hoc fac subito facta incisiōe: & dimittatur sic per diem integrā, aut plus, si timeatur sanguinis fluxus, & non dissolua-

G tur: deinde procedatur cū medicina supradicta vsq; ad. iij. vel. iiij. dies. Post hoc vero mundificetur, si expedit, cum mundificatiuis fortioribus, vt vnguento viridi, aut apostolorum, aut puluere asphodeli, misto cum regalgar, arsenico, aut uitreolo, aut flore ęris, dicto in capitulo de apostemate sanioso in collo, & gula: aut dicto apertius, in capitulo de scroffulis ī collo & gula: secundum q͞ videbitur expedire de maiori aut minori mundificatione, & infirmi toleratione. Postea locus incarnetur & consolidetur, cum incarnatiuis & consolidatiuis notis, dictis pluries etc. Si autem ulcerentur huiusmodi apostemata misto medicamine, tunc dilatetur vulnus istud cum rasorio, & extirpetur quod est ītus: aut cum medicinis fortibus dictis, interim apponendo aliqua putrefactiua, dicta in capitulo de scroffulis in collo & gula: & tunc proce-

H datur cū mundificatiuis incarnatiuis et consolidatiuis dictis pluries. Vtatur diæta, dicta in capitulo, de saphati cholerica adusta aut melancholica: in capitulo de scroffulis in collo & gula: & breuiter vitet cibaria & res melancholicas grossi & viscosi nutrimenti ꝑ posse, & sic curabitur.

*De apostemate in adiutorio.* *Cap.* XXVII.

FIt hoc apostema vt plurimum aut ex cholera mista cum sanguine a prædominio choleræ: aut ex phlegmate misto cum melancholia a prædominio phlegmatis. Sed in veritate in omni tali apostemate & in tali loco, raro inuenies, q̄n ibi sit vestigiū cuiuslibet humoris peccātis. q̄a raro sunt apata ita simplicia.

Et

Et vere si consideraueris in ipsis a principio curationis, vsq; ad finẽ, semper in fine duritiem quandam in omnibus, in hora vero conuersionis ad saniem, dolorem & inflammationẽ inuenies.

Signa ergo calidi apostematis sunt, rubedo loci cũ inflammatione & caliditate, & dolor vehemens, & acutus, pungens, pulsatilis, & acuitas figuræ apostematis, & eminentia notabilis cum pustulis inflammati circa locum, & febris plurimum comitatur eam, saltem hora conuersionis materiæ ad saniem.

Frigidi vero apostematis sunt his dissimilia signa. Cum autem omnia ista accidentia, & febris mitigata fuerint, iam habes signum sufficiens maturationis, & ex tactu etiam manus, quum tale apostema digitis tuis ambarum manuum palpaueris, quia vndationem manifestam senties sub tuis digitis diuersimode comprimẽdo super apostema. et attende hic vnum, & bene nota, quod si sanies fuerit in veritate generata in loco carnoso, aut profundo, aut huiusmodi, vbi difficulter appareat, & manifestetur, ista occultatio eius prouenit aut propter loci spissitudinem, & grossitiem, aut propter materiei profunditatem, quæ duæ certe tactum impediunt, vt medicus nõ discernat vndationem saniei ibidem in rei veritate existentis: Sed huiusmodi obscuritas inuentionis per tactum medici locum habet in loco carnoso potissimum, sicut est in naticis, & coxis, in collo, & gula, in dorso a lateribus saltem spondylium, vt ego scribẽs expertus sum in quodam theutonico: & breuiter in locis multę carnositatis & profunditatis, sicut est pulpa cruris in masculis adiutorij, & huiusmodi. Et in isto casu difficultatis cognitionis saniei in carnoso loco, tẽpore meo honorem consequutus fui semel in Cremona, in filio quon. Domini Bernardi de Aduocatis, qui habebat apostema in humero eius dextro, & erat ibi sanies in veritate, vt feci apparere, & non inueniebantur aliqui medici, qui illud cognoscerent, immo dicebant ipsum habere aliam infirmitatem. Ego fui vocatus e Placentia Cremonam, & coram illis medicis & alijs, tactu meo, iudicaui ibi fore saniem, & sic erat in veritate: & tunc manibus meis incidi apostema illud coram illis medicis, & coram patre illius iuuenis, qui vocabatur Balthasar: & tunc subito sanies emanauit, & mirati sunt omnes medici, & alij, super me. In Placentia illud idem mihi contigit in filio Domini Rufini scoti, qui vocabatur Bernardinus, & habebat apostema in coxa, cum sanie, & medici dicebant, quod illic fuerat dislocatio, & tunc inciso loco, sanies exiuit, vt eis predixeram, & admirati sunt.

Cura ergo talis apostematis sit, vt dicta in capitulo de apostemate calido in collo & gula: aut in capitulo de apostemate sub asellis, quo ad localia & omnia. & fiat phlebotomia ex contraria parte in manu ex cephalica, si virtus &c. aut si non, saltem in spathulis vẽtosatio: aut purgetur cum pilulis dictis in capitulo de saphati cholerico, aut in capitulo de apostemate calido & sanioso in collo & gula, aut cum decoctione ibidem dicta. Super loco vero fiat fomẽtatio, vnctio, & emplastratio, dicta in capitulo de apostemate sanioso in collo & gula, aut in cap. de apostemate sub ascellis, quod emplastrum est maturatiuum & resolutiuum, & doloris mitigatiuum: & facta maturatione, incidatur cum rasorio, & non cum phleboto

A mo, quia securius & melius est propter profunditatem apostematis: & fiat incisio secundum longitudinem apostematis & adiutorij: & euita neruos & chordam, ac musculum ipsum grossum, qui est super osse adiutorij, & est de maioribus musculis corporis. post incisionem, locum subito imple stuellis inuolutis in mundificatiuo, & doloris sedatiuo, dicto in capitulo de apostemate in collo aut gula, aut in capitulo de apostemate sub ascellis, & vsque ad tres dies, aut cum isto. Recipe vitellum vnum oui, olei rosati vnc. ij. mellis, terebinthinæ ana vnc. ʒ. aluminis rochæ drach. iij. croci scrupu. duos, nisi fluxus & mala complexio calida, hora incisionis impedirent, quia tunc subito imple locum cum stuellis stupeis, aut lineis inuolutis in albumine oui cum vitello conquassatis, & mistis cum pulueribus sanguinem restringen-

B tibus, dicendis in fine, & dimitte sic locum ligatum, & nõ dissoluas per totum diem incisionis, immo nec forte per secundum diem, postea dissolue, & si adhuc impediant te antedicta, reitera medicinam, & sic fac vsque ad tres dies, quia inter ista reuertentur bene. Post hęc redi ad medicamen mũdificãs defendẽs &c. dictum supra in præsenti capitulo, & etiam in alijs: & cum eo procede ad perfectam mundificationem: & si non foret sufficiens mundificatiuum, reducas operationem tuam ad mundificatiua fortiora, dicta in capitulo de apostemate in collo & gula, & in capitulo de apostemate sub ascellis. Mundificato loco cum antedictis, aut cum emplastro de sarcocolla dicto, quod sic fit. Recipe sarcocollæ vnc. i. myrrhæ vnc. ʒ. mellis vnc. ij. far. lupinorũ, aut siliginis, aut speltæ vnc. i. ʒ. misce, & in loco superpone, incarna & consolida, vt

C dixi in capitulis superioribus de apostemate in gula et collo, et de apostemate sub ascellis.

Cura frigidi apostematis est, vt primo purgetur patiens cũ pilulis de turbith & agarico, dictis in capitulis de albugine in oculo, aut cum trochilco ibidem dicto, aut decoctione ibidem dicta, cum pilulis fœtidis, dictis in capitulo de apostemate & scrophulis sub ascellis: aut cum alijs, vt decoctionibus aut trochiscis purgantibus frigidam materiam, melancholicam, & phlegmaticam. Vngatur vero locus cum vnctiõe dicta in capitulo de apostemate frigido sub axillis, addito oleo de storace, & hyssopo humida seu œsipo: aut fomentetur etiam cum aqua decoctionis althęę, fœnu græci, seminis lini, florum chamomillæ, seminis anethi, sinapis, &c. aut fomentetur & embrochetur cum decoctione dicta in capitulo de aposte-

D mate sub axillis, facta fomentatione & embrochatione dicta, fiat vnctio postea, nunc dicta. Deinde ponatur super loco de vno ex emplastris dictis superius, saltem de dicto in cap. de bubone frigido. Diæta eius sit vt in præcedentibus capitulis.

### *De apostemate in cubito.* *Cap.* XXVIII.

HOc apostema cuiuscunque generis fuerit, dubiosum, ac periculosum est, ratione loci, & neruorum concatenatorum in loco illo: nã de leui iste locus & iunctura mollificatur. & oẽs mollificationes hmõi impedimentũ faciunt in operatione uniuersali manus, & talis mollificatio est difficilis curationis, & reductionis ad pristinum, & ideo hæc ægritudo timo

rosa est, et dubię curationis: & fit in hoc loco quãdoq; apostema tale, ex materia calida, quãdoq; ex frigida, & signa amborum haberi possunt, per signum apostematum frigidorum & calidorum, causatorum sub axillis, ĩ capitulo de apostemate in adiutorio etc. Nodositas autem & durities ibidem tacta, solo visu & tactu cognoscitur manifeste.

Cura apostematis calidi, est, si adhæret febris, vt primo ordinetur sibi diæta, quæ sit frigida & humida, qa scilicet, regatur cũ succo aut ptisana hordei, lactucis, endiuijs, portulacis, cucurbitis, peponibus, et huiusmodi frigidis: vtatur carnibus pullinis, aut hædinis, in brodio istorum faciendo panatellam, sumẽdo ante cibum suum, vnum aut duos bolos lactucæ, aut endiuiæ sic elixatæ, inuolutos in aceto forti cum zucharo: vinum granatorum, aut agrestum cum aqua zuccharata sit eius potus, aut vinum vitis album lymphatum, aut dicta aqua sola cum zucchaaro, & manuchristo simplici admista: & breuiter eius diæta sit vt in capitulo. de apostemate in gula: si ibi dicta non habuerit, vtatur carnibus pullinis, hædinis, castratinis annualibus, alteratis tamẽ cũ antedictis herbis & fructibus. Phlebotomia verò fit ex basilica contrariæ, si virtus & ætas consentiant: & si non, saltem ventosetur in spathulis, & naticis: deinde si erit expediẽs, purgetur cũ decoctione dicta in capitulo de saphati cholerica in naso. Super loco vero fiat vnctio cum oleo de chamomilla & rosa. calidis cum pinguedine gallinæ & butyro mistis: aut cum vnctione dicta in capitulo, de apostemate in collo & gula, & embrochetur & fomentetur vt ibi dictum est, emplastrum vero loco imponatur, ibidem dictum, non repetendo ipsum ibi inde: & attende, ne permittas illud apostema venire ad vltimam maturationem, ne sanies mollicie relaxet iuncturam illam, & mollificet neruos, & corrodendo sua nitrositate ipsos lædat, nam nerui illius iuncturæ, & cuiuslibet, de facili læduntur, a tali causa. Incidatur ergo apostema tale non perfecte maturũ, secundum longitudinem eius membri. Facta incisione subito obseruetur modus dictus pluries in capitulis antedictis cum omnibus, & specialiter dictis in capitulo de adiutorio, ne toties idem repetatur. Si autem fuerit apostema tale frigidum, regatur vt ĩ cura dicta in capitulo de apostemate frigido ĩ collo et gula, & in capitulo de apostemate in adiutorio, et in capitulo de apostemate sub ascellis frigido. Diæta etiam eius sit, quæ tacta est in prædictis capitulis, non repetendo. Circa apostema etiam cum localibus directe procedatur, vt dixi ibidem, scilicet cum vnctionibus embrochationibus, emplastris, & vnguentis mundificatiuis, incarnatiuis, & consolidatiuis. Nodositatem aũt huiusmodi loci curare debes, cura dicta superius de scroffulis in collo & gula, aut nodo sub axillis: aut de nodo super naso: purgãdo, scilicet corpus primo, deinde cum vnctione, & emplastro diachylon procedendo super loco, ibidem dictis. Et breuiter cum mollificatiuis, & resolutiuis leuiter est procedendum in eius curatione: quia tali modo mollificabitur & resoluetur. Vita etiam & diæta eius talis sit, qualis dicta est in capitulo prædicto de scroffulis.

### *De nodo in iunctura manus.* Cap. XXIX.

HÆc ægritudo vt plurimum fit propter laborem & commotionem fortem manus & brachij, & superfluam, vnde currunt humores ad iuncturam, tãquam ad locum appropriatum recipere superflua: a quibus humoribus per tempus resoluitur subtile, & remanet grossum, quia tunc induratur, quasi ad modum ossis, & illud fit durum: & quãdoq; cedit tactui: quandoq; non.

Ad curam ergo eius, hoc modo intendas, facias sphæram vnam planam in modum ducati vnius plumbeam, maiorem tantum, quantum sit circunferentia totius nodi: & tunc facias tres sphæras illius similes: & inuolues eas sphæras stuppeas in albumine oui cõquassato cum alumine zuccharino, sale & aceto modico: & ponas vnam de illis sphæris super nodo imediate, postea super illa sphæra stuppea, iam posita super nodo, pone illam plumbeam sphæram: postea super plumbea pone illas duas stuppeas, quæ remanserũt inuolutas in medicamine supra dicto. Hoc facto, tunc cum binda recenti, stringe omnia hæc super nodo omnes sphæras simul comprehendendo: et sit bindæ latitudo circa duos digitos, & non plus: & firma ipsum locum cum binda optime & decenter: & permitte sic ligatum vsque ad tres dies: & tunc dissolue locum, & videbis quod operatus fuisti cum medicinis tuis: & sic de tertio in tertium facias, donec nodus totus per tempus sit dissolutus, & locus firmatus sit, ne amplius superfluitatem prædictam recipiat.

### *De apostemate sclirotico manus aut digiti etc.* Cap. XXX.

HÆc ægritudo semper fit ex melancholia corrupta, adusta, exiccata, & coadunata in loco vno cuius subtile cõuertitur in uenenum: quare lædit neruos & ligamenta: vnde conuertitur os ad fistulam, vlcus pessimum finaliter, quandoq; & infiltratur ista materia in loco vndiq; in eius circuitu, quæ non cedit tactui, quum digitis palpatur: ĩmo fixa stat in loco. Signa huius sunt cinereitas cutis, uel nigredo cõiuncta: & circa locum apparent quædam venæ circundantes locum, plenæ sanguine melancholico, malo, venenoso.

Cura eius est, vt primo corpus vniuersaliter purgetur cum pilulis de elleboro nigro, factis in capitulo de saphati cholerica adusta, vel melancholica, aut cum decoctione ibidẽ facta: aut trochisco de turbith, ibidem dicto: aut cum pilulis fœtidis factis in capitulo de nodis sub axillis. Locus vero continuo vngatur cum ista vnctione. Reci. olei de spica, olei liliorum albo. olei amygdal. dulcium, ana vnc. i. medullæ cruris vituli, pinguedinis gallinæ, & anatis, butyri uaccini, ana drac. iij. misce, & sæpe fac vt locus vngatur. Et si fortiori intendas mollificationi, admisce antedictis ammoniacum, et bdellium dissoluta in aceto, & bullita, & colata, & satis notum est, ut dixi in capitulis superioribus. Qua unctione facta bis in die super loco subito ponatur emplastrum diachylon dictũ in capitulo de scroffulis in collo et gula. Diæta eius breuiter sit, q̃ dicta est ĩ cap. de scroffulis ĩ collo & gula, aut sub axillis. Si uero locus beneficio medicinarũ ulceretur, mũdificetur cũ mũdificatiuo primo, deinde fortibus si expedit, dictis in capitulo de apostemate in collo & gula sanioso, ulcerato. Et si os corruptum fuerit,

rit, illud corruptum moueatur, aut talem corruptionē, abradito si potes: si non, remoue ipsam cum cauterio ignito. cauterium enim finaliter omnem vbiq; remouet corruptionem, & si non fuerit corruptum, non indiget cauterio, sed solo superiori modo curationis. Facta mundificatione cum antedictis, incarnetur & consolidetur locus cum medicinis superius dictis, quasi in omnibus capitulis. Volo tamen hic repetere vnum mundificatiuum suaue & optimū in principio mundificationis, & non valde grandi putrefactioni applicandum. Rec. myrrhæ, sarcocol. ana vnc. iiij. fari. hordei, vnc. ij. aut tantum vt residuum antedictorum, īspissetur ad formam emplastri mollis, cui addat̄ aluminis zuccharini, drac. iij. croci, drac. 5. Hoc enim mūdificat leuiter & sine dolore pro certo, & est leue valde, nullatenus materiam infestans, & probaui pluries.

### De apostemate in digitis, quod uocatur panaricium. Cap. XXXI.

HOc apostema vt plurimum fit ex materia cholerica acuta, grandis caliditatis & inflāmatiōis, non adusta, & aliquando adusta, quæ materia sua caliditate, & ignitione, cum dolore fortissimo, est in fine neruorum manus digitorum, in fine ligamentorū vnguium, cum extremitatibus digitorum, & corrūpit quandoq; vltimum os digiti, & quandoq; interficit illud, & vocatur os laicis, os fragulū. Signa huius partim sunt rubedo vehemens, & acuitas apostematis, & dolor fortissimus cum pulsatione grandi, & cōtinuus: & ascendit talis dolor per brachium totū usq; ad cor & cerebrum: & multoties accidit syncope & destructio appetitus in tali casu.

Cura ergo est vt subito a principio succurras cum phlebotomia, si ætas & virtus consentiant: & si non, saltem cum ventosis in spatulis: & postea fiat ei tale clysterium. Reci. maluarum, violarum, rosarū, hordei, chamomillæ, ana vnc. i. bulliant in aqua & colentur: & de dicta colatura excipiatur libra. i. cui admisceatur olei viol. olei ros. ana vnc. i. &. 5. mellis ros. colati, vnc. i. tamarindorum, cassiæ, mannæ dissoluto rum, ana drac. iij. salis, vnc. 5. misce omnia & iterū cola. & tunc tepefac, & imponatur infirmo: & quū impositum fuerit, ipsum teneat modicum in intestinis, imo quasi statim ipsum expellat, aut subito. In principio, facta phlebotomia, aut non facta sumat hanc decoctionem dictam in capitulo de saphati in naso, cholerica adusta. Super loco & circa locū fiat vnctio cum oleo rosa. viol. & chamomil. misto cum vitello oui, butyro, pinguedine gallinæ, & mucilaginæ, quæ omnia incorporentur ad ignem & fiat vnctio antedicta. Si autem dolor per istud non cessaret, vngatur locus, & circa, cum vnctione ista. Reci. olei rosa. mādragorati ana vnc. i. sem. appij, sem. hyoscyami, semi. papaueris albi, optime contusorū, ana dra. i. opij, scrup. ij. aceti, vnc. 5. pistanda pistentur optime, et cum oleis antedictis omnia supradicta misceantur, & vngatur, vt dolor remittatur: nam si dolor ibidem perseueraret, sine dubio interficeret. Sedato dolore, applicetur medicamen sanatiuum satis notum, non repetēdum. Facta sanie, aperiatur, & sanies extrahatur: et mundificetur, incarnetur, ac consolidetur locus, vt in capitulis præcedentibus. Diæta sit, quæ dicta est, de apostemate calido sub axillis, & de apostemate calido in ad

A iutorio, & huiusmodi, si virtus & alia consentiant, a principio, vsq; ad perfectam sanationem: vtatur pane pluries loto in aqua zuccharata, & succo farri & hordei, aut ptissana ipsorū cum zuccharo coctorum: in aqua sola, aut in brodio pullæ paruæ coctę cum lactucis, endiuia, portulacis, cucurbitis, citrullis granatis, agresto, et huiusmodi. Potus eius sit, aut aqua zuccharata, aut cum vino granatorum, aut agresto, aut zuccharo rosato &c.

### De fœditate unguium etc. Cap. XXXII.

HÆc ægritudo, ex quadam loci siccitate, & materiæ siccæ ut plurimū ad locum currentis, aut in loco contingentis. Signa sunt, asperitas loci, & globositas, & indignatio partium vnguium, & quasi quædam subleuatio partium superfluarum super vn B gues. Puncturæ vero digitorum sunt quædam partes circūferentiæ ligantis & coronantis vnguē, quæ puncturæ eleuantur ab illis partibus coronantibus vtsupra, & intensum dolorem certe causant.

Cura vero vnguium fœtidarum siue tignosarum est, vt omni die, sæpe, aut saltem bis, raspētur, abradantur, & mundificentur cum cultello bene incidente, lauando tñ ante abrasionē ungues cū aceto cōi aut squillitico calefacto. facta abrasione subito ungatur cum oleo amygdal. dul. rosato viol. & anethino mistis cum pinguedine gallinæ, anatis, & anseris, butyro, & pinguedine vrsi, aut huiusmodi mollificantibus. Facta vnctione, super vnguem ponitur emplastrum tale. Reci. ceræ vnc. i. ammoni. bdellij, styracis, ana vnc. 5. mollificatorum per noctem in aceto, dein de dissolutorum optime cum terebinthina, vnc. i. C ad ignem, & colatorum: & fiat vnguentum, quo ungatur vnguis tota primo: deinde ex dicto unguento tenso super pecia linea, aut corio ad formam vnguis incisis, fiat vngui emplastratio: et quando vis emplastrum mutare, raspetur unguis optime ut prius, & sic procede, et Deo dante curabitur. Puncturæ autem digitorum antedictæ, quandoq; faciunt apostema r̄ coronā digiti: unde ne locus apostemetur, debēt euelli et īcidi: ita q̄ de eis nihil in loco remaneat, iuxta possibile: post incisionē si sanguis et dolor multū infestarēt, p̄cedatur cū sanguinis restrictiuo, & doloris sedatiuo, vt albumine oui cū vitello bo. armeno, gypseo, & modico croco, conquassatis. deinde sedatis his procedas cum mundificatiuis & incarnatiuis notis. Si vero non expediat talis mundificatio, sed sola mundificatio & doloris sedatio, vngatur cum vnctione dicta D de fœditate vnguium, aut cum solo oleo de chamomilla: & sic locus mollificabitur & informabitur a natura, & quum locus vnctus fuerit, puluerizetur de sero super corona, puluere draganthi, qui locum firmabit & partes separatas, & se iunctas adinuicem reducet, & coagulabit. Quum vero super vngues maculæ quædam albæ fuerint, primo purgetur patiens cum trochisco de turbith & agarico, aut decoctione istorum, dictis superius: deinde locus regatur vt immediate dictum est de fæditate vnguium. Pro cordis aūt cōfortatione, vtatur electuario tali. Re. galangę, vnc. 5. zinzib. macis, nucis musc. piperis lōgi, cardamomi, folij, gariophylorū, cīnamomi, ana dra. iij. coralloꝝ, alb. et rub. fragmētorū margaritarū hyacinthorum, smaragdorū, rubini, granati, saphirorū plarū ana vnc. i. zafrani. drac. ij. pinearū mundatarum et

piſtatarum, vnc.i.zŭcchari, lib.5.fiat electuarium ad modum cuminatæ. Nam vſus huius, remouet maculas albas in vnguibus exiſtentes: & de hoc electuario ſumat bis omni die ante ſuum cibum, unc.5. Accipiat etiam bis, aut ter in menſe, aut oĩ hebdomada ſemel, theriacę dra.i.aut theriacæ, & trypheræ, ana dra.5.ſtomacho ieiuno, ſic ſiccæ, ſine aliquo liquore, aut, cum uino decoctionis macis nucis muſca.cinnamomi, maſtiches, & gariophyl. Nam cum iſta ægritudo fiat ex materia frigida, calori noſtro naturali iniũcta, reſpirãdo ad cor deriuatur, ab vnguibus et corde infecto & læſo, iterum verſa vice deriuat ad vngues, & ideo ſi purgabitur corpus cũ pilulis & trochiſcis antedictis, & vtatur electuario, theriaca, & triphera, ſuperius poſitis, remouebitur omnis mala diſpoſitio a corde, & per conſequens ab vnguibus. In vita eius breuiter abſtineat ſe iſte ab omnibus cibarĳs phlegmaticis & melancholicis pro poſſe pluries narratis in antedictis capitulis: vtatur vino claro aromatico, non puro, ſed lymphato, non multum tamen, cum aqua communi zuccharata cocta, aut cũ aqua decoctionis ſaluiæ, roris marini, macis, & cinnamomi &c.

### *De apoſtemate in mamillis.* Cap. XXXIII.

IN hoc loco fit apoſtema calidum & frigidum, ſicut in alĳs locis: & cognoſcitur hoc apoſtema calidum ſicut alibi, per rubedinem loci, & inflãmationẽ, et doloris vehementiam, & apoſtematis acuitatem in figura, & circa locum puſtulationem: & eſt tale apoſtema nõ ualde latũ ſparſum p mamillã, ſed cõiunctũ. Frigidi vero apoſtematis ſigna his ſunt contraria.

Cura ergo calidi apoſtematis eſt, vt patiens phlebotometur de cephalica contrariæ manus, ſi virtus, ætas & alia conſentiant: Si vero non, ſcarificetur in ſpathulis cum ventoſis. Super loco vero fiat vnctio, narrata ĩ capitulo de apoſtemate calido ſub axillis, & fomentatio, embrochatio, & emplaſtratio, ibidem dictę: nam per iſtorum applicationem, aut reſoluetur, aut maturabitur apoſtema: & ſi maturabitur, tunc facta ſanie aperiatur apoſtema cũ phlebotomo, vel raſorio, ſecundũ magnitudinem apoſtematis, & ipſius profunditatem. Facta inciſione, & ſaniei extractione in toto, vel in parte, ſecũdum virtutis infirmi tenorẽ, & regulam datam de extractione ſaniei, in capitulo de apoſtemate ſub aſcellis, procedatur ſubito cum ſanguinis reſtrictiuo, & doloris ſedatiuo ſi expedit: deinde cum mundificationibus leuibus, aut fortibus, ibidem, & in alĳs capitulis dictis: deinde cum incarnatiuis et conſolidatiuis, ibidem & alibi dictis, pro nunc non repetendis. Diæta eius, & modus vitæ, ſunt preciſe vt dixi in capitulo de apoſtemate calido ſub axillis, & in multis alĳs capitulis.

Pro cura vero frigidi apoſtematis in mamilla quo ad localia omnia, dięctam, & inciſionem, ꝓcede preciſe, vt in capitulo de cura apoſtematis aut bubonis frigidi, ſub axillis, aut in capitulo de apoſtemate frigido in collo & gula, aut in capitulo de apoſtemate in adiutorio: & alĳs quampluribus capitulis non repetendis.

### *De ſcroffulis, duritie, & cãcro in mamillis.* Ca. XXXIIII.

SCroffulæ mamillarum, & durities ſclirotica earum, ſemper fiunt ex materia calida, phlegmatica, aut melancholica, indurata a frigido. Cancer fit ex cholera aut melãcholia aduſta, et calido ſuperfluo per aduſtionem induratis. Signa igitur huiuſmodi ſcroffularum et duritierum ſunt, durities in tactu tuo, & quædã globoſitas, & innodationes in loco, ad modum nucum, aut fabarum, aut huiuſmodi, neqȝ ſentitur dolor notabilis in loco quum tanguntur & palpãtur, & locus non rubet, nec eſt inflatus, ſed tendit quodãmodo ad ſubalbedinẽ quãdam, aut cinereitatem. Vna tamen diuerſitas eſt, quia durities non habet globoſitates diuerſas ſicut ſcroffulę. Signa vero cancri ſunt, durities notabilis loci, & dolor grandis cum calore magno & punctura: & incipit ad modum fabæ, & augmentatur continue cum calore & dolore antedictis, & habet circum circa, quaſdam venas nigras, ſanguine melãcholico plenas, in modum radicum.

Cura ergo ſcroffularum & duritierum huiuſmodi eſt, vt patiens purgetur cum medicamine, dicto in capitulo de ſaphati, aut in capitulo de ſcroffulis in collo et gula, et in capitulo de ſcroffulis ſub axillis. Super loco vero directe ponantur omnia, quæ dicta ſunt in capitulo de ſcroffulis in collo & gula, & ante ipſarum vlcerationem & poſt.

Cura vero cancri eſt duobus modus. Primo vt mẽbrum incidatur totum cum tota ægritudine radicitus, cum ferro incidente optime: deinde cauterizetur locus cum ferro ignito, deĩde procedatur cum remotiuo malæ cõplexionis cauſatæ ex cauterio: deinde cum remotione eſcharæ: deinde cum mundificatiuis, ĩcarnatiuis, et cõſolidatiuis notis, ex ſupioribus. Sed certe talis inciſio mẽbri male fieri poteſt, nec mihi placet. Secundus modus, qui dicitur cura blanditiua eſt, vt primo corpus regatur cum diæta bona & temperata, dicta in capitulo de ſaphati cholerica aduſta, aut melãcholica, & breuiter vt abſtineat ab omnibus melancholicis groſſis: purgetur etiam talis patiẽs cum pilulis dictis in capitulo de ſaphati cholerica aduſta, aut melancholica. Circa locum vero, & ſuper loco fiat vnctio cum oleo roſa. & violato & huiuſmodi frigidis, leniendo cum penna, nõ tangendo locum cum digitis, nec palpando ipſum: nam ex quolibet tali tactu, eius malicia augmẽtatur: aut vngatur locus et embrochetur cũ tali medicamĩe. Re. olei ro. olei nenufaris, olei mãdragoræ, ana vnc.ĳ. papaueris albi, vnc.5. opĳ, hyoſcyami, ana dra.i.ſem.apĳ, ſem.anethi baccarum populi, ana drac.iĳ. vnguẽti populeonis, vnc.5. omnia oleis admiſceantur, & locus & circa locum fiat vnctio antedicto modo: nam huiuſmodi vnctio, tardat eius maliciam & augmentum, & vocatur cura blanditiua, & non cura vera. Cum ergo ægritudo hæc non vere curari poſſit niſi per membri amputationem, vt ſupra dixi, & cum eius radix ſit venis infixa circundantibus plenis ſanguine melancholico: & oporteat iſtas venas incidi, & tanquam radices extirpari cum cura perfecta: & illud fieri non poſſit, niſi cũ totius membri abſciſione: & alia via curam non recipiat ille morbus, non videtur mihi bonum, nec vtile nec honeſtũ medico, ſe intromittere de eius cura: immo pro certo illam dimittere, melius eſt & conſulo tibi amice.

### *De lacte coagulato, et ſuperfluitate piloſa in mamilla etc.* Cap. XXXV.

HÆc ægritudo cognoſcitur quũ mulier lactat: & dolet mamilla, quũ exprimitur lac, & quũ ſic exprimitur, non exit lac, niſi diſtillando, groſſum, & cum

& cum difficultate. Aut mulier est pregnans et non lactat, quia illis tēporibus dum primo virgines impregnantur: & dum per cōsequens earum menstrua retinentur & redundat sanguis ad mamillas pro multiplicādo lac, accidit eis, ꝙ tunc lac coagulatur & inspissatur per accessionem caloris spermatis: & aliquando intantum coagulatur, ꝙ ad formam pilorum conuertitur, ꝑpter actionē spermatis viri, & mulieris, quasdā sanguinis partes, & lactis coagulātē cū quibusdā.

Subito ergo a principio, fiat vnctio totius mamillę circum circa cum oleo ros. violarum, chamomillę, & anethi mistis cum pinguedine gallinæ, & butyro, & muccillagine: deinde super tota mamilla ponatur emplastrum tale. Reci. coaguli hœdi aut agni, aut vulpis, aut lupi, aut leporis, aut hmōi vnc. iiii. frumēti siliginis, aut speltæ, aut auenę, aut hordei, lib. 5. storacis, myrrhę, ana vnc. iij. far. hordei, flo. chamomillę, ana vnc. ii. aquæ decoctionis radicis appij, petroselini, fœniculi & endiuiæ, quantū sufficit ad emplastri incorporationem, & fiat emplastrum hoc modo: mollificetur coagulum & gūmę, in aceto per noctem, deinde liquefiant ad ignem in cazola optime, & colētur, deinde pistetur frumentum optime, & gūmis admisceatur: deinde omnia hęc cum farinis dictis admisce, deinde in omnibus his superfunde decoctionis antedictę, quantum sufficit, vt fiat emplastri forma, & bulliant simul donec emplastri formam sumat: de quo super pecia extenso, super tota mamilla ponatur, vnctione præmissa: purgetur tamen principaliter cū trochisco de turbith, vel decoctione, dicta in cap. de saphati. Super spathulis etiam ante localium appositionem, ponantur ventosę cum scarificatiōe. Diæta eius sit temperata, cum frigidis & humidis saltem aperitiuis facilibus, & breuiter sit talis, vt in cap. de saphati cholerica adusta, & de apostemate calido sub asellis, & de apate calido in humeris & adiutorio. Si aūt tale lac ad saniē conuertetur, vt aliqñ contingit, tunc incidatur apostema, & sanies extrahatur, locus defendat̄, mūdificetur, incarnetur & cōsolidetur, directe vt dictum est in cap. de apostemate calido sub axillis.

*De apostemate in coxa.* *Cap.* XXXVI.

A Postema tam calidum q̄ frigidum, in isto loco generatur, sicut & alibi: & cognoscitur apostema calidū in hoc loco, sicut & in alijs locis. s. per rubedinem loci obscuram vel claram & transparētem, & per dolorem grandem punctiuum pulsatilem, & ex figura apostematis cum acuitate. s. eius, & eminentia subleuata in cupum notabilem, & ex alijs signis materiam calidam notantibus supra dictis.

Frigidum vero apostema cognoscitur, per signa his contraria, quia tale est colore subalbidum, sine dolore forti, sed solum cum quadā grauedine, & pōderositate loci, & signa ipsius plana. cognoscitur ex eius magnitudine lata, quia eius materia latū occupat spatium, & paruū facit cupū, sicut alibi etiā & materia frigida facere consueuit in hoc, cū multā in se cōprehendat saniem, vt oīa huiusmodi apostemata frigida. Et attēde hic, ꝙ tale apostema in hoc loco, & similibus, propter multā saniei perseuerantiā, fit qñq; penetrans in loco, et in mēbro valde ad interiora, & fit fistula penetrans per mamillam, contingente hoc certe multoties propter medici ignorātiam, quia nō cognoscit saniem ibi fore genitā propter priuationē doloris et ru-

A bedinis loci: & ꝑpter nō perceptā aliquam pellis mutationē in colore vltra cōsuetū, & propter ignorātiā relationis infirmi super seipso, cū infirmus nō sentiat dolorem grandem nec pulsationem in loco: imo nisi quandā grauedinem cum pōdere in parte illa: & istis causis, quum sanies in loco longo tempore lateat in loco, & conculcetur, accidit fistula putredinalis ibi, vt dictum est.

Cura ergo apostematis huius a principio est, vt si virtus & alia cōsentiant, phlebotomia fiat in parte contraria, & si dissentiant, saltē fiat in naticis vētosatio. postea si videatur peccare cholera a prędominijs, purgetur patiens, cum pilulis, aut decoctione, aut trochisco, dictis in capitulo de saphati cholerica adusta: aut cum pilulis, aut decoctione, aut trochiscis dictis in capitulo de albugine in oculo: aut cum prædictis primo a principio purget̄, nullā faciendo phle-
B botomiam: & hoc si videat̄, peccatum fore in humore cholerico, nō cum notabili sanguinis peccato &c. Locus vero vngatur cum vnctione dicta in capitulo de apostemate sanioso in aure & in adiutorio. Facta vnctione, ponat̄ emplastrum super loco, de maluauisco factum in locis antedictis. Diæta sit, vt in capitulo de ophthalmia calida. Facta maturatione, cū antedictis, incidat̄ apostema, & sanies extrahatur, ſm regulā, datam in capitulo de apostemate calido sub axillis: deinde locus defendatur, mundificetur, incarnetur, & consolidetur modo ibidem dicto præcise.

Cura vero frigidi apostematis est, vt primo purgetur patiens cum pilulis de aloe, & agarico, & de turbit, aut decoctione vel trochisco, ut in capitulo de albugine in oculo. Locus vngatur cū oleo de spi-
C ca, et lilio: aut cū unctione, dicta in capitulo de apostemate frigido sub axillis: deinde fiat fomētatio, embrochatio, & emplastratio ibidē dictæ pręcise. Facta maturatione apostematis, quod cognoscitur per modū dictū in capitulo de apostemate in adiutorio, incidat̄ apostema, & sanies extrahatur secundum regulam tactam in capitulo de apostemate calido sub axillis, & adiutorio: deinde ꝑcede cum omnibus modis præcise ibi tactis: Diæta similis sit ibidē dictæ. Si vero tale vulnus fuerit penetrans ad interiora, et quodāmodo fistulosum: tunc omni die bis lauet̄ intrinsecus vlcus illud cum syringe cū vino decoctionis myrrhæ, aluminis rochæ, sarcocollæ, & mellis: super vlcus vero ponat̄ emplastrum mundificatiuum, de myrrha, terebinthina, melle, sarcocol. & far. siliginis, aut ordei: Aut facta dicta lotione, imple vlcus concauū totum
D cū stuellis imbibitis vino decoctionis antedictæ, aut emplastro nūc dicto intinctis: & forte ista leuia mundificatiua, mundificationi huiusmodi sufficient. & si sic, tunc facta bene mundificatione, quod cognosces per colorē aquę mundificatiuę ex intus vlcus, quum lauaueris ipsum, quia clara exibit cum colore quo imposita fuit: sicut antea exibat sanguinea: tunc incarna & cōsolida locum, secundum modos supra tactos. Si vero talia mundificatiua nō sufficerēt, tunc vtere fortioribus, addēdo dictæ decoctioni arsenicum, aut vitreolum, aut florē æris: aut hmōi fortia simplicia, aut commixta vnguento apostolorum, vel viridi, utere stuellis ipsis, intingendo, & vlcus implendo istis. Si uero sanies non exiccaret̄ per hanc uiam, & nō mundificaret̄ ulcus, fiat cauterium ignitum, ita ut ulcus: & orificium ulceris cōburat̄, & sanies perfecte exicce-

tur: deinde remota eschara cum butyro aut oleo unctuoso, procedatur cum incarnatiuis, mũdificatiuis, & consolidatiuis notis, & supra narratis.

*De apostemate in ore stomachi.* *Cap.* XXXVII.

IN huiusmodi apostemate calido & frigido sanioso, procedas ex parte cognitionis eius, vnctionis, maturationis, apertionis, mũdificationis, incarnationis, & cõsolidationis, vt in capitulo pcedenti & alijs capitulis: nisi ꝙ istud apostema stomachi, ĩcidi debet secundum longitudinẽ corporis: apostema vero superius, debet secundũ incessum costarum. Sed de stomachi duritie secus est: nã cum durities stomachi talis, vt plurimũ fiat ex melancholia, aut humore alio, reducto ad melancholiam per adustionem: & ex sui pręsentia destruatur appetitus necessarius ad vitã totius corporis, & ad virtutem cõem, quæ est digestio, saltem si fuerit cũ febre: certe interficit vt plurimum. & de hac ægritudine iuro tibi pro certo paucos vidisse liberari meo tpe: ĩmo omnes quos uidi de isto casu, mortui sunt. & credo, ꝙ hoc fiat, quia hmõi durities nodosa cum ex tali materia adusta fiat, exiccat os stomachi, & quasi ipsum cauterizat: & destruit̃ calor & spiritus, & sic virtus appetitiua pro toto necessaria: et per consequens destruitur caput, & moritur. Huiusmodi autem durities, siue fuerit cum febre, siue sine febre, timorosa est, sed sine, minus, timorosa est.

Cura igitur eius est, vt in principio fiat vomitus cũ huiusmodi, si virtus fuerit fortis. Recip. semi. anethi attriplicis, raparũ, & sinapis, ana vnc. ʒ. radicis raphani contusæ & pistatæ vnc. i. pistẽtur oĩa grosse, & bulliãt in lib. i. aut duobus aquæ, vsq; ad medietatis consumptionẽ: & tunc colent̃: & in dicta colatura addant̃ vnc. ij. oxymel. cõpositi: misce, de quo tepefacto sumat patiens vnc. iiij. post prãdium per vnam horã: et sic stet, anteꝗ veniat & excitet se ad vomitũ. per medietatẽ horæ cum pẽna oleo intincta: Illud enĩ principaliter diminuit materiã, & sic apostema. & si vomitus fieri non possit, exhibeat̃ infirmo decoctio, dicta in capitulo pustularũ saphati in naso, et ex cholerica melancholia adusta: aut pilulæ ibidẽ dictę: Dięta præcise sit, vt ibidẽ. Stomachus vero & locus apostematis potissimũ vngatur vnctione, dicta in capitulo de apostemate frigido sub ascellis, & in adiutorio, & in mamillis: aut vngat̃ cum oleo chamomillæ, nardino, liliorũ alb. mixtis cum puluere gariophylorũ, mastiches, cinnamomi, galãgæ, rosarũ, corallorum, & myrrhæ: & fomentet̃ stomachus cum vino decoctionis prædictorũ: aut cum vino decoctionis absynthij, chamomillæ, mentæ, semi. fę. græci, semi. lini, althææ, calamenti, mastiches integri, & rosarũ: deinde emplastretur stomachus, cum emplastro de maluauisco, facto in capitulo de apostemate in collo & gula: & sub axillis: aut cum emplastro de cæpis & allijs, facto ibidem. & sic per viam istam, aut resoluetur, aut maturabitur apostema. & si maturabitur, tunc maturatione facta, incidatur apostema cum phlebotomo, aut rasorio, si apostema fuerit durũ, aut callosum in superficie sua, & sanies extrahatur nõ tota vna vice, ĩmo modicũ pro parte, nisi forte fuerit modicę quantitatis, secundũ regulam & canones, tactos in capitulo de apostemate calido sub axillis, & in adiutorio. Deinde locus impleatur cum stuellis lineis inuolutis in vitello oui & albumine mixtis cũ oleo rosato co-

E lato, & croco, vsq; ad. ij. vel. iij. dies: nisi forte sanguinis fluxus impediret: quia tũc subito facta apostematis incisione, modo dicto, subito imple locũ cum stuellis stuppeis inuolutis in solo vitello oui & albumine cõquassatis, & mixtis cum aliqbus pulueribus sanguinis constrictiuis, vt aloe, ture, mastiche, & sanguine draco. & hmõi: et locus dimittatur per totã unam diem, & non dissoluat̃: aut forte per plus, secundum ꝙ securus fuerit de sanguinis fluxu: deinde dissolue & imple locũ cum medicamine superiori, & procede vsq; ad. iij. vel. iiij. dies. Deinde cum mũdificatiuo isto pcede pluries. Re. mellis ros. colati, terebinthinę, ana vnc. iiij. myrrhę, sarcocol. ana vnc. i. aluminis rochæ vnc. ʒ. misce & calefac: quo medicamine stuellis intinctis imple vulnus, et procede vsq; ad perfectã diem. Si vero hmõi mundificatiuũ nõ sufficiat, tunc

F procede cum fortioribus, & cum vnguẽto apostolorum & viridi: aut misce superiori mundificatiuo, realgar vnc. ʒ. aut arsenici rub. aut vitreoli ro. aut auripigmenti, aut hmõi fortium simpliciter: aut cõmisce: deinde facta mundificatione incarna & consolida cũ medicinis notis. Si aũt vlcus sit penetrans & quodãmodo fistulosum, tunc pcedatur directe, vt dictum est in capitulo de apostemate in costis, nunc ĩmediate dicto. & attende hic ꝙ in hmõi apostemate penetrante, si nõ mundificatur perfecte cũ antedictis, aut si nõ saltem in fine & lõgo tempore non cõsolidatur, tunc cauterium ignitũ est valde bonũ, & vtile: vt scilicet cauterizet̃ vlcus totum secundũ eius profundum & latera circũquaq;: & sit cauterium factũ ad formã & quantitatem vlceris, cuiusmodi debent esse cauteria, vbicunq; necesse sit eis vti.

G *De eminentia umbilici.* *Cap.* XXXVIII.

HÆc ægritudo semper fit in mirach, quod continet intestina: & accidit cum ventositas fit, aut clamor vocis, aut eleuatio ponderis violẽter, aut saltatio, aut hmõi, propulsantia ipsum violenter ad exterius: vnde scindit̃, et elargat̃ mirach tensus existens, sicut scinditur ventosa tensa, ex percussione violentã forinsecus ei adueniente. & ista ęgritudo vt plurimũ accidit pueris. quum volũt adinflare, aut sonare, aut saltando violenter: contigit ẽt ipsis propter multam humiditatẽ cõplexionalem, mollificantẽ panniculos mirach: & pter ventositatem ẽt ad extra tendentẽ: quę oĩa ẽt his accidunt propter gulositatẽ puerorum & mulierum, propter indignationẽ, & propter loci talis debilitatem & molliciem.

H Cura igitur eius est, vt patiẽs abstineat ab omnibus ventosis acutis & leguminibus, & multũ dulcibus vt melle &c. & vtatur in suis cibarijs consolida maiori & minori puluerizatis cũ cinnamomo & croco. super loco vero ponatur emplastrum tale cõstrictiuum, & cõfirmatiuum loci. Re. picis nigræ, aut naualis, aut liquidæ, ꝙ idẽ est vnc. ij. picis græcæ vnc. i. mumiæ vnc. ʒ. dragãthi, gummi arab. sang. draconis aloes, mastiches, bo. armeni, nucis cypressi, cõsolidæ maioris & minoris, turis, & hmõi stypticorum ana drac. iij. glutinis piscium, aut chartarum, ana drac. v. resinæ pini unc. iij. fiat emplastrum hoc modo: liquefiant pices & resina in cazola ad ignẽ: deinde colẽtur: & quum quasi tepefactæ fuerint, eis pulueres & oĩa antedicta adiungãtur: & iterum oĩa ad ignẽ bulliant, su pagitando cum spatula, ne pulueres in fundo cazię cõburantur,

comburantur, donec ad formam vnguenti satis solidi totum reducatur: deinde ab igne deponatur, & cũ manibus oleo nardino, aut alio styptico oleo, inũctis, fiant magdaleones, de quibus super pecia spissa noua, aut super corio, tantæ quantitatis, quantæ est ruptura, aut eminentia & plus, extensa super loco ponatur & ligetur & optime firmetur cum plumaceolis stuppeis quadratis, & cum binda lata decenti firmiter: ita ꝙ tota eminentia intus impellatur, & non exeat pro posse: & sic dimittatur, et nõ dissoluatur vsq; ad .xv. dies, aut vsq; ad mensem: & deinde remoueatur emplastrũ, & ligetur vt prius: & imponatur semper qes infirmo, & ordo in eius vita antedictus, & sic per tempus paruum curabitur: nisi error ex parte infirmi impediat. Super eius cibariis vtatur hoc puluere. Re. nucis cypressi, mumiæ, mastiches, thuris, draganthi, ana vnc. ß. gariophylorũ, galangæ, macis, nucis muscatæ, zinzib. ana drac. ij. sang. draconis, bo. armeni, myrti, rosarum, mentæ, ana drac. iij. spicinardi, corallorum, cymini, anisorum, ana drac. i. ß. fiat puluis optime cribellatus, quo vtatur in suis cibariis, aut cum sufficienti zuccharo fiat electuarium, de quo omni die, ante suum cibum sumat, vnc. ß. ieiuno stomacho: et sic via ista curabitur.

*De apostemate hepatis.* Cap. XXXIX.

HÆc ægritudo timorosa & periculosa est, propter nobilitatem principalis mẽbri, cuius operatio est necessaria toti corpori. Calidum tamen & frigidum apostema in isto loco fit, sicut in aliis locis. Et cognoscitur calidum in hoc loco, sicut in aliis, de quo dictum est pluries in superioribus capitulis. Frigidum etiam cognoscitur per signa frigidæ materiæ conformia. Durities etiã per signa sibi conformia discernitur, quæ nota sunt per supradicta in capitulo de apostemate stomachi & planius in capitulo de apostemate costarum.

Cura calidi est, ut subito phlebotomia de basilica cõtrariæ partis fiat, si virtus & ætas consentiant: si vero non, fiat ventosatio in naticis & spathulis, aut purgetur corpus cum pilulis, decoctione, vel trochisco, dictis in capitulo de albugine oculi: aut trochisco in capitulo de saphati: locus vero totus vngatur cum vnctione, de qua in capitulo de apostemate sub axillis: aut in capitulo de apostemate in costis: aut in capitulo de apostemate in stomacho: & fiat hepatis fomẽtatio, emplastratio & embrochatio, vt in capitulis eisdem, aut fiat cum absynthio, chamomilla, rosis, squinantho, spiconardo, fœnugræco, sem. lini, althæa, mastiches integro, meliloto: deĩde fiat super loco emplastratio cum emplastro de quo in capitulo de apostemate in collo & gula, aut in capitulo de apostemate sub axillis, de cœpis & allio, his emplastris addẽdo absynthium, squinãthũ, spicum nardi, & mastiche. Et sic aut resoluetur apostema, aut maturabitur: & si maturabitur, facta sanie, aperiatur cum rasorio per longitudinem corporis, aut lunarem figurã, & in decliuiori parte eius, deinde in processu curæ vlceris directe vt supra, de apostemate stomachi. Diæta etiam sit, vt dicta in capitulo sub axillis & in adiutorio, & in stomacho, a principio vsq; ad finẽ saltem si fuerit febris: aut vtatur mica panis lota in aqua cocta cõmuni cũ zuccharo: aut panata cocta cum brodio pullæ, cum qua sint coctæ simul portulacæ, endiuię, spinachia, frigida
A cõmunia, cucurbitæ, citrulli, granata agrestũ & huiusmodi alterantia: vel de carnibus comedendo si sit fortis & robustus patiens: si vero debilis, comedere potest de carnibus pullinis, conditis & alteratis cum antedictis. Potus vero, sit aqua cocta zuccharata, cũ vino granatorum, aut cum agresto, aut cum decoctiõe prunorum damas. tamarindorum, acetosæ, sem. cõmunium, granatorum, & agresti.

Cura vero frigidi apostematis est, vt primo corpus purgetur cum pilulis de aloe, turbith, & agarico, aut cum decoctione, dicta in capitulo de albugine oculi: locus vero vngatur cum vnctione, fomẽtatione, embrochatione, & emplastratione, dictis in capitulo de apostemate in collo vel gula: aut in capitulo de apostemate sub axillis, aut stomacho: aut factis vnctione, & embrochatione antedictis emplastretur lo-
B cus huiusmodi emplastro. Re. mellis, terebinthinæ, picis liquidæ, ana vnc. iiij. olei liliorũ, chamomillæ, anethi. spicæ, ana vnc. ij. farinæ fœnugræci, sem. lini, hordei, ana vnc. iij. althęę mundatæ frustatim incisæ, coctæ & pistatæ, ana vnc. v. butyri, axungiæ porcinæ, ana quantum sufficit, vt emplastrum sit bene pingue: & fiat emplastrum hoc modo, liquefiant mel. terebinthina, & pix, & eis addãtur althęa pistata, farinæ, olea, & pinguedines, & cum aqua decoctionis antedictæ superfusæ omnibus antedictis, fiat emplastrum omnibus simul ad ignem bullitis, vsq; ad inspissationem et emplastri formã: & sic via ista, aut resoluetur aut maturabitur: & si maturabitur, facta maturatione aperiatur modo tacto supra de apostemate calido: & in processu regatur vlcus, vt in capitulo de apostemate calido aut frigido sub axillis, aut ĩ costis, aut ĩ stomacho.

C Cura duritiei apostematis, directe est vt dicta in cura apostematis calidi aut frigidi hepatis, aut in capitulo de scroffulis in collo & gula. Aut fiat huiusmodi emplastrum, conferens, & vtile ad omnem duritiem mollificandam vbicunq; fuerit. Re. galbani, serapini, opopanacis, bdellij, ammoniaci, ana unc. ß. mucilaginis fœnugræci, semi. lini, althęę, ana vnc. ij. olei chamomillæ, anethi. liliorum alb. et amygd. dulcium, ana vnc. i. ß. terebinthinæ, picis nigræ, ana vnc. i. ceræ albæ, vnc. ij. fiat vnguentum. Fit isto modo, mollificẽtur gũmæ in aceto albo fortissimo & oleo amygdalarum dulcium per noctem, deinde optime dissoluantur ad ignẽ in cazola, & colentur, deinde bulliãt usq; ad aceti in eis imbibiti consumptionem, & ipsarũ inspissationem, aut coagulationem debitam, & eis naturalem: quo facto eis addantur terebinthina & pix co-
D latæ: deinde his omnibus addantur mucilag. & oleũ cum cera colata cũ pice: potes etiam si uis addere medullas bouini cruris, pinguedinem renũ castrati, pinguedinem anatis, anseris, gallinę, vulpis, vrsi, et huiusmodi mollificãtia etc. & fac vnguentum: aut loco ceræ adde fa. fœnugręci, sem. lini, hordei, ana unc. ij. aut i. & totum incorpora cum aqua sufficienti decoctionis althęę, fœnugre. se. li. chamomil. & sem. anethi. & fiat emplastrũ, quo emplastra locũ: aut dimitte bullire usq; ad perfectã inspissationẽ, & fiat magdaleon, & utere: nam istud mollificat, & resoluit duritiem oẽm: aut necessario reducit eã ad maturationem etc.

*De apostemate splenis in parte posteriori.* Cap. XL.

OMnia dicta superius ex parte causæ, signorum phlebotomiæ, dietæ, uentosationis, incisionis:

mūdificatiōis, incarnationis, cōsolidatiōis, aut resolutiōis ꝑ medicinas, in capl'm de apatibus hepatis, reducātur, ad istud capitulū, præterquā in duritie splenis: in qua proceditur cum fortiori emplastro mollificatiuo, et in fine cum cauterio, si non maturetur aut resoluatur per emplastrum: quod potest esse, ut emplastrū īmediate supra dictū in duritie hepatis, addendo oleū capparū, radices capparis scolopendræ, puluerem & radicem asparagorum, & fari. lupinorū: faciendo ante emplastri appositionem, huiusmodi fomentationem spleni. Re. radicum asparagorum, petroselini, endiuiæ, capparum, ana vnc. i. scolopend. calamenthi, origani, absinthij, ana vnc. 5. flo. chamomillæ, fœnugræci, sem. lini, meliloti, ana vnc. i. aceti, lib. i. vini albi subtilis, lib. iiij. fiat horum decoctio, & cū spongia his infusa, aut vesica his plena locus fomentetur, & cataplasmetur, deinde vngatur cum oleo de capparibus, anethi. liliorū alb. rosa. & chamomillæ, cum aceto, & pluribus radicibus capparū, & asparagorum mistis: Deinde vltimo ponatur emplastrum antedictum, & sic resoluetur, aut maturabitur apostema pro certo. Cauterium vero si expediat fiat in modum sectionis per longitudinem corporis, nō capiendo de pelle, nisi parum: ita tamen vt sectionem sustineat: & hoc cōpleat quod per emplastrum minime cōpleri poterit: & curabitur.

### *De apostemate in parte posteriori, a collo usque ad caudam.* Cap. XLI.

APostemata calida nascentia in his locis, a frigidis etiā cognoscuntur, & fiunt seu generantur vt dictū est de apostematibus calidis & frigidis in præcedentibus capitulis, specialiter in capitulo de apostematibus super hepar, & super costas: & procedatur in cura huiusmodi apostematum, vt dictum est in illis: excepto, ꝙ in incisione horum apostematū vitandi sunt uilli, et principia neruorū, orientium ex spina. Nam ob istam causam est timorosum incidere in parte spinæ & dorsi, maxime prope spinā. Incidantur ergo a radice colli vsq; ad spinæ caudam, et ad finem costarum, secundū figuram apostematis, et rugationem pellis vehementis a spina ad corpus, deinde in eorum cura, directe vt in aliȷs capitulis procedatur. Et attende hoc vnum, tactum etiam superius, ꝙ si in his locis fuerint apostemata magnæ quantitatis, in eorum incisione non extrahatur sanies tota vna vice, sed paulatim, & successiue de die in diem: & istud est generale documētum in incisione magnorum apostematum, vbicunque etc.

### *De apostemate in inguinibus.* Cap. XLII.

HÆc ægritudo, vocatur bubo, vel dragoncelli inguinis, vel apostema inguinis: & vt plurimū fit ex materia frigida, quæ ab hepate expellitur ad loca illa quā debilia, vacua: & aliquando ex materia calida: & aliquando quū accidit homini in virga corruptio, ꝑpter cōcubitum cum fœda muliere, aut ob aliā causam: ita ꝙ corruptio multiplicatur & retinetur in virga: vnde non potest natura mundificare virgam, aut locum, primo propter multā plicaturam partiū, illarum, & propter strictam viā illius loci: vnde reddit, & regurgitat materia ad locum inguinū, propter habilitatem loci illius ad recipiendum superfluitatem quamlibet, & propter affinitatem quā habent hæc lo-

E ca ad virgam. Signa vero calidi apostematis sunt, vt dicta in capitulo sub axillis, & pluribus aliȷs.

Cura eius est, vt a principio fiat phlebotomia partis contrariæ, quæ est inter annularem digitū & auricularem manus, si virtus, ætas, & alia consentiant. Si vero non, purgetur corpus cū pilulis de turbith, & de agarico & aloes, dictis in capitulo de albugine oculi, aut cum decoctione ibidem dicta: aut cum aliȷs medicinis humori magis peccanti appropriatis, dictis in capitulis superioribus Super loco vero, fiant fomentationes, embrochationes, vnctiones, et emplastra dicta in capitulo de apostemate calido in collo & gula, & in capitulo de apostemate sub ascellis. Regatur etiam patiens diæta & regimine ibidem dictis. Facta maturatione & sanie, incidatur locus cum rasorio & fiat vlcus bene magnum, vt melius purgari possit:
F & fiat vulnus obliquum ad formā mediæ lunæ secūdum loci rugationē: nam per hūc incisionis modum melius in fine locus consolidatur. Facta incisione procedatur ad extractionem totius saniei, aut partis: & si expedit de doloris sedatione, sanguinis fluxu, mundificatione, incarnatione & consolidatione, fiat vt in capitulis de apostemate ī collo, & sub axillis. Et si ibi dolor ualde molestus adesset, fiat emplastrum doloris sedatiuum. Re. olei chamomillæ, liliorum alb. et anethi. vnc. i. far. fœnugræ. sem. lini, hordei, ana vnc. i. 5. vitellos. ij. ouorum, butyri, pingued. gallinæ, ana vnc. ij. croci, drac. i. fiat sic, cape farinas, pinguedines, & olea, et misce cum decoctione althææ, aut maluæ sufficiēti: & bulliant ad ignem, donec inspissentur in forma emplastri: deinde adde vitellos & crocum, & misce, & bene incorpora omnia, & eo vtere super loco.
G Si vero dolor perseueraret, tūc fiat unctio cum oleo de chamomil. & anethi, ī quibus ponātur opij, scrup. i. hyoscyami, dra. i. sem. appij. sem. anethi. ana dra. i. 5. aceti vnc. 5. terantur omnia, & oleis addantur, & tepefiant, & circa locum fiat vnctio, & non super loco, et facta vnctione, super locum ponatur emplastrum dictum. Pro mundificatione uero, incarnatione, & consolidatione procedatur ut in capitulis de apostemate in collo & gula, & sub axillis, & in adiutorio, dictum est. Si uero fuerit tale apostema frigidum, tunc a principio patiens purgetur cum trochisco de turbith, uel de agarico, aloe, & turbith, uel cum pilulis fœtidis dictis in capitulis præcedentibus. Locus uero quo ad fomentationem, embrochationē, emplastrationem, incisionem, mundificationē, incarnationē, regatur præcise ut dictum est in eisdem capitulis. Volo tamen tan-
H gere emplastrum unum mundificatiuū bonum sine mordicatione, & corrosione. Re. farinæ lupinorum, fa. hordei, fa. siliginis, ana unc. i. myrrhæ sarcocol. ana drac. i. lixiuij sarmētorum uitis, quod sufficit: fiat emplastrum, quo utere.

### *De scroffulis in inguinibus.* Cap. XLIII.

HÆc ægritudo est difficilis ad curandum, quia semper fit melancholia indurata: a qua resolutum est subtile a calido uel frigido, aut a phlegmate ingrossato, & congelato a frigido.

Cura eius est, ut purgetur a principio corpus cum pilulis fœtidis, aut cum pilulis dictis in capitulo de scroffulis in collo & gula. Et locus regatur cum vnctione & emplastro diachylon dictis in capitulo de scroffulis in collo & gula, aut cum emplastro de gumis

gumis dicto in capitulo de duritie splenis: & sic autrē soluet, et tunc erit bonum, aut ulcerabitur: & tunc ꝑ cura eius procedatur vt dictū est in capitulo de scroffulis dum ulcerātur. Dięta & modus uiuendi, sint qui dicti sunt in capitulo de scroffulis in collo & gula.

*De crepatura in inguinibus.* *Cap. XLIIII.*

HÆc ægritudo fit ex vētositate tendēte mirach, et ex cibo grosso ventoso, uel ex saltu coacto, aut a casu aliquo violento ab alto, aut ex clamore nimio, aut huiusmodi causis. Cognoscitur hæc ægritudo, quum infirmus iacet corpore supino, & venter est inanitus: & tunc intestina redeunt intus: & quum patiens tussit, aut cum cingitur, aut modicum ambulat: sic redit eminentia manifesta in loco.

Cura eius duobus modis fit: aut cum incisione, aut sine: & siue fiat cum incisione, aut sine, diæta eius debet esse temperata & subtilis: vt abstineat patiens ab oībus ventosis & grossis cibis, vt leguminibus, caseo, carnibus grossorū aīalium, & porci: vinū bibat album, subtile, aromaticum, lymphatum cum aqua decoctionis anisorū cymini, anethi & modico cinnamomo. Cura cum incisione ita fiat, quamuis hoc loco sit ualde periculosa, maxime tali casu, ꝓpter copiā & infiltrationē arteriarum, neruorum, et venarum eiusdē loci, quibus læsis, et dolor grandis, sanguinis fluxus, spasmus, & mors super infirmo timentur. medicus tñ procedere pōt in hmōi incisione & cura: & hoc dico si vsus fuerit alias tali operatione, aut saltem conuersatus fuerit cum aliquo magistro operatore huius artis rōnabili, et fuerit medicus boni ingenij, & bonæ imaginationis: tunc certe succurrere pōt & in tali cura se intromittere: aliter enī nullo modo præsumat se taliter operari: quia per malū modum operandi, de facili hoīem interficit. Primo igitur ante incisionem per diem vnā clysterizetur infirmus clysterio cōmuni, superius tacto, vt intestina vacua sint a superfluitate, & de leui ad suum redeant locū, impellendo ipsa cum manibus: sequenti die, stomacho ieiuno debet medicus locare infirmum extensum & supinum, super assidelata, aut ponere ipsum in manibus discipulorū suorum fortium, vt ipsum teneant: vel ligare eum optime cum mantili super pectus, ne se mouere possit, & leuare crura, eaq; aperire, ne impediant operationem, et ipsa ligare cum alio mantili firmiter, qui modus ligandi melior est: & fiat ꝙ locus incidendus sit bene manifestus, ne error ad hoc accidat. His ordinatis, medicus accipiat eminentiam illā in manu & reducat, & præmat intestina vt ad loca sua descendant: & imponat vni ministro vt manum suā teneat sup intestinis reductis, ne descendant hora incisionis. Quo facto tunc medicus accipiat cum manu sinistra eius pellem, quæ est super loco infirmo & fracto: & tunc incidat pellē super loci rugationem. & cōsequat cum incisione sua foramen & locum a quo exeant intestina: & nota hoc, ꝙ medicus pōt experiri & certificari de foramine illo, & eius situ & loco, hoc modo, si hora incisionis, ante incisionē capiat testiculū illius lateris, & ipsum præmat & ducat ad supiora, versus intestina foraminis & fracturæ, quia quum ad intestina testiculus reductus fuerit ad locū illum, tunc resiliet, & ad superiora eleuabitur, & exibit foramen, & faciet tumorē in modū oui vnius, quia per foramen illud, qđ exiret testiculis, exeunt intestina: & quum

A certificatus fueris de foramine hoc modo, tūc dimitte descendere testiculū ad locum suū, & eum nullo modo præsumas extrahere, vt faciunt qdam stolidi medici & ignorantes, et nil scientes: sed accipias neruum illum solū et viam per quā descendebant intestina ad locū testiculi, quæ via dicit̃ dydymus, seu oscheum, & liga illam viam et neruum illū optime cum filo laneo, aut lineo subtili quadruplicato, in duobus locis illius nerui & viæ. s. inferius & superius, & sit inter illas duas ligationes, distantia vnius digiti: & illud spatium & distantia incidatur per medium ex trāsuerso secundū totum, & tunc subito cauterizetur totus locus incisionis, & postea impleatur locus aut vulnus cū stuellis stuppeis aut lineis, albumine oui solo inuolutis: aut cum vitello simul, & modico croco, aut ēt commiscendo pulueres sanguinis restrictiuos toties

B dictos & dicendos: & tunc locus bene firmet̃ & liget̃ cum plumaceolis stuppeis in dicto medicamine inuolutis, ita vt sanguinis fluxus, dolor, aut mala complexio calida & humorū fluxus prohibeat̃: & cū fascijs & bindis decētibus, locus optime ligetur, & sic dimittatur per diem integrū vel per duos, aut plus: & supinus semper iaceat infirmus a die incisionis vsq; ad sanitatē: & omni die clysterizetur, vt intestina sint vacua, & non tumeāt propter superfluitates aliquas aut ventositatem. Post istos duos aut tres vel plures dies dissoluatur locus, & tunc si securus fueris a sanguinis fluxu, dolore, & aliorum humorum descensu, pones sup loco cauterizato butyrum, aut aliud pingue, vt eschara ex cauterio facta, putrefiat & cadat: deinde ꝓcede cum mundificatiuis, incarnatiuis, & consolidatiuis, supradictis in pluribus capitulis. Si vero non fue-

C ris securus, iterū superpone medicamen primū, vsq; ad securitatem antedictorum: deinde procede modo nunc dicto. Puluis sanguinis draconis pōt esse talis. Recip. sang. draco. draganthi, gumi arab. boli, gypsi, aloes, mastiches, ana, & cum albumine oui et vitello, misce & vtere vt dixi: & ista est cura cum incisione.

Curatio sine incisione cū qua meo tēpore multos curaui, dicenda est: sed attende hic, ꝙ maxime pueri, & hi qui nouerint istam passionē, & quibus ēt intestina, nō descendunt ad bursam testiculorum, & qui habent paruam eminentiā sunt illi vt plurimum, quos ego curaui mō isto, & quos possibile est curari: reductis enim intestinis ad sua loca, secundū modum iam datum superius, ponebā supra locū foraminis emplastrum meum cōstrictiuum: deinde super emplastro ligabam cum brachali infra dicendo: & decenter locū

D firmabā, et dimittebam ligatum vsq; ad. xv. dies, aut plus: & deinde dissoluebā, & renouato iterū emplastro, ligabam cum brachali, & cōtinue procedebam vsq; ad sanitatē: & attende ꝙ semper est in isto casu, quies infirmo strictissime imponēda, Dięta q; subtilis non ventosa ordināda. Brachale siue lumbar sic fiat. accipe pannū lineum, aut bombycis triplicatū, cuius latitudo, sit trium digitorū aut quatuor, & lōgitudo tanta quod cingat corporis transuersum totaliter: & tunc impleat̃ bombyce aut cimatura panni, & suatur in modū zupeti, & cum hoc fiat plumaceolus vnus triangulatus, aut aliquātum quadrangulatus, & optime impleatur bombyce, aut cimatura pāni, & suatur stricte plumaceolus iste cum bōbyce, ita ꝙ possit sup rupturam coniungi lumbari: & habeat plumaceolus quandā binda vel corrigiolam in capite inferiori eius

in angulo inferiori, tantæ longitudinis, vt possit trahi E
per subtus coxam et prope testiculum, et restringi ad
posteriora super naticam posteriorem, & ibi firmari
cum lumbari, aut bene necti, vt nō moueatur sed fir-
miter maneat: & ista sic lumbaris forma, licet a docen
tę, male possit per scripturam manifestari, et per cōse-
quēs a discipulo comprehendi. Emplastrum vero su
pra tactum, potest esse quod descriptum fuit in capi-
tulo de eminentia vmbilici: & pulueres ac electuariū
ibidem descripti, in isto casu conferunt, saltem nisi ta
lis casus sit valde antiquatus: nisi etiam sit in corpore
senili, & intestina non multū descenderint versus bur
sam: Sed ī casu opposito, vsus sum tali emplastro for
tiori. Re. picis gręcę, colophonię, picis nigræ, naualis,
resine pini, ana vnc. ij. glutinis pisciū, vel chartę, vnc.
iiij. ammoniaci, bdellij, ana unc. i. liquefiant colopho-
nia, resina, & pix, & colentur, deinde mollificatis gu- F
mis in vnc. iiij. aceti & vnc. ij. olei anethini, aut masti-
ches, aut myrtini per noctē vnā, aut vnā diem, & tūc
cū eisdem liquoribus ad ignē ponantur, et optime dis
soluantur & liqfiant, et colentur, deinde addātur ma
stiches, dragāthi, thuris pulue. fœnugręci, mumię, bo.
armeni, san. drac. & huiusmodi cōstrictiua, ana vnc.
i. aut vnc. 5. qbus pulverizatis & cribellatis, dictis gu-
mis addātur, & bene admisceātur adinuicem omnia,
& fiat magdaleon, & reseruetur vsui. Aliud ad idem.
Rec. picis na. & co. & resinæ, vt supra, & calidæ vt su-
pra, aloes, bo. ar. mastiches, draganthi, gu. arabici, thu
ris, gypsi, sang. draco. fœnugręci, ana vnc. 5. pix colo-
pho. & resina vt supra, colentur & admisceantur an-
tedicti pulueres modo supra dicto, & fiāt magdaleo-
nes, cum aqua frigida manus balneando, aut cū oleo
mastichino, aut myrtino, aut spicæ, aut huiusmodi cō G
strictiuorū, & vsui reseruentur, & sic curabitur mor
bus huiusmodi Deo dante.

## *De ficis, condylomatibus, et hæmorrhoidibus.* Ca. XLV.

ÆGritudines hæ fiunt a materia grossa melācho
lica, quæ ad loca illa descendit et vertitur quā
doq; in carnositatem quādam. Signa istorum sunt,
quia situm habent pedem quendam subtilem, & py-
ramidem latam in modum ficus, & non emittunt san
guinem, nec humiditatem aliquam. Condyloma-
ta, non habent pedem, neq; figuram fici, sed solūmo-
do quandam tuberositatem sparsam sine pede, plenā
sanguine melācholico. Hæmorrhoides autem sunt
tuberositates quędā, vel eminentiæ, a quibus emanat
sanguis, & humiditas quędam aliquando quidē om-
ni mense, aliquando vero per alia interualla. H

Cura fici est cū medicinis, aut ferro, incidendo ipsum
cum pede suo radicitus: deinde cauterizando
locum & procedendo cum medicamine remotiuo,
escharæ, deinde cum mundificatiuo, incarnatiuo, &
consolidatiuo, notis. Aut fit cura cum ligamentis. s.
cū, filo sericino simplici uł duplicato uel triplicato uel
quadruplicato, secundū grossitiem & duritiem pedis
ligando strictissime ipsum pedem in radice eius quan
tū possibile est: et dietim stringatur fortius, donec pes
corrodatur, et cadat ficus: et si aliquid de radice remā
serit, cauterio ignito remoueatur paulatim de die in
diem: successiue remotiuū escharæ superponendo do
nec totaliter eradicetur: deinde cum mundificatiuo,
incarnatiuo, & consolidatiuo notis, procedatur. Fit
etiam cura eius hoc modo, primo purgetur patiens,

E cum his pilulis. Rec. myrobal. indorū, vnc. 5. kebulo-
rum mundatorū, drac. ij. ellebori, drac. i. scamoneæ,
drac. 5. senæ, epithymi, ana scrup. ij. turbith, drac. i. ma
stiches spicæ, cīnamomi, zinzib. gariophyl. ana dra. 5.
terantur omnia subtiliter, & pulverizentur, & cribel
lentur, & cum succo polypodij, aut su. terræ fiant pi-
lulæ, dosis sit, drac. i. aut scrup. iiij. sero quū vadit dor
mitum sumat patiens, & non cęnet. Si autem sumere
non possit ob aliquam causam, sumat istam decoctio
nem. Re. prunorum, vnc. iij. cuscutæ, senæ epithymi,
ana drac. i. myrobal. indorū, vnc. 5. polypodij, drac.
vi. pistentur pistanda, aut contundantur, & bulliāt in
aqua dulci, lib. i. vsq; ad medietatis consumptionem,
deinde colētur, & in colatura addātur zucchari, vnc.
ij. aut. iiij. & liquefiant: & totum istud iterum coletur:
& de ista colatura dentur patienti, vnc. iij. mane in au
F rora ieiuno stomacho. Facta hac purgatione, ligentur
fici, aut incidantur modo antedicto, aut cauterizētur,
solūmodo, non prius incidendo: & meo tempore in
huiusmodi cura processi, & multos curaui. Si autē ta-
lis ficus fuerit intra anū, aut intra vuluam, tunc inuer
sentur intestina cū ventosa magna posita sup ano aut
sup vulua, & inspiciātur intestina et eorū situs intrin-
sece: & si hoc nō potest fieri cū ventosa, tūc cū vnci-
nis decentibus hoc fiat, & quū apparuerint aliq fici, p-
cedatur in eorum cura vt dictum est supra. Eodem
modo directe in cura condylomatū mulierum proce
datur. Contra hæmorrhoidas, hoc modo primo p-
cedi potest exiccando & consumendo ipsas cum em
plastro isto. Reci. farinæ gallarum, fari. nucis cypressi,
corticis granatorū, hypocystidos, omnium pulveri-
zatorū, ana vnc. i. mastiches, bo. arme. flo. chamomil
G læ, semi. anethi. ana vnc. 5. aceti albi quantū sufficit ad
inspissandum pro forma emplastri, & fac emplastrū.
Antequam tamen hoc emplastrū, & parti approxi-
mes, fac loco emplastrum mollificatiuū & doloris se
datiuum, tale. Re. fa. fœnugręci. semi. lini, flo. chamo-
millæ, ana vnc. ij. semi. anethi. meliloti, pulverizato-
rū, ana vnc. i. olei anethi. chamomillæ, liliorum albo.
pinguedinis gallinę, butyri, ana vnc. ij. aqua decoctio
nis althææ, aut maluę, & chamomillæ, sufficienter fiat
emplastrum parti antedictæ: aut fiat ex his fomētatio
per scamnū perforatū, ex fœnugręco, semi. lini, ane-
tho, flo. chamomillæ, hordeo, althęa, malua, & cymi-
no, positis & coctis in tribus partibus aquæ dulcis, &
una parte aceti. Quibus sic mollificatis, et dolore seda
to, superponatur emplastrū exiccatiuū supra dictū,
& exiccabuntur & sanabuntur Deo dāte. Sin autem,
H postea ligētur & stringantur modo dicto supra de fi-
cis, quia sic consumabuntur per tempus & exiccabū
tur ac cadent. Et si volueris eas aperire, tunc superpo
ne emplastrū hoc. Reci. cępas cōmunes comestibiles
numero. ij. & . iiij. spicas allij fortissimi, aut vnū caput
integrum, pistentur simul sine decoctione aliqua, &
incorporentur cum fa. lupinorū vnc. iij. sinapis, vnc.
5. aceti fortis quantum sufficit, & fac emplastrum, de
quo super loco pone, & statim aperietur. Et si patiens
valde molestaretur ab ista passione hæmorrhoidali,
& foret virtute satis robustus, tunc omni mense fiat
phlebotomia de saphena domestica pedis, et hęc phle
botomia excusabit infirmū ab apertione hæmorrhoi
dum quum euenerint: aut ab ipsarum aduentu homi
nem securū faciet. Cum autē contingat propter istas
infirmitates in loco isto quandoq; dolorē grandē ge-
nerari

nerari & intolerabilem, ad ipsum remouẽdũ, si locus non fuerit canceratus, fac istud vnguentũ optimũ & expertum. Recipe olei rof. & viol. ana vnc. ij. cerussæ vnc. i. lithargyri vnc. 5. cerę albæ vnc. 5. opij, hyoscyami, ana drac. i. papaue. albi, sem. apij. sem. anethi, corticis mandragorę, ana drac. i. pulueri. pulverizanda, & fiat vnguentũ isto modo, ponatur cerussa, litharg. & oleum primo simul ad bulliendũ, supermiscendo cum spathula donec sint inspissata, deinde addatur cera & liquefiat, deinde ab igne depone, & misce, donec sit aliqualiter infrigidatum, & tunc adde antedictos pulueres, & bene misce & incorpora, et cum isto medicamine vnge locum intus, extra, & circa, copiose: & sic dolor in breui remouebitur: nam in multis feci istud medicamen meo tpe, & dolor subito cessauit.

*De fistula in ano.* *Cap. XLVI.*

HOc apostema tam calidum q̃ frigidum curatur vt dictum est supra de alijs in alijs capitulis. Sed attẽde, ꝙ vt plurimum apostema in isto loco parit fistulam, aut penetrantẽ, aut non: & si fuerit non penetrans, vt per impositionem tentæ tuæ certificari poteris per foramen fistulę exterius, & pręme versus anũ, & intestina, & impone digitum tuũ in ano, & senties si tenta penetrat intestinum: tunc mundifica ipsam cũ solo vnguento apostolorũ, aut viridi, aut cũ vnguẽto de sarcocolla, myrrha, alumine ro. melle, terebinthina, et modico redalgar, aut auripig. aut uiridis ęris: deinde incarnetur & cõsolidetur vt pluries dixi supra. Si autẽ fuerit penetrans, non curatur certe de leui: sed ipsam dimittere melius est & honorabilius medico. Sed si intromittere se voluerit, altero horũ modorũ procedat: primo dilatetur vulnus cum spongia, vel radice aristolochiæ, vel medulla milicę, & bene amplietur totaliter vsq; ad fundum, & cum fundum videris, facias tunc cauterium cũ ferro ignito, et cõbure totũ quod apparet de fundo fistulæ, & eius latera, & post vstionem, imple totum vulnus cum albumine oui, & vitello, oleo ros. & croco, vsq; ad. ij. dies: deinde procede cũ remotiuo escharæ, mundificatiuo, incarnatiuo, & cõsolidatiuo, notis. Si per hoc aũt nõ curatur, alium modũ accipe, qui est. Accipe filum serici vellini, triplicatum: aut setam caballinã, aut bouinã triplicatam, & fac in modum laquei cum quo capiuntur aues aut pisces, & impone extremitatẽ illius fili p orificium fistulæ exterius: deinde conare facere ꝙ filũ transeat & penetret per foramen intestini, ita ꝙ extremitas illa fili veniat per orificiũ intestini, & trãseat ad anum: alia vero extremitas remaneat exterius in orificio exteriori fistulæ, & tũc omni die pluries & pluries ducatur filum intus & extra in modũ serrę, et in tantũ ducatur filum, donec intestinũ cum carne illa exterius scindatur, & tunc cum sedatiuis doloris, mundificatiuis, incarnatiuis & cõsolidatiuis supra tactis procedatur. Sed crede mihi ꝙ isto modo potest male procedi, vt vidi meo tẽpore, in istis casibus, et eorum curis.

*De extractione lapidis in uesica.* *Cap. XLVII.*

PRimo operator huiusmodi debet esse expertus, vtrum lapis iste. s. in vesica vel non: hoc modo ponat operator indicem & mediũ digitos manus sinistræ in ano patiẽtis, & eleuet cum digitis suis intestinum vsq; ad virgam infirmi: & cum dextera manu tentet si inuenit aliquod durum ad locum illum vbi

A apparet eminentia inducta cum digitis intromissis in ano: quæ eminentia apparebit in loco, qui est intra testiculos & anum, coxam & radicem virgę: & tũc moueat & ducat digitos, nunc huc, nunc illuc, nunc sursum, nunc deorsum, palpando cum manu sua extrinseca in locis, qui sunt inter testiculos et anum, & coxã & virgam iam dictis: & sic sibi manifestabitur lapis. Est aliud signum, ꝙ patienti semper cum vult mingere, dolet fortiter circa partes virgæ, & conatur fricare testiculos suos & loca vicina. Sed id non est signũ certum nec necessarium, quia hoc etiam accidit in stranguria cum vlcere. Aliter ergo potest operator de lapide experiri. s. generato, per exhibitionem syrupi, quẽ nos fecimus cõtra materiam lapidis curandi, quo pueros multos curauimus, qui dicebantur habere lapidẽ in vesica propter dolorẽ hora minctionis, ob fricatio
B nem virgæ & testiculorum illa & eadẽ hora. Sed hic syrupus cum datur habẽti lapidem confirmatum, nõ confert quin habeant dolores aliquos hora minctionis et fricationis vt supra. sed non habẽt ita intense, vt ante: qui syrupus sic fit. Reci. radicis appij, petroselini fœniculi, asparagorum, brusci, ana vnc. v. sem. fœniculi, petroselini, & appij, ana vnc. 5. millij solis, saxifragę viridis ana vnc. i. & .5. sem. endiuię, lactucarum, & sem. communium ana vnc. 5. ameos, amomi, nigellę, ana drach. ij. cicerum rubeorum, herbæ imperatoris, siue filicoris, cichoreæ, scolopẽdrię, polypodij, capil. vene. cuscutę, ana vnc. vi. fiat sic, incidantur radices & herbę, frustatim, & pistẽtur cum seminibus grosso modo, & postea bulliant simul in lib. ij. vini albi, et. ij. aquæ mistis cum vino, vsq; ad medietatis cõsumptionem: postea omnia colentur, & optime exprimãtur,
C ita ꝙ virtus rerum coctarum sic bene exeat: & ita colatura per medium diuidatur, & in vna medietate ponatur mellis lib. i. & iterum ponatur ad ignem totum istud, & bulliat aliquantulum, semper despumando cum cochleari: deinde coletur iterum totum istud, et ponatur in vase, & seruet. In alia vero medietate decoctionis, ponatur lib. 5. zucchari, & drac. i. 5. cantharidum ablatis ipsarũ capitibus & alis, & pistẽtur cantharides, & permittantur bullire aliquantulum cum zuccharo, & omnia colentur, & reseruentur in vase. Et de isto syrupo in quo sunt cãtharides, sumat patiẽs de quarto in quartum in aurora vnc. i. 5. cum vnc. iij. aquę decoctionis radicis appij, petrose. fœniculi, endiuiæ, sem. com. scolopendriæ, capparum, asparagorũ, aut sumat dictam quantitatẽ de hoc syrupo, de sexto in sextum, secundum ꝙ videbitur medico: de effectu
D eius forti & debili. Diebus aũt alijs quibus non sumit syrupum de cantharidibus, sumat omni die in mane, in aurora, syrupi de melle dicti supra vnc. ij. cũ vnc. iij. dictæ decoctiõis. Exhibitio enim huius syrupi, per tres aut quatuor vices data, pro certo statim mitigat fricationes illas & dolores: & tunc est signum ꝙ lapis nondum est confirmatus. Sin autẽ cõfert, est signum lapidis confirmati, cui nisi incisio cõfert. Diæta sit bona, leuis, & tẽperata, abstineat ab oĩbus cibarijs grossis, melancholicis, & phlegmaticis, ab omnibus salsis & acruminibus: vtatur bonis carnibus leuibus, parũ vino subtili albo cum aqua decoctionis milij solis, saxifragę, radicis asparagorum & capparum aperitiuis, & leuiter incisiuis. Cũ medicus vero certificatus fuerit de lapide & loco eius, & vult lapidẽ de vesica extrahere: primo oportet vt euacuet intestina, & mun-

dificet ea a fecibus cum clysterio ante per vnã diem suæ operationis: & post clysteriũ non dimittat infirmum comedere nisi parum, & cibos siccos: sequenti vero die, capiat medicus infirmũ, & extendat ipsum super disco, vel tabula, lata & longa: & locet vnũ ministrum a dextris & alterũ a sinistris, qui teneãt ipsum firmum, & liget eum super pectus cõductis brachijs, cum mantili vno: deinde liget eum ex transuerso medietatis ventris, cum alio mantili: deinde eleuatis cruribus & apertis, liget cum alio mantili sup ambos pedes & imponat alijs ministris suis, vt ambo crura bene teneãt aperta, ne operatio impediatur: & tunc ponat digitos suos in ano infirmi, & reducat pro posse cum digitis lapidẽ ad locum, qui est inter anum & testiculorum radicẽ: & tunc ex obliquo versus costam secundum rugationẽ loci, scindat̃ cum rasorio sup loco vbi sentitur lapis vsq; ad lapidẽ, & fac vulnus maius lapide, vt sine difficultate lapis extrahi possit cum vncino tuo: quo extracto impleat̃ vulnus cum bolo armeno, dragantho, mastiche, vitello oui, et albumine, & parum de croco: et si sanguinis fluxus multum infestaret, imple locũ cum antedictis, addendo aliqua fortiora constrictiua: deinde sue vulnus, vnico, aut duobus punctis, & bene firmetur vulnus, nec dissoluatur vsq; ad .ij. aut tres dies, secundũ ꝙ securus fueris de sanguinis fluxu: deinde dissolue locũ si iterum timeas de fluxu sanguinis aut aliorũ humorum, & de dolore loci, et reitera medicinã antedictam sup loco: si aũt non, tunc cum mundificatiuo, deinde incarnatiuo. vltimo consolidatiuo notis, ꝓcede. Repleto vulnere hmõi medicamine, & facta sutione, super loco puluerizet̃ puluis constrictiuus & loci confirmatiuus huiusmodi. Rec. mumiæ, aloes, mastiches, draganthi, ana drach. iij. bol. arme. sang. draco. gypsi, ana vnc. 5. misce & super loco pulueriza: & si vis vt fortius constringatur, & exiccet̃, tunc adde vitreoli rom. vnc. 5. Diæta eius sit bona & laudabilis styptica: vino vtatur styptico, paruo, aut lymphato cum aqua cisternę cocta: & sic indubitanter hac via vulnus, sanguisq; constringitur mundificatur, incarnatur, & cõsolidat̃, nisi fuerit in operatione error ad incidẽdum: quia debet scire, ꝙ hmõi operatio nunq̃ bene exerceri põt, neq; per discentẽ comprehẽdi, nisi p visum manualis operationis. Scias iterũ ꝙ raro fit hæc ægritudo in muliere: & si fit est difficilis curationis, ꝓpter ĩterpositionẽ matricis inter vesicã & anum: & maxime cũ incisione: q̃uis enim sit collũ vesicæ mulieris strictum, tñ est ualde curtũ, ita ꝙ oĩs supfluitas siue grossa siue subtilis, siue pauca, siue multa, statim exinde expellitur & mũdatur. & si pur aliqua cã generet̃, ꝓcedat̃ in totũ, vt supra dictũ est de lapide in vesica virorum.

### *De apostemate & pustulis in mẽbro uirili &c.* Cap. xlviij.

HÆc ægritudo semper accidit ex materia venenosa, vel frigida aut vapore reclusis inter præputium & pellem virgę: & quia non respirat, crescit, & multiplicatur in loco. Vnde cum neglecta fuerit in principio, tunc tantũ multiplicatur & cõculcatur & detinet̃ intrinsecus ꝙ corrumpit̃ pellis et denigratur, & cũ hoc ẽt corrodit̃ substantia virgę, q̃ amplius restaurationẽ & verã regenerationẽ non recipit, ꝓpter eius neruositatẽ, venositatem, & arteriositatẽ: & accidit cũ hac corruptione multoties, & vt plurimum febris, & fluxus sanguinis, & quandoq; mors.

E Cura ergo festinãda est: si patiens sit carnosus & robustus, & constet tibi in sanguine abundare, fiat subito phlebotomia de basilica dextra in brachio vel manu: & im ponat̃ infirmo diæta subtilis bona, dicta in capitulo de saphati cholerica, & de apostemate calido sanioso sub axillis. Circa locũ vero ꝓcedatur, primo mundificetur leuibus mundificatiuis, vt aq̃ decoctionis mel. ros. colati, vel nõ colati alumine rochi: rosis, myrto & ordeo: & post lotionẽ istam, omni vice inuoluatur mẽbrum totũ cum pecijs infusis in decoctione gallarũ, nucum cypressi, corticũ granatorũ, myrti bo. armeni, mastiches, contusorum grosso modo, & coctorũ vino nigro styptico & modico aceto: & hoc sæpe fiat donec corruptio remota fuerit. s. ter aut quater in die, et sic remouebit̃: si vero nõ remoueri possit, & in tantũ augmentata sit, ꝙ denigrauerit lo-

F cum, tunc signũ est mortificationis loci: tunc intẽdas remotioni denigrati corrupti, radicitus si est possibile, cum ferro ignito separando corruptũ a sano, quia si hoc subito nõ fieret, non cessaret corruptio augmẽtari, donec totũ membrum corruptũ foret: quum ergo cauterizas aliquod mẽbrum ob istam uel similem causam, fac pro posse vt quid de corrupto non maneat: deinde sup loco cauterizato, vt sanguis optime stringatur, & dolor ex cauterio causatus mitiget̃, pone albumen oui cum vitello conquassatum et mixtũ cum bo. ar. & myrto optime puluerizatis: circa locũ vero fiat emplastratio cũ bo. arme. puluerizato, oleo rosa. succo plantaginis & aceto mixtis: quod emplm defendit augmentum corruptionis, & ne amplius humores ad locum currant: & fiat id vsq; ad iiij. aut. v. dies: & postea si visũ fuerit aliquid de corruptione re-

G mansisse, mundificet̃ cum vnguento apostolorũ, & ruviridi: deinde incarnet̃ & consolidetur medicinis notis, & sic curabitur. Attende hic, ꝙ ablutio cum aqua frigida & abstersio cum petia munda, & iterum ablutio, dum ĩcipit post coitum cum fœda muliere, aliqd corruptionis futuræ vestigium, defendit perfecte virgam a corruptione futura saltem ob illam cãm, maxime si post illã ablutionem fiat roratio & q̃dam ablutio, vel loci iam abluti aspersio cũ aceto modico, aut pecijs in aceto infusis virga totaliter inuoluat̃. Puluis hermodactylorũ ualde utilis est porris uirgæ & alijs corruptionibus. Puluis mundificatiuus & consolidatiuus ulcerũ uirgæ optimus est hic. Rec. nucis cypressi, aloes, myrrhæ, sarcocollæ, gallarum, aluminis ro. pauci tartari, tucię, hermodactylorũ, valaniæ, cerdomi, buciæ quia drach. ij. & dictorum, ana. puluis cru-

H rium ossium anserum & gallinarum & quorũcunq; ossium cõsolidat uirgam vnc. 5. puluerizentur & cribellent̃ optime: de quo puluere pone paulatim super ulcera, & postea peciæ superinfusæ in uino decoctionis myrrhæ, & myrti, super uirga & circa eam ponãtur, & sæpe remoueant̃, quum uidentur exiccari.

### *De nodo in uirga &c.* Cap. XLIX.

HVius loci apostema calidũ & frigidum, cognoscitur sicut dictum est in capitulis præcedentibus de apostematibus aliorũ locorum: & per phlebotomiam uel uentosationẽ, diætam, unctiones, embrocationes, emplastrationes, incisiones, doloris sedationem, mundificationẽ, incarnationẽ, & consolidationem ibidẽ directe dictos curat̃. Contra nodum vero huius loci, specialiter est ꝓcedendum propter timorẽ

ne cauterizet̃

ne cauterizetur in hoc loco. Primo ergo medicus recipiat nodum in suis digitis, aut cum instrumento aliquo, & trahat ad locum, in quo nec venæ, nec arterię apparent pro posse, quia in tali membro multum timendum est de venarum, arteriarum & neruorũ incisione, propter multitudinem ipsorum in virga: & tunc pellem incidat super nodum, premēdo semper nodum cum sinistra manu versus exteriora ad superius: & caueat ne incidat folliculum eius, si ipsum habuerit: & tunc extrahat ipsum totaliter si est possibile: quo extracto, suat vulnus vno puncto, vel duobus: deinde subito faldellas stuppeas, inuolutas in albumine oui & vitello conquassatis optime, & mistis cum puluere bo. ar. sang. draco. masticheѕ, mumiæ, membro supponat, & dimittat per. ij. aut. iij. dies: deinde si aliqd saniei in loco multiplicari videtur, mundificetur mundificatiuis notis: deinde incarnetur, & consolidetur vt supra dictum est: & in breui curabitur sine periculo. Si autem nil saniei cōstet in loco generari, tūc reitera medicamen illud primum si vis, & sanabitur sic locus perfecte. Et ego ita multos sanaui meo tempore.

*De apostemate testiculorum.* Cap. L.

HOc apostema vt plurimum generatur a materia descendente a membris nutritiuis, ad inferius, & propter habilitatem loci ad extrahendum & recipiendum humiditates, quia a nutritiuis naturaliter deorsum expellunt superfluitates. Signa ergo talis apatis sunt differentia a frigidis pluries supra dictis.

Cura calidi fiunt embrochationes, fomentationes, emplastrationes, vnctiones, phlebotomia de basilica manus in latere oppositæ, aut similia cum infestauerit huiusmodi apostema: phlebotomia etiam huiusmodi venæ multum valet in ægritudinibus calidis harum partiũ. Locus ergo totus vngatur oleo rosa. & chamomillæ, & pinguedine gallinę mistis, actu calidis in hyeme, in ęstate vero frigidis: deinde fomentetur, embrochetur, & emplastretur locus cum medicinis dictis in cap. de apostemate sub axillis, in adiutorio, in costis, & in inguine: & attende, vt non permittas in loco tali vltimam maturationem, ne corrumpat locum & testiculum, quia postea non consolidaretur locus, nisi testiculus extraheretur. Incidatur ergo apostema, parum crudũ, & sanies extrahatur paulatim, secundum regulam de sub axillis datam, deinde cum sanguinis constrictiuis, incarnatiuis, & consolidatiuis in aliis capitulis positis, curetur locus.

Cura frigidi apostematis potest esse illa pręcise, quę dicta est in capitulo de apostemate frigido in collo, & sub axillis, & in costis, & aliis antedictis: & fac vt intentio tua sit in resoluendo illud si potes cum diachylon facto in scrophulis in collo & gula, aut in duritie splenis, & cum his mollificationibus ibidē dictis resoluetur, aut sanabitur, aut saniabitur. et si saniabitur, incidatur, sanies extrahatur, mundificetur &c. vt in dictis capitulis, & in his apatibus frigidis sit medicus sagax, vt nō dimittat maturationē vltimari, ne corrumpatur testiculus, necessario postea extrahendus, vt dictũ est supra de apostemate calido testiculi.

*De hernia uentosa, aquosa, & carnosa.* Cap. LI.

FIt hęc ęgritudo semper ex materia descēdente ad inferiora, quę est aliquando ventosa, aliquando aquosa, aliquādo carnosa, & aliquando humorosa, et

A appellatur carnosa, quādo humor descendens ad inferius, cōuertitur in carnositatē quādam superfluā. Signa ventosæ sunt, quando subito aduenit, & non paulatim congregatur, sicut aquosa, & carnosa, & pellis testiculorum lucet, & transparens est: & cũ palpatur, est sicut uesica, aquositate aut vento plena. Signa aquosæ sunt, quoniam successiue aduenit, et nō subito sicut vētosa. Et licet luceat, tamen cedit tactui non sicut vētosa, sed melius, & sonat, vt vter plenus aqua, cum percutitur. Signa carnosæ sunt durities in tactu, & longo tempore incepit, & cum palpatur, tota carnositas q̃ est intra testiculum mouetur simul, & per tempus nullo modo minuitur.

Cura ventosæ est, vt clysterizetur patiēs, primo cũ oleo anethi, chamomillæ, in quo decocta sint cyminũ, anisum, anethũ, ami, caruus, cartanus, amomum, semi. petroselini, fœniculi, apij, & huiusmodi,
B cum vnc. ij. mellis, salis communis vnc. ß. patiens etiā purgetur cum pilulis fœtidis dictis in scrophulis, aut pilulis, aut decoctionibus de turbith, agarico, & aloe, dictis in cap. de albugine in oculo. Locus vero totus vngatur oleo de liliis alb. spica, & de anetho, pinguedine anatis, & gallinæ, & hmōi vnctionibus dictis in cap. pręcedētibus resolutiuis & mollificatiuis partim in cap. de apate in aure, sub axillis, & hmōi. fomentetur et embrochetꝰ locus cũ cymino, aniso, fœniculo, fœ. gręc. anetho, sem. lini, ameos, chamomilla, absynthio, & hmōi, coctis cũ vino albo potēti, & modico aceti. Deinde fiat loci exiccatio opportuna: deīde vnctio copiose supradicta, & calide fiat. Deinde fiat hoc empl'm, et super loco toto & testiculo ponatur. Reci. pulue. cymini, ameos vnc. i. amon. semi. fœniculi, se.
C petroselini, baccarũ lauri, cyperi, fœ. græci, se. lini, chamomillæ, carui, cartami, sem. rutæ, centaureę, puluerizatorũ oīum optime ana vnc. ß. alliorũ coctorũ capita. ij. fari. fabarũ, far. lupinorũ, far. hordei, ana lib. ß. vini partes. iiij, aceti pars. i. ad tantā quantitatē, vt mistis farinis cũ ipso vino et aceto, fiat quasi ad modum ptissanæ liquidæ, et bulliat tunc sic ad ignem quoad deuenerit quasi ad spissitudinē, & emplastri formā, et tunc adde farinis vino & aceto mistis & bullitis pulueres anđictos, & bene misce: & iterũ fac parũ bullire omnia simul, donec ad formā emplastri deueniāt: de quo calido super loco pone. Patiēs abstineat ab omnibus cibariis grossis, ac vētosis, vt leguminibus, acruminibus, caseo, carnibus antiqs, aut salitis, & hmōi.

Cura aquosæ est, vt primo purgetur patiēs cum pilulis, aut decoctionibus antedictis. Locus ve-
D ro fomentetur & embrochetur cũ antedictis, aut vngatur cũ oleo costino quod faciemus in fine, aut cum oleo de lilio, & emplastretur cũ empl'o de gũmis, facto in cap. de duritie splenis, vel hoc empl'o. Reci. pul ueris sulphuris vnc. iij. myrrhæ vnc. i. lithargyri, aluminis rocchæ, aut zuccar. ana vnc. ij. resinæ lib. ß. olei vnc. iiij. dissoluatꝰ resina cum oleo et coletur, & cũ infrigidatũ fuerit, addantꝰ pulueres antedicti, et bene incorporentur oīa simul: in fine addatur aliquid aceti: de quo emplastro sup loco ponatꝰ, facta fomētatione, embrochatione, & vnctione anđictis. & si hac uia nō consumitꝰ aqua, tūc perfora bursam cũ phlebotomo tuo acuto, & extrahe aquā, nō subito totā, sed partē, & pone in foramine illo, tētam lineā, uel stuppeā, aut spongiā, ut possis de die in diē aquā extrahere: et dum uis extrahere aquā, tunc pone in foramine cannulam vnā argenteā, uel de cāna, uel sambuco, decentem, ut

sm tuam uoluntatem aqua exeat: & post primę aquę extractionem, subito superpone loco emplastrū constrictiuum, vt in capitulo de ruptura vmbilici & inguinis eminentia: & pone etiam de emplastro huiusmodi super loco vbi apparet eminētia rupturæ, quia per illam viam, aqua descendit ad testiculum: & per aliam viam non potest descendere, nisi per istam. Sumat ante localium appositionem de pilulis aut decoctionibus antedictis aut de isto medicamine. Reci. turbith, drac. ij. zinzib. drac. i. cinnamomi, macis gariophylorum, ana scrup. i. salis gemmæ grana. v. zucchari albi ad pondus omnium, dosis sit, drac. i. aut. i. s. stomacho, ieiuno in aurora: regatur cum diæta sicca, & carnibus assatis, & similibus. Et nota ꝙ huiusmodi ægritudo multoties recidiuat: & si sic, tunc semper redeas ad perforationem antedictam, et ad constrictionem meatus, per quem descēdit aquositas ad inferius, cum emplastro constrictiuo antedicto. Et via ista & modo pfecte curabitur: & ita multos curaui meo tpe.

Cura vero herniæ carnosæ, valde periculosa est uel difficilis, quia non curatur nisi cum incisione: Sed antequam ad incisionem accedas, mollifica carnositatem illam cum oleis & pinguedinibus notis, & cum emplastro diachylon de scroffulis: deinde scinde pellem testiculi cum rasorio vsq; ad anum, seu testiculum, aut saltem prope ipsum, & tunc carnositatē quā īuenis remoueas & ex carnes ab ano & testiculo totaliter: & si testiculus foret læsus, extrahe ipsum cum tota carnositate, quia si remaneret sic corruptus, aliū corrumperet testiculum: et nō consolidaretur locus perfecte. Post extractionem carnositatis, siue extrahatur testiculus, siue non, suatur pellis incisa, bene & subtiliter, & dimittatur foramen expurgatum saniei in parte inferiori, & super sutura ponatur puluis iste constrictiuus. Reci. mastiches, draganti, sangui. draco. bol. ar. aloes, pulueri zatorum ana, & cum albumine oui conquassato, super loco ponantur: & sic per unam diem super vulnus dimittatur: ab vna vero die vltra, solus puluis super loco pulu erizetur: & iste est optimus modus curationis herniæ carnosæ, quæ aliter non recipit curam: vt temporibus nostris fuit manifestum per vsum & operationem in ipsa.

*De apostemate in coxa, uel genu.* *Cap.* LII.

HVius loci apostemata fiunt & cognoscuntur tā calida quam frigida, per signa dicta in capitulis præcedentibus, vt in capitulo de apostemate in adiutorio & humero, & curantur, & reguntur in vita, directe modo ibi descripto. Sed phlebotomia in istis fit de basilica pedis contrariæ partis, et scarificatio in naticis: & purgationes cū medicinis localibus, fiunt pręcise vt ibi. In incisione autem apostematis genu, considera concatenationes neruorum illius loci, quia valde timorosa est incisio ibidem, fiant ergo incisiones in genu secundum rugationes pellis superficialiter iuxta posse, & non profunde, & sic periculum vitabitur: deinde procede in cura, vt in apostemate in adiutorio dixi. Cōtra nodum vero, in coxa & genu, procedatur primo directe cū purgatione vniuersali corporis: deinde cum emplastro super loco, dicto in capitulo de scroffulis in collo, aut cum emplastro de sulphure, in capitulo de hernia aquosa & sic resoluetur, & bonum erit: si non, tunc incidatur pellis super nodo superficialiter vsq; ad substantiam nodi, non incidendo folliculum, si habet ipsum, & remoueatur to-

E ta pellis a nodo, & excarnetur: et tunc nodus cum folliculo suo extrahatur radicitus cum vncino tuo, aut manibus exprimatur solis, deinde locus totus impleatur cum albumine oui & vitello conquassatis & mistis cum oleo ros. & modico croco: & dimittatur sic: & non dissoluatur per diem vnam, nisi sanguinis fluxus infestaret, quia tunc subito facta extractione nodi subito imple vulnus cum stuellis inuolutis in albumine & uitello oui conquassatis, & mistis cum pulueribus sanguinis constrictiuis, dictis: & non dissoluas locum per unam diem, aut plus. Si autem fluxus non infestat, imple locum, cum stuellis infusis in alumine z ucchar. oleo rosato & croco, vsq; ad tres dies, deinde mundificetur vulnus cum fortiori mundificatiuo si expedit, vt vnguento apostolorum, aut viridi: deinde incarna locum, et cōsolida, vt dictum est in om-

F nibus capitulis fere supra & sic nodus curabitur, & tempore meo ita procedebam.

*De crustis & cancrænis in cruribus etc.* *Cap.* LIII.

OMnes huiusmodi infirmitates ut plurimū fiunt ex phlegmate salso, aut melancholia, vel cholera, adusta, conuersa quasi in melancholiam, & omnes sunt pessimæ ad curandum: et maxime istæ duæ vltimæ. Signa earū quæ fiunt ex phlegmate salso, sunt pruritus & multiplicatio corticum & crustarum, vel vlcera notabilia: immo cum quadam excoriatione aqueæ superfluitatis, et aliquando tumor notabilis in cruribus. Signa earū quę sunt ex melancholia adusta, sunt vlcera mali coloris, nigra & fœtida, & profunda satis, sine crustis, uel pruritu, saltem notabili, & cū duritie partium circunstantium: & continue maio-

G rantur ulcera: & ista est difficilis curatiōis & piculosa. Sed siue fuerit cū vlcere, siue non: siue a phlegmate salso, siue a melancholia adusta, purgetur corpus uniuersaliter prius. Nam si fuerint ex phlegmate salso, fiat purgatio cū medicinis dictis in capitulo. de saphati in naso: aut de albugine in oculo. Si vero a melancholia adusta, fiat purgatio vt in capitulo de saphati adusta cholerica, aut melancholica: cum huiusmodi. Reci. ellebori nigri, drac. i. scāmoneæ, drach. s. myrabolanorum, indorū, vnc. i. senæ, epithymi, ana drac. i. turbith, polipodij, ana drach. ij. agarici, scrup. iiij. fiant pilulæ cum succo fum. terræ, capil. uener. & polypodij dosis sit, drach. i. aut drach. i. s ad plus, drac. ij. sero dum uadit patiens dormitum, et non cęnet. Ante hāc purgationem, et post, fiat phlebotomia de basilica pedum: nam hæc trahet sanguinem melancholicum, &

H melancholiam in venis contentam: & quæ de die in diem ad locum fluet a toto corporis ambitu. Diæta sit, vt abstineat ab oībus salsis, acutis, acruminibus, leguminibus, & omnibus melancholicis cibis: sed vtatur dięta dicta in capitulo de saphati cholerica adusta, aut melancholica. Super loco, & circa, ponatur hoc vnguentū, si ibi nō sint ulcera notabilia. Re. olei chamomil. olei ro. anethini, ana unc. ij. sulphuris, vnc. i. ceræ, unc. v. liquefiat cęra cū oleo ad ignem et colētur: quum tepefacta fuerint, addatur puluis sulphuris bene cribellatus, & bene incorporetur, miscendo cum spathula: in fine infrigidatiōis perfectę, addatur argenti viui extincti cū saliua, deinde albu mē oui conquassatum parum cum aceto: & isto vtere. Aliud fortius ad idem. Rec. oleorum antedictorum, ana vnc. ij. olei laur. vnc. i. cerussæ, sulphu. lithargy. antimonij, plūbi adusti, tucię, mumię, ana vnc. s. argēti uiui extincti cū saliua

saluia prius, drac.ij. cæræ, vnc.v. terebinthinę, vnc. ij. liquefiant cæra & terebinthi. cum oleis ad ignem & colētur: & quum tepefacta fuerint, addantur pulueres antedicti, & bene incorporentur miscendo semper cum spathula. In fine vero infrigidationis, addantur argentum viuum & albumina duo oui conquassata cum aceto, & ipso vtere, & ante superpositionē vnguenti semper fiat lotio cruribus huiusmodi. Recip. fum. terræ, polipodij, epithymi, senæ, chamomil. capil. vene. ana vnc.i. gallarum, aluminis rochę, ana vnc.5. mellis, lib.i. aceti albi potentis, lib.5. coquantur omnia simul vnica bullitione: & gambæ fomententur: deinde embrochentur, & lauentur istis, exiccentur cum panno, & deinde vnguentum superponatur. Si vero fuerint vlcera turpia, magna, nigra, fœtida, quæ dicuntur concauæ: tunc mundificetur locus totus cum vnguento apostolorum aut viridi, aut de redalgar, dicto in capitulo de apostemate in collo & gula: lauando talia vlcera sæpe, cum aceto decoctionis gallarum, aluminis ro. florum chamomil. & absynthij, aut cum decoctione supradicta. Si autem fuerint huiusmodi ægritudines melancholicæ malæ, suis vlceribus, & cum duritie: oportet vt vlcerentur cum cauterio cultellari, quia vlcera quęcunq; cauterizata sunt hoc mō, acquirunt bonam formam vlceris ad consolidandum, & per cauterium rectificatur complexio mēbri, & compositio eius: ita q̧ de leui possunt postmodum consolidari. Facto cauterio tali remoueatur eschara cum butyro, vel axungia, aut huiusmodi vnctuosis: deinde mundificentur vlcera, incarnētur & consolidentur, vt alia vlcera, cum medicinis dictis, & dicendis in fine operis: aut remota eschara, lauentur omni die hora mutationis ante appositionem unguentorum cum aceto solo calido, aut cum decoctionibus antedictis in præsenti capitulo. Postea apponatur hoc emplastrum mundificatiuum. Recip. fari. hordei, fari. lupinorum, fari. fœnugręci, ana vnc.ij. mellis, lib.5. myrrhæ, sarcocollæ, aluminis ro. ana drac.ij. aquæ decoctionis fum. terræ, gallarum, polypodij, absinthij, & chamomillæ, quantum sufficit: fiat emplastrum: aut cum aqua cineris & modico aceto: post mundificationem, consolidetur locus cum medicinis notis, aut cum puluere nucis cypressi, gallarum, corticum granatorū, & huiusmodi: & cum vini calidi nigri styptici lotione sæpissima: & ita ꝓcessi meo tēpore, & bn̄ mihi successit.

*Sparadrapum pro gambis.*

Reci. lithargyri, vnc.ij. olei rosa. olei myrtini, ana vnc.iij. bulliāt vsq; ad lithargyri decoctionem, quibus addantur sulphuris, antimonij, plumbi vsti, tuciæ, scorie ferri, gallarum, nucum cypressi, climię argenti, ana vnc.ij. aceti, vnc.i. misce & incorpora bene, & fac sparadrapum.

*Sparadrapum in ulceribus crurium mundificatis, & indigentibus exiccatione.*

Reci. colophoniæ, vnc.5. tuciæ, cerussæ, ana vnc. iij. ceræ, vnc.i. olei rosa. vnc.i. dissoluātur colopho. & cera cum oleo ad ignem, & colentur, deinde addantur alia, & eis incorporentur, & peciæ superextendatur. Aut. Recip. cerussæ, lithargyri, ana vnc.i.

A olei myrtini, vnc.vi. ceræ albæ, vnc.ij. bulliant simul donec denigrētur, & pāno grosso extendatur, & locus inuoluatur. Quidam addunt nuces cypressi, gallarū cortic. granat. et huiusmodi bo. arme. etc. & fit rubei coloris.

*Vnguentum album pro gambis exiccandis.*

Recip. cerussæ, vnc.v. olei rosa. olei myrtini, ana unc.iij. ceræ albæ, unc.i. liquefiant ista sine bullitione: quibus tepefactis, addatur sulphuris, masticħes, ireos, corticum thuris, plumbi usti, ana drach.i. argēti uiui extincti, drach.5. albumina.ij. ouorum, & incorpora: aliqui ponunt lithargyrū, acetum, & modicum camphoræ.

*Puluis incarnatiuus ulcerum crurium.*

B Reci. plumbi usti pulurizati, ireos, tuciæ pręparatæ, corticis thuris pulurizatorum ana, misce, & super ulcere iam mundificato pone.

*De uena uitis, & uaricibus in cruribus.* Ca. LIIII.

SAtis ex se hæc ægritudo manifesta est, & solo uisu cognoscitur per tumorem notabilem uenarum et crurium, tortuosum in modum uitis: ex abūdantia sanguinis melancholici, qui ad illa loca descēdit: & contingit utplurimum, ut sint hæ ægritudines sine ulcere, & tunc sint calciamenta larga & calida. Super loco uero ponitur emplastrum mollificatiuum factum ex ammoniaco, solo mollificatiuo, et oleo anethino: aut emplastrum factum ex fari. fœnugręci, semi. lini, flor. chamomil. oleo chamomil. C & amygd. dulcium, cum pinguedine gallinæ, & butyro: mollificat enim & resoluit totum, quod est in loco. Si autem ibi foret ulcus: primo mundificetur cum unguento apostolorum, aut uiridi, dictis pluries, & dicendis, & sit continuo locus bene calidus cum calciamētis ut supra. Postea incarnetur cū puluere mastiches, thuris, myrrhæ, & sarcocol. pulurizando de eo super ulcus, & deinde superponendo faldellas stuppeas in uino infusas. Et ita meo tempore processi in huiusmodi passionibus.

*De bugancijs in calcaneis. De callis, & porris.* Ca. LV.

IStæ passiones solo uisu manifestantur: primo ergo ordinentur calciamēta larga etc. Deinde mollificetur durities illa seu callus cum pinguedine gallinæ, aut axungia, uel huiusmodi, usque ad viij. dies uel circa, & postea recipiatur nodositas uel callus, D cum acu, figendo acum in callo & penetrando ab alia parte: deinde circundetur acus cum filo undiq; multis inuolutionibus: postea leuetur ad superiora cum illo filo: ita q̧ nodus subleuetur cum acu fixa in eo, & totum quod eleuabitur, incidatur cum rasorio infra acum, & nil pro posse remaneat de eleuato, deinde cauterizetur locus & radix ubi erat pes nodi, cum cauterio punctuali: & postea ungatur cū butyro aut alio pingui, & eschara abijciatur. Deinde incarnetur & consolidetur locus cum medicinis notis. Contra porros pedū & manuū experimētum mirabile. Nā omni die fricentur porri cum cępe squillitico uiridi fortiter, postquā eos prius mollificaueris cū axūgia aut alio pingui: & anteq̄ facias

dictam fricationem prius scarifica ipsos modicum, ut sanguis fluat ab eis, et ablue eum cum aqua aut vino calido, & postea frica fortiter, hoc modo, accipe corticem medianæ squillæ, & frange ex transuerso, & in loco vnde exit humiditas a squilla, vnge fricando porros: & postea iterum pone putrefactiuum vt axungiam aut huiusmodi pinguia, & iterum semel in illo die frica cum squilla modo antedicto, & sic procede, & in breui curabitur. Aliud experimentum est, vt cauterizetur porrus cum oleo feruēti, deinde cum cauterio punctuali ignito vsq; ad eius radicem: & hoc fiat vna vice totaliter, si est possibile, vel paulatim de die in diē, & sic curabitur perfecte. Aliud ad idem, mollifica porrum cū aqua pingui, vel decoctionis rerum mollificantium, & liga super eo ammoniacum dissolutum & calefactū, & post hæc, super eo pone puluerem vitreoli, & nigellæ mistum cum terebinthin. & dragan. mollificatiuo: aut loco dicti pulueris, infunde super porro sic mollificato & aliq̄liter scarificato, guttatim de aqua forti facta ad lambicum ex sale armoniaco alu. ro. & vitreolo modico. Et stude facere cum cauterio, vt nil de radice porri remaneat, immo aliquid de sanis partibus abscindatur cum cauterio, deinde cum remotiuo escharæ procede, mundificatiuo, incarnatiuo, & consolidatiuo notis. Si vero possibile est eos radicitus ligari cum filo sericino duplicato incærato & bene stringi pro primo, fiat, donec mortificetur & cadat, aut suspendatur cum vncinis, & circumcirca excarnetur, & radicitus incidatur, & extirpetur: deinde cum ferro ignito cauterizetur & mundificetur, & consolidetur locus.

*De fistula in generali.* Cap. LVI.

Fistula est vlcus profundum infiltratum & annexum in membro: aliquando in carne sola, aliquando in neruis cum carne: aliquando in ossibus cum eisdem: & est eius os strictum, et fundum, & basis lata, intrinseca latitudine magna, a qua emanat humiditas quædam aquea, mali corporis & substātiæ, in modum virus & loturæ carnium, quandoq; citrina, quandoq; liuida ad nigrorem declinans: & fit fistula vt dixi, quandoq; in carne, quandoque in neruo, quādoq; in osse: & eius generatio semper est ex materia venenosa adusta, aut salsa: phlegmatica, aut melancholica: in qua materia, adustio et ignitio, induxit acuitatem & venenositatem. Et cognoscitur satis bene per visum, & tactum, tentando cū tentis tuis decentibus vtrum sit in carne, & non in membris aliis: aut sit in neruis & ossibus.

Cura igitur eius quæ est in membris aliis & non in osse, est vt primo purgetur patiens cum pilulis, aut decoctiōe, dictis in capitulo de saphati, aut de albugine in oculo: aut cum pilulis fœtidis nostris aut cum pilulis fœtidis Mes. aut de fum. terræ Auic. tertia quarti cap. de lepra, aut quarta quarti cap. de scabie & pruritu. Diæta eius sit, q̄ dicta est in capitulo de saphati cholerica vt ab omnibus leguminibus acruminibus, caseo, & cibariis grossis, salsis, caueat. His ordinatis, dilatetur orificium fistulæ strictum cum rasorio, in tantum si possibile erit, vt fundum eius consequatur. Si vero non poterit rasorio vel

E alio ferro dilatari, vel propter infirmi timorem, aut ob aliam causam, cum tenta de spongia vel aristolochia rotunda decenter. In cura igitur huiusmodi morbi altero de duobus modis procedatur, scilicet cum medicinis localibus primo, aut cum incisione: medicinæ ergo locales ad illud, sunt medicinæ defendentes locum a superfluitate currente, stipticæ & resoluentes, seu exiccantes, vt est hoc emplastrū. Recip. nucis cypressi gallarum, balaustiarum, corticum granat. hypocystidos, rosarum, sorbarum, ana vnc. ʒ. mastiches, mumiæ draganthi, bo. arm. aloes, thuris, lycii, sangui. draco. salis nitri, aut gemmæ, aut huiusmodi, aluminis ro. sulphuris, glutinis piscium, aut chartarum, resinæ pini, colophoniæ, ana drach. iii. fari. fabarum, fari. hordei, fari. siliginis, ana vnc. iii. aquæ decoctionis supradictorum stypticorum

F quantum sufficit, vt fiat emplastrum: in fine addendo duo albumina oui conquassata cum aceto, potes ponere in emplastro olei myrtini, olei cytoniorum, olei spicæ, ana vnc. i. ʒ. & sic omnia bene ad ignem incorporentur prius bulliendo olea, & farinas simul, & inspissando, deinde in fine addendo pulueres & albumina oui antedicta. Ponatur super loco & intus, abrasis optime pilis gambarum: et dimittatur sic emplastrū super loco per tres dies, & non dissoluatur, aut plus, secundum q̄ infirmus tolerare poterit: nam quanto plus stabit emplastrū in loco, tanto plus meliorem inducet operationē. Ante huius emplastri applicationem fiat phlebotomia de basilica pedis illius, & purgetur cum pilulis fœtidis, aut cum pilulis vel decoctione, factis in capitulo de saphati cholerica, adusta, et melancholica.

G Deinde procede cum dicto emplastro: & sic in totū curabitur, aut defendetur locus a maiori ruptura. Cum incisione vero in cura huiusmodi, procedatur: primo pellis incidatur subtiliter, quæ est super uena, & vena nullatenus incidatur vel lædatur in aliquo: & non recipiat medicus venam in manibus suis, donec ipsam libere totam in manibus suis habuerit, & tunc ligetur cum filo serici, aut lini triplicato & longo, circa locum, et extremitatem unam, quæ remanere debet in membro: & incidatur pars illa, quæ versus extra pendet, & pars ligata intus cū filo remaneat. Et istud primo fiat secundum partem extremitatis venæ quę a superiori venit ad inferius: deinde fiat eodē modo in parte & extremitate, quæ venit ab inferiore ad superius: & sic tota aut pars maior venæ quæ eminebat, & apparebat, extrahatur & abscindatur, & capita illa duo venæ dimittā-

H tur ad sua loca currere: deinde pellis incisa suatur, mundificetur, incarnetur, & consolidetur, vt dictū est. Sed iste modus videtur irrationabilis & impossibilis, & non est de meo consilio q̄ fiat isto modo. Secundus modus est, vt incidatur subtiliter pellis gambæ super vena, nec vena lædatur: & tunc subleuetur vena cum vncino in supremo corporis, & fiant duæ ligationes in ea, distantes abinuicem per digitum & stringantur ligaturæ & firmentur bene, & dimittātur sic per vnā diē. Sequenti vero die incidatur vena ex trāsuerso ī medio ligationū & caput ptis superioris venæ cauterizetur, & dimittatur currere superius quantū pōt cum filo pēdēte ab extra, & cū sua ligatione: par vero inferior venæ dimittatur

tur

tur sic ligata vsq; ad tres dies, & tunc incidatur caput illius inferioris cum tota ligatione sua, ita quod exeat sanguis in ea contentus in totum: quę vena postea sic curetur et firmetur, cum puluere bol. arm. mastiches, draganti, cum albumine oui mistis, vsq; ad tres dies: & mundificetur locus si expedit, incarnetur, & consolidetur, vt in omnibus fere capitulis dictum est supra, & istum modum satis laudo. Certior modus est, vt incidatur pellis & ligetur vena secūdum modum supra datum, & incidatur vena ex transuerso in medio spacio, & subito cauterizetur caput & extremitas vtriusque partis ligatae, forti cauterizatione, & dimittantur sic ligatae cum filis pendentibus extra vsq; ad tres dies, emplastrando omni die locum vulneratum, & circa, cum bol. ar. mastiches, draganto, sang. draco. cum album. oui mistis: & locus defendatur ab humorum fluxu & complexione calida. Et post illos tres dies aperiatur cum phlebotomo, vena incisa, in loco inferiori circa calcaneum, phlebotomo lato, ita quod totus sanguis inde exeat, & pars ipsa venae remaneat totaliter vacua: & postea firmetur locus, incarnetur, & consolidetur vt prius. Et attende quod ligationes & incisiones antedictae, semper fieri debent in loco superiori cruris, in domestica parte coxae super genu per palmam manus iuxta possibilitatem. Et istos duos modos laudo, & sunt boni, & possibiles melius infirmo: vltimus tamen est omnibus melior, & eo vsus sum tempore meo, & mihi bene successit diuino fauore.

*De callis & nodositatibus in pedibus.* Ca. LVII.

Dvas medicus potest habere considerationes in cura harum passionum, vnam ex parte defensionis ne ueniant: aliam ex parte ęgritudinis huius factae. Primo ergo ratione defensionis ne veniant, imponatur patienti, vt omni suo ingenio euitet calciamenta stricta, & habeat calceas binas per gambas, aut suffultas pelle & largas: omni sero dum vadit dormitum, & mane dum surgit, vngat calcaneum totum et circa cum vnguento huiusmodi. Reci. ammoniaci, vnc. i. resinae, vnc. ij. mastiches draganti, thuris, gumi arabici, ana vnc. ij. fa. foenugraeci, olei amygdalarum dulc. vnc. vi. cerae, vnc. v. mollificato armoniaco, per noctem in aceto, dissoluatur tunc optime cum resina & caera, & oleo, ad ignem, & colentur: quum tepefacta fuerint, addantur pulueres antedicti, & bene incorporentur omnia ad inuicem, et tunc vngatur locus vt dixi. Istud enim defendit calcaneum ab antedictis passionibus mollificando, & vt sic dicam, conglutinando partes carnis & pellis ad inuicē, ne siccatae & induratae per frigus soluantur. Recip. autem aquae maris, pintas, viij. misce, et bulliant, vsq; quo ad vnam pintam deueniant: deinde colentur, & recondantur, in qua tenta infundatur, & fistulae imponatur. Vidi quod tenta de radice rafani mundi linita melle, & inuoluta puluere ellebori nigri, et laureolae ana, imposita orificijs fistulae, vsque ad fundum eius, mirabiliter ipsam mundificat vsque ad sanguinis exitum ex eo. Fumus etiam esulae & cētaureae per cannam, idem facit. Oleum corrosiuum. Recip. cineris quercus, lapidis calcis viuae, vitreoli ro m. redalga, arsenici, viridis aeris, omnium ana, aut secundum quorundā, magis & minus forte, olei ro. quantitatem vnam, bulliant ad inuicem & colentur. Mortificans fistulas & cancros. Recip. mellis, lib. 5. appij crudi pirethri, pistatorum, ana vnc. 5. fari. siliginis quantum sufficit ad inspissandum: super pecia ponatur, & super loco extendatur: sine decoctione aliqua misce ista ad inuicem, & vtere. Mundificās omnia vlcera, maxime fistulas. Reci. mellis puri, aut rosa. vnc. v. ireos, myrrhae, aristolochiae longae, corticis thuris, ana drac. ij. & si vis fortius, adde alumen ro. aut flor. aeris, aut vitreolum, aut huiusmodi fortium calidorū. Aliud, puluis rosporum est corrosiuus carnis malae, & valet panno in oculis saltem equorum aut boum. Similiter puluis hermodactylorum, aristolochiae, ros. floris aeris etc.

*De cancro, uel herpete esthiomeno in membris etc.* Cap. LVIII.

Cancer, est apostema durum callosum, nascens ex melancholia adusta, vel ex humore reducto ad materiam illius melancholiae, per aggregationem illius humorum, in loco vno, & eius adustionem calido & sicco superfluis. Et dum incipit cācer est in modum ciceris apparentis in loco, in quo infiltratus est, cum duritie notabili, & calore, ac infiltratione & corpore cinereico, aut nigro, cum dolore: & augmentatur continue paulatim cum multiplicatione duritiei callorum, corporis nigri, aut fusci, & doloris. Eius radix, sunt venae quaedam, circundantes ipsum melancholico sanguine plenae: & nascitur vt plurimum in locis glandulosis, vt sub axillis, collo, genis, inguinibus, testiculis, mamillis, maxillis, & huiusmodi. Et est istius naturae & conditionis, ꝙ quanto magis palpatur, tangitur, aut fricatur: tanto magis eius durities calor, & malitia augmentatur: & tunc bonum est vt nō tangatur: aut leuissime aut suauissime tangatur, sine molestia. Causa vero deambulationis, seu herpetitionis est, quia in omni membro fit semper ex materia cholerica, adusta, venenosa, quae quum fluxerit ad membrum, non cessat cum sua acuitate & adustione corrodere membrum, & deambulare, donec mēbrum destruxerit & mortificauerit: nisi defendatur beneficio diuino: aut medicinali operatione una cum diuino fauore, & vocatur a laicis lupa, seu erysipelas. Sed tamen in rei veritate differt erysipelas ab herpete esthiomeno: quia erysipelas non deambulat nec imprimitur nisi in pelle, & parum in carne: herpes vero imprimitur vsq; ad fundū carnis, & vsq; ad os quandoq;: sed cura in ambabus est eadem.

Cura igitur cancri, est vt primo patiens, si virtus & alia consentiant, purgetur cum pilulis de cancrenis crurium dictis: aut cum pilulis foetidis Mes. aut de fumoterrae, Auicen. vt supra dictum fuit. Diaeta eius sit temperata bona, ut abstineat ab omnibus salsis, ab omnibus acutis, dulcibus, calidis, ualde acribus scilicet, ab allijs, leguminibus, acruminibus, a caseo, carnibus salsis porcinis, aut huiusmodi: a vino potenti, & dulci, a motu & alio violenti labore: & breuiter ab oībus cibarijs et potibus grossis melācholicis, se abstineat. Vtatur diaeta, dicta ī capitulo de saphati cholerica adusta, nō repetēdo illā. De mō aūt, ꝓcessus circa locū, hic aduertas, ꝙ nullo mō curatur, curatiōe saltē

perfecta: nec totum membrum canceratum, cum totalitate radicum cancri abscindatur: cum enim radix cancri, de qua fecimus prius mentionem, non possit plene, nec commode euelli, nisi via mala, propter supradictas causas, ideo perfecte curari non potest. Verumtamen potest eius malitia refrænari, cum cura blanditiua, isto modo: totus locus et circa locum potissimum vngatur cum bol. arm. cerussa, terra sigillata, puluε. rosarum, & myrto, puluerizatis & cribellatis optime, & mistis cum oleo rosa. & aceto forti. Et si foret expediēs maior defensio loci, acuitatis & adustionis, & materiæ refrænationis, adiungatur antedictis, succus solathri, plantaginis, succus semperuiuæ, succus portulacæ, succus lactucæ, aqua ros. aqua uiol. & huiusmodi styptica, & frigida, repercussiua. Vel fiat vnguentum tale. Reci. olei rosa. vnc. iij. ceræ albę, vnc. ij. liquefiant cæra & oleum, colentur, & quum infrigidata fuerint addantur hi pulueres. Reci. cerussæ ablutæ, bol. arm. terræ sigillatæ, ana drac. iij. sandalorum alborum, corallo. alb. pulueris sem. portulacæ, ana drac. ij. sem. hyoscyami, sem. papa. albi, ana dra. i. canfora vero debet addi in fine infrigidationis: vltimo incorporentur bene omnia ad inuicem, & locus vngatur vt dixi, & circa locum: aut cum vnguento populeone Nicolai, locus & circa locum vngatur: aut aliis modis frigidis, stypticis, defensiuis, quos per te ipsum speculeris. Talia nanq; reprimunt cancri maliciam, acuitatem, feruorem, adustionem, ac eius augmentum refrænant.

Cura vero herpesthiomeni potest esse, quę dicta est, quo ad purgationē corporis vniuersalē: quo ad diætam, & quo ad localia defensiua ponenda circa locum. Primo igitur purgetur patiens cum pilulis aut decoctione, in capitulo de saphati cholerica adusta dictis. Regatur etiam patiens, cum diæta ibidē posita: locus vero totus cauterizetur cum ferro ignito, ita φ tota pars infecta comprehēdatur cum cauterio ponendo, scilicet, vt firmetur optime cauterium inter partem læsam & sanam. Si vero non est possibile hoc fieri, cum tenta de spongia strictissime prius ligata in pecia aut cum tenta de radice aristolochiæ rotundæ, vel cum tenta de medulla milicæ, aut de medulla sambuci, facta in forma tentæ, ut strictæ & quasi cum difficultate ingrediatur orificium vulneris fistulæ: & facta cum his tentis dilatatione tanta, vt medicus consequatur fundum fistulæ, tunc mundificetur tota vlceris sordities cum vnguento apostolorum sic facto. Reci. ceræ albæ, resinæ pini, ana drac. xiiij. aristolochię lōgæ, thuris, mastiches, ana dra. 5. opopanaci, flo. ęris, ana drac. iij. ammoniaci, myrrhæ, galbani, ana drach. iiij. bdellij, drac. vi. lithargyri, drac. viij. olei, lib. ij. infundantur gumæ in aceto per noctem, deinde ponantur in cacia ad ignem, et iterū bulliant, donec tota aceti aquositas consumatur: deinde bulliat lithargyrus cum oleo, donec bene sint ad inuicem incorporata, et ad formam quasi vnguenti reducta, quod scies per guttam marmori, aut ferro iniectam: & misce bene continue cum spathula, ne lithargyrus in fundo vasis comburatur: deinde liquefiant cæra & resina & colentur, & omnia supradicta misceantur ad inuicem et incorporentur: deinde quum infrigidata fuerint, addantur pulueres antedicti, pręter florem ęris: nam addi debet in fine omnium hora infrigidationis vltimę,

E & ipso vtere vt dixi: aut mundifica cum vnguento viridi aut cum puluere asphodelorum, cum redalgaro, aut arsenico, aut vitreolo ro. aut huiusmodi fortibus corrosiuis misto, donec videatur sanguis exire a concauo eius. Facta huiusmodi mundificatione, cauterizetur locus totus infiltratus, & vt sic dicam callosus & infistulatus cum cauterio ferreo figuræ conuenientis ad vulnus & membrum vulneratum, totam abscindendo infiltrationem & callositatem ac duritiem si est possibile. Deinde remoueatur eschara, cum axungia, aut lardone, aut butyro, aut huiusmodi vnctuosis, deinde locus cōsolidetur cū medicinis notis.

Fistulæ autem in osse & aliis membris, hoc modo fit cura: aut enim est in osse nodoso, aut in plana. Si autem sit infiltrata in osse non nodoso & in membris aliis, tunc dilatetur locus & orificium eius,
F & tota fistula cum rasorio si est possibile, & cum tentis antedictis, & pulueribus & unguentis modo supra dicto, donec os corruptum appareat tibi manifeste: & tunc pro posse tuo, os corruptum totaliter remoueatur, aut cum abrasione cum ferro tuo decenti: aut aliqualiter quomodolibet: deinde fac cauterium cum instrumento ferreo ignito conueniente ad formam membri & ad ægritudinem, secundum eius paruitatem vel magnitudinem, nam bene facto huiusmodi cauterio, si quid de osse corrupto remanserit, occulte remanserit, illud remouebitur & abscindetur. Scias autem φ cauterium omnem complexionem ac compositionem membri læsi rectificat, quod superfluum est abscindens. Facta cauterizatione hac, remoueatur eschara cum butyro aut huiusmodi pingui: deinde mundificetur locus, incarnetur, et consolidetur cū
G medicinis notis. Et attendas diligenter hic, vt non festines consolidationem in talibus casibus, immo paulatim de die in diem optime mundificando vulnus a superfluitate, ne ex subita consolidatione, sinistrum contingat, & fistula renouetur. Si autem fistula fuerit in osse nodoso seu iuncturoso infiltrata, dimittere eius curam, melius est & laudabilius medico, quam ipsam curandam assumere. Nam medicus in hoc pro certo non consequetur ad finem honorem nec lucrum, tum propter longitudinem curationis, tum propter non posse consequi perfecte quod intendit, propter non libere posse operari in tali loco. Sed si pur in tali cura. te intromittere volueris, fac directe vt dictum est in fistula non nodosa principaliter, prę terquam quia in ista nodosa non debes aliquo modo dilatare eius orificium cum ferro incidente propter
H inuolutionem arteriarum & neruorum, venarum, & chordarum, quas taliter incidendo vitare non posses. Ex quarum incisione, motus, sensus, & forma membri, & sic totum membrum destrueretur: & forte ex hoc mors totius corporis sequi posset. Sed dilata orificium huius fistulæ & totam fistulam vsque ad eius profundum totaliter, & os tibi appareat manifeste, & secundum partem notabilem vt dictum fuit, cum tentis antedictis, & cum pulueribus, & unguentis fortibus antedictis. Et post talem dilatationem, & ossis abrasionem, & remotionem possibilem, fac cauteriū cum ferro ignito super osse quod remansit, & in partibus aliis circūstātibus corruptis, callosis, & duris iuxta possibile, semp euitādo neruos, chordas, venas & arterias, ꝑ posse: & sit cauteriū factū ad modū mēbri, secundū

secundum paruitatem & magnitudinem vlceris, vt supra dixi in fistula non nodosa: deinde optime mundifica & consolida paulatine, & non festine vtsupra, & purgetur cum pilulis fœtidis, & electuario, dictis in capitulo de crustis, & cancrenis in gamba, uel cum decoctione ibidem dicta: vel cum pilulis in capitulo de albugine in oculo, aut de apostemate ĩ aure dictis: nã purgatio sæpe facta multũ cõfert in hoc casu. Et attende hic ꝙ oĩbus fistulis quomõcunq; causatis, aut cum nouo vulnere facto in decliuiori parte eius cum ferro, aut cauterio ignito potentiali, bonũ est trahere materiã ad inferius a parte superiori, ita ꝙ antiquum vulnus claudatur paulatine, & tota materia fluẽs per locum noui vulneris expurgetur: & ista est generalis regula & vtilis in fistulis quibuscunq; & quomodocunq; causatis. In valde vero putrida & callosa fistula, aperto orificio eius vtsupra, imponitur tenta intincta in aliqua aquarum cauterizatarum dicẽdarum in fine operis receptarum, aut in tali. Re. calcis, viuę, lib. ß. cineris cerri, lib. i. aut. ij. ferro ignito ꝓpter timorem patientis, aut ob aliam causam, tunc fiat cum medicinis fortibus corrosiuis & pulueribus & vnguentis: et attende ꝙ cauterium cum ferro ignito melius et laudabilius cõsistit in hoc casu: nam cauteriũ ignitum cũ hoc ꝙ abscindit, etiam eius maliciam reprimit exiccãdo & consumendo corruptiones & radices, ne vlterius deambulent: nec ita longas infert infirmo angustias, sicut medicinæ corrosiuæ. Super loco uero sano & circa locum infirmum ponatur aliquid ex defensiuis dictis supra. Super loco vero vbi facta est eschara ex cauterio, ponatur butyrum, aut axũgia, aut aliud pingue, donec eschara cadat, et tunc omni die lauetur locus totus cum aceto solo calido, aut cum aceto decoctionis myrrhæ, sarcocollæ, aluminis ro. & rosarũ. Et post ablutionem superpõatur parti corruptæ hoc emplastrum mũdificatiuũ. Re. farinę hordei, vnc. iiij. mellis, vnc. ij. myrrhæ, sarcocollæ, ana drac. iij. aquæ decoctionis absinthij rosi. chamomil. & fum. terrę, ad sufficientiam, fiat emplastrum, de quo super pecia extenso, ponatur super loco. Facta mundificatione per aceti ablutionẽ, & dicti emplastri superpositionem, incarnetur vlcus, & consolidetur cum medicinis notis: & si mundificatio non bene fieri possit cum antedictis propter fortem adhærẽtiam partium corruptarum cum partibus sanis, tũc secure cũ rasorio totum corruptum abscindas vsq; ad locum sanum & nõ infectum: purificando locum ab omni infectione: deinde procede cum emplastro mundificatiuo dicto, aut alio ex supra. alias dictis: & deinde incarnetur & consolidetur vt supra. Audiui ꝙ puluis tassibarbassi & lapathij acuti ana, & stercorũ humani corporis duplũ sanat cancrum post aceti fortis ablutionem.

## *De carbunculo & anthrace.* Cap. LIX.

Carbunculus et anthrax eiusdem sunt speciei: et nõ differunt nisi secundũ intentionem & remissionem, & ex parte dispositionis materiæ, & alio modo, quæ tamẽ vna est in specifica forma: differunt etiã ex parte suæ læsionis quam in mẽbro inducunt: nam vtrũq; istorum apostematum fit ex materia cholerica adusta uenenosa, aut ex sanguine reducto ad aliam extraneam dispositionẽ per viam adustionis. Sed in anthrace, seu bono malano quod idem est, est adustio illa & malitia cum venenositate longe magis augmẽ-
A tata aut acuta, quã in carbũculo: & est magis destruẽs membrum, & magis alterans, ĩmo & magis destruẽs vitam totius sua malicia ampliori, quam carbunculus. Et hic attẽde, ꝙ carbunculus semper præcedit anthracem in generatione eius. Signa ergo carbunculi sunt rubedo quædã cum citrinitate aut liuedine quadam, & acuitas formæ eius in cupum, & euentus eius cum febre & dolore grandibus. Et sunt vesiculæ quędam circa sũmitatem apostematis huius, ac si ignis locum tetigisset. In anthrace vero sunt eadem signa, sed magis intensa: nam illæ vesiculæ, sunt fortiores, ampliores, & magis ignitæ, & apparet nigredo circa os eius, et est sine dolore, saltem forti: & id est signũ mortificationis caliditatis & spirituum in membro, & sic membri per consequens: & aliquando est vomitus in anthrace & syncopa, quæ appellatur somnus ma-
B gnus, aut dormia a laicis, et illud est signum mortis. Et multoties fit sine nigredine aut liuiditate & sine syncopa & vomitu. Et tunc isto modo anthrax non est sic malitiosus. Item in anthrace non multiplicatur sanies digna sicut in carbunculo, sed membra simplicia loci marcescunt & mortificantur: in carbunculo autem nõ sic, sed fit digesta sanies satis alba, quę deciditur a membris spermaticis simplicibus, sed cũ muscositate quadam globosa in modum corticis neruorum, aut venarum, & dicitur a laicis, ꝙ est radix infirmitatis. In anthrace vero destruitur & mortificatur spiritus & calor in membro, & per consequens membri complexio & compositio, ideo talis sanies ibi generari non potest. Et scire debes, ꝙ carbunculus et anthrax in aliquibus locis corporis per materiam illius loci, mortales fiunt penitus, sicut in gula, in manibus,
C saltem in sinistra parte prope cor sub axillis, & quibuscunq; locis emunctorijs.

Cura ergo vtriusq; ratione principij, & specialiter quum anthrax non dum deuenerit ad syncopam nec vomitum, nec ad nigredinem, aut viriditatem, aut liuiditatem, circa eius summitatem vt dixi, est, ut fiat phlebotomia statim quũ huiusmodi apostemata incipiunt apparere, de basilica, aut cõmuni partis contrariæ cum parte læsa, si virtus & ętas et alia cõsentiant: si nõ, fiat uentosatio in spathulis, aut naticis, cum scarificatione, & attende ꝙ notanter dixi statim, quum apparere incipiunt fieri phlebotomiam, & nõ post eorum apparẽtiam per tempus, aut post eorum confirmationem, quia tunc spargerentur venenositates per totum corpus, & fieret læsio vniuersalis, & toti corpori cõmunicaretur, quod foret inconueniens.
D Sequenti vero die si virtus, ætas, & alia consentiant, fiat phlebotomia de basilica aut cõmuni eiusdem partis: nam ista est vtilis multum in tali casu, & per talem euacuatur de materia iam infecta. Item fiat ante phlebotomiam, & post, lenitiuum clysterium & alteratiuum aliqualiter, tale. Rec. maluarum, viol. capil. ven. ana vnc. i. iuiubarum, passularum, tamarindorum, prunorum, ana vnc. 5. coquantur in sufficienti aqua: deinde colentur, & de dicta colatura sumatur metreta vna, in qua dissoluatur cassiæ fistulatę, mannæ, ana vnc. 5. zucchari rubei, vnc. i. olei viola. vnc. iij. salis cõis triti, unc. 5. aut plus secundũ discretionem tuam: imponatur infirmo, & non multũ temporis ipsum in intestinis teneat, ĩmo cito expellat ipsum. Sumat uero stomacho ieiuno in aurora, vnc. ij. aut. iij. syrupi de limonibus, syrupi de citro, ana vnc. i. mellis ros. colati,

et aquæ buglossæ, melissæ & ros. ana vnc. i. aut sumat de syrupo nostro, qui sic fit. Re. polypodij, vnc. iij. senę cichoreæ, vnc. i. rostri porcini, epithymi cuscutæ, ana vnc. ʒ. ellebori ni. dra. ij. myrobal. indorũ, vnc. i. prunorũ damas. siccorum numero. x. tamarindorũ, vnc. i. pistentur omnia, pistando grosso modo, et bulliant in vnc. xx. aquæ cõmunis dulcis vsq; ad medietatis aquæ consumptionem, verum est tamẽ, ꝙ senæ & epithymus nõ debent cum alijs subito poni ad bulliendum, ĩmo in fine decoctionis aliorũ, ne virtus dissoluatur propter fortem bullitionem: tũc quum oĩa hæc sic cocta fuerint, colẽtur, & in ipsorũ colatura ponatur zucchari, lib. ʒ. & iterum reducantur omnia ad ignem cum zuccharo, & bulliat aliqualiter donec formam syrupi accipiat: de quo syrupo sumat vt dixi cũ vnc. iij. aquæ decoctionis prunorũ, tamarindorũ, aut cum tantundem aquæ buglossæ, melissæ, & ros. ana. Aut detur patienti huiusmodi puluis. Re. bdellij, serapini, opopanacis, ammoniaci, sem. cicutæ, pulpæ colocynthidos aloes epithymi, ana drac. v. scamoneæ, drac. iij. cinnamomi, spicæ, croci, mastiches, macis, corallorũ, alb. et rub. castorei, ana unc. i. euphorbij, dra. ʒ. terantur & cribellentur & cũ succo porri incorporentur, & fiat magdaleon manibus inunctis oleo cytoniorum aut myrtino, dosis sit, dra. i. aut scrup. i. cũ aquis supra dictis. Sed attende, vt nõ detur huiusmodi puluis nisi forti & robusto corpore: constantis virtutis. Super cor vero si nõ sit anthrax in mamilla saltẽ sinistra fiat emplastrũ hoc. Re. sandal. al. & rub. ana vnc. i. ro. ru. vnc. iij. far. lentiũ, fa. hordei, ana vnc. iij. cãforæ, dra. ij. spodij, dra. i. puluerizẽtur puluerizãda optime & cũ aq̃ ros. & aceto sufficiẽtibus, fac empl'm sup corde. Si aũt fuerit anthrax sup mamilla, ponatur huiusmodi emplastrum in parte posteriori super spina in opposito cordis & carbunculi, vt cor confortetur & natura: quibus confortatis, ad exteriora expellant materiã. Circa locum vero infirmũ, et carbunculũ, vt prohibeatur eius deambulatio & malicia refrenetur, vngatur cũ bol. ar. & terra sigillata & myrto mistis cum oleo ros. & cãphora & aceto. Super carbunculo vero & loco infirmo ad maturationem & mundificationẽ eius, fiat emplastrum. Re. ficuum pinguiũ siccarum, numero. vi. coctarum, sub prunis, & pistat. optime, cœparũ liliorum alb. numero. iij. sinapis triti. vnc. ʒ. mel. ros. colati, vnc. i. fermenti, vnc. i. croci, drac. ʒ. salis baurachij, scrup. iiij. far. fœnugręci, semi. lini, ana vnc. iij. althææ optime coctæ & pistatæ, vnc. ij. aquæ decoctionis althęę quantum suf. fiat emplastrum addendo oleum camomil. liliorum albo. & anethi, ana vnc. i. butyrũ, aut axungiam porcinã, seu gallinæ, tantæ quantitatis vt emplastrum sit bene pingue: & de eo super loco carbunculi extendatur vt dixi. Et si vis fortius attrahere exterius. Re. ammoniaci, vnc. i. terebinthinæ, vnc. iij. mollificetur guma in aceto per noctem, deinde de mane cũ terebinthi. ad ignẽ dissoluantur & colentur, & cum dictis in supradicto capitulo misceantur & incorporentur: ista enim duo adiuncta supradictis, vigorant emplastrum, vt sit magis attractiuũ materiei ad exteriora. Aliud experimẽtum. Re. scabiosæ tritæ, vnc. ij. ficuum siccarum pinguium, pistatarũ, numero. x. sinapis pistati, fermenti humidi, salis, ana vnc. ʒ. mellis ad sufficientiã, & loco superpone. Quidam superponunt ad vesicandum locum calcis viuę de galla, saponis al. mellis, aceti mo

E dicum. Quidam vero allium crudũ, fermentum, piper vel zinziber, vel pirethrum, sinapi, saluiam, rutæ folia vitis al. folia pedis coruini. Verum tamen hic attẽde ꝙ antequam huiusmodi localia applices saltẽ in anthrace, facta purgatione corporis vniuersali purgetur seu detur theriaces, dra. i. patienti cũ syrupo ro. de citonijs de limonibus, ana unc. ʒ. aquæ buglossę, aquę melissę, aquæ ros. ana vnc. i. Et aqua frigida cum aceto aut aqua rosa. detur pro potu cum zuccharo rosa. bug. boragi. melissę, uiolat. diamagaricõ manus christi simplici, aut prolato, aut cum huiusmodi frigidis, stypticis, & acetosis, cor in isto casu cõfortantibus & venenositatem reprimentibus. Scalpelletur vero locus totus cũ phlebotomo, aut rasorio, aut lãcetta tua scarificationibus multis & satis profundis, et dimittatur sic sanguis ille magis venenosus fluere secundum

F quantitatem notabilẽ: et tunc abluatur locus scarificatus optime cum aqua calida ne sanguis coaguletur in loco: deinde distilletur super loco anthracis cęra noua ignita & accensa: vel cauterizetur & vratur locus totus cum ferro, aut cauterizetur & vratur cum cęra oleo & terebinthina, aut cum cãtharidibus pistatis cũ aceto, aut cum aquis fortibus, aut huiusmodi causticis pulueribus, aut aquis satis notis. Deinde cum butyro aut alio vnctuoso remoue escharã, deinde mundifica, incarna, & consolida vt in alijs. Diæta sit quæ dicta est in capitulo de saphati, vt vtatur succo hordei, aut eius ptissana cum zuccharo & vino granatorum, aut agresto, aut succo limonũ, aut huiusmodi, aut mica panis lota in aqua ros. cum vino granatorũ. Sumat modicum de lactucis, endiuia, boragine, & portulacis, parum elixatis, cum aceto & zuccharo. Et si fuerit

G debilis patiens, comedat de carnibus pullorũ cõditorum cũ herbis antedictis, et aceto, aut succo granatorũ, aut agresta purificata cum quadruplo de aqua cocta, cum electuario supra notato: aut bibat vinũ acerbum cũ quadruplo aquæ supradictæ: & breuiter regatur dięta cum frigidis stypticis et acetosis, vsu tamẽ moderato. Et aduerte hic diligenter, ꝙ vnctiones, emplastra, & fomẽtationes, quæ fiunt circa locum cum antedictis cõfortantibus cor, & exhibitiones syruporum & clysteriorum, & modus in vita patientis, cõtinuari debent, vsq; quo omnia mala accidẽtia & timorosa annihilata fuerint perfecte. Et isto modo processi meo tempore & mihi bene successit fere in omnibus. Audiui ꝙ rana scissa per ventrẽ, posita super carbunculo & circa pluries renouata recens, carbunculi furiã mitigat. Audiui ab vna vetula, ꝙ nouẽ folia sal-

H uiæ, folia rutæ, nouẽ grana piperis simul pistata super asperso modico puluere argẽti sublimati, aut alicuius fortis caustici, carbunculũ mortificat. Re. ficuũ siccarum pistatarũ, coaguli, fermenti, mellis, aceti, cantharidum, sinapis, stercoris columbini, sal. ro. aut armoniaci, aut nitri, oĩum quantitatem. Re. ficuũ siccarum pinguiũ. x. passularum, rutæ viridis pistatę, fermenti, ana unc. i. nucum masticatarũ. x. salis nitri, sinapis, tartari, vnc. ʒ. limaciarũ cum testa. x. mellis, vnc. iij. succi appij, unc. iij. olei liliorum alborũ, rutacei, ana unc. ij. lardonis, axungiæ porcinę quantum sufficit vt imp. pinguetur optime.

*De nigredine post percussionem.* Cap. LX.

HÆc ægritudo contingit ab humoribus, & potissime a sanguine currẽte ad locum lęsum: qu sanguis

sanguis non dum apostematur, nec ad hoc resoluitur sed remanet in loco cõculcatus. Primo pro eius cura si virtus & alia consentiant subito a principio fiat phlebotomia in contrario partis offensæ: & si nõ, fiat scarificatio in naticis aut spathulis cum ventosis: & dixi subito, quia prima aut. ij. die nõ debet fieri, nisi fuerit corporis carnosi & robusti. Locus vero subito defendatur ab humorum fluxu cum repercussiuis lenibus, vsq; ad dies aliquot. s. tres aut quatuor, vt emplastrum factũ ex solatro, fo. rosis, myrto, bol. ar. farina lentium, succo plantaginis aut portulacę, & aceto. Postea intẽdas ad resolutionẽ & exiccationem leues sanguinis fluxu iã conculcati cum medicinis leuiter resolutiuis & exiccatiuis, vt est emplastro hoc. Re. sulphuris, vnc. i. aluminis zuccharini, cerussę, ana dra. iij. calamenthi, montani, flo. chamomillæ, sufficienter, fa. fœnugręci & lupinorũ, ana vnc. i. s. fiat emplastrum. In fine vero decoctiõis oĩum addatur aliquid aceti, et de ipso super loco ponatur vt dixi: ante tamen quã emplastrum superponatur fomentetur locus & embrochetur cum huiusmodi decoctione. Re. absinthij, calamenthi, origani, flo. chamomillæ, baccarũ lauri, baccare, pulegij, ana vnc. i. aquæ, lib. xij. aceti, lib. ij. bulliant vna bullitione, aut duabus, & locus fomentetur prius, deinde embrochetur, & exiccetur optime, & tunc emplastrum superponatur. Si vero ista via non resoluatur sanguis iste mortuus, locus scarificetur, vt sanguis ille expiret & exeat: deinde fomentetur, embrochetur, & emplastretur cum antedictis.

*De combustione ignis, uel aquæ feruentis etc.* Ca. LXI.

PRimo infrigidetur locus subito post combustionẽ, et ante vesicationem loci cum aqua frigidissima, & niue si habeatur, aut luto frigidissimo, aut cum pecijs in istis infusis, sæpe illas renouando, aut cum pecijs infusis in succo semperuiuæ, solathri, plantaginis, portulacæ, aqua ros. aqua viol. et huiusmodi frigidis, cum aceto mistis: & post horum appositionem continuã, continuo paulatiue vngatur locus cum vnguento tali. Re. olei ros. vnc. iij. populeonis, vnguenti Nicolai, ana vnc. ij. aquæ ros. vnc. i. cerussæ pluries ablutæ, unc. i. s. albumina duo ouorũ, conquassata cũ aceto, camphoræ, opij, drac. ij. incorporẽtur adinuicem omnia optime & locus ungatur, factis infusione & lotione prædictis cum illis frigidis dictis: & hoc fiat usq; ad. iij. uel. iiij. dies. Deinde superponatur istud unguẽtum. Re. olei ros. unc. iiij: ceræ albæ, unc. ij. dissoluatur cęra cum oleo & coletur, et quum ĩfrigidata fuerint, addatur cerussæ optime ablutæ cum aqua ros. quantum suffi. ad inspissandũ antedicta continuo bene miscendo cũ spathula: quibus infrigidatis addantur duo albumina oui optime cõquassata cum aqua ro. limatura plumbi, camphora, ana unc. i. & omnia inuicem incorporentur, agitando utsupra. Aliud. Re. calcis nõ extinctæ, lib i. abluatur cũ aqua ueri frigoris quatuor aut quinq; lotiõibus ita q̃ tota eius acuitas abijciatur: deinde incorporetur cũ unc. iiij. olei ros. unc. ij. aquæ ros. limaturæ plumbi, antimo. iiij. tuciæ puluerizatorum, ana dra. i. liniatur de hoc super pecia, & super loco ponatur facta supradictorũ applicatione principaliter. Et istud ultimum unguentũ potissimum confert quando adustio iam consecuta est aliqualem excoriationem: exiccat enim sufficienter sine corrosione aliqua pro certo.

*De sudationibus etc.* Cap. LXII.

HÆc ægritudo fit ex fumo aliquo cholerico uel sanguineo ut plurimũ resoluto a materia uenarum, uel in uenis contenta quũ calor exterius est fortis, aut quum homo se fatigat uiolenter: aut ab huiusmodi causis: nam tunc calor intrinsecus agit in humores subtiles, saltem subcutaneas uenarum capillarium & illas resoluit, aut subtiliat & euaporat, & trahit uaporem ad cutim: & facit pustulas rubeas, albas, citrinas, & huiusmodi, in modum sinapis, aut milij: & exinde fit feruor & pruritus, & calor maximus in loco. Cura igitur horum est, ut primo ungatur locus cũ oleo ros. et aliquantulo aceti. Sed ante hoc fiat inunctio toti corpori cum isto epithema. Re. succi solathri, succi semperuiuæ, aut aquæ istarum, succi lactucarum, succi cucurbith, succi cucumis & angurię, ana epithymetur locus cũ pecijs in istis infusis, multoties eas mutando: aut infundantur peciæ infusione dicta in capitulo de combustione ignis, fiat etiam toti loco sic pustuloso balneum ex rosis, nenufare, uiolis, salice, et huiusmodi frigidis, si est possibile & cõmodum fieri: & post infusionem & balneationem dictas, ungatur locus cũ antedicto unguento: aut cum unguento primo, ad combustionem ignis supradicto. Si corpus esset plenum, purgetur cũ hoc medicamine. Rec. tamarindorum, unc. ij. cassię tractæ, mannæ, ana unc. s. aquę decoctionis prunorũ damas. uiolarũ & capil. uen. unc. iiij. in aurora sumat totum. Diæta sit frigida, et potus frigidus, utatur agresto, uino de granatis, arãcijs et limonibus, lactucis, endiuia elixatis, cum aceto, cucurbitis & huiusmodi frigidis, & breuiter regatur dięta dicta in capitulo. de saphati cholerica adusta.

*De formica & igne persico.* Cap. LXIII.

FOrmica & empetigo, fiunt ab eadẽ materia specifice, aut a phlegmatica salsa, aut a cholerica adusta, in qua est tamẽ alicuius humiditatis adustio, & admistio. Sed aliqualiter differunt in modũ dispositiõis et actionis suæ: nam empetigo est magis profundior & intrinsecata in membro, & plus de eo capiens. Formica uero magis superficialis & subcutanea existit. Miliaris uero formica & ignis persicus, fiunt ex materia subtiliori acutiori & calidiori: in qua caliditas, extrinseca induxit uentositatem & acuitatem talem.

Signa ergo formicæ & empetiginis sunt pruritus grandis & calor, & candor, & rubedo citrina loci, & asperitas ipsius in tactu, cum quadam crustatione loci saltem in empetigine, & cum casu illarum corticum paulatiue de die in diem. Sed in aliquo differt empentigo a formica vtsupra dixi. Nam formica non sic imprimitur in membro, ut empetigo, nec est tantæ aspe ritatis in tactu, nec spacium tãti membri occupat sua crustositas, quantum empetigo: & in hoc empetigo quasi in similitudine uicina spigini, qua dicitur a laicis uolatica: uerumtamen differunt in figura sua et apparentia. Nam empetigo occupat locum spaciosum unũ & determinatum. Spigo uero indeterminatum, huc & illuc serpendo, & facit eius crusta quasdam lineationes seu scissuras per totum. Signa uero miliaris & ignis persici sunt, quia ĩ formica miliari fiunt pustulæ paruæ in modum sinapis aut milij, quæ adurũt inflãmant & incendunt locum, & multiplicantur numero multæ: & fiunt aliquando albæ, aliquando rubeæ, aliquando citrinæ: & quum rumpuntur maxi-

me emittunt album humidum quoddam in modum sed est venenum vt sic dicam, & virus. In igne vero persico fiunt vesicæ in loco, acsi ignis ipsum tetigisset, & nõ multę in numero, multiplicantur secũdum incendium, & ardorẽ magnum, locum occupant: & cum rumpuntur, emittunt virus citrinũ, aut croceũ, quasi loturę zafranatę simile.

Cura ergo formicæ & empetiginis est, vt primo imponatur patienti modus & ordo in vita: & est vt abstineat ab oĩbus salsis acutis, leguminibus, caseo, salitis carnibus et grossis aut antiquis, a multũ dulcibus, a vino puro potenti: nisi forte via confortationis virtutis resolutæ aliquid de eo exhiberetur moderate. Vtatur rebus humidis temperatis in actiuis pro posse: aut saltem parum declinantibus ad frigiditatẽ potius q̃ ad caliditatẽ parumper: & breuiter regi posset diæta dicta in cap. de saphati cholerica adusta. purgetur patiens cum pilulis & huiusmodi prius exhibito. Recipe senę, epithymi, cuscutę, ana vnc. ς. scolopẽdrię, polytrichi, fumi ter. polypodiј ana manip. i. pistentur omnia grosso modo, & bulliãt in duabus aut tribus lib. aquæ, donec medietas aquę sit consumpta: & attende vt senæ, epithymi in fine decoctionis aliorum ponantur ad coquendũ, quia cito in decoctionibus resoluuntur: deinde in colatura addatur zucchari lib. ς. & iterum bulliant, donec ad formam syrupi sint redacta, & tunc reponantur in vase; & vsui seruentur, dosis sit drac. ij. cum vnc. ij. aquę decoctionis prunorum siccorũ damasc. cap. ven. violarum, & passularum, ana manip. i. Post sumptionem huius syrupi per. iiij. aut. v. dies, sumat postea de pilulis fœtidis maioribus Mesue drac. i. aut de pilulis nostris, factis in capitu. de scrophulis in collo & gula: & hoc de sero dũ vadit dormitum, & non cenet: aut de mane in aurora, stomacho ieiuno, aut de pilulis factis ĩ cap. de scrophulis in collo & gula, & sub ascellis potissimum. Circa locum vero hoc modo procede: primo fomẽtetur locus cum aqua decoctionis fu. ter. epithymi, senę, polypodiј, flo. chamom. absynthiј, cap. ven. polytrichi, ana. manip. i. & addãtur in decoctione aceti vnc. iiij. sulphuris viui cõtusi grosso modo lib. ς. myrrhę vncia. i. aut fomentetur cum decoctione dicta in cap. de cancrænis, facta fomentatione, posset locus embrochari cum prædictis, & esset vtile & bonum, deinde exiccari cum panno. & factis antedictis, vngatur locus cum vnguento tali. Recip. lithargyri optime triti vnc. ς. aloes pulnerizati vnc. i. myrrhę, sarcocollę, sulphuris ana drach. ij. argenti viui extincti, staphidos agriæ, spumę maris, salis armoniaci, ana drach. i. ceræ albæ vnc. iij. olei laurini, olei chamom. ana vnc. ij. liquefiat cera cum oleo & cõletur, & cũ tepefacta fuerint, addãtur pulueres antedicti, præter argentum viuum, quod in fine infrigidationis addatur, & modicum aceti: & bene cum spathula diu ducatur omnia, vt optime incorporentur, & locus eo vngatur, vt dixi. Si autem via hac non curetur, tunc scarificetur audacter locus, & exeat sanguis notabiliter, & postea fricetur locus cum cępe squillitico, aut puluere aloes, sulphuris, staphidos agriæ, & alumine ro. modico. Deinde fomẽtetur locus & exiccetur vt supra. & postea vngatur cum vnguẽto antedicto, donec curetur. Et si adhuc per ista non curaretur ægritudo, tunc super loco ponantur cãtharides pistatæ & mixtæ cum sinapi, fermẽto, & aceto in forma emplastri, vt locus ex-

E corietur, & a crustis & a limositate sub eis contentis emundetur: & tunc post excoriationem & completã mundificationem vngatur locus cum vnguẽto de cerussa tali. Reci. ceræ albæ vnc. i. olei ros. vnc. iiij. liquefiat cera cum oleo ad ignem & coletur, & tunc addatur pulueris cerussę quantũ sufficit ad inspissandũ totum vt formam vnguenti recipiat, deinde argenti viui extincti cum saliua prius vnc. ς. albumina oui duo camphoræ scrup. ij. & bene ducãtur oĩa cum spathula, vt incorporentur optime: & tunc de eo vngatur locus modo antedicto: aut vngatur cum vnguento dicto in capitulo de combustione ignis.

Cura vero formicæ miliaris & ignis persici est, vt primo ex parte diætæ regatur corpus cum his q̃ supra dicta sunt directe: purgetur vero corpus cũ decoctione dicta in cap. de sudationibus, aut cum cas

F się tractę mãnę, tamarindorum ana vnc. ς. decoctionis prunorũ, iuiubarum, violarũ, cap. ven. & passul. vnc. iij. Locus vero totus & circa locũ vngatur cum vnguento populeon Nicolai, vel unguẽto de cerussa nunc dicto, aut cum vnguentis dictis in cap. de cõbustione ignis, frigidis, & cum fomẽtationibus, & epithematibus dictis ibidẽ, vt furia, ardor, & acuitas huiusmodi refrenetur & extinguatur: deinde si vlcerentur, procedatur in cura, ut dixi de formica & empetigine supra. Et ulterius attẽde, ꝙ si post corporis purgationem, & necessitatũ apertionem, si aperiantur, & limositatis sub eis cõtentę mundificationem perfectã fiat fomentatio, cum aqua decoctionis maluarũ, absynthiј, rosf. violarũ, capil. ven. consolidę maio. & polypodiј, erit bonum ualde. Deinde fiat unctio cũ unguentis antedictis, & perfecte curabitur Deo dante.

G *De Morphæa.* *Cap. LXIIII.*

HAec ægritudo fit ex defectu uirtutis nutritiuæ, quæ non assimulat nutrimentum cum nutritiuo in toto corpore, & hoc propter debilitatẽ contingentem in uirtute ex peccato complexionis alteratæ in loco a causa intrinseca pluries, & aliquando ab extrinseca calefaciente uel infrigidãte locum, in quo apparet, ultra debitum. In albaras autẽ, cum ibi sit manifesta asperitas in tactu eius, & decidant cũ hoc quædã squãmulę & furfures a loco per fricationem aliqualẽ, designatur ꝙ cum peccato assimulationis sit ibi præsentia materiei adustæ, ex qua fit asperitas in tactu, & pruritus in loco. In morpheis uero talia, q̃ dicta sunt de albara reperiuntur. s. asperitas quædã loci ad tactũ saltem in morphea nigra melancholica. In albaras au-

H tẽ phlegmatica nõ fit, nec in rubea cholerica, aut sanguinea: reperitur etiã in eodem & in cholerica pruritus quidam leuis: sed conueniunt in hoc morphea & albaras, quoniã in utraq; est cutis defœdatio, & decoratio, propter defectũ assimulantis uirtutis: sed differunt in specifica forma ratione materiæ, & rõne dispositionis & actionis ipsius: nam albaras, ut est supra tactum, magis intrinsecatur, imprimitur, & infrigidatur mẽbro propter eius materiam adustam ut dixi: & per consequẽs exiccando, et corrodendo, magis profundari. In morpheis aũt non sic in interioribus fieri: immo in superficie talis defœdatio imprimitur ut apparebit per ipsarum curas inferius.

Cura ergo in morpheis et post in albaras est, ut principaliter corpus mundificetur cum trochisco tali. Recipe turbith albi gũmosi electi & mundati pul-

uerizati

uerizati drac.i. & .ʒ. zinzib. conditi drac.i. incorporẽtur simul cum syrupo rosa. in forma electuarij aut confectionis solidæ, comedat̃ istud masticando circa mediam noctẽ: & dum masticatũ fuerit & deglutitum, abluatur tunc cũ uino calido lymphato. In morphea vero rubea fiat phlebotomia si virtus, ætas, & alia cõsentiant de basilica: si non, fiat scarificatio in spatulis aut naticis, ĩmo si sit patientis virtus fortis & robusta & ætas debita: facta phlebotomia fiat in spathulis aut naticis scarificatio. In morphea vero nigra, mundificet̃ corpus cum pilulis fętidis, vel cum decoctione dictis in capitulo de scroffulis sub axillis, aut in capitulo de empetigine. In albaras aũt purgetur corpus principaliter cum pilulis illis fętidis, aut decoctione, dictis nunc, aut pilulis fętidis Mesue, cum primis digestiuis, syrupo de fumoterrę, de epithymo, melle ros. co. ana vnc.i. aquę zuccharatę vnc.iij. Ratione vero loci, cura in oĩbus hmõi passionibus est eadẽ: nam locus nõ indiget nisi rectificatione eius cũ remouentibus impedimentũ virtutis nutritiuæ assimilãtis: & ipsam vigorando: Fricet̃ ergo locus cũ frigidis antedictis vniuersalibus, vt cępe viridi forti, et aceto squillitico calido. Sed attende, ꝙ in morphea alba, fieri debet primo huiusmodi fricatio: deinde si pur expediat, scarificatio loci: deinde: facta fricatione cauterizet̃ locus cũ hmõi emplo. Re. cantharidum pistatarũ drac.i. fermenti humidi vnc.ʒ. sinapis drac.iij. aceti fortissimi q̃tum suf. incorporationi vt fiat emplm satis solidum, de quo ponat̃ & dimittatur sup loco per horam, aut tãdiu ꝙ locus vesicatus sit. Sed attende ꝙ hmõi cauteriũ diutius debet dimitti sup albaras q̃ super morphea, quia albaras indiget fortiori impressione, eo ꝙ magis infixa est mẽbro, cum p̃sentia materiei eius adustę vt supra dixi: post vesicationem dictam vngat̃ locus vnguento de cerusa primo: deinde cum unguento de lithargyro dictis in capitulo superiori. ante vnctionẽ tamen dictam fomentetur locus cum decoctione fu. terrę, absynthij, chamomillæ, cyperi, polypodij. cap. ven. & ista est via melior, & notabilior modus curatiuus in veritate.

*De scabie & pruritu.* Cap. LXV.

HÆc ægritudo fit semper ex phlegmate salso, in quo facta est adustio multa, vel nõ multa. & illa in qua est multa, sicca est: alia vero, humida.

Cura ergo est, vt primo purget̃ patiens syrupo tali, deinde pharmaco. Rec. fu. terræ, scolopen. adianti, cyperi, capparum, acori, senę, epithymi radicis enulæ ana M.i. pistentur grosse, & bulliant, pręter senę et epithymũ, q̃ semper debent poni in fine decoctionis, vt dixi supra. & tunc oĩa hæc colent̃. & in colatura pro delicatis addat̃ zucchari al. quãtum est me dietas colaturæ: & iterum reducat̃ totum ad ignẽ, & bulliant lento igne donec aliqualiter inspissetur et syrupi formã accipiat, idest syrupizet̃, & vsui conserue tur, dosis sit vnc.iij. cũ vnc.iij. aquæ decoctionis prunorum iuiubarũ, cap. ven. & capparum: postq̃ vero patiẽs sumpserit de hoc syrupo quater aut quinquies tunc sumat drac.i. & .ʒ. pilularũ fętidarum, aut de fu. terræ Mesue, dum vadit dormitum, & nõ cœnet: aut tantũ de pilulis nostris fętidis: aut cum pilulis appropriatis ad phlegma salsum purget̃, quæ sunt. Rec. myrabol. indorum vnc.i. turbit, scamoneæ, ana drac.ʒ. hellebori ni. drac.ij. senæ, epithymi, zinzib. ana .ʒ. ma

A stiches, macis, gariophilorũ, cinnamomi, ana scrop.i. puluerizent̃ oĩa, & fiant pilulę cum syrupo aut succo fumiterræ, aut polypodij, dosis drac.i. aut.i. & .ʒ. secũdum virtutẽ patientis: Factis his purgationibus balneetur patiens per totũ corpus, balneo tali. Rec. fumi terræ, epithymi, senæ, polypodij, flo. chamomillæ, absynthij, & lauri, cyperi, radicis enulæ, ana M.i. aut vnc.iij. pulueris sulphuris, pulueris sinapis, pulueris cymini, grosso modo tñ pulueriżatorũ, ana vnc.i. & in dicto balneo de tertio in tertium, aut de quarto in quartũ patiens balneetur. Interim aũt quum patiens fuerit purgatus semel, aut bis, aut pluries, secundũ ꝙ indiguerit ex multitudine scabiei & ipsius longitudine, fiat phlebotomia de vena cõi aut basilica: ĩmo facta phlebotomia, si scabies aut pruritus multũ abundarent & infestarent, virtute, ætate, & complexione

B cõsentientibus, fiat in spathulis et in naticis vẽtosatio cum scarificatione vt materia actu peccãs euacuetur. His oĩbus peractis et cõpletis, vngant̃ loca magis lęsa & deffędata cum hmõi vnguento. Re. lithargyri, myrrhæ, aloes, ana vnc.ʒ. cymini, sinapis, ana drac.ij. olei chamom. aut si vis fortius operari, olei laurini tantũdem, ceræ vnc.ij. dissoluat̃ cera cum oleo, & deponatur ab igne, & quum infrigidata fuerit, addant̃ pulueres antedicti, & in fine infrigidationis, addatur argẽti viui prius extincti cũ saliua vnc.ʒ. drac.ij. & eo vtere. Aliud vnguentũ nobile ad idẽ. Rec. fu. terræ viridis M.i. enulæ cãpanæ radicum M.i. pistent̃ & bulliãt in lib.i. olei per tẽpus, & iterum bulliãt, & optime pistentur: deinde addant̃ far. fœ. græci, drac.iij. sulphuris drac.iij. terebinthinæ vnc.ij. ceræ vnc.ij. olei laurini vnc.vi. aloes, myrrhæ, lithargyri, sinapis, cymini,

C nigellæ, pyrethri, mastiches, pulueriżatorũ optime, ana drac.i. & .ʒ. argẽti viui, prius extincti cum saliua, drac.i. aceti drach.iij. fiat directe vt dixi supra de primo vnguẽto: & põt dimitti cera, & loco eius, solam ponere terebinthinã: & minus de oleo, et fortius operabitur abstergendo & exiccando. Aliud leue. Reci. olei mastiches, olei laurini, ana drach.ii. terebinthinæ drach.iiii. salis triti, aloes, cymini, ana drac.ʒ. fiat vnguentum vt prius.

*De uermibus generatis sub cute.* Cap. LXVI.

HÆc ægritudo fit ex materia corrupta putrida, quæ delegat̃ a venis ad vacuitates, porositates mẽbrorum sub cute. Signa huius morbi sunt deambulatio sub cute de loco ad locum, ac si serpens esset, qui reuolueret̃ sub cute, & adest corruptio & putre-

D factio cũ fętore in loco. Quum ergo medicus de hoc perpenderit, tunc intẽdat ad eius curã, ne multiplicet̃ & fiat corruptio vniuersalis in mẽbro & in corporis parte notabili & magna. Primo ergo patiens phlebotometur de basilica, si virtus, ætas, & alia cõsentiant. tertio uero die post phlebotomiã si fuerit patiens plenus aut cacochymus, purget̃ cũ pilulis fętidis Mesue, aut nostris, in capitulo de scroffulis factis sub axillis. Diæta eius sit cum cibis laudabilibus subtilibus &c. & a vino abstineat potenti, saltem per tres dies. Facta phlebotomia & purgatione antedictis, tũc medicus cum rasorio scindat sup loco, & abstrahat putredinẽ totam & vermẽ: & tunc ad loci mundificationẽ, impleatur locus cum aloe, alumine zuccha. melle ros. & modico aceto: Si vero indiget maiori mundificatione, tunc mundificetur cum unguento apostolorũ aut

uiridi, aut puluere asphodelorum, redalgar, arsenico, vitreolo cum melle mistis aut huiusmodi. Facta mundificatione incarnetur & cōsolidetur cum medicinis notis ad id dictis etc. Si vero patiens, sectionē cum rasorio sustinere noluerit, aut timuerit, vratur & cauterizetur locus cum cātharidibus, fermento, aceto, melle, & sinapi, uel cū alumine fęcis vini, & aceto modico: vel fiat cum sapone & aceto, & aloe, & calce viua vel cū oleo de terebinthina, & cera simul mistis: et ponatur tale mystū feruens super loco pluries, ita vt vratur locus totaliter, vsq; ad profundū: post talem adustionem extrahatur putredo tota & vermis vt prius. Deinde remoueatur eschara facta per adustionem, cū aliquo pingui vnctuoso, ut butyro etc. & mundificetur locus, incarnetur, & consolidetur vt prius.

*De uentositate perambulante etc.* Cap. LXVII.

ÆGritudo hæc fit semper ex materia aut vapore venenosis, a qua materia talis fumus eleuatur ad mēbra currens. Signa eius sunt deambulatio in modū venti currens de membro in membrū, & dolor ītollerabilis ex acuitate fumi venenosi: et est ibi ardor & febris multoties, & calor grādis in loco in quo perseuerat fumus. Quum ergo medicus perpenderit per hæc signa de hoc morbo, tunc subito a principio patiēs purgetur cū pilulis fœtidis Mes. aut nostris primo syrupo appropriato noto: et hoc dico uirtute, ætate, & alijs non dissentientibus: quo facto, medicus accipiat membrū & liget ipsum in parte superiori, & inferiori, ita q fumū illum aut ventositatē comprehēdat inter illas duas ligaturas: & in illo medio spacio faciat scissuram cum rasorio, aut phlebotomo suo, & illam ventositatē extrahat: quo facto impleat locū cū aloe, bo. ar. oleo ros. & aceto, vsq; ad tres dies aut quatuor: deinde mundificetur locus, incarnetur & consolidetur vt prius. Abstineat se patiens ab omnibus vētosis dulcibus, acutis, calidis multū: vinum bibat paucum, lymphatū: & attende q antequam fiat scissura antedicta cū rasorio, optimū est in isto casu, postquā ligationes prædictæ factæ sunt, & fumus & vapor cōprehensus est ut dixi, q cauterizetur locus vsq; ad profundum cū cauterio punctuali ignito, aut cultellari: deinde procedatur vt prius: & ante omnia ista, vtile & conueniens est, vt fiat patienti enema & mundificatio intestinorū semel aut pluries. Et mundificatio illa vniuersalis quę fit a materia intrinseca in isto casu, immo in omni ægritudine, valde vtilis & conueniens, immo necessaria est, dūmodo virtus ætas & alia non dissentiant.

Explicit liber primus de apostematibus.

INcipit liber secūdus de vulneribus, et cōtusionibus in corpore humano accidentibus a capite vsq; ad pedes: in Dei noīe capitula numerādo.



Cap. xxvi

Cap.xxvi.de causis impedientibus cõsolidationem vulnerum & vlcerum in quolibet membro corporis humani.

*De percussione et uulnere capitis etc. Cap. I.*

CVm quis percutitur in capite cum lapide, fustę aut huiusmodi, vel cadit, vel percutit caput super lapidẽ, aut super alio, & si frãgitur pellis seu cutis, tunc recte operando, oportet medicum considerare vtrum craneum sit fractũ, an non. Signa ergo cranei si fractum est, sunt vomitus, syncopis, hora casus, aut læsionis: & nigredo oculorũ, & fuscedo circa ipsos, cum cõcauitate quadã ipsorũ, & cõtractione vt sic dicam versus cerebrũ, & cum rubedine & tumore venarum antecedente vertigine aut scotomia: Nam cũ stomachus cõtinuetur cum cerebro, mediãtibus quibusdam duobus neruis magnis, quod scitur ex anatomia: ideo in omni capitis læsione, & maxime cum læditur subito ex percussione forti, debilitatur stomachus & cõpatitur cerebro læso, propter affinitatẽ & colligantiam, quã cum ipso habet, vt dixi: & currunt humores ad ipsum superflui: & tũc propter compassionẽ dictam debilitatur, nec potest illos regere, nec retinere, sed euomit, & vomitus cum scotomia &c. super fortem capitis læsionẽ significat, & ex hac eadẽ causa prouenit rigor vniuersalis in toto, qui significat paralysim futuram, aut forte spasmum, & tãdem mortem, & attẽde ꝙ hoc est cõmune signum in omnibus vulneribus neruorũ saltem nobilium: Nam cũ talis rigor antecedat febrem potissimũ significat nocumentum iam neruis aduenisse, & locis nobilibus, quare significatur et causatur rigor & febris. Et significat etiã capitis fracturã, & cranei debilitati intus, cũ permutatione verborum, & instabilitate, et cum paruitate somni, & cum vigilijs, infra dies. iii. aut. v. aut vij. ad plus. & etiam operator potest per tactũ suum & suam imaginationem de tali fractura inuestigare, si in huiusmodi casibus cõsueuerit operari, & expertus sit. Cum his ergo signis poterit medicus firmiter de lęsione cerebri & panniculorũ iudicare. Cum autẽ aliquid horum non affuerit, aut saltem maior numerus, tunc scire poterit certe, ꝙ craneum nõ est lęsum, saltẽ læsione, qua cerebrum, aut piamater, aut duramater lędatur, aut panniculorũ aliquid. Attende cum hoc, generale quoddã aduertẽdum, ꝙ quãdo quis lęditur in capite cum ense, claua, fuste, lapide, sagitta, vel huiusmodi, & læsio sit ita fortis, ꝙ debet conuerti ad paralysim, aut cõuertetur, ꝙ quãdo fuerit læsio in parte dextra paralysis tunc fit in sinistra, & econuerso. & istud innuit Auic. lib. ij. can. fen. infra cap. de plaga & offensione seu incisione cutis capitis.

Cura ergo si craneũ fuerit lęsum, aut non, vt statim a principio in prima visitatione humectentur capilli cum aqua calida et oleo ros. mistis in hyeme: in ęstate vero cũ oleo ros. & aqua frigida, aut loco aquę ponatur vinum nigrũ: postea remoueãtur capilli cũ forficibus primo: deinde cũ rasorio. Secundo vero, eadem die, si nõ adsit impedimentũ, aut saltẽ sequenti, fiat phlebotomia de cephalica in manu contrariæ partis in parte læsa, nisi virtus aut ętas, aut alia cõtradixerint, quod si sic, saltem in spathulis fiat ventosatio cum incisione, aut etiã in naticis: & istud sit secũdum generale præceptũ in hoc quo ad exterius ordinãda: quia de his, quę circa locũ lęsum, extrinsecus attẽdun-

A tur, ordinate tibi faciam mẽtionem posterius. Tertio vero fiat patienti enęma tale post phlebotomiã in die sequenti, aut etiã si est possibile, ante phlebotomiam fiat. & si non est possibile fieri ante phlebotomiã, tũc fiat vt ante eam patiẽs ascellet cũ suppositorio cõmuni, aut forti. Clysterium cõmune est. Reci. aquę decoctionis maluarum violarũ, matrum, betæ, mercurialis, ass mercorellæ, ana manip. i. in qua dissoluatur cassię fistulatę vnc. i. zucchari pulueris vnc. ß. mellis vnciæ. ß. olei cõis aut uiolati in isto casu vnc. iii. salis cõis triti vnc. ß. aut quãtum cum tribus digitis capi potest bis: & misce omnia simul, & cola: & tepidũ impone patienti, & nõ multum diu ipsum in intestinis teneat, nec ualde parum, sed mediocriter: hoc enim clysteriũ alleuiat ualde cerebrũ, trahendo materias & fumũ ab intestinis, & per cõsequẽs cerebrum defendendo a fu-

B mis & uaporibus ab ipsis fęcibus uaporare potẽtibus ad caput: trahit etiã a capite et diuertit materiã & fumũ cõgregabiles in cerebro, ꝓpter nõ posse regulari a uirtute cerebri iã debilitata, & sic putrescibiles, & forte apostema factibiles. Vnde attẽde ꝙ enęma est vltimum in bonitate, & euitatione apostematis calidi in loco lęso quicunq; sit, ꝑsertim in capitibus læsis, summe laudandum est. Post phlebotomiam vero & post clysterium, aut ante, secũdũ ꝙ medico uidebitur posse differre, aut non posse, si constet medico per signa iam dicta, craneum fore lęsum, tunc incidatur cutis secundum figurã triangularẽ, aut crucis largã, ut tota lęsio cranei latens perfecte uideatur, & impleatur vulnus undiq;, ita ꝙ labia uulneris irreuersentur, & inuersata stent cõtinuo usq; quo craneum rectificatum sit et consolidatũ, attẽdas cum stuellis stuppeis infusis

C in oleo ros. & uitello oui, & croco tepidis, & nõ cum albumine propter sui frigiditatẽ, quia nil deterius est in fractura cranei, & in oĩbus neruorum uulneribus, ꝙ̃ frigidũ. Et si indigeres ꝓ tũc cõstrictione sanguinis propter incisionem uenarũ aliquarũ notabilium, pone cum antedicto medicamine puluerẽ sanguinis constrictiuum, huiusmodi. Reci. mumię, aluminis ro. aut ruta, boli ar. draganthi, mastiches, thuris, sang. draco. ana vnc. ß. Vel alium hmõi puluerem. Reci. boli ar. terræ sigil. sang. dra. aloes, thuris, mastiches, mumiæ, gypsi, draganthi, pulueris laterum bene coctorũ, chartæ bombycinæ adustę, telæ aranę, uolatilis farinę molẽdini, ana vnc. ß. puluerizentur & cribellẽtur. His autẽ pulueribus cum albumine, vitello, croco &c. mistis, & stuellis in hoc intinctis medicamine, uulnus impleatur, ut prius dixi: Aut stuelli fiãt ex pilis leporis, & in-

D uoluantur in dicto medicamine, & uulnus impleatur vt supra. Et si pur absolutũ medicamen sanguinis cõstrictiuum facere uolueris, dimitte oleum in admistione puluerum, & cum pulueribus antedictis uitello, & albumine, & croco, procedatur ut dixi supra. Et in fortissimo fluxu sanguinis, cum antedicto medicamine fiant extremorũ ligationes cũ corrigijs fortibus, et ponatur uẽtosa magna super hepar, ac vna super splene aliquãdo, & hoc dico sine incisiõe. Sunt enim hæc in sanguinis fluxu cõstringẽdo remedia ultimo iuuantia: & hęc fiant una cum illis quę dicã inferius in uisitatione prima, dum sit incisio cutis. Secunda uero uisitatione post incisionem iam dictã, considera fracturã cranei, utrum fuerit occulta aut manifesta. si autẽ occulta sit, & uelis certificari de ea, pone encaustrum super fracturã aut scissuram, & dimitte sic ipsum per tẽ-

pus, & tunc remoueas ipsum leuissime cum pẽna, vel cum alia re non imbibente, a superficie ossis. & si ibi fuerit scissura prius tibi occulta, tunc manifestabitur per hmõi encaustri appositionẽ: sed cum antedictis procede. Quum aũt certus fueris de fractura cranei per signa antedicta, siue fractura occulta, siue manifesta: necessario oportet te considerare in remotione ossis, vt defendas cerebrũ a collectione saniei, imo vt ab ipsa possit expurgari: cõsiderare dico in ossis remotione, secundũ figuram & naturã læsionis cranei: & secundum fortitudinẽ & debilitatem infirmi, et secundum naturã loci læsi, verbi gratia, primo secũdum naturã & figuram læsionis, vt si craneum in læsione sua fuerit depressum, ita vt cõprimat cerebrũ: & si non fuerit separatũ a circũferentijs suis, vel fuerit separatũ: & si separatione sua intrauerit sub osse sano, aut non: & vtrũ talis fractura cranei fuerit rimalis seu linealis occulta, aut rimalis seu linealis manifesta, & iterũ vtrum fuerit fractura circularis, aut semicircularis. Si aũt fractura cranei fuerit linealis seu rimalis, quod idem est, occulta, & fuerit tibi manifesta per encaustrum, vt supra dixi: & si fuerit prope iuncturã, aut cõmissuram aliquã cranei, euita illam cõmissuram iuxta possibile, quum in remotione cranei laborare volueris cũ tuis instrĩs ferreis: & ẽt hora illius remotionis cranei &c. Si uolueris trypanizare craneũ, siue raspare, seu abradere, bonũ est, & laudabile, & vsuale, vt aures infirmi claudãtur cum bombyce, aut pecijs, aut oleo claudente, ne sonitus & stridor instrorũ audiatur ab infirmo illa hora, aut saltem vt minus audiatur: et ista erit cã ne infirmus timeat de manuali opatione. & tũc his ordinatis, pcede cum trypano tuo, et cũ scarnatione, seu scauignatione, remouẽdo os fractũ, sm figurã & formã lęsionis, vt sm longitudinem, si fractura fuerit linealis lõga: vel remoueas os fractũ sm figurã circularem, si fractura fuerit circularis: aut um semicircularem, si fractura semicircularis fuerit. Si ergo fractura linealis vel occulta vel manifesta fuerit, nõ indiget aliquo, nisi cũ scarnatione vel scauignatione, vel raspatione procedere in tali scissura manifesta aut occulta, dilatando ipsam vsq; ad fundum eius, remouendo .s. cum scauignatore ab vtroq; latere vsq; ad fundũ læsionis et scissuræ, quia usq; ad duram matrem, si læsio sit tanta, & ita pfundet. In occulta aũt fractura lineali, simili modo vt supra dixi procede .s. vsq; ad durã matrem, si vsq; ad ipsam talis læsio penetrauerit: & si non sic penetrauerit usq; ad ipsam, pcede tunc solum vsq; ad finẽ processus fracturæ, & suæ profunditatis, operando cũ instrumẽtis tuis, semp euitando iuncturam seu cõmissuram cranei iuxta possibile. Si aũt craneum fuerit depressum, sed non separatum a circũferentijs ossis sani, tunc pcede perforando, raspando et hmõi, donec ad profundũ peruenias, ita vt os depressum eleues & remoueas, secundũ ꝙ tibi melius videbitur fieri posse. Si vero craneum fuerit depressum et separatũ a circũferentijs, tunc conare aliqd remouere de sano osse, seu craneo, & mollificare depressum cũ oleo ros. cũ bombyce in eo imbibito, ita ꝙ per remotionem sani ossis, & per mollificationẽ, possit leuiter sine dolore, et sine distensione aut vlceratione miryngarum seu mẽbranarũ ac neruorũ, pars illa cranei depressa remoueri per medicũ. Si aũt pars depressa subintrauerit craneũ sanum, aut pars ipsa quæ sic subintrauit est minor fractura cranei apparente, aut maior.

E Si minor fuerit, tunc mollifica illam partẽ minorem quæ subintrauit craneũ, cum oleo ros. vt supra dixi: & quum mollificata fuerit, tunc extrahe ipsam leuiter, et suauiter sine dolore iuxta possibile, cum aliquo tuo instrõ ferreo, & sine violentia aliqua: quo facto, postea fiat vt tibi infra dicam. Si aũt pars depressa maior fuerit fractura cranei, tibi ad oculũ apparẽte, tunc remoue de osse sano vt dixi supra cũ trypano, raspatore, scauignatore et hmõi instrĩs capitalibus tuis, tantum ꝙ possis illam partẽ depressam post mollificationẽ eius cum oleo ros. remouere suauissime, & leuiter sine dolore aliquo iuxta possibile, vt supra dixi. Secũdo supra dicebam in remotione cranei læsi, debes cõsiderare debilitatẽ & fortitudinem infirmi: verbi gratia, si æger fuerit debilis cõplexionis aut virtutis, si ẽt fuerit puer, aut senex, seu decrepitus aut hmõi. Nam

F debes pcedere in operatione tua, quæ fit cũ trypano, aut raspatore aut hmõi, leuiter & suauissime, in talibus: & quod facis in fortibus & robustis vna hora, debes facere in istis debilibus in vna tota die, aut duabus, aut tribus. & attende bene hic, ꝙ aliquoties si cõsideraueris bene in carne & craneo puerorũ, tu poteris remouere lęsionẽ totam, & superfluitatem capitis mundificare cũ oleo ros. super fracturã cranei ponendo stuellos lineos infusos in illis, & sup stuellis ponendo petiam lineã latam, intinctã in eodẽ medicamine, & super petia ponendo folia caulium recentiũ, & circa vulnus & fracturã vngendo cum bo.ar. oleo ros. aceto, & croco modico. & accidit hoc totũ propter teneritatẽ & mollitiem cranei puerorũ, & aliquorum corporũ mollis cõplexionis, vt mulierum &c. & aliquorum debilium. Tertio dicebã in remotione ossis

G cranei, debes considerare naturam & compositionẽ loci læsi: verbi gratia, si fractura fuerit cõtinuata, aut cõiuncta cum iunctura, aut capitis cõmissura: aut fuerit ppe ipsam: tunc scias ꝙ est valde timorosa incisio & raspatio, aut trypanatio in tali loco: eo quia p ipsas iuncturas & cõmissuras, veniunt nerui ex cerebro & ex pãniculis: ex læsione quorũ, cerebrum & pãniculi recipiunt alterationẽ & dolorem. et fit hac causa, apostema cerebri & pãniculorum eius, & per cõsequens cum hoc, causa mortis corporis. Vnde si læsio fuerit prope iuncturam, aut in iunctura, nullo modo pręsumas in remotione cranei lęsi, approximare ad iuncturam cum instrĩs tuis ferreis: Sed per operationẽ tuam in sano osse, cõtinuato cum læso osse, quod os læsum est iunctura: & cum mollificatione & confortatione antedictis, cum oleo ros. &c. dicto superius, conare et

H stude remouere os illud suauissime, & leuissime, sine doloris molestia, iuxta possibile: Nam certe inuerisimile, imo quasi impossibile est operari cum instrĩs ferreis in iunctura, ꝙ non lædantur nerui, & incidantur fila neruorũ, & panniculi ac ligationes, quibus iuncturæ cranei ad inuicẽ alligantur: & sequitur in cerebro, & in piã & dura matre illud, quod dixi supra apostema qñq;, & mors aliqñ infallibiliter. Remoto osse secundum modũ & ordinem prius dictos in parte, vel in toto, vsq; ad duram matrẽ, tunc accipe pecias mũdas lineas, & infunde ipsas in oleo rosa. partes .iij. & melle ros. partem .i. mixtis: & pone eas secũdum figuram vulneris & fracturæ ossis, & ipsorũ quantitatem & mensurã debitas inter os fractum & duram matrẽ leuiter, ac suauiter, ita ꝙ dura mater, nec cerebrũ ex pressione & pondere petiarũ istarum dolorẽ non incurrat,

curras

currat, & exinde locus apostemetur: Vnde leuiter ac suauissime pone peciam unam super peciam, aut stuellum lineũ, vnum super alio, intantum ꝙ foramen cranei ex huiusmodi pecijs aut stuellis sic infusis impleatur: et postea cum plumaceolis inuolutis in eodẽ oleo rosa. & in melle ros. imple etiam vulnus cutis quae est super craneo. Et quum totum vulnus tam infra craneum, quam supra, repletum fuerit cum huiusmodi pecijs aut stuellis, tunc vngas vulnus quodcunq͂, per totum, cum oleo ro. bol. arme. aceto, & croco modico. Et postea habeas stuppeas faldellatas magnas secũdũ figurã et magnitudinẽ vulneris. iij. aut. iiij. madefactas in aqua calida sola, aut in aqua simul cũ oleo ros. & vino nigro styptico mistis, & fortiter expressas cũ manibus ab humiditate sua: & pone ipsas super vulnus, cooperiẽdo ipsum vndiq͂: & postea liga locum & caput totũ cum binda & fascia decenti lata: deinde pone super hãc ligaturam, capellum seu biretum pellis agninae nouae. & fac vt hora mutationis saltem, imo & toto tempore tuae medicationis, & durationis morbi, euites frigus aeris, & aerem ipsum: ĩmo hora mutationis habeas frixoriũ, aut aliud huiusmodi plenum ignitis carbonibus, & ipsum super capite fac teneri, ne caput tãgat, & infirmus caliditatem carbonũ sentiat. Vnde aduertas hic, ꝙ nihil est, quod ita ĩmediate laedat cerebrum sicut aer, et saltem frigidus: ĩmo ob istam causam imponendũ est infirmo vt in obscuro loco quiescat, & aeris lumen non inspiciat, siue sit in aestate, siue in hyeme. Aduertas etiam ꝙ bonum est et sufficiens, vt in hyeme infirmus semel mutetur in die: in aestate vero bis, & maxime quum fuerit fortis & intensa aeris caliditas. Et ista sunt quodãmodo generalia attendenda in huiusmodi vulneribus. Modus vero curationis huiusmodi vulnerum ex parte medicinarum, ex parte vel ratione temporũ infirmitatis, & ex parte diaetae infirmi sit talis. Primo quum accesseris ad infirmũ, pilis remotis vt supra determinatum fuit, vngatur locus totus circa vulneris latera cũ oleo ros. calido, deinde si ibi fuerit apertura aut vulnus, procedatur cum constrictiuis sanguinis dictis supra & si nõ fuerit fluxus sanguinis, procedatur cum vitello oui oleo ro. et croco mistis, & dictis etiã supra in pñti capitulo. deinde cum faldellis infusis cum huiusmodi, medicamine, totum vulnus cooperias, & iterũ cum alijs duabus aut tribus faldellis stuppeis infusis in albumine oui, bol. ar. aceto, vino nigro styptico, & oleo ros. modico mistis, totum vulnus & eius vicinas circũferentias cooperias: deinde liga & fascia vt dixi supra. Secunda vero die, si vulnus fuerit magnũ, & notabilis laesionis, ac timoris, fiat phlebotomia vt dixi supra etc. Et si per signa etiam supra narrata perpenderis de fractura cranei, tunc illa sequenti die post phlebotomiam, fiat incisio cutis, vt supra dictum fuit: ĩmo si times aut dubitas de fractura, adhuc ĩcidatur cutis secũdũ figuram & modũ supra narratos. Deinde vulnus totum impleatur cum stuellis stuppeis, aut lineis infusis in vitello oui, oleo ros. & melle cũ croco modico. calidis parumper. Et attẽde hic, ꝙ impositio huius vitelli oui cum oleo etc. In uulnere huiusmodi, debet fieri a principio mutationis, vsq͂ ad horã in qua os totũ quod intendis remouere, remotum fuerit. Et unctio circa vulnus cum bo. ar. oleo ro. etc. debet fieri a principio incisionis: et primae mutationis vsq͂ ad perfectã incarnationẽ, quia nihil est, quod ita defendat cerebrũ

A & capitis ptes omnes ab apostemate calido post phlebotomiã, quemadmodũ haec vnctio, & cum hoc clystere, seu vẽtris largitas. Ista enim tria. s. phlebotomia, clystere, aut alia quomodolibet ventris largitas, et unctio, iam dicta, defensiua, semper sunt vtilia: ĩmo quodãmodo in ęgritudinibus a principio, vsq͂ ad finem, vel ad minus donec fueris ab apostemate calido securus, ne superueniat: nam aduentus calidi apostematis in vulnere, vbicunq͂ timorosus est, ĩmo certe mortalis in multis. Scias iterum ꝙ illud medicamen de oleo ros. melle ros. & croco modico superius dictum, confortat valde cerebrũ & locũ totum, & abstergit omnem superfluitatẽ durae matris, & nigredinem causatam a putrefactione: et si nigredinẽ illam non remouerit, tunc illud est signũ mortis necessario, quoniam illud accidit ex mortificatione loci. Infusio ergo pecia-

B rum in oleo ros. & melle ros. & croco, quae peciae ponuntur inter craneũ & duram matrẽ, debet fieri a die remotionis ossis supradictae in parte vel in toto, vsq͂ ad incarnationẽ durae matris cum craneo: & tunc medicus cum nõ indigeat pluri, aut saltẽ non grandi abstersione, nec loci confortatione per oleũ ro. etc. ĩmo indiget quadã exiccatione, vt incarnet, et consolidet: ideo post talem incarnationẽ durae matris cũ craneo, debet ponere puluerẽ capitalem incarnatiuũ, exiccatiuum, & loci confortatiuum sua stypticitate, & exiccatione, qui sic fit. Recip. thuris, cyperi, nucis cypressi, mirtillorum, ireos, myrrhae, mastiches, ana drac. 5. far. hordei, puluerizentur omnia & cribellentur optime: & tunc super loco puluerizentur vt dixi. Deinde super uulneribus ponatur pecia de vnguento facto ex terebinthina, oleo & caera aequaliter cũ mastiche, sar-

D cocolla, & myrrha, & ireos: deinde superponãtur faldellę stuppeae, infusae in vino nigro styptico calido in hyeme saltem, & expressae optime ab humiditate vini. deinde caput totum optime ligetur & suauiter cũ fascia decenti: deinde biretum agninae pellis nouae, superponatur ut dixi. Alius puluis. Re. ireos, myrrhę, corticum thuris, aristolochiae ro. ana dra. i. stoechados arab. maioranae puluerizatorum, ana drach. 5. misce, & vtere vt dixi. Alius puluis. Re. mumię, thuris, draganti, gumi arab. myrrhae, mastiches, corticũ granat. balaust. ana drach. 5. fiat puluis, quo vtere ut prius. Et attende, ꝙ ex istis possent fieri vnguẽta, & essent optima in huiusmodi incarnatione, dato ꝙ pulueres ante dicti non puluerizarentur super loco vt dixi, sed solũ liniretur pecia dicto vnguento, & loco superponeretur, prius positis stuellis in uulnere lineis, secundũ cõ-

C munẽ ordinem & consuetum: requirunt enim antedicti pulueres ad faciendum vnguenta, caeram, oleũ, resinam, terebinthinã, & colophoniam, secundũ proportionem debitã: uerbi gratia, in una libra olei ad faciendũ unguentum per se ex altero duorũ puluerum antedictorũ, requiritur, vnc. iij. cerae, resinae, terebinthinae, ana unc. iiij. colopho. unc. i. ponantur omnia simul in cazola ad ignẽ & dissoluantur optime, & colẽtur: & quum infrigidata fuerint, addatur alter ex pulueribus supradictis & bene incorpora simul, miscendo cum spathula. Facta incarnatione cum praedictis, tunc procede cum pulueribus cõsolidatiuis recte modo superius dicto, qui sic fiunt. Re. nucis cypressi, gallarum, balaustiarũ, corticũ granat. mumiae, sang. dra. mastiches, ana drac. 5. fari. lupinorum, fari. orobi, ana unc. 5. fiat puluis vt prius, quo utere etiam ut prius.

Alius puluis ad idē, Re. tuciæ, lithargyri, mumiæ, scoriæ ferri, limaturæ plumbi, mastiches corticis thuris, myrrhę, mirtillorū, gallarū, nucis cypressi, balaustiarū, ana dra. i. puluerizētur & cribellētur, vt prius, & eo vtere mō supra tibi dato. Attende etiā hic vnū generale, diligēter aduertendū in omnibus fracturis cranei, ꝙ si caro aliqua vnctuosa mollis superflua tibi appareat multiplicari super dura matre, inter craneū & ipsam durā matrem, vel solum super craneo tibi appareat multiplicari, secure & audacter illā remoueas cum unguento apostolorū, quod faciā in fine operis, aut cū vnguento viridi huiusmodi. Re. aluminis zuccharini, aut ro. flo. æris, mellis ro. ana dra. i. aut vnc. i. misce, aut cū alio oleo mundificatiuo vt tibi videbitur. Et scias ꝙ eadē est proportio istorum vnguentorū mundificatorum ad carnē cranei huiusmodi mollem superfluā dictam, & durę matris, sicut est proportio mellis ro. & olei ro. mistorū ad mundificationem nigredinis & saniei duræ matris. Si aūt cadens vel percussus in capite alio modo fuerit sine cranei fractura, nō indiget infirmus alio post pilorū abrasionem ante dictā, & post phlebotomiā, & post clysteria, vel post scarificationes spathularū antedictos: si vulnus fuerit magnum, saltē notabile: nisi vnctione olei ro. bol. ar. & aceti: & puluere myrtillorū circa vulnus: in vulnere vero, pro prima visitatione, si sanguinis fluxus nō infestet, procede cum sanguinis cōstrictiuis supra nominatis ī præsenti capitulo. & in aliis pluribus: & hoc dico, vsq; ad duos aut tres dies. Postea vero mundifica locū & incarna, secūdū canones tibi pluries datos: nam huiusmodi medicamen ex puluere boli ar. myrtillorum, oleo ros. etc. confortat caput & locū percussum, defendendo ipsum cū sua stypticitate, aut deceptione superfluorū humorum, & ab inflatiōe, ac etiā ab inflāmatione capitis, & ipsius humorū: Posset etiā poni super loco læso & super puluere antedicto iā superposito vulneri, emplastrū de cæra noua calefacta ad ignem. Diæta vero in illo patiente qui fracturā patitur cranei, siue sit cum vulnere siue sine, a principio vsq; ad finem, talis sit: a primo enim die percussionis, vsq; ad decem dies, aut. xv. in æstate, & vsq; ad. vii. dies in hyeme, aut circa, aut quousq; securus fueris de apostemate, ne amplius superueniat, sumat patiens solam micā panis bene fermentati, lotam in aqua cocta zuccharata, & cocta cum modico zuccharo & vino granatorū, aut eorum succo, aut cū agresto, aut cum succo aranciorū aut limonū, cum zuccharo modico, uel sumat succum hordei seu ptissanā eius, aut farri cū zuccharo modico: aut sumat boraginē, spinachiā, lactucam, endiuiā cū amygdalato conditos, aut cucurbitas conditas cū eodem amygdalato: & hoc dico si infirmus nō sit valde debilis. Nā si infirmus foret debilis ualde, ita ꝙ nō posset vsq; ad tempus prędictum cum tali vita stare: tunc sic facies ipsum tali uita uti in principio: in ꝓcessu des ei carnes hędinas, pullinas etc. conditas & coctas cū lactucis endiuia, portulacis, cucurbitis: aut confectas cū agresto, vel vino granatorum, aut huiusmodi alteratiuis. Post vero. x. dies, aut vii. vt dixi, regas etiam fortē infirmū cum eisdē carnibus, eodē modo conditis vt dictum est supra. vsq; ad perfectā curam eius. s. incarnationē duræ matris cum craneo, & vsq; ad securitatē loci ab apostemate. Post vero incarnationē & securitatem vt supra, regas patientem cū carnibus castrati & porci callosi & nō pin-

E guis & arietis eodē modo, & extremitatibus animalium, vt pedibus elixatis & assatis carnibus sæpe, vt grossus humor & viscosus generetur ab istis cibis cōueniens ad generationē & conuersionem nutrimenti duri & cōpacti et viscosi, ex quo nutrimento duro et cōpacto generetur res & caro vt sic dicam seu porus sarcoides dictus, loco ossis deperditi. Pira autē, vel cotana sub prunis cocta comedere potest, post aliorū comestionē in prādio & cęna: aut loco istorū vtatur diacyconiten de zuccharo sine speciebus, aut coriandro cōdito. Vtatur etiā tempore isto carnibus laudabilibus boni & facilis nutrimenti, vt caponū, phasianorum, perdicū, vitulorum, capreorū, auium paruarum degentiū in nemoribus, & non in aquis aut paludibus, aut huiusmodi etc. A vino vero siue in opere, abstineat vsq; quasi ad perfectā curationem, quia nihil est quod ita percutiat caput, & protrahat & 

F coculcet ibidem materiā & fumū, quemadmodū vinum; & recidiuationem, ac infirmi debilitatē, & humorum cursum in loco etc. Sit ergo patiens pro suo potu contentus in aqua cocta zuccharata, cum vino granatorū, aut agresto, aut zuccharo ros. veteri, aut huiusmodi nō fumosis stypticis. Ista enim omnia cōfortant os stomachi, qđ debilitatur in omni capitis percussione, saltem notabili, propter affinitatem & colligationem quā stomachus habet cum cerebro ex neruis duobus magnis venientibus ab ipso cerebro ad os stomachi vt supra dixi in signis fracturæ cranei: vnde propter hanc affinitatem currunt humores ad stomachū & fit vomitus: & cum hoc etiā potus tales styptici confortant stomachū, impediunt & prohibent ascensum fumorum ad caput: si autem a vino abstinere non pos-

G set omnino, aut propter debilitatem aut consuetudinem, aut ob aliam causam, bibat vinum agrestosum paruum cū aqua zucchari ros. aut cum zuccharo ros. aut huiusmodi. Diæta vero eius qui nō habet fracturam, neq; uulnus quū percussus fuerit aut ceciderit, sit similis in principio diętæ eius qui fracturā aut uulnus habuit, dictam iam, & potus cōsimiliter: & hoc dico usq; quo medicus securus fuerit ꝙ generatio apostematis calidi non fiet: & hoc erit saltē usq; ad dies. vii. vel. viii. aut sic, deinde redeat ad eius cōsuetudinem, paulatine, & non subito etc.

*De percussione capitis cum uulnere ab ense etc.* Ca. II.

QVum medicus accesserit ad eum qui est in capite uulneratus cum similibus, ut ense etc. aut sagitta, & certus fuerit per signa dicta in prę-

H cedenti capitulo, ꝙ lęsio nō est in craneo: debet in prima uisitatione remouere pilos capitis cum forpicibus secundū modum dictū in pręcedēti capitulo. Et post huiusmodi tōsurā, debet humectare optime capillos cum oleo ro. misto cum quadruplo eius de aqua calida in hyeme, & frigida in æstate: aut loco aquæ, cū uino nigro styptico. Post lotionē & humectationem dictā, debet cum rasorio pilos omnes tonsos iā et humectatos remouere: & istud sit generale documētum in omnibus capitis uulneribus, & locorū in quibus pili reperiantur. Quo facto, ungatur locus totus rasus, circa uulnus, cum oleo ros. unc. ii. bol. arm. unc. s. aceti, drac. ii. croci, drac. s. misce, & in hyeme fac ꝙ sit calidum: in æstate uero frigidum. Nā huiusmodi unctio defendit omne membrū uulneratum ab apostemate calido, in uulnere uero ponatur stuelli stuppei aut linei,

nei, intincti i oleo ro. vnc. i. vitello oui vno, & croco modico, misce et vtere modo dicto. Repleto vulnere taliter vt dixi ponatur sup vulnus pecia vna magna, & lata de lino infusa in oleo ros. bo. ar. & aceto, & croco dictis supra: deinde super pecia ista ponat faldellã aut faldellas, latam aut latas, infusas in aqua calida in hyeme, & frigida in æstate, a quibus faldellis, vehemẽter sit aquositas illa cum mãibus expressa, aut loco aq̃ ponatur vinum nigrũ stypticum nõ multę potentię: deinde vero medicus decenter liget caput totum cũ fascia decenti lata etc. Deinde super ligatura ponatur biretum agninæ pellis nouæ: & totum hoc manibus suis tractet medicus suauiter ac sine dolore, iuxta possibile. Nam hoc est vnum quod magis cõueniens est & necessarium in curatiõe vulnerum, quam aliquid aliud, & maxime partium nobilium & neruosarum, secundum ꝙ dicit princeps medicorum Galenus: & hoc est etiam vnum valde vtile, & bonum in euitatione apostematis calidi, ne membro superueniat: quia nihil est, quod ita faciat currere materiam ad locum læsum & vulneratum sicut dolor, & ita per cõsequens debilitet virtutem: & propter hoc conuenit & decet medico vt omnia membra tractet suauiter & sine dolore iuxta sui posse, & omnes eius operationes cum suis manibus efficiat suaues, ex modico enim talis operationis cum manibus, medicus finem consequitur laudabiliorem: & attende hic ꝙ omnia hęc facienda sunt in prima uisitatione infirmi, nisi pro tunc fluxus sanguinis infestaret, quia tunc cum sanguinis constrictiuis notis supra dictis et dicendis procedere oportet, saltem per unam diem, aut duas non dissoluendo locum: deinde quum securus fores a sanguinis fluxu, procedere deberes cum modo nunc dicto supra. Secunda vero visitatione, consyderet medicus super vulnus factum cum ense & similibus, ac super debilitate & fortitudine patientis: ac super largitate & strictura in ascellatione: nam si patiens fuerit in virtute fortis ac satis robustus, & parum de sanguine exiuerit de vulnere, quod scies per eius relationem & astantium, tunc fiat phlebotomia de cephalica contrariæ partis cum læsa in manu: vel si fortis & robustus non fuerit, & ætas aut alia non consentiant phlebotomiam, tunc fiat saltem ventosatio cum scarificatione in spathulis vel naticis: & si cũ hoc patiens fuerit strictus ventre in ascellando, fiat ei clystere, modo dicto in primo capitulo, aut saltem fiat suppositorium cõmune de melle & sale: vel suppositorium forte cum melle & sale, addendo puluerem specierum hierępicræ, aut aliusmodi fortium specierum incitatiuarum etc. aut cum sapone albo solo fiat suppositorium, aut cum radice betæ, sale, & oleo, aut cum lardone, sale, & oleo etc. aut cum melle, et felle aliquo, vt porci, aut bouis, aut huiusmodi: vel cum stercore muris, & sale gẽma, & cum aliquo felle ĩcorporatis cum melle etc. Si vero patiens debilis fuerit, aut senex, aut puer, aut aliquid dissẽtiat, sanguisq; paucus de uulnere exierit, fiat sola in spathulis vẽtosatio cum scarificatione, aut in naticis vt supra. Et attende ꝙ huiusmodi phlebotomia aut ventosatio, fit, vt sanguinis humores diuertãtur a fluxu ad locum læsum, vt apostematis aduẽtus prohibeatur. Si vero multũ sanguinis exiuerit de vulnere, siue patiẽs fortis fuerit, siue debilis, nihil per phlębotomiam, aut uentosationem de sanguine remoueatur: sed bene facias semper ꝙ eius venter largus sit cũ

A clysterijs aut suppositorijs supra dictis, secundũ ꝙ tibi melius videbitur fieri posse. Vnde hic aduertas diligenter, ꝙ ista tria communia sunt per authores nostros necessaria in omni capitis vulnere saltem notabili, ĩmo & in omni vulnere a diaphragmante superius potissimum, & etiam a diaphragmante inferius, scilicet phlebotomia contrariæ partis cum læsa, modo iam dicto, & largitas ventris cum clysteri aut suppositorio ut dixi supra: & emplastratio cũ rebus frigidis stypticis repercussiuis & defensiuis circa vulnus. Nam ista quum facta fuerint secundũ ordinem et modum bonos in omni vulnere, faciunt ꝙ membrum nullo modo, nisi forte ex errore, apostemetur. Si autem vulnus factũ cũ ense, gladio, & similibus ita dilatatum fuerit ꝙ pellis pẽdeat, ita ꝙ tibi constet ꝙ non possit illa pars pendens alteri parti non pendenti per

B se adherere, et annecti: tunc sue illam cum filo sericino duplicato, aut lineo subtili duplicato non nodoso inceratis, & bene firmetur, dimittendo inter punctum & punctum suturæ, spacium digiti vnius: & dimittatur vulnus apertum magis in parte inferiori & decliuiori, vt sanies exinde libere possit exire et expurgari quum fuerit ibidem generata. Super suturam autẽ, quum ipsam feceris, pone puluerem cõstrictiuum & confirmatiuum huiusmodi. Re. sang. drac. gumi arab. draganti, aloes, bo. ar. ana vnc. s. puluerizentur vt dixi super suturam. In ore vero vulneris quod dimisisti apertum, pone stuellum aut stuellos intinctos in vitello oui, oleo ros. & croco, nisi fluxus sanguinis impediat: quia tũc procedere debes cum restrictiuis sanguinis subito facta futura, cum albumine oui solo cõquassato, aut misto cum pulueribus sanguinis constri

C ctiuis notis, dictis supra, & dicendis etc. Circa uulnus uero totũ fiat unctio cũ bol. ar. oleo ro. & croco modico ut supra dixi. Scias hic unum, & bene attende, ꝙ omne uulnus: postquã pertransiuerit tres dies a principio eius in æstate, & quatuor aut quinq; ĩ hyeme, nisi fuerit cum cranei fractura, non requirit in se oleum ro. cum uitello oui & croco, ne putrefactionem in loco augmentet: sed conueniens est pro tunc ut ad mũdificationem & confortationem loci attendas, ut utaris mundificatiuo & confortatiuo tali. Rec. mellis ros. colati, unc. i. myrrhę, drach. iij. fari. fœnugrę. fari. hordei, ana unc. s. incorporentur simul cum modico uino: istud enim est leue mundificatiuum & confortatiuum loci, & doloris sedatiuum, & potest poni & super uulnerato, & in uulnere etiam, cum stuellis in eo inuolutis. Sed si fuerit fortius mundificatiuum expe-

D diens, mundifica cum unguento apostolorum, aut uiridi, aut huiusmodi. Sed attende diligenter ꝙ unctio quæ fit circa uulnus cum bol. arme. oleo rosa. aceto, & croco: aut illa quæ posset fieri cum succis herbarũ frigidarum repercussiuarum: sicut cũ succo solathri, semperuiuæ, portulacæ, plantaginis, uerbene, & huiusmodi, quæ omnia ponuntur circa uulnus ad defensionem apostematis calidi, et membri confortationem, ne recipiat: non relinqui debet usq; ad tempus, in quo consolidatiua post incarnatiua requiruntur, et super uulnere ponuntur. Facta antedicta mundificatione, incarnetur uulnus cum puluere incarnatiuo hoc. Recipe, thuris, mastiches, colophoniæ, uernicis, ana unc. ij. myrrhæ sarcocollæ, ana drac. i. fari. orobi, drachme. iij. misce & super uulnus pulueriza, postquam vulnus impleueris stuellis lineis secundũ con-

suetum ordinem & cōmunē oīum, vel loco pulueris fac vnguentum tale. Re. resinæ pini, terebinthinę, ana vnc. ij. olei, vnc. iiij. cerę, vnc. i. thuris, mastiches, myrrhæ, fœnugrę, colophoniæ, ana drac. i. colētur resina, cera, terebint. & oleū dissoluta ad ignem prius: et quū tepefacta fuerint, addantur pulueres antedicti, & oīa optime incorporētur, agitando cū spathula optime: Facta incarnatione cōsolidetur vulnus cū puluere cōsolidatiuo tali. Re. corticū granat. mumiæ, nucum cypressi, foliorū linguæ bouis siccorū, balaustiarū, gallarum, ana drac. ij. misce, & super vulnus pulueriza, vt supra. Si autē volueris cum his pulueribus facere vnguentū modo supradicto, tūc adde cerā, oleum, & resinā secundū proportionē bonam: & fac vnguētum fm modum dictū in pręcedenti vnguento etc. Si vero vulnus factum cū ense & similibus, fuerit cum fractura cranei: & vulnus fuerit paruū & non amplum, nec sufficiens ad remotionē ossis læsi, tunc amplietur illud vulnus, & incidatur cutis secundū figurā trianguli, aut crucis, ita q leuiter, ac suauiter possit medicus libere cum instrumentis suis manualibus operari in ossis læsi remotione: postea procedatur in illius ossis remotione cum trypanizatione, aut scauignatione, aut raspatura: secundum figuram læsionis, & secundum debilitatem & fortitudinem infirmi, & loci naturā, & complexionē vt supra in capitulo pręcedenti planissime dictum est. Si autē uulnus factum fuerit cū sagitta, & sagitta penetrauerit craneum vsq; ad profundū eius, vel nō: Si nō penetrauerit vsq; ad profundum eius, antequā te ponas ad sagittæ extractionem, remoueas capillos secundū modū supra datū in duobus antedictis capitulis: et tunc dilata vulnus cum rasorio, vt sagitta liberū habeat exitum, & ne ex infixione aut infiltratione sagittæ in neruis & vilis carnis & cutis, cum difficultate et dolore grandi trahatur: et ꝓpter illud conare in cutis dilatione & carnis vsq; ad ꝓfundum sagittę, ut facilius operari valeas cū instrumētis tuis, cum tenaculis. s. aut pizacariolis, aut huiusmodi in extirpanda sagitta, dolorē semper euitādo iuxta possibile. Extracta uero sagitta, subito procedat medicus cum phlebotomia vel scarificatione secundū q ei uidebitur de debilitate aut fortitudine infirmi, et cū clysteri aut suppositorio antedictis, & eodē modo, & cum vnctionibus extrinsecus, & cū infusionibus aut emplastris, aut vnguentis mundificatiuis vt dictū est supra in eodē capitulo. Si autem sagitta usq; ad ꝓfundum cranei penetrauerit, tunc diligentissime ac sagacissime cōsydera in extractiōe sagittæ, antequā ipsam extrahere tentes: nā vt plurimū patientes moriuntur ex extractione sagittæ, saltē quum cerebrum fuerit læsum. Nam cū tali extractione exalat spiritus & calor, & propter hoc tunc deficit sensus & motus, & sic moritur patiens: Bonum est ergo, vt post remotionē pilorum antedictā cutis, scindatur vndiq; secundū figuram trianguli, aut crucis, ita q cranei lęsio oculis manifeste appareat: & tunc confortetur locus ab extrinseco circum circa cum bo. ar. oleo ro. & aceto, secundum modum & causas supra datas: Ab intrinseco vero mollificetur ferrum, & confortetur craneum cum oleo ros. vitello oui, & croco modico, secundū modum supra datum, & dimittatur sic medicamen istud in vulnere circa ferrum per diem vnū aut duos: Sequenti uero die fiat phlebotomia de cephalica manus contrariæ partis cum læsa, vel scarificatio cum vento

E sis in spathulis, aut naticis, & cum hoc fiat clystere: & iterum cū hoc fiant cōfortationes, mollificationes vt supra dixi. Sequenti vero die. s. quarta, aut quinta, cōsyderetur dispositio infirmi: Nā si foret in tanta debilitate, q nullo modo posset sagittæ extractionē sustinere, dimittatur adhuc sic sagitta usq; ad aliquot dies, mollificando eā modo supra dicto, & si vsq; ad illud tempus pur videretur q sagitta nō posset extrahi, dimittatur sic vsq; ad finem vitæ patientis, vt natura in eius expulsiōe sola laboret per tēporis processum, vt in experientia multoties visum est: & meo tempore bis vidi in hoc experientiā. Si autem patiens in virtute sua aliquē habuerit vigorem, et potentiā in eius mētem bonā, tunc remoueatur sagitta cum instrumētis tuis ferreis hoc modo: primo cū tuis instrumentis ferreis remoueas aliquid de osse sano existēte circa sagit-

F tā, circūcirca circulariter, vt leuius & cum labore minori, & sine dolore grandi, siue etiam capitis totius et cerebri cōmotione, a medico sagitta possit euelli. Nā si sagitta violenter absq; ossis tali separatione extrahatur, tunc cōmouebitur cerebrum & pāniculi, aut etiā particulæ cranei subleuabuntur violenter, & extēditur: & tunc per violentiā istam currerent materiæ & humores ad cerebrum: & ita vel apostemabitur cerebrū, vel subito morietur propter magnā occupationem et conculcationē cerebri a membris illis patiens: & accidet ei simile, qđ accidit apopleticis. Facto hoc, tunc sagitta cum digitis tuis, aut cū picicarolis, aut cū tenaculis leuiter, & sine violētia, ac sine dolore, iuxta possibile extrahatur: & tunc īmediate post illud, impleatur locus cranei læsi cum pecijs infusis in oleo ro. melle rosa. & croco mistis: & ponantur aliquæ peciæ

G subtiles decenter factæ, inter durā matrē & craneum in dicto medicamine intinctæ, ne ex motu cerebri pāniculi eius exeant fracturam cranei, et ne ex contactu partiū asperarum ossis fracti, pāniculi inde lędātur: ne etiā ex grauedine cōtactus ossis & loci duri inconsueti et asperi cerebrum aut pāniculus apostemetur: et in futuro sit causa mortis sup infirmo: & ista subito post sagittæ extractionē fiant, nisi ex sagittæ extractiōe sanguinis fluxus infestet, quia tunc subito post eius extractionē, procedere oportet cum sanguinis cōstrictiuis notis: & hoc ꝑ totā diem unā integram nō dissoluendo, uel plus, vt tuæ uidebitur discretioni. Deinde procedere debes cum medicamine supra dicto. Oībus ergo antedictis ordinate peractis, ꝓcedatur tunc in cura cranei læsi, & totius hmōi uulneris capitis, ut directe dictum fuit in primo capl'o huius libri. ij. Diæta ue

H ro huius patientis si fuerit fortis in uirtute, sit talis qualis dicta est in primo capl'o, usq; ad dies. vij. aut. ix. & potus similiter. Scias tn̄ hic q in isto casu & similibus, potus semper debet declinare ad frigidū & nō ad calidū, sicut est aqua cocta cum zuccharo ro. ueteri, agrestum, uinum granat. aqua decoctionis prunorū siccorum, & non uiridium, quia humiditas uiridium destruit appetitum. Nam zuccharum rosa. uetus, & etiā illi alij potus confortant stomachum in isto casu, & faciunt ut cibus retineatur facilius, cum in talibus casibus ut plurimum prosternatur appetitus. In corporibus uero debilibus antiquis excarnatis, aut complexionis debilis, potus sit uinū paruū goretū, cū aq̄ zuccharata cocta, aut cū zuccharo ro. veteri, aut agresto, aut uino granat. et cibus in isto casu in tali corpe sit declinans ad frigiditatē, vt est mica medullæ panis bene fermentati,

fermẽtati, lota pluries in aqua ro. aut in aqua cõmuni cocta zuccharata, cum agresto aut uino granat. aut si fuerit ualde debilis, lota mica panis antedicta cũ aqua rosat. misceatur cum iure pullino iuuene, & fiat panatella, imo & sales comedere potest carnes pullinas, coctas cum lactucis, portulacis, endiuia, cucurbitis, agresto & granis granatorum: vtatur etiam ptissana ordeacea, vel farre cum amygdalato: et aliquãdo utatur portulaca, lactucis, endiuia, vel huiusmodi frigidis, temperato vsu, patiens dico fortis: debilis vero istis non vtatur.

*De uulnere in naso uel facie cum ense, uel sagitta etc.* *Cap.* III.

VVlnus in naso aut facie, factum cum ense gladio & similibus, quandoq; fit secundũ longitudinem nasi, quandoq; secundũ latitudinem eius: si uero fiat secundũ latitudinem aut longitudinem, tamen quandoq; est uulnus largũ, quandoq; amplum, quandoq; strictum. Similiter largum quandoq; est cũ perditione ossis et pellis, quandoq; cum perditione seu lęsione ossis tãtum: quandoq; cum lęsione eius ossis, & non cum perditione ipsius. Si autem fuerit strictum sine perditione ossis vel pellis, non indiges alio, nisi vt subito a principio, continues & conducas partes vulneris adinuicem, comprimendo decenter labia uulneris cum manibus tuis, & firmãdo debite partes sic cõductas cum plumaceolis triangularibus stuppeis, aut lineis, a lateribus aut labijs vulneris positis & confirmatis cum ligatione decenti: aut coniungantur adinuicem partes vulneris cum sutura, si plumaceoli non fuerint sufficientes ad conseruandum in primo statu & figura debita partes uulneris, iã conductas & continuatas cum manibus tuis. Et attẽde vt non omittas hic phlebotomiam, aut ventosationem nec clysteria, aut suppositoria, secũdũ ꝙ tibi videbitur de infirmo ex parte indigentiæ, & ex parte debilitatis, aut fortitudinis virtutis, aut apostema calidum non possit in loco generari vllo modo. In loco vero circa vulnus, ponas & vngas abundanter et copiose cũ huiusmodi medicamine defensiuo, vt membrum lęsum humores superfluos a sanis membris non recipiat, & cõfortetur. Re. succi solathri, succi morellę, aut semperuiuæ quod idem est, succi portulacę, succi endi. succi lactu. ana vnc. ij. olei ro. vnc. i. &. ʒ. bol. ar. vnc. i. aut vnc. ʒ. aceti vnc. i. misce, et locus vngatur vt dixi: Super uulnus vero conductum iam, aut sutum, pone huiusmodi puluerem constrictiuum & confirmatiuũ loci conducti. Re. dragãti, gu. arab. mastiches, bol. ar. san. dra. ana vnc. ʒ. misce, puluerizetur iste puluis super vulnere vt dixi, deinde superponatur faldella stuppea infusa in vino nigro styptico, & optime expressa: aut misceatur huiusmodi puluis cũ uitello oui & croco, & superponatur uulneri per uiam emplastri: deĩde fiat ut prius, & locus tunc ligetur cum binda: & istud fiat subito a principio conductis adinuicẽ partibus: & sic dimittatur locus usq; ad. iiij. dies, aut. v. donec putes partes iã aliqualiter fore firmatas, nisi dolor, aut aliud dissolutionẽ festinet. Postea uero, si uideatur tibi ꝙ uulnus aliqua indigeat mundicatione, mũdificetur cum melle ros. fa. hordei, myrrha, & terebinthina, quia locus est neruosus, aut cum fortiori mundificatiuo si expediat: Post mũdificationẽ uero, incarnetur ut in pręcedentibus duobus capitulis, aut cum solo thure, ma-

A stiche, & sarcocol. Deinde consolidetur cum consolidatiuis ibidẽ dictis, uel cum solo puluere nucis cypressi, & ablutiõe uini nigri styptici calidi solius, aut cum quo bulliuerit galla, nux cypressi, cortex granati, mastiche & ro sa. Vnde hic aduertas cum diligentia, ꝙ uinum calidum facit adhærere carnes, & eius se iunctas partes ad inuicẽ annectit, firmat, & compactas facit. Si autẽ cũ uulnere stricto et paruo, ut facto a sagitta, fuerit deperditio ossis uel carnis, tunc conare aliquid generare loco ossis, ut cicatrix fiat pulchrior cũ huiusmodi medicamine. Re. thuris, myrrhæ, sarco collę, mastiches, draganti, gum. arab. ireos, nucis cypressi, ana unc. ʒ. aut drac. ij. pulueris fœnugręci, drac. iij. resinæ, terebinthinæ, ana unc. ij. olei myrtini, olei mastiches, ana unc. ij. &. ʒ. ceræ, unc. i. aut. drac. v. dissoluatur ad ignem in cazola, resina, terebinthina, oleum & cera,
B & colentur, & quũ infrigidata fuerint, addantur pulueres supradicti, & optime omnia incorporentur, cõtinuo ducendo cũ spathula. Et non pręsumas ponere hoc medicamen super uulnere, aut in uulnere subito a principio, et nisi postquã obseruaueris regulas rerũ, quæ in principio fieri debent, dictarũ supra sufficienter. Sed ponas super uulnus in principio. mel ro. cum uitello oui, oleo rosa. & croco ut pluries dixi: & hoc usq; ad. iiij. aut. v. dies, nisi fluxus sanguinis te infestet: quia tunc attendas ad ipsius cõstrictionẽ: deinde procede, ut dixi nunc. Post illos uero. v. dies, si maior fuerit mundificatio necessaria, tunc mundifica cũ unguẽto apostolorũ, aut uiridi, aut cum arsenico, redalgar, myrrha, & melle ros. & huiusmodi. Post mundificationẽ uero procede, cum carnis generatiuo & incarnatiuo dicto supra ĩ pręsenti capitulo, aut alijs satis no-
C tis. Post incarnationẽ uero consolida cũ hoc puluere, sup orificio uulneris puluerizato. Reci. nucis cypressi, gallarũ, cortic. granat. balaustij, mumię, ana unc. ʒ. misce, & utere ut dixi, aut cũ sufficienti resina oleo & cera, fac unguentũ secundũ regulas datas supra in præsenti capitulo, & alibi pluries. Si ṽo uulnus fuerit amplum, siue secundũ longitudinẽ, siue secundũ latitudinem, consydera tunc si fuerit facta ossis separatio non totalis, aut multa, ita ꝙ eius partes ad inuicẽ possunt cõduci & annecti, & adhęrere per tempus: & tunc facias suturã, & partium adhęrentiã, ut dicã tibi statim. Si uero os ita separatum fuerit, ꝙ nõ adhęreat secũdũ aliquã eius circũferentiam, aut non teneat se cum osse sano in aliquo loco, tunc remoueas ipm subito in prima uisitatione, si cõmode potes sine dolore grãdi patientis: deinde sue uulnus secundũ regulã datã in pręce-
D denti capitulo: & fac ꝙ partes adhęreãt firmiter ad inuicẽ: deinde procede ut supra tactum est. Et attẽde bene hic, ꝙ si os incisum, & separatũ non totaliter tenuerit se cũ osse sano, ita ꝙ nõ sit temperatũ ab oĩ circũferentia eius: tunc, ut supra tactum fuit, constringe ipsum os & cõduc. & annecte eius partes adinuicem cum sutura tua, secundũ regulam supra datã, & cum plumaceolis, faldellis, ac pulueribus cõfirmatiuis procede, & alijs medicinis dictis supra: deinde firma locũ optime cum binda decenti, ita ꝙ partes ossis sic cõductæ in loco debito stent, si uideatur tibi ꝙ sit possibile hoc: & si nõ, tunc remoueas ipsum os separatũ, dũ est uulnus recens, et nouiter fractũ fuit os ipsum, quia minus infestabitur infirmus pro tunc in ipsius remotiõe, quã si ꝑ tẽpus dimittatur, & postea fuerit necessariũ ipm remouere: nã tunc facies ĩfirmo dolorẽ grãdẽ

ex nouo uulnere, qui in principio factus non fuisset, eo ꝙ natura per tempus iam acquieuerat super ipso osse, & ipsum carnem mouerat: & sic ex nouo dolore illato naturæ, natura turbabitur, & istud erit causa longioris infirmitatis & malæ consolidationis uulneris ac imperfectę. Et attēde hic de sutura & modo suitionis, generale quoddā in omnibus suitionibus, secūdū ꝙ fieri debēt in oī mēbro vulnerato, reqrente ſm formā & figurā diuersimode de sutura: primo ꝙ oīs sutura, melior, et magis durabilis fit cū filo lineo forti et ęquali simplici, aut duplicato, incerato, quā cū seta, quamuis seta subtilior & nobilior sit quā filum: nam filum, et maxime inceratū minoris et tardioris incisionis ac corrosionis est, & maioris durabilitatis in loco illo, quā seta, & propter hoc minoris doloris: & ideo ex hoc eligitur in omni sutura vulnerū: et etiam eligūtur suturæ huiusmodi, quia vulnera circularia tardioris sunt curationis, quā oblonga. Item sutura debet fieri cum acu triangulata, quia facilius penetrat mēbrū, quam æqualis acus. Itē debes consyderare modū suēdi: nā vulnus a quibusdā suitur vt pelliparij suunt pelles, & ista sutura est pulchrioris cicatrizatiōis, vt meo tempore expertus sum. Fit etiā hæc sutura cum nodis & nectatione: nam reuoluitur filū in prima nectatione bis, in secunda semel, ut nodus firmior permaneat: & dimittitur inter nectum & nectum distantia digiti vnius. Fit aliquando sutura per appositionem plumaceolorum & bindarum, ita vt applicentur plumaceoli triangulati, facti ad vulneris formā, labijs vulneris ex utraꝗ parte: deinde extremitates plumaceolorum adinuicem suantur, & sic adducantur ad inuicem labia vulneris distantia & firma remaneant: sed ista sutura nō habet locum, nisi quando parua sutura expediat, & vulnus sit valde paruum, & nō indigeat forti conductura, aut firma: sed parua et debili. Et ex alio etiā ista sutura nō potest fieri in omnibus locis, sed solum in planis & æqualibus. Fit etiā aliquando sutura cum dimissione acuum in loco, circa quas acus reuoluitur filum ter, aut quater, & bene firmatur: et ista nō fit nisi in mēbro magno, sicuti in humero vulnerato: exempli causa, cum casu adiutorij, & eius pendulatione: & etiam quando vulnus indiget forti firma et longa partium conductura, cum adherētia forti partium adinuicem. Et isti sunt magis cōmunes & vsuales modi suitionum, dato ꝙ & alios imaginari possibile sit: sed nō curo ad præsens: hi autem pro nunc sufficiant. Si autem vulnus factum fuerit cum sagitta, consydera subito si sagitta fuerit apparens ad visum, aut non. Si autem fuerit apparens, tunc subito in prima visitatione, mollifica locum & conforta cum oleo ros. pinguedine gallinæ, vitello oui, & croco modico mistis, & actu calidis, si fluxus sanguinis nō infestet, quia tūc subito procede cum sanguinis cōstrictiuis notis, vsꝗ ad eius constrictionem: deinde cum antedicto medicamine vsꝗ ad perfectam sagittæ & loci mollificationem. Et si laici, vel rumores mulierum, & amici te infestauerint vt sagitta subito extrahatur, & tibi cōstet ꝙ parum intrauit membrum sagitta, ita ꝙ de facili, & sine difficultate grādi & molestia infirmi extrahi possit, & sine dolore notabili, tunc ipsam subito extrahe, & si non ista tibi videantur, tunc dimitte sagittā vsꝗ ad diem. iij. vel. iiij. aut. v. Et postea ipsam extrahe secundū modum tibi datum. Et obserua in prima visitatione infirmi regulas principij vulnerū satis notas,

E vt fiat phlebotomia aut vētosatio, & clystere, aūt suppositorium. Et regatur infirmus cum diæta frigida & sicca, & potu frigido, dictis in duobus precedentibus capitulis. Circa vulnus vero non omittatur vnquā vnctio cum oleo rosa. bolo arme. aceto & croco modico: aut cum succis herbarum frigidarum stypticarum, vt succo semperuiuæ, solathri, plantaginis etc. Vulnus vero cum oleo ros. calido mollificetur, ita ꝙ inter cannulam sagittæ & circūferentiam vulneris ingrediatur oleum sicut est possibile. Sequenti vero die accedas ad infirmum, & nisi debilitas, vel aliud impedierit, conare in extrahendo sagittam, hoc modo. Re. cannulam sagittæ inter tenaculas dentales, & eas bene firma, comprimendo bene manus super partem posteriorem tenacularum, vt dentes tenaculæ in canna sagittę fortiter imprimantur, & quum sic feceris, vol

F ue tenaculas a dextris et sinistris: & postea reducas sagittam ad locum in quo primo fuit, aut per quem primo intrauit & sic recte linealiter sine difficultate poteris extrahere sagittam, cum ipsa sagitta iam sibi viam fecerit ex reuolutione per te facta a dextris et sinistris, et econuerso. Qua extracta modo dicto, impleas vulnus cum stuellis stuppeis aut lineis, infusis in oleo ro. vitello oui croco, mistis & actu calidis, non comprimendo multum stuellos: & continuetur vsꝗ ad. iij. vel. iiij. dies: & postea incipe mundificare locum cum melle rosa. terebinthi. fari. hordei, fa. fœnugręci, myrrha, & sarcocol. Nam hoc emplastrum mūdificat, & sedat dolorem. Facta hac mundificatione, seu fortiori si expedierit, incarnetur locus cum puluere thuris, masticheS, sarcocol. & draganti: deinde consolidetur cum puluere nucum cypressi, mumiæ, corticum gra

G natorum, gallarum & huiusmodi: aut cum vnguētis factis cum his pulueribus procedatur secundum ordinem superius datum in alijs capitulis. Si autem sagitta non fuerit visui manifesta, inquire tunc de ea si fuerit in naso aut alibi tentando cum tenta tua, vtrum fuerit in foramine nasi, vel alibi etc. & si eam non inueneris via aliqua, tunc semper mollifica & conforta locū cum oleo rosa. vitello oui, pinguedine gallinæ & croco, donec sagitta tibi manifestetur ad visum, per naturæ vigorem: & si non tibi manifestetur, tunc consolida vulnus, & dimitte sagittam, si uia ista potest uulnus consolidari, & si non uideris per uiam aliquā tūc posse ipsam euelli. Nam multoties, & aduertas bene, sagitta, manifestatur tibi per uiam istam dimissa, a natura ipsa, īmo aliquando natura eius ingenio, eam expellit ad locum conuenientem, ut extrahatur: & tunc

H faciliter & sine difficultate, & patientis molestia grandi, per se extrahitur: aut in tātum quandoꝗ sic dimissa tibi manifestatur, ꝙ infirmus eā per se extrahit, aut saltem medicus cum facilitate. Si autem sagitta nō apparet, sed tibi manifestatur per tactum tētæ tuæ, & ꝑ uisum non: tunc conare ponere in canna sagittæ oleū rosatum, & mollificare totum locum uulneris cū eodem oleo per tempus aliquod: & quum uidebitur tibi ꝙ locus sit mollificatus debite, tunc stude & conare ponere in canna sagittæ tentam cum unco factam, & imprime uncum in foramine cannæ usꝗ ad uacuitatem inferiorem cannæ, tunc reuolue tentam uersus exterius trahendo: & conare cum dicta tenta uncata extrahere sagittā si est possibile: si uero nō uideat tibi adhuc poſſe, tūc redeas ad dictā mollificationē loci, et ad dilatationē foraminis: qm̄ multoties dilatauimus nos

nos locũ sagittæ post illam primã experientiam cum vnco, aut tẽta vncata, cum zegi, vel vitreolo de quo fit encaustrum imposito in foramine sagittæ, aut in quo est sagitta: & post hãc impositionẽ vitreoli vna die, alia die, pcessimus cũ oleo ro. etc. dicto supra: deinde cũ zegi etc. & cõtinuando, donec ad dilatationẽ vulneris cõuenientẽ peruenimus: tũc vero. iij. aut. iiij. die, tentauimus de extractione & cõmotione sagittæ cũ tenta, & eã libere, sine dolore extraximus: et sic facias tu, quia per istã uiam nõ euitabitur quin extrahatur, vel saltẽ medico non manifestetur exitus, vel locus habilior ad exitum. Si vero occulta vel manifesta fuerit barbulata, tunc pone in vtraq; barbula cannulã ænulam, aut cannulã pennæ anseris: et tunc cape cũ tenaculis tuis cannã sagittæ, & extrahe versus extra. Nam tunc extrahendo sagittã non poterunt hæ barbulæ in mẽbris infiltrari, propterea quia cãnna ænea, aut anseris pẽna infiltrationẽ impediunt & prohibẽt. Remota & extracta sagitta modo dicto, tunc pcedatur in cura vt supra dictũ est in pręsenti capitulo. et in aliis. Si autẽ mel ro. myrrha, fa. hordei etc. nõ foret sufficiens mundificatiuũ, tunc mundificetur locus cũ unguento apostolorũ aut viridi, uel cũ huiusmodi mundificatiuo. Re. hermodactyllorũ, asphodelorũ, puluerizatorum, ana vnc. i. redalgar, arsenici, flor. æris, olei ro. vitreoli, ana dra. i. mellis dispumati, unc. i. aut plus vt liquidũ constet, misce & vtere. Post mundificatiuũ, incarnationi et cõsolidationi intẽdas secundũ modum supra datũ. Diæta huiusmodi patientis in principio, sit quæ dicta est in capitulis duobus pręcedentibus, aut mica panis lota multoties in aqua cocta zuccharata, mista cũ agresto aut vino granatorũ: aut sit succus hordei dpuratus cũ zucchato aut eius ptisana, aut dentur ei lactucæ & endiuia, portulaca, & cucurbita, coctæ et elixatæ cũ lacte amygda. dul. & sem. cõmuniũ, aut etiã panatella cõdita cũ dicto lacte: et nullo modo carnes comedat nec vinũ bibat: & hoc fiat vsq; ad securitatẽ apostematis, si patiẽs sit fortis & robustus in virtute, ætate, cõplexiõe, & aliis: Si vero debilis fuerit, tunc dentur ei carnes pullinæ aut hædinæ, vel vitulinæ, coctæ cũ dictis herbis, aut sem. cõmunibus: dentur etiã postea in processu carnes perdicum, phasianorũ, auiũ nemoralium, et non paludaliũ, oua sorbilia, brodia carniũ antedictarũ, mica panis cõdita cũ dictis brodiis cum ouis ĩ modũ brodetti: & breuiter cibaria lenis digestionis pro suo vsu habeat: et in fine vtatur dictis carnibus cõditis ĩ pastello, aut huiusmodi saporibus, cum his speciebus. Re. cĩnamomi electi, vnc. ij. cardamomi, galangæ, macis, gariophyl. nucis musc. ameos, ana drac. 5. croci, dra. ij. fiat ex his puluis, quo utatur in cibis suis. Potus sit a principio, aqua decoctionis hordei cũ zuccharo ro. ueteri, vel huiusmodi potus frigidi & sicci. In fine vero et post apostematis securitatẽ saltẽ, vti potest vino nigro debili aut goreto cũ aqua cocta zucchari rosf. aut cum aqua prunorum dicta, aut cum aqua cõmuni sola zuccharata etc. & sic regatur.

### *De uulnere in substantia oculi cum ense aut sagitta etc.* Cap. IIII.

VVlnera oculi quęcunq; timorosa sunt, propter oculi sensibilitatẽ magnã ac eius nobilitatẽ, & cum cerebro affinitatem: & fiunt vulnera in isto loco quandoq; cũ sagitta apparente, aut alio instrumento

A quandoq; nõ apparente: siue tamen sit apparens, siue non, oportet medicum considerare in regimine loc, percussi cum vnctionibus confortatiuis circa locum r. cum mollificationibus ad vulnus & circa eum, & cis cũferentiã sagittæ in vulnere, & cũ rebus facientibus ad euitationẽ apostematis calidi in loco, & cum diętæ & regimine uitę secundũ ordinem datum in superioribus capitulis, ratione saltẽ principii vulneris. Si aut. sagitta tibi appareat ad visum, ita q; tenaculis comprehendi possit, tunc accipiatur cãnula sagittæ cũ rostro & dentibus tenacularũ, & firmentur bene in canna sagittæ, & reuoluantur a dextris & sinistris cum sagitta sic cõprehensa, et postea cõuertatur sagitta ad locũ suum propriũ, & extrahatur suauiter, sine infirmi dolore & molestia iuxta possibile: & hoc completo impleatur uulnus subito illa hora cũ oleo ro. calido, mi-

B sto cum vitello oui et croco usq; ad. ij. aut. iij. dies, nisi sanguinis fluxus te impediat, quia tunc subito oportet applicare sanguinis cõstrictiua nota vsq; ad diem. ij. aut plus: Deinde procedetur cum medicamine nũc supra dicto, vsq; ad tẽpus dictum ibi: Tertia vero uel iiij. aut. v. die, incipe mundificare locũ cum melle ro. fari. hor. myrrha, sarcocol. fari. fœnugręci etc. uel fortiori mundificatiuo si illud nõ sufficiat, dicto in capitulo pręcedenti. Facta mundificatione perfecta, incarnetur & cõsolidetur locus, vt alias dictum fuit etc. Si vero sagitta nullo modo apparuerit, tunc prius obseruatis omnibus regulis principii vulneris, & de localibus medicinis, & de diæta, & huiusmodi, impleatur vulnus totũ in quo est sagitta, cum oleo ros. simplici calido, & sic facias donec cõstet aliquam fore factam vulneris mollificationem, & tunc cũ tenta tua impul-

C sa usq; ad fundum vulneris secundũ possibile, inquiras de sagitta, & ingenia te inuenire eam cũ instrumẽtis tuis ferreis, & ipsam extrahere, sine patientis dolore iuxta possibibile. Si autẽ vulnus sagittæ non bene per oleũ dilataretur, vt tali modo sagitta extrahi posset, tunc mundifica & dilata os vulneris, primo cum vnguẽto apostolorum aut viridi, aut huiusmodi: deinde dilata cum tenta vel spongia vel de aristolochia, aut medulla milicæ, aut sambuci, siccis, & strictis ad vnum optime: quo uulnere dilatato & mundificato inquiras de ipsa sagitta, & extrahe ipsam si est possibile secundũ modum supra dictum. Si uero extrahere nõ poteris, eam naturæ dimitte ut superius dixi: nam natura suo ingenio & sagacitate mirabili, cum mollificatione loci & putrefactione aliquali, nõ cessabit eã mouere, donec ad locum conuenientioris exitus eam

D reduxerit, & manifestauerit, ita q; infirmus p se absq; medici auxilio, sine dolore poterit illã extrahere quãdoq;: & in isto casu in oculo, in naso, & in coxa, multos nostro tempore uidimus, in quibus sagitta stetit occulte per annum & plus, & postmodum est manifestata, & libere absq; molestia per se, uel cum leui adiutorio medici, exiuit. Non tamen tardes curare uulnus sagittæ quæ sic se occultauit ut dixi supra. Si autẽ oculus inter coniuncturam & corneam uulnus paruum habuerit, factum a uirgula, uel alia re parua & debili, ualet cum acu, frusto ligni paruo, & similibus, tunc obseruatis regulis principii dictis supra de phlebotomia, diæta, defensiuo circa locũ, et de doloris mitigatiuo, subito curetur illud uulnus a principio, usq; ad finẽ cum collyrio qđ statim tibi dicã, & cũ emplo quod dicã post collyrium. Collyrium est ergo tale.

Re.bol.ar.vnc.ʒ.tuciæ,sang.drac.draganti,gu.arab. antimonij,ana unc.iij.terantur optime et cribellẽtur, et misceantur cũ lib.i.aquæ rosa.postea ponatur totũ hoc sic mistũ in ampulla vitrea, quæ suspẽdatur cum filo ad manubriũ caldaris aut lebetis pleni aquę suspẽsi ad ignẽ,& bulliat aqua cum ampulla sic posita, per horam:& stet ampulla ita suspensa vt nõ tangat fundum,nec latera vasis. Hoc facto addatur in ampulla, vini granat.clari, vnc.ij.& dimittãtur omnia per diẽ vnã in sole:& tunc omni die ponantur in oculo duæ aut tres guttæ de isto medicamine, bis ĩ die: quo facto tunc super toto oculo ponas emplastrũ hoc. Re.succi solathri,su.semperuiuæ, su.cucurbitæ, su.citrullorũ, su.cucumeris,su.portulacæ,su.plantaginis,depuratorum a fæcibus suis,ana unc.i.bol.ar.dragãti,gu.arab. mastiches, mumiæ,myrrhæ, ana vnc.ʒ.puluerizẽtur & cribellentur bene,& succis misceantur,& cũ fa.lẽtium,aut hordei si volueris sufficiẽti, fac emplastrum oculo vt dixi:repercutit enim,exiccat et mundificat: & si succi nõ reperirentur quia foret hyems,sumatur aqua ro.aqua plãtagi.vinũ granat.et aqua nenufaris. Collyriũ enim antedictum cũ hoc emplastro, defendit oculum receptione superfluitatũ sua proprietate & frigiditate & stypticitate, & a mala cõplexione calida:cõsolidat etiam ulcera oculorum sua leni exiccatione, frigiditati aliquali coniuncta, & sine mordicatione, cuiusmodi debent esse remedia & medicinæ locales oculorum, vt volunt omnes authores.

*De uulnere in collo cum ense,aut sagitta etc.* Cap. V.

VVlnera quæ fiunt in collo ab ense & similibus, aut fiunt secundũ longitudinẽ,aut secundũ latitudinẽ, & cum hoc aut læditur nuca,aut nõ. Intelligo duo hic per collum partẽ posteriorem gulæ, quæ est a principio nucę superius, vsq; ad septimã spondylam versus inferius spinæ. Si ergo fuerit tale vulnus secundũ longitudinẽ & magnum, & non cum læsione nucæ,nec cum perditione carnis, nec ossis,tunc subito cõducas partes vulneris talis cum sutura facta cum filo cærato, vt in capitulo de vulnere in naso: dimittẽdo in loco decliuiori uulneris aperturã aliquam maiorem,vt exinde possit vulnus mundificari,et sanies expurgari. Et tunc in prima uisitatione,pone in illa apertura vulneris, stuellum aut stuellos, inuolutũ vel inuolutos in vitello oui,oleo ro.et croco,nisi fluxu sanguinis diuertaris ab hoc:quia tunc subito fluxui intẽdas cum sanguinis restrictiuis notis, per diẽ illam vel plus,nõ dissoluendo locum:deinde redeas ad medicamen dictum. Super sutura vero pone medicamẽ confirmatiuũ loci huiusmodi. Re.draganti,gu.arab.sang. draco.aloes,mastiches,puluerizatorum,ana,misce et pulueriza super sutura vt dixi,& circa vulnus ad loci confortationẽ pone bol.ar.cum oleo rosa.aut cum succis herbarũ frigidarum repercussiuarum dictis in pręcedenti capitulo:& super vulnere toto, imposito puluere dicto super sutura, pone faldellã stuppeã inuolutam in vitello oui,oleo ros.et croco,aut in medicamine repercussiuo dicto nunc: deinde ligetur locus cum fascia decenti, & dimittatur sic vsq; ad secũdam visitationẽ. Ante secundã visitationem vero, ordina infirmo largitatẽ ventris & phlebotomiã si expedit. Secũda autẽ visitatione vel tertia, aut secundũ ꝙ tibi videbitur cõuenientius,incipe mundificare locum et confortare cũ melle ros.myrrha,far.hordei & croco,

E & nõ ponas oleum ro.in vulnere plus, quia sua oleaginitate putrefactionẽ auget,et si adhuc uis magis mũdificare locum, quã confortare, tunc adde terebinthinã cum antedictis. Et si ista nõ sufficienter mundificarent locum,mundifica cũ vnguento apostolorũ,aut viridi,etc.& non omitas vnquam de defensiuo circa vulnus. Facta mundificatione,& habita securitate ne apostema supueniat, incarnetur & cõsolidetur locus cum eis quæ diximus in superioribus capitulis.Si vero istud vulnus ita magnũ & longum fuerit cũ deperditione pellis, & non ossis:tunc tua consideratio tota sit in cõfortatione loci circa vulnus cum antedictis,et incarnatione restauratione & cõsolidatione, cum rebus facientibus nasci pellẽ, de quibus in libro quinto tibi copiã satis faciemus, & in pręcedentibus etiã fecimus. Si autẽ vulnus tale ita longum etc.fuerit cũ perditione ossis ex toto separati etc.tunc remoueas ipm

F si tibi videbitur ꝙ per conducturã partium ad inuicẽ non possit per tẽpus ingenio manuali coniungi, annecti,& cõseruari:& tunc sue,cõforta locum circum circa, pulueriza puluerẽ cõfirmatiuum super suturã, mundifica,incarna,& consolida,vt prius. Si autẽ tibi videatur,ꝙ os illud læsum possit in loco illo remanere, & annecti sano ossi, tunc cõducas partes ad inuicẽ cum sutura pellis, & cõprimas partes ossis optime ad inuicẽ vt annectantur et cõiungantur decenter. Deinde conserua ipsas partes sic conductas, cũ pulueribus & emplastris,& plumaceolis,& ligatiõibus supra positis.Sed si fuerit cum deperditione pellis et,ossis,tunc procedas cum restauratiuis ossis, appropriatis, & cũ cõfortatiuis notis,quæ omnia cõfortatiua,debent esse frigida & sicca, vt succi herbarũ dictarum,bol.ar.

G hypocystis,terra sigil.acetosa,et huiusmodi. Restauratiua vero debent esse carnis generatiua, vt est pulvis talis.Re.thuris, mastiches, ana dra.ʒ.dragãti,gu.arab. mumiæ,myrrhæ, ana drac.ij.puluerizentur & cribellentur optime,& super os,orificio vulneris stuellis repleto,puluerizetur:aut cum resina,terebinthi.cera,et oleo sufficientibus fiat vnguentum , secundũ modũ datum in capitulo de vulnere in naso,& alijs etiã capitulis:aut procedatur cum vnguẽto de resina dicto supra.Facta incarnatione cũ restauratione dicta,cõsolidetur vulnus vt prius docui te. Si fuerit istud vulnus cum læsione nucæ,tunc cõsidera bene in mẽbris quæ sunt a læsione nucæ infra, vtrũ amiserint sensum, aut motum,aut nõ, in parte dico aut in toto.Si nõ amiserint,procedas cum cõfortatiuo circa vulnus vt dixi, & in cõductura partiũ cũ sutura,quia dimittere oportet vulnus apertũ in loco vbi est lęsio nucæ,vt nil pu-

H tredinis possit in nuca detineri:& oportet confortare nucã cum melle rosſ.terebint.myrrha, fa.fœnugręci, & croco, mistis & calefactis, & ponere sic calidũ sup loco vno:& ꝓ principio,in loco vulneris vbi relicta fuit eius apertura in sutura:aut oportet cõfortare locum, & dolorẽ sedare,cũ melle rosa.vitello oui,oleo de mastiche,aut de lilio,cum speciebus Mesue descriptiõe,& croco modico,ireos,& sarcocol. Post huiusmodi confortationem et mundificationem,aut maiorẽ si expedit,incarnetur locus & consolidetur, vt notum est. Si vero membra a lęsione nucæ infra fuerint læsa, quia amiserint sensum & motum in toto aut in parte,bene per bonam et diligentem medici curationem,redit sensus & motus, dummodo dico læsio nucæ fuerit secundum longitudinem,& non secundum

latitudinẽ

latitudinẽ. Curetur ergo nuca vt prius dictum est cũ confortatiuis, mundificatiuis, incarnatiuis, & consolidatiuis dictis, & satis notis: nõ omittendo vnquã defensiuum supradictum pluries circa locum etc. Si vero vulnus fuerit secundũ longitudinem colli, sed fuerit paruũ & cum nucæ læsione, & ibi non expediat sutura nec partium conductura violenta, tunc procede in cura directe vt prius dictum est. Si vero fuerit sine nucæ læsione, tunc nõ expedit terebinthina, sed subito a principio cõforta & mollifica locum, seu dolorẽ mitiga cum vitello oui, oleo ros. & croco mistis & calefactis in hyeme: frigidis vero ĩ ęstate: & hoc fiat vsq; ad. iij. vel. iiij. dies: deinde mundifica locũ cum melle ros. sari. hor. myrrha, mystis: aut cum fortiori mundificatiuo si expedierit, pluries dicto. Deinde incarna et consolida vt prius. Et idẽ modus posset obseruari subito a principio vulneris, in omnibus vulneribus supradictis quomodolibet, vsq; ad illos. iij. aut. iiij. dies: deinde cum mundificatiuis appropriatis vulneribus, vt in vulneribus neruorum & nucę, non omittendo terebinthinã cum melle ros. myrrha, & croco. In alijs vero vulneribus nõ neruosis, non ita de terebint. curando: Et hoc dico semper nisi sanguinis fluxus te impediat: quia tunc circa ipsum oportet tuam intentionẽ conuertere vt dictum est in pręcedentibus capitulis. Si vero vulnus colli fuerit ſm latitudinem, & magnum, & ex colli transuerso, tunc statim mẽbra inferiora a læsiõe nucæ infra, amittunt sensum, & pluries motum, et amplius nõ redeunt. Sed propter hoc medicus nõ minus, ĩmo maiori intentione debet curare de cõfortatione nucæ, & eius mundificatione, incarnatione etc. vt supra dixi. Nã sagax & docta natura, cuius sapientiæ nõ est finis. Gale. iij. criticorum. Multoties vita cum instrumentis bonis & necessarijs per medicum, cũ sua subtili, ac a nobis impossibili operatione, facit in mẽbris corporis humani, quod nobis penitus impossibile videbatur. Forti etiã ac bonæ naturæ nil resistit, ac quasi nihil est impossibile, Gale. ij. aphorismorũ aphorismo penul. corporibus humiditas carnes habentibus etc. Confortatiuum vero & mundificatiuũ partim etiã incarnatiuum nucæ sic læsæ, quod debet poni super nuca a principio, vsq; ad eius incarnationẽ, ultra dicta supra post quam per duos aut. iij. dies processeris cũ uitello oui, oleo ros. croco, sit tale. Re. mellis ros. co. drac. iij. ceræ mundæ, unc. 5. thuris, mastiches, myrrhæ, ireos, draganti, gu. arabi. mumiæ, ana drac. ij. olei mastiches, olei spicæ, ana unc. ij. resinę pini, terebinthinę, ana unc. i. dissoluantur cera, ręsina, terebint. & oleum ad ignẽ simul & colentur: & quũ infrigidata fuerint, addãtur pulueres antedicti, et optime cõducantur oĩa cum spathula & incorporentur, & usui antedicto saluentur. Cõfortat enim locum, incarnat, ac dolorẽ remouet a loco etc. Et non negliges etiã in isto casu cõducere partes distantes colli ad inuicẽ cum sutura decenti ac forti, dimittendo forte acus in sutura ut dixi in capitulo de uulnere in naso, & cõfirmare bene cũ puluere supradicto pluries cõfirmatiuo suturæ, & uulnus nucæ nõ relinquere, ĩmo curare proprijs medicinis: deinde incarnare & cõsolidare ut prius si est possibile. Si uero uulnus fuerit secundũ latitudinẽ colli magnum, ut est dictũ, sed nõ cum lęsione nucę a q̃ nimius ac abundãs sanguis exiuerit, et exeat, tunc conducas partes distantes colli cum sutura, usq; ad collum uel uenã a qua fluit sanguis: & tunc cõser-

A ua ipsas partes cõductas, ponendo super suturã puluerem istum. Re. bo. ar. san. drac. terræ sigil. aloes, gypsi, gu. arab. draganti, mastiches, mumiæ, ana unc. 5. terãtur & pulueriżetur super sutura, & tunc cũ stuppis inuolutis in uitello oui & albumine cõquassatis, supius positis, locum bene firma, & liga decenter ut firmus permaneat: sup uena uero potest poni etiã puluis antedictus, et erit bonus cum albumine oui cõquassato, & pilis leporis inuoluto: aut si fortiori medicamine indiges, adde antedictis alumen zuccharinũ, aut rochę, aut aliquando uitreolum: aut pone super uena incisa puluerẽ de mumia, et gypso etc. factum ĩ capitulo de casu & percussione capitis, mistum cũ albumine diu cõquassato, & ĩuoluto pilis leporis ut dixi. Aut pone puluerẽ huiusmodi. Re. raspaturę cannę siccę, et chartæ, mẽbranæ, telæ araneæ, uolatilis fa. molendini, ana B unc. 5. gypsi, aloes, bol. ar. sang. drac. mumiæ, draganti, gu. arab. mastiches, terræ sig. pulueris lateris rubei, pulueris quæ inuenitur ĩ ore furni, pulueris æruginis, & huiusmodi cõstrictiuorum ana, misceantur cũ alb. oui: & pilis leporis, in dicto medicamine inuolutis, locus impleatur: cõprimẽdo cum digitis, & sic firmum tenendo super loco cum digitis tuis per tẽpus, donec uideas sanguinẽ a fluxu cessasse: deinde liga locum decenter cum fascijs etc. Et si per istud medicamen stringatur, bonum erit: sin autẽ, cauterizetur caput uenæ cum cauterio decenti ad illud habente formã rotundã in extremitate sua: & tunc super loco cauterizato pone alb. oui cum aliquo ex dictis pulueribus subito, ut mala cõplexio calida per cauterium inducta, & inducibilis reprimatur: & hoc fiat in prima uisitatione subito: & dimittatur sic locus & non dissoluatur usq; C ad. iij. aut. iiij. dies, secundum q̃ tibi uidebitur de sanguine restricto: deinde procede cum aliquo unctuoso remotiuo escharæ paulatine & non uiolenter: deinde mundifica, incarna, & consolida ut dictũ est pluries. Si uero uulnus colli secundũ latum & transuersum factum fuerit paruum, cum sutura procedas in prima uisitatione, cum restringentibus sanguinem si expediat: deinde cum mollificantibus, et dolorem sedantibus dictis, cum uitello oui, oleo ro. et croco modico: deinde cum mundificantibus incarnantibus & consolidantibus pluries dictis supra & dicendis. Et si forte indigeres dilatione uulneris propter eius stricturam & paruitatem, uel forte propter eius profunditatem, dato q̃ esset parua plaga, tunc sagaciter dilata locum, uitando neruos, arterias, et chordas: deinde procede in cura uulneris secundũ ordinem & modum di- D ctos, & notos. Si uero uulnus in collo, factum fuerit cum sagitta, & fuerit cum læsione nucæ, quod scies, quia membra a uulnere inferius amittunt sensum & motum, aut fiunt sine læsione nucæ, tunc tota intentio sit primo in extractione sagittæ, plane, & paulatine, nõ uiolenter, mollificando scilicet prius locum in quo infixa est sagitta cum oleo ros. pinguedine gallinæ, aut butyro & croco, usque ad. iij. aut. iiij. dies: deinde tentare sagittam suauiter extrahere, reuoluendo ipsam nunc a dextris, nunc a sinistris, modo supradicto in sagitta craneo infixa, cum tenaculis tuis: deinde reducendo sagittam ad locum per quem intrauit, & tunc prouide extrahere illam suauiter si est possibile tali modo: deinde procede in cura uulneris cum regulis & modis supra assignatis pluries. Si autem tibi constet sagittæ extractionẽ per hanc uiam conseq nõ.

posse tunc subito a principio, aut forte postquã per il los.iij.aut.iiij.dies expertus fueris modũ antedictum in extrahẽdo sagittã, dilata vulnus sagittæ, aut saltem eius orificium totũ cũ rasorio, vt libere sine molestia iuxta possibile extrahi possit, vt diximus supra ĩ sagit ta cranei: deinde in cura uulneris procedẽdo vt in capitulis superioribus et in præsenti doctus es. Nã extra cta sagitta subito procede cũ sanguinis constrictiuis si expedit pro visitatione prima, vsq; ad secundam aut forte tertiã diem, prout tibi uidebitur esse securum de sanguinis cõstrictione. Deinde in secunda visitatione imple vulnus cum stuellis inuolutis ĩ uitello oui, oleo ros. & croco modico, mistis, & calidis in hyeme, frigidis in æstate, & hoc etiã vsq; ad.ij.aut.iij.diẽ. Deinde intende ad mundificationẽ & incarnationem vulneris vt supra diximus: postea ad cõsolidationẽ & indurationem vulneris: intelligendo pro induratiua illa q̃ habent remouere duritiẽ in carne, cũ ventositate qua dã in loco pro indignatione generata: vt est myrrha, sarcocol. alu. zucchar. lithargyrũ, cerussa, & huiusmodi, & vnguẽtum apostolorũ, vel viride, vel aliusmodi, secundum ꝙ medico melius videbitur per vsum, quẽ ex talibus contraxerit: & secundũ ꝙ per ea, quæ de die ĩ diẽ sibi occurrerint, videbitur debere aut posse operari. Attende tamen hic, hoc vnũ generale documentum, tã ex parte prognosticationis q̃ ex parte tuæ operationis, ꝙ omne vulnus capitis, postquã ad substantiã cerebri peruenerit, vel ad panniculos eius, uel ad nucã, siue fuerit secundũ latum & transuersum colli, siue secundũ longum eius, aut secundũ radices neruorum habẽtiũ radices a cerebro & a nuca, & maxime a spondylibus costarũ supra, superiorum supra dictarũ, vel ad neruos nobiles, qui sunt in focilibus genu, vel q sunt in adiutorijs & locis alijs determinatis, mortale est, ex parte cognitionis ex scientia & theorica speculatione contractæ: Nã hęc loca propter affinitatẽ quam habent cum cerebro, vel cõtinuitatẽ cum eo neruis mediantibus cerebrum etiã alijs mẽbris cõpatitur, & læditur læsiõe ipsorum: ex cuius cerebri læsione, destruitur, aut diminuitur, aut aufertur sensus, & motus, qui in vita necessarij sunt: & cum sint in vita necessarij, ergo per destructionẽ sensus, & motus, contingentẽ ex vulnere partiũ supradictarũ, mors totius corporis sequitur necessario. Sed quãuis amice, istud dictum sit scientiale, nõ tamen mihi videtur bonum, nec vtile, nec honestũ, vt medicus in huiusmodi casibus se desperet, nec a medicatiõe rationabili desistat. s. operando circa infirmum secundũ decẽtiã & possibilitatẽ suam: ac teneret & speculetur, si posset infirmũ cum sua cogitãtia, ac imaginaria speculatione, ab huiusmodi casu desperato liberare: eo ꝙ natura sapientissima occulte, ac ingenio subtilissimo, in his, quę dico videntur impossibilia apud hominẽ, quandoq; procedit, et ad finem optimũ se perducit, adiuta cum instrumentis paratis per medicum rationabilibus & decẽtibus, ĩmo multoties sine medici auxilio aliquo, hoc facit docta et sagax natura. Et attende hic bene, ꝙ medicus semper debet in talibus casibus vti prognosticatione circa infirmi parentes et amicos, ne ab eis, et ab alijs laicis popularibus detrahatur: & ne malã de eo habeant pręsumptionẽ, propter suam ignorantiã, dicẽtes eum nõ sciuisse, nec cognouisse morbum, nec infirmi dispositionẽ, ex quo nihil circa hoc prognosticatus fuit: quia si infirmus liberabitur postea ꝑ tuã

E prudentẽ operationem una cũ natura, prognosticatione & desperati morbi huius narratione ad eius parentes & amicos, tunc tui fama extolletur & crescet, propter finẽ bonum, quem cõsecutus fueris ad hoc. Et ad maiorẽ confirmationẽ istorum casuum & euentuum, uolo ponere tibi exempla vera & conuenientia circa hoc, in quibus a principio morborũ vsq; ad finẽ et ad bonũ finẽ produxi. Vidi & in cura habui quendã de Cremona nomine Lazarinum, uulneratũ in capite cum ense aut ronchone, vt mihi relatũ fuit: & profundatum fuit uulnus vsq; ad substantiã cerebri medullarẽ: & erat vulnus secundũ longitudinem capitis super uertice ab anteriori parte frontis, vsque ad mediũ capitis uersus occiput: & statim quũ istum uidi, remotis pilis capitis, ut dixi in capitulo de cura uulneris cranei: & facta mundificatione sanguinis &

F abstersione, & quarundã partiũ ossis incisi separatarũ ab osse sano & nõ læso, facta remotione per me cum meis instrumentis: & dum uidi clare & patenter uulnus totũ, tunc certe subito prognosticatus fui de eius morte: et facta ligatione secundũ regulas supradatas, desperatum casum & mortem infirmi prędixi parentibus & amicis eius: & pro tunc eum dimisi. Tertia uero die post percussionẽ, incurrit infirmus paralysim uniuersalẽ totius corporis, & emittebat superfluitatẽ primæ digestionis & secũdæ in lecto insensibiliter, & stetit iste bene per.vij.dies, ꝙ nõ comedit, ut mihi retulerunt astantes, sed ꝙ bibebat aquam frigidã crudã cum zuccharo ros. ueteri, aliqñ coctam sic zuccharatam: Sed propter ista apparentia non steti quin omni die ipsum solicite visitarẽ & curarẽ secundũ modum & ordinẽ datos supra. Et tunc post aperitionẽ paraly

G sis.vi.die potuit comedere, & petijt, & tunc feci parare brodium pullæ paruæ, & exhibui, & potum superius narratum, et nullo modo uinũ: & breuiter ĩ mundificatione & abstersione cerebri & uulneris processi secundũ regulas et modos datos in capitulo de uulnere in capite, & sic breuiter cum instrumentis medicinalibus, ita aliqualiter natura tãdiu laborauit, ꝙ restitutus fuit pristinæ sanitati: & in ueritate uixit etiã.xx. et pluribus annis post: & in simili casu multos curaui, diuino & naturæ auxilio principaliter operante. Vidi alium hominẽ uulneratum cũ sagitta ĩ nuca in collo, fratrem Henrici cinzarij de Cremona, qui statim post percussionẽ amisit sensum & motũ in omnibus membris ab illa parte nucæ uulnerata inferius: ita ꝙ ĩ superfluitatibus primæ & secundæ digestionis peccabat quotidie ĩ lecto ĩsensibiliter. Curaui breuiter ipm

H narrata desperatione uitæ eius, & mortis prognosticatione cum parentibus: et taliter eum reduxi ꝙ cum duobus baculis ire poterat per ciuitatem, et vixit adhuc per.x.annos. Iterũ uidi Cremonę quendã nomine Gabrielẽ de prolo, uulneratũ in crure super focile cum sagitta, quæ perforauit vsq; ad os, & non læsit os: & fuit sagitta arcus ut mihi narrabatur: & breuiter cum omnibus instrumentis et medicinis, ita natura non potuit defendere, quin rigor superueniret fortis et fere mortuus fuit per mẽsem in ueritate. Scias ergo ꝙ rigor superueniens uulneri cerebri, nucæ, in cerebro, aut nuca, aut neruis nobilibus, aduenisse significat & sepe futuram mortem. Sed si febris cum vigilijs, destructiõe appetitus, grauedine corporis totius, mortẽ, sine dubio, ꝑdicit. Si autẽ superueniret fluxus uentris nõ deficiente febre, nec rigore, & iterũ istud significat

gnificat mortem. Sed si beneficio fluxus ista remouerentur & cessarent, tunc non significarent malum. Sed bonũ potius & naturæ uigorẽ super infirmitate, & eius causam. De diæta uero in isto casu rõne principij, medij, & finis, in superioribus capitulis, secũdum ꝙ in oĩbus uulneribus cõpetit, satis dictum est, & de potu ẽt: ideo non repetam. Sed scias ꝙ uinum magis inimicat cerebro & neruis, q̃ aliud quod esse possit: unde fac abstinere ĩfirmos a uino pro posse, taliter læsos, quia bene sibi erit: nisi consuetudo infirmi ad vinũ, aut senectus, aut uirtutis debilitas, uel hmõi aliud, te induxerit ad ipsum sibi tpato usu consentiendum.

*De uulnere in aure cum ense aut sagitta &c.* *Cap. VI.*

Qvum vulnera fiunt in loco auris, vel circa aurem, tunc certe timendum est de læsione cerebri, aut partium eius intrinsecarum, ex quorũ omniũ læsione vt plurimum sequitur mors. Timendum est ẽt de læsione nerui auditus: Nam per eius læsionem priuatur homo auditu, quod inutile & malũ grãde est in vita eius: Vnde propter aduentum istorũ euitandũ, contingentem qñq; propter vulnera facta in dictis locis vel cum ense, vel cum sagitta aut huiusmodi, oportet medicum prudentem, subito a principio speculari, ac subtiliter inuestigare de prædictis ne propter ignorantiã inquisitionis, ipsa accidentia contingant in fine: quæ postquã contigerint incurabilia sunt, vel saltẽ difficilia curari, & raro pro certo, et medici ignorãtiæ imputatur. Consideret ergo subito in primis visitationibus, in natura vulneris & eius figura ac in modo percussionis, per viam inquisitionis cũ instrĩs suis, & cum inquisitione infirmi & astantium, cum antecedentium ẽt diuersorum apparentia: Nam per talem inquisitionem poterit recte venire ad vltimum læsionis vulneris & malitiæ eius: & tunc secundum eius malitię indigentiã in cura procedat. Si ergo tale vulnus cum ense vel similibus, fit tantę magnitudinis, ꝙ indigeat partium cõductura per suturã, tunc ad inuicẽ debite conducãtur & suantur, vt in capitulo de vulnere in naso & facie: & ponatur super sutura puluis cõfirmatiuus suturæ & conseruatiuus ibidẽ dictus: & circa vulnus ponaẽ defensiuum pluries dictum, & in ore uulneris recentis solitũ: Prima die & visitatione, ponantur stuelli inuoluti in mollificatiuo & doloris mitigatiuo pluries dicto de vitello oui, oleo ros. & croco, nisi sanguinis fluxus infestaret, qa oportet fluxui intẽdere per prius: deinde procedere vt dixi nunc vsq; ad. iij. aut. v. diem: deinde cum mũdificatiuo leui prius, & confortatiuo loci, pluries dicto, facto de melle ros. far. hord. & myrrha: qñq; etiã de melle ros. terebinthina, sarcocol. myrrha, & alum. ro. pauco: & hoc dico, quum maiori indiget vulnus mundificatione: aliqñ cum vnguento apostolorum, vel uiridi, ſm ꝙ fuerit necessariũ fortioribus. Obseruetur regula & ordo cũ hoc requisiti a principio cuiuslibet vulneris, saltẽ notabilis, de phlebotomia, aut scarificatione, clysteri, vel suppositorio, dictis supra. de diæta etiam in cibo et potu, dicta supra, bibat enim aquã decoctionis prunorũ damascenorum, & iuiubarum siccorum, cum zuccha. ros. Nam ista aqua lenit ventrem, & non permittit fumum aut uapores ad caput ascendere, sua frigiditate: & alij ẽt potus supra dicti, boni sunt & meliores, saltem in cõfortatione oris stomachi, & appetitus, qui vt plurimum in hmõi casu deicitur: & optime ẽt defendunt tales potus, ne fumus ac uapores ad caput ascendant, sed non leniunt uentrẽ, vt aqua prunorum supra dicta. Si aũt uulnus paruum fuerit, ita ꝙ nõ indigeat partium cõductura cum sutura, tũc directe procedatur vt supra dictum est, præter ꝙ non fiat sutura: & obseruenẽ in isto casu regulæ de phlebotomia si expedit aut uentosatio, de clysteri, diæta in cibo & potu, defensiuo, mollificatiuo, doloris sedatiuo in uulnere, & cõfortatiuo loci & mundificatiuo leni, & mũdificatiuis fortibus si expediat, de incarnatiuis & consolidatiuis: quæ dicta sunt supra in capitulo præsenti, & alijs supius. Si uero tale uulnus sit cum sagitta factũ: et uisum fuerit tibi ꝙ penetrauerit vsq; ad cerebrũ sagitta, considera bene antequã extrahas eam: Nam scias ꝙ tunc non põt esse, quin infirmus in breui, incurrat aut alienationẽ & vomitum, aut uigilias superfluas, aut tremorẽ, aut debilitatem sensus & motus, aut agitationem cum dolore intolerabili, quod est signum spasmi, & mortis finaliter. & quum incurrit rubedinẽ oculorum cum quadam fuscitate & cõcauitate circa oculos, est signũ certius. Quum aũt fueris certus per hæc signa, & ꝑ tuam solertem imaginationẽ, & per coniecturã cõtractam ex modo percussionis & ꝑforationis sagittæ per narrationem amicorũ infirmi, aut aliorum, ꝙ cerebrum isto modo fuerit læsum, siue extrahas sagittã, siue nõ, periculum est mortale: Sed nobilius & artificiosus est eam extrahere, quia uidebitur quædam ignorãtia & uilitas tuæ artis, & operationis debilitas, si ipsam stare dimiseris: extrahaẽ ergo suauissime, seruata solẽnitate dicta supra de modo extractionis eius, quãuis ad talis sagittæ extractionẽ ad cerebrum perforãtis, exalatio spiritus aĩalis & caloris naturalis q̃plurimũ consequatur, & syncopa multoties irreparabilis & mors. Antequam ergo ad talem extractionẽ vel aliquam eius cõquassationẽ deuenias, mollificetur subito locus sagittæ cum oleo ros. pingued. gallinæ, & croco modico: & tunc dilatetur uulnus sagittæ cum rasorio quantũ possibile fuerit, vel instrĩs alijs ferreis capitalibus tuis, ita vt eam libere extrahere possis suauiter iuxta possibile: qua extracta subito procede cum mollificatiuo, & doloris sedatiuo, pluries dicto. s. cum uitello oui, oleo rosa. & croco, nisi fluxus sanguinis te impediat: & hoc dico, siue sit penetrans vsq; ad cerebrum, siue non, siue ad neruum auditus, quod scies per auditus amissionem, & tactum sagittæ. Deinde mundificetur uulnus, incarnetur & consolidetur, ut alia uulnera: Diętam ẽt dictam per totum tempus suæ infirmitatis directe obseruet, & specialiter infirmũ a uino abstinere facias semper, saltem vsq; ad securitatem aduentus apostematis calidi, nisi debilitas uirtutis, aut aliud, te cogat ad cõcedendũ ei uinum: quia nil est q̃d ita subito & ĩmediate cerebrum & neruos percutiat sicut vinum, immo & apostema properat ad caput læsum, & neruos, & propter hoc bonum est et utile infirmo abstinere: immo certe & sanis utile est & honestum, ipso vti moderato & temperato vsu.

*De uulnere in gula cum ense aut sagitta &c.* *Cap. VII.*

Scias ꝙ uulnera facta in gula cum ense uel huiusmodi, aut sagitta, siue in longũ, siue in latum, ualde timorosa sunt, tum propter cãnam pulmonis quæ trachea arteria uocatur: tum propter uiam & cãnam stomachi, quæ meri uocaẽ, aut æsophagus: quæ cãnæ

in gula locatæ sunt manifestę. Cum ergo ꝓpter duas venas magnas: quæ guides appellatæ sunt ab authoribus, quæ sunt a dextris & a sinistris ipsius cannæ pulmonis in manifesto gulæ: super qbus duabus guides transeunt duæ arteriæ magnæ etiam, quæ sunt duę uenæ, & arteriæ duæ ad pulmonē & cor īmediate distinguuntur & diriguntur: ex quarū vulnere, nocumentum pulmoni & cordi subito cōicatur propter compassionē ipsorum ad illas uenas & arterias ex affinitate & colligantia quā habent ad illas: nam tunc sanguis ex pulmone ad cor effunditur & conculcatur, impediens pulmonē in suo motu necessario pro vita: & calorē in corde suffocat & extinguit, vt fit in omni alio subito humorū cursu, & conculcantia ad cor, ex quo subito mors inducitur. Sed vulnus cannæ pulmonis & stomachi etiā, est timorosum, quia canna pulmonis, læsa, cōsequitur nocumētum & impedimentum in expulsiōe fumorū capinosorū, & superfluitatum aeris attracti, non necessarij nec cōuenientis ad cordis euentationē. Sed nocumentum cannæ stomachi, impedit transitū cibi & potus, et per cōsequens nutrimēti totius ad stomachū per cuius assumptionē, vita cōstat, & per eius defectū, deficit. Et propter hoc aduertas, ꝙ nō sic cito, nec taliter, vulnus cannæ stomachi interficit, sicut cānæ pulmonis: quia natura hominis et vita lōgius stare pōt et expectare sup defectū cibi, quā super defectū & aeris denegationē, necessaria ad cordis calorē euentādū, et fumū capinosum expellēdum, & superfluū, & inconuenientē. Et ad confirmāda iudicia ista, facta super vulnera gulæ in locis determinatis & cibi, narratis nunc: ponā tibi exempla, quæ temeraria possent hominibus apparere: Sed in veritate, mihi & multis cū operationibus manualibus manifesta fuerunt, vt scribā. Vidi quendā. D. Bonifaciū, nepotē. D. vberti Marchionis palauicini, qui vulneratus fuit cum sagitta paruissima debili in guidē a latere, sinistro, iuxta tracheā arteriā in manifesto gulæ, & ab illo vulnere non exiuit nisi gutta sanguinis in modū stillicidij, & nō penetrauit per aliquid intus, nec adhęsit, nec applicata fuit in loco, vt aliquo modo staret, aut firmaretur ī gula, & breuiter mortuus fuit ille eadem hora coram me: nam denigratus est subito locus vulneris, & circa eum: et habuit rugitum ipse in canna, vel sonitū, uelut oregmonē vsqꝫ ad finē uitæ eius: consideraui ꝙ illud foret ꝓpter venenositatē sagittæ, vel aliud venenū. Sed inueni per relationē & inquisitionē etiā meā cum instrumētis meis ferreis ꝙ nō fuit venenū: Sed certe id ei euenit ob nocumentum pulmoni & cordi cōicatum per venā & arteriam, deferētes sanguinē & spiritū ad illa mēbra, & ab ipsis ad caput, ita ꝙ ex affinitate & colligantia illorum mēbrorum adinuicem, suffocatio caloris et spiritus in corde consequuta est, & sic mors cito. Cogitauerā. n. phlebotomare ipsum de duobus brachijs, vt sanguis ad aliam diuerteretur partē, & vt nō transiret ad pulmonem & cor, suffocaturus spiritum vitalē, ac innatā calidítatē cordis, ut fecit, sed breue tempus ut dixi, opus pręcogitatū impediuit. Vidi aliū q vocabatur Sarsus, & erat homo curialis, qui fuit percussus corā me ab vno milite cum acie manus ludendo, in trachia arteria, & circa venā guides, & subito cecidit in terram tanquā mortuus, & stetit sic quasi per horā, & in veritate iudicaui ipsum mortuū per ea quæ mihi apparebant, sed pur remāsit in eo aliquis anhelitus, quasi sen-

E sibilis, & finaliter redijt natura eius, & reuixit, ac sanus fuit. Vidi iterū aliū quendā carceratum in ciuitate Cremonæ, qui per desperationē sibi cannam pulmonis secauit cum cultello vno suo, & cannā etiā stomachi, ita ꝙ hora comestionis & potus, exibant per vulnus cibus & potus, & aer etiā manifeste hora respirationis a vulnere exibat: & tunc ego vocatus ad hūc subito cōduxi partes vulneris ad inuicē cū sutura secundū viam decētē vt in capitulo de vulnere in naso & facie, & cōfirmaui bene suturā cum puluere cōseruatiuo dicto ibidē, & cum faldellis & plumaceolis stuppis in albu. oui & dictis pulueribus mistis, inuolutis, super toto vulnere firmiter cum fascia ligatis. Deinde processi continuando in eius cura secundū regulas & modos tibi supra datos, & curatus fuit in mense vno, & uixit diu post: sed scio ꝙ in sectione illa nō læsit venas illas, quæ guides dicuntur, nec arterias q̄ sub

F eis locātur, quia tunc pro certo nō vixisset. Vidi iterum quendā militē de Bergomo, qui percussus fuit in quodā exercitu, ī quo etiā ego erā, satisqꝫ iuuenis erā, cū sagitta magna de turno, q̄ intrauit gulā ex parte dextra gulæ, apud guides, sed nō læsit aliquo modo guides, & perforauit vsqꝫ ad spathulā sinistram totā gulā penetrādo: & tunc ego sagittā extraxi manibus meis cum obseruatiōe solennitatis dictæ in capitulo de uulnere in capite cum sagitta: & inde processi in cura uulneris secundū modū pluries dictū, et perfecte curatus fuit, & vixit longo tempore post, & habui salariū bonum & solutionē. Consydera ergo amice in vulneribus gulæ, & optime speculeris, factis cum ense & similibus, aut sagitta, siue secundū longum, siue secundū latum, & si fuerint magna valde, tunc conducas et ad

G iungas debite partes cum sutura decenti, & firma eas cum pulueribus dictis cōseruatiuis suturæ: & os vulneris quod apertū dimisisti in sutura mollifica prius & mitiga: deinde mundifica, incarna, & consolida vt prius. Et cum hoc obserua regulas de diæta in cibo & potu, dictas supra. Si vero fuerint parua vulnera, procede in eis sine sutura secundū ordinem tibi supra scriptum. In extractione autē sagittæ expecta tēpus si est possibile, & si tibi videtur posse differre, donec locū sagittæ, & vulneris latera debite mollificaueris cū antedictis, & maxime si in eius extractione tibi videtur dubiū, aut propter sagittæ magnitudinē, aut propter locum læsum, & eius situm & compositionē, & tunc ipsam postmodū extrahas, aptando locum, tā ex parte dilatationis si expedit, q̄ ex parte mollificationis & confortationis eius cum antedictis. Quo facto extra-

H hatur decenter & paulatine sagitta modo supradicto: & subito impleatur vulnus cum oleo rosa. & vitello oui, & croco modico, vt dixi pluries, nisi sanguinis fluxu impediatur, quia tunc ei intendas in prima visitatione: deinde redeas ad nūc dictum modū vsqꝫ ad. ij. aut. iij. dies: deinde mundifica, incarna, & consolida secundū regulas tibi supra assignatas de hoc, vsqꝫ ad curæ perfectionem.

*De uulnere in humero & spathulis cum ense aut sagitta etc. Cap. VIII.*

VVlnera huius loci timorosa sunt ualde propter nodū et iuncturā, et propter affinitatem etiam ipsius loci cū nuca & neruis magnis venientibus a cerebro ad illa loca: & etiā quia locus iste est valde dolorosus ob illā causam, & sensibilissimus: & ob istā causam

tam multum de leui apostemetur iste locus cum vulneratur, cuiuscunq; generis fuerit vulnus: fit tamen febris vt plurimũ in isto loco vulneratis, quod quidẽ accidit ab omni debili causa intrinseca & extrinseca, & significat illud spasmum futurũ & mortem: & hoc etiã significat talis rigor cum febre fortius in vulneribus capitis, siue sint cum fractura cranei siue non, sed fortius & verius si sint cũ fractura. Nam rigor in vulneribus neruorũ notabilium nõ fit, nisi ex cursu materiæ ad locum vulneratum debilem ex vulnere: quę materia cum inueniat tũc cerebrũ & caput totum & neruos, & mẽbra neruosa omnia, & sensibilia vulnerata, debilitata, et vt sic dicam, stupefacta ex vulnere, spargitur per neruos totius corporis cõmunes toti: et tunc inducit rigorẽ sua incõuenientia & difformitate ad ipsos, & ad caliditatẽ ipsorum naturalẽ & innatã: B & si illa materia multiplicatur, & multũ fluit, & conculcatur, tunc illos neruos implet, & spasmũ causat, extendendo illos &c. aut colligitur hęc materia in loco vulnerato, & causat apostema: & si sua multitudine ebulliat, aut putrefiat, tũc causat feb. Et si per vlcera mẽbrorum neruosorũ fit spasmus, propter dolorẽ fit attrahentẽ materiam & illam conculcantẽ in loco, et propter debilitatẽ membri, inductam ex solutione continui, & ex alteratione cõplexionis membri, quæ duo ponũt in mẽbro vlcerato, faciuntq; vt sana mẽbra & fortia ad ipsum expellãt omnẽ superfluitatem illorũ. Continuatur enim hic locus cũ spina, mediante cartilagine ossis spathulę, & cum thorace mediante osse furculæ, & cum cerebro mediãtibus neruis ab ipso descendentibus, mouẽtibus ipsum humerum ad diuersas partes. cõtingit enim hunc locum vulnerari cum spatha, lancea, et similibus secundũ longũ, & secundum latum, vt alia membra & partes corporis, et cum sagitta. Si ergo fuerit secundũ latum aut lõgum, & fuerit magnũ vulnus, ita ꝗ indigeat partium conductura per suturã, tunc suatur secundũ aliquem modorum dictorum in cap. de vulnere in naso & facie, prout tibi apparebit de magnitudine eius, aut figura decẽter, dimittendo semper in loco decliuiori vulneris, & magis apto expurgationi saniei, os apertum, vt exinde possit exire & expurgari: et super suturam ponatur hmõi puluis. Reci. san. dra. bo. ar. dragãti, aloes, mastiches, gum. arab. ana. Pro prima visitatiõe in ore vulneris ponantur stuelli stuppei vel linei inuoluti in vitello oui, oleo ros. & croco, vt pluries dixi vsq; ad duos aut tres dies, nisi impediaris a fluxu sanguinis, quia tunc ipsi prius intende: deinde fac vt dixi, postea D mundifica primo locum cum melle ros. vitello oui, myrrha & croco mistis: postea adiunge his terebinthinam, sarcocol. & alu. ro. & hoc si maiori indiges mũdificatione: & adhuc si indiget fortiori mũdificatione vulnus, mundifica cum vnguento apł'orum, aut viridi, dictis supra. Et hoc fiat maxime cum securus fueris de apostemate calido ne superueniat mẽbro vulnerato. Circa locum vero nõ omittas vnquã ponere bo. ar. cum oleo ro. aceto, & croco modico, aut cum succis herbarũ repercussiuarũ dictarum supra. Facta mũdificatione perfecta, incarnetur locus & cõsolidetur vt alias: & attẽde, vt nõ festines in tali loco, aut similibus nodosis, chordosis, aut neruosis, consolidatione, nisi prius fuerit bene mundificatus & expurgatus locus a superfluico snioso. Cum autẽ vulnus paruũ fuerit, non indiges conductura partium, sed fiant oĩa

A quæ dicta sunt nunc supra, pręter suturã, ex quo partes non sunt multũ seiunctæ, nec puluis cõseruatiuus suturæ superponatur. Si vero vulnus factũ fuerit in tali loco cum sagitta, tũc subito si nõ potes sagittę extractionem differre, mollifica locum cũ oleo ros. pingued. gallinę, & croco modico mistis, & actu calidis, vsq; ad sensatã loci mollificationẽ, & sagittæ: Deinde si non poteris alia via illam extrahere, tunc dilata vulnus sagittę cum rasorio: & postea eam cum tenaculis suauissime extrahe secundũ modum vt in cap. de vulnere in capite cum sagitta. et deinde imple vulnus cũ stuellis infusis in oleo ro. croco, & vitello oui, nisi sanguinis fluxu impediaris, quia tunc primo illi intende, deinde fac vt nunc dixi vsq; ad. iiij. vel. v. dies: deinde mundifica locum vt supra in pręsenti cap. Et si caro quędam mollis vnctuosa cresceret intra vulnus, tũc exicca & cõsume eam cum vnguẽto apostolorũ, aut alio forti corrosiuo, de quibus fecimus mẽtionem in cap. de fistula in cõmuni. Facta mundificatione, incarna, & consolida vt prius, nõ omittendo defensiuum supra dictum. Et nec hic omittas saltẽ in uulnere magno, generalia in principio uulnerũ semper attendenda. s. sanguinis extractionẽ, uentris largitatẽ, & hmõi. Dięta etiã sit pręcise ut dicta supra. vsq; ad apostematis securitatem saltem: postea potest audacius vinum concedi in isto casu post securitatem dictam, ꝙ in vulneribus capitis: imo audacter in isto casu pro tũc concedatur uinum infirmo lymphatum tamen.

*De uulnere in adiutorio cum ense, aut sagitta &c.* Cap. IX.

QVando vulneratur adiutorium ex trãsuerso, cum ense vel huiusmodi, vt plurimũ inciduntur musculus & chorda mouentes brachium C totum, & brachiũ amittit motum & girationem eius consuetam & utilẽ toti corpori ac necessariã, et tũc cadit & inclinatur manus in nodo rasetæ, & non recipit restaurationẽ, aut refirmationẽ, & hoc quia incidunt quidam nerui sensibiles, & motiui ex transuerso, aliquando ex toto, & sic pars inferior brachij a uulnere infra, amittit motũ & sensum totaliter, aliquãdo solũ secundũ partem inciduntur & nõ totaliter, & sic pro parte motus & sensus amittuntur, & nõ ex toto: imo cum non ex toto incidũtur, aliqñ membrum per bonam ac rationabilẽ et solicitam medici operationem, sensum recuperat & motũ, vt in opere mihi contigit. Contingunt etiã qñq; ista accidentia ex uulnere facto cum sagitta, musculum aut lacertũ, toti brachio communẽ perforare totaliter saltẽ in eius extremitate, & chordositate. Si aũt uulnus in isto loco, factum fuerit cum ense, cultello, & similibus secundũ longum brachij, tunc nõ erit dubium de amissione sensus aut motus brachij ut prius: quia non continget illud nisi forte per errorem medici aut infirmi insipiẽtiã circa uulnus & defectũ. Cum ergo uulnus in isto loco factum fuerit ex transuerso, & magnũ, ita ꝗ indigeat partiũ conductura cum sutura secundũ aliquẽ ex modis scriptis in cap. de uulnere in naso & facie, prout tibi uidebitur expedire cura secundũ complexionẽ & figurã membri, & uulneris magnitudinẽ: Deinde conserua suturã cũ puluere pluries dicto: & mollifica locum uulneris & orificij quod dimisisti apertũ in sutura, vt sanies generabilis expurgetur, & dolorẽ mitiga cum mollificatiuo & doloris sedatiuo pluries dicto. s. cum

vitel.oui,oleo roſa.& mod.croco, vſq; ad.iij.aut.v.
dies,niſi fluxu ſanguinis moleſteris,quia tunc pro pri
ma viſitatione illi intende:deinde ꝓcede vt dixi nũc:
deinde mundifica,incarna,& conſolida vt in præce-
denti capitulo,& non omittas defenſiuũ ex oleo roſ.
acero, bol.ar. & croco,aut cum ſuccis frigidis reper-
cuſſiuis dictis ſupra, circa uulnus:& ſi ab hoc uulnere
abundans ſanguis exiuerit & exeat,conſtringas eum
iuxta poſſe, nec expedit tunc facere phlebotomiam,
nec ventoſare:quam tñ fieri facias, ſi multum nõ exi
uerit,aut ventoſationẽ in ſpatulis vel naticis, ſm ꝙ ti
bi videbitur de conſenſu uirtutis & alioꝝ fieri poſſe:
& non omittas uentris largitatem, aut naturæ ſolius
bñficio, aut clyſteris ſeu ſuppoſitorij, ſi natura ex ſe
operari nõ poſſit, bis in die,aut ſaltem ſemel. Si vero
uulnus fuerit paruum ex tranſuerſo brachij, tunc cõ
ſidera multitudinẽ & paucitatem ſanguinis qui exi-
uit,cõplexionem ac cõpoſitionem infirmi, & alia:&
tunc procede ſecundũ conditionem tibi apparentem
directe vt ſupra dictũ eſt,niſi ꝙ non eſt ſutura neceſ-
ſaria nec puluis conſeruatiuus ſuturæ. Si vero fuerit
uulnus in iſto loco ſecundum longum, ſiue paruum,
ſiue magnũ, procedas in cura eius cum obſeruatione
regularum de conditione loci, & temporũ uulneris,
vt dictũ eſt tibi ſuperius ſatis diffuſe. Si aũt nerui ſenſi
biles & motiui,inciſi fuerint ex tranſuerſo, aut ipſoꝝ
aliquis in toto aut in parte, certe non mihi diſplicet,
immo laudo, vt partes neruoſæ inciſæ ad inuicẽ con
ducantur & adiungantur cum ſutura,ſecundum mo
dum & canonẽ dictum de ſutura carnis & pellis : qa
quum natura inuenerit hanc conducturã a medico fa
ctam,tunc certe melius ac facilius continuari poterit,
& ad inuicẽ inuiſcare ac annectere partes cum ſutura,
& fient membrum & cicatrix formoſiores. & ſi quis
uellet dicere,& obijcere hic de dolore acus inducto ꝑ
ſuturã & puncturam eius in neruo, certe hoc nihil eſt
dicere,quia per appoſitionẽ olei roſ.calidi cum uitel-
lo oui & croco, ſtatim remouebitur dolor inductus
ſuper partes nerui ſutas:& confirmationẽ hmõi con-
trahere potes ex reſtauratione oſſis fracti:nam quum
reſtaurator conducit partes oſſis fracti ad inuicẽ cum
ſuis manibus, & eas bene continuat & annectit iuxta
poſſibile,& ſic cõductas decenter cum bindis ligat et
firmat,quod idem eſt quaſi in ſutura nerui ſoluti, tũc
natura melius,citius, ac facilius porum ſarcoidem ibi
dem generat,ſeu ligamentũ,partes oſſis annectens ad
inuicẽ ſeparatas ſimul:& cum quo illę partes oſſis fra
ctæ & ſolutæ ad inuicẽ alligãtur:& fit per hoc forma
membri & cõpoſitio,ac figura,pulchrior,et ad ſuam
naturalẽ et priſtinam figurã cõuertitur facilius. & ex
hoc apparet manifeſte,ꝙ ſermo dicentium,ſi neruus
in hoc loco & ſimilibus ex trãſuerſo incidatur, & ſol
uatur ſecundũ partem vel medietatẽ eius,anteq̃ con-
tinuetur, debet incidi per totũ:& poſtmodũ debent
partes cõtinuari & cõiungi cum aliquo modo magis
poſſibili, aut ſuendo carnẽ & pellem,& nõ neruum,
aut nil ſuendo,ſed ſolũ cum ligatura et compreſſione
partes illas ſeiunctas coniungendo iuxta poſſibile:eſt
erroneus & puerilis, ĩmo præter naturæ intẽtionem:
Qui enim hoc facit, inducit in naturæ operatione, &
artificiali medici,laborem lõgiorem & difficiliorẽ,&
infirmũ non excuſat nec defendit a doloris multipli-
catione:& propter hoc ponit & facit in mẽbro quod
continuari poterat, gratia partis ſanæ, & non inciſæ,
E quæ remanſerat de neruo ſoluto, ꝙ amplius non cõ
tinuabitur : & plus ea quæ ſunt a uulnere inferius, &
quæ a neruo iſto ſenſum & motum recipiebãt gratia
partis ſanæ quæ remanſerat adhuc,& quæ motum &
ſenſum habere poterant, vel ſecundũ partem, vel to
tum, amplius certe non habebunt:& ſic ægritudo ta
lis de curabili ad totũ,vel ſaltem pro parte, ad incura
bile totaliter conuerſa erit per medici errorẽ & defe-
ctum : & mẽbrum quod reſtaurari poterat & reduci
ad ſenſum & motum,ſaltem pro parte, amplius ſen-
ſum nec motũ habere poterit, ſed erit defectuoſum.
Procedatur ergo in cura vt dictum eſt ſupra dimittẽ
do talem modũ aliorum inutilẽ:& ſi ſutura in neruo
inciſo fieri non poſſet propter ſui paruitatẽ uel retra-
ctionẽ, & iam carne & pelle coopertus eſſet, tũc ſuan
tur partes carnoſæ & aliæ neruo ſuppoſitę,& ad inui
F cem cõiungantur & conducantur iuxta poſſibile, vt
partes inciſę de directo ſibi inuicẽ obuient & vniant,
vt facilius natura medicinalibus inſtrumẽtis uigorata
& adiuta,reſtaurationẽ membri & firmitatem facere
poſſit. Quo facto, ſubito procedatur cum defenſiuo
pluries dicto,& ſuper ſutura,cum puluere cõſeruati-
uo ſuccurre, ẽt pluries dicto : & in ore uulneris quod
apertũ dimiſiſti, cum mollificatiuo & doloris ſedati-
uo,ſæpe ſupra dicto:Et tunc ſuper toto uulnere cum
faldellis ſtuppeis inuolutis in dicto mollificatiuo &
doloris ſedatiuo, aut forte in defenſiuo, dicto ſupra.
Deinde procede vltimo cum ligatura ſuaui & decen
ti:& hoc fiat vſq; ad.iij.aut.v.dies, niſi fluxus ſangui
nis te impediat,quia tũc pro prima uiſitatione fluxui
intende:deinde fac vt nunc dictũ eſt.Poſt hoc, in ori
ficio uulneris procede cum mũdificatiuo neruorum
G eis appropriato,hmõi. Re. ſarcocollæ,myrrhæ,ireos
ana drach.i.terebinthinæ,mel.ro.col. ana vnc.5.mi-
ſce,& calefac,& in uulnere impone: aut cum ſtuellis
in eo inuolutis, uulnus imple, ſi tanta fuerit uulneris
mundificatio neceſſaria:aut adiunge antedictis,fa.lu-
pinorũ modicum:Nam hæc mundificatiua, ſorditiẽ
& putredinem a neruis remouẽt & abſtergunt a pro-
prietate ſua & cõplexione. Sed vnũ aduertas, ꝙ hæc
mũdificatiua, cum ſint ſatis notabilis caliditatis in ſua
cõpoſitione, ideo non debẽt poni in uulneribus, nec
eis approximari, niſi poſt ſecuritatẽ apoſtematis, ne
ſuperueniat in loco:nã ex forti ac nimia ipſoꝝ abſter
ſione ſi ponerẽtur in principio, cum pro tunc humo
res ſint in fluxu ad locũ læſum propter dolorẽ noui-
ter ex uulnere illatum,multiplicarent dolorẽ in mem
bro, & fortius materias fluere facerent ad locũ,& eſ-
H ſent cauſa apoſtematis in loco : Sed in principio pro-
cedatur in mundificãdo cum leuioribus mundificati
uis, vt ſola terebinthina,puluere corti.turis, aut mel-
le ro. & myrrha : & poſt apoſtematis ſecuritatẽ cum
antedicto,aut fortiori ſecundũ ꝙ tibi uidebit̃ expedi
re : Deinde incarna & cõſolida vt dixi pluries. Et nõ
omittas generalia in principio uulnerum notabiliũ fa
cienda.ſ.phlebotomiã diuerſiuã partis cõtrariæ cum
læſa, aut forte cum hoc euacuatiuo eiuſdẽ partis, aut
uentoſationẽ,& uentris largitatẽ, beneficio naturali,
vel artificiali dicto ſupra. & diætam in cibo & potu
ſuperius deſcriptam.Si aũt vulnus huius loci factum
fuerit cum ſagitta, nõ requiritur ſubito in principio,
niſi vt extrahat̃ poſt loci mollificationẽ antedictam
in capitulo præcedẽti,& poſt vulneris dilatationem,
ſi expediat, & aliter extrahi non poſſit:& extrahatur
leuiter

leuiter ac suauiter iuxta possibile, ne grādis dolor infirmo inferatur secundū modum dictum in capitulo de vulnere in capite cū sagitta. Qua extracta, impleatur vulnus cū vitello oui, oleo ros. & croco modi, nisi fluxu sanguinis impediaris, quia tunc primo ei intēde: deinde redi ad dictū nunc, vsq; ad .iij. aut .v. dies, secundū q expedire videbitur. Post dies istos vero, mundifica locum, incarna & consolida vt prius dixi pluries. Diæta etiā pluries dicta nunquam omittatur a principio vsq; ad finē. Si vero medicus in hoc casu inuenit iam apostema cum vulnere coniunctum, aut propter temporis diuturnitatem, aut propter malū ordinem & curam circa vulnus ex parte infirmi: aut forte etiam q non potuit prudens medicus cum medicinis et instrumentis suis defendere tam localibus q̄ aliis, quin apostema tale acciderit, quod quidē erit signum prauū supra naturæ debilitatē & defectum, ac super mēbri læsi corruptione, & febre pręsente aut futura, & quandoq; morte infallibili: tunc curet medicus apostema hoc modo. Primo enim dięta eius, si nō sit corpus multū debile, aut ratione ętatis vel complexionis, vel aliter, sit cū succo farri aut hordei, aut istorum ptissana cum zuccharo, aut lactucæ, vel portulacæ, vel endiuia aut spinachia, vel cucurbitæ elixatæ, conditæ cū lacte amygdalarū dul. aut cum amygdalato, aut panata subtili de pane mundo optime fermētato, cum brodio pulli aut pullæ iuuenis cocta & condita: cum quo pullo cocta fuerit endiuia vel lactuca, aut hmōi aliqbus exalterātibus, et infrigidātibus, satis notis: aut hmōi aliī cibi leues & digestu faciles, noti. Potus vero eius sit vinū granat. agresta cū aq̄ cocta zuccharata, aut ipsa aq̄ cū zuccharo ros. veteri, aut iulep ro. aqua dico frigida in æstate, calida vero in hyeme: & plus & minus de aqua ponatur, secundū q medico ex parte suæ operationis & discretionis, & infirmo ex parte gustus sui, videbitur cōueniens & decēs ac vtile. Vel sumat iste patiens in potu si saltē fuerit secundū ventrem stypticus, aquam decoctionis prunorum siccorū damas. cum iuiubis, et nō uiridium, quia viridia plus nocent, et leniunt inter alia ventrē: vel bibat aquā decoctiōis granorum granat. violarū, cap. ven. limonū & huiusmodi cum zuccharo. Si autē infirmus debilis fuerit, aut cōplexionis friuolæ, aut ętate, aut propter longā a morbo afflictionē, vel alia causa, tunc audacter ei cōcedantur carnes pullinæ, aut hędinæ, aut huiusmodi leues, cum supradictis herbis coctæ & alteratæ, in quarū carnium brodio fiat huic infirmo panata, aut ptissana, aut brodetū, uel huiusmodi pro suo ferculo, super quo & aliis eius cibariis, vtatur puluere tali aromatico, cordiali, capitali, & hepatico. Rec. cinnamomi, vnc. ij. cardamomi, macis, nucis musc. gariophyl. galangę, melegę terarum, carui. siseleos, ameos, ana drac. ij. zafrani, scrup. i. puluerizētur & cribellentur optime, & vsui seruentur vt dixi. Vtatur etiā auibus paruis nemoralibus, & nō aquosis aliquando assatis, aliqn̄ cōditis in testula, cum speciebus antedictis, & agresto, aut vino granat. aut succo arantiorū, aut aceto, si alia inueniri nō possunt. Et hoc saltem fiat dum infirmi appetitus deiectus fuerit & corruptus, vt bene pluries cōtingit in similibus casibus: imo stante tali appetitus prostratione, bibat audacter vinum paruū goretum rubeū, aut album, dūmodo sit stypticum propter maiorē stomachi confortationē, lymphatum cū aqua zuccharata, aut cū aqua zuc-

A chari ros. & si infirmus nō sit ad tantā debilitatem deductus, quin possit sustinere enema, fiat vt omni die ascellet aut cum clysteri, vel suppositorio, aut aliter. Circa curā loci et apostematis, tali modo procedas, in vulnere enim ponas cōtinuo vt dixi mūdificatiuum neruorū tale. Rec. terebinthinæ, vnc. i. mel. ro. vnc. s. fari. hor. vnc. s. croci, scrup. i. saltē usque ad apostematis curā: deinde ponas mundificatiuū fortius, addēdo scilicet antedictis myrrhā, sarcocollam, ireos, aristolochiā ro. puluerem cort. thuris, & huiusmodi: aut fortius mundificatiuū si expediat etc. Circa apostema, ut defendatur ab humorum fluxu & receptione, ponatur defensiuū ex oleo ro. bo. ar. aceto & croco: & ad doloris mitigationē pōatur hoc emplastrum calidū. Rec. maluauisci frustatim incisi, loti, & cocti optime, ac pistati, lib. i. fari. fœnugręci, fa. sem. lini, far. hordei,

B ana vnc. ij. florum chamomil. semi. anethi. puluerizati, sem. maluarū, ana vnc. i. passularum, ficuū pinguiū siccarum, ana vnc. s. axungiæ porci, aut butyri vaccini, quantū sufficit vt emplastrū sit bene pingue, olei chamomil. olei lili. al. ana vnc. i. s. aquæ decoctionis althęæ, supradictæ, quātum suffi. ad incorporandū, fiat emplastrum, quo vtere vsque ad perfectā apostematis maturationē. Si autē hora generationis apostematis aut saniei in ipso iā genito, foret dolor grandis ac intolerabilis, & nullum ex exemplis suprascriptis cōferret ad dolorē sedandum, tunc addatur in defensiuo, ex bo. ar. oleo ros. aceto, & croco, oppii, scrup. i. hyoscyami. sem. papaue. al. ana dra. s. misce, & circa locū vulneratum vngatur copiose, vsque ad doloris acuitatis remissionē, et nō per plus: deinde cum defensiuo cōmuni & cōsueto, sine illis stupefactiuis dictis. Quo

C apostemate sic, vel cū embrochationibus & aliis maturatiuis dictis in quāpluribus capitulis primi libri, si expedit, maturato, si possis deriuare & impellere materiā apostematis, & saniem ad os vulneris, & illā perinde deducere, & mundificare, fac, quia melius erit: quod si nō potes facere, tunc incide illud apostema secundū figuram mēbri: & breuiter cura ipsum, & mūdifica, vt dixi in primo libro, de apostematibus aliorum locorū: & hoc sit generale documentū, & canō curationis apostematis coniuncti cum vulnere vbicunque, ut. s. materiā educas expurgādam per uulneris orificium iuxta possibile: sin autē fac vt nunc narratum est supra.

*De uulnere cubiti cum ense, aut sagitta etc.* Ca. X.

D VVlnera huius loci, timorosa sunt valde, ppter concatenationē et infiltrationē neruorum ligamentorum, ligantiū locum hūc: qui locus cōpositus est ex ossibus diuersis habētibus figuras diuersas: quæ ossa, & huius loci partes, & mēbra, quum vulnerantur, de leui tale mēbrum propriā amittit figurā & formā cum difficultate, imo quādoque nullomodo, si rationabiliter a solerti medico curetur: & aduerte, q si vulnus in illo loco fuerit ex transuerso circa partē interiorē. s. domesticam, tunc multū timendū est de sanguinis fluxu superfluo venarum magnarū & arteriarum ibi locatarū in manifesto satis, qui cōstringi neqę multoties, & sic ob hanc causam infirmus deficit & moritur. Sit ergo in isto casu tota tua intentio in constringendo sanguinis fluxū principaliter: & nota, q sunt multi homines, qui in tm̄ timent de fluxu sanguinis huius loci, et aliorū, vt sunt illi qui timent phlebo-

tomari de loco isto & alio quolibet, ꝙ ex solo & puro timore, retracta natura a sanguine & spiritu ad interiora versus cor, deficit eum syncopa & qn̄q; tandē moritur. Constringatur ergo si fuerit possibile cū sanguinis constrictiuis notis, vt pulueribus &c. dictis in cap. de vulnere in collo & gula, aut cū cauterio ignito, si nō fuerit cum pulueribus possibile. Et si vulnus magnum fuerit, ut sutura indigeat, conducantur eius partes adinuicem, & suātur secundū regulā datam in cap. de vulnere in naso & facie, & cōseruetur sutura cum puluere conseruatiuo dicto supra. & regatur totum vulnus intra, supra, & circa, vt in pręcedēti cap. & alijs superioribus, directe. Si autē fuerit vulnus in exteriori. s. syluestri, siue sit secundū longum, siue secundum latum, conducas partes cum sutura vt dixi, & super ea pone puluerē cōseruatiuum suturæ dictū pluries: deinde procede cum mollificatiuo & doloris sedatiuo in orificio vulneris aperto, & super vulnere toto, vsque ad. iij. dies, uel circa, nisi a sanguinis fluxu impediaris, quia tunc pro illa prima visitatione ei intendas vt dixi supra. deinde cū mundificatiuis, incarnatiuis, & cōsolidatiuis procede vsq; ad finem curæ, non omittēdo generalia semper faciēda in principio, vulnerū, saltem notabiliū, de phlebotomia. s. aut vētosatiōe, vētris largitate, & diæta in cibo & potu, omnia tēporibus determinatis & cōgruis faciēdo, & cōsiderando semper debilitatē & fortitudinem infirmi, ſm quas ordina oīa supra dicta, & nō errabis. De ligatione aūt membri, nullā fecimus mentionē, quia tale q̄d pro certo nō bene cōprehendit̄ nisi per visum, & vsualem operationē in arte: Sed tamen attende, ꝙ cōueniens & artificiosum magis est, vt ligatio cuiuslibet mēbri vulnerati, fiat secundū formam meliorem quo ad ipsum vulnus: verbi gratia, si secundū latum fuerit in cubito in parte domestica īteriori cubiti: tūc debet cubitus & locus ille ligari decenter cum fascia, plicando semper brachium in ligatione, & premēdo versus pectus, & ibidem sic firmādo, & imponendo infirmo talem situm & quietē, vt partes vulneris cōductę & adiunctę per suturā melius adhęreant, & annectātur adinuicē. Si aūt fuerit in parte syluestri cubiti, tunc debet ligari cum brachio extēso, versus exterius cōpresso, talem situm infirmo imponēdo, & etiā quietē ad finem supra narratū. Nam ex ista forma ligationis diuersa, & varia, & locationis seu situationis vulnerati membri, in diuersis diuersitate facta, acquirit̄ in membro melior & formosior, ac velocior modus cōtinuationis, & annectationis partiū mēbri solutarum adinuicem pro certo, & cōsolidationis istarū. Si aūt vulnus huius loci factū cum ense, fuerit paruū, non indiges cōductura nec sutura partiū, sed mollifica, dolorem seda, defende, mundifica, incarna, & consolida vulnus obseruatis regulis de hoc supra dictis: Et de diæta & ligatione, & sanguinis extractiōe si expediat, & ventris largitate naturali & artificiali. Si vero in tali loco factum sit vulnus cum sagitta, quę cubitum intrauerit, tunc subito mollifica locum sagittę, et vulnus totū, cum oleo ros. pingued. gallinę, & croco modico: deinde dilata vulnus, si est possibile, cū rasorio, si aliter illā extrahere non potes: & tunc leuiter ac suauiter extrahas, prout tibi magis possibile fuerit: deinde subito imple vulnus cum stuellis stuppeis, aut lineis, non oīno inuolutis in vitello oui, oleo ro. & croco modico, vsq; ad tres dies vel circa: & sup vulnere

E toto etiam, pone faldellas stuppeas in ān̄dicto medicamine inuolutas, deinde circa vulnus, cum bo. ar. oleo ros. & croco, & aceto, vngas copiose semper vsq; ad finem morbi. Post hoc vero mundifica vulnus cum mundificatiuis notis, dictis supra. incarna, & cōsolida cum his, quæ nouisti, magis & minus secundū ꝙ tibi videbitur expedire, ac ibidē aggregari de superfluitate mūdificanda: & hoc nisi hora extractionis sagittæ fluxus sanguinis te impediat, quia tūc subito illi intende, deinde redi ad modum nunc dictum supra. & sic curabitur &c.

*De uulnere in raseta manus cum ense, uel sagitta &c.* *Cap. XI.*

Quomodocunq; fiat vulnus in isto loco, & cū quouis instrumēto, nō est sic timorosum, nec sic mortale, vt vulnus in cubito factum sicut

F prius in pręcedēti cap. dictum fuit: Sed bene verū est ꝙ gratia neruorum loci multorū, dolorosum est valde, & de facili apostematur hic locus ob illā causam, & ex infiltratione cū neruis diuersis uaria, & ligatione illorum: quia etiā membrū declinat ex suo situ, & ad inferius tendit: ideo ob hoc, solent apostemata de facili in loco isto generari, cum vulnerant̄: & istud bene aduertas in cura. Si ergo vulnus sit tale & tantum, ꝙ indigeat sutura, tunc statim fiat secundū modū tibi supra narratū: sed cum puluere conseruatiuo suturę, puluerizato sup ea, procede vt in capitulis superioribus. Deinde in orificio vulneris dimisso aperto, procede cum stuellis stuppeis, inuolutis in mollificatiuo, & doloris sedatiuo ex vitello oui, oleo rosa. & croco supra dicto, & cum eodē medicamine super toto vul-

G nere procede cum stuppeis faldellis in eo infusis: deinde liga decenter, nunquā omittēdo defensiuum repercussiuum, ex bo. ar. oleo ros. aceto, & croco: aliqn̄ cū his addendo succū solathri, semperuiuę, plantaginis, & hmōi frigidos repercussiuos si expedit: & hoc fiat in prima visitatiōe vsq; ad tres dies, vel circa: deinde redi ad modū supra dictū, nisi fluxus sanguinis te impediat, quia tūc pro prima visitatione illi intēde: dein de fac vt dixi. Si autē vulnus nō indigeat sutura propter eius paruitatē, dimittatur, & procedatur cū aliis supradictis, in eius cura. Si autē sagitta locum hunc penetrauerit, tūc obseruatis regulis extractionis eius, dictis in cap. de uulnere in capite cū sagitta, suauiter extrahat̄: & tūc tota tua intētio sit in defendēdo locū cū bo. ar. oleo ro. croco & aceto: aut aliqn̄ cum succis antedictis, si expediat fortior repercussio & defensio lo-

H ci, ne apostemetur, & ut dolor mitigetur. Et tunc subito si parum sanguinis a uulnere exiuerit, fiat phlebotomia in manu opposita. Super uulnere autē toto, & eius orificio, ponatur medicamen ex uitello oui, oleo ro. & croco, mistis & calefactis, usq; ad. iij. dies, uel circa: deinde ponat mundificatiua, supra dicta in pręcedentibus cap. Diætā etiā supra narratā obseruet, ita ut inter alia uinum uitet iuxta possibile, saltē usq; ad apostematis securitatem: Et si pur dolor grandis & intolerabilis perseueraret, & per dicta remedia nō remoueretur, tunc eum defensiuo supra dicto ex bo. ar. oleo ros. aceto & croco admisceatur oppij, triti optime in mortario drac. s. alibi scrup. i. hyoscyami al. papaueris al. contritorū, ana drach. i. succi solathri, succi semper uiuæ, ana drac. i. misceātur oīa insimul: & tunc locus totus circa uulnus emplastret̄: Et hoc fiat sæpe in die, donec

donec dolor cessauerit, & mortificatus fuerit: Quo cessante, remoueatur hmõi stupefactiua, vt oppium, papa. et hyoscy. ne locus ex hmõi frigidis et stupidis, nimis infrigidetur, & stupefiat ac mortificetur calor innatus & spiritus in mẽbro, qui necessarij sunt ad sanitatẽ in membro restituẽdam principaliter cum aĩa membri operante. Si aũt post consolidationẽ uulneris in rasceta, & post eius cicatrizationẽ, immo & post cuiuslibet mẽbri uulnerati sanationẽ saltem nodosi, remãserit durities, aut nodatio aliqua, ita ꝙ membrũ non debite flecti possit, tunc super loco & cicatrice, ponatur empl'm mollificatiuum tale. Reci. lithargyri triti optime & cribellati vnc. v. olei cõis boni & noui vnc. xv. mucillaginis fœ. græci, mucillaginis semi. lini, mucillaginis semi. althææ, mucillagi. maluæ, ana vnc. ij. aut vnc. iij. medullę cruris uituli, pinguedinis renum castrati, butyri, ana vnc. iij. ammoniaci, bdellij, galbani, myrrhæ, ana vnc. i. fiat sic, ponant̃ gumæ in aceto ad mollificandũ per noctẽ: deinde in cazola ad ignem ponantur cum illo aceto, ut bene dissoluantur, ac tota gumositas in aceto misceatur, deinde colẽtur, & iterum ad ignẽ reponantur, ut bulliant donec tota aceti humiditas consumet̃: & tunc ex alia parte ponatur lithargyrũ cum oleo in alia cazola ad ignẽ, & permittantur bullire, semper agitãdo cum spathula, donec lithargyrũ optime dissolutũ fuerit, & oleo admixtum, & bene denigratum, & ad formã vnguẽti tenacis redactum: quod scies per guttã eius in marmore aut ferro iniectam: Deinde ab ipso igne deponatur, & quum parum infrigidatũ fuerit, tunc addantur ei mucillagines & gumæ antedictæ, & optime cõducantur oĩa cum spathula, & in fine quasi infrigidationis totius, addant̃ oĩbus his pinguedines supra dictæ, & optime oĩa agitentur & cum spathula conducantur, donec ad inuicẽ perfecte incorporata fuerint: & si uideat̃ totum hoc nimis liquidũ, adhuc ad ignẽ reducantur, & bulliant, donec perfectã inspissationẽ, ac unguenti formã assumant: & tunc usui cõseruent̃, ac tota durities & nodositas membri ungatur bis in die saltem, aut forte plus &c. deinde locus totus cum lana succida calida inuoluat̃, & ligetur. Aliud ad idẽ. Rec. resinæ, terebinthinæ, ana lib. 5. olei chamom. olei amygd. dul. ana vnc. ij. fa. fœ. græci, fa. semi. lini, ana vnc. i. mastiches, turis, dragãti, gu. arab. myrrhæ, ana vnc. 5. ceræ quantum suf. vt fiat unguentũ: liquefiant cera, resina, & terebin. cum oleo ad ignem, & colentur: deinde alia oĩa dicta addantur, & bulliant parum per, donec inspissentur, pręter pulueres, qui solũ post bullitionẽ & inspissationem, et aliqualẽ aliorum infrigidationem addi debent, & oĩa tunc optime conducantur cum spathula, ut bene incorporentur: & hoc usui seruetur vt primum. Aliud ad idem. Rec. axungiæ porci, pingued. gallinæ, anatis, anseris, lupi, vulpis, pingued. renum castrati, medul. crurium boum, ana vnc. ij. terebinth. vnc. iij. olei cõis noui vnc. ij. fa. fœ. græci, fa. sem. lini, ana vnc. i. & 5. mastiches, turis, myrrhæ, ammoniaci, bdellij, galbani, ana vnc. 5. cerę ad sufficientiã: mollificentur oẽs gumę vt dixi in alio unguento, & colentur: deinde farinæ cum oleo & terebin. ad inuicem inspissentur: postea uero eis addantur gumæ dictæ, deinde pinguedines, ultimo pulueres: & si tunc uideatur nimis liquidum & fluidum, & non tenax, addatur cera in quãtitate sufficienti, liquefacta dico &c. & tunc reponatur, & usui dicto cõser-

A uetur: hoc enim unguentũ cum gumis, & primum est magis mollificatiuum est & neruoꝝ cõfortatiuum, q̃ istud secũdum: sed oĩa bona sunt & utilia in tali casu: Illa tñ duo in duritie fortiori, ac antiquiori, magis valent. Sed attende hic unum aduertendũ in modo tuę operationis, ꝙ qñ fit unctio cum hmõi unguentis, facias infirmum flectere nodum & manum, ante & retro, sursum & deorsum, ut nerui per talem motum et plicationẽ hora unctionis maiorẽ recipiant unguenti impressionem & mollificationem: & ad motũ & plicationem assuefiant, & ad pristinam motionem naturalem membrum deducatur.

*De uulnere penetrante, uel non, in pectore & casso cum ense uel sagitta &c.* Cap. XII.

B VVlnera huius loci, siue penetratiua, siue non, siue parua, siue magna, siue cum sagitta, siue cũ alio sint, unum tñ habere debent modum curationis ex parte medicinarum localiũ: nisi quia magna lata et longa, indigent partium conductura cum sutura, & puluere cõseruatiuo suturæ supra dicto: & uulnus cũ sagitta indiget extractione eius leuiori modo & dolore q̃ fieri possit: pręter hæc non requirunt ista uulnera ex parte loci, ne apostemetur, ut locus circundãs talia uulnera, ungatur cũ defensiuo pluries dicto, ne materiam ampliorẽ recipiat a membris alijs mandantibus ad locum lęsum: & hoc fiat a principio vsq; ad finem curæ: & indiget talia uulnere rõne oris, quod apertũ dimittitur in sutura, ut sanies expurget̃, in prima uisitatione, usq; ad. ij. uel. iij. dies, ut tale os uulneris impleatur stuellis, aut tentis stuppeis, uel lineis, inuolutis in uitello oui, oleo ros. & croco modi. mixtis & cali-
C dis: Post istud uero tẽpus indigent talia uulnera, mundificatiuis notis, de mellero. fa. ordei, aut auenæ, aut speltę, aut farirs, aut siliginis, uel hmõi, cũ terebinthina, qñq; cum sarcocol. & myrrha mixtis, hmõi enim farinę oẽs commode possunt in mundificatiuo poni: aut cum mundificatiuo fortiori mũdifica si expedit: deinde incarnetur & consolidetur ut supra. Si aũt fluxus sanguinis nimis infestaret, subito cõstrictioni eius intende, cum sanguinis constrictiuis notis satis, & dictis supra in capitulo de uulnere in collo & gula, & cum pilis leporinis: & dimittat̃ locus sic ligatus vsq; ad. ij. dies, uel plures, secundum ꝙ securus eris de sanguine constricto: deinde ꝓcede in cura ut dixi. Si uero tale uulnus fuerit penetrans, tunc bene cõsidera & speculare si aliquod mẽbrorum notabilium fuerit lęsum ut pulmo, uel diaphragma, aut pleura, aut pani-
D culus diuidens pectus per mediũ secundũ longũ, aut alia intrinseca nobilior pars: & tunc si perpẽdas de læsione alicuius istoꝝ, tunc infallibiliter scias, & dicas illud uulnus fore mortale, cum oĩa hmõi membra nominata, sint certe in anhelitu necessaria, & restaurationem non recipiant ueram & perfectam. Sed propter hoc tñ non desistas ab istorũ cura rõnabili & solicita ut dixi in capitulo de uulnere in gula. Nam pro certo ut ibidẽ plene, ac exemplariter tibi multa narraui, natura multoties mirabiliter operat̃, adiutaq; cũ bonis, & rõnabilibus medici instris, facit quod impossibile fieri uidebatur medico: forti enim naturæ nil resistit, nec impossibile est ei aliqd: expellit enim saniem qñq; per ossa, & quãdoq; a medio pectoris per cannã pulmonis, quę oĩa breuiter medico impossibilia uidebuntur. Sit ergo principalis tua intẽtio in cognitione

penetrationis vulneris, quod scies manifeste per exitum aeris, & vulneris orificio, et maxime si obturentur nares & os infirmi bene cũ digitis, aut bombyce, aut huiusmodi alio hora inquisitionis de penetratiõe, & faciendo, vt tunc infirmus prẹmat anhelitum, et tumeat. Si etiã cum hoc infirmus grauedinẽ & pondus in interioribus circa diaphragma senserit: Si etiã sanguinem cum tussi expuerit, & sibi febris superueniat paulo post percussionem, & difficultas in anhelitu cũ ore mordicatione quadam gutturis certe tũc securus es, ꝙ vulnus est penetrans. Postquã autẽ securus fueris de tali penetratione, aut etiam si de illa dubius fueris, subito sit tua principalis intentio in dilatando vulnus cum rasorio tuo, aut alio ferreo instrumento incidente optime, ita vt manifeste ac libere sanguis ibidẽ detẽtus, ac sanies generãda intrinsece et ĩ pectoris cõcauo perinde possit expurgari. Deinde si fluxus sanguinis infestet, eius constrictioni subito intende, & sic locum dimitte vsq; ad duos dies si possibile est. Si vero talis fluxus non impediat, tunc subito facta dilatatione uulneris, eum imple cum tẽta stuppea aut linea, longa, aut tentis illiusmodi longis, si plures vna expediãt, ob vulneris magnitudinẽ, ac fundi eius cõcauitatem, intincta vel intinctis in oleo ros. calido, solo, vel misto cũ eo vitello oui & croco: & istud facias & cõtinues, vsq; quo bene tibi manifestata fuerit vulneris profunditas & cauerna: & cum dicto medicamine intinge faldellas stuppeas magnas, & super toto vulnere extende, & circa vulnus totum cõtinuo ponas defensiuum notum, de bo. ar. aceto, oleo ros. & croco, cum ipsis forte addendo frigidos succos stypticos repercussiuos, valet de solathro. semperuiua, portulaca plantagine & huiusmodi, deinde cum fascia lata decẽti, liga optime totum locũ. Postquam vero tota penetratio & profunditas tibi patuerit, tunc procede cum mundificatiuis hoc modo: primo ponas intra uulnus in casso, cum emboto .i. instrumẽto facto in modum clysteris, vinũ decoctionis huiusmodi. Re. pulueris lupinorum, thuris, rosarum, pulueris myrrhæ, sarcocollæ, flo. chamomil. cimarũ absinthij, ana vnc. i. mellis ros. colati, terebint. ana vnc. i. &. ʒ. vini albi potentis, lib. v. misce & omnia bulliant simul ad ignem, vsque ad tertiæ partis consumptionem: & tunc colentur: de quo medicamine omni visitatione in vulnere ponatur vt dixi, secũdũ quantitatẽ debitam & ab infirmo tolerabilem: ita ꝙ si infirmus tolerare poterit, impleatur totum vulnus dicto medicamine aliqualiter calido: & tunc orificium vulneris obturetur: & tunc infirmus, ex quo iã nõ est debilitatus valde vt prẹsupposui, super diuersa latera, nunc a dextris, nunc a sinistris, nunc sursum, nunc deorsum reuoluatur: deinde tandem super vulnere inclinetur, ita ꝙ dictũ vinũ ex vulnere exeat cũ putredine intrinsecus cõtenta. Et toties imponatur hoc vinũ, & fiat vt dixi in vna visitatione, si infirmus sit fortis patiens & tolerare possit nunc imponendo vinũ & lauando vt dixi, nunc extrahendo illud, donec tale vinũ clarum exeat a vulnere. Si vero tales vini iterationes sustinere non posset propter debilitatẽ, aut alia causa, sufficiat vnica huiusmodi vini impositio modo dicto. Quo facto tunc in vulnere ponatur tenta vna lõga linea, intincta in mũdificatiuo nunc dicendo, & super vulnere etiã toto, de eodẽ medicamine extendatur, quod est. Reci. mel. ros. terebin. ana lib. ʒ. fari. hor. fa. fœnugrę. ana vnc. i.

E thuris, sarcocollæ, myrrhæ, ireos, ana vnc. ʒ. vini, quãtum sufficit ad incorporandum, quo vtere vt dixi, aut cum fortiori mundificatiuo procede si tibi videbitur expedire, noto satis in capitulo de fistula in cõmuni, lib. primo. & cum huiusmodi mũdificatiuis & lotione antedicta procede et continua oĩ die bis, vsq; ad perfectã vulneris mundificationẽ, & saniei ac humiditatis superfluæ exiccationẽ: & postmodũ incarnationi loci & cõsolidationi vulneris intende. Et aduertas hic, ꝙ in hoc casu nõ est audiendus sermo illorum qui volunt incidere subito apparentibus signis antedictis de penetratione vulneris inter quintam & quartam costam, aut etiam inter tertiam & quartam: quia postquã penetratio iã est tibi manifesta, tunc libere mundificatur & exit sanies de vulnere primo cum instrumentis antedictis, et etiã quia per vulnus lateris

F illius nõ fieret nisi additio doloris ad dolorẽ, & debilitatis infirmi ad debilitatẽ: & emissio spirituum & caloris naturalis, ac illorũ euanesẽentia duplicaretur, & sic uirtutis defectus: propter hoc ergo in tali casu vulnus nouũ nõ est faciendum, in tali loco, vt dicunt isti ad pauca respicientes, nisi forte locus ibidẽ inflaretur & tumefieret, ac apostemaretur eminentiam faciẽdo manifestã: Quum enim talis tumor apparuerit, bene cõsulo & mihi placet, vt incidatur tunc locus ille tumens secure, secundũ longitudinẽ costarum, & illarũ rugationẽ cum rasorio suauissime, & tunc sanies paulatine, & nõ subito nec violenter tota extrahatur, nec in prima uisitatione, sed successiue, ne in subito saniei exitu in magna quãtitate, una cũ sanie, spiritus uitalis ac innatus calor deficeret, & euanesceret: & sic infirmo pro tũc syncopa aut forte mors superueniret. Nã

G nõ est possibile ut maxĩa quantitas sup̃fluitatis aut nõ sup̃fluitatis ab intrinseco corp̃is subito fluat, qn̄ simul cũ ea spiritus et caloris innati pars cũ ipsa exeant et diminuantur: ex quorũ diminutione, sequitur uirtutis defectus & syncopa, & aliqñ mors. Facto uulnere tali per incisionẽ super eminentiã dicta subito, ne tota sanies pro illo tunc exeat, impleatur uulnus cũ tenta linea aut stuppea longa, ita ꝙ profundetur usq; ad interiora, ut tota sanies, quæ remansit, in sequẽtibus uisitationibus liberius expurgetur, ac locus totus intrinsecus perfectius absq; impedimento remundetur: infusa dico tenta in oleo ros. mel. ros. et croco modico mistis & calidis paululũ actu. Quo facto, tunc a uulnere superiori & antiquo tenta extrahatur, & iterũ imponatur intincta in forti mundificatiuo, ut unguẽto apostolorũ, aut uiridi etc. Et bene locus ille superioris uul-

H neris mũdificetur: deinde incarnetur, & cõsolidetur, ut iã sciuisti pluries. Et attẽde hic bene, ꝙ tunc uulnus illud antiquũ, postquã iam factum fuerit istud nouũ uulnus ĩferius ut dixi, citius quã potest, cõsolidari debet, cũ illud nouũ aptius sit expurgationi saniei, qa decliuius, ut etiã natura nõ sit a tot partibus infestata, ac una expurgatio aliã non impediat. Super uulnus uero nouũ ponantur emplastra mundificatiua, dicta supra in prẹsenti, & in uulnere intus ponatur uinũ decoctionis rerum supra dictarum, cũ embrocho aut clysteri descriptis supra ĩ prẹsenti capitulo. Circa uulnus uero ungatur cum defensiuo pluries dicto de bol. ar. myrrha, oleo rosa. aceto, & croco modico continuo, aut saltẽ usq; ad perfectã saniei exiccationẽ: qua exiccata et loco optime mundificato, incarnetur locus cũ puluere facto ex thure, mastiche, mumia, draganto, gu, arab.

gu.arab. mistis et pulverizatis ac cribellatis optime, et insufflentur tunc in vulnere cum canna argentea, aut alterius metalli, aut cãna ueria, aut huiusmodi aptis ad illud: aut cũ vino decoctionis antedictorũ uulnerum incarnetur: aut cũ cera & oleo sufficienti fiat vnguentũ cum dictis pulueribus, secundũ doctrinam pluries tibi datã. Facta incarnatione, locus consolidetur cum puluere, nucũ cypressi, galan. cortic. granat. mumiæ draganthi, boli arme. et balausti, mistis: aut cum vino decoctionis istarũ rerum consolidatio fiat, aut cũ vnguento ex his vt supra facto. Et antequã hoc vnguentũ aut puluis vulneri superponatur, semper fiat ablutio totius loci cum vino decoctionis nunc supra dicto, aut cum solo uino puro nigro styptico calido: deinde facta lotione, locus exiccetur cum panno calido, & tunc puluis antedictus desup pulverizetur, aut illud vnguentũ supponatur cũ petia collinita: & tũc in supra dicto vino decoctionis, aut in solo illo vino nigro, quibus totũ uulnus prius lauabatur infundantur, ĩmo sup vulnere aut pecia vnguẽti antedictis ponãtur: & tunc sic locus ligetur etc. Si autẽ vulneris penetratio ad interiora pectoris seu incassatio qđ idẽ est, fuerit tibi dubia, vel occulta, nec cũ tenta tua argẽtea, aut illiusmodi: aut cũ tenta linita in oleo ro. calido, vt supra dixi, neq; cũ alia re poterit tibi manifestari p tuã operationẽ, tunc oportet te cõsyderare in grauedine et tolerãtia virtutis infirmi, in aggrauatiõe costarũ ex parte vulneris. Attẽde etiã si feb. superueniat, & deiectio appetitus, & vigiliæ supfluæ, & inquietudo, et reuolutio de latere in latus, & aggrauatio & difficultas ĩ reuolutione oculi: si.n. nullũ horum signorũ affuerit, nec maior pars ipsorũ, tunc certe cõforteris super infirmo: nã signũ est q natura cõstans est et fortis in defendẽdo se a morbo, nec timens læsionẽ illã, cui nil est impossibile p certo: inueniet.n. viã adiuta cum p medicum cũ eius instrumẽtis, qua curabit perfecte morbum, uia & modo occultis, ac tibi impossibilibus apparentibus: ea propter nõ est necessariũ in tali casu ut procedas nisi cum dictis medicinis mundificatiuis, incarnatiuis, & cõsolidatiuis in vulnere nõ penetrante, & in penetrante tibi manifesto etc. Si uero dicta signa omnia apparuerint, aut pro maiori parte, tunc optime cõsydera, si infirmus sit debilis et incõstans in virtute, ac male appetens, & prostrati appetitus, ac male dormiẽs, aut hmõi aliquod signũ apparuerit dictorũ supra: tũc certe scias ex his, uulnus esse mortale. Et tũc ibi nõ sunt facienda nisi remedia cõia & vsualia aliorum vulnerũ, sine alicuius molestiæ illatione, nec violentia aliq, quia p nihil sanitati restitui põt. Si autẽ dũ cõsyderas de virtute et tolerãtia infirmi, inuenias fortẽ & constantẽ, tunc conueniens est, & cõsulo, vt medicus faciat vulnus nouũ in loco inferiori decliui in latere læso et vulnerato prius, versus spinã, elongatum tñ a spina, tanquã a radice & fundamẽto neruorũ, fm longitudinẽ incessum ac rugationẽ costarum inter. v. & iiij. vel inter. iij. & iiij. costã. Sed quia diaphragma reflectitur in sua cõtiguatione & alligantia cum spina & costis, vsq; ad tertiã costam & plus, & illa etiã reflectio si fiat incassatio cũ rasorio a medico impedit exitũ saniei, & sanguinis collecti supra ipm diaphragma, propter hoc melius est, vt perforatio cum rasorio uel cassatio facta a medico, fiat iter. iiij. costam & v. & nõ inter. iiij. et. iij. ne illud impedimentũ in exitu saniei, et sanguinis cõsequatur. Credũt.n. aliqui medici nõ penetrasse cũ rasorio suo dum faciunt, dictã perforationẽ, propter illud diaphragmatis impedimẽtũ ut dixi, cum nõ uideant sanguinẽ uel saniẽ exire: & sic in errorẽ incidunt, quia credunt nõ fore cõsequutos cũ rasorio ultimũ profunditatis incassationis: sed non sic est, ĩmo istud solũ accidit, ppter id, qđ dictum est de reflexione diaphragmatis ad costas illas. Sic ergo cũ medicus prudẽs, vt dictũ errorẽ non incurrat, facto uulnere illo nouo, si fluxus sanguinis nõ infestet, quia tunc prius oportet illi intẽdere, subito ponatur in uulnere tẽta stuppea aut linea lõga, infusa in oleo ro. calido solo, aut cum uitello oui & croco modico misto, quousq; sanies incipiet generari in loco, et prematur tenta bene usq; ad profundũ uulneris: et superponatur uulneri faldellę stuppeæ in eodẽ medicamine infusę, usq; ad illud tẽpus. Circa locũ uero ponatur defensiuũ ex

B bo. ar. myrto, oleo ro. aceto & croco, aut aliqũ cũ succis repercussiuis mysto si expediat: deinde ligetur locus decẽter cũ fascia lata, & aduerte hic q hora dissolutiõis uulneris, nõ permittatur illud apertũ, nec expirare, nisi tanto tpe q sanies genita ibi exeat, et tẽta noua imponatur, quia longa huius & cuiuscunq; similis uulneris expiratio, ducit multoties ĩfirmũ ad defectũ & syncopim, ppter exhalationẽ spirituũ et caloris naturalis, ac aeris insueti ingressum subitũ. Quũ uero sanies iã incipit apparere, & a loco exire, tunc mundificetur locus uulneris intrinsecus, & uulnus illud nouũ totũ cum uino decoctionis rerũ supra dictarũ in pñti capitulo, cũ clysteri ut dixi: & super uulnere ponatur emplastrũ mundificatiuum etiã supra scriptũ in pñti capitulo: deinde facta mundificatione cõsolidetur ut supra. Sed uulnus antiquũ, postquã iã fecisti nouũ, &

C per ipm saniẽ mundificas, citius q̃ potes mundifica, incarna, & cõsolida ut supra: nã noui uulneris mundificatio excusat superius uulnus & antiquũ ab oĩ mundificatione & periculo, nec natura est a tot partibus infestata. Diæta uero eius sit a principio usq; quo saltẽ securus fueris de loci apostemate, & usq; quo ĩfirmus nõ sit ualde debilis: sit succus hor. uel farri, cum lacte amyg. dul. et seminũ cõium, aut illorum ptissana: aut panis lotus in aqua zucchari pluries cum zucchero & lacte sem. cõium, aut panata cũ eodem lacte, aut brodio pullæ paruæ: aut sit ferculũ de spinachijs, lactucis, boragine, trifolio, fœniculo, & huiusmodi generis cũ lacte amygda. et se. cõmunium: potus uero sit usq; ad illud tẽpus, aqua decoctionis hyssopi & liquiritiæ, iuiubarũ passu. & cap. uen. ac uiolarum: aut aqua decoctionis granatorũ: aut aqua decoctionis hord. liquiri

D tiæ, ficuũ, petroselini radicum, & fœniculi, & capillo. uen. & ista melior est alijs, magis aperitiua & subtiliatiua. Quũ ergo iam incipit sanies copiose ac potenter emitti, ac locus mũdificari, ac forte infirmus debilitari, tunc ei dentur carnes pullorũ, hædorum, uel huiusmodi laudabiles, & leues, ac illarũ brodia condita cũ uitello ouorũ, aut sola, aut cum pane in eis mollificato: & utatur super suis cibis huiusmodi puluere aromatico. Re. cinnamomi, unc. ij. cardamomi, macis, gariophyl. galangæ, ana unc. i. croci, drac. ij. puluerizentur & cribellentur bene, & eius sit usus ut dixi. Vinũ etiam pro tunc bibat album clarum & aromaticum lymphatum cũ aliqua aqua decoctionũ antedictarũ, calida in hyeme, & frigida in æstate. Quum autem infirmus incipit iam roborari, & sanies exiccari, tunc audacter des ei cibaria grossiora, ut carnes castrati,

V

uituli, arietis annualis, & huiusmodi, cõditas diuersimode, vt in testula, aut cũ saporibus diuersis, cũ puluere aromatico, dicto: & ĩ assatura quãdoq; capones, gallinas, phasianos, perdices, coturnices, aues nemorinas & arboreas comedat: vino prędicto vtatur lymphato cũ aq̃ cõi cocta zuccharata, aut aq̃ alicuius de dictis decoctionibus. Si autẽ timeres de febre, tunc adde & diminue in potu & cibo secundũ fe. intensionẽ & remissionẽ: nã si fe. augeretur, redi ad primã subtilẽ diętã. Si autẽ carnes comedere nollet quia foret corrupti appetitus aut alia causa, earũ loco comedat pisces magis laudabiles, vt lucios salitos per vnã diẽ, & non plus, uel assatos in prima die dum capiuntur, aut in aliqua vnctuositate frixos, & cum aliquo sapore, vel pisces paruos petrosos cõditos cum speciebus aromaticis, agresto, vino granat. vua passa, amygdalis bene pistatis, modico aceto & zuccharo, & cũ aliqbus herbis odoriferis, ut maiorana, petroselino, trifolio, fœniculo, basilicone, rosmarino, saluia, serpyllo, & huiusmodi odoriferis: vtatur ꝓ suo ferculo, riso, farre, aut panata, cõditis cum lacte amygdalarũ, & sem. com. et zuccharo copioso: aut aliqñ utatur herbis supradictis vel spinachĳs, boragine, fœniculo, petroselino, trifolio & huiusmodi cõditis cũ lacte antedicto & zucchâro: & breuiter hæc sit eius vita. Facta ergo vulneris mundificatione & diminuta sanie, qđ tibi apparebit per paucitatẽ eius: quæ exibit hora mutationis, tũc locus incarnetur et cõsolidetur cum medicinis satis notis. Et attende hic diligẽter vnũ obseruandum, ꝙ dũ huius vulneris, & cuiuslibet alterius incarnationis intendis, incipe diminuere tentã secundũ longum et secundũ latum: & sic oĩ die cõtinua donec vulnus fuerit incarnatũ: deinde cõsolida vt dixi: nã talis tentæ diminutio cedit ut sic dicã naturę, ne ĩ carnis generatione & augmẽto impediatur. Si autẽ hoc vulnus penetrans cõsolidari nõ posset, aut ad fistulam conuerteretur, in sequẽti capitulo narrabimus, qualiter in hoc cõtra conuersionẽ eius ad fistulã, vel ad aliã dispositionẽ, quæ impediat consolidationẽ, te regere debeas.

*De uulnere penetrãte, uel non, in dorso & spina, cum ense uel sagitta etc.* Cap. XIII.

MAgis timorosa sunt vulnera dorsi & spinæ, q̃ thoracis, & partis anterioris, et maxime si sint penetrantia: nã spiritualia mẽbra, cum dorso & parte posteriori alligata sunt forti ligatione. Vnde ex parua penetratione ad interiora possunt tales alligationes lędi, necessariæ ad vitã: ita ꝙ ipsarum ligationum læsiones etiã afferant læsionẽ membris alĳs ibi existẽtibus. Et cum ligationũ talium et mẽbrorum illorũ lęsiones potius & facilius possint contingere ex vulnere dorsi et spine penetrãte, quã ex vulnere partis anterioris, ut patet: ideo manifestũ est ꝙ vulnera dorsi magis timorosa sunt: & cum hoc etiam nuca lædi potest cum spina, cuius læsio nõ est mala propter se tantũ, sed etiam propter mẽbra alia, ad quæ mittit neruos motiuos & sensibiles, secundũ aliquorum sñiam: sed hoc omitto discutiendũ in pñti. Sed ex vulnere anteriori illud nõ contingit, ꝓpter hoc ergo magis timorosa sunt vulnera posteriora dorsi et spinæ, q̃ cassi, aut anteriora. Si ergo vulnera dorsi facta sint cum sagitta, aut cultello et similibus, siue talia fuerint penetrantia, siue non, tunc oportet vt leuiter ac suauiter cum priuatione doloris iuxta possibile ipsa sagitta extrahatur secundũ regulã

B supra pluries datã. Qua sagitta seu cultello aut alio instrumento extractis, siue vulnus fuerit penetrans siue nõ, siue penetratio fuerit manifesta, siue nõ, procedatur in cura directe vt dixi in prędecenti capitulo. statim, & ratione visitatiõis lateris inter costã & costam in parte inferiori, & decliui, & ratione mundificatiõis noui vlceris & veteris, & ratione incarnationis & cõsolidationis ipsorum cito & tarde, & ratione diętę, ac oĩum aliorum ratione breuiter. Et si in isto casu nuca fuerit læsa, tũc in eius cura procedas, vt dictum est in capitulo de vulnere colli, cum rebus confortantibus nucã. Obserua etiam semper in isto casu, & in casibus capituli superioris, regulas de phlebotomia aut ventosatione, secundũ ꝙ tibi videbitur de fortitudine ac debilitate virtutis infirmi, aut de multitudine et paucitate exitus a vulnere penetrante vel nõ penetrante. Nõ omittas ventris etiam largitatẽ naturalẽ vel artificialẽ

F dictã supra, quãuis alia nunc dicta dimitteres, quia ventris largitas securius fieri potest, quã phlebotomia: & ventris largitas talis nõ permittit de leui apostema in loco generari: & sic in cura procede. Sed aduerte, ꝙ si vulnera huius loci & dicta in prędecenti capitulo, nõ bene mundificarentur et exiccarẽtur a sanie & superfluitate alia, vt medico videbitur id debere fieri, & in tãto et tanto tpe: nec incarnẽtur, put rationabiliter deberent incarnari, ꝙ illud iã signũ est cõuersionis ipsorum ad fistulã aut ad aliam malã dispositionem, quæ ipsorum impediet cõsolidationẽ. Quũ ergo medicus ꝑpẽderit, tunc subito succurrere istorũ curã, reducat ad capl'm de fistula in cõi, vel de apate penetrante in costis, lib. primo, & ibi curã inueniet diffuse.

*De uulnere penetrante uel nõ, in ore stomachi, cum ense, uel sagitta etc.* Cap. XLIII.

G SI autẽ locus iste vulneretur, quocunq; modo & instrumento, postquã vulnus nõ fuerit penetrãs, non cadit aliqđ dubium, nisi per medici errores, qui permitteret illud apostemari, vel aliter peiorari infirmũ super seipso. Extrahatur ergo sagitta vel aliud instrumentum quodcunq; fuerit subito, quia de leui extrahi potest, cũ osse careat iste locus, obseruatis tñ regulis extractiõis supra dictis. Qua extracta subito impleatur locus cũ tenta, vel tentis stuppeis aut lineis decentibus, inuolutis in oleo ros. uitello oui, & croco calidis, prima visitatione vsq; ad duos dies vel circa, donec saniari incipiat locus. & hoc nisi fluxus sanguinis impediat, quia subito ei intende vt supra dixi: deinde fac vt dixi nunc. Circa locum vero ponatur cõfortatiuum & defensiuũ ex bol. arme. oleo ros. myrto, aceto & croco mistis, uel forte cũ succo solathri, sempe

H ui. portulacæ, plantaginis, rosarũ, aut istorum aquis, si succi haberi non possent. Super toto vero vulnere ponatur faldellæ stuppeæ, infusæ prius in uino nigro styptico, & expressæ, deinde inuolutæ in dicto medicamine de uitello oui, oleo rosa. & croco: aut forte in nũc dicto defensiuo, deinde liga locum decenter: postea intra & supra uulnus ponas mundificatiuum aliqđ de dictis in alĳs capitulis usque ad tempus incarnationis & consolidationis: deinde incarna & consolida ut prius. Si autem tale uulnus non penetrans, fuerit longum, latum & amplum, ita quod conductura & sutura indigeat: tunc cõducas partes eius ad inuicẽ decenter, et dimitte extremũ uulneris decliue apertũ, magis apertũ ut sanies ꝑ ipm fluat & expurgetur, supra

per

per sutura vero ponatur puluis cõseruatiuus pluries dictus: & circa vulnus põatur defensiuũ etiã dictum. In ore et supra os vulneris uero ponatur aliqđ de mũdificatiuis dictis in capl'o de vulnere ĩ casso, et incarnetur deinde incarnatiuo ibidẽ dicto: nõ omittendo hõra cõsolidationis lotionẽ uulneris cum uino decoctionis gallarũ, nucũ cypressi, corticũ granatorũ et hmõi: aut cũ vino styptico solo calido: de phlebotomia ꝟo uel scarificatiõe, et uẽtris largitate naturali uel artificiali, et de diȩta in cibo et potu, fac directe vt supra. Si uẽro vulnus tale vsq; ad substantiã stomachi penetrauerit, primo extrahe sagittã, aut aliã rem, suauiter secundũ supra assignatas regulas in capl'o de vulnere in capite etc. Qua extracta, ꝓcede in cura vt supra doctus es cũ mollificatiuo & doloris sedatiuo ex vitello oui, oleo ro. & croco calidis actu in vulnere toto & super eo. Circa illud vero cum defensiuo ex bo. ar. myrto oleo ro. aceto, et croco, forte his addẽdo aliq̃ styptica aromatica, vt spicã, mastiche, squinãtũ & blatas bisantias, vsq; ad doloris sedationẽ, aut saniei generationẽ. Deĩde cũ mundificatiuo incarnatiuo & cõsolidatiuo notis, ꝓcede secundũ modum in pręcedenti capl'o dãtum. Sed aduerte vt nullo mõ pręsumas ponere intra hoc vulnus tentã, q̃ penetret vsq; ad os stomachi, & id intret ac eius substantiã: sed tantũ mõ pone tentã linitã mundificatiuo, penetrantẽ vsq; ad superficiẽ uulneris oris stomachi & nõ vltra: et hoc ad euitãdũ doloris intensionẽ, vel forte syncopim propter magnã ipsius oris sensibilitatẽ, quia etiã ob eius substantiam nerueã, nõ cõgregat superfluitates nec saniem multã emundandã: & tota tua intentio sit in huius vulneris cita ĩcarnatiõe. s. post. x. vel. xv. dies, aut sic: ĩmo forte solũ post. vi. aut. vij. qa non indiges forti vel longa mundificatiõe. Nã ex cita incarnatiõe tali, natura tũc incipit locũ neruosum cõglutinare mediãte poro sarcoide & ligamẽto: & isto mõ tractetur uulnus si curationẽ recipere põt. Bibat iste saltẽ dum iã incarnationi intendis, aquã decoctionis thuris, mastiches, dragãti, gu. arab. & myrrhæ, si põt: aut vinum nigrũ stypticũ cũ dicta aqua, & non alia, bene lymphatum, calida in hyeme, & frigida in æstate. Iste. n. potus incarnatiuus est bene cõfortatiuus oris stomachi. Sed nõ concedãtur sibi vinũ, cõstante virtute & aliis nõ dissentientibus, nisi post. vi. aut. vij. diẽ, & fe. nõ existente. Aduerte etiã, q̃ si post extractionẽ sagittæ vel alterius penetrantis, de stomacho, eiecerit patiens sanguinẽ cũ sputo & vomitu, certe signum est penetrationis vsq; ad intrinseca oris stom. & tunc iudica uulnus mortale, ꝓpter affinitatẽ eius cũ cerebro, vt scitur ex anatomia: & ex hoc timendũ est de spasmo ex dolore ibi accidẽte, tum ꝓpter nerueã substãtiam durã huius loci, quæ impedit cõsolidationẽ, tum etiã propter stomachi officium qđ destruitur, toti corpori necessariũ, sine quo diu stare non potest vita. Si autẽ non venerit vulnus vsq; ad mediũ oris stom. vel nõ penetrauerit vsq; ad intrinseca ipsius oris, quod scies, quia per sputũ cum saliua nõ emittet sanguinẽ, nec cum vomitu, tunc certe minoris periculi, et leuioris curæ existit. Curetur ergo, vt dictum est de vulnere penetrante supra: euiteturq; semper ne tenta tãgat os stom. ĩmo nõ penetret tenta nisi carnẽ & pellem super ore stom. vsq; ad ipm os, aliquo modo illud nõ tangendo, & illius causam. Incarnetur pro posse hic locus uelocius quã possit, qa melius ac vtilius est: & causam huiusmodi dixi supra **A** in pręsenti capitulo. Ad quorũ confirmationẽ exemplarẽ narrabo casum vnum de huiusmodi vulnere. Vidi quendã hominẽ pedemontanum vulneratũ in illo loco cum sagitta magna penetrãte ad posteriora, qui vt mihi plures retulerunt, solius vini ablutione assidua curatus fuit, & post diu vixit. Sed ego eum non curaui, sed credibile est, nec negandum, stante in vita regimine rationali.

*De uulnere in uentre a stomacho inferius, et cum uulnere intestinorum etc.* Cap. XV.

CVra vulnerum istorũ locorum si nõ fuerint penetrantia, nõ variatur a cura vulneris nõ penetrãtis capituli superioris, Si autẽ penetrans fuerit cũ sagitta vel alio instrumẽto, ꝓ tuo posse extrahe eã si videris ipsam, obseruatis regulis vt in capitulo de uulnere **B** in capite: quã si nõ uideris nec inuenire possis, dimitte eã, nec plus infestes infirmum, quia in talibus sagittis absconsis, quæ inueniri nõ possunt: si homo uiuus remaneat, natura operatur per tempus mirabiliter, & eas reducit ad aliqđ organũ corporis extrinsecus manifestum aut emunctoriũ, ita q̃ de leui extrahi potest, ĩmo quãdoq; per se exit, ut uidi pluries meo tẽpore. Conuenit etiã cõsyderare in tali uulnere, utrum zirbus, seu reticula, aut omentũ, quod idẽ est, aut intestinum seu pars hepatis, uel splenis per ipm uulnus exiuerit: & si zirbus per inde exiuerit, debes cõsyderare, an denigratũ sit aliquid eius, uel nõ. Si sit boni coloris nõ denigratus, subito reduc ipsum ad interiora: si uulnus est satis latum & reductioni sufficiens. Postea sue locũ, cum acu tua decenti, et filo sericino, uel lineo duplicato & incerato: ut dixi ĩ capitulo de uulnere in **C** collo & gula: cõprehendendo siphac cũ acu interius, & pellẽ exteriorẽ fortiter, et secundũ parte magnam, ne post consolidationẽ pellis exterioris & carnositãtis existentis sup siphac, fiat eius siphac ruptura, & appareat in ꝓcessu tẽporis eminẽtia in loco illo, eo quia partes siphac incisę prius tẽpore suturæ nõ fuerint captæ & cõductæ in sutura, & sic nõ annexæ ad inuicẽ. Si a medico bonæ intelligentiæ & ingenij non fuerint cõductę a principio & per suturã alligatæ, nec in futurũ poterunt decẽter adiungi, nisi primũ uulnus cum rasorio ĩnouetur: & partes illæ siphac solutæ, cũ sutura cõducantur simul cum partibus carnis & pellis existentiũ supra siphac ut dixi. Si uero tale uulnus nõ fuerit sufficiens reductioni zirbi, ob sui paruitatẽ, aut zirbi notabilẽ quantitatẽ maiorem uulnere, uel alia causa, tunc suauiter dilata illud cum rasorio: deinde reducas **D** zirbũ & sue locum ut supra dixi: deinde procede ut in aliis uulneribus dictum est: et de sanguinis cõstrictiõe si expediat subito prouide ut sciuisti iã supra. Et de mollificatione & doloris sedatiõe cum uitello oui oleo ro. & huiusmodi, cũ tentis, & super uulnus cum faldellis stuppeis in eo inuolutis usq; ad tres uel qnq; dies: donec sanies incipiat: deinde uero mundificetur, incarnetur & cõsolidetur ut supra: aut cum decoctionibus, aut cũ emplastris & unguentis mundificatiuis incarnatiuis et cõsolidatiuis. Aduertas tamen q̃ sutura huius loci duobus modis fieri põt: primo, ut partes siphac distantes & solutæ, una ac ꝓpria & p se sutura, nil aliud capiendo, cõducantur. postea partes carnis exterioris & pellis cum alia sutura firmiter conducantur punctis sufficientibus. Secũdo uero, ut unica sutura partes pellis exterioris & carnis super siphac &

ipsum siphac interius cõprehẽdatur cũ sutura, & ista sutura est magis durabilis, & minoris doloris, ac aptationis & cõiunctionis, quã prima. Sed in prima est minor deceptio de bona siphac coniunctione. Attende etiã ꝙ omnes suturę debent fieri cum filo sericino, uel lineo, inceratis, ne cito putrefiat. Si vero zirbus q̃ exiuit, putrefactus & denigratus sit, subito ĩcide & remoue illud nigrum, & corruptũ, & cauteriza partem zirbi sanam a qua corruptum separatum fuit, cum ferro ignito, aut auro, suauiter, vt orificia venarũ zirbi remanentia beneficio cauterij obturentur, ne inde sanguis fluat: deinde cõducas leuiter zirbum interius ſm aliquem modorũ dictorum, & procedas in cura directe ut supra dixi. Si vero exiuerit intestinũ aliquod, et non fuerit vulneratũ, tunc subito reduc ipsum ad interiora: deinde cum sutura & modis alijs narratis procede vt dixi de exitu zirbi. Si autẽ reducere non potes intestinum propter vulneris paruitatẽ, aut intestini inflaturã ob ventositatem iã in eo reclusam ex aeris exterioris infrigidatione, vel alia causa: tunc procede modis duobus, primo calefac aut mollifica cum fomentatione calida, & embrochatione facta ipsi intestino cũ spongia, cum aqua decoctiõis chamomil. sem. anethi. absinthij, fœnugręci, calamenthi, et cymini integri: & post hãc fomentationẽ & embrochationem vngas ea cum oleo chamomil. anethi, et liliorũ alb. & tunc tẽta ipsa reducere, aut prima visitatiõe, aut post. Secundo si per hanc viã non poteris ea reducere amplia vulnus illud cum rasorio tuo prudenter & suauiter, et tunc illa reducas, vt dixi de zirbo: deinde sue locum, & cõfirma suturã cum puluere pluries dicto supra & mollifica, dolorẽ seda, mũdifica, incarna, & cõsolida ut supra. Si uero ĩtestina q̃ exiuerint fuerint uulnerata, tũc infallibiliter iudica illud vulnus fore mortale vt plurimũ: sed tñ ab eorũ cura rationabili nõ est desistẽdũ. Si ergo fuerint ex trãsuerso incisa totaliter, tũc ex necessitate, tale vulnus erit mortale, & ĩcurabile. Si vero incisa fuerint per lõgũ, aut ex trãsuerso ſm ptem tunc audacter succurras, et partes cõducas cum sutura, secundũ modum quo suũt pelliparij, quia hic modus vtilior est, cum propter fili & punctorũ continuitatẽ, sutura magis duret, et durabilitas suturę diu multũ vtilis est isto casu, cũ natura lõgius habent spaciũ in generatione ligamenti partiũ huius loci, vtiliorẽ, tum etiã propter cursum stercoris & superfluitatũ per intestina: super sutura vero subito pulueriza puluerẽ subtilissimũ conseruatiuum suturę talem. Re. dragãthi, mastiches, gumi arab. san. drac. thuris, mumię, ana vnc. i. Sed antequã supponas istũ puluerẽ, fomenta, & calefac intestina, et locũ vulneris totum cũ aqua decoctionis antedictę: aut cũ vino solo nigro, odorifero, calido, & laua bene ipsa, & locũ vulneris totũ: deinde pãno calido ea exicca pro posse: deinde pulueriza super sutura in maxima quãtitate pulueris antedicti: & deinde reducãtur intestina ad interiora & ad locum propriũ: & si ista uia reduci nõ possent dilatetur vulnus mirach vt supra dixi, & tunc reducãtur: et deinde ꝓcedatur in sutura syphac, & pellis & carnis exterioris vt supra dixi: & nõ audiatur sermo dicentiũ intus intestinũ ante suturam debere poni cãnulã sambucinã vel hmõi, & super ea sui intestinũ vulneratũ, eo ꝙ falsus & erroneus est: quia cũ intestina sint multæ tortuositatis, et hmõi cãna inflexibilis sit, nõ posset natura illud carnosum ligneũ expellere: & sic per cur

E sum naturæ ad exitum superfluitatũ & fecis, induceret dolorẽ, & forte exinde apareretur intestinum, & fieret vulnus mortale, qđ poterat esse sanabile. Sed si deberet ibi poni aliquid, melius esset ponere aliquã partem intestini alicuius aĩalis: hoc. n. esset applicabile, & magis naturæ obediens, vt patet. Sed neutrũ mihi placet, nec est vtile pro certo. Et ad maiorẽ confirmationẽ nostræ operationis, ponemus exemplũ, nobis occursum: curaui enim quendã militẽ Papien. noĩe Io. de Bredella, qui cũ cultello se ipsum vulnerauit in vẽtre, & intestina exiuerunt vulnerata secundũ longũ, et latum: subito vocatus fuit magister Octobonus de Papia ibi medicus, qui statim his visis dixit, mortuus est: sed pur voluit reducere intestina & nõ potuit, q̃a iã inflata erant ob alterationẽ aeris insueti, & vulnus ventris erat strictũ: & tunc ipse magister Octobonus

F cũ amicis infirmi ad me venit in palatio cõmunis vbi erã pro tunc, rogãs me vt visitarẽ hunc infirmum, & sic feci: quẽ quum vidi, multum timui in veritate: sed subito feci portare vinũ calidum, quia nõ erat tẽpus aliam lotionẽ expectandi, dictam supra in pręsenti capitulo: & cum isto vino calido fomẽtaui bene intestina: deinde ablui ea, & continuo exibat stercus, sed ob hoc nõ cessabam a lotione: & statim facta lotione, cõduxi, & sui partes intestinorum cũ sutura pelliparíorum, & super ea posui puluerẽ supra dictum secundũ bonam quantitatẽ: & statim puluis adhęsit & constricta sunt labia uulnerum intestinorũ: & quia nõ potui ea reducere interius ad locũ suum, dilataui uulnus mirach decenter cum rasorio, et statim ea reduxi: postea cõduxi & sui partes siphac & carnis & pellis exterioris simul unica sutura secundũ modum supra dictũ.

G Deinde ꝓcessi pro illa prima uisitatiõe in uulneris orificio qđ dimisi apertũ, cum uitello oui, oleo ro. & croco modico, & super toto uulnere: & cum defensiuo ex bol. ar. oleo ros. myrto, rosis, & labrusca, & mastiche, & aceto & croco modico, & dimisi eũ ꝓ tũc: Deinde cõtinuaui ĩ cura cum dicto magistro Octob. in mundificando & cõsolidando, ut supra tibi dixi: et in ueritate ipse patiens lõgo tpe uixit post, et habuit uxorẽ ac filios. Et attende, ꝙ si hora suitionis, & dilatationis uulneris mirach, sanguinis fluxus infestaret: facta suitione ꝓ prima uisitatiõe, & lotis bene intestinis cũ uino calido nigro ꝓcedatur cũ sanguinis cõstrictiuis satis notis: deinde redi ad modũ nunc dictũ. Si uero a uulnere huius loci exiuerit hepar ſm partẽ, et esset uulneratũ in substãtia intrinseca & spissitudine eius, certe nõ recipet curã: sed si circa aliquas minutas ac subti-

H les eius partes foret factum uulnus aliqđ paruũ, posset bene patiẽs tunc liberari: in primo autẽ casu nõ, tum ꝓpter fluxũ supfluũ sanguinis sequẽtẽ tale uulnus, cũ propter necessitatẽ suæ operationis, & ꝓpter se, & ꝓpter totũ corpus. Statim ergo quũ apparet hepar aut splen, intromittatur subito, quia uulnera ista nõ indigent operatiõe manuali, nisi reductione ad locũ suũ, & postea fiat sutura siphac & carnis & pellis exteriorũ simul, sutura unica ut dixi: ita ꝙ uulnera istorũ mẽbrorum dimittantur naturæ, & sic mortalia iudicentur. Et quũ suturã feceris superpõe ei puluerẽ cõseruatiuũ supra dictũ: et circa uulnus, defensiuũ pariter supra in pñti capitulo dictũ, & sup uulnere toto põatur leuiter mundificatiuum et incarnatiuum empl'm, tale Re. thuris, vnc. i. mastiches, san. drac. mu mię, ana dra. ij. mellis ro. co. vnc. 5. terebin. lotæ, dra. ij. fa. hor. quã tum

tum suffic. ad inspissandū: fac emplastrum, quo vtere vt supra. Post hæc vero ponantur incarnatiua sola & pura q̄ supra dixi. Diæta vero eius in cibo & potu sit directe, quæ dicta est supra de vulnere intestinorū, & specialiter in cibis suis coq̄tur tus, mastiches, gu. arab. & rosæ: & pro potu vtatur aqua decoctionis dictarū rerum: & nō bibat vinum nisi dissentientibus virtute, vel aliis huiusmodi: de ventris largitate, fiat etiā vt supra dixi: & de sanguinis diuersione quomodolibet si tibi videbitur necessarium. Si aūt cōtingeret sanguinem vel saniē remanere inter siphac & intestina, quæ nō possunt mundificari propter suturā, non cures de hoc, quia natura aut resoluet illū, vt facit ī multis apostematibus, aut ducet eū ad loca inguinum, & ibi fiet quædā apostematio: circa quā primo procede cū maturatiuis, deinde cum incisione, & aliis necessariis dictis libro primo de apostematibus: & si natura altero de dictis modis procedere nō posset, signum est mortis, & fortissimæ læsionis potētis naturā et eius operationē destruere, præter q̄ medicus q̄d possit sua operatione proficere: & attēde q̄ in isto casu largitas ventris cōtinuo est necessaria, aut cū clysteri cōi lenitiuo, aut cum suppositorio de felle aliquo sale, & melle, uel alio leni & molli nō mordicante: imo renuantur suppositoria de salgēma aut alio pūgitiuo, vt sapone, colocynthida euphorbio, et huiusmodi.

*De uulnere in femore & inguine, cum ense uel sagitta &c.* *Cap.* XVI.

Consyderādū est optime in omni uulnere huius loci, siue fiat cum sagitta, siue cū alia re. Si ergo fiat cum sagitta, tunc obseruatis regulis mollificationis loci, sagittæ, & totius vulneris prius cum oleo ro. pinguedin. gallinæ & croco, & dilatationis vulneris cum rasorio, si expediat, extrahatur sagitta suauiter vt dixi in aliis capitulis, deinde in fluxu sanguinis, si te infestet in prima visitatione, procede vsq; ad sequētem diem. Si vero non adsit fluxus procede cum mundificatiuo, & doloris sedatiuo pluries dicto ex uitello oui, oleo ro. et croco modico, vsq; ad. iij. vel. iiij. dies, donec sanies fieri incipiet: deinde mundifica, incarna, & cōsolida vt alias dixi: phlebotometur infirmus si fuerit necesse, secundū exigentiā virtutis eius, & exitus sanguinis de vulnere multi aut pauci. Ventris largitate vtatur naturali, vel artificiali omni die secundū ciborum assumptorum quātitatē: imo vt semper in superfluitate residui aliquid expellatur. Diæta infirmi sit ordinata, tēdens ad frigiditatē, saltem vsq; ad securitatem ab apostemate loci: et potus cum cibo breuiter sit vt in capitulo de vulnere ī casso, & in dorso & spina, in stomacho & ītestinis etc. Aduerte tamē q̄ duo principaliter in isto casu attēdenda sunt diligēter: vnum est, vtrū uesica sit læsa, an nō: Aliud utrum siphac sustinens intestina descendant ad bursam testiculorum, sit fractum, aut non: nā si inguina, aut uirga aut testiculorū bursa fuerint vulnerata, aut aliqua alia mēbra ibi adiacentia, tunc cōsydera vtrum vulnera talia indigeant cōductura partium, an nō: & si sic, tūc conducas partes secundū regulas tibi assignatas in capitulo de vulnere in collo & gula, & in aliis. Si autem nō, tunc cura locum & vulnus, mollificando, dolorē sedando, mundificando incarnando & cōsolidando, vt supra diximus. Si autē vesica læsa & vulnerata fuerit, quod scies per exitū vrinæ a vulnere, tunc infalli-

A biliter dicas vulnus mortale, tum propter neruositatē vesicę & per cōsequens difficilem incarnationem, tum propter continuā vrinæ residentiam in ipsa corrodentis substantiā vesicæ, & per cōsequens addentis in dilatatione vulneris. Ex quibus omnibus nō recipit vesica soluta consolidationem vt dixi. Sed licet istud dictum sit scientiale & rationabile, tamen nō est desistendum ab operatiōe rationabili: omni ergo tuo ingenio subito a principio, intende incarnationi vulneris vesicę, & ī defensiuo circa vulnus, ne locus apostemetur: vsus sum meo tēpore hoc incarnatiuo sup uulnere isto, Re. mel. ro. co. lib. ß. thuris, mastiches, draganti, gu. arab. mumiæ, myrrhæ, ana drac. ij. misce & vtere vt dixi in modum emplastri super uulnere, aut forte intus etiā cum stuello. Et attende ut nullo modo aliquo tēpore nec in tali vulnere nec supra ipsum po

B nas oleum aliquod, quia cuiuscunq; generis sit, impedit vesicā vulneratam, ne possit cōsolidari, quocūq; tēpore ponatur tale oleum: Incarnetur ergo cum dicto medicamine, citius quā possibile sit, et cōsolidetur si fuerit possibile, vt iā sciuisti. Si autē siphac continēs intestina uulneratum fuerit & solutū quod manifeste scies per descēsum intestini inferius, aut ad bursam testiculorum aut ad extra, super osse femoris, aut paulu lum infra, tunc conare ipsum siphac vulneratum manibus tuis bene & decenter cōducere & suere partes eius ad inuicē firmiter secundū modum dictum in capitulo de vulnere intestinorum, et super sutura pone re puluerē conseruatiuum ibidē dictum. Et in vulnere exteriori carnis & pellis, et super toto vulnere etiā, incarnatiuum supra dictum: deīde procede directe in tota huiusmodi cura vulneris, vt doctus fuisti supra.

C Sed aliquo tempore nō pręsumas, nec aliquo casu, ponere oleum in tali vulnere vt dixi, sed cito incarna & cōsolida per uiā iam dictā: stude tamen semper facere infirmū habere ventrē largū quia ualde utile est. Dięta eius sit similis antedictæ ī cibo & potu, sed toto posse abstineat a potu nimio: et potus eius sit temperatus stypticus iuxta possibile, & cum rebus consolidantibus cōditus ut dixi. s. in capitulo de uulnere in intestinis, & aliis pręcedentibus sufficienter ibi lege etc.

*De uulnere anchæ, cum ense, uel sagitta etc.* *Ca.* XVII.

Qvum cōtingit loca sciæ uulnerari, nō sunt talia uulnera timorosa, nisi per magnitudinem mēbri, & eius neruositatē, & eius ligaturæ lęsionē, ex qua sequitur in fine curatiōis claudicatio, ut pluries dixi. Si ergo sagitta uulnerans talē locum, in-

D trauerit os scię, aut anchæ, tunc cum solerti ingenio et subtili inuestigatione tua, cum mollificatione loci cū oleo ros. pinguedine gallinæ & croco modico mistis & calidis, et cum dilatatione uulneris in pelle et carne sufficienti cum rasorio, & sagittā extrahe: qua extracta modo dicto in capitulo de uulnere in capite, tunc imple uulnus totum cū stuellis infusis ī oleo ro. & croco calidis, pro prima uisitatiōe usq; ad. iij. dies, quum sanies incipiat generari, nisi sanguinis fluxu infesteris hora dilatationis et extractiōis, qa subito illi intēde ut alias dixi: & circa locū ungas copiose cū bol. ar. oleo ro. aceto, succo solathri, suc. plantaginis, su. semperuiuæ, & huiusmodi mistis cum modico croco: & super uulnere toto, pone medicamē istud dictum quod ponebas in uulnere, de uitello oui, oleo ro. et croco, mistis & calidis, & hoc usque ad tempus antedictum. si

triũ dierũ uel circa, donec sanies incipiat: Deinde tale mundificatiuũ & in vulnere cũ stuello, & super vulnere ponas. Re. mellis ro. co. lib. 5. fa. fœnugręci. fa. se. lini, flo. chamomil. bene puluerizatorũ, ana vnc. i. fa. hordei, fa lupi. ana vnc. 5. olei chamomil. olei anethi. ana vnc. iij. incorporẽtur omnia simul cũ vino sufficienti, et vtere eo vt dixi: hoc enim emplastrũ partim est mundificatiuũ, partim doloris sedatiuũ, & valde vtile in isto casu. Tota nanq; intentio sit in hoc casu sedandi dolorẽ, & euitandi apostema: quia in eo nõ cadit dubium nisi propter hæc duo. Diæta in cibo et potu, sit quæ dicta est in capitulo de vulnere in casso, in dorso, & in intestinis. Si autẽ vulnus fieret in his locis cũ ense vel similibus, ita ꝙ indigeret sutura tunc breuiter, suatur cũ solẽnitate tota de sutura dicta in capitulo de vulnere in collo & gula & in alijs capitulis. Et in cura talis vulneris, ꝓcedatur vt in alijs capitulis pluries dixi: phlebotomia & ventris largitas etiã hic non omittatur, ne locus infletur propter eius affinitatẽ ad intestina fęces cõtinentia, quare istud est vtile valde, & propterea non obliuiscatur a te, quia bene tibi in cura succedet.

*De uulnere in coxa cũ ense, uel sagitta etc.* Ca. XVIII.

Qvum vulneratur coxa, tunc semp fit tale vulnus timorosum propter musculũ, vel lacertũ magnum ibi existentẽ, a quo separantur cordæ veniẽtes inferius ad motũ cruris & pedis: ad compositionẽ cuius musculi etiã veniũt nerui plures a cerebro portante cõpassionẽ et tristitiã doloris, inducti in loco illo a uulnere illius loci, vsq; ad ipsum cerebrũ per quã compassionem dolorosam, multoties induci tur spasmus. Et quandoq; cita, ac subita mors, & quãdoq; propter uenas et arterias magnas coxæ, quę quũ inciduntur, fluxus sanguinis abundans & superfluus exit, et cũ difficultate cõstringitur, sequitur mors subito, nã necessario est mortale iudicãdũ. Fit aũt vulnus in coxa, sicut alibi, secundũ latum, aut secũdũ longũ, aut secundũ transuersum, & aliquando paruũ, aliquãdo strictum, aliquãdo profundũ, aliquãdo superficiale. Si ergo fuerit magnũ ẜm longum, uel secundũ latũ et nõ profundum, cõduc partes sutura decenti, secundũ regulas capituli de vulnere in collo, & superpone suturæ puluerẽ conseruatiuũ pluries dictum, dimittẽdo semper orificium in loco decliuiori vt sanies mundificetur: & in eo pone stuellũ inuolutũ in vitello oui oleo ro. & croco calidis, & super toto vulnere de eodẽ medicamine cum faldella decenti, & hoc fiat vsq; ad. iij. dies, vel circa, donec sanies incipiat generari: & circa vulnus totũ pone defensiuũ in pręcedenti capitulo factum: deinde liga: postea mundifica, incarna, et cõsolida, vt sciuisti: & nõ omittas phlebotomiã, vel vẽtosationẽ si videbitur tibi expedire de cõsensu vel descensu ætatis virtutis & huiusmodi: & nec ventris largitatem. Diæta in cibo & potu sit vt supra dixi. Si vero tale vulnus secundũ latum vel longũ, profundum fuerit, cõsydera musculũ aut lacertũ, & eius neruum magnũ, si fuerit incisus secundũ totum, vel secũdum partem, & si vena vel arteria aliqua incisa est, ex qua nimius fluxus sanguinis cõsequatur. Si autẽ neruus incisus fuerit secundũ totum, vel partẽ, subito cõducas eius ptes cũ sutura fili incerati, suẽdo prius vna sutura ptes nerui incisas simul, quia fit ex ea melior mẽbri cõtinuatio & decentior, ac citior incarnatio et cu-

E ratio per naturã et artem medicinalẽ, ut disputatũ fuit supra in capitulo de vulnere in adiutorio de hac materia: postea suas partes carnis & pellis super neruo existentiũ, solutas, nisi ꝑ tũc sanguinis fluxus impediat, cui primo intendas cum restrictiuis eius, nõ suendo nihil, dictis in capitulo de vulnere in collo & gula, & dimitte sic locum ligatũ vsq; ad sequentẽ diem vel plus donec sis securus de eius cõstrictione. Deinde dissolue suauiter & redi ad suturã prędictam ẜm regulas capituli de vulnere in collo, suturæ superponendo puluerẽ cõseruatiuũ pluries dictũ: & defensiuum circa vulnus dictũ in pręcedenti capitulo. & in vulneris orificio quod dimisisti apertum, vitellum oui cũ oleo ro. & croco modico, vsq; ad. iij. dies vel circa donec incipiat sanies generari. Deinde mundificetur, incarnetur & cõsolidetur locus vt sciuisti. Si autẽ tale vulnus fue

F rit strictum et profundũ, seu strictũ et non profundũ, & a tali vulnere sanguis vltra debitũ fluat, subito constringe eũ pro posse vt supra dixi, & dimitte locũ ligatum usq; ad sequentẽ diẽ uel plus secundũ ꝙ tibi uidebitur fore cõstrictum: & locũ circa uulnus semper defende cũ defensiuo pluries dicto, ne apostemetur. Et aduerte diligenter propter dicta & dicẽda, vt nullomodo pręsumas in aliquo mẽbro neruoso, in simili uel alio casu, pręcipue si mẽbrum neruosum fuerit nodosum, siue in eo sit profundũ uulnus, uel nõ, ponere tentã longã penetrantẽ ad profundum uulneris, ad neruum tãgere ualentẽ: sed eã ponas in orificio superficiali uulneris, ne claudatur, quia ex tactu nerui p tentã, ac nerui fricationẽ quam faceret per tactum ipsum propter notabilẽ sensibilitatẽ ac naturã eius debilem, fieret dolor grandis in loco: et tunc currerent humo-

G res superflui ad locum, & apostemaretur, & sequeretur fe. fortasse & spasmus, & quãdoq; mors. Ponatur ergo loco tentę usq; ad profundũ uulneris oleum ro. calidũ cum modico croco: oleũ. n. sua oleaginitate et hũiditate multa replẽdo dilatat uulnus, & dolorẽ mitigat, sua etiã roseitate cõfortat & defendit mẽbrũ ne apostemetur. In ore autẽ uulneris stricto, et circa superficiẽ eius siue ꝓfundationẽ, aliqua facta sanguinis cõstrictione supra dicta, ponatur tenta curta grossa infusa in uitello oui, oleo ro. & croco calidis, & desup faldella stuppea in dicto medicamine inuoluta, usq; ad. iij. dies uel circa, donec sanietur locus: Post hoc uero eodẽ modo cum tenta simili & faldella stuppea intinctis in mundificatiuo de melle ro. co. fa. hor. myrrha, & modico croco, prius locum mundifica, & cõtinua usq; ad aliquot dies, donec sis securus ab apostemate.

H Postea uero mundifica secundũ modum supra dictũ cũ mundificatiuo aliqualiter fortiori, vt facto de melle ro. terebin. sarcocol. myrrha, & fa. lupino. aut illius generis: aut si expediat cũ fortiori: ut unguento apostolorum uel uiridi etc. Deinde incarna & cõsolida ut sciuisti. Si uero parum sanguinis a uulnere exiuerit, cuiuscunq; generis sit uulnus, dũmodo sit notabilis lęsionis, fiat phlebotomia de manu partis cõtrarię in saluatella, hepatica in manu dextra, & splenetica in manu sinistra, quæ est inter digitum annularẽ & auricularẽ: uel saltem fiat in naticis scarificatio cum uentosis, secundũ semper cõsensum & dissensum uirtutis ætatis etc. Vẽtris etiã largitas nõ dimittatur naturalis uel artificialis. Dięta in cibo & potu, sit declinãs ad frigiditatẽ, subtilis, aut parũ grossa, ẜm cõsẽsum uel dissensũ uirtutis ętatis cõplexionis et hmõi, ut dixi in capitulo de

de vulnere in pectore, in dorso, & in fæmore etc.

*De uulnere in genu cum ense uel sagitta etc.* Ca. XIX.

LOca genu timorosa sunt valde et mortalia, quũ in eis fit vulnus saltem subtus, in parte illius concauitatis quæ reperitur in anteriori parte genu sub rotula, & sunt illa in vltimo focilis minoris & maioris: nam ibi cõtinuantur & cõiunguntur nerui multi notabiles & nobiles veniẽtes a cerebro, & nuca, ex vulnere, quorũ fit dolor intolerabilis subito, & sequitur multoties spasmus, & qñq; mors: aut sequitur cũ dolore illo grandi, debilitas tanta infirmi & loci illius, ꝙ ex descensu humorũ nõ potest se defendere membrũ, quin apostemetur. Et fit cũ hoc rigor significans sparsionẽ malæ materiæ virulentæ supra mẽbra sensibilia, & seqtur fe. multoties & mors. Si ergo facta fuerint huius loci vulnera cum sagitta vel alia re acuta. s. daga, lancea, clauo vel huiusmodi, siue profundata fuerint vsq; ad os, siue nõ, subito extrahantur, obseruatis regulis capituli de vulnere in capite cum sagitta. Et nõ ꝑsumas ponere in vulnere tali, aut cõsimili neruoso nodoso, tentã longã, sed solum in orificio vulneris superficialiter, vt nõ transeat carnositatẽ mẽbri, ne aliquo modo tangat, aut fricet se cũ neruo, sed solũmodo ponatur talis tẽta vt orificiũ stet apertum: et intus in ꝓfundo vulneris ponatur oleũ ros. calidum cũ croco modico prima visitatione, si sanguinis fluxus nõ te infestet, quia pro tunc illi intende: infundendo tentã illam dictam, in dicto oleo, & guttatim vulneri imponendo: deinde ponẽdo tentam illã curtam in orificio vulneris superficialiter vt dixi: nam oleũ supplet defectum tentę, prohibendo ne vulnus claudatur: sua enim oleaginitate et humiditate simul cum corpulentia sua dilatat vulnus, & sua tẽperantia et cõformitate calidum dolorẽ sedat: locũ confortat & defendit sua roseitate, vt in capitulo pręcedenti declaraui: sed ex profundatione & impressione tentæ ad profundum uulneris, propter pręsentiam neruorũ multorum notabiliũ ac nobilium, qui tanguntur, & fricãtur cũ tenta, necessario statim fit dolor grãdis, ad quẽ sequunt̃ accidentia mala prędicta ineuitabiliter: et sic facias cum tẽta illa infusa in oleo & croco, vsq; ad. iij. dies, & donec sanies in loco incipiat generari: & sis ab apostemate securus. Postea procede cum mũdificatiuo, facto ex terebinthi. melle rosa. myrrha, fa. hordei, vel lupin. Extẽdendo de ipso super toto vulneris orificio, in modũ emplastri, & in orificio vulneris, oleũ rosa. calidum cum croco, cum tenta superficialiter ut dixi: aut forte si propter olei vnctuositatem superfluitas aliqua in vulnere multiplicaretur, dimitte oleum, & procede mundificãdo cum melle rosa. terebinthi. myrrha, & croco: aut cum alio neruorũ mundificatiuo noto, imponendo illud cũ tenta in profundo vulneris, & tentã in superficie vt dixi: imo si propter talis olei vnctuositatem, vel aliam causam, aliqua caro mollis vel vnctuosa, aut quid superfluicũ in uulneris orificio vel profunditate, videatur crescere, & generari, remoue cum vnguento apostolorum, vel viridi etc. Deinde incarna, & consolida vt supra. Et non omittas phlebotomiã: vel ventosationem, secũdum ꝙ expedit, nec ventris largitatẽ vt supra dixi. Diæta etiã sit qualis dicta supra: nõ repetendo nunc. Si vero in sagittę extractione fluxus sanguinis te impediat, cõstrictioni eius prius intende, deinde procede vt supra.

A Et nõ est sermo audiẽdus dicentium, oleum nõ debe reponi in vulneribus neruorũ, quia sua vnctuositate marcescens & putrefaciens eos, quia falsus est, & insipidus: & nos infra diffuse determinabimus, quomodo noceat vel iuuet, in capitulo de pũctura neruorũ. procede ergo audacter vt supra, nõ omittendo vnꝙ defensiuum circa uulnus, dictum in capitulo pręcedẽti, & supra multoties. Si vero vulnus fuerit longum latum et magnum indigens sutura, tunc bene cõsidera, si ibi sint aliquæ partes ossis incisæ, separatæ a sano osse: quæ stare non possint cum sano osse: & si sic, eas remoue subito ante suturam: deinde sue & coniunge partes vulneris decẽter, dimittendo orificium in loco decliuiori etc. in quo orificio et super toto uulnere, pone vitellum oui cũ oleo ro. & croco mistis et calidis, vsq; ad tres dies vel circa, donec sanies generabitur, nisi fluxu sanguinis impediaris, quia pro prima

B visitatione illi intende, deinde redi ad nunc dictũ modum. Post hæc vero mundifica, incarna, & cõsolida, vt sciuisti pluries. Si uero ibi fuerit pars ossis separata & incisa, quæ tamen possit suo ossi adhærere & coniungi, siue ibi non sit aliqua pars ossis incisa, conducas eodem modo partes, & conserua suturam cum puluere, & dimitte orificium ut supra in quo pone stuellum inuolutum in uitel. oui, oleo rosa. & croco, calidis, & super toto uulnere etiam, & breuiter cum phlebotomia uel uentosatione, largitate uẽtris, defensiuo circa uulnus, & cum diæta in cibo & potu procede directe ut supra. Deinde mundifica, incarna, & cõsolida, ut pluries sciuisti, & inferius scies.

*De uulnere cruris cũ ense, uel sagitta &c.* Cap. XX.

C SVper focile minori cruris in parte anteriori & interiori, reperiunt̃ lacerti notabiles, descendẽtes a genu ĩmediate & a cerebro, & a nuca mediate principaliter. Vnde qñ uulnus fit in loco isto, & specialiter cum sagitta & similibus, ualde timorosum est: & multos nostro tẽpore uidimus perire. Si ergo sagitta uel aliud simile crus intrauerit, aut saltẽ locum dictũ, & cum hoc intrauerit ossis substantiã, tunc subito secundum ordinẽ consuetum pluries dictũ, mollifica locũ sagittæ & totius uulneris cũ oleo ro. calido, & modico croco, aut cũ pingued. gallinæ eis admixta: & breuiter dispone locum ad facilẽ sagittæ exitum, aut cũ dicto mollificatiuo, aut forte cum incisione solerti & prudẽter facta: & tunc extrahe sagittã suauiter secundum regulas datas in capitulo de uulneribus capitis cum sagitta. Qua extracta subito imple uulnus cum

D oleo ros. calido, & croco pauco, non imponẽdo tentam in profundo uulneris, sed solũmodo oleum ante dictum, tentam tamen ponẽdo in orificio, ne claudatur, superficialiter ut dixi de uulnere in coxa, & genu supra. Circa uero uulnus ponatur defensiuum ex bolo ar. oleo ro. aceto, succo solatri, semperuiuæ, plantagi. aqua ros. & huiusmodi, cum croco pauco: & hoc fiat a principio usq; ad finem: oleum autem antedictũ in uulnere ponatur ut dixi usq; ad tres dies, uel sic, donec sanies apparere incipiat, & sis securus ab apostemate. Postea mundifica locum secundum regulas datas in capitulis immediate allegatis. Facta mundificatione incarnetur & consolidetur locus ut dixi supra. Et si a uulnere sanguis exiret paucus, & uirtus ac ætas & alia non dissentiant, fiat phlebotomia aut uentosatio, fiant clysteria uel suppositoria antedicta.

Diæta etiam in cibo & potu ordinetur breuiter vt dixi. Et nullo modo timeas de osse læso in isto casu, quia per illam viam bene mundificabitur, beneficio dicti mundificatiui. Si vero in actu extractionis sagittæ fluxu sanguinis impediaris, subito eius constrictioni intende: deinde redi ad nunc dictum modum. Si vero vulnus fuerit magnum siue longum siue latum, indigens sutura, & cum fluxu sanguinis abundanti, tunc subito conducas & suas partes vulneris adinuicē decēter, vt in cap. de vulnere in collo: deinde stude sanguinis constrictioni subito, nec omittas superponere suturæ puluerem cōseruatiuum pluries dictum: & dimitte locum sic ligatum vsq; ad sequētem diem, vel plus, donec securus fueris de restrictione sanguinis: deinde procede cum mollificatiuo, & doloris sedatiuo de vitello oui, oleo ros. & croco, vsq; ad saniei generationem: deinde mundifica, incarna, & consolida vt sciuisti. Phlebotomiam, diætam, ventris largitatem, defensiuum & cetera. ordina vt supra sciuisti. Si autem os cruris incisum fuerit ex transuerso totaliter, ita vt non possint adinuicem partes adhærere, tunc conduc eas manibus tuis decenter, & suauiter: deinde conducas partes carnis & pellis cum sutura decenti, super qua pulueriza puluerem conseruatiuum pluries dictum: deinde vngas copiose circa vulnus cum defensiuo supra dicto in præsenti cap. deinde cū stuellis decētibus & stuppeis, albu. oui, oleo ro. & croco inuolutis, cū decenti fascia locū liga ut dixi in cap. de vulnere in adiutorio, aut cubito: & sic procede vsq; ad generationem pori sarcoidis ligantis partes ossis adinuicem. In vulnere vero & super eius orificio, pone pro isto tempore vsq; ad generationē saniei, vitellum oui cum oleo ros. et croco. In diæta etiā in cibo & potu, & phlebotomia aut scarificatione & ventris largitate procedatur ut supra, præterquā post apostematis securitatē regatur infirmus cum cibis duris & viscosis, vt sunt animalium viscositates seu extremitates & huiusmodi cibaria de pasta &c. Hoc tamen capitulum pendet ex tractatu & libro de fractura & dislocatione ossium cum vulnere, de quibus in libro sequenti doctrinam faciemus plenariam.

*De uulnere rasctæ seu nodi cauiculæ pedis &c.* Cap. XXI.

ISte locus cum vulneratur cum ense, sagitta, uel huiusmodi, semper timorem infert propter duo principaliter. primo, propter naturam sue cōpositionis, extractę ex compositione quarūdam partium componentium iuncturam huius loci, & formam eius formantium, quæ sunt sex. Primo enim os, quod appellatur cauicula. secundo a sub, quod est os calcanei: deinde alia ossa parua sine nomine, quæ omnia cum læduntur ex vulnere siue paruo, siue magno, amittūt propriam compositionem, & propter illud amittit membrum formam eius & figuram: quæ forma aut compositio ossium destructa, propriam aut veram restaurationem non recipit, aut cum difficultate recipit: eo quod cum medicus non possit illa tractare vt vellet & deberet, propter paruitatem & occultationem ipsorum, remanet multoties cura imperfecta. Secundo propter neruum magnum in loco illo positum, quo mediāte focilia & ossa prænominata cum suis ligamentis adinuicem alligantur, & continuantur, motum etiam ac sensum recipiunt. Vnde cum

E læditur iste neruus, læsio eius inducit nocumētum in membro, quod male et cum difficultate a medico remouetur. Si ergo vulnus huius loci, factum fuerit cū sagitta, aut alia restricta, & acuta, tūc subito ne facilius sagitta extrahi valeat, mollificetur locus cū oleo rosa. pingued. gallinæ, & croco modico calidis, & totum vulneris orificium: & attēde diligenter, ne in isto loco pellis vel caro incidatur ad vulneris dilatationem aliquo modo, ne propter infiltrationē & connexionem neruorū illius loci ex incisione, ex transuerso incidantur nerui ad motū & sensum necessarij in isto loco, qui incisi nō recipiunt consolidationē saltē verā, & si mēbrum aut secundū partem, aut secundū totū, motū et sensum amittit. Cum sola ergo antedicta uulneris mollificatiōe stude iuxta possibile sagittam extrahere per regulas tibi datas de vulnere in capite supra.

F Qua extracta, impleatur vulnus cum oleo ro. calido & croco, tentā non profundando, sed solū oleū antedictum guttatim in fundo vulneris cum tenta distillando: In orificio vero vulneris ne claudatur, tentam curtā ponēdo, sed grossam aliquātr in dicto oleo imbibitam, ob causam dictā in cap. de vulnere in coxa, aut genu. Et obseruetr iste modus vsq; ad tres dies vel circa donec sanies incipiat generari, & ab apostemate sis securus: deinde mundifica locum, incarna, & consolida, vt sciuisti: & non omittas in principio faciendo. s. phlebotomiā, ventris largitatē, diætam in cibo & potu in superioribus cap. assignatas: defensiuū etiam ex bo. ar. myrto, oleo ros. aceto, succo solathri, semperui. plantag. aut istorum aquis, circa locū continuo fiat. Si vero locus iste fuerit vulneratus cum ense aut barchamasco, vel simili, ita q̄ partium conductura indigeat, tunc bene primo cōsidera si ibi sint frusta

G aliqua ossis separata ab osse sano, quæ possint decēter suauiterq; sine infirmi molestia remoueri, & sic remoue: deinde cōduc partes ossis remanentes adinuicem decenter manibus tuis, & deinde partes carnis & pellis cum sutura, secundū regulas supra datas in cap. de vulnere in collo: Deinde conserua suturā cum puluere pluries dicto, & breuiter procede in cura hac secundum modum totū supra tibi datū. Si vero in tali vulnere neruus incisus fuerit ex transuerso secundū partem, aut secundū totū, subito conducas partes nerui cum sutura vt dixi in cap. de vulnere in coxa, & genu, postea sue partes carnis & pellis super neruo existentium, & conserua suturā cum puluere in illis cap. dicto, & dimitte orificium in decliuiori parte pro saniei expurgatione: deinde in vulnere & super totum

H vulnus pone vitellū oui, oleum rosa. & crocum vsq; ad tres dies, vel donec sanies ibi generari incipiat: demum mundifica, incarna & consolida vt te scire feci, non omittendo illum modum &c.

*De uulnere pectinis pedis cum ense, uel sagitta &c.* Cap. XXII.

CVm perforatur hic locus cum sagitta aut simili acuto, aut cum vulnere cum ense aut huiusmodi, semper considerandū est si sagitta perforauerit totum, vel partē illam, & tunc solenniter mollificato loco vulneris & sagittæ vt supra, & breuiter obseruatis regulis de extractione sagittæ, extrahatur: & cū oleo ros. calido & croco impleatur vulnus, nō imprimendo tentam in fundo vulneris, sed eam ponēdo curtā & grossam in orificio vulneris ne claudatur, in dicto oleo

oleo ībibitā: & hoc vſq; ad tres dies vel circa, donec ſanies in loco incipiat generari: deinde ꝓcedatur cum mundificatiuo incarnatiuo & cōſolidatiuo directe ut ſupra. Et nō omittatur vnquā circa uulnus defenſiuū de bo. ar. myrto, roſis, oleo ro. aceto et ſuccis frigidis, vt in capitulo vulneris in coxa, & genu: nec phlebotomia in principio, vel ſcarificatio ſecūdū ꝙ expedit, nec ventris largitas, nec diçta debita, q̄ oīa dicta ſunt clare ſupra. Sēper habendo reſtrictionē ſanguinis fluxus, ſi hora extractionis ſagittæ te impediret principaliter: deinde reuertendo ad nunc dictū modum. Si uero uulnus magnū fuerit ac latum, ita ꝙ indigeat ſutura, et fuerit os inciſum, ita ꝙ ibi ſint partes oſſis in tantum ſeparatę a ſano oſſe, ꝙ nō poſſint ibi ſtare, nec cū ſano oſſe annecti, nec ꝑ medici artificiū, nec per naturæ ingeniū, tunc ante oīa remoueantur illæ partes ſuauiter, et reſiduum oſſis debite cōducatur & annectatur cū manibus tuis: deinde partes carnis & pellis decenter ſuātur, ſecundū regulas capituli de vulnere in collo, & cōſeruetur ſutura cū puluere vt ſupra dimittēdo in decliuiori parte vulneris orificiū vt dixi alias, in quo cū tenta & ſuper vulnere cū faldellis ſtuppeis, ponatur medicamen de vitello oui, oleo ro. & croco vſq; ad ſaniei generationē: & circa vulnus pōatur defenſiuū de bol. ar. etc. dictum in præſenti capitulo, & pluries alibi: deinde locus ligetur decenter. Poſtea vero mundificetur, incarnetur, & cōſolidetur locus vt ſupra de aliis vulneribus ſciuiſti: aut ſubito loco vitelli oui, ponatur mel. roſ. cum oleo ro. & croco in vulnere & circa etc. Aut forte poſt tres dies, aut ſic, mel ro. terebin. oleū roſa. & vitellus oui, vſq; ad alios. iiij. vel. v. dies: deinde remoueatur oleum & vitel. & cū puris mundificatiuis procedatur, habita ſemper menti ſanguinis reſtrictiōe ſi expedierit, vt ſciuiſti pluries. Si vero illæ partes ad inuicem adiungi poſſint debite, et in loco remanere, quia non ſint ex toto, nec multū a ſano oſſe ſeparatæ, tunc conduc illas ſimul decenter manibus tuis, ac ſuauiter: deinde ſue partes carnis & pellis ſolutas, ſuper oſſe cōducto, ſecundū modum tibi notum ſupra. Et breuiter in cura procede in omnibus neceſſariis vt prius. Et aduertas hic vnum diligenter obſeruandū in iſto caſu et in omnibus vulneribus a pectine ſeu femore inferius, vt ſemper ordines et imponas infirmo ſitum ad iacendū cum pede leuato & tota gāba, ne humores ita faciliter poſſint ad locū uulneratū currere ex decliuitate pedis aut loci illius. Phlebotomiā vero, ventris largitatē, diætam, & alia neceſſaria, breuiter ordina vt iam ſciuiſti pluries. Et ſcias ꝙ vulnera iſtorū locorum nō inferunt periculum propter aliud magis, niſi propter dolorē grandē, & apoſtemationē loci, ad quę pluries ſequitur fe. & rigor, ac neruorum debilitas & ſpaſmus quādoq; propter neruorum læſionē venientium a nuca & cerebro ad locum illū in notabili quantitate, & ſic ex affinitate iſtorum locorum cum cerebro & nuca cōmunicatur dolor, eis et nocumentum, quę ſi nō ceſſent, ut dixi, ſpaſmus, & tandem mors ſequetur.

### *De puncturis neruorum a ſpina, acu, uel huiuſmodi.* *Cap.* XXIII.

HÆc ægritudo eſt ualde timoroſa, ꝓpter duo, & periculoſa, & ſpecialiter quando perforatio facta eſt a ſpina, aut ab acu, vel ſimili paruo acuto, ſubtili, ubi faciliter clauditur orificium puncturæ. Primū A eſt ꝙ humores currunt ad locū pūctum ſuperflui, ex quibus locus apatur, ad qđ apa maxime quū īciditur, & multiplicatur in loco ſanies, & ſequitur deſtructio operationis membri illius ſecūdū partē: aliquādo ſm totū. Secundū eſt, quia ex tali punctura fit dolor grandis in loco, quia ibi currunt ſuperflui humores, ut dixi, & ſparguntur per neruorū poroſitatē, et imbibuntur in eis: & tunc replent eos: & ex cōtinuatione & alligantia neruorum cū cerebro, cerebrum cōpatitur, & ſic debilitabitur, & recipiet humores, & ſpargentur per ipſum & per neruos ut dixi, et cauſabitur ſpaſmus ſic, & quandoq; mors. Super hoc capitulo, mouetur quæſtio, qua quęritur ſuper. iiij. lib. canō. Auic. capitulo de ſolu. cōti. neruorū, utrum medicina, quæ ponitur ſuper neruo diſcooperto magis lædat, quam quæ ponitur ſuper cooperto: & breuiter uidetur ibi B dicere Auicē. ꝙ quæ ponitur ſuper neruo diſcooperto, calida, uel frigida, minus lædat: impeditur enim (inquit) eius nocumentū ex coopertura, ne cito eius nocumentum tranſeat ad cerebrum, aut ad membrum neruoſum, aut ad uillos. Nos uero diximus, ꝙ quum fuerit talis neruus diſcoopertus, in loco iam in quo eſt diſcoopertus, amiſit propriā materiam, complexionē, & conditionē, ad ſenſum ſaltē perfectū facientes: īmo propter illud, fit neruus quodāmodo inſenſibilis: & certe ex hoc ſecurius ſuper neruo diſcooperto poni poteſt oīs medicina quā ſuper cooperto calida, uel frigida, acuta, aut huiuſmodi: & Ariſtot. dicit in de lib. de ſenſu & ſenſato, ibi. Dictū eſt autē de ꝓpriis naturis inſtrumentorū ſenſuum etc. & in. ij. lib. de anima, idē dicit capitulo de tactu ꝙ quādo res ponitur īmediate ſuper inſtrumento ſeu organo ſentien- C te, nō fit ſenſus. Sed quāuis hoc dicant hi uiri, bene cōcedimus cum eis, ꝙ ſi medicina fortiſſimę operatiōis ponatur ſuper neruo diſcooperto, tunc propter continuationē iſtius partis diſcoopertę cū cooperta, poſſet nocumentū pertranſire ad cerebrū, ſeu membrū, & ad uillos, et ſic facere nocumentū grande. Sed ſi ponitur ſuper parte cooperta, tunc minus lædit illā partem diſcoopertā, quā ſi foret cooperta, quia ꝓpter diſcoopturā ut dixi ſupra: iā amiſit propriā complexionem & naturā ſuę ſenſibilitatis, & factus eſt inſenſibilis, aut ſaltē obtuſe ſenſibilis hac cauſa, & ſic nocumentū illud minus ſentit. Quum ergo fit in neruo aliquo punctura, cum ſpina, acu, clauo, uel huiuſmodi, ſubito in eius cura procede cum re dilatante orificium puncturę ſtrictū, ſicut eſt oleum calidum feruēs purū ro. a principio: nā oleum ſua oleaginitate humi- D ditate & corpulentia oē uulnus dilatat, ut dixi capitulo in coxa & genu ſupra, ſua etiā caliditate actuali penetrat ad profundū uulneris, & ſua æqualitate & temperantia, ęquat membri complexionem, et dolorem ſedat: et ſic ex doloris ſedatione non attrahentur humores ad locū, nec fluent, ut apoſtemationē cauſare poſſint. Et oleum dilatando uulnus vt dixi, facit ꝙ ſi humores ad locū currerent, manifeſtā habent expirationē & expurgationē, nec diffunduntur per neruos, nec imbibunt ipſos, et ſic nō fit ſpaſmus, nec ſic de facili poteſt apoſtema in loco generari: & hæc olei feruentis impoſitio fieri debet a principio pūcturæ nerui ut dixi: & ita meo tēpore uſus ſum ſemper in principio, oleo roſ. potius quā cōmuni oleo, quia oleum roſ. habet dictam oleaginitatē uulnus dilatantē, & poteſt actu calefieri, qua caliditate facilius ad profundū

vulneris penetrat: & cum hoc habet etiã roseitatem cõfortantẽ membrum, ne recipiat humores, & habet temperãtiam & æqualitatẽ in sui complexione, & sic ad nostrum naturale, calidam cõformitatem, quibus dolor sedatur & remouetur. est ergo vtilius oleũ rof. in principio puncturæ nerui strictę, q̃ cõe, quãuis cõe etiam bonũ fit in istis casibus. Ex quibus patet, rationem dicentiũ, oleum nullius conditionis approximãdum esse in uulneribus neruorꝝ nullo tempore, quia eos putrefacit & corrũpit sua vnctuositate, friuolam esse & insipidã, vt dixi in capitulo de uulnere in coxa & genu: fateor tñ, ꝙ longus usus olei in uulneribus neruorꝝ vsq; s. ad finẽ curæ, sua unctuositate & mollitie, tantã induceret in neruis limositatem ꝙ corrumperẽtur & putrefierent, & tẽpore consolidationis & incarnationis eas impediret ac partium cõglutinationem, nisi per solertem medicum ac in opere usualem cum medicinis et instrĩs conuenientibus a talibus defenderentur, aut talia remouerẽtur, sicut cum unguẽto apostolorꝝ, uel uiridi, aut hmõi, quæ habent ꝓprie mundificare superfluitatẽ unctuosam, ac limosam, & carnem superfluam mollem ex hmõi unctuosis sicut ex oleo generatã. Sed oleum rõne principij, vsq; ad apostematis securitatẽ, pro certo utile est & bonum, quia dilatat omne vulnus, & strictum aperit, & cum temperamento & cõformitate sua remouet dolorẽ a neruis lęsis. Et ꝓpter hoc uolo te hic incidẽter aduertere, ꝙ dolor remouetur a mẽbro uulnerato, tribus modis: primo per appositionẽ rerum temperatũ, sup loco tẽperate, vt est empl̃m de fa. foe. græci, fa. sem. lini, maluauisco, flo. chamom. semi. anethi puluerizato, meliloto, malua, & hmõi, oleo chamom. oleo anethino, oleo amygd. dul. oleo lilii. al. pinguedine gallinæ, porci, butyro, pingued. renum castrati, & hmõi, cum aqua decoctionis maluæ & maluauisci cõfecto, & sufficienter cocto vt dixi: Ista enĩ oĩa, sua temperãtia. & per consequens sua conformitate ad calorẽ nostrum naturalẽ, dolorem mitigant, vt supra dixi. Ob hoc ergo aduerte, ꝙ oĩa supra dicta in empl̃o, & eis similia, a medicis appellata sunt anodyna, idest doloris sedatiua per naturã suæ æqualitatis, & temperamẽti in cõplexione eorum, & modo substantię & cõpositionis. Secundo remouet̃ dolor a mẽbro, per appositionem rei contrariæ ad membri ægritudinẽ: verbi gratia, mẽbrum dolet propter caliditatẽ aut frigiditatem acutas, aut alia causa, remouet̃ hoc cum cõtrario illi causę facienti dolorem, vt si dolor fiat a caliditate, remoueatur per frigiditatẽ, & e contra. Tertio remouetur dolor cũ stupefacientibus, vt est oppium, hyoscyamum, papauer, unguẽtum populeon, & hmõi, quum admiscentur in empl̃ris, aut cum unguentis cũ aceto &c. vt partim dixi de defensiuis in capitulis ẽ. Sed attende ꝙ ista remedia non debent multũ continuari, sed statim post aliqualẽ doloris sedationem, & remissionẽ, debẽt remoueri, nec poni aliquo modo: nam per longam ipsorꝝ positionem & cõtinuationẽ, posset illud mẽbrum nimis infrigidari, imo mortificari, & corrumpi, & mortẽ pati finaliter: Quapropter non sunt ponenda talia, nisi propter necessitatẽ maximam, & utilitatẽ cogentem: & per tempus breue, ne accidentia narrata contingant. Ponatur ergo secure a principio, super puncturã nerui sic strictam, & intus, vsq; ad doloris mitigationẽ, & apostematis securitatem, oleum antedictũ feruens rof. purum cum croco

E modico: postea huic oleo misceatur euphorbiũ, vel castoreum, aut sulphur, vel myrrha, aut piper, galb. assa. sinapi, vel hmõi acutorꝝ aliquod: imo & ab ipso principio ista cum antedicto oleo ponãtur, si punctura foret multũ profunda, aut ualde execata, aut antiqua, aut grãdis ac intolerabilis doloris: Nam ista, quę oleo admiscentur, quãuis prima fronte, & sui cõplexione, membrũ calefaciant, & sic per consequens parent ipsum apostemationi, tñ sua subtilitate, & acuitate, penetrando, iuuant plus ducendo secum, & faciendo penetrare oleum antedictũ doloris sedatiuum, ac fluxam materiam subtiliando, et exoluendo: Laudo tñ, ut dixi, ꝙ subito a principio, si fieri possit, cum solo & puro oleo rof. & croco, procedatur in punctura tali: in processu uero & punctura profunda ualde, ac in dolore grandi, cum antedictis in oleo admixtis, F & forte addendo terebin. & mel. rof. co. & alia neruorum mundificatiua cum eis procedat̃ in cura tali. Et attende hic ulterius diligenter, ꝙ si nerui punctura foret execata, & clausum eius orificiũ, esset utile, ut pellis sup̃ orificio scinderet̃ cum rasorio, uel alio instr̃o, vt humores possent expirare, & sanies expurgari: vt ẽt liberius ad profundũ nerui læsi oleum ro. calidum cum croco, & alia medicina trãsire possint et penetrare. Deinde procedat̃ facta incisione, & forte carnis, antedicta, cum modo & regula sup̃ius dictis in cura puncturæ talis. Circa membrũ uero punctum, & a remotis a punctura, semper ponatur defensiuũ dictum pluries de bo. ar. myrto, ro. oleo rof. aceto, masticho, corallis al. & rub. & croco modico: aliqñ cum antedictis addendo succum solatri semperuiui. portul. plantag. aut istorum aquas, vt locus defendatur, ne cursu G & attractu humorum ad ipsum apostemetur. Sedato aũt dolore perfecte, & habita securitate ab apostemate, & quum sanies in illo incipiet apparere & generari, mundificetur locus cum leui mundificatiuo prius, & cum melle ro. co. terebin. sarcoc. myrrha, ireos, fa. lupin. faciendo cum his & oleo & cera sufficientibus, unguentũ, aut solum in forma emplastri sup̃ loco ponendo & in loco etiã cum tenta decenti, vt supra dixi pluries. Aut si in processu maior sit mundificatio necessaria, tunc mundifica cum unguento apostolorũ, aut hmõi audacter: deinde incarna, & consolida &c. vt sciuisti: tempore cõsolidationis abluendo locum cũ uino nigro calido solo, aut cũ decoctione uini illius, gallarꝝ, nucis cypressi, balaustij, cortic. granat. &c. & sic liberabitur. Non omittatur hoc casu in principio, phlebotomia partis contrariæ cum punctura, & H uentris largitas semper menti habeatur omni die: Dięta etiam supra narrata in capitulis præcedentibus, hic obseruetur præcise. Et scias nil esse deterius in isto casu, & in oĩbus neruorum ægritudinibus, q̃ coitus, saltem usualis & superfluus, & uinum intemperate sumptum, & ieiuno stomacho: quorum causæ in alio loco inuestigentur.

*De uulnere a morsu canis rabidi et similibus.* Cap. XXIIII.

QVm canis, vel aliud simile, mẽbrum vulnerauerit, statim super loco morso ponat̃ empl̃m attractiuum & mundificatiuũ tale. Rec. unam cæpam, vel duas, & pistent̃ optime, sic crudę, & cum eis admisce drac. ij. salis, olei cõmunis vnc. ij. mel. rof. vnc. i. &. s. misce, & de eo superpone vt dixi, & procedatur continuo vsq; ad tempus mundificationis.

Aliud

Aliud emplastrum ad idem attractiuum, mundificatiuum, subtiliatiuũ, quod etiã remouet morsuræ malitiam a loco morso. Reci. cæpe crudum bene pistatũ, aut. ij. vel. iij. porros crudos pistatos, aut aliorũ capita duo, si alia haberi nõ possunt, aut alia acuta incisiua quæ vulnus dilatẽt, & ipsum cõsolidari prohibeant, & malitiam morsus attrahãt: cum quibus misce scordeon, prassii ana vnc. s. cichoreæ, salis, ana drach. iij. olei cõ. vnc. ij. mellis ro. aut nõ ro. terebin. ana vnc. i. & s. misce, & vtere vt dixi. Aliud ad idem. Reci. cæpe, aut porros, aut oleũ vt dixi, erucę, rutæ viridium pistatarũ, aut siccarũ, nucum coium, aut amygd. amararum pistatarũ, nucleorum, persicorũ, aut chrysomelorum pistatorũ, ana vnc. s. fabarum mũdatarũ a cortice superiori, & masticatarum cum dentibus, manipulum unum, mellis, terebinthinę, ana unc. ii. gentianæ, sycle, ana unc. s. pistatarum si sunt virides, aut pulB uerizatarũ si sunt siccæ, saliuæ humanæ quantũ sufficit ad incorporandũ omnia simul, & fac tũc emplm̃, quo vtere vt dixi, vsq; quo mundificationi vulneris intendas: Deinde mundifica, incarna, & consolida, ut sciuisti. Circa locum vero ponas cõtinuo defensiuũ, dictum in pręcedẽti cap. Et attende q̃ si sanguis paucus de morsura exiuerit, & virtus ætas & alia consentiant, subito fac phlebotomiã de parte contraria morsui, & vẽtris largitatẽ nõ omittas aliquo modo: Diætã etiã tẽperatã supra dictã ordina. Si uero aliud mordẽs foret rabiosum, vt canis, equus, catus, & hmõi, tunc fiant in loco & circa, quę dicta sunt directe: Sed cum hoc subito pone ventosam super morsura, & scarifica illam profunde, aut cauteriza cum ferro ignito fortiter: & in parte superiori a morsura, fiat fortis & stricta ligatio loci, ne ventositas diffundatur per corpus: & non fiat hoc casu phlebotomia, saltem post morsurã, p. ij. aut. iij. dies, ne venenositas diffundatur p corpus vt dixi: Sed fiant enemata cõia & fortia, attractiua &c. & sumat medicamen tale cum aqua frigida. Recipe gentianę pulverizatæ drach. v. thuris drach. i. cineris cancrorũ cõbustorum drac. x. oĩa terantur & cribellentur, & misce ea: & de hoc bibat omni mane drac. i. cũ aquæ dictæ, aut vini vnc. ii. Diæta eius usq; ad. iij. dies aut sic: sit succ⁹ hor. aut farri, aut illorũ ptisana, cum lacte amygd. dul. & sem. com. cum zuccharo, aut mica panis, lota in aqua cum zuccharo, & lactucæ & cucurbitæ: & breuiter cibaria humida & frigida. Potus etiã sit aqua decoctionis hor. cũ zuccharo. Postea vero non vtatur nisi carnibus pullinis, hœdinis, vitulinis, castrat. arietinis annualibus, perdicibus, phasianis, coturnicibus, auibus paruis arboreis et non paludialibus, & huiusmodi carnibus laudabilibus, & illarum brodio vtat̃ cum mica panis frumenti bene fermentati in eis mollificata, ouis sorbibilibus vtatur: & breuiter diæta humida regatur, dictas carnes coquendo cum lactucis, endiuia, malis granat. sem. com. et huiusmodi alteratiuis leuibus. Super suis cibariјs tamen hoc puluere aromatico vtendo. Recipe cinnamomi vnc. iii. cardamomi macis, gariophyl. galangæ, ana drach. ii. croci drach. i. misce, & eo vtatur vt dixi. Vinum album laudabile aromaticum bibat cum duplo aquæ coctæ zuccharatæ. Et hanc vitã obseruet patiens et non aliam, quia si incurreret timorem aquæ quam videret, certe nunquã liberaretur. Scientiã tamen speculabilem huius capituli in eius notitiam plenã collige octauo Almãsoris. & in Diuisio-A nibus eiusdem Rasis, & vi. fen. iiij. canonis Auic. & in aliјs locis authorum in capitulis propriis de hoc.

*De flagellaturis cum scutica, & de suspensis per crura &c.* Cap. XXV.

CVm flagellatur quis cũ fustibus, virgis, aut corrigiјs, vel huiusmodi, aut suspenditur, seu distẽditur aut torquetur per brachia aut pedes cum fune, uel alio simili, ita q̃ priuetur quasi motu & sensu, & in brachiјs aut pedibus, aut alibi, quare stupor fiat cũ tumore & dolore, & breuiter in membris illis et toto corpore sentiat grauedinẽ & stuporem, cum dolore grandi: & iam sanguis ad illa loca flagellata, aut extensa, aut torta cõcurrerit. Scire debes q̃ hmõi ægritudines reducantur ad contusionẽ & contractionẽ lacertorum, & extensionẽ neruorum, & ad sanguinẽ mortuum cõtentum in mẽbris, post percussionẽ, aut postB casum. Si vero ibi foret cum hoc ossium fractura aut dislocatio, aut uulnus, tunc reducantur ad tractatum proprium de his. s. de uulneribus, & de fractura & dislocatione ossium, statim scribendũ &c.

Cura ergo verberationis & flagellationis, & extensionis seu torsionis dictarũ, cum fune aut huiusmodi, si mẽbra ab vmbilico superius plus fuerint læsa, subito a principio fiat phlebotomia de cauicula uel cauiculis pedum, uel scarificatio in naticis cũ uentosis facta phlebotomia: & ante subito in pricipio ungatur locus læsus totus cum defensiuo, ne humores fluant ad locum lęsum, & repercussiuis aut confortatiuis locorum læsorũ, stypticando & infrigidãdo, ac malam cõplexionem calidã remittendo, ne locus læsus amplius hũores attrahat, uel recipiat, sicut est oleũC ros. purum & solũ calidum, aut oleum myrtinũ, aut olea dicta mista cum bo. ar. myrto, ros. sem. portulacæ puluerizatis, aut portulaca ipsa siccata & puluerizata, carabe, terra sigil. sem. acetosæ, & hmõi. Et hoc fiat omni die bis usq; ad securitatẽ ne fluant humores ad locum, quod tempus erit cõiter usq; ad. iii. aut. iiii. dies uel circa post phlebotomiã aut uẽtosationem dictas: Et sic inuoluatur cum pãnis, & fasciјs decentibus ligetur. His uero diebus si naturaliter ascellare nõ posset, fiant ei enemata cõia cũ cassia, pulue. zuccha. oleo & sale, aut recipiat hanc sorbitionẽ. Reci. reubarb. electi drac. ij. cribellent̃ & pulverizẽtur aliqual̃r grosse, syru. ro. vnc. i. aquæ endiuiæ vnc. ij. misce, & sumat mane stomacho ieiuno, aut cũ vino aromatico unc. i. aquę endi. aut zucchari cõis unc. ij. Et nota q̃ hac sorbitione indiget in primis. v. aut. iiij. diebus, omnis taD liter flagellatus, uerberatus uel extensus, aut tortus. alleuiat enim partes corporis superiores, diuertẽdo materiam & fumum ascẽdentes ad loca læsa, & illas etiã euacuando. Si autẽ loca inferiora magis læsa fuerint, tũc fiat phlebotomia aut scarificatio in parte superiori, in brachiјs, aut spathulis. Si aũt lęsio uniuersalis fuerit toti corpori, tunc fiat phlebotomia infra & supra, ut in pede & manu, aut scarificatio in spathulis & naticis, cõsentientibus semper uirtute, ętate, cõsuetudine, cõplexione, regione, & hmõi: Et fiant vnctio & clysteria, & detur potio directe ut supra dixi: immo si videatur necessarium, potest secure dari potio dicta de reubarb. de quarto in quartũ patienti. His peractis & defenso loco cum dicta unctione, & habita securitate a fluxu humorum ad locũ, nec amplius intendis illorum repercussioni, immo iam fluxorũ & cõculcato-

rum in loco resolutionis & consumptionis, vngatur, tunc locus vnguēto tali. Recipe ceræ vnc.iii.resinæ terebinthi, ana vnc.vi.olei cōmunis, unc.xviij.fœnu græci, thuris, myrrhæ, cymini, calamenthi, origani, se. rutæ, ana vnc.5.aut drach.ij.fac vnguentum sic, colē tur cera, resina, terebinthi, & oleum, simul liquefacta in cazola ad ignem: & quum infrigidata fuerint addā tur pulueres antedicti cum eis, optime cum spathula conducantur, vt bene ad inuicem incorporentur: & de hoc vnguēto locus totus læsus vngatur bis in die, ante prandium, scilicet, & cęnā: & ĩmediate post vnctionem ponatur infirmus in balneo aquæ decoctionis flo.chamomil.sem.anethi.cymini, calamenthi, pulegij, rutæ, baccarum lauri, vitreoli, rosarum, & origani: & non diu stet patiens in balneo: & quum exierit, optime exiccetur pannis calidis: deinde cum antedicto vnguento vngatur, et cum pannis calidis inuoluatur, ac fascia ligetur. Aut facta vnctiōe ponatur super loco vncto pannus lineus bene calidus, deinde faldella lanæ succidæ, calefactæ: aut lana sola calida ĩmediate super vnctione ponatur, & ligetur vt dixi, et sic continuet̃ vsq; ad finē curæ totalis: aut loco vnguenti antedicti, fiant vnctiones cum pinguedinibus, oleis et pulueribus resolutiuis et subtiliatiuis notis, ante balneum dictum: & post ut dixi. Et si patiens abhorreret balneum, fiat cum eisdem rebus fomentatio aut embrochatio cum spongia: et si tibi videatur sanguinem hunc in loco contentum et conculcatum sua quantitate: aut alia causa per hanc viam & modum resolui, non posse, secure in locis illis lęsis fiat scarificatio cum ventosis, & sanguinis illius pars euacuetur inde. Deinde cū supra dictis medicinis procedatur directe in cura vt supra. Diæta a principio donec sumit potionem antedictam de reubarbaro, sit subtilis multum, & talis qualis dicta est in capitulo pręcedenti. ab illo vero tempore vltra, grossiori potest vita frui, & tali, qualis in prædicto capitulo scripta est. Et attende ꝙ ante sorbitionem reubarbari, sumat syrupum rosa.cum terra sigilla. & se.acetosæ, vino granat. & aqua plantagin. aut huiusmodi alia prohibitiua sanguinis ab ebullitione et fluxu: imo infrigidantia et inspissantia ipsum, ut fluxui ineptus fiat. Dicunt quidam ꝙ anagallis in isto casu multum confert, & sumatur in cibo aut potu cū vino granatorum, vel alio huiusmodi: aut forte tempore resolutionis huius mortui sanguinis cum vino aromatico vitis, aut cum decoctione rerum resolutiuarum, & subtiliantium, ac aperitiuarum partim superius dictarum. Et alij antiqui dixerunt, ꝙ si talis uerberatus aut flagellatus extensus vel contortus cum fune, vel alio huiusmodi, ponatur ĩmediate & inuoluatur in corio ouis vel equi nouiter excorticatorum, & ab animali separato cum caliditate sua illa hora: illa tota læsio flagellationis, aut torsionis, vel huiusmodi remouebitur, et liberabitur, patiens. Sed istud nostro tēpore non probauimus.

### *De causis impedientibus consolidationem uulnerum.* Cap. XXVI.

SCias ꝙ hoc est generale ad omne, in quo medicus intendit consolidationem ac conglutinationem

E partium membrorum ad inuicem. Causæ ergo quæ impediunt citam, ac bonam consolidationem in mēbris plagatis et vlceratis, sūt.x. Prima est multa quātitas perditionis membri, quæ indigeat multa carnis restauratione, ac longo tempore ad eius restaurationem etc. Secūda est figura vulneris vel plagæ, sicut est figura rotunda, quæ impedit consolidationem: & propter hoc decens est medico vt omne vulnus, plagam, aut vlcus pro posse suo ad figuram oblongam reducat, quæ breuiter, de facili, & bene consolidatur & sigillatur. Tertia est durities ac inuersatio labiorū vlcerum, quæ labia debent remoueri cum mollificatiuis primo deinde cum mundificatiuis aut corrosiuis fortibus, aut cum cauterio potentiali, & aliquando cum incisione cum ferro incidēte, secundū ꝙ medico melius, & ratione tolerantiæ infirmi, & situs mēbri, videbitur fieri posse.

F Quarta est siccitas mēbri, & vlceris quædam ariditas, & labiorū exiccatio, quæ remouentur cum fomentationibus & embrochationibus mollificātibus, sicut cum aqua decoctionis chamomil.fœnugræci, sem.lini, althææ maluarū & huiusmodi, et cum multiplicatione incarnatiui in membro & cum cibatione infirmi cum rebus laudabilibus boni nutrimenti sanguinem generantibus & impinguātibus corpus: immo nil in hoc casu laudabilius existit isto ultimo modo. Quinta est quādo aliquid corrūpti ossis seu carnis marcidæ et non laudabilis in vulnere repręsentatur & augetur. Et ꝓpter hoc requiritur in tali casu, vt necessario os illud corruptum & caro marcida a membro remoueantur cum medicinis & instrumētis ad id necessarijs & aptis. Sexta est quādo super vulnus ponitur medicamen nimis calidum,

G quod liquefaciat carnem, & illud scies quū post eius remotionem a loco, saniei loco sanguis exibit, aut q̃d quasi sanguis: et ĩ hoc casu oportet medicū a tali medicamine abstinere. Septima est fluxus abūdās saniei liquidæ et virulentæ, quam medicus exiccare non potest. Et in tali casu requiritur, ꝙ medicus transducat materiam illam ad decliuiorem partem vlceris & mēbri, & faciat clausionē vlceris antiqui, illud forte cauterizando cum ferro prius: & mūdificet corpus cum medicinis conuenientibus ad illud vt dictum est in libro primo sufficiēter. Octaua est alteratio complexiōis membri ad caliditatem aut ad frigiditatem, aut huiusmodi, quæ debet cum contrario remoueri breuiter expediendo. Nona est quando tempore consolidationis, medicus vel infirmus, pilum, puluerem oleū aut huiusmodi permittit uulnus intrare. Deci-

H ma & vltima est indebita membri situatio quo ad figuram eius & uulneris. Verbi gratia, si uulneretur genu aut cubitus ex transuerso, & hora consolidationis plicaretur, aut ligaretur per medicum secundum mēbri flexibilitates & in cōtrarium suæ plicationi & motui, tunc certe talis membri situatio & situs impediret uulneris consolidationem: & sic uidetur conueniens artificiosum ac utile, ut hora ligationis, aut consolidationis uulneris, fiat membri debita situatio penes figuram uulneris ac membri.

Explicit liber secundus de uulneribus.

# LIBER TERTIVS DE algebra, idest restauratione conuenienti circa fracturā & dissolutionem ossium.



## CHIRVRGIÆ GVILELMI DE Saliceto Placentini Liber tertius.

*De fractura ossis nasi cum uulnere & sine.* Cap. I.

SCias ꝙ os nasi quādoq; deprimitur, quādoq; frangitur. Si vero deprimatur siue frāgatur sine vulnere, statim dum recens est infirmitas, restauret in prima visitatione: nam si differretur & induraretur locus, semper remaneret simitas in naso: aut si uelles post hanc indurationem restaurare locū, tantus fieret dolor in loco ꝙ infirmus sustinere non posset: vel si sufferret, tñ propter dolorē fortem

A in loco attraherentur & currerēt humores ad locum superflui, & sic apostematio causaretur, & tunc fieret ægritudo cōposita, quæ est difficilioris curationis ꝙ simplex, nec prima supra dicta causaretur: et sic fieret ægritudo cōposita quę est difficilioris curationis quā simplex supra dicta. Æqua ergo amice ipsum, & adapta os depressum aut fractū subito a principio in prima visitatione, iuxta tuū posse, hoc scilicet modo & ordine: Pone intra nasum in nare unum digitū tuum indicem aut alium tibi cōmodiorem, & cum eo eleua os depressum ad superiora, aut fractum, mouēdo ipsum nunc sursum, nunc deorsum paulatine, nunc a dextris, nunc a sinistris, donec æquatio ac reductio sit pfecta: & si cum digito id facere non potes, pone tūc in foramine nasi ex parte lęsionis lignū rotundum leūe, & æquale, decenter factū & politum, oleo ros. bene vnctum, & cum isto ligno sicut prius cum digito,

B æqua os fractū, vel depressum, & reduc ad pristinam figurā pro posse: posses ēt inuoluere lignū cum pecia linea subtilissima munda, & intincta in eodē oleo ro. & esset tunc lignum magis vtilius & tractabile: facta æquatione, pro posse tuo & infirmi tolerantia, ponat tenta stuppea decenter facta dura in foramine nasi a parte læsionis, aut in duobus foraminibus si necesse fuerit tentas pone vt dixi. Sed caue quātum potes, ne in ambobus foraminibus ponas tentas, & ea claudas si potes aliud facere, quia nimis grauabis infirmū propter impedimentū anhelitus & aeris attractionē: Sed in casu stricto necesse est sic fieri sicut dixi, & inuolue tentam aut tentas in puluere constrictiuo tali, cū alb. oui mixto. Reci. bo. ar. vnc. i. myrtillor vnc. ij. sang. dra. masticheş, draganti, ana vnc. ij. terātur subtiliter

C & cribellentur, in alb. oui admisceantur, & tentæ de eo liniantur, & fiat vt dixi: & de eodē medicamine ēt super loco toto læso ponat cum faldellis stuppeis in eo inuolutis, & cū plumaceolis lateralibus, longitudinalibus, et transuersalibus: quo facto liget tunc locus fortiter cum binda decenti, quæ sit latitudinis duorū digitorū, longa ita ꝙ reuoluatur ad posteriora & anteriora capitis, & bene firmetur. & ponatur infirmus super latus sanū ad iacēdum pro posse suo. & dimittatur sic locus firmatus, & non dissoluatur vsq; ad. v. dies aut plus, vt tibi videbitur de dolore patiētis, aut loci tumore & apostematione & firmatura eius, aut de eor oppositis. Facta æquatione et ligatione antedictis, subito phlebotomia fiat de manu opposita, aut scarificatio in spatulis cum ventosis, iuxta virtutis cōplexionis ætatis cōsuetudinis patiētis et hmōi consensum & dissensum. Circa nasum vero, nunquā omit-

D tatur defensiuū pluries dictum de bo. ar. myrto, ros. corallis alb. & rub. oleo ro. aceto & croco, succo solatri, semperui. plantag. portula. aut ear aquis. A principio vero, immo & in processu ventris largitas non omittatur, vel cum clysteri, aut suppositorio de felle aliquo, melle, & sale: hæc enī diuertendo a capite multum alleuiant infirmū. Secunda vero visitatione ponatur tenta in naso noua cum dicto puluere, secundū ordinē datum: & super toto naso ponatur dictus puluis ēt cum alb. oui cum stuppis modo, directe supra dicto: & cōtinuetur vsq; ad perfectā loci firmationē. Et attēde ut supra dixi, quia a prima visitatione vsq; ad secundā sit tempus. v. dierum, aut pluriū, aut paucorum, ut tibi videbit de tolerantia infirmi et nō tolerantia: de bona & rōnabili restauratione & loci fir-

matione,& non bona: de tumore, aut mẽbri apostematione, vel non: de dolore intolerabili patiẽtis, aut non,& huiusmodi. Ab illa vero secunda mutatione vlterius, mutetur locus de.iij.in.iij.diẽ: & vltimo de ij.in.ij.sm ordinem & laudabilem modum operandi superius scriptũ. Si vero huius loci fuerit fractura facta cum vulnere: tunc principaliter ęquato osse vt dixi supra directe, procedẽdo circa partẽ intrinsecã nasi cum tẽta vel tentis inuolutis vt supra: circa partẽ extrinsecam sic deinde procedas: primo cõducas decenter partes vulneris cum sutura, si illa indigeat,& supponas suturæ puluerẽ cõseruatiuum pluries dictum: deinde sup toto vulnere ponas faldellas stuppeas decẽter factas lõgitudinales laterales & transuersales, inuolutas in albu. oui misto cum puluere nũc dicto: deinde locus binda decenti supra dicta, bene ligetur, nõ omittendo orificium in sutura in loco decliuiori pro saniei expurgatione: in quo orificio hora mutationis dicta, ponatur tenta stuppea decenter facta, inuoluta in vitello oui & oleo rosato, & croco modico mistis & calidis actu: & hoc vsq; quo sanies incipiat generari,& tempus erit mundificationis, quia tunc dimittatur illud medicamen,& mũdificatiuũ apponatur notum ex capitulis de vulneribus &c. deinde consolidetur vt ibidem. & circa nasum & vulnus non omittas vnquã defensiuũ, dictum in cap. de vulnere in coxa, crure,& adiutorio,&c. de bo. ar. myrto, masticheS, coral. alb. & rub. &c. & in hoc casu fiat tam decens et formata loci ligatio, vt oĩ die possit vulnus mutari, non totam ligaturã mouendo. Et si vulnus non indigeat sutura, tunc procedatur vt in aliis vulneribus supra lib. ij. & in reductione ossis vt supra hic. Phlebotomia etiam de manu opposita, aut ventosatio cum scarificatione secundũ consensum vel dissensum virtutis, ętatis, tẽporis,&c. a principio fiat: Largitas uentris etiã, naturalis uel artificialis cũ clysteri uel suppositorio aliquo notis pro vsu omni die habeatur ab infirmo vt supra in præsenti cap. dixi. Diæta etiã eius saltem vsq; ad securitatẽ apostematis & doloris sedationem sit subtilis & tenuis, constante virtute semper dico, cum succo farris aut hordei, aut istorum ptissana, cum lacte amygd. dulcium,& sem. com. cum zuccharo, aut panata cum eisdẽ, aut forte cum brodio pullæ paruæ, aut vitelli ouorũ cũ agresto, vel vino granat. & hmõi leuia cibaria digestu. Potus vero isto tẽpore, sit aqua decoctionis hord. cum zuccharo rof. & vino gran. vel agresto: aut sit aqua decoctionis prunorum dama. vel huiusmodi potus non vaporabiles, nec ad caput effumabiles. Post illud vero tẽpus paulatiue ad diętam grossiorẽ reducatur, vt ad carnes pullorũ, hoedorum, castratorũ, perdicum, phasianorum, auium paruarũ arborearum & non paludaliũ: Inter tamen omnia hęc vtatur extremitatibus aĩalium viscosis, ut porcorum, vitulorũ, castratorum,& huiusmodi pedibus,& gãbis,& cibariis de pasta, et uino nigro grosso pro potu vtatur, cum aqua supra dicta ad finẽ, vt nutrimentum ex eis grossum ac uiscosum generetur & sanguis, firmiorq; ac cõpactior fiat ossis restaurati coniunctio & alligatio per porum sarcoidẽ alligantẽ.

*De fractura mandibulæ.* *Cap. II.*

CONuenit ut scias hic unum generale ad totã hãc artem, ꝙ operatio medici in fractura, & dislocatione, dependet a uisu,& ab experimentata operatione: ita ꝙ sine usuali operatione, tactu & uisu de facili apprehendi non potest, nisi per hominem solertis ingenii, ac bonæ discretionis, saltem ex parte æquationis & ligationis membri: Sed ex parte localium medicinalium, phlebotomiæ, clysterii uel suppositorii, diętę,& similium, pendet hmõi operatio a bona & solerti medici imaginatione ac speculatiõe. Si ergo os mandibulæ superioris aut inferioris fractum fuerit & sine uulnere: tunc in restauratione eius sic procede: pone manum tuã dextram in ore infirmi, si mãdibula dextra superior uel inferior fracta fuerit: & si sinistra, tũc pone sinistrã manum,& tunc cum manu exteriori iuuando & ducendo ossa mãdibularũ nunc a dextris, nunc a sinistris, nunc sursum, nunc deorsum simul cũ manu interiori cõducas & coniungas decenter ossa illa adinuicem,& ęqua ea ęquatione bona & naturali.

F Quo facto, tunc ligentur & annectantur partes mandibulæ læsæ cum dentibus mandibulæ sanæ hoc modo: accipiatur filum de serico duplicatũ & inceratũ,& ligentur ac annectãtur dentes adinuicem ad modũ directe quo texitur sepis,& tam diu resoluatur textura super dentes sanæ partis & non sanę & intra dẽtes, texendo ad modum sepis ut dixi, ꝙ locus bene firmatus sit. Ex parte uero posteriori ponãtur faldellę stuppeæ decentes longitudinales, laterales,& transuersales, inuolutæ in albu. oui conquassato & misto cũ puluere hoc cõstrictiuo. Reci. bo. ar. draganthi, gum. ara. aloes, mumię, masticheS, sang. drac. ana unc. 5. misce,& utere ut supra. Circa locum uero ponatur defensiuum copiose, in cap. præcedenti dictum: & cũ fasciis decẽtibus locus optime ligetur & firmetur, nec dissoluatur usq; ad. v. dies, uel circa, secundũ ꝙ tibi uidebitur de his quæ dixi in precedẽti cap. Firmato loco, statim fiat phlebotomia de opposita manu, aut uẽtosatio cum scarificatione in spathulis, secundũ cõsensum uel dissensum uirtutis, cõplexionis, ętatis uel hmõi patientis: Largitas uentris aliquo modo non omittatur in isto casu quomodolibet, non dissentientibus antedictis. Non comedat hoc tẽpore cibos grossos masticatione indigentes aliqua, usq; ad tempus mutationis secundæ, immo nõ sumat nisi brodia pullorum paruorum, aut succum hordei uel farris, aut istorum ptisanam cum lacte amygd. dulciũ,& sem. com. aut aliquãdo oua sorbilia,& bibat aquam decoctionis hordei cum zuccharo ro. ueteri, aut aqua decoctiõis prunorum dama. siccorum, aut hmõi potus non uaporabiles: Post illud uero tempus reducatur patiens ad uitam grossiorem paulatiue: deinde ad consuetã. Si aũt

H fuerit ibi uulnus, primo ęquetur locus,& ligentur ac annectantur dentes cum filo ut dixi,& postea si uulnus fuerit tale ꝙ indigeat conductura partiũ cum sutura, tunc statim conducantur,& suantur, dimittẽdo orificium saniei expurgatiuũ ut dixi pluries: & breuiter obseruatis regulis & conditionibus de sutura fienda dictis in cap. de uulnere in collo & gula: super suturã statim puluerizetur puluis conseruatiuus dictus in isto & præcedẽti cap. deinde super toto uulnere & loco ponantur faldellæ stuppeæ decentes longitudinales & transuersales ut supra, inuolutę in antedicto puluere et albu. oui mistis. Et circa uulnus ponatur defensiuum in pręsenti cap. et pręcedenti dictum: & tũc sic ligetur locus fasciis decẽtibus firmiter. Propter quod hic diligenti animo aduertas ꝙ in isto & omni simili casu, ut partim tactum fuit supra cap. pręcedẽti, ligatura

tura debet esse taliter facta, vt ossa restaurata firmiter ligentur & fortiter vt dixi cũ fascijs, dimittẽdo super orificio vulneris spacium et aperturam, taliter ꝙ vulnus omni die bis possit videri & mutari nõ dissoluendo ligaturã totam prius factam: imo ossa sic cõiuncta & annexa cum ligatura nõ dissoluantur nisi de quinto in quintum, aut de.iiij.in.iiij. sicut etiã fieri debet in fractura, vt partim dixi & dicã infra. In orificio vero uulneris dimisso aperto subito pone tentã stuppeam, inuolutã in vitello oui, oleo ros. & croco: & istũ modum obserua & cõtinua vsq; ad tempus mundificationis: & tunc vulnus mundifica incarna & cõsolida, vt in pręcedenti libro pluries dixi. Et si hora primę uisitationis fluxus sanguinis infestaret subito ei intende facta æquatione & sutura antedictis: deinde procede vt nunc dixi. Phlebotomia partis oppositæ, aut scarificatio in spathulis cum uentosis nunquã omittatur in isto casu, stãte cõsensu virtutis cõplexionis ætatis etc. nec ventris largitas antedicta. Dięta etiã fit quæ descripta fuit supra in pręsenti capitulo. Si autẽ vulnus non indigeat sutura aliqua, curetur sine sutura, vt ĩ hoc capitulo, & lib.ij. tibi doctrinam dedimus, & ita in hoc casu nostro tempore processimus.

*De fractura furculæ cum uulnere & sine.* Ca. III.

HOc autẽ os quum frangitur, raro fit quin in loco talis fracturæ appareat nodatio quædam, & cum hoc eius æquatio nõ fit de leui, perfecta saltẽ, propter tortuositatẽ eius naturalẽ: et quia instrumẽta exteriora ad eius figurã necessaria cõmode æquari non possunt. Si ergo tale os furculæ quum frangitur, contingat sine vulnere, tũc manibus tuis eleuetur pars depressa, & eleuata cõprimatur decenter, donec æquatio sufficienter facta sit penes eius figuram naturalem. Quo facto tunc super loco toto sic æquato, ponas faldellas decentes laterales, longitudinales, et transuersales, madefactas prius in aqua & bene expressas, deinde inuolutas in uitello oui et albu. cum pulueribus cõstrictiuis, dictis supra ĩ duobus capitulis superioribus, quę hic gratia breuitatis omitto: aut loco faldellarum stuppearũ, ponantur peciæ lineæ duplicatæ, inuolutę in dicto medicamine: & tunc super illas pecias ponatur corium coctum concauũ, habens formam, comprehendens furculã, simul cũ pecijs illis intra se, & super corio ponantur faldellæ stuppeæ in dicto medicamine inuolutę: & tunc facta vnctione circa locum cũ defensiuo dicto in capitulis duobus præcedentibus, fiat loci ligatio fortis et decens cum fascia longa, cuius latitudo sit circa palmã vnam, & firmetur bene locus cum ista ligatura, cũ suturis factis cum ĩuolutionibus ipsius fasciæ: & dimittatur sic locus nec dissoluatur ꝑ .v. dies, aut.iij.ad minus secundũ infirmi tolerãtiam, aut doloris augmentũ, uel loci apostemationem ut dixi in duobus pręcedẽtibus capitulis. Quidã vero operatores & magistri, loco antedicti corij ponunt hastellas de lino decenter factas paruas, cõtiguatas ad inuicẽ secundũ longitudinem furculæ: & plus cõprehendẽtes furculã & totum intra se vt supra. & super hastellas ponunt dictas stuppas, & ligant locum vt prius. Hoc facto phlebotometur patiens de opposita manu de cephalica, aut ventosetur in spathulis cũ scarificatione secundũ consensum aut dissensum virtutis, cõplexionis, & huiusmodi aliorum, quæ in tua stabunt discretiõe etc. Fiat etiã ꝙ uenter eius sit largus naturaliter vel artificialiter vt supra. Diæta sit directe vt dicta in duobus præcedentibus capitulis: habẽdo tamẽ menti post apostematis securitatẽ, ꝙ patiens utatur, ꝓ suo cibo extremitatibus aĩalium, vt pedibus porcorum, vitulorũ, & huiusmodi: ac vino nigro grosso, ꝓ potu lymphato cum aqua cocta zuccharata: cibarijs etiã de pasta & huiusmodi grossis ac viscosis pro tũc vtatur: ex huiusmodi enim cibis & potibus facilius q̃ alijs mollibus, grossi humores cõpacti & viscosi generãtur, ex quibus fortior, cõpactior, ac citior porus sarcoides generatur, quo mediante partes ad inuicẽ ossis fracti alligantur: & hoc sit generale documẽtũ in oĩbus fracturis ossiũ, & dislocationibus. Si vero fractura furculæ, fuerit cum vulnere indigente sutura, tunc suatur vt in capitulis pręcedẽtibus, et super sutura pone puluerẽ conseruatiuum ibidẽ dictum, & super

B toto vulnere faldellas stuppeas inuolutas in albu. oui cũ dicto puluere, quum ęquaueris s. partes ossis fracti ad inuicẽ, & tũc liga locum fortiter vt supra dixi, taliter ꝙ vulnus possit omni die videri et mutari, nõ dissoluendo ligaturã conseruãtem partes ossis annexas: nã ligatura nõ debet moueri nisi de.iiij.in.iiij. diẽ, et plus, vel minus ut dixi supius, & in isto capitulo, & in alijs duobus pręmissis. In orificio vero dimisso aperto in vulnere, pro hoc tempore vsq; ad tẽpus mundificationis pone tentã inuolutam in vitello oui, oleo rosa. & croco. Deinde mundifica, incarna, & consolida: ut in libro.ij.te scire fecimus: nõ omittendo defensiuum circa vulnus dictum in duobus pręcedentibus capitulis. Phlebotomia, vel scarificatio, ventris largitas, & diæta etc. ordinentur vt sciuisti pluries. Si autem vulnus, sutura nõ indigeat, regatur cũ mollificatiuo, mũ

C dificatiuo, incarnatiuo, & cõsolidatiuo, vt dixi in uulneribus lib.ij. ac cum phlebotomia, uel scarificatione, largitate ventris, & diæta vt ibi, causa breuitatis, hic non repetendis.

*De fractura ossium pectoris, aut thoracis.* Ca. IIII.

SCias ꝙ ossa pectoris sunt.vij. diuisa ꝑ anatomiã, & continuantur ad inuicẽ, mediante cartilagine, & firmãtur vel figuntur ipsæ costæ, in cartilaginibus contiguatis cum ossibus pectoris, & fit forma talis ex his, vt vides manifeste in sceleto. Contingit autem aliquando os pectoris siue thoracis, secundũ hanc figuram destrui, ita ꝙ vnũ frangitur secundũ partem, aut sic: aliquãdo solum ad interiora plicatur, & scies hoc per uisum & tactũ & dolorẽ loci, ex quo dolore scies læsionem in loco esse infallibiliter: & propter visum

D scies locum, propriã figuram et formã amisisse: per tactum vero scies, cũ manu palpando, si sonitum fecerit uel nõ: quod si fecerit sonitum, iã signum habes simul cũ alijs, ꝙ ibi est fractura: sed si nõ fecerit, sed pur dolorẽ patiens habeat, locusq; amiserit formã, iam signum habes plicaturę & inclinationis ossis ad interiora. Si vero in tali casu patiens per os eius cum tussi, uel sine, saniẽ emiserit, imo dico sanguinẽ, signum est venæ alicuius ruptæ in parte illa, aut spondyliũ: & tunc istud est valde timorosum ac suspectũ. Nã ex tali ruptura potest de facili infirmus ad phtisim conuerti, et ad malã in membris corruptionẽ, ita ꝙ pars illa corrumperetur & marcesceret, quæ a medico curationẽ finaliter recipere nõ potest. Postquã ergo de fractura securus fueris, uel plicatione, conare statim in prima uisitatione, illa ossa cũ manibus tuis reducere et ęqua-

re, ea tractando, plicando, & nunc hac nunc illac ducendo, & cum voluntaria tussi aut coacta infirmi, illā sibi imponendo: & si hoc modo non posses ea ossa æquare, tunc pone cufam, seu ventosam, quod idem est, magnā super loco fracto aut plicato, sine incisione dico: nam per hanc viam forte subleuabitur pars depressa ad superiora, et facilius æquabit̃ totus locus, & reducetur postea cum manibus tuis. Facta ergo æquatione supra dicto modo iuxta tuam possibilitatem, super loco toto ponatur puluis cōfirmatiuus cū albu. oui, & faldellis stuppeis, in eis inuolutis, dictis in tribus præcedentibus capitulis: aut ponat̃ emplastrū confirmatiuum ac attractiuū ad exteriora, tale. Rec. fa. cicerillæ, vel robilij, vel fabarum, vel orobi, lib. 5. dragāti, mastiche, gu. arab. myrti puluerizatorꝝ, ana vnc. i. bo. arme. vnc. ij. terræ sigil. sang. dra. aloes, ana vnc. 5. terebin. vnc. i. &. 5. albuminū ouorum cōquassatorum bene, sic misce, & de hoc ponatur sup loco, facta æquatione, aut cum pecijs, vel stuppis decentibus: Deinde fiat circa locū vnctio cum defensiuo pluries dicto in pręcedētibus capitulis: & tunc fiat ligatio decens cum fascia longa aut lata vel fascijs &c. & sic locus dimittat̃ ligatus vsq; ad. v. dies, vel prout tibi videbit̃ de statu infirmi, vt te plene docui in præcedētibus tribus capitulis. Post hoc uero statim, siue emiserit patiens sanguinē per os, siue nō, fiat phlebotomia de hepatica in manu dextra, vel vētosatio in spatulis cum scarificatione: Nec omittatur vnquā uentris largitas naturalis uel artificialis a principio, & in ꝓcessu, vt pluries dixi: & si pur sanguinē spueret, ita ꝙ timeres uenę fracturā in pectore, tunc facta phlebotomia, stomacho ieiuno, da ei bibere trochiscum. 5. de karabe, sang. dra. terræ sigil. coral. rub. gu. arab. mumiæ, ana vnc. 5. cum aqua plantag. vnc. iij. aut portulacæ: & utatur portulaca, aut eius decoctione: & istis regulis patiens regatur vsq; ad apostematis securitatē, & loci firmationem bonam: firmato loco modo dicto, vngatur locus totus thoracis, cum hoc vnguento. Reci. mastiches, turis, myrrhæ, sarcocollæ, dragāti pulu erizatorū & cribel. optime, ana vnc. 5. fa. fœ. græci, fa. sem. lini, ana vnc. i. resinæ, terebinth. picis naualis, ana vnc. i. &. 5. olei amygd. dul. olei liliorum alb. ana vnc. iij. ceræ al. quātum suf. vt fiat vnguentū. & confice sic, colentur resi. terebin. pix. & oleum in cazola dissolutę bene prius, ad ignē post: Deinde quum tepefacta sint hæc, tunc eis residua adiungātur, & optime sic simul mixta, cum spathula cōducantur, donec bonam incorporationē assumant: & eo utere vt dixi: cōfortat enim locū, defendit, & reddit magis tractabilē, & aptum ad motū anhelitus: & stricturam thoracis a primo emplastro inductā, remollit, & remouet. Dięta primis diebus his, sit subtilis, tenuis, & tēperata, vt dicta in ꝑcedētibus capitulis, et potus similiter, nisi ꝙ pro aqua, utatur aqua aperitiua, & mollificatiua, tali. Rec. liquiritiæ mundæ, passularum, hyssopi, cap. uen. uiolarū, ana vnc. i. ficuum sicc. pinguiū, iuiubarum, dactylorum, ana nūo. vi. aquæ dulcis libr. viij. misce & coquantur usq; ad medietatis cōsumptionem, aut tertiæ partis, & erit melius: & tunc colētur optime, et in ea ponant̃ zucchari al. vnc. ij. et de hac utatur pura pro suo potu illis diebus, & sola: Deinde ad diætā ducatur grossiorē in cibo & potu, vt tibi supra dixi: In fine uero utatur cum cibarijs suis, puluere aromatico hoc. Rec. cinnamomi vnc. ij. cardamomi, macis, galā-

E gæ, nucis musc. garyophyl. ana drac. iij. croci, drac. 5. zucchari vnc. i. misce, & utatur ut dixi: & caueat ab oībus acetosis, salsis et hmōi pungitiuis, immo dulcia in usu habeat. Si autem talis fractura uel dislocatio foret cum uulnere, rege uulnus & locum, & cura, ut in præcedētibus capitulis, & in lib. ij. fere in omnibus capitulis dixi: ibi recurre & lege.

*De fractura oßium costarum.* Cap. V.

Costæ sunt. xij. quarum. vij. sunt cōpletę, & possunt frāgi pluribus modis & locis: quinq; uero earū sunt non cōpletæ, quæ possunt frangi in uno loco. s. uersus spinā, cum in loco illo ex percussione nō cadant costæ, & sic non plicantur, nec franguntur: cum alia uero extremitate, uersus stomachum finiuntur in loco molli, quę casum aut percussionē non sustinent, F & sic non franguntur, sed plicationē ibi recipiunt: & appellantur hæ primæ. vij. costæ cōpletæ, quia faciunt unum semicirculū, aut circulum cōpletum cum ossibus pectoris, in quibus inserunt̃ uel firmantur: & appellantur aliæ quinq; incōpletæ, quia in exitu ipsarꝝ a spina, non faciunt nec cum alijs, nec cū ossibus pectoris circulū perfectum, nec adhuc semicirculū, seu partem circuli. Si ergo cōtingat costas frangi in uno aut duobus locis, quod scies per tactum cū manibus sup loco doloroso, eo ꝙ expressione aut palpatione cum manibus super loco, audies sonitū costarum ad modum rei fractæ, & cum hoc infirmus sentit impedimētum in anhelitu, ac dolorē in loco illo: Sed si sonitum ex tactu loci non senseris, sed dolor & difficultas in anhelitu adsint, signū est plicationis earꝝ ad interiora: conare ergo in hoc casu, partē depressam, cum mani- G bus tuis sursum eleuando, ac eleuatā deprimendo, facere ꝙ ad inuicē tales partes inserantur: nam si partes vel frusta costæ leuatæ inserant̃ uel infigantur per tuā depressionē cum manibus decentē & suauem, in frusta uel in partes costæ depressæ, tunc pars quæ prius erat eleuata per manus tuas sic depressa, uirtute sua leuabit partē depressam per percussionē, & sic firmabitur: & tu semper iuua manibus tuis in hoc casu, & simili: & fac patientē uiolenter tussire ista hora, quia iuuabit te ualde in hoc. Si aūt per hanc uiam non eleuaretur, nec fieret reductio, aut restauratio: aut si costa foret solūmodo depressa, & non fracta, & dolor pur perseueraret, tunc facias hunc copiose tussire, & tunc super loco depresso, aut fracto, ponas uentosam magnam sine incisione aliqua: & sic pars depressa subleuabitur, una cum auxilio tuo manuali, ut iam sciuisti: H Et tunc facta æquatione tali, iuxta tuum possibile, pone super loco toto emplastrū iam supra dictū in pręcedenti capitulo cōstrictiuum, aut huiusmodi aliud. Recip. fa. cicerellæ, aut robilij, aut fabæ, aut orobi, aut volaticæ fa. molendini lib. 5. mastiches, draganti, gu. arab. aloes, ana vnc. i. bo. ar. terræ sig. ana vnc. i. & 5. incorporent̃ cum albu. oui sufficienter: & super loco cū pecijs, aut stuppis in eo inuolutis, locus emplastret̃ de ipso, & tunc circa locū ponatur defensiuū dictum in. iiij. primis superioribus capitulis: & sic firmetur locus optime cū fascia decenti, aut fascijs: & sic dimittatur ligatio & emplastrū vsq; ad. v. dies, vel ſm ꝙ tibi uidebitur de tolerātia & dolore infirmi, de apostematione loci, de firma & laudabili reductione loci, & vt in capitulis præcedētibus dixi. Statim vero post ligationem, fiat phlebotomia de saluatella hepatica, vel splenetica

splenetica in manu opposita parti lęsæ: nec omittatur in isto casu ventris largitas naturalis, vel artificialis, omni die a principio vsque ad finem curæ: Cōtinuetur etiā ista ligatura & modus curæ a principio, vsq; ad loci firmationem bonam. Et hoc tempore facias iacere infirmum corpore supino, aut super ventre suo, quia melius est, & ossa cōducta & debite annexa, melius ac fortius in sua conductura & annexione perdurantur & firmantur. Facta firmatione loci antedicta, tunc super loco ponatur vnguentum tale. Recipe resinæ vnc.iij. picis naualis, terebinthi. ana vnc.i. bdellij, opopanacis, ammoniaci, ana vnc.ʒ. thuris, mastiches, myrrhæ, sang. draco. mumiæ, draganthi, gum. arab. ana drach.ij. olei com. vnc. viij. cerę vnc.i. & ʒ. fiat sic, mollificentur gūmę per noctem in oleo & aceto, & tūc dissoluantur adinuicem & ad ignem in cazzola, & colentur: & iterum ponantur ad ignem, donec aquositas sit consumpta, & quasi ad vnguēti formam sint reducta: deinde dissoluatur resina, terebinthina, pix, cera, & oleum simul ad ignem, & colētur: & cum gummis antedictis misceantur, & bene cum spathula conducantur & incorporētur: & quum infrigidata fuerint, addantur pulueres antedicti: & tunc omnia bene conducantur cum spathula, & incorporētur: quo vtere vt dixi, locum bis in die copiose vngendo. Hoc enim vnguentum, mollificando quodāmodo, parat locum ad motum, & remouet duritiem ibi inductam a medicinis cōstrictiuis, dolorem sedat, & satis addit in conglutinatione. Diæta tam ratione principij q̄ medij & finis, ac ratione fortitudinis, aut debilitatis infirmi, sit præcise vt dicta in præcedentibus capitulis huius libri.

### *De fractura spondylium.* Cap. VI.

Spondyles non franguntur vt alia ossa, sed cōtunduntur, & conteruntur: ex cōtusione quorū, seu contritione, nocumentum sequitur mortale, propter nucæ lęsionem, propter ipsarum impulsionem ad interiora: ex quo sequitur etiam impedimētum in anhelitu, & distractio, ac distinctio in lacertis, ac neruis intrinsecis, & apostematio in intrinseco, & sæpe mors. Succurratur ergo subito infirmo, si fuerit talis spondylium cōtractio sine vulnere, cum phlebotomia cephalicæ manus contrariæ, aut fiat ventosatio in naticis, aut in alio loco decliui, cum scarificatione: & conare manibus tuis conducere & æquare locum totū cū tussi coacta patientis, vt in cap. pręcedenti dixi: & pone tunc super loco lęso empl̄m constrictiuum, de farina cicerellæ & huiusmodi, dictum ibidem: & super emplastro, stuppas quāpluries, vt locus bene firmetur: Circa locum vero ponatur defensiuum dictū pluries: & sic locus bene ligetur cum fascia longa & lata, & non dissoluatur vsque ad. v. dies. vt in antedictis capitulis pluries dixi: & imponatur infirmo, vt non iaceat nisi super latera vel ventrem. Et si melius, ac habilius quieuerit sup spina, secure super ea iaceat, quamuis iacere super spinam, addat impulsionem super spondylia ad interiora: Sed in hoc, ꝙ doloris minoratio ex isto modo iacendi fit, & dolor trahit materiam ad locum, & est causa apostematis loci: & illud apostema esset causa mortis. Ideo cōcedatur infirmo hac causa hic modus iacendi, quamuis in eo sit ex alia parte læsio, & sicut dico de hoc in isto casu, ita in omnibus obseruetur: Nam iste modus iacēdi est melior,

A ex quo minor dolor ac lęsio ad eum sequitur. Largitas vero vētris in hoc casu nullatenus omittatur cum clysteri communi, aut appropriata nota satis. Firmato vero loco cum modis antedictis, tūc in fine quasi, ponatur super loco emplastrum de gummis, factum in capitulo præcedenti, aut vnguentum: Et si pur tumor et humorum collocatio in loco, notabilis fuerit, aut propter magnam ipsam quātitatem, aut propter profundam loci contritionem, ita quod per has medicinas non consumatur, tunc secure ponatur super loco ventosæ cum scarificatione: deinde cum dicto vnguento procedatur. Si autē contractio ista fuerit cum vulnere, & vulnus indigeat cōductura partium cum sutura, statim iudica vulnus ipsum mortale propter causam narratam supra. Sed propter hoc nō desistas ab operatione rationabili: & tunc, si inueneris ibi partes alicuius ossis spondylis separatas a sanis, ex toto

B remoue illas: & si non, dimitte, & tunc residuum ossis reapta manibus tuis decenter: deinde conducas partes carnis & pellis super spondyli cum sutura conuenienti, obseruatis regulis suturæ in libro secundo positis in capitulo de vulnere in collo, et alibi, &c. super sutura ponendo puluerem ibi dictum, & super toto loco deinde faldellas stuppæ, decentes inuolutas in albumine oui, cum dicto puluere: aut emplastrum tale. Recipe farinæ hordei, fari. orobi, ana vnc.ij. draganthi, gum. arab. mastiches, sang. draco. mumię, boli ar. aloes, ana vnc.ʒ. mellis lib.i. terebinthinæ unc.iii. vini nigri styptici, quantum sufficit ad inspissādum: quo vtere vt dixi: Deinde circa vulnus ponatur defensiuum pluries dictum. In orificio vero quod dimisisti in sutura, pone tentam stuppeam in prima visitatio-

C ne vsque ad tempus mūdificationis, inuolutam in vitello oui, oleo rosato, & croco: Deinde vero mundifica, incarna, & consolida, vt sciuisti: & fac ligaturam taliter vt possit omni die mutari vulnus non mouendo eam totam, vt dixi in pręcedentibus capitulis. Firmato sic loco, procedatur cum vnguēto de gummis facto in capitulo præcedenti, & alijs ibidem dictis, vt expediet. De phlebotomia uel ventosis, ventris largitate, & dięta, fac directe vt supra. Si autem vulnus nō indigeat sutura, procede sicut in antedicto, sine sutura, & sine puluere ibi dicto, vt etiam sciuisti supra lib. secundo de vulneribus sufficienter.

### *De fractura oßis spathulæ.* Cap. VII.

D Qvum frangitur hoc os, requirit propter magnitudinem, & ex figura eius & situatione, vt restaurator procedat in æquatione & restauratione, hac via, & non aliter. Comprimat ipse restaurator manum suam fortiter super partem eminentiæ apparentis, & cum altera manu, caput humeri secundum longitudinem trahat, vt pars leuata & depressa cōsimiliter ad loca propria redeant: Et si per te solum facere non posses istud, habeas ministrum idoneum, te iuuantem. Facta restauratione dicto modo, ponatur super fractura emplastrum de farina cicerellę &c. factum in capitulo de fractura cassi, supra, & in præcędēti etiam capitulo. Et circa fracturam, vngatur cum defensiuo, ibidem dicto, & super emplastro ponantur faldellæ stuppeæ prius infusæ in aqua & expressę, deinde inuolutæ in dicto empl̄o: & sup stuppas illas ponat̄ hastella de salice, formata s̄m figurā spathulę, et

super hastella ponatur aliæ stuppæ infusæ in aqua &
expressę: et postea optime ligetur locus cū fascia lōga
et lata, aut super loco immediate in prima visitatione
vsq; ad secundam, ponantur solum faldellæ stuppeæ
decentes, infusæ prius in aqua, & expressæ, deinde in-
uolutæ in albumine oui, misto cum puluere constri-
ctiuo, vt bol. arme. dragantho, gum. arabic. mastice,
mumia, sanguinis draconis, aloe, myrto, & huiusmo-
di, et tunc cum residuo curæ dictæ supra procedatur.
Visitatione vero secunda, loco albumine oui, & pul-
ueris antedictorum, pone tunc emplastrum superius
dictum, & directe fac vt supra. Et non moueatur ista
ligatura vsq; ad quinq; dies, aut sic, secundum ꝙ tibi
videbitur: deinde de .iij. in .iij. diem, dissoluatur & li-
getur vt in precedentibus capitulis. Facta prima liga-
tura, statim fiat phlebotomia, aut ventosatio cum sca
rificatione in spathula & in naticis, ventrisq; largitas
imponatur patienti ex toto vt supra, capitulo de fra-
ctura costarum, aut huiusmodi similibus mollifican-
tibus etc. Regatur cum dięta potus et cibi a principio,
vsq; ad finem, dicta in capitulo de fractura mandibu-
læ, & alibi pluries.

*De fractura ossis adiutorij.* *Cap.* VIII.

Qvum frangitur os adiutorij, cognoscitur ex
tactu manibus tuis hoc modo. Nā debes ma-
nibus tractare ambabus locum lęsum, & po-
nere vnam manum super loco læso, & aliam infra: &
tunc habeas ministrum tecum qui sustineat cubitum
patientis bene & decenter vna cum brachio toto: &
tunc palpando locū manibus tuis suauiter, & eas per
brachium mouendo, nunc hac nunc illac, audies soni
tum ossis in modum rei fractæ, aut senties inseparatio
nem ossis fracti partium cum tactu tuo, plus solito &
indecentius subleuatarum: imo forte hoc per visum
quandoq; tibi innotescet. Quum ergo certus fueris
de fractura, procede tali modo: primo ante restaura-
tionem, et manuum tuarum operationem, ordina cō
fici & pręparari emplastrum tale. Reci. fari. fabarum,
aut cicerellæ, aut orobi, aut robilij, aut volatilis quæ
reperitur super mola superiori, & circa molēdinum,
lib. 5. mastiches, draganthi, gum. arab. mumiæ, aloes,
thuris, ana vnc. 5. bol. arme. terræ sigil. sanguinis dra-
conis, lycij, ana vnc. albu. ouorum numero .iij. con
quassata, & vini nigri styptici quantum suffi. ad incor
poran. & fac emplastrum: & cum hoc præpara etiam
petias magnas lineas, super quas extendatur dictum
emplastrum: prępara etiam stuppas satis latas ut circū
uoluant totum brachium, & longas vt totam brachij
læsionem & vltra capiant, balneatas in aqua prius, &
expressas fortiter: prępara etiam duas fascias quarum
latitudo pro q̄libet, sit circa quatuor digitos aut qnq;,
vel plus: præpara etiam similiter hastellas. vi. aut. iiij.
ad minus, de salice, aut alio ligno bene tractabili, sicut
est lignum, quod ponitur in fodris ensium, aut quo
scatolæ fabricantur: prępara etiam bindellum unum,
cuius latitudo sit vnius digiti pollicis, & longitudo tā
ta quanta fuit fasciarum antedictarum. Fac etiam ibi
parare aquam in catino ad infundendas faldellas illas
stuppeas: fac etiam parari acetum, quia forte expediet
ad commiscendum cum aqua, in qua debent faldellæ
stuppeæ antedictæ infundi: et breuiter omnia, quę pu
tas in actu tuę operationis tibi necessaria, ac operatiua

E fore ante tuam operationem actualem, decenter para
& ordina. Quibus paratis & ordinatis, tunc attendas
restaurationi ac reductiōi loci, hoc modo. Habeas mi
nistrum idoneum qui teneat cubitum ac brachium fi
firmi bene firmum, ac extensum uersus se. deinde aliū
habeas ministrum, qui patientem habeat de retro in
brachijs suis circa pectus, et eum firmum ac fortissime
teneat: deinde manibus tuis tentando locum, palpan
do, ac cum manu superiori deprimendo, & cum infe
riori subleuando, adequa et restaura iuxta tuum pos
sibile: & facta æquatione hac, tunc accipe petiam li-
neam subtilissimam mūdam, cuius longitudo sit sm
longitudinē adiutorij, & plus per aliquod, & eius lati
tudo sit sm grossitiē adiutorij, inuolutam in oleo ros.
calido in hyeme, frigido in æstate, et aliqualiter expres
sam ab illo oleo, & tunc ponatur super loco læso an-
F te omnia alia. Nam ista petia cum oleo ro. primo nō
permittit alia medicamina, vt emplastra, nimis adhę-
rere parti: facit etiam sui mollificatiōe, vt strictura per
ligaturam, si fiat nimis fortis, non noceat sic: defendit
etiam locum a fluxu humorum, confortat, & dolorē
sedat. Quo facto, tunc super hac petia pone dictum
emplastrum super alia petia extensum, tantæ quanti-
tatis, quantæ fuit prima petia cum oleo rosa. aut fal-
dellas stuppeas decenter factas tantæ quātitatis etiam
vt prędictæ petiæ, inuolutas in alb. ouorum, cum pul
uere confirmatiuo loci, dicto supra in capitulo. v. vi.
& alijs. Deinde super emplastro illo ponantur faldel-
læ stuppeæ, inuolutæ prius in aqua, & expressę, dein-
de in oleo rosa. & modico aceto infusæ: & tunc super
illas stuppas ordinētur & situentur hastellæ prędictę,
inuolutæ stuppa, aut petijs, ne sua duritie membrum
G lædatur, & comprimatur, tantæ etiam longitudinis,
quantę est adiutoriū totum. Et si membrum sit gros-
sum valde, requiruntur. vi. hastellæ, & si subtile. iiij.
sufficient: stabit ergo hoc in tua discretione et cautela.
Deinde super istas hastellas, ponātur alię faldellæ stup
peæ balneatę in aqua, vt prius & expressæ, & non in-
fusæ in oleo rosa. Et nota ꝙ stuppæ & petiæ antedictę
debent esse tantæ longitudinis, quantę adiutorium to
tum: & similiter hastellę debent esse tantæ latitudinis,
quātę grossitiei est brachiū, ut tactū est supra, ꝑ parte.
& tūc super istas faldellas stuppeas superiores incipia
tur, & fiat ligatio cum fascijs dictis. Et semper incipiat
fieri ligatura in loco læso cum prima fascia, et cōstrin-
gatur magis locus læsus cum fascia, quam extrema lo
ci illius: & cum una parte bindæ procedatur cum liga
tione hac ad superiora, & cum alia parte procedatur
H ad īferiora membri, & sic bene firmetur locus primo
cum binda ista, illā non extirando, & annectatur sem
per & suantur reuolutiones fasciæ ad inuicem cum fi-
lo et acu: deinde cum secunda fascia uel binda fiat liga
tio super hac ligatione dicta, incipiendo eam ab infe-
riori parte adiutorij circa cubitum, & procedendo su
perius vsq; ad humerum, et in tali processu, constrin
gatur semper magis locus læsus quā extrema, vt per
talem stricturam defendatur, ne humores in loco cur
rant, & conculcentur: super binda uero uel fascia hac
ultima, fiat ligatio & firmatio omnium ligationum di
ctarum, cum bindello dicto supra: cuius latitudo sit
vnius digiti pollicis, vt dixi. Et longitudo ęqualis lō-
gitudini fasciarum, quæ fascię debent esse tantæ quod
sufficiant inuolutioni membri ante dictæ copiose.
Aut super emplastro antedicto & faldellis stuppeis;
ante

ante hastellarum appositionem, fac ligationem vnã suauem cum fascia longa decenti, incipiendo ligaturam super loco læso, vt scilicet, dixi de prima ligatura: deinde procedendo cum appositione hastellarum decenti, ac cum ligationibus duabus antedictis præcise vt dixi, et cum ligatione bindelli finaliter super omnia: & omnia hæc ex parte restaurationis seu situationis membri, ex parte etiam ligationis dictę et omniũ, tractet medicus suauissime ac decenter & sine dolore pro posse. Nec fiat aliquo modo in ligationibus dictis, strictura in membro tam grandis, ꝙ ex ea proueniat tumor in extremis ac stupor in membro, quia illud esset valde malum, a quo mortificatio membri accidere posset de facili. Non soluatur membrum vsq; ad quinq; dies, vel circa, secundum ꝙ tibi videbitur de infirmi tolerantia, & de loci tumore, aut apostemātione, & eius rationabili restauratione, secundum ꝙ supra in aliis capitulis de hoc facto habuisti. Circa brachium vero, & in humero, & tota spathula fiat vnctio cum defensiuo, supra posito in præcedentibus capitulis. In die vero ligationis primæ, ea facta, statim phlebotomia fiat de cephalica manus oppositæ, aut ventosatio cum scarificatione in spathulis & naticis, secundum consensum & dissensum virtutis, complexionis etc. vt in capitulis præcedentibus dixi. Regatur primis diebus vsq; ad apostematis securitatem, cum diæta subtili, scilicet cum succo farris vel hordei, aut istorum ptissana cum lacte amygdal. dulcium, & sem. cõmu. cum riso cõdito cum eisdem & zuccharo, aut panatella cum eisdem, aut cum brodio pullæ paruæ, cum qua sit cocta endiuia, aut lactuca, vel portulaca, aut sem. cõmunia frigida, aut huiusmodi alteratorum aliquid: & potus eius sit eo tempore, aqua hor. cocta cum zuccharo rosa. ueteri, aut aqua prunorum dam. cum dicto zuccharo, saltem si patiens foret strictus uētre, aut dicta aqua hor. cum vino granat. aut agresto, aut crispino. Remoto dolore & habita ab apostemate securitate, bibat vinum nigrum spissum aut dulce cum aqua hord. antedicta, aut cum aqua decoctionis dictæ supra ĩ capitulo de vulnere in casso: cibus vero eius illo tempore sit grossus et uiscosus, scilicet, ex extremitatibus animalium, & ex membris interioribus ipsorum vt pedibus, gambis, intestinis, hepatibus, stomachis, splenibus, cerebris, & huiusmodi: carnibus etiam laudabilibus vtatur, saltem animalium syluestrium potius assatis, quam elixatis, vitellis ouorum, etiam vtatur cũ cinnamomo, galanga, & croco, maxime si stomachum frigidum ac debilē habuerit. Potest etiam vti, ĩmo cõmune est et bonum, ficubus siccis pinguibus cum amygda. dulcibus, excorticatis, et passulis, & zuccharo, & auellanis, & nucibus: potest etiam audacter sumere post comestionem, pira cocta cum cinnamomo et croco condita: aliquando potest uti spinachiis, boragine, fœniculo, petroselino, trifolio, & pauca bleta, conditis cum dictis carnibus. Illis etiam carnibus vti potest conditis in pastello cum amygdalis, vuis passulis, myrto, pistaciis, cinnamomo, galanga, mace, cardamomo, gariophyllis, folio, nuce musca. & croco cum zuccharo: cibaria etiam de pasta in vsu habeat, quia bona sunt. Nã omnia huiusmodi generant humorem grossum ac viscosum, habilem generationi pori sarcoidis, et ligamēti, quo fractura ossis alligatur & coniungitur: & sic per hanc uiã melior, ac citior fit loci firmatio. Suspēdatur brachiũ

A ad collum cum mantili, aut fazzolo, comprehendendo totum brachium cum manu & cubito intra fazzolum, vt adiutorium restauratum aliquod recipiat sustentamentum & quietem: & istud fiat a prima die restaurationis vsque ad finem. Si vero talis fractura fuerit cum vulnere tanto, ꝙ indigeat sutura, tunc inquire bene cum tētis tuis & manibus, si ibi sint aliquæ partes ossis fractæ & separatæ a sanis, ita ꝙ cum eis cõtinuari, nec stare possint, & tunc illas remoue pro posse tuo suauiter sine violentia, & non ausculte dicentes, ex medullæ exitu ab osse, mori infirmum, & fieri non posse restaurationem, quia falsum est: cum enim ex vnctuosa humiditate humorum, medulla generetur, ita restaurationem recipiet ipsa & regenerabitur, sicut caro, quæ ex sanguine generatur, & propterea non est timendum de deperditione eius, vt hi dicunt.

B Remotis partibus ossis separatis vt dixi, fiat sutura carnis, & pellis decenter secundum regulas tibi datas de vulnere in collo, lib. ij. & cum hoc fiat æquatio ossis remanentis: et breuiter cum stuppis, hastellis, medicinis & huiusmodi vt supra procedatur. Et hic aduertas diligenter, ꝙ hastellæ debent taliter incidi & figurari, ſm figuram uulneris, ut dimittatur orificiũ discoopertum quod dimisisti in sutura, vt possit omni die semel, uel bis mutari, sine dissolutione fracturę ligationis aliqua, quę non debet dissolui nisi de. iiij. in. iiij. aut de. iij. in. iij. diem vt dixi. Super fractura tota & suturæ præter quã super orificio vulneris, ponatur puluis conseruatiuus suturæ pluries dictus. In orificio vero prima visitatione ponatur tenta inuoluta in vitello oui, oleo rosa. & croco, vsq; ad saniei generationem in loco: deinde regatur uulnus cum mundificatiuis in carnatiuis & consolidatiuis notis.

C Super puluere uero puluerizato super sutura et fractura, pro prima uisitatione procede cum stuppis inuolutis in albumine oui, & pulueribus cõstrictiuis superius scriptis, & breuiter regas totam fracturam, ut supra de fractura sine uulnere dixi: & non soluatur ligatura fracturæ usque ad. v. uel. iiij. dies, sicut supra dixi. Deinde procedatur cum emplastro constrictiuo de fari. cicerellæ, posito in capitulo de fractura cassi aut spondylium, usq; ad perfectam loci firmationem. Deinde uero ponatur super tota fractura iam firmata, emplastrum, aut unguē cum mollificatiuum de gumis dictum supra capitulo de fractura costarum, & sic continua usque ad finē. Diæta vero huius nullo modo uarietur a diæta dicta supra in cibo & potu. Si uero apostema in loco pur generetur, nec possit prohiberi cũ phlebotomia, aut

D uentosis & clysteribus, ac defensiuis circa locum, tũc apostema maturetur, incidatur, mundificetur, incarnetur, & consolidetur ut supra capitulo de apostemate adiutorij, lib. primo.

## *De fractura focilium brachij.* Cap. IX.

NOn mireris si ossa focilium, & etiam alia ossa partium aliarum, aliquando plicentur, & non frangantur. Nam calor uiuificans ea, & rorans cum humiditate actuali & nutrimentali, disponit ea sic in corpore uiuo, quamuis non sint sic, & talia per naturam, ꝙ ex casu seu percussione inclinantur seu plicantur ut dixi, absq; fractura aliquãdo. Et differentia: seu distinctio plicatiõis a fractura trahit ex auditu, tactu, & quãdoq; uisu: ut quãdo per tactũ cũ manibus tuis

palpando, non audis sonitum in osse ad modum rei fractę, nec sentis asperitatem, vt sic dicã pungitiuã in aliqua parte ossis, dato q in aliqua parte appareat aliqua eminentia & mẽbrum indebitam, ac insuetam figuram habeat, tunc est signum plicationis, & non fracturę. Quum vero his opposita apparent, signum est fracturę non plicationis solius. Contingit autẽ quandoq; ambo focilĩu frangi, aliquãdo vnum tantũ. Si ambo frangantur vel plicẽtur, tunc in illorũ cita restauratione intendas hoc modo: Habeas tecum ministrum idoneum, qui teneat manum patientis bene firmam cum raseta manus, & eam relaxet & extẽdat ad voluntatem & imperium tui restauratoris: Deinde habeas alium ministrum idoneum, qui teneat cubitũ patientis in manibus suis consimiliter bene firmum, & eum relaxet & extiret secũdum tui mandatum & voluntatem. Item antequam ad actum operãdi te ponas vt in capitulo præcedenti dixi, præpara & ordina omnia tibi necessaria in opere tuo, scilicet faldellas stuppeas longitudinales, latitudinales, & transuersales ponendas, & per consequens multas, infusas prius in aqua, & optime expressas: tantæ etiam latitudinis, quantæ est brachium a manu vsq; ad cubitum: tantæ etiam longitudinis quasdam, quantę est brachij grossities: præpara etiam albumina ouorum conquassata cum oleo ros. & pulueribus cõstrictiuis notis mixta: aut loco istorum, para emplastrum confirmatiuum, dictum statim supra in capi. de fractura adiutorij in principio: para etiam hastellas. vi: vel. iiij. secundum q brachium erit grossum vel subtile, subtiles & decenter factas longas, secũdum longitudinem brachij a manu vsque ad cubitum: para etiam petiam vnam bene mundam & subtilem, tantæ longitudinis & latitudinis, quantæ est brachium vt dixi, ponendam super brachio immediate ante omnia: para etiam fascias duas ad minus, lõgas, vt brachium bene possit inuolui cum eis, latas vero per quinque digitos vel circa: para etiam bindellum vnum tantæ lõgitudinis quantæ sunt fasciæ, latitudinis vero vnius digiti pollicis vt dixi in capitulo præcedenti: & breuiter omnia necessaria pręcpara in numero conuenienti ante tuam actualem operationem: Et aduertas, vt dum vis te ad actũ ponere, semper sic situa & figura brachium læsum cũ manibus ministrorum, vt pars domestica voluatur versus terram. s. palma manus, postquam situaueris infirmum ad sedendum sub bancho vel cathedra: syluestris vero sursum versus cœlum: His ordinatis, restaurator decenter ponat infirmum in manibus ministrorũ ut dixi statim supra, qui teneant eũ firmũ hora restaurationis: & tũc restaurator manibus suis capiat locũ læsum & ossa fracta, suauiter, nunc hac, nunc illac, ducat & premat, donec cõduxerit ea ad loca sua, & æquauerit pro posse suo ad formam pristinam brachiũ, quod ad uisum tibi manifeste apparebit. Et hæc omnia fac suauissime: nam ex dolore inducto in mẽbro illa hora currerent ad locum, & sic apostemaretur: abstineas ergo pro posse a dolore, a forti extiratione & contractione, ac a dura nimisq; stricta ligatione, quia hæc præparant membrum ad apostemationem, & stuporem, & finaliter ad corruptionẽ & mortificationem ob caloris naturalis et spirituum defectũ & carentiam, & nullo modo obserues illorum regulam & modum, qui hora restaurationis, ponũt membrum fractum in aqua calida; quia mollificat mem-

E brum, & rarificat, ac debilitat, & habilitat vt humores a corpore fluentes recipiat & apostemetur: & sic fiat ibi ægritudo composita, quæ prius erat simplex, & sic diplicatur cura morbi, & morbus etiam. Nos tamẽ tibi fidem faciemus in tractatu dislocationum: quo casu aqua calida sit conueniens. Facta ergo debita ęquatione, ponatur immediate super membro petia illa munda infusa in oleo rosato quam parasti vt supra, quæ defendit & confortat membrum, ne humores superfluos trahat ad se, nec recipiat missos, & ne medicamina antedicta viscosa fortiter loco adhæreant: & hora visitationis secundæ absque forti tiratione, ac nocumento notabili a mẽbro remoueri possunt: Sedat etiam dolores ex omni causa ibi contingentes. Super hac vero petia immediate ponatur alia petia tantæ longitudinis & latitudinis, quantæ prima

F super qua extensum sit emplastrum confirmatiuum in præcedenti capi. immediate dictum: Deinde procedatur cum stuppis, hastellis, fascijs, bindello, & tota ligatione ptæcise vt ibidem dixi: ac cum appensione brachij ad collum cum fazzolo comprehendente cubitum & brachium totum, simul cum manu. Si autem maius focile, vel minus fractum fuerit, & aliud sanum: tunc breuiter directe ac pręcise modis ac regulis antedictis, in eius cura procedas, si faciliori, ac non ita laborioso in isto casu procedere potes q̃ primo. Nam focile sanum multum iuuat te in hac operatione, ratione situationis hastellarum principaliter, quia potes in hoc casu cum paucioribus hastellis in numero procedere: Nam focile sanum loco hastellarum aliquarum potest computari, immo magis fortis est in isto casu & melius. Et scias quod focile maius locatur

G a digito auriculari manus a parte syluestri brachij usq; ad cubitum: minus vero focile a parte manus domestica a pollice vsque ad concauitatem cubiti, vt scitur ex anatomia. Facta restauratione & tota ligatione in prima visitatiõe ut sciuisti supra in cap. de fractura adiutorij, statim consentiente uirtute patientis ętate & c. Fiat phlebotomia de brachio, aut manu oppositis, uel scarificatio in spathulis cum uẽtosis. Largitas uentris nullo modo omittatur, nisi aliqua ex supra dictis accidentibus dissentiant: Vngatur etiam circa ligaturam totam aut fracturam tẽpore ligationis cum defensiuo pluries dicto: Suspẽdaturq; brachium ad collum cum fazzolo ut supra breuiter. Si autem fractura totius brachij & amborum focilium, et alterius tantum fuerit cum uulnere tanto quod indigeat sutura, & ibi sint aliquæ partes ossis fractæ, ac separatæ ab osse sano totaliter, ita quod secum cõiungi non possint,

H nec ibi stare, tunc illas remoue cum instrumentis tuis decenter ac suauiter in prima uisitatione si potes cum infirmi tolerantia: & si non, expecta, & procede in cura sic: Statim suantur partes carnis & pellis decẽter, & conducantur partes ossis fracti decentius q̃ potes secundum regulas datas in capitulo præcedenti, præcise figurando hastellas taliter, & ligando cum fascijs ut orificium dimissum in sutura uulneris discoopertum dimittatur, ut omni die uulnus mutari possit, sine dissolutione ligaturæ totius: quæ non debet dissolui, nisi usque ad quinque dies, uel sic, deinde de tertio in tertium, aut de quarto in quartum, vt tibi uidebitur, ut dixi in allegato capitulo de adiutorio. Vulnus uero præcise regas, mollificando, mundificando, incarnando & consolidando secundum canones positos

superius, lib. secundo, capitulo de vulneribus vbiq: super sutura vero & fractura, pone puluerem confirmatiuum supra dictum, solum, aut cum albumi. oui mistum, & super puluerem si solũ super loco pones, pone emplastrum constrictiuum, factum in capitulo de fractura adiutorĳ, aut de fractura cassi & costarũ, de fari. cicerellæ, robilĳ, pulueribus constrictiuis etc. Et hoc vsque ad perfectam loci firmationem: & non omittas defensiuum circa vulnus pluries dictum de bol. arme. myrto, & succis frigidis, oleo rosa. & aceto etc. In fine vero firmato bene loco, & extende super toto brachio, de emplastro mollificatiuo, de gumis, facto in capitulo de fractura costarum, & curabitur. Si vero vulnus non indigeat partium conductura, regas ipsum modo consimili prædicto sine sutura. Diæta etiam in cibo & potu sit precise consimilis diętæ capituli de fractura adiutorĳ: illam ibi per te considera, & lege: habes enim ibi coquum & cauponem doctos et idoneos in arte pro certo.

*De fractura pectinis & digitorum manus.* *Cap. X.*

SI autem contingat ossa pectinis manus quæ sunt numero. iiĳ. & fuerit fractura sine vulnere, tunc reducantur & æquentur statim a principio, absq; dolore pro posse, ita vt habeas ministrum qui teneat cubitum patientis bene firmum, & ipsum extendat & relaxet ad tui voluntatem, & imperium: & alium qui teneat digitos manus firmos si expediat, qui directe tibi obediat vt primus, aut forte non indiges nisi primo ministro. Et tunc paratis prius omnibus necessarĳs in tua operatione vt sciuisti in capitulo de fractura adiutorĳ, fac loci æquationem decentem, secundũ modos ibi dictos. Facta æquatione loci decenti, statim super loco ponantur præcise illa, quæ dicta sunt supra videlicet stuppæ decẽter factæ, inuolutæ in alb. oui, oleo rosa. & pulueribus constrictiuis dictis in capitulo de adiutorio, & alibi pluries Aut ponatur petia linea munda cum emplastro de fa. constrictiuis & pulueribus ac albumi. oui, ibidem etiam positam: & breuiter eodem modo fiat in fracturis digitorum sicut & manus totius et rasetæ cum pectine. Super emplastro vero ex parte syluestri manus, ponantur faldellæ stuppeæ et plumaceoli ordinati secundum longum, latum & transuersum, ita q locum decenter cõprimant, sine doloris illatione grandi, si est possibile. In parte uero domestica super palma manus, ponantur faldellæ solæ stuppeæ, & non plumaceoli: quæ faldellæ si ponantur super emplastro, non indigent vt infundantur in aliquo liquore, aut si infundantur in aliquo liquore, sit illud uinum nigrum stypticum paruum, cum modico aceto. Si vero non ponatur ibi emplastrum, infundantur in albumi. oui conquassato, misto cum pulueribus constrictiuis superius dictis pluries in precedentibus capitulis. Super istas vero faldellas, quomodocunq; fiat, ponatur in manu domestica manus, hastella vna lata secundum palmæ latitudinem, & longa ita q comprehendat omnes digitos, preter pollicem a sũmitate digitorum, usque ad medium brachĳ, versus rasetam, ita vt tota manus firmetur ac sustentetur super ipsa: a partibus vero superioribus, et lateralibus si tibi uideatur fore expediens, pone & ordina hastellas decentes, sm lõgitudinẽ manus cũ raseta: latas vero per duos digitos, uel circa, vt A tibi melius videbitur. Quo facto, ligetur et firmentur oĩa ista, primo cũ vna fascia, latitudinis. iiĳ. digitorũ vel circa, magnæ longitudinis, vt ea bene possit, circa brachium volui & reuolui: & incipias semper isto casu facere ligaturam in extremitatibus digitorum, et procedas versus rasetam, & brachium: & quum fueris cum reuolutione fasciæ super loco leso, tunc stringas fortius quam in alĳs locis, non tamen excessiue, vel cum dolore intolerabili patientis: vt ossa fracta, nunc coniuncta melius ac fortius adhereant. & vt talis ligatio prohibeat ne humores conculcentur in loco & apostemetur. Deinde cum fascia procede ligando vsque ad finem hastellarum & stupparum: deinde cum alia fascia fac ligationem consimilem precise: aut cum ista incipe ligare super loco læso, & procede versus brachium faciendo directe vt prius. Super has B vero duas ligaturas, fiat ligatio cum bindello tantæ lõgitudinis, quantæ fuerũt fasciæ, & latitudinis vnius digiti pollicis, ex quo omnia firmentur melius & annectantur. Et aduertas hic, q quidam statim superpositis faldellis stuppeis antedictis cum emplastro aut sine, faciunt ligationem cum fascia consimili supra dictis, & deinde procedunt vt supra directe: & in veritate etiã ego laudo hũc modum: fac quomodocunq; vis, non errabis. Sed modus primus fuit mihi vsualis meo tempore. Attende etiam diligenter, vt nõ omittas inuolutionem hastellarum cum stuppa, aut alia re molli, ne ex ipsarum duritie dolor membro inferatur, & ibi apostema causetur. Et non omittatur hora rastaurationis, defensiuum, dictum in capitulo de adiutorio & alibi pluries. Nec omittatur saltem post secundam visitationem, quæ fieri debet in quinta die C vel circa, prout tibi videbitur de tolerantia infirmi, & alĳs dictis in capitulo de adiutorio, quin brachium suspendat ad collum cum fazzolo: & semper in principio, fac phlebotomiam oppositæ manus, aut scarificationem cum ventosis secundum consensum aut dissensum virtutis ætatis, complexionis patientis, & huiusmodi. Ventris etiam naturalem aut artificialem largitatem non omittas omni die a principio, vsq; ad finẽ curę. Diętam etiam in cibo & potu obseruet precise talem, qualis dicta est in capitulo de adiutorio, & alĳs capitulis. In restauraione aũt digiti, vel digitorũ manus, ordinatis alĳs & situatis debite vt supra ponatur vna hastella ĩ parte domestica manus, cuius latitudo sit sicut digiti unius, si sit vnus solus lesus, aut duorum, si sint duo læsi, & longitudo eius sit, sicut a summitate digiti, vsq; ad medium palmæ manus, & tunc D cum emplastro, stuppis paruis decentibus & fascĳs non latis, nisi per duos digitos, aut per pollicem, & longis, locus decenter ligetur: capiendo duos digitos laterales sanos cum læso in ligatura, aut saltem vnum sanum, si non potes duos: nam ex hoc decentior fit ligatio, & partium fractarum coniunctio & adhæsio melior. Sed attende, q in isto casu, loco faldellarum stuppearum procedere potes cum solis petĳs lineis, cum ex ipsis minor fiat cumulus in loco, quod est ualde utile, propter membri paruitatem: & non omittatur etiam hic defensiuum predictũ, circa locum, in raseta, scilicet, et circa: nec uentris largitas, nec forte phlebotomia aut ventosatio, in forti saltem & carnoso iuuene robusto. Si autẽ fractura fuerit cum uulnere, ligetur ac situetur sic q omni die vulnus mutari possit, ut sciuisti. Conueniens est pro certo vt tetigi q in

isto casu in ligatura cōprehendatur digitus sanus cum infirmo, aut digiti duo laterales si possibile sit etc.

*De fractura ossis anchæ.* *Cap.* XI.

FRangitur os anchæ, pcussione, vel casu, aut huiusmodi alia causa, secundum longum, & vocatur scissura, aut secundū latum, & vocatur fractura proprie. Cognoscitur autem scissura ex tactu super longitudine ossis, quo inuenitur ossis separatio secundum longitudinem, & partes ossis separatæ inueniuntur, nec sonant sicut res quæ fracta est, nec cedunt per tactum: sed fractura cognoscitur per tactum, quia sonant sicut res fractæ, ut lignum, vel aliud: amouentur ex transuerso, quum palpantur cum digitis, ac tactui cedunt: & cum his signis: ad distinguendum perfecte inter hæc, consyderandus est modus casus et percussionis semper. Si autem os anchæ scissum fuerit, nō indiges alio, nisi vt ponas super scissuram īmediate si tempus adest moræ, emplastrum constrictiuum tale, repercussiuum etiam partim, & loci confirmatiuum, & confortatiuum. Reci. fari. fabarum, fari. cicerellæ, fari. hordei, fari. volatilis molendini, ana vnc. 5. mastiches draganti, gumi arab. mumiæ, bol. arme. myrti, puluerizatorum, ana drach. iij. albu. v. ouorū conquassata in uino nigro styptico paruo, succi plantagi: aut huiusmodi stypticorum, quantum sufficit incorporationi, fac emplastrum, coquendo omnia ad ignē in cazola, vsq; ad inspissationem: de quo super pecia extendatur, & totus locus emplastretur: aut loco emplastri, & est hoc magis expeditiuum, et ita conferens pro principio, ponantur faldellæ stuppeæ inuolutæ in albumi. oui, conquassatis vt supra, mistis cum pulueribus constrictiuis dictis supra. aut cum dictis in capitulo de adiutorio etc. Super pecia vero emplastri si illud ponatur, aut super illas faldellas loco emplastri dictas, ponantur iterum faldellæ stuppeæ siccæ, aut balneatæ in aqua, vel vino nigro styptico paruo, & fortiter expressæ, & super his ponantur aliæ faldellæ & plumaceoli, locum perfecte firmantes. Et tunc circa locum fiat vnctio cum defensiuo dicto in capitulo adiutorij & focilium. Deinde vero fiat loci ligatio decens cum fascia lata per. vi. digitos, longa vero ualde, vt possit bene reuolui circa ancham, & ad posteriora super dorso: & in qualibet reuolutione fasciæ, fac suitionem, & sic locus firmetur, nec dissoluatur vsque ad. v. dies, aut vi. nisi dolor nimis infestaret patientem, aut stupor membro superueniret, aut tibi cōstaret locum fuisse imperfecte reductum & restauratum, vel huiusmodi aliquod. Facta prima ligatione statim fiat phlebotomia de saluatella manus oppositæ, vel scarificatio cum ventosis spathularum, secundum consensum semper vel dissensum virtutis ætatis etc. Sit ventris eius largitas omni die naturalis, vel artificialis imposita per medicum. A secunda uero ligatiōe vltra, ligetur & mutetur de. viij. in. viij. diem, aut de. vi. in. vi. sicut tibi videbitur de conditionibus infirmi. Nam talis loci scissura, hoc artificiali modo curatur: īmo quasi ad eius curam, non requirit nisi aliquam partium firmationem statim a principio, cum manibus tuis, & conseruationem talis firmationis in statu debito, cū emplastro, aut faldellis stuppeis supra dictis, & ligatione cum fascijs vt supra, vsque ad perfectam curationem. Si autem tale os sit fractum, tunc partes fractæ ad inuicem, conducantur & æquentur

E manibus tuis secundum regulas datas in capitulo de adiutorio, cum iuuamēto ministrorum idoneorum. Quo facto tunc super loco reducto, & restaurato, ponatur emplastrum constrictiuum superius statim dictum, aut faldellæ stuppeæ inuolutæ in albumi. oui, & pulueribus constrictiuis supra positis, comprehendentes totam ancham: & super illa petia cum emplastro, & faldellis stuppeis inuolutis in aqua vel vino nigro styptico, aut super illis faldellis inuolutis in albu. oui, & pulueribus constrictiuis dictis, ponatur vna hastella de salice, vel alio ligno tractabili, facta secundum figuram ossis anchę, inuoluta semper cum stuppa vel alia re molli, ne eius duro tactu membrum lædatur, & apostema ibi ex ea causetur: deinde super hastella, aut fiat ligatio subito cum fascia, aut ponantur super ea faldellæ stuppeæ, infusæ in aqua vel vino, &

F expressæ vt supra, circumuoluentes totam ancham: deinde circa locum lęsum, vt super dorsi extremitate & spondylium in cauda, et in alijs adiacentibus partibus, fiat vnctio cum defensiuo dicto in capitulo de adiutorio, et alibi pluries. Et tunc super ista omnia fiat ligatio decens cum fascia secūdum modum supra dictum: & nō soluatur hęc prima ligatura vsque ad. v. dies uel circa, secundum conditiones infirmi supra dictas, morbi etiam, ac tuę operationis bonæ & laudabilis, aut non etc. Nec omittatur statim a principio phlebotomia aut uentosatio dictæ supra, & cum conditionibus ibidem dictis, nec uentris largitas naturalis, aut artificialis omni die, a principio, usq; ad finem. Et his regulis procedatur usque ad finem curæ, quia nil aliud isto casu requiritur, nec alio usus sum meo tēpore, & bene mihi successit etc. Diæta etiam talis ordi-

G netur pręcise ut supra, non repetendo illam etc.

*De fractura ossis coxæ.* *Cap.* XII.

QVando frangitur os coxæ multum consyderandum est, & speculandum tam propter magnitudinem eius, quam propter musculum eius magnum ibi locatū, qui est radix chordarū mouentium membra inferiora: & fractura eius cognoscitur per tactum ac palpationem cum manibus tuis, quia in loco fracto fit eminentia quędam: coxa etiam sua magnitudine amittit formam propriam & figuram, & cum manibus palpando ac tentando coxam, inuenis illam eminentiam ossis ultra naturale & cōsuetum: & ista sunt utilia signa ad hoc, saltem dum non est ibi uulnus. Si ergo tale os fractum, fuerit sine

H uulnere, primo ante aliquam tui actualem operationem, prǫparentur omnia tibi necessaria in operatione, uidelicet stuppę faldellatę, fascię, bindellum, albu. ouorum conquassata in aqua aut vino nigro styptico, pulueres constrictiui, oleum rosatum per se, emplastrum constrictiuum dictum supra, defensiuum etiam de bol. arme. etc. Quibus paratis, habeas ministrum idoneum & fortem, qui teneat coxam firmiter manibus suis apud ancham & natem, secundum tui imperium & uoluntatem: deinde alium ministrum, qui sustineat coxam in loco læso & in genu etiam: & deinde tertium ministrum, qui sustineat crus patientis in medio & in calcaneo firmiter. Quibus paratis capias coxā in loco læso, ī manibus tuis, & cū palpatiōe ac pressiōe a cōductiōe tua ī ossiū fractorū ptibus, nūc hac nūc illac, aut cū extiratione, aut cum relaxatione

membri

membri per ministros secundum tuam voluntatem & mundatum, membri fiat reductio & æquatio decens: deĩde statim super loco ponatur petia linea mũda subtilis, longa & lata secundum longitudinem & grossitiem coxę, infusa in oleo rosa. aut cõmuni, cum pauco albu. oui misto, si pro tunc oleum rosa. haberi nõ posset, & tantum expressa, vt sola virtus olei in ea remaneat, & super ista petia ponatur emplastrum factũ supra in capitulo de fractura anchę, aut loco huius emplastri, ponantur faldellæ stuppeæ decentes: laterales, longitudinales, & transuersales tantæ quantæ coxa, inuolutæ in albu. ouorum & pulueribus constrictiuis positis in illo emplastro ibidem: & tunc super ista iterum ponantur faldellæ stuppeæ, tantæ & tot, vt prius infusæ in aqua aut vino nigro styptico paruo, & optime expressæ: & tunc super omnia ista ponantur et situẽtur hastellæ. vi. aut circa secundũ grossitiem membri, inuolutæ stuppa aut alia re molli ne lędatur membrum etc. Factæ de salice vel alio molli ac tractabili ligno, sicut de eo quod ponitur in fodris ensium, aut quo fiunt scatulæ, & lõgitudo hastellarum, sit secundum longitudinem coxæ, ita tamen q; non possint offendere in neruis genu, nec in neruis inguinum. Et longitudo ac latitudo earum quæ debent poni in parte superiori coxæ, sit satis maior, quam aliarũ quæ poni debent inferius ex transuerso, quia coxa, ppter carnositatem inferiorem ĩ nate, quum incipit os fractum ligari cum poro sarcoide, tanquam cum eius ligamento tunc grauando vt plurimum resilit, & inclinatur ad partem superiorẽ, & ad partem syluestrẽ, & istud non fallit. Quare conueniens est, vt hastellæ superiores & exteriores, sint grossiores & latiores ac fortiores aliis vt dixi: & super has hastellas, tunc ponãtur aliæ faldellę stuppeæ tantę quantitatis & grossitiei vt coxa, infusæ in aqua aut uino nigro styptico, & bene expressæ, & tunc super omnia hæc fiat ligatio cum fascia decẽti, cuius latitudo sit circa digitos. iiij. aut. v. vt incipiat fieri ligatio super loco læso, & procedatur cum vna parte fasciæ superius versus ancham & inguen per subtus naticam: & cum residuo fasciæ procedatur versus genu, & semper menti habeas magis stringere fasciam super loco læso, quam in extremis, & in reuolutionibus fasciæ circa anchã & inguina, suere eas cum filo & acu. Et in fine omnium reuolutionũ fiat etiam sutura in capite fasciæ. Deinde super hac fascia fiat ligatio cum fascia consimili, quæ fieri incipiat cum illa inferius in parte genu, procedendo superius versus ancham, stringendo magis super loco læso vt supra, quia ex tali strictura defenditur locus lęsus melius a conculcatione humorum ibidem, & sic ab apostematione defenditur, vt sciuisti supra in capl'o de adiutorio, de cubito, & focilibus etc. Semp primas & vltimas bindę reuolutiones suendo, decenter ac fortiter, ne labantur & allargẽtur: & postea fiat super istas alia ligatio cum bindello latitudinis vnius digiti pollicis, et longitudinis tantæ, q; sufficiat ad ligandum coxam ab vna extremitate ad aliam: & non fiat in his ligationibus tam fortis & violenta strictura, vt dolor intolerabilis ex ea perueniat, ac tumor inconueniens, quia hæc præparant membrum ad stuporem, et apostema malignum, quandoque etiam ad mortem ex spasmo prouenientem: quibus omnibus taliter ordinatis et dispositis, locetur infirmus ad iacendum corpore supino, & firmetur bene coxa secundum longitudinem,

A extensa, & crus totum similiter cum pannis, cussinis, vel forte cum capsella decenti ad modum gambæ facta & coxæ, quæ claudatur præter motum coxæ, a lateribus suis cum nodationibus artificiose factis, ita vt tota coxa & gamba moretur in statu primo. Nec moueatur si possibile est: & si pur mouebitur, suauissime absque dolore moueatur. Post primã visitationem, statim fit phlebotomia de saluatella oppositę manus, aut scarificatio in naticis cum ventosis, secundũ consensum ætatis, consuetudinis etc. largitasq; artificialis vel naturalis ventris omni die imponatur infirmo: nec prima ligatura moueatur vsq; ad. iiij. vel. v. dies, vt tactum est supra. Sed omni die visitetur locus, tangatur, & speculetur bene si in situ debito remanserit secundũ primam situationem: & si inueniatur varietas aliqua ibi facta impediens perfectam partium an-

B nexionem, suauissime tunc dissoluatur, & remoueatur impedimentum, in formaq; debita membrum disponatur & situetur. Postea bene consyderetur locus in quo factum fuit vitium, si ibi appareat eminentia aut difformitas aliqua, & tunc comprimatur & aptetur illa eminentia & difformitas cum stuppis & plumaceolis decentibus, ac cum hastellis, ita q; remoueatur, & membrum ad propriam redeat formam. Et iterum ligetur decenter, & quęcunq; ligatio fieri potest. Et hęc fiant antequam fiat ossis fracti annexio mediãte poro sarcoide, quia postquam talis annexio vel ligatio indurata fuerit, certe non poterit in ea quid perfecte opari. Diæta sit pręcise, quæ dicta est in capitulo de fractura adiutorij & focilium brachij. Si autem talis fractura fuerit cum vulnere magno, tunc consydera & inquire cum tuis instrumentis, si ibi sint aliquæ

C partes ossis separatæ, fractæ, & taliter separatæ ab osse sano, q; ibi stare nec ad inuicem annecti per tempus possint, et tunc illas remoue cum instrumentis tuis decentibus, & cõduc deinde partes carnis & pellis cum sutura decenti, obseruatis regulis suturæ dictis supra lib ij. de vulnere in collo, & ęquetur debite residuum ossis, secundũ supra dictum modum, superponendo suturæ puluerem conseruatiuũ dictum superius in libro secundo & in præsenti: de bolo arme. terra sigil. aloe, sanguinis draconis, mumia, mastiche, tragagantha, ture, gũmi arab. farina uolatili molẽdini, et huiusmodi. Quo facto tunc taliter ligetur, & figurentur hastellæ, faldellæ stuppeæ, ac fasciæ, vt orificium dimissum in vulneris sutura apertum, semel vel bis omni die mutari possit: & in ipso orificio in prima visitatione ponatur stuellus stuppeus decens, inuolutus in vi-

D tello oui, oleo ros. & croco mistis & calidis actu, vsq; ad saniei apparentiam. Deinde vero mundificetur locus cum mundificatiuis notis, ac incarnetur & consolidetur vt sciuisti. Potest etiam poni sup orificio, post stuellum impositum, emplastrum mundificatiuum pro parte, & pro parte confortatiuum loci sua stypticitate, tale. Re. fari. hordei, siliginis, lupinorum, & uolatilis mel. ana vnc. 5. mellis rosa. cola. libr. 5. pulueris constrictiui supra dicti, vnc. i. & . 5. incorporentur ad inuicem omnia, & vtatur eo medicus vt dixi, & sic procedatur in cura. In hoc autem casu non variatur diæta in cibo et potu, a modo superiori. Si vero ibidẽ apostema generetur, tunc cum maturatiuis, cum incisione, cum mundificatiuis, incarnatiuis, & consolidatiuis, curetur ut tibi copiam fecimus libro primo capitulo de apostemate in coxa etc.

*De fractura rotulæ genu.* Cap. XIII.

OS hoc aliquādo frangitur secundū latum, aliqñ secundū longū, sicut et alia: quomōcunq; fiat, non requirit, nisi ut debite restauretur & æquetur per manus medici cū iuuamēto ministrorum idoneorū, vt supra in capitulo de adiutorio, & fociliū brachij, et capl'o de coxa, extēdēdo & extirādo gambā forti extiratione, & pręmendo sup loco forti pręssione, & sic fracturā decenter æquādo. Deinde procedēdo cū faldellis stuppeis decentibus inuolutis in alb. oui, et pulueribus cōstrictiuis supra dictis, capitulo de coxa, aut cum emplastro dicto in capitulo de adiutorio. Sed attende ꝙ in isto casu, nō debet poni pecia linea supra dicta, infusa in oleo ros. quia istud mēbrum quū frangitur, nō requirit nisi festinā coniunctionē et annexionem partium ad inuicē & quietem: sed talis peciæ appositio propter vnctuositatē, ac humiditatem oleagineam aliquā, in membro molliciē induceret: & post faldellas vel emplastrū, ponatur circa locum defensiuum dictū in capitulo de adiutorio, de focilibus brachij, & de coxa: & super hæc omnia ponantur faldellæ stuppeæ, & plumaceoli infusi in aqua, aut vino nigro styptico paruo, & expressi optime vt locus bene firmetur, deinde super hæc fiat ligatio decens et fortis cū binda vel fascia lata per. v. digitos vel circa, & firmetur bene ligatio in vltimis inuolutionibus suendo eas vt sciuisti, & mutetur ligatio de. iiij. in. iiij. diem, et ut ordinate sciuisti in alijs capitulis. Fiat statim a principio phlebotomia diuersiua oppositæ partis saluatellæ, ventrisq; largitas patienti imponatur omni die naturalis vel artificialis. Diæta etiā in cibo & potu, ordinetur precise vt in capitulo de adiutorio, focilium coxæ etc. Et hæc omnia semper fiant secundū cōsensum aut dissensum virtutis patientis, ętatis, complexionis, temporis etc. vt supra sciuisti.

*De fractura focilium cruris.* Cap. XIIII.

FRangūtur focilia cruris qñq; ambo, qñq; vnū solū aliqñ vero scinduntur, aut scinditur eorū alterum tm̄. Si ergo contingat ambo frangi sine vulnere, statim conueniens & artificiosum est, vt primo medicus pręparet & ordinet sibi oīa opportuna ī actu suæ operatiōis, narrata ī capl'o de adiutorio brachij, et fociliū brachij, & coxę, vt faldellas stuppeas decētes lōgas, et latas: ut crus totum, laterales, longitudinales, et trāsuersales: peciā lineā tantæ q̄titatis vt stuppę dictę, infusam in oleo ros. emplastrū constrictiuum dictum in capitulo de adiutorio brachij, alb. ouorū conquassata cū vino nigro styptico paruo, vel aqua mista cū pulueribus cōstrictiuis ibidē dictis: alias faldellas stuppeas & plumaceolos, hastellas. v. vel. vi. secūdū grossitiē uel subtilitatem membri, longas vt totum crus a cauiculis vsq; ad genu, latas per tres digitos, vel vt tibi decentius videbitur fieri posse. Quibus dispositis, ac situato patiente ad sedēdum, habeas tres ministros idoneos, quorum vnus teneat bene firmū genu patiētis in suis manibus & ipsum extendat & relaxet ad tui voluntatē: alius teneat pedē cum calcaneo & cauiculis in suis manibus: fortiter, extēdatq; et relaxet ad tuū mandatū. Tertius vero sustineat crus in medio suauiter, manibus suis: et tūc capias crus in manibus tuis, palpes & comprimas eminentiā ossium fractorum, illas ad inuicē conducendo decenter & adæquādo, donec crus propriā acquisiuerit figuram, ac planitię de-

E bitam et sibi naturalē: deinde statim super crure extēdatur, pecia linea infusa in oleo rosa. vt supra, & bene expressa, super qua ponantur faldellæ stuppeæ dictę, in alb. oui. & dictis pulueribus cōstrictiuis inuolutæ, aut loco istarum stupparū, ponatur emplastrū extensum super petia, dictum in capitulo de adiutorio brachij: deinde super hoc ponantur faldellæ tantæ longitudinis & latitudinis ut crus totū, infusæ ī vino nigro styptico paruo, aut aqua, & expressæ bene: & sup istis omnibus situa dictas hastellas, eisq; superpōe alias faldellas infusas dicto vino: & postea super hæc oīa fiat ligatio cum fascia lata per. v. digitos ad minus, & taliter longa, ut possis crus pluribus reuolutionibus ligare: & incipiat fieri ligatio super loco læso cū vna parte fasciæ procedendo versus genu, semper super loco læso fortius stringēdo, vt locus defendatur ab humorum imbibitione & cōculcantia, & cū residuo fasciæ

F descendatur ligando versus pedē: deinde super hac ligatione, fiat alia cum fascia cōsimili, quæ fieri incipiat cum illa inferiori parte cruris circa calcaneū, procedēdo superius vsq; ad genu stringendo magis locū fracturæ vt supra. Ita tamen ꝙ nec in prima, nec secūda hac ligatura, fiat tam dura ligatio ꝙ dolor grandis patiēti cōsequatur vel tumor apostemosus, vel stupor, ac mortificatio quædā caloris & spirituū, quia posset incurrere infirmus paralysim, ac membri destructionem. Super his vero duabus ligatiōibus fiat alia cum bindella eiusdē longitudinis, & latitudinis vnius digiti pollicis, vt omnia inuicē bene annectantur: & non omittas hastellarū inuolutionem cum stuppa, aut alia re molli, ne mēbrum lædatur etc. nec defensiuū circa fracturā totam. s. super genu, tota coxa, & toto pede.

G Sint etiā hastellæ ita formatæ, vt rasetā pedis, cauiculas, calcaneū, & curuaturā genu aliquo modo nō lædant, suendo finales inuolutiones fasciarū cum acu & filo, ita ꝙ ligatura earum allargari non possit, nec per consequens, mēbrum a prima restauratione moueri. Statim a principio fiat phlebotomia de hepatica, vel splenetica basilicis oppositarum partiū, uel scarificatio in naticis & spathulis cum ventosis. Ventrisq; largitas sit naturalis vel artificialis, semel uel bis oī die. Soluatur vero exinde ligatura de. iiij. in. iiij. aut de. iij. in. iij. diem, & religetur vt supra: verūtamē visitetur infirmus omni die, ne quid mali Inouetur in loco, ad quod medicus nō possit suis instrumentis, nec cū medicinis obuiare. Et si in aliqua visitatione aliqua eminentia indebita visa fuerit in loco fracturæ, tunc cum plumaceolis stuppeis & hastellis ita cōprimatur sine

H dolore intenso patiētis iuxta possibile, ꝙ mēbrum ad figuram debitā reducatur, & tunc procedatur in cura vsq; ad finē cum alijs notis. Si autē fuerit vulnus cū fractura, magnum uel paruū, latum, uel strictum, tūc consyderetur si ibi sint aliquę partes ossis separate a sano, quæ cum eo stare nō possint, & si sint, eas remoue decenter cum tuis instrumētis prima visitatione si potes: & si non potes, vel propter dolorē nimiū, uel fluxum sanguinis superfluū, uel ob aliā causam, dimitte usq; ad secundam visitationem, quia facilius remouere tunc poteris: nec timeas de exitu medullæ ab osse, vt diximus in capitulo. de adiutorio. Deinde conducas & suas decenter partes carnis & pellis ad inuicem ut dixi de uulnere in collo lib. ij. et tunc æqua residuū ossis & membrum totum manibus tuis suauissime ac decenter, deinde liga locum totum vt prius: & taliter

figura,

figura hastellas et ligationē ordina, vt vulneris orificiū in sutura dimissum apertum oī die mutari possit, absq; totius ligationis dissolutione: puluerizando super sutura puluerē conseruatiuum dictū supra capitulo de adiutorio, & in eo orificio ponendo pro prima visitatione stuellū infusum in vitello oui, oleo ros. & croco usq; ad saniationē loci: deinde mundifica incarna et consolida vt sciuisti. Et scias etiam medicinas ad hoc idoneas in fine operis pręsentis dicendas. Aut dū incipit saniatio in loco, pone tunc super toto vulnere & sutura, emplastrum constrictiuū & mundificatiuū dictū supra in capitulo de adiutorio focilium & coxæ, de melle ros. fari. hor. fari. lupi. myrrha, & pulueribus cōstrictiuis. Simili modo facias si vulnus sit paruum, nō indigens sutura. Dięta q; sit pręcise ut in pręcedentibus capitulis & quo ad morbi tēpora, ac debilitatē & vigorē patientis, & ætatem etc.

*De fractura ossium calcanei.* Cap. XV.

SI contingat os calcanei frangi, quod cognoscitur ex tactu rationabili medici solertis, quia ibi inueniuntur partes ossis decentes sub tactu secundū longum & latum, & in modū percussionis & casus: facit etiā ad hoc dolor & angustia patientis, & tumor loci: post fracturę ergo huiusmodi inuentionem, non indiges nisi subita reductione, & loci restauratione cū iuuamento ministrorū idoneorum, & cum pręparatione necessariorum tuę operationi, dictorū supra de fractura focilium & coxæ: ita vt facta restauratione decenti, ponatur super loco emplastrū cōstrictiuum tale. Re. fari. fabarū, cicerellæ, hor. & volatilis, ana vnc. ʒ. draganthi, mastiches, gu. arab. mumiæ, sang. draco. aloes, thuris, gypsi, bol. ar. terræ sigillatæ, ana drac. iij. incorporentur omnia ad inuicē cum alb. ouorū sufficientibus, vt sit bene molle: & super loco restaurato īmediate ponatur: & nō ponatur pecia infusa in oleo ros. īmediate super mēbro propter causam dictā capitulo de rotula genu: & super emplastro ponatur faldella stuppea infusa in vino nigro styptico, & expressa, & super hæc situetur hastella de salice uel alterius ligni tractabilis, cuius forma sit ad modum calcanei, super qua ponatur alia faldella infusa in vino: deinde super omnibus fiat ligatio decens ac fortis cum fascia lata circa. v. digitos, & firmetur bene locus vt nō varietur ligatio. Et in omni fasciæ inuolutiōe fiat sutura, ne allargetur: & circa locū ac pedem totum vsq; ad medium cruris fiat vnctio cū defensiuo de bol. ar. etc. dicto pluries. Fiat statim a principio phlebotomia de saluatella oppositæ partis, vel scarificatio in naticis cum ventosis, largitasq; ventris omni die in usu habeatur, naturalis vel artificialis, secundū q sibi necessariū vel cōsuetudinarium fuerit. Diæta autem sibi ordinetur, q̄lis dicta est in cap'lo de adiutorio, focilibus brachij, de coxa & focilibus gambæ: & non varietur modus iste, quia sanabitur.

*De fractura ossiū pedis & digitorū eius etc.* Ca. XVI.

ISTorum ossium fractura de facili cognoscitur, nec medicus alio indiget in cognitione hac, nisi vt mēbrū tangatur, ac artificiose palpetur, & hac via de facili inuenietur defectus & læsio. In æquatione ergo ossium istorū siue sint cum uulnere, siue sine, requiritur inter alia, hastella lignea figurata ad modū solæ subtelaris, quæ extendatur subtus pedem: & ponatur inter A ipsam et pedē, faldella cum filtro vel bombyce, aut cimatura pānorū, vel stuppa, si alia deficiant, facta dico decenti æquatione loci. Cum ministrorum idoneorū tuorum laudabili iuuamēto, & aliorū necessariorum ad tuū opus. Qua facta, super loco statim ponatur emplastrum constrictiuū, dictū in capitulo de calcaneo, vel eius loco ponantur faldellæ stuppeæ inuolutæ in alb. oui cum pulueribus constrictiuis misto: & super his ponātur faldellæ stuppeæ infusæ in vino nigro stiptico, ac expressæ: circa locum vngēdo cum defensiuo noto. Et super hæc omnia fiat ligatio cum fascia lata per. iij. digitos vel circa, & longa, ita q sufficiat ligatiōi totius pedis, pluribus inuolutionibus. Et talia fiāt siue pedis raseta læsa fuerit sine digitorum læsione, siue digiti læsi sint, siue digitus solus, siue duo tm̄ etc. Et aduerte, q in ligatione vnius digiti, aut duorum tantum B lęsorū, totus pes cum infirmo digito, aut saltē sanus digitus cum infirmo, ligari debent, vt firmius in sua ęquatione maneat mēbrum restauratum: nec dissoluat ligatura vsq; ad. v. dies vt supra sciuisti cap'lo de adiutorio, et alijs etc. Fiat etiam statim a pricipio, phlebotomia oppositæ partis, vel scarificatio cū ventosis in spathulis & naticis, ventrisq; largitas imponatur omni die artificialis vel naturalis: & diæta cōsimilis supradictis. Si aūt ibi fuerit vulnus, magnū vel paruum, regatur cū sutura, vel sine, ac ligatione, & albu. oui cū pulueribus cōstrictiuis, ac cū emplastro cōstrictiuo & huiusmodi, vt sciuisti in capitulo de raseta, ac digitis manus, & alibi pluries, aut soluatur & mutetur omni die membrū, & ratione fracturæ, & ratione vulneris, & ponatur sola illa lignea hastella dicta sub pede cum faldella filtri, vel bombycis etc. Et emplastrum C tale a principio, vsq; ad finem super loco ponatur. Reci. draganthi, mastiches gu. arab. mumiæ aloes, sang. draco. thuris gypsi, ana vnc. ʒ. mel. ros. co. quantum suffi. incorporationi. Facta firmatiōe loci, ac vulneris mūdificatione cōsolidetur cum puluere exiccatiuo, & consolidatiuo tali. Rec. nucis cypressi, gallarū, mumiæ, thuris, corticis granat. ana vnc. ʒ. puluerizentur & cribellentur optime, & hora cōsolidationis, super vulnere puluerizetur omni mutatione, et sup uulnere ponatur pecia vel stuppa īfusa in vino nigro calido, vel albo, & expressa: nā tale vinum calidum facit in omni membro carnē solidam attrahentē et fortem. Alia uero omnia pręcise in isto casu attendātur, qualiter statim tibi superius scriptum fuit.

*De dislocatione in generali.* Cap. XVII.

D SCias ad euidentiam planiorem dicendorū, q os continuatur uel contiguatur cum osse modis. iiij. Primus modus est, & primus qui fit solum in iuncturis, vt continuatio adiutorij cū osse spathulæ, aut coxæ cum ancha, aut breuiter quęlibet aliarū iuncturarum ad inuicē continuatio Secundus est, fixio ossis in osse, sicut fixio dentiū in mandibulis. Tertius est insertio ossis in osse, sicut costæ in ossibus pectoris inseruntur, vel ex parte ligationis, sicut est ligatio ossis furculæ cum humero, vel ligatio. vij. ossium pectoris ad inuicē. Quartus, est ligatio ossium ad inuicem in modū unius serræ sicut est ligatio sex ossium capitis, aut duorum ossium furculæ mandibulæ inferioris in mento. Circa primū modum fit dislocatio propriè, circa alios minime, vt patebit ex dislocationis diffinitione, statim dicenda. Dislocatio enim est exitus mē-

bria loco in quo naturaliter mouetur ſm voluntatẽ.
Mollificatio aũt, contorſio, ſeparatio & huiuſmodi,
habent fieri in iuncturis oĩbus alijs & nodis quibuſ-
cunq;. Apparet ergo ꝙ mandibula in mento non po-
teſt dislocari, ſed bene ſeparari, nec furcula dislocaẽ,
ſed bene ſeparatur a loco humeri: Iterum os ſpathulæ
& anchæ, ſeparantur, mollificãtur, & torquentur, ſed
nullo modo dislocãtur: rotula etiam genu mollifica-
tur tantum, ſed non dislocatur proprie. Sola ergo no
doſa dicũtur dislocari proprie vt apparet, & aliquan
do mollificari, torqueri, & ſeparari, & maxime cum
cõmotio fuerit fortis in nodo a caſu, aut percuſſione,
& mẽbrum a nodo reſilit, aut mouetur, & locus tũc
remanet doloroſus. Et non eſt audiẽdus ſermo dicen
tium, in dislocatione, ſeparatione, & huiuſmodi, ho-
ra reſtaurationis in prima viſitatione, mẽbrum debe
re infundi, ac ablui, & ſuauiter fricari in aqua calida,
F tãquã inutilis & irrationabilis: quia aqua calida, cum
membrũ calefaciat, rarificet, & debilitet, diſponit eũ
ad recipiendum humorẽ currentem ad locum lęſum
magis, & per conſequens ad apoſtemationẽ eius ma-
iorem ac citiorẽ: & finaliter ex aqua poſſet mẽbrum
conuerti ad cõplexionem innaturalem, & malam: &
exinde forte propriã amitteret operationẽ de facili.
Fateor tamen, ſi mẽbrum induratum foret in loco diſ
locationis aut propter tẽporis longitudinem, vel fri-
gus aeris, vel ignorantiã infirmi ſuper ſeipſo, vel me-
dici a principio operantis, vel aliam cauſam, ꝙ tunc
bonum foret vt mẽbrum induratum in aqua calida
non ſolum abſolute, ſed in aqua calida decoctionis al
theæ, flo. chamom. fenu grę ci, ſem. lini, & huiuſmodi
mollificantium anodynorũ: quia pro tunc aqua non
trahit materiam ad locum, propter ceſſationem mate
G riæ a fluxu ex longitudine tẽporis: & maxime dico,
facta corporis vniuerſali mundificatione cum aliquo
ſolutiuo, ſicut ex hermodactylis, turbith, & huiuſmo
di, quod parat ipſum mẽbrum induratum, ad molli-
tiem, & magis tractabilem reddit, ex quibus diſponi-
tur ad conuenientiorem, & minus doloroſam reſtau
rationem, vt euidens eſt cuiq; ſatis. Sed aduerte, ꝙ ali
quando fit dislocatio cum fractura oſſis in eodẽ mem
bro, & cum vulnere: & tunc cum hęc tria diuerſa in
eodem mẽbro reperiuntur eodẽ tempore, ſapiens re-
ſtaurator, debet primo pręparare omnia ſibi neceſſa-
ria in actu ſuæ operationis, & propter fracturam, &
ꝓpter dislocationẽ ac vulnus, & miniſtros idoneos,
& alia opportuna, nominata in cap. de fractura adiu-
torij & focilium brachij, & capitu. de coxæ fractura:
H & tũc debet incipere ęquare fracturam ſi magis timo
roſa fuerit q̃ dislocatio, aut econuerſo: aut debet eadẽ
hora & ſimul ęquare fracturam & dislocationẽ ſi eſt
poſſibile, & erit melius: & tunc poſt decentem ęqua-
tionem, debet conducere partes vulneris cum ſutura
ſi ea indigeat: deinde cũ faldellis ſtuppeis, in albu. oui,
pulueribus cõſtrictiuis, emplaſtro conſtrictiuo, oleo
roſa. haſtellis inuolutis ac ligatione debita procedere
debet, vt in allegatis capit. dixi. Sed nota diligenter,
ꝙ in iſto caſu & omni cõſimili, debes vt dixi pluries
incidere & figurare haſtellas neceſſarias ad fracturam
& dislocationẽ, ita, vt vulnus omni die mutari & vi
deri poſſit non diſſoluendo ligaturam, niſi tempori-
bus debitis: & non omittas defenſiuũ hoc caſu aliquo
modo. Cum enim membrum ſic malo modo & va-
rio læditur, in tantum debilitatur, ꝙ de leui non pro-
E hibetur quin apoſtemetur, niſi per ſolertẽ medicum
defendatur. Sit ergo tota intẽtio tua in defenſione &
membri confortatione, ac in defenſione complexio-
nis membri, ac formæ, & propriæ operationis ipſius
ne perdatur, poſſet enim de leui ex tali cauſa infirmus
ad talia delabi, immo & mori. Et aduertas bene vt nõ
obliuiſcaris tali caſu prognoſticari mortẽ infirmi hu-
iuſmodi cum amicis & parentibus eius: Nam omnes
iſtæ infirmitates tam variæ & compoſitæ, cõmuniter
ſunt mortales: & hoc ex vſu firmiter cognoſcere po-
teris, ſi in eis accurate ac aĩo fixo cõſiderare volueris.

### *De dislocatione mandibulæ.* Cap. XVIII.

Aliquando dislocatur mandibula ad interiora,
aliquando ad exteriora: Siue aũt dislocetur ad
interiora, ſiue ad exteriora, non priuatur tamen ex to-
F to motu. Signa aũt dislocationis ad interiora ſunt, ꝙ
os patientis manet apertum, & dẽtes anteriores man
dibulæ inferioris ſuperponuntur, & antecedunt den
tes anteriores mandibulę ſuperioris. Dislocationis ue
ro ad exteriora, ſigna ſunt, ꝙ os claudiẽ, & nullo mo
do aperiri poteſt, nec poteſt infirmus cibum maſtica-
re, & adhęrent dentes quaſi palato, & apparet in ante-
riori vltra debitum eminentia quędã manifeſta in lo-
co dislocationis, & priuatur patiẽs loquela. Cognita
ergo dislocatione ſiue ſit ad interiora, ſiue ad exterio-
ra, debet reſtaurator ponere intra os infirmi pollices
ambos manuum ſuarũ, et firmare eos ſuper dẽtes mo-
lares mandibulæ inferioris, & cum alijs quatuor digi-
tis manuum ſuarũ, optime cõprehendere mandibulã
dislocatam a parte exteriori: & hora hac debet habe-
re miniſtrum idoneũ, qui caput patientis firmiter te-
G neat, & tunc debet mouere ac cõducere mãdibulam
læſam, nunc ad interiora fortiter verſus ſe, deinde ad
poſteriora: demum vero ad locum debitũ reducere:
qua facta reductione, ponatur ſuper loco emplaſtrũ
cõſtrictiuum, factum ſupra cap. de fractura pectoris
ſeu thoracis & coſtarũ, & adiutorij brachij &c. Et ſic
ligetur ac firmetur optime cum faſcia decẽti, & dimit-
tatur ſic per vnã diẽ & non plus, quia ea die liberabiẽ
ſi debite reſtauratus fuerit locus, aut vſq; ad ſecũdam
vel tertiam diem ad plus: obſeruãdo ſemper quęcũq;
attendenda in iſto caſu & ſimili, tam rõne localium q̃
aliorũ. ſ. phlebotomię vel vẽtoſationis, largitatis ven
tris, naturalis vel artificialis: & diætæ, vt de his oĩbus
in fere oĩbus pręcedentibus capitulis copiã fecimus.
Aut loco emplaſtri, ponãtur faldellę ſtuppeę, decẽter
factæ & infuſæ prius in aqua, vel vino nigro ſtyptico
H paruo, & expreſſę, deinde inuolutę in albu. oui con
quaſſato mixto cum pulueribus conſtrictiuis, in locis
allegatis dictis: & ſic ligetur locus, & regatur.

### *De dislocatione ſpinæ, ſeu ſpondylium.* Cap. XIX.

Si ſpondyles colli ſeu pectoris dislocantur, tunc ti-
mẽdum eſt de morte patientis ſubitanea pro cer-
to: quia ex dislocatione ſpondylium colli propter im
pedimentũ quod fit in anhelitu, multoties, immo q̃ſi
ſemper mors ſequitur ſubitanea, vel cita: & ex dislo-
catione ſpondylium pectoris, ꝓpter impedimentum
quod inducitur in lacertis & muſculis mouẽtibus pe-
ctus naturaliter, & voluntarie, impeditur pulmo &
diafragma in motu anhelitus frequens & paruus, & ſi
naliter mors totius. Ex dislocatione aũt aliorũ ſpon-
dylium renum, quæ ſunt quinq;, accidit nocumentũ
in renibus

in renibus & vesica, & dolor ac etiã difficultas mingendi, seu impedimentum in vijs vrinalibus, & apostematio in locis illis, & feb. qñq; ac mors. Signa autẽ dislocationis colli, sunt inclinatio colli in dextra parte, vel sinistra, & casus breuiter ceruicis absq; regimine ad partẽ anteriorem, aut posteriorẽ, & amissio vocis, & anhelitus difficilis & malus: Sed in dislocatione spondylium costarum & renum, nõ requiruntur ex parte cognitionis medici solertis, nisi visus & tactus eius. Succurrendũ est ergo in isto casu, subito & velociter patienti pro posse. Si igitur contingat spondyles colli quæ sunt. vij. dislocari, seu aliquã ex eis, tunc statim ne nocumentũ supra dictum augmentet̃ fiat loci restauratio hoc modo: primo habeas tecum ministrũ qui ponat vnã manum sub mento patientis cum qua cõprehendat optime mandibulã infirmi inferiorẽ, & alteram manum ponat in parte posteriori capitis sub ceruice, & tunc bene stringẽdo eleuet infirmum pro posse suo ad superiora & cõquasset bene totũ infirmi corpus, tenendo bene ipsum cum manibus suis decẽter: aut cum sua manu dextra cõprimat partem spondylis eleuatã & eminentem ad interius, aut spõdyles eminentes si sunt plures, & tandiu sic præmendo & palpando faciat, quo ad debita loci restauratio & reductio pfecta fuerit. & tunc super loco ponat̃ emplastrum cõstrictiuum supra, dictũ capitulo de fractura thoracis, costa℞ &c. aut tale. Rec. bo. ar. mumiæ, mastiches, gu. arab. myrti, draganthi, ana vnc. 5. olei ros. vnc. ij. alb. ouo℞ quãta sufficiant incorporationi emplastri, vt sit liquidum satis. & tunc de eo super pecia ponatur super loco: & ponant̃ super emplastro duæ faldellæ stuppeæ inuolutæ in eodẽ emplastro, aut in alb. oui cum pulueribus cõstrictiuis, aut in solo vino nigro styptico paruo: postea vero ligetur locus cũ fascia decenti suauiter: Quo facto ĩmediate fiat phlebotomia de cephalica manus, vel scarificatio cum ventosis in spatulis: largitas ẽt ventris infirmo imponatur naturalis vel artificialis. Vtatur pro sua vita vsq; ad. v. aut. vij. dies, si sit saltem fortis & robustus, succo ordei vel farris, vel speltæ vel hmõi cum zuccharo, aut isto℞ ptissana cum zuccharo: aut vtatur panatella facta in brodio pulli parui, aut mica panis lota in aqua cocta zuccharata cũ vino granatorum aut agresto, aut vino crispino, vel hmõi frigidis stypticis: pro potu vero utatur his diebus aqua decoctionis prunorum dam. & iuiubarũ, & uiolarum, & cap. ven. cum zuccharo. Quinta vero die mutet̃ ligatio, & fiat præcise vt prius: & tunc paulatim incipiat redire ad vitã eius consuetã, quia tunc erit liberatus & sanus, si vnq̃ liberari debet via aliqua. Si vero aliqua ex spondylibus costa℞ quæ sunt. xij. seu ex spondylibus renum, quæ sunt. v. dislocetur, nõ est aliud necessarium, nisi vt subito manibus solertis restauratoris fortiter spondyles cõprimant̃, & ad locum debitum & proprium reducant̃, cum ministro℞ idoneorum iuuamento: & tunc super loco ponatur antedictũ emplastrum, aut faldellæ stuppeæ, inuolutæ in alb. oui, cum dictis pulueribus cõstrictiuis: & super his ponãtur aliæ stuppæ aut plumaceoli infusi in vino nigro styptico paruo, aut aqua, & expressi: et super primis faldellis ponatur hastella aliqua leuis & mollis, lata, sicut spinalis medulla, & plicabilis bene, & inuoluta cum leui stuppa & molli, vel bombyce, aut cum pecia subtili: & sup hastella ista, ponatur alia faldella stuppea infusa in vi-

A no, aut duæ, aut sic, vt dixi supra. & demũ ligatio fiat & loci decens firmatio cum fascia, cuius latitudo sit vnius palmę, & longitudo tanta, vt bene cingat totũ corpus pluries circũdando, & sic dimittat̃ vsq; ad. v. dies vel circa, ſm q̃ tibi constabit de bona & laudabili restauratione, vel non: & de dolore patientis, & de apostematione, aut loci tumore, aut non, vt in alijs capitulis supra pluries dixi: Deinde, uero de. iij. in. iij. diẽ mutetur patiens, quia cito liberabitur, & forte vsq; ad. xij. vel. xv. dies. Nõ omittatur circa locũ vnquã defensiuũ notum. Statim ẽt a principio fiat phlebotomia de basilica, hepatica, aut splenetica, aut saphena oppositis, aut fiat vẽtosatio in naticis cum incisione: ventris ẽt largitas nullo modo hic omittatur, ĩmo ex toto in tali casu clysteria approximent̃, ut diuertant, & a superioribus materiã & vapores trahãt. Regatur

B vero diæta præcise dicta superius statim. Si autẽ post dislocationis euasionẽ & liberationem aliquis dolor aut durities in loco remanserit, ungatur locus cũ vnguento hmõi. Rec. olei vnc. vi. resinæ vnc. iij. sa. fœ. græci vnc. i. butyri vnc. ij. turis, mastiches, bdellij, opoponacis, ammoniaci ana vnc. 5. pinguedinis renũ castrati, ana drac. iij. ceræ ad sufficientiam, fac unguentum molle non multũ: fiat sic, dissoluant̃ cera, resina, oleum & pinguedines ad inuicẽ ad ignem in cazola, & colẽtur: deinde mollificatis gumis in aceto per noctem, & bene dissolutis ad ignẽ in alia cazola, & colatis, cum antedictis misceãtur et incorporentur, addẽdo fa. fœ. græci, & alia omnia, & optime cõducendo cum spathula continuo usq; ad perfectam incorporationem, & unguenti formam laudabilem: et eo membrum ungatur ut dixi.

C *De separatione furculæ, & ossis spatulæ.* Cap. XX.

Ossa hæc dislocari non possunt, frangi autẽ vel separari possunt a locis cum quibus cõtiguata sunt seu coniuncta: similiter ossa pectoris & summitates costarũ in pectore possunt separari, mollificari, & plicari: dislocari uero minime, vt patuit supra ex diffinitione dislocationis capitulo. xvij. Si ergo cõtingat ossa ista separari a locis in quibus iuncta sunt & contiguata absq; uulnere, cuius separationis signa habẽtur ex eminentia in loco, & quum locus tangit̃ & palpatur, deprimitur, & eleuat̃ os separatum faciliter. Habita ergo hac inquisitione, tunc debet restaurator sibi præparare necessaria actui operationis suæ, ut emplastrum constrictiuum, dictum in capitulo de fractura thoracis, aut in capitulo de dislocatione spõdylium,

D liquidum satis, aut alb. ouo℞ conquassata mixta cum pulueribus cõstrictiuis pluries dictis, faldellas ẽt stuppeas in uino nigro styptico infusas, et expressas, aut in aqua, fascias etiam decẽtes latas & longas sufficienter. Quibus paratis, habeat secũ ministros doctos & idoneos, qui amplexando patientem ex trãsuerso & per coxas, ipsum fortiter ac firmiter teneãt: & tunc restaurator manibus suis cõprimat fortiter super loco eminentiæ & eleuationis tantũ q̃ reducat membrum ad figurã propriam: & tunc super loco ponatur emplastrum constrictiuum dictum, aut faldellæ stuppeæ inuolutæ in alb. oui & pulueribus cõstrictiuis dictis: & deinde stuppæ aliæ in uino infusę, aut aqua ut dixi: & tunc locus optime ligetur cum fascia, ĩ cuius vltimis reuolutionibus, fiat suitio, & ipsa℞ reuolutionum annexio ad inuicẽ: nec omittatur defensiuum circa lo-

cum aliquo modo dictum pluries, nec phlebotomia, aut scarificatio, nec ventris largitas, nec diæta leuis & conueniens: quæ omnia dixi in præcedenti capitulo. Si vero talis separatio fuerit cum vulnere, quod indigeat sutura, tunc suatur secundũ regulas vt in capitulo de vulnere in collo lib. ij. & secundũ regulas de sutura vulneris coniuncti cũ fractura, dictas in capitulo generali de fractura & dislocatiõe, & alibi pluries. Et si nõ indiguerit sutura, non suatur: super vulnus tamen cum sutura et sine puluerizetur puluis constrictiuus talis. Reci. mastiches, draganthi, gu. arab. mumię, sang. draco. aloes, thuris, ana vnc. 5. & super puluere procedatur vt supra directe: & nõ mutetur prima ligatio sine vulnere saltẽ vsq; ad. v. dies: deinde de. iij. in. iij. Vulnus vero in primis visitationibus breuiter tractetur, secundũ modum & ordinẽ datos tibi supra in capitulo de vulnere in hoc loco, lib. ij. & in quãpluribus alijs capitulis ibidem: tamen post. ix. diem vel circa ponas super toto uulnere hoc emplastrum mundificatiuũ incarnatiuum totaliter. Re. mellis ros. lib. 5. fari. fœnugręci, fa. sem. lini, far. hor. ana vnc. i. thuris, sarcocollæ, myrrhę, aloes, ana vnc. 5. vini nigri styptici, quantũ suffi. ad inspissandum: fiat emplastrũ, quo vtere vt dixi. Facta mundificatione & incarnatione consolidetur vulnus cũ puluere tali. Re. nucis cypressi, gallarum, cortic. granat. myrti, mumiæ, ana vnc. 5. pulúerizetur hic puluis omni die super vulnere, illud prius lauando cum uino nigro styptico, calido, aut uino decoctionis rerum ante dictarũ. Deinde locũ exiccando cum panno calido bene, deinde puluerẽ super ponendo vt dixi. Dięta, ventris largitas et omnia alia non variantur hic a dictis supra.

*De dislocatione humeri, seu adiutorij.* Ca. XXI.

VT plurimũ caput adiutorij in humero dislocatur ad partẽ inferiorem, & ad superiorem, uersus spathulã vero nullo modo dislocatur. Cognoscitur q; dislocatio ista, quando est ad partẽ inferiorẽ seu ĩteriorem versus titilicum, ĩmo sub titilico per tactũ, & visum etiã, quia in axilla sub titilico apparet eminẽtia quædam & tumor ad modũ nucis, vel oui, & hoc propter descensum capitis vertebri seu ossis nomĩati adiutoriũ, ad inferiora, & in superiori parte apparet vacuitas quędã aut fouea. Quũ vero fuerit dislocatio ad anteriora, aut posteriora, tũc manifeste apparet dicta eminentia in loco anteriori vel posteriori, & vacuitas in loco opposito ob dictas causas. Sed aduertas hic diligenter q̃ cõmune signum dislocationis in mẽbro quolibet, est ĩmobilitate membri dislocati, saltẽ in loco, in quo est dislocatio, & in quo loco membrũ mouetur ẜm uoluntatem. Si ergo caput adiutorij dislocatum fuerit ad inferiora seu interiora versus titilicum, tunc sapiens & doctus restaurator ordinet sibi necessaria omnia in actu suæ operatiõis, videlicet, ministrum idoneũ & fortem, qui teneat cubitũ patiẽtis in suis manibus bene firmũ simul cum brachio eleuato, & extendat ac relaxet ipsum ad voluntatẽ restauratoris: & alium ministrũ vel forte duos idoneos, qui teneant personã totam patientis et caput eius, ne ęquationis hora moueri possit aliquo modo. Quibus paratis, tunc habeat restaurator pilam vnã de filo aut stuppa rotundam, aut de pecijs durã & fortem, cuius quãtitas & forma sit ad modum uacuitatis titilitij, seu axillæ, & ponat istam pilam ac situet decenter, eã sub axilla in loco vbi apparet eminentia capitis adiutorij. Et tunc habeat vnũ mantile retortũ bene, & ponat ipm secundũ eius medietatẽ super ista pila, & vnam extremitatẽ mantilis capiat cum vna manu, & aliam cum alia, & fortiter extiret & trahat sursum caput adiutorij cũ isto mantili: & minister cubiti hora huius tirationis, cubitum & brachiũ paulatine & suauissime relaxet, & plicet versus pectus patiẽtis. Alij vero duo ministri constanter & fortiter teneant infirmũ in locis dictis, vt melius os ad locum propriũ redeat, & firmetur: & tam diu cõtinuetur hic modus & extiratio, donec ęquatio debita facta fuerit. Nã si huiusmodi dislocatio recens fuerit, nõ poterit esse quin os ad suum locum redeat de facili per hunc modum & viam. Facta æquatione bona, super loco ponantur primo faldellæ de stuppa infusæ in aqua, vel vino nigro styptico, & expressæ, ac inuolutæ in puluere cõstrictiuo de mastiche, dragantho, gu. arab. aloe, sang. drac. thure, mumia, & huiusmodi, ac alb. ouorũ sufficienti. Aut loco istarum stupparũ ponatur primo emplastrum cõstrictiuũ tale. Re. fa. cicerellæ, vel auenæ, vel siliginis, vel speltæ, vel hordei, vnc. v. mastiches, draganthi, sang. drac. aloes, gypsi, bol. ar. terræ sig. mumię, ana vnc. 5. alb. ouorum quot suffi. incorporationi: & fiat emplastrum satis liquidũ & currens: de quo super petia lata extẽso, totus locus læsus cũ titilico & humero voluatur: et super hoc sub titilico ponatur illa pila rotũda, supra dicta: et super tota petia emplastri ponantur faldellæ stuppeæ latæ, totum humerũ cõprehendentes, spathulã & titilicũ, sicut petia emplastri, ĩfusę in aqua, aut vino nigro styptico, & expressæ bene: & tunc super omnia hæc fiat ligatio decens & fortis cum fascia, cuius latitudo sit circa. vi. digitos, & longa valde, vt reuoluatur pluries a latere læso ad nõ læsum, p̃ subtus axillas, & super humeros et spathulas donec locus bene firmetur, suendo reuolutiones ad inuicẽ: et nõ dissoluatur locus vsque ad. v. dies vel plus, aut minus, prout videbitur medico, de restauratione bona vel mala, ac de dolore et apostematione loci, ac huiusmodi: & nõ omittatur defensiuũ pluries dictum circa locum læsum, nec phlebotomia statim ab ipso principio de cephalica cõtrariæ partis, aut uentosatio in naticis cũ scarificatione, nec uentris largitas omni die naturalis uel artificialis, nec dięta dicta in capitulo de dislocatione spondylium, & alibi pluries. Suspendatur uero brachiũ ad collum cũ fazzolo lato et longo comprehendente cubitũ et humerum totos ut bene sustentetur adiutoriũ: et tractetur omnia hęc sine dolore grãdi, p̃ posse, ne humores superflui ad locũ læsum fluãt, & apostemetur: nã dolor, ut est oĩum authorum sententia & dictum uulgatũ et cõmune, pręparat locum ad recipiendũ humores superfluos missos ab alijs mẽbris, ex cõpassione quadam cũ membro læso, & quodã naturæ ordine cum mẽbris corporis, & industria grandi ac occulta nobis, et mirãda pro certo. His peractis imponatur patienti ut comedat, usq; ad securitatẽ ab apostemate, succũ hordei aut farri, uel auenę, uel speltæ, uel huiusmodi granorũ frigidorum stypticorum, aut ipsorũ ptissanã cum zuccharo, aut panatam cum lacte amygd. dulciũ, & sem. com. aut cũ brodio pullæ paruæ confectã: aut solam micã panis lotam in aq̃ zuccharata, cũ zuccharo, uino granat. aut agresto, vel huiusmodi: aut utatur spinachijs, lactucis, cucurbitis, boragine, portulacis, endiuia, trifolio, fæniculo, & petroselino

& petroselino dauco, coctis i aqua prius et elixatis, deinde cōditis cū amygdalato, aut brodio pullæ modico vino granat. aut agresto, diacinnamomo, et croco modico. Bibat aquā decoctionis prunorū iuiubarū, cap. ven. & violarum cū zuccharo rof. veteri, aut cū zuccharo al. cōmuni: aut solam cōmunem aquam cōctam cū zuccharo: aut illā cum uino granat. aut agresto, aut succo aranciorū, aut huiusmodi frigidorū stypticorum & repercussiuorū. Potest etiam comedere hoc tēpore, post eius cibum, pira uel poma, cocta sub prunis, cum zuccharo & cinamomo modico: & hoc dico ad sui gustus cōplacētiam, & appetitus assensum & desiderium: post istud vero tēpus, redeat ad diætā eius vsualē paulatine. Si autem cum dislocatione tali, fuerit vulnus, dimittatur in ligatione vulnus discoopertum, si sit paruū non indigens sutura: et si sit magnum indigens sutura, suatur, et in parte decliuiori dimittatur apertū orificiū, quod relinquatur discoopertū vt supra: & in eius cura breuiter ꝓcedatur ut sciuisti in capitulo de uulnere huius loci, lib. ij. & alijs capitulis. Tamen de hoc lege capitulū de separatione furculæ & ossis spathulæ, & ibi inuenies modum & ordinem circa hoc. Si autē hoc os separatum, contortum, aut mollificatum fuerit quod scies, & distingues a dislocatiōe vera antedicta, eo ꝙ mouebitur membrū in loco suo voluntarie, quamuis cum dolore & difficultate, nec erit ibi eminētia manifesta, aut notabilis: nec breuiter alia dislocationis signa vere & manifeste apparebūt dicta supra in capitulis fere omnibus de hoc, tunc directe in eius cura procedatur vt supra in dislocatione huius loci dictū est, cum leuiori tamen humeri ac totius loci violētia & conamine: & si post restaurationem, remaneret in mēbro durities vel nodositas aliqua, tunc ungatur locus totus cū vnguento mollificatiuo de gumis, facto supra i capl̃o de vulnere aut fractura rasetæ manus, aut pręsenti libro, capitulo de fractura spondyliū, & capitulo de ipsarum dislocatione in fine capituli, ibi lege. Si vero talis loci dislocatio fuerit ad iteriora aut ad posteriora, nō requirit aliud, nisi vt locus manibus solertis medici pręmatur fortiter & decenter, ordinatis ministris ad sua loca vt sciuisti. Deinde cū omnibus alijs requisitis & ad hoc necessarijs procedas vt ibidē te scire fecimus. Si autem post tēpus in quo restauratio iam debuit esse firmata, hoc est vsq; ad. xv. vel. xx. dies, vel circa illud tempus, ꝙ adiutorium per se descēderit ab humero & loco suo, & quū reducitur & restauratur ad locū suum cū manibus medici, adhuc pur cadit, tunc istud est signū fracturæ uel separationis ligamenti ligantis caput adiutorij cum piscide spathulæ: et in hoc casu adiutorij dislocatio talis, aut vertebri, nō est curabilis, nisi forte mollificatio & separatio talis ligamēti foret ex materia humida mollificante locū illum, quæ materia exiccari et consumi posset beneficio cauterij actualis, aut potentialis forte in loco illo in tribus ꝑtibus circa vertebrū, & si peristā viam cum dicta ligatura superius mediāte nō recipit firmationem in situ suo proprio & naturali debitā, tunc eius causa nō est talis materia humida phlegmatica, sed quid forte, quasi connaturale & mēbro annexū, in cuius curatione te intromittere nō cures consulo: nā dimittere huiusmodi curas, & alias lōgas & difficiles pro certo honorabilius æstimo. Si vero hoc os longo tēpore steterit dislocatum, & iā duritiem ac nodositatē quādam receperit, fomentetur locus omni die bis cum aqua decoctionis flo. chamom. mellilotì, fœnugręci, se. lini, althęę, et huiusmodi: deinde vngatur locus totus bene cū vnguento mollificatiuo de gumis dicto in capitulo de fractura spōdyliū: & facta sic bona mollificatione, reducatur tunc membrū & restauretur cum pila, fazzolo, et alijs supra dictis, & firmetur locus optime, & in eius cura procedatur quo ad omnia vt iā te scire feci supra. Si vero per hanc viā non posset membrū neq; locus reduci ac debite restaurari, tūc accipiatur aliquod lignū politum, & rotundū grossitiei vnius brachij in adiutorio, & lōgum ita ꝙ duo homines illud lignū possint super spathulis suis in eius extremitatibus tenere: & tunc ponatur illa pila rotunda sup loco, in eius medietate, & ibi bene firmetur cum ligatura aut clauis forte decenter: & tunc ponatur patiens cū titilico lęsæ partis sup hac pila in ligno firmata, & sint duo ministri ab vna parte, qui teneant patientē sic suspensum per gambas ex trāsuerso: alter vero minister vel duo idonei sint, qui teneant ex alia parte brachium & cubitum partis lęsę bene extensum ac extiratū manibus suis: et tunc ministri qui tenebant per gābas & ex transuerso hora extirationis et extensionis brachij totius, ꝑ alios duos ministros dictos dimittant patientē pendere ac suspensum stare ad lignū antedictum cum titilico, ita vt ex hac suspensione & violentia, os adiutorij ad locū debitum deducatur: aut per hunc modū fiat dicta patiētis suspensio ad gradū scalæ manualis, fortis & firmæ, & erit pręcise idē. Et si per istam viā membrum reducatur & restauretur, bene est. Si vero nō, tunc dimittatur: & in eius cura te non impedias, quia incurabilis est. Sed si per dictā viam fiat loci reductio & restauratio decens, tunc breuiter in eius cura procedatur quo ad omnia ut supra te scire feci, eorū repetitionē omittendo gratia breuitatis.

*De dislocatione cubiti.* *Cap.* XXII.

DVbia est restauratio huius loci multum ꝓpter eius compositionē & formā: nam ibi sunt quædam ossa minuta habētia figurā rotulæ cum qua hauritur aqua a puteis, quæ cū difficultate, & aliqñ nullo modo restaurantur: & cognoscitur huiusmodi dislocatio ex tactu, quia inuenitur & apparet in loco eminētia quędā indebita, & patiens fortiter dolet, nec potest mouere in loco vt soluit brachiū suum. Potest autem pręter fracturā & dislocationem uerā accidere in hoc loco & alijs etiā locis nodosis & iuncturosis, contorsio mollificatio separatio ętc. quæ omnia breuiter curantur cum eisdē rebus, & eodem modo vt dislocatio, sed cum minori labore ac infirmi violētia, quo tamen ad unū differunt, quia quando dislocatio cum vulnere ligatur, tunc dislocatio per se de. iij. in. iij. diē uel circa dissoluit & mutatur, uulnus uero omni die, sed quando cōtorsio mollificatio & separatio fuerint cū uulnere cōiunctæ, tunc omni hora mutationis uulneris fit etiā illarum mutatio noua, aut fit eodē modo ut prius, & nō est uis quomodocunq; fiat etc. Inquisita ergo et cognita cubiti dislocatione, restaurator omnibus prius operationi suæ necessarijs paratis, & ministris idoneis, quorū unus teneat patientē per manum lęsam fortiter: alter uero ex trāsuerso in adiutorio, capiat tunc ipse restaurator manū patientis circa radicē & rasetā cum manu sua dextra, & cum sinistra regat, cōpręhendat & palpet acuitatem cubiti: & tunc mo-

ueat brachium cum sua manu dextra, plicãdo ipsum ante & retro suauiter inflectendo tãdiu ꝙ restauratio perfecta sit: & tunc ĩmediate super loco lęso ponatur pecia infusa in oleo ro. tepido, & bene exp̃ssa: & dein de super hac pecia ponatur emplr̃m constrictiuum, dictũ in capitulo de dislocatione humeri & capitis adiutorij: & super emplastro ponanť plures faldellæ ĩfusæ in vino nigro styptico, aut aqua, & expressę, ita vt totus locus vndiq; ex ipsis cõprehẽdať: aut loco emplastri, ponantur faldellæ stuppeæ decentes infusæ in dicto vino & expressæ, deinde inuolutæ in albu. oui, & pulueribus constrictiuis, dictis in capitulo de dislocatione adiutorij, & alibi pluries: postea super his oĩbus fiat ligatio decens & non dolorosa iuxta possibile: & in ligatura plicetur ligãdo, brachiũ versus pectus, vt in capitulo de vulnere adiutorij & cubito lib. ij. vltimo suspẽdatur brachium ad collũ cum fazolo decẽti cõprehendente totũ adiutorium & focilia cum cubito. His peractis statim fiat phlebotomia de manu contraria, aut in spatulis ventosatio cũ scarificatione, uentrisq; largitas pro tunc imponať naturalis vel artificialis saltẽ semel omni die: Diæta sit, q̃lis dicta est in capitulo allegato de adiutorio: Non dissoluať prima ligatio vsq; ad. v. dies: deinde de. iij. in. iij. ligetur et dissoluatur, ne nimium locus & medicina ibi induretur: & semper quum fit ligatio, extendať brachium paulatiue, & plicetur hinc inde, donec infirmus possit per se extendere & plicare naturaliter absq; violẽtia, & ita ꝓcedatur vsq; ad perfectam loci firmationẽ: Deinde si nodositas aliqua vel durities in loco remãserit, vngatur copiose omni die cum vnguento de gumis, facto in capitulo de vulnere rasetę, libro. ij. & in præsenti lib. capitulo de dislocatione spinæ & spondylium. Si vero cum dislocatione uulnus fuerit & sutura indiguerit, suatur ſm regulas datas capitulo de vulnere in collo & gula lib. ij. deinde cum alijs ꝓcedatur vt in consimilibus supra dictũ est, semper ligationẽ situando, vt possit omni die vulnus absq; totius dissolutione mutari cum emplastro mundificatiuo dicto supra de separatione furculæ & ossis spatulæ, & cũ vnguentis & pulueribus mundificatiuis & consolidatiuis, & lotione cum uino nigro styptico calido ibidem dictis vsq; ad bonam curationem. Sed diligenter aduertas, quia si in tali casu vulnus fuerit ex tranuerso brachij aut cubiti, aut in cõtrarium dislocationis, non debet sic omni mutatione vulneris ligatio antedicta moueri tam sæpe, quia impediret vulneris cõsolidationẽ & partium cõiunctionem ad inuicẽ. In fine vero ꝑfectę firmationis loci, vt membrũ magis tractabile fiat, vngatur cum vnguẽto mollificatiuo de gumis allegato prius in præsenti capitulo. Et semper menti habeas ut hora vnctionis facias patientẽ mouere, & ducere brachium hinc inde suauiter, vt motui pristino reducať paulatiue: oĩa ẽt alia necessaria in hoc casu taliter ordinentur, vt prius ordinata sunt præcise, nec omittatur brachij ligatio & appensio eius ad collum cum fazolo decenti, ac debite situato, ita vt permaneat in quiete & pausa continuo.

*De dislocatione rasetæ manus.* *Cap. XXIII.*

HOc membrum de leui a loco debito & naturali remouetur, & ex oĩ debili causa, Sed tñ cum difficultate restaurať & deducitur ad pristinũ statum, & hoc propter ossa minuta rasetæ, quæ a medico tra-E ctari nõ bene possunt sua paruitate, & quia capita focilium multũ subtiliter cum ossibus rasetę & pectinis manus continuantur. Vnde ob istas causas specialiter postq̃ hic locus dislocať, raro nisi cum difficultate restauratur. Et propter hoc differt, qñ hoc membrũ torquetur, mollificatur, aut extenditur: Sed rudes medici ac laici, dicunt ꝙ oĩs dolor cum torsione, separatione & mollificatione in hoc loco, fit dislocatio, sed nõ est verũ: Nam dislocatio in cõsimilibus locis fit cum dolore grãdi & tumore in loco seu eminentia quadã in loco dislocato, & fit cũ priuatione motus mẽbri: In torsione aũt extensione & mollificatione ista non cõcurrunt, aut saltẽ non requiruntur. Habita ergo cognitione dislocatiõis, statim præparet sagax medicus oĩa necessaria, quæ dicentur, & faciat ꝙ idoneus minister capiat manũ læsam patientis in suis manibus cõ-

F prehẽdendo pectẽ manus & digitos firmiter, et alter minister teneat brachiũ manus læsæ firmiter in manibus suis: & tunc restaurator capiat locum dislocatum & cõprimat partes eminentes cũ suis manibus bene, & tãdiu, donec æquatio loci ꝑfecta fuerit, & hoc suauiter iuxta possibile: deinde ĩmediate ponať super loco pecia linea munda infusa in oleo ros. calido & expressa: & super hac ponantur faldellæ stuppeæ infusę in vino nigro styptico & expressæ, deinde inuolutæ in emplastro cõstrictiuo, dicto in capitulo de separatione furculæ & ossis spatulæ. deinde super hoc ponaťur faldellæ stuppeæ ĩfusæ in dicto vino, vel in aqua, & expressę: & super his fiat ligatio loci cum fascia lata per. iij. digitos, & satis longa, & suantur inuolutiones ad inuicẽ: nec omittatur circa locũ defensiuum notũ, & pluries dictũ. Statim a principio fiat phlebotomia

G de manu opposita, ventrisq; largitas imponať omni die, nec locus dissoluať vsq; ad. v. dies, deinde de. iij. in. iij. prout expedire videbitur. Diæta etiã ordinetur vt dixi supra in multis capitulis. Si autẽ cum vulnere fuerit hmõi dislocatio, tunc in hora primę ligationis, taliter vulnus situetur, vt omni die mutari possit sine totius dissolutione ligationis: Et regatur vulnus cum medicinis ad ipsum requisitis, vt in lib. ij. capitulo de vulnere huius loci & alibi pluries: & si vulnus indigeret sutura, suatur seruatis regulis suturæ &c. superponendo puluerẽ conseruatiuum suturæ &c. & sup puluere ponatur emplr̃m mundificatiuũ et confortatiuũ loci, dictũ in capitulo de separatione furculæ & ossis spatulæ: deinde incarneť cum medicinis ibidẽ dictis. Attende tñ, ꝙ in torsione, extensione & mollificatione, faciliori modo ꝓcedas quo ad medicinas & alia q̃

H in dislocatione vt ẽt supra dixi: & si in fine curę dislocationis, eminẽtia vel durities inconueniens remanserit in loco, vel dolor q̃dam, ex humorũ ibidẽ retentorum cõculcantia & induratione, vngatur copiose totus locus oĩ die bis cum vnguento de gumis, facto in capitulo de dislocatione spondyliũ, et cum mollificatiuis factis in capitulo de fractura costarum: habendo menti ꝙ hoc casu & quolibet consimili, fiat fomentatio cum aqua decoctionis altheææ, flo. chamom. fœ. græ. sem. lini, melliloti, maluarũ, sem. anethi, & absynthij ante vnctionem cum vnguento antedictam: & est valde conueniens & artificialis.

*De dislocatione digitorum manus.* *Cap. XXIIII.*

NOn de facili ossa digitorum manus dislocãtur propter habilitatẽ ipsorum ad flexionẽ & inclinationem,

clinationē, prēterq̄ pollex digitus qui facili causa dislocatur in secundo nodo eius, et de leui etiā restauratur. Sed nodi omnes digitorum de leui torquentur, extēduntur, & mollificantur, ac separantur. Si ergo dislocati fuerint, tunc decenter ac suauissime reducantur secundū canones de restauratione pluries supra dictos, extendendo & relaxando ac prēmendo locū dislocatum, donec restauratio perfecta sit: deinde circa digitum reuoluantur statim stuppæ infusæ in vino nigro styptico, vel aqua, & expressæ bene, deinde inuolutæ in albu. oui, & pulueribus constrictiuis pluries dictis, & sint stuppæ paruæ subtiles decenter factæ, vel earū loco ponantur peciæ lini mundi in dicto medicamine linitæ, vt dixi in capitulo de fractura rasetæ & digitorū manus: uel loco istorum, statim facta ęquatione, ponatur emplastrū cōstrictiuum dictū in capitulo de separatione furculæ & ossis spathulæ: & tunc cū omnibus alijs ad hoc reqsitis ligetur & firmetur digitus, vt sciuisti in cap͞lo de fractura rasetę et digitorum manus, nec dissoluas primā ligaturā vsq; ad. v. dies, nisi dolor grādis patiētis, vel tumor apostemosus, vel loci īdebita restauratio, uel aliud simile te ad dissoluēdū cogat, quia tunc dissoluas & religes. Si vero pollex in secūdo nodo dislocatus sit, tunc reducas & restaures ipsum decenter, cū adiutorio ministrorum idoneorū vt pluries dixi: quo facto inuoluatur locus totus statim cum faldellis stuppeis caudatis longis, & infusis in vino nigro styptico, aut aqua, & expressis bene, deinde inuolutis in albu. oui, & pulueribus constrictiuis pluries dictis, aut loco istarū inuoluatur digitus & locus restauratus cū petia linea decenti linita emplastro cōstrictiuo pluries dicto: & super emplastro ponātur faldellæ aliæ subtiles caudatæ infusæ in dicto vino uel aqua, & expressæ: deī de si uideatur tibi opportunum fore, super his omnibus extende & situa decenter. ij. uel. iij. hastellas subtiles, subtus digitū ac supra, & a latere domestico, demū cū fascia lata per duos digitos, & valde longa, ligetur digitus, reuoluendo fasciā ad brachium & ad digitū læsum firmiter vt in situ debito cōseruetur: & suantur reuolutiones ad inuicem vt non relaxentur, & non dissoluatur nisi de. iiij. in. iiij. vel de. v. in. v. diē. Et si aliqua durities in loco remanserit, vngatur cum unguēto mollificatiuo de gūmis, facto in capitulo de dislocatione spondylium, & fomentetur cū fomentatione dicta supra de dislocatione rasetę manus, et hac via per tempus redibit digitus ad pristinā eius mollitiem & operationem. Alia vero quo ad diętā, ventris largitatem, defensiuū, et phlebotomiā vel ventosationē, ordinentur pręcise vt prius, si expedierit. Sed in isto casu nō sunt multum necessaria sicut in antedictis.

*De dislocatione anchæ, seu ossis uertebri.* *Ca.* XXV.

VT plurimū istud membrum dislocatur ad posteriora versus natē: raro aūt ad anteriora: aliquando etiā ad interiora versus inguen: ad exteriora nullo modo dislocatur propter os anchæ & ligamentū eius: quum autē dislocatur ad posteriora. tūc inclinātur pedes infirmi ad interiora, & cū hoc crus accurtatur, ita q͞p calcaneū nō applanatur in terra & fit eminētia manifesta in parte posteriori propter caput uertebri ibidē eminens. Si vero dislocatur ad anteriora, tūc inclinatur totus pes & crus accurtatur æqualiter. Si vero dislocatur versus inguē, pes inclinatur ad exteriora versus partē syluestrē, & allongatur crus plus debito, & eminentia manifesta in inguine inuenitur. Quando ergo dislocatur ad posteriora uel anteriora, tunc locetur infirmus super uno bancho amplo, corpore supino, & pręparatis omnibus necessarijs ad suā operationē, imponatur idoneo ministro ut capiat infirmū manibus suis firmiter in genu, & circa: alteriq; ministro, vt capiat & regat crus infirmi suauiter ac leuiter: nō inferendo patienti uiolentiā, et hoc ad restauratoris voluntatē & imperium. tertio vero ministro vt firmiter teneat patientē ex transuerso circa spathulas in brachijs suis, ad voluntatē semper vt supra. & tunc restaurator ponat mantile longū contortum & inuolutū, inter coxam lęsam & testiculos, manibusq; suis trahat coxā ad superiora, ut os vertebri seu cannę coxę moueatur a loco in quo est, et quū sentiet q͞p mouetur, imperet ministro tenenti genu, ut fortiter violenter & cōmode illa hora trahat genu cum coxa inferius; & ipse restaurator tūc fortiter trahat superius coxam cum mantili antedicto: & tertius minister tenens crus, adiuuet illa hora primū ministrum in trahendo inferius gambā: et tunc restaurator ista hora cōmotionis, & extractione facta cum mantili in ambabus dislocationibus dictis, relaxet mātile paulatine, ita q͞p os coxæ extractū iam ad superiora per ipsum cum uiolentia inducta per extirationē, vna cum artificio ministri regentis crus patientis, secundū imperium restauratoris ad suum locū debitum redeat: cuius reditum scies per priuationē signorum, signantiū dislocationē posterioris partis & anterioris, supra dictorū. Quum autē talis dislocatio facta fuerit ad interiora versus inguen, tūc situato patiente super bancho, paratisq; ministris & alijs vt supra, restaurator ponat mantile contortū vt supra, inter coxā & testiculos, trahaturq; medietas mantilis vel eius extremitas versus spōdyles & dorsum, altera vero versus ymbilicū in parte corporis domestica, & medium mātilis sit locatū & situatū super osse eminente in loco dislocationis, et deinde capiat manibus extremitates mantilis, et operetur in trahendo sursum oppositum eius quod prius fuit operatū. Verbi gratia imponat primo ministro tenenti genu, & alio regenti crus, q͞p hora hac uiolenter docte tamen & suauiter trahant os coxæ dislocatum ad inferiora, & moueant suauissime hinc inde ad voluntatē restauratoris: qui quū senserit motum ossis, tunc fortiter cū mantili trahat ipsum ad superiora, & reducat ipsum ad locū proprium, cū adiutorio ministrorū regentiū genu & crus, ac girantium ad uoluntatē restauratoris: & sic locabitur debite os, per vnā vel plures huiusmodi cōmotiones: et hic modus locationis & restaurationis locū habet in isto casu propter mēbri magnitudinem. Factis ergo antedictis æquationibus, ponantur super loco faldellæ de stuppa longæ et decentes, inguen & totā ancham cōprehendentes, infusę in vino nigro styptico, vel aqua, & expressæ, deinde inuolutæ in alb. oui, et pulueribus cōstrictiuis pluries dictis: uel loco stupparū, ponat̃ empl͞m constrictiuū dictū in capitulo de fractura adiutorij, cū petia cōprehēdēte totā anchā cum inguine. Et aduerte, q͞p nullo modo in tali casu, nec cōsimili, poni debet oleum ro. quā uis laudatum sit ī multis casibus supra, quia istud mēbrum sua magnitudine ad difficultatē suæ dislocationis, indiget constrictione forti & durabili, et nō mollificatione aliqua, quā per oleum cōsequeretur: super

petia uero emplastri, ponatur faldellæ stuppeæ infusę in vino nigro styptico, seu aqua, & expressæ, ita longæ, vt totus locus anchæ & circa inguen inuoluatur; et si tibi videbitur, poteris dictas stuppas inuoluere in dicto emplastro: deinde impleatur locus inguinis cum plumaceolis stuppeis, vel petijs lineis, ne vacuitas illius loci impediat ligaturā. Deinde ligetur locus cū fascia latitudinis vnius palmæ, & reuoluatur sub inguine super loco & nodo dislocationis, & cōuertatur ad partem sanā versus vmbilicum et spinā, et suatur quęlibet reuolutio, ne relaxetur ligatura. Facta ligatione vngatur circa locū cum defensiuo facto ex bo. arme. oleo rosa. aceto, myrto, succo solathri semperuiuæ, portulacæ, plantag. rosarū, aut istorum aquis, si succi haberi nō possunt: deinde situetur patiens ad lectum corpe supino, et cum toto eius cōmodo et situ bono. Die uero primę ligationis si hora patiť, uel virtus, ętas & alia nō dissentiāt, fiat phlebotomia de saluatella, hepatica, vel splenetica, aut ventosetur cum scarificatione in natica opposita læsæ, ventrisq; largitas quomodolibet imponatur patienti: & regatur cū diæta ordinata in capitulo de dislocatione adiutorij, & alibi pluries: nec dissoluatur prima ligatura vsq; ad. v. vel forte. vij. aut. x. dies, vt tibi videbitur de dolore grandi patientis, aut tumore apostemoso grandi in loco, vel indebita restauratione, & huiusmodi, aut de oppositis: deinde vero de. iiij. in. iiij. dissoluatur & mutetur ligatio. Si vero cum tali dislocatione fuerit vulnus, requirens suturā propter eius magnitudinem, tunc iudica ipsam dislocationē fore incurabilē, tum ꝓpter difficultatem locationis, tum propter mēbri magnitudinem, quæ impediunt firmationē loci huius, cum vulnere, & vulnus impediret æquationē, & loci dislocati restaurationē ac firmationem debitā, & annexionē ad inuicem. Sed propter hoc nō desistas a rationabili operatione et salute patientis iuxta possibile. In isto ergo casu, primo reducatur mēbrum ad locum suū cū modis dictis ac facilioribus si est possibile, & super lo lo ponantur stuppæ antedictæ vel emplastrū dictum cum stuppis illis: deinde fiat ligatio cum antedicta fascia, dimittendo in ligatione foramen in orificio vulneris quod dimisisti apertū in sutura, vt vulnus omni die mutari possit sine dissolutione totius ligationis, puluerizando super sutura puluerem conseruatiuum pluries dictum: & obseruando in sutura, eius regulas dictas in capitulo de vulnere in collo & gula, lib. ij. & mundifica ac cōforta vulnus cum emplastro dicto in capitulo de separatiōe furculæ ossis spathulæ: aut ipm vulnus regas a principio, vsq; ad finē, ut sciuisti in fere oībus capitulis, lib. ij. & ligatio non moueatur, nisi de. iiij. in. iiij. vel circa, sed vulnus omni die bis mutetur, & eisdē rebus regas vulnus nō indigens sutura. Scias tamen, multos esse chirurgos, qui in dislocatiōe tali cum vulnere in membris magnis, requirēte suturā, primo conducunt et suunt partes vulneris ad inuicem, & cōseruant cum puluere dicto, & ligāt sic vsq; ad. iij. dies, & omni die mutant vulnus secundū modum tibi dictū, vt vulnus nō impediat in restauratione ossis: &. iij. die, quia dicunt sanguinē constrictum, labiaq; vulneris quodāmodo annexa ad inuicē esse, faciunt restaurationē ossis, et procedunt pro tunc vltra vt supra dixi. Sed iste modus mihi nō placet, quāuis & isto modo fieri posset & cōmode, quia timeo si dislocatio sic dimitteretur pro illo tēpore, ꝙ propter

E dolorem qui non cessaret, in tantū inflaretur locus & apostemaretur per continuū cursum humorū ad locum, ꝙ nō posset tunc locus sic cōuenienter tractari, nec restaurari, & hac causa fieret īcurabilis ægritudo, obseruetur ergo primus modus utilior: regaturq; patiens pręcise ut dixi ī hoc capitulo quo ad alia opportuna. Si vero illud os longo tēpore dislocatū steterit, fueritq; induratū ob non reductionē a principio, tūc certe eius curā dimittere mihi honorabilius videtur: & si pur eā facere volueris, sitq; patiēs robustus ac iuuenis, fac directe, ut feci ego in quodā, qui uixerat per annū vnum cū vertebro dislocato ad posteriora, qui nullo modo ire poterat nisi cum baculis, & erat ætatis. xxv. annorū, ac robustus: prima enim die qua uenit ad me, feci ipsum ponere in balneo decoctionis althęę, flo. chamo. sem. fœnugręci, sem. lini, se. anethi, et

F sic omni die stomacho ieiuno feci istud per. xv. dies, & semper in exitu balnei faciebā ungi per totū membrum cū unguēto mollificatiuo de gūmis facto in capitulo de dislocatiōe spondyliū: hoc facto una die in ortu solis, habui penes me magistrū Gerardū Riciū, et magistrum Albertum Deretilionum aut Pegoronū, medicos manuales, & cum eis habui etiā alios homines, & tunc poni feci patientē super bācho lato, et lōgo plus quā patiens, & tentaui una cū illis medicis locū dislocationis, quē satis bene mollificatum: & egomet illa hora ligaui super genu partis lęsæ fasciā, seu toualiam amplā, cuius partem extēdi a latere partis domesticæ cruris, et aliā a parte syluestri usq; ad plantam pedis, in qua planta cōtinuaui capita ista duo toualiæ ad inuicē, & nodaui ut nō currerent, neq; mouerētur per aliquā uiolentiam per nos factā hora restaurationis: cōtinuaui etiā cū fascia ista fortissima ualde ligata

G cū multis reuolutionibus super genu antedicto & firmata ibi decenter & bene, ut nullo modo posset moueri cum gāba hora restaurationis, sed ex modo istarum ligationū firmam posset coxā tenere usq; ad finē restaurationis. Deinde habui unā chordam fortē, & ligaui unum caput eius ad nodationē toualiæ factā circa plantā pedis, & illud ibidem bene firmaui: aliud uero caput ligaui ad lignum cuiusdā instrumenti quod uocatur tornellus, locatus circa plantas pedis patientis: & circa illud instrumentum posui duos hoīes idoneos & prudentes qui hora restaurationis mei uoluntate & imperio uoluere deberent illud instrumentū: deinde posui toualiā longam contortā, inter coxā & testiculos patientis, ita ꝙ medietas extensa fuit per spinam usq; ad caput & ultra, alteraq; medietas extensa

H fuit super umbilico, usq; ad candē partem & locū: & tūc ibi cōtinuaui capita toualiæ ad inuicē, & ad quoddam lignū forte, & fixū in terra fortiter, & erat quidā palus fortis & durus. Quibus ordinatis locaui me circa anchā dislocatā, et palpaui manibus meis ipsam suauiter ac leuiter, & sic tenendo ancham in manibus meis & palpando pręcepi ministris situatis prope tornellum, ut eum uoluerent suauiter: & sic fecerunt: & tunc dicti medici iam parauerant faldellas stuppeas longas & latas ut totā possent anchā inuoluere, infusas in uino nigro styptico et expressas, ac inuolutas in alb. oui. et pulueribus cōstrictiuis de mastiche dragātho, bol. ar. sang. draco. thure, & huiusmodi, dictis in capitulo de fractura adiutorij & dislocatione eius: & etiam parauerant emplastrū constrictiuum ibidē dictum, & alias faldellas stuppeas longas, infusas in vino

no nigro paruo, & expressas, ac fascias, filum, et acũ, & oĩa necessaria, & tunc illi duo homines voluendo suauiter tornellum vt dixi secundum meum mandatum, post breue tempus mouerunt vertebrum coxæ dislocatum, de loco in quo erat: & quum sensi talem motum, tunc manibus meis ac etiã illorum medicorum, compressi ipsum os, & reduxi ad proprium locum: & posui tunc super loco faldellas & emplastrũ de quibus supra, & ligaui totum locum vt supra te scire feci: & feci portare patientem super lecto, semper manibus meis tenendo locum illum: & eũ situaui corpore supino decenter cum quiete totius anchę, & dimisi sic eum vsq; ad.x.dies: deinde de.iiij.in.iiij. continuaui ligationem dicto modo vsq; ad.xx.dies, & tunc omnia remoui, et pręcepi infirmo, vt inciperet ire suauiter, & liberatus est: & vixit postea annis.xij.& plus: & vidi ipsum ambulare absq; impedimẽto uel claudicatione.

*De separatione rotulæ genu.* Cap. XXVI.

HOc membrũ non dislocatur, sed separatur, & mollificatur, & conuertitur ad partẽ inferiorẽ, vltra debitũ, & raro ad superiora: & istud scies, quũ homo erigit crus, et nõ redit rotula ad locum suum ĩ tali mollificatione seu separatione &c. In isto ergo casu non requiritur aliud, nisi q medicus faciat stare patientem super pedes suos recte, et faciat q bene teneatur a ministris idoneis per gambas & pedes, et ex trãsuerso per pectus ne moueri possit, aut faciat eũ stare corpe supino, & bene teneri per ministros vt supra, & tũc pręmat cum manibus fortiter, & impellat violenter, docte tamẽ & astute rotulam ad locum suum, quę de leui redit, dum aliquo modo sic mouetur qua reducta, super loco ĩmediate ponantur faldellæ stuppeæ longæ & latæ, vt totum genu ex transuerso ac infra & supra comprehendant, infusæ prius in vino nigro styptico paruo, aut aqua, & expressæ bene: aut ipsarum loco ponatur emplastrum constrictiuum dictum supra capitulo de dislocatione adiutorij & humeri, & sint dictæ stuppæ inuolutæ in albumi. oui & pulueribus constrictiuis ibidem dictis: & si emplastrum posueris, superpone ei faldellas stuppeas longa & latas infusas in dicto vino & expressas bene: deinde locus optime ligetur cum fascia lata per.iiij. digitos, & satis longa, vt possit duci circa genu supra, & infra, pluribus inuolutionibus: & non soluatur vsq; ad.v.dies: deinde iterum ligetur, & erit sanatus. Si autem foret composita cum apostemate et uulnere, tractetur apostema per se ut dixi lib. primo capitulo de apostemate huius loci, & libro pręsenti in pluribus capitulis, quum uulnus contingitur cum fractura vel dislocatione: & tractetur etiam mollificatio vel contorsio, aut separatio per se secundum q necessarium fuerit, & vt pluries supra sciuisti. Fiat phlebotomia de saluatella, hepatica vel splenetica manus, aut pedis oppositorum, vel ventosatio in naticis cum scarificatione. Dięta etiam in cibo & potu, & ventris largitas non omittatur, taliter ordinando, qualiter supra sciuisti pluries: circa locum vero non omittas defensiuum pluries dictum: & si aliqua durities vel nodositas in membro remaneret post loci firmationem, tũc omni die bis copiose vngatur locus cũ vnguẽto mollificatiuo de gũmis facto supra capitulo de dislocatione spinæ & spondylium.

A *De dislocatione poplitis, seu genu.* Cap. XXVII.

SCias q faciliter hoc membrũ dissoluatur, & de facili restauretur. Nã multoties quum patiens erigitur violenter super crus suum & genu, optimeq; extẽdit crus per se, redeunt ossa ad loca sua sine medici auxilio. Sed si eius auxilio fieri debet rastauratio loci, tunc pręparatis oĩbus, medicus habeat ministrũ idoneũ q teneat crus patiẽtis in pede circa cauiculã fortiter, et extẽdat & relaxet ad restauratoris voluntatẽ, & tunc medicus palpet & ꝑmat manibus suis sup loco, et statim sentiet ipsius ossis bonã reductionẽ. Qua facta, ponatᷣ petia ĩfusa ĩ oleo ro. & bene expressa, sup loco, qa ista dislocatio nõ multa indiget cõstrictiõe, & sup petia põatur emplastrũ cõstrictiuũ, dictũ in capitulo de dislocatione humeri & adiutorij brachij, & super emplastro ponantur faldellæ stuppeæ infusæ in vino nigro styptico aut aqua, & expressæ bene, ac ĩuolutæ in
B dicto emplastro, aut solum sine tali ĩuolutione superponatur: & tunc fiat loci ligatio decens & fortis cum fascia lata.iiij. digitorũ, reuoluẽdo ipsam sup genu & infra, vt dixi in capitulo pręcedenti, & saltem vltimę reuolutiones suantur vt firmæ stent: & non omittatur vnctio cũ defensiuo ex bo.ar.ter.sig. myrto, oleo ro. aceto, sandal. corallis, succo solathri semperui. plãtagi. ros. vel eorũ aquis si succi haberi non possent: & nõ dissoluatur prima ligatio usq; ad.v.dies: fiat etiam hoc casu phlebotomia de pede opposito in saluatella aut cephalica, ventrisq; largitas quomodolibet omni die imponatur: & diæta pręcise ordinetur vt supra, vel plus aut minus secundũ paruam indigentiam vel magnã. Et attende q omnis dislocatio cuiuslibet mẽbri postquã restaurata fuerit, si fuerit simplex, non cũ
C apate vel vulnere coniuncta in breui curatur, & non requirit multas ligationes. Sed quando fuerit ibi mollificatio, separatio, extensio, contorsio, & huiusmodi aliqd, quia istæ sunt ęgritudines neruorũ, ligamentorum, & lacertorũ, & chordarum, requirunt ideo longum tẽpus ad eorum curã. Vnde quando dislocatio restaurata est, & nõ redit membrũ ad eius dispositionem et operationẽ vsualem, debet medicus tunc iudicare, q cum ea fuerit extensio vel cõtorsio in neruo, aut chorda, aut lacerto vltra debitũ, & violenta, quæ requirit neruosarum partiũ confortationẽ et mollificationem cũ oleis, pinguedinibus, medullis, et vnguẽtis de gũmis, & similibus, factis supra capitulo de dislocatiõe spinę, & spondyliũ. Si aũt cũ tali dislocatiõe fuerit uulnus magnũ sutura ĩdigẽs, tũc suatur, aut par uũ ea nõ indigẽs: quomõcunq; fuerit, tractetᷣ vt supra
D scire te fecimus, fere ĩ oĩbus capitulis, lib. ij. et ĩ capl'is huius tertij, ubi uulnus cõiungitᷣ cũ fractura et dislocatiõe. Sed de hoc tñ lege de dislocatiõe anchę, pauloãte explanatũ, et q̃ ad mũdificationẽ, et incarnationẽ etc.

*De dislocatione nodi rasetæ pedis.* Cap. XXVIII.

HIc locus & mẽbrũ istud de facili dislocatur, sed de leui non restauratur, ꝓpter paruitatẽ ossium ibi locatorũ, q̃ sunt sex, & non possunt a medico sua paruitate & annexione bene tractari, et ꝓpterea ipsorum figura et positio nõ bene nostris sensibus manifestatur & patet. Quũ ergo in tali loco fuerit dislocatio uel mollificatio et hmõi, ordinatis necessarijs, ęquatio & restauratio fiat manibus solertis restauratoris, cum auxilio ministrorũ idoneorũ, qa hic locus nõ indiget multa extẽsiõe nec uiolẽtia patiẽtis, ne ex dolore cau-

ſato, humores ſuperflui ad locũ fluãt & apoſtement. E Facta æquatione ſtatim ponatur ſup loco petia infuſa in oleo ro. calido, ex quo cõfortetur locus ac defendatur, et dolor remoueat̃: & ſup illa petia ponat̃ empl̃m conſtrictiuũ, tactũ in cap̃lo de dislocatiõe humeri, & ſuper emp̃lo ponãtur faldellæ ſtuppeæ infuſæ in vino nigro ſtyptico paruo, uel in aq̃, et expreſſę: et circa locũ vngatur cũ defenſiuo ſtatĩ dicto ſupra cap̃lo de dislocatiõe genu, vt defendat̃ mẽbrũ ab humorũ fluxu, ne exĩde apoſtemet̃: & ſup his fiat ligatio cũ faſcia lata p̃ digitos .iiij. et firmẽtur inuolutiões cũ ſutura: ſitueturq; tunc patiẽs ad iacendũ corpe ſupino & crure leuato ac pede, vt melius defendatur mẽbrũ ab hũorũ curſu. Nõ ſtringat̃ locus doloroſe hora ligatiõis, ut nõ inflet̃ nec apoſtemetur, vel ſtupidus fiat, q̃a poſſet fieri hac cã palyticus & tãdẽ mortificari: nec diſſoluat̃ p̃ria ligatio vſq; ad .v. dies: deĩde de .iij. in .iij. Statim a F prĩcipio fiat phlebotomia de ſaphẽa, aut ſaluatella pedis oppoſiti, ventriſq; largitas nãlis, vel artificialis oĩ die patiẽti imponat̃. Diæta aũt in cibo & potu hic, nõ variat̃ ab añ dictis. Si aũt cũ dislocatiõe tali fuerit uulnus ita q̃ indigeat ſutura, ſuatur tũc, et ſup ponat̃ puluis cõſeruatiuus pluries dictus, breuiterq; regatur uulnus et dislocatio, vt ſciuiſti ĩ cap̃lo de fractura adiutorij, et cap̃lo de eius dislocatiõe. Et ſi in fine firmatiõis, dolor vel durities in loco remanſerit, tunc mollificetur, vngendo ipſum oĩ die copioſe cũ vnguento mollificatiuo de gũmis, facto ſupra in capitulo de dislocatione ſpinæ & ſpondylium in fine capituli.

*De dislocatione digitorum pedis.* *Cap.* XXIX.

NOn req̃rit̃, quũ digiti pedis, vel eorũ aliq̃s diſlocat̃, niſi vt p̃ reſtauratorẽ fiat æq̃tio eorũ debita ſtatim a prĩcipio vt pluries ſciuiſti ſupra p̃ canones de hoc ſupra poſitos: cõſimilẽ tñ reſtaurationẽ lege in cap̃lo de dislocatiõe digitorũ manus: & vt emplaſtret̃ locus tũc cũ emp̃lo cõſtrictiuo, dicto ĩ cap̃lo de dislocatione humeri: nã iſtud emp̃l̃m de ſe fortiter mẽbri p̃tes ad inuicẽ ſtringit & annectit ſua ſtypticitate: vnde ex forti ligatiõe & ſtrictura addita, fieret ſtupor in mẽbro, & forte tãdẽ mortificatio. Aut loco dicti emplaſtri inuoluatur digitus vel digiti dislocati cũ faldellis ſtuppeis ſubtilibus infuſis ĩ vino nigro ſtyptico, vel aq̃, & bene expreſſis: deinde inuolutis in albu. oui et pulueribus cõſtrictiuis pluries dictis: et ſi ſint neceſſarię haſtellę paruæ ſup his ſtuppis aut emp̃lo, ſituẽtur decenter, ne dolorẽ cauſent. Deinde ſup his fiat ligatio decẽs & artificioſa cũ faſcia lata ad .ij. digitos uel vnũ pollicẽ, vt dixi in cap̃lo de fractura digitorũ manus, ac eorũ dislocatiõe: & nõ ſoluatur vſq; ad .iij. vel .v. dies, niſi dolor patiẽtis, vel tumor, et loci a᷑patio ad diſſolutionẽ cogerẽt: aut forte fiat diſſolutio oĩ die, ne mẽbri paruitate & debilitate, ſtupor in ipſo cõſequeretur, & forte mortificaretur & caderet. In fine aũt firmationis vngatur locus bis ĩ die copioſe cũ vnguẽto de pinguedinibus & gũmis facto in cap̃lo de dislocatione genu. Nõ omittatur phlebotomia de ſaluatella pedis oppoſiti aut ſaphena, nec vẽtris largitas naturalis vel artificialis, nec ordinatio diætæ in cibo & potu dictæ ſupra pluries: & hæc dico fiant, ſi dolor intolerabilis ĩ mẽbro accideret: pro hoc tñ cap̃lo, lege cap̃l̃m de fractura digitorum manus.

Explicit liber tertius de algebra, & reſtauratione membrorum.

# LIBER QVARTVS DE anatomia, in quo continentur infra ſcripta q̃nq; capitula videlicet.



## De anatomia & figura capitis, gulæ &c. Cap. primũ.

QVamuis p̃miſſum ſit determinare de anatomia, intentio nõ fuit tamẽ enumerare mẽbra omnia particulariter, & ea diuidere & numerare in mẽbris particularibus: et licet ſit neceſſarium confiteri mẽbra ſimplicia non ramificari, & in infinitum diuidi, tamen G neq; eorum ramificatiões, neq; eorũ diuiſiones perfectę ſunt ſenſibus manifeſtę, ĩmo pluribus nullo modo diuiſiones membrorum, ſeu ramificationes poſſunt p̃ aliquam viã ſenſibus manifeſtari. Non vides, q̃ quando inciditur os, uel neruus ex trãſuerſo vel ſecundũ longitudinem, ſanguinem vel humiditatem ab eis exire. Hoc autem notum eſt apud omnes conſyderantes et inſpicientes in iſtorum membrorum et conſimilium incisionibus, maxime quum viuum fuerit. Et debes ſcire abſq; dubio q̃ vnde ſanguis exierit, venam ibi reperiri neceſſarium erit: & quum ſanguis fluxerit & actu calidus, & membrum viuit pręſentia arteriæ, & ſic neceſſario venæ & arteriæ in eiſdẽ membris reperiuntur, cum eorum ramificationes, ſubtiles & multæ, nec in illis, nec in multis H alijs, ſunt ſenſibus manifeſtæ: & etiam ſi poſſibile eſſet anatomiam, ſeu ultimam membrorum diuiſionem & numerum ponere in ſcriptis, & ex ponere, tale & tãtum tędiũ perueniret, q̃ omnia de eius veritate, aut nõ aliud, aut paruũ non vtile compręhenderet: ergo propter hoc melius & vtilius videtur mihi, vt procedam in anatomia ſicut promiſi in cõmuni, ſcilicet, ponendo numerum & formam, vel figuram, vel ſitum loci, complexionem membrorum quæ poſſunt eſſe ſenſibus manifeſta, vt in eis cum incisionibus, cauterijs, & manualibus operationibus abſq; errore procedere poſſis. Et quia caput & illud quod intra ipſum exiſtit, vel cerebrum, eſt radix, vel ſupponitur pro radice ad totum corpus, & ſpecialiter dicitur radix ſenſus & motus, ſine quibus perfectum animal ſtare non poteſt. Incipiam ſecundum viam iſtam & conſyderationẽ,

ſyderationem, primo ab anatomia cerebri, capitis, & membrorum exiſtẽtium circa ea & in eis. Cerebrum nanq; in ſua ſubſtantia molle eſt & medulloſum, et habet figuram ſecundum longitudinem capitis, & diuiditur totaliter in tres partes, in anteriorem, mediam, & poſteriorẽ, quæ ventres et ventriculi appellantur, eo ꝙ in iſtis diuiſionibus, formam quaſi ventris cum quadam rotunditate quælibet pars aſſumit, & iſti uentriculi ſunt cõcauitates in quibus ſpiritus animales cõſiſtunt, & in quibus alterationem & digeſtionem recipiunt ſupra illud quod in corde receperunt, ad hoc vt ſint apti ad operationes animales perficiendas, & quamuis tales uentriculi numerentur in cõmuni, quia anterior qui ſatis eſt maior omnibus, in duas manifeſtas diuiditur partes, ideo a quibuſdam dicuntur ventriculi iſti. iiij. & licet alij duo ventriculi ſeparationes habeant, non dicuntur habere diuiſiones, eo ꝙ occultæ ſunt, et multum inſenſibiles. Sed in diuiſione primi ventriculi in. ij. ptes nõ eſt ſic: diuiditur enim in duas partes manifeſtas. In prima parte primi uẽtriculi ordinatur uirtus, quæ appellatur ſenſus communis, vel phantaſia, quæ comprehendit omnes formas apprehenſas a. v. ſenſibus, & iudicat de his poſt remotionẽ ſenſibilium a prima virtute, & inſtrumentorum ſenſibilium exteriorum. In ſecunda parte primi ventriculi, ordinatur imaginatio, quę retinet, vel ſeruat formas apprehenſas a ſenſu cõmuni. In ſecundo ventriculo ordinatur cogitatio. In medio iſtius ventriculi ſecundi, ordinatur æſtimatio. In vltimo ventriculo, vel tertio, ordinatur memoria. Super cerebrum ordinatur ĩmediate quidam panniculus, valde mollis, & tamen durior cerebro, vt ſit eius tutamen, ne durities ſuperioris panniculi, & oſſis, cerebrum offendat: & hic panniculus contextus eſt ex arterijs & venis ad modũ rete ligãs & tenẽs ipſas arterias et venas firmas ſimul bonitate ſuæ complexionis panniculari s, & eſt a cerebro ſeparatus, et cõtinuatur cum cerebro in quibuſdã locis per venas & arterias, quæ exeunt ab ipſo panniculo & intrant cõmiſſuras et diuiſiones cerebri, & imbibunt eius ſubſtantiam, viuificant, & dant ſpiritum vitalem, quia natura digeritur & alteratur, ſecundum ꝙ conuenit virtutibus & operationibus animalium. Super iſtum panniculum vel velamen, ordinatur alius durior iſto, vt defendat cerebrum & primum panniculum a duritie, ne ab ipſo oſſe propter ſuam duritiem, læſionem ſuſcipiat: & hic etiam panniculus ex arterijs & venis contextus eſt in modum rete, ligans & tenens ipſas arterias & venas ſimul firmas bonitate ſuæ complexionis panniculari s: & eſt durus: & non continuatur cum primo, niſi in quibuſdam locis per quæ tranſeunt venæ & arteriæ ſubtiles, ad coadiuuamentum panniculi ſuperioris, et cerebri, & is panniculus appellatur dura mater a medicis, vel ſuperior miringa cerebri ſeu menynx. Alter vero pãniculus qui ĩmediate ſe habet ad cerebrum, appellatur pia mater ſeu inferior miringa cerebri ſeu menyx. Hic panniculus durior, uel ſuperior non continuatur cum oſſe cranei, ne ab ipſo, propter ſuam duritiem lęſionem ſuſcipiat, niſi quibuſdam cõmiſſuris et iuncturis oſſis cranei, per quas partes panniculoſæ ligamentales exeunt cum arterijs & venis capillaribus: & ex iſtis partibus panniculoſis & ligamentalibus, cum tota eorum ſubſtantia fit panniculus exterior cooperiẽs totum craneum: & ſic apparet quantum dubium, &

A quantus timor cadit in inciſione panniculi ſuper commiſſuras & iuncturas oſſis cranei, & ſuper perforatione cum trypano, vel raſpatore, in loco iuncturæ vel cõmiſſuræ. Nam per inciſionem vel perforationem in tali loco peruenit nocumentum & læſio ad duram matrem & cerebrum Nõ fiat ergo operatio cum ferro in tali loco, ſi poſſibile fuerit euitare. Præterea ſcire debes, ꝙ cerebrum in parte anteriori ſub oſſe frontis habet duo additamẽta ſimilia capitibus mamillarum, in quibus operatio virtutis odorabilis perficitur, & circa finem caruncularum velamen durum, vel ſuperior panniculus perforatus eſt, ut ſuperfluitates partium cerebri anterioris per viam illam exeant, & etiã idem panniculus perforatus eſt in parte quæ declinat verſus palatum, vt ſuperfluitates primi panniculi vẽtriculi, & vltimi, per illam viam purgentur. Super

B iſtos panniculos, ſcilicet piam matrem & duram matrem ſunt oſſa capitis cranei, quæ ſunt ſex, et vnum in fine, quod eſt inter primum ſpondyle in principio nucæ, & os capitis, quod appellatur ſuſtentaculum, vel paſſilis. Primum os capitis eſt os frontis, & appellatur coronale, & eius figura eſt quaſi ad modum ſemicirculi: & habet quaſdam eminentias in parte anteriori, & continuatur cum oſſe naſi in parte anteriori ad modum ſerę, & in temporibus et quibuſdam alijs partibus continuatur cum mandibula ſuperiori ad modum ſeræ. Continuatur etiam duobus oſſibus magnis, quæ verrualia vocantur ad modum ſeræ, & fit ibi figura ad modum crozolæ ſeu crucis, cuius lineã ſuperior ſit remota. Iſta duo verrualia continuantur in medio capitis ad modum ſeræ inter ſe, & continuantur illa duo oſſa verrualia ad modum ſeræ, cum oſſe

C lambdoide a litera A appellato, & ſub iſto oſſe ponitur os baſilare, quod nõ continuatur cũ eo, ſed ipſum ſuſtentat, & figuram capitis perficit: applicatur tamẽ hoc os baſilare oſſi lambdoidi, & ponitur & confirmatur inter ipſum & os mandibulæ ſuperioris, & per ipſum iſtum modum & continuationem iſtorum oſſium & poſitionem, figura capitis, perficitur. Ex lateribus vero capitis, ſcilicet, ex dextra parte & ſiniſtra, ſunt duo oſſa, ſuper quibus ſunt oſſa & aures, & vocantur oſſa mendoſa, quę non continuantur cum oſſibus verrualibus & magnis, niſi per ſuppoſitionem partis ad partem: & inferius in iſtis oſſibus uerſus mãdibulam inferiorem, eſt foramen tortuoſum in oſſe, quod appellatur petroſum, ideſt durum valde, quod os eſt de ſubſtãtia oſſis mendoſi, per quod tranſit neruus auditus ſuper iſta oſſa capitis comprehendentia

D cerebrum. vi. numero, & vnum, quod appellatur baſilare, quod eſt in parte ſuperiori, ſuſtinens alia, & figuram capitis perficiens. Super iſta oſſa ĩmediate eſt panniculus factus ex panniculis interioribus ligatus cum cõmiſſuris cranei, & exeuntibus ab illis cõmiſſuris, & fit ille panniculus ſubtilis, & ſpargitur ille panniculus ſuper omnia oſſa cranei, & ea ab exterioribus ligat, ſuper iſtum panniculum fit pellis groſſa piloſa, quæ contexitur, & fit ex venis & arterijs, & neruis uenientibus, et foramine primo ſpondylis primæ, et foramine quod eſt inter primam ſpondylem & ſecundam, qui miſcentur cum uenis & arterijs, & panniculis texentibus panniculum cooperientem os capitis, & fit hæc pellis dura, & eſt habens in ſe partes carneas ſubtiles nõ bene viſibiles, aut ſaltẽ diſtinguibiles a pelle dicta, ꝗ carnem faciunt ad cõpoſitionẽ groſſiorem

huius pellis. Scias id, quod incisiões omnes capitis melius fiunt, & secundum figuram meliorem si fiant secundum incessum pilorum capitis, nam nerui huius pellis dictæ, vt plurimum incedunt secundum illum incessum secũdum longitudinem. Iterum scire te volo, quod incisiones hic non sunt faciendæ ex transuerso iuxta possibile, licet secundum rugarum incessus, nisi quæ fiunt in frõte, quæ fieri debẽt, secundũ contrarium rugationum incessum procedunt. In capite vero a parte anteriori ordinatur & situatur nasus, qui factus est ex ossibus & chartilaginibus: & continuatur cũ duobus foraminibus suis versus sursum illis duabus eminentijs similibus duobus capitibus mamillarũ, superius dictis, quæ sunt in osse frontis, in quibus operatio odorabilis perficitur, & deriuatur pars nasi neruosa a tertio pari neruorum, quod existens inter nasum et supra, est conueniens ad sensum illius loci: preterea habet nasus foramen in palato, & huic foramini nasi cõtinuatur illud foramen palati, vt aer quum clauditur os, ad viuificationem cordis & refrigerium possit trãsire, etiam mora somni. Ordinãtur etiã et situãtur sub osse frontis in parte anteriori, duo oculi qui facti sunt artificiose, & a sagaci natura fabricati, & ex septem tunicis et tribus humoribus hoc modo: ex cerebri enim parte anteriori duo nerui satis notabiles appellati nerui cõcaui ab authoribus deciduntur, et sunt de primo pari neruorum habentiũ ortum a cerebro, qui cũ separantur a cerebro, aliquantulũ coniunguntur, & fit vna concauitas ex illis duobus concauitatibus neruorum dictorũ, & postea separatur, in exitu ipsorum, a craneo, inuoluuntur seu velãtur ex duobus panniculis cerebri, & quũ craneum exiuerit, fit statim, aut ramificatiue oritur ex eis pãniculus unus, aut tunica una appellata scliroticus aut sclirotica propter sui notabilem duritiẽ. Post vero istum fit & oritur ab illo etiam neruo sic velato, alter panniculus vel altera tunica, quæ secundina appellata est: propter quod post primũ antedictum panniculũ situatus est, & in se humorem vitreum oculi continet. Post istum vero oritur alter pãniculus, aut tunica, quæ appellatur retinus, aut retina, eo quod talem habet figurã formã & compositionẽ subtilissimã, & comprehendit inter se iste pannus retinus, medietatem crystallini humoris, & ex isto panniculo generatur alter dictus araneus, quia talem habet figuram & compositionẽ in sui substantia, & comprehẽdit inter se in illa tunica medietatẽ humoris crystallini, & facit orbẽ cum retina tunica. Post retinum uero pãniculum, aut tunicam retinã originatur alius panniculus aut alia tunica, dicta vuea, eo quod in sua forma figura ac dispositione, videtur similitudinẽ cum vua, aut cum vuea tunica habere, & est iste panniculus perforatus in medio, & vocatur iste panniculus pupilla, & constringitur & dilatatur secundũ quod necessarium fuerit, ad hoc vt ab humore crystallino operatio visualis perficiatur, & compleatur: & comprehendit intra se totum humorem albugineum, qui est necessarius ad conseruationem & defensionem humoris: & ille humor albus foramen exiret panniculi vuei, nisi ab aliquo cooperiretur: ergo fuit necessaria generatio alterius panniculi qui dicitur corneus, aut tunica cornea, propter similitudinem quã videtur habere cum cornu lucido nigro. Et fit iste pãniculus seu tunica, ex pãniculo seu tunica sclirotica dicta supra, & est ligans cũ eo totum oculum circulariter: & quia ista ligatio ad-

E huc non erat bene firma, voluit sagax & docta natura propter melius, vt firmior fieret ligatio, facere panniculum alium, alijs dictis fortiorem: & tunc fecit ac artificiose composuit panniculum quendam, seu tunicam, quæ coniunctiua appellatur, quæ totum oculum comprehendit preter nigredinem, & nascitur ex panniculo cooperiente craneum extrinsecus, dicto almuchati, de quo supra diximus, qui componitur & texitur ex partibus panniculaxibus & penetrantibus cõmissuram cranei, & etiam ex panniculis cerebri. Et ideo patet manifeste, quod incidere venas, seu phlebotomare ex transuerso quæ sunt in fronte apparentes cõfert de cursu humorum a capite ad oculos, & istud diligẽter in opere aduertas. Præter hoc etiam ad oculos veniunt alij nerui a secundo pari neruorum cerebri per foramen cranei oculi, qui nerui dant oculis motum et

F sensum, per quos sentiunt res nociuas & iuuatiuas. Et per hæc etiam potes comprehendere quomodo phlebotomia venæ frontis, & etiam phlebotomia venarum lachrymalium oculorũ domestica, seu quæ sunt a parte nasi, conferat ægritudinibus oculorum humidis, & potissime sanguineis ex affinitate earum ad loca oculorũ. Sub oculis vero in parte anteriori est mãdibula superior, & sub naso, quæ ex. xiiij. ossibus cõponitur, sed cõpositio ipsorũ & cõiunctio est occulta, & non bene sensibilis: & propter hoc de ipsa compositione, & ipsorum coniunctione aut separatione mentionem non faciam singulatim, sed pro vno osse omnia illa quo ad operationem manualem superponuntur. In ipsa vero mandibula superiori situãtur uel inserũtur. xvi. dẽtes in quibusdã, in quibusdã aũt. xiiij. tantum: super ossa illa mandibulæ, quæ supra posita

G sunt pro vno, situatur panniculus vnus, qui fit & oritur ex panniculo cooperiente os frontis, & ex tertio pari neruorum cerebri, & ex parte quarti paris, & ex parte quinti etiam & secundi paris neruorum nucæ, & ex tertio fit pellis cum venis & arterijs cum carne pauca cõuenientibus, cooperiens scilicet ipsum os dictum. Et nerui qui sunt in ista compositione venientes a neruis parium neruorum qui sunt cerebri & nucæ, dant sensum & motum faciei membris, palati, & nasi. Et hoc maxime est quum isti nerui intrant compositionem membrorum mouentium partes istas. Conuenit ergo, & bene aduertas, vt incisiones quæ fiunt in loco mandibulæ superioris & nasi, fiant secũdum rugationem loci huius. Nam in isto membro rugationes incedunt secundum incessum neruorum & musculorum faciei & nasi. A pari autẽ secundo & ter

H tio neruorum nucę, et etiam quarto veniunt nerui ad musculos maxillarum & mandibulæ, quæ maxillas & inferiorem mandibulam mouent. Hæc autem mãdibula inferior ex duobus componitur ossibus, qui in mento ad modum serrę cõiunguntur ad inuicem: & ex parte posteriori coniunguntur cum mandibula superiori nodose, in qua infixi sunt in quibusdam hominibus dẽtes. xvi. in alijs. xiiij. & quibusdam. xx. & ligantur isti dentes superiores & inferiores cũ mandibulis, mediantibus ligamentis & panniculis venientibus a panniculo tegente ossa mandibulæ, superiori dicto, & ligante ea ad inuicẽ, & panniculis ligantibus inferiorẽ in mento. Nã oẽs illi pãniculi et ligatiões discedũt a pãniculo dicto cooperiẽte os cranei, quod fit ex pãniculis cerebri. Et ideo patet tibi manifeste, et aduertas bene, quomõ dolor dentium cerebrũ & caput lędit

dit per medium, ideo dolorem vniuersalem inducit in toto capite. Inter mandibulam vero superiorem & inferiorem intus in ore locata lingua, quæ est quædam caro mollis alba, quasi venosa lacertosa neruosa, & est recipiens a. vi. pari neruorum cerebri neruũ sensitiuũ, a. vij. uero pari, motum, Sed sunt ibi duę uenæ quæ apparent, quũ aperitur os, et eleuatur lingua: & phlebotomantur illæ venæ propter ægritudinem linguæ saltẽ calidam, & propter apã quod fit in radice eius. Sed est aduertendum ꝙ talis linguæ phlebotomia fieri nõ debet aliquo modo, nisi vniuersalis phlebotomia aut saltem ventosatio in spathulis cum incisione pręcesserit, vel aliqua mundificatio cum medicina aliqua seu clystere, quia phlebotomia venarum linguę, nisi aliquod horũ antecesserit, trahit materiam superfluã ad gulã, & augetur morbus: specialiter si corpus repletum fuerit vel stypticũ. Post mandibulas uero & sub ossibus verrualibus in pte dextra & sinistra, ordinatę sunt aures super os petrosum durũ perforatum, & est de substantia ossis mendosi quod est habẽs in sua perforatione multas inuolutiones et tortuositates in suo transitu, & taliter procedit vsq; ad neruum quinti paris cerebri, per quem neruum fit auditus. Super hoc autem os nascitur chartilago quędam sparsa, in qua sunt nerui sensitiui, venientes a panniculo cooperiente os cranei, et sunt in quibusdam molles partes carnosæ, & sunt quædã reuolutiones venarum & neruorum semicirculares, quę inducunt medicum ad incisionem ẜm illam figurã, quum incisio fuerit necessaria: sub capite vero in parte posteriori ĩmediate est nuca, super qua spondyles colli, qui sunt. vij. ordinantur, ex qua nuca colli. vij. paria neruorum ex spondylium foraminibus originantur et exeunt, ita ꝙ primũ par exit a primo foramine spondylis, quod foramen est versus principia nucæ, vbi nuca a cerebro separatur, & spargit̃ super cuti capitis, & fit pars musculorũ eius. Secundũ uero par, exit a secũdo foramine, quod est inter primã spondylem & secundã, & ascendit cutim capitis etiã, & dat ei tactum, et secundũ aliquã partem miscetur musculis colli & maxillarum, & dat eis motum. Tertium vero par, exit a tertio spondyli, & spargitur secundũ quid ad locum maxillarũ pro motu ipsarum, & secundũ quid ad musculos spathularũ. Quartum vero par, a superiori foramine quartæ spõdylis exit & transit ad musculum dorsi, & secundum quid ad musculos partis anterioris et pectoris. Quintum autẽ par ex foramine superiori quintæ spondylis, exit, & spargitur secundum quid ad musculos diaphragmatis, & secundũ quid ad musculos mouentes caput, & secundũ quid ad musculos spathularũ. Sextũ par exit a foramine superiori. vi. spondylis. Septimũ autem par, exit a foramine. vij. spondylis, & in exitu ipsorum sparguntur superius & inferius ad musculos oculi, & capitis, spathularum, thoracis, et gulæ. Post neruos & musculos ordinantur in collo venæ & arteriæ manifestæ & occultæ. Venæ autẽ & arteriæ manifestæ in collo, duæ sunt post aures, incisio quarum ualde timorosa est, quia ex incisiõe ipsarum propter affinitatem quam trahunt cũ corde, cerebro, & pulmone, sequitur syncopa & suffocatio, aut alter defectus grandis, aut fluxus sanguinis nimius, qui de facili nõ stringitur, et ex eo vt plurimum mors sequitur. Apparet ergo manifeste, ꝙ oĩa apostemata colli, et incisiones, quæ in collo fieri debent, ex natura com-

A positionis & situs membrorum colli, & ortu neruorum in loco illo, debet fieri secundũ longum gulæ & colli: & debet bene consyderari et euitari veniet, & arteriæ prędictæ, quæ ad inuicem continuatæ sunt valde: eo ꝙ arteriæ in loco illo etiam magnæ satis sub prędictis venis manifestis & magnis dictis, incedunt et locantur, ita ꝙ vena etiam in loco illo incidi non posset aut perforari, quin arteria etiam incideretur, & quarũ incisione quod dictum est sequeretur. In parte autem anteriori super spondyles colli locata est canna stomachi ex latere gulæ, q̃ appellatur meri, aut œsophagus, per quam transit cibus & potus ad stomachum, et est composita ex venis, & arterijs, lacertis, & neruis venientibus ex. vi. pari neruorum cerebri dicto supra: & contiguatur versus gulam cum canna pulmonis, vel cum trachea arteria quod idem est, quæ est composi-

B ta ex chartilagine, & ex neruis & lacertis venientibus etiam a. vi. pari neruorum cerebri, & est rugosa, & habet semicirculos quosdam in sui compositione, versus exteriorem partem in continuatione cum meri, uel canna stomachi dicta supra: politiem quandam et lenitatem habet, et in superiori eius habet epiglottum tanquam coopertorium, vt hora comestionis ac potus, cibus aut aliud non intret eam, nec aliud lædens ut aer vel in modum aeris: & intelligas per epiglottũ, eminentiam illam, quæ est in gula, in capite cãnæ, quę eminentia cum figura quam facit & inducit, in locutione necessaria est ad diuersas voces generandas. Super coopertorio autem dicto & canna, factum est super radicem linguæ, quoddã instrumentum quod adhæret palato in fine, quod dicitur vuula, propter similitudinem cum genere vuæ, quæ est necessaria ad scis-

C sionem aeris & eius mundationem ad diuersas voces generandas, & maxime quũ formã et figuram retinẽt debitam & naturalem: & propter hoc quum excedit modum & impedit vocem, inciditur, vt sit melius instrumentũ ad voces diuersas. Super istas autem cannas ordinati sunt nerui magni et parui, manifesti et occulti, qui ueniunt ex. vi. pari, aut. vij. neruorum cerebri, & miscentur musculis colli & gulæ ex neruis tertij & quarti parium nucæ. A parte vero domestica & syluestri cannæ pulmonis, sunt duæ aliæ venæ occultæ, aliæ venæ manifeste & notabiles, quæ guidez vocantur, & sub ipsis sunt duæ aliæ venæ, ex incisione vel perforatione quarum decidit sanguis ad pulmonem a quo veniunt ĩmediate: & compatitur pulmo eis propter affinitatem hanc, & alligantiam, & impeditur in operatione eius, vt in anhelatione. Cor etiam

D compatitur eis propter pulmonem, quia non potest ab eo aeris modulamen, & refrigerium recipere: aut quia in abundantia sanguinis oppilantis, fit in corde caloris & spirituum suffocatio, & sic tandem mors subitanea: & propter hoc incisiones quæ in gula fiunt ex quacunq; causa fiant, fieri debent secundũ longitudinem, & vitare debemus omnes cõmunes venas saltem & magnas gulæ pro posse, & specialiter guidez duas magnas dictas. Nam omnis uena gulę habet sub se, arteriam occultam, per quam habet maximam & ĩmediatam affinitatem cum corde & pulmone, quare omnis incisio huius loci timorosa est ob dictas causas, vt sensibus manifeste apparet. Et scias hic, ꝙ gula continuatur cum pectoris furcula, in loco qui dicitur piscis gulæ, seu concauitas: & cõtinuatur collũ cũ pte posteriori cũ octaua spõdyli, q̃ est principiũ spõdyliũ

thoracis: & cõtinuatur etiam cum osse spathulę quasi vsq; ad humerum, vt firmius, ac melius moueatur, quum fuerit necessarium, vt eius figura pulchrior, nobilior, ac artificiosior videatur &c.

*De anatomia & figura humeri, brachij, & adiutorij, ac digitorum manus, &c.* Cap. II.

Post collum & gulam a latere dextro & sinistro, ordinatus est humerus vnus, in quo tria ossa cõtiguantur, ad hoc vt eius figura melior, pulchrior, ac vtilior, pro motu, & operatione videatur & sit: primum quorum est os spathulæ, figura cuius versus collum & partem posteriorem est habẽs latitudinem ad modum instrumenti, cum quo furnarij reponunt, & trahunt panem de furno: & in latitudine eius est quędam acies, quæ extenditur vsq; ad caput spathulę versus humerum, transiens per medium eius, vsq; ad latitudinem magnam, quæ est versus collum: in qua latitudine magna est quædam chartilago, et illa spanditur per tres spondyles pectoris vsque ad septem spondyles colli: Ex alio vero latere versus humerum, habet illud os spathulæ quandam latitudinem, seu grossitiem, & in fine huius grossitiei, est quædam vacuitas quæ appellatur piscis spathulæ, in qua piscide caput adiutorij brachij locatur, & voluitur rotũdum secundum ꝙ operationi illius membri conuenit: & factum fuit illud tale in tali figura, vt spina pectoris & collũ, in suis situationibus firma remanerent, & motus adiutorij in humero melius ac securius fieret: & vt non ex omni causa leui dislocatio adiutorij causaretur: Et ex hoc apparet manifeste ꝙ os adiutorij non dislocatur ad posteriora. A parte autẽ anteriori ordinatur vnũ caput furculæ in humero, & contiguatur cũ osse spathulæ, & est os secundum, ex tribus ossibus humeri, vt membrum illud in sua firmitate constantiori permaneat, & illum locum sustentet, ne ex leui causa inclinetur ad anteriora, & quia illud os deriuatum est in sui contiguatione tali ab osse spathulæ, vt pulchrior fieret loci figura, vt non impediret motum nec vertebrum adiutorij: idcirco ad interiora potest dislocari: Post illa ossa sunt ligamenta non bene sensibilia, quæ ligant & continuant illa ossa adinuicem: & in medio piscidis dictæ ligamentum quoddam notabile continens & alligans vertebrum cum piscide, ex ruptura cuius vel distensione cum separatione continuiter impeditur dislocationis restauratio vertebri intantum quandoq;, qđ non formatur in suo situ, quin iterum a loco suo post restaurationem resiliat. Tertium vero os humeri est adiutorium, quod exterius seu in parte domestica est gibbosum, et interius cõcauum: hoc autem os est medullare, vt magnitudine sua & propter eius raritatem a medulla si necessarium fuerit, fomentationẽ recipiat, cuius caput superius est rotundum, & ingreditur cum eo piscidem spathulæ vt supra dixi, & ibi reuoluitur & contiguatur cum alijs duobus in loco illius vt dixi mediantibus ligaturis: Alia vero extremitas adiutorij continuatur in cubito cum osse quod habet figuram similem rotulæ cum qua haurit aq̃ de puteis: in qua rotula superius focile ingreditur. Et scias ꝙ focile superius est minus, et tendit a parte digiti pollicis vsque ad rotulam illam cubiti: Et aliud focile inferius est longum & confine etiam manibus, & tenditur a parte syluestri, scilicet a digito auriculari ad cubitum, & supponitur cum quadam eminentia rostrali & longitudine, adiutorio & rotulæ eius, & facit

E figuram cubiti, quum flectitur acutam: et illud fuit, ut locus iste cum capite adiutorij firmato in rotula maneret firmior: & ne ex leui causa propter suppositionem focilis maioris sup̃ capite adiutorij dislocatio fieret. Hic locus ligamentis fortibus & insensibilibus est ligatus fortiter, vt figura membri et eius situatio, et ossium istorum firmatione bona remaneret: Et vt pondera, quum eleuantur, possint per ipsum sustineri, ne versus partem syluestrem vel exteriorẽ declinet brachium & focile inferius vel maius, circa sui eminentiam, formam semicircularem assumit. Post vero ordinantur duo focilia, quod secundum ligatiouem ipsorum & totius brachij, a cubito infra vsque ad manum, mediantibus ligamentis ad inuicem contiguantur, & intrat vnum focile in maius quasi insertiue, &

F habet vtrunq; focilium additamentum in loco, vbi cõiunguntur cum ossibus rasetæ, quæ ossa rasetæ sunt octo: & ordinantur quatuor eorum circa summitatẽ duorum focilium, & alia quatuor contiguantur cum suis ossibus pectinis manus, & ligantur adinuicem: & ista ossa rasetæ carent medulla, propter eorum duritiem & spissationem substantiæ eorum: Sed ossa focilium habent medullam propter causam narratam de adiutorio: & quamuis istud non appareat in focile minori sic manifeste, sicut in maiori, est tamen ibi quædam raritas vel porositas substantiæ ipsius focilis minoris, in qua humiditas quædam reperitur uel porositas substantię illius focilis minoris, in qua humiditas quędam reperitur, in modum medullę, uel quæ tenet formam medullæ: Post ossa uero rasetæ manus ordinantur ossa pectinis, quæ sunt quatuor, & ligãtur per

G uicinitatem quãdam cum eis, & continuantur nodosæ ex alia extremitate ex ossibus quatuor digitorum, & non cum ossibus pollicis: quia os pollicis primum magnum solũ extremitati focilis superioris cõtinuatur in loco iuncturæ: & hoc fuit, ut melius & fortius moueretur, ac illis digitis quatuor decentius coniungeretur: in unoquoque autem digitorum manus sunt ossa tria, quæ ligamentis ad inuicem nodose coniunguntur: Super ista uero ligamenta ordinantur nerui uenientes a. vi. pari neruorum spondylium colli, & vii. & viii. ex quibus cum carne simplici & ligamẽtis illorum ossium fiunt musculi, qui humerũ, adiutoriũ, cubitum, & brachium, seu focilia mouẽt, & ab extremitatibus istorum musculorum oriuntur chordę, ex quibus digiti mouẽtur, et mẽbra interiora, de quibus musculis unus magnus et manifestus est in medio ad-

H iutorij, ita ꝙ aliqua pars eius est in parte domestica, aliqua uero in syluestri, a quibus chordæ separantur, mouẽtes brachia ẽm diuersas partes: Et est unus alius manifestus declinãs ad partẽ syluestrẽ ut plurimum, & expãditur per brachium, a quo chordę diuersę separantur adiuuantes ad interiora & exteriora ẽm necessitatem. Post istos musculos ordinãtur uenæ manifestę & occultæ, una quarum diuiditur a uena axillari, aut a uena, quę in axilla manifestatur, & transit ꝑ humerum, & partẽ superiorem cubiti, & uocatur cephalica, quæ ex uena, cuius una pars ascendit ad cerebrum, & ipsum cum mẽbris imbibit, et hęc pars, mẽbra brachiorum nutrit: unde per istam affinitatẽ sic uocatur. Ab illa uero humerali uena, uenit alia manifesta uena, quę ꝑ partes manifestas transit adiutorij & brachij, eo q̃a reuoluitur per adiutoriũ & brachiũ, &

per

per partē syluestrē brachij ad modū funis retortæ, & ꝓpter istā figurā funis brachij vocat̄. Ab axillari vero vena inferiori venit alia vena, q̄ trāsit per ꝓfundū usq; ad cubitū, et ibi in inferiori parte cubiti manifestatur, & appellatur basilica, & transit deorsum per focile inferius & syluestre, & ramificatur ac manifestatur in manu inter annularē digitum & auricularē, & illic vocatur saluatella hepatica vel splenetica. Ex humerali vero & axillari cephalica inferiori, nascitur & apparet quædā vena, quæ est inter curuaturam brachij in medio, et vocatur purpurea, aut nigra, vel cōmunis, aut mater a quibusdā, & illa seruit partibus inferioribus cōmuniter, propter hoc cōmunis vocatur, et sub istarum qualibet manifesta, est occulte arteria situata. Ex istis musculis sic positis, arterijs carne, & alijs quibusdā partibus neruorum sensibiliū venientibus a cōpositione eius, fit pellis illa exterior sensibilis et per uenas manifestas ibi manifesta mēbra nutriuntur. Et ex his manifestū est satis, qualiter oportet in istorum locorū incisione, prudenter & astute procedere, & etiā in partibus istorum locorū. Nā omnes musculi, chordæ, arteriæ & nerui, secundū lōgum ab humero vsq; ad digitorum extremitatem incedūt: ergo requirunt loca ista incisionē, cauterizationemq; secundū longū. Apparet etiā quomodo uena cephalica, quę est in curuatura cubiti in parte superiori, et quę manifestatur in parte focilis superioris minoris, et transit inter pollicē digitum & indicē in manu deseruit capiti & partibus capitalibus. Quomodo etiā vena, quę est in superiori parte cubiti, quæ transit per focile inferius & manum inter annularē & auricularē digitum, deseruit hepati & spleni, eo ꝙ separatur a quadā parte uenę, quæ nutrit membra inferiora, & ista in loco illo manus saluatella uocatur. Notum est quomodo dicta vena cōis seruit mēbris superioribus, & inferioribus q̄ vena manifesta apparet in medio curuaturæ cubiti: & hoc est quia ex humerali superiori & axillari nascitur inferiori, et ex illis componitur vt apparet manifeste: sunt ergo omnia ossa manus vnius, de quibus habetur notitia numero. xxxi. Et istud locum habet, si separationē fecerimus inter rotulā & adiutorium: si vero nō tunc sunt. xxx. tantum. Scias etiā hic ꝙ omnes venæ quæ ab hepate superius veniunt, deriuantur a ramo minori venæ magnæ, habentis ortum ab hepate: & ista vena diuiditur in duas partes, quarum vna venit ad diaphragma, et alia uadit ad capsulā cordis, et in exitu ab illo loco diuiditur, & vna pars eius tunc continuatur auriculæ cordis dextrę, & tunc diuiditur in ramos. iij. quorum unus ingreditur concauitatem cordis: secundus spargitur ad superficiem cordis: tertius vero spargitur per inferiora pectoris ad furculam: ex ramo isto furculæ nascitur ramus, qui vadit ad humerum & ad axillā, & alius ramus transit per interiora gulæ, & uadit ad cerebrum & caput & membra superiora, & ibi finitur secundū necessitatem debitā. Ex hoc ergo apparet quanta affinitas dictarum venarum cum capite corde & hepate, secundū diuisionē hanc dictam.

*De anatomia & figura furculæ, thoracis, costarū.* Ca. III.

SVb gula in parte anteriori, ordinata sunt duo ossa furculæ, quæ exterius gibbosa sunt, interius uero concaua, quorum duorum capitum, vnum continuatur humero, aliud vero summitati pectoris: & in cuiusq; istorum ossium extremitate est chartilago, &

A durat longitudo istorum ossium cum continuatione a piscide gulæ: vsq; ad parū sub mamillis: & ibi in loco isto directe & proprie est os stomachi, seu inferior vacuitas pectoris: & vocatur hæc uacuitas cum continuatione longitudinis dicta, proprie, thorax: cōpositio uero istorum ossium cum costis ibidem existentibus, & cum spina posteriori, pectus vocatur, ꝓprio vocabulo. Costæ vero corporis omnes. xij. sunt, quę cum. xij. spondylibus dorsi continuantur, & appellātur istæ spondyles. xij. pectoris: Reliquę vero spondyles, quæ sunt quinq; inter illas, renum spondyles vocātur: quæ costæ. xij. pectoris curuantur ad modū semicirculi, seu arcus vnius: quarum. xij. costarum, septem ex eis extremitas posterior, cū spōdylibus dorsi continuatur: et maior earum est media: anterior vero extremitas istarum cum chartilaginibus ossium. vij.

B pectoris, continuantur & inseruntur. Aliæ costæ ex illis. xij. etiam curuantur ad modum arcus, sed nunquā thoraci cōtinuantur aut iunguntur, aut posterioribus spondylibus: & nominātur costæ posteriores, aut mēdosæ: & quum eorum extremitates, quæ sunt in parte anteriori versus umbilicum prę mūtur, sentiuntur ad exteriora reflecti, eo ꝙ nō habent sustentaculum, sicut septem magnæ costæ, quę ossibus pectoris continuantur, & ab eis fixuram & firmamētum recipiūt. Inter illa ossa thoracis, & inter concauitatem costarū, & . xij. spondyles pectoris, locatum est cor & declinat secundū suam situationem uersus partem sinistrā magis, & secundū eius acuitatem magis uersus dextram: et pulmo in eadē uacuitate est situatus, secundū suum situm magis declinat ad partem sinistrā: est etiam ibi uelamen neruosum quod est de genere diaphragma-

C tis, et diuidit pectus per medium, secundū medietatē, & secundū eius longitudinem, ita ꝙ una pars pulmonis diuiditur ab alia manifeste: et continuatur illud uelamen diuidens pulmonem per medium et pectus, cū xij. spondylibus posterioribus pectoris. Et non fuit illa diuisio thoracis ob aliud, nisi ut si uni medietati pulmonis accidere malum cōtingeret, natura cum attractione aeris se iuuare posset ac defendere cum alia medietate, & fuit hæc prę uisio naturalis propter nobilitatem operatiōis uirtutis eius, ac eius necessitatem. Et propter hoc est alius panniculus contextus ex uenis, & arterijs etc. in quo inuolutum est cor proprie, et appellatur capsula cordis: & oritur & continuatur cum panniculo diuidente pectus medium secundū longitudinem, & est secum eiusdem compositionis. A prima spōdyli pectoris, usq; ad ultimam: quæ prima spōdilis est octaua omnium spondylium incipiendo ab

D ortu nucę, ueniunt nerui sensibiles et motiui ipsius pectoris componuntur. Et scire te uolo hic, ꝙ musculi & nerui ipsius pectoris, quidam sunt uoluntarie motiui, & isti ueniunt ut plurimum a. vi. & . vij. pari neruorum cerebri, & etiam a nuca: & quidam motiui naturaliter, & per naturam compositionis ipsius thoracis: & hoc scitur per cōditionem & casum ipsis apopletici in quo thorax mouetur hora accessionis apoplexię: & non mouetur pectus hora illa per uirtutem aut influentiam spiritus animalis uenietem a cerebro, cum hora illa perfecta, ac totalis sit facta oppilatio & clausio inter cerebrum & uias ad illas partes descendentes, ut omnium cōmuniter authorum est sentētia, ita quod uirtutis sensitiuæ & motiuæ cum spiritibus animalibus per neruos descendere non possunt.

Est ergo ille motus naturalis absolute & nõ voluntarius vt patet. Venę vero venientes ad panniculũ diuidentem pectus per mediũ, & uenientes ad nutrimentum pectoris, ramificãtur a secundo ramo minori uenę magnæ, habentis ortũ in gibbo hepatis, qui ramus uenit ad diaphragma, et ex diaphragmate uenit ad pãniculum diuidentẽ pectus secundũ longitudinem: & veniunt cũ istis aliæ venæ a tertio ramo venarum insertarum in auricula dextra ipsius cordis. Arterię vero, quæ veniunt ad panniculũ & ad pectus, veniunt per ramificationẽ a ramo vno diuiso ab arteria maiori, quæ nascitur in sinistra auricula cordis, & transit ramificãdo vnaquęq; arteria apud vnãquanq; venam, vt mẽbra aliqua, quę a vena aliqua, vel venis nutriantur, ab illis arterijs transeuntibus sub eisdẽ venis, viuificentur et cõseruentur. Scire etiã hic debes, ꝙ omnes venæ & arteriæ manifestæ, quæ veniunt ad nutriendum & viuificandũ membra pectoris & thoracis, & specialiter in parte exteriori, incedunt, secundum incessum costarũ & ossium pectoris, vel thoracis: et specialiter nerui magni torti, uenientes ad cõpositionem musculorũ pectoris, habẽtes ortum a nuca, vel a spõdylibus pectoris: Apparet ergo manifeste qualiter incidi debent apostemata etiã istorum locorũ, quia conuenit ut ista operatio fiat secundũ incessum costarum vt plurimũ: & sic nõ erit deceptio aliqua, ne læsio nerui secundũ cõtrariũ sui incessus cõsequatur, quod est valde vtile pro infirmo, & pro operationibus finalibus. Reddunt enim tales incisiones, quæ fiunt secundum rugarũ, & costarum incessum, velociorẽ loci sanationẽ, et cicatricẽ pulchriorem, et magis pro figura & forma ꝓpria debita ipsius membri cõuenientem.

### *De anatomia, & figura uentris exterioris ab ore stomachi usque ad anchas & de spondylibus ipsius partis.* Cap. IIII.

Post costas in parte anteriori ex parte extrinseca est primo, pellis cooperiens stomachũ & intestina, & cõtinuatur cum quadam mollitie vsq; ad os fæmoris, & fit hic locus totus mollis vsq; ad locum illũ: & vocatur hæc pellis anterior vel posterior ventris, & sub ista pelle ordinantur ad locum istũ musculi necessarij, et sunt numero. viij. & dicemus compositionem ipsorũ, & iam diximus eorũ compositionẽ: pręter istos musculos, in parte interiori ordinatur panniculus quidã rugosus, cõtinens zirbum & intestina: ex ruptura cuius panniculi rugosi, qui vocatur siphac, accidit descensus zirbi et intestinorum ad bursam testiculorum: & fit aliquando tantũ & solũmodo eminentia in fœmore propter descẽsum alterius istorum: & tunc sciunt docti medici ꝙ ruptura siphac non est valde magna, quę de facili curatur cũ emplastris, quiete, & iactura super spina et dorso, corpore supino, sine incessione: sub isto siphac, os fœmoris ponitur, qđ quasi factum est ad modũ semicirculi, nisi quia in parte superiori versus vmbilicum habet quandã eminentiam, quę dicitur pãna, & ligatur in inguinibus cũ anchis, vt distantiã faciat, & vt loca ista sustenet duritie sua. A ligamento autẽ seu ligamentis eius quoddã corpus exoritur neruosum, simile ligamento, sub quo, et in quo multæ amplæ existunt arteriæ, & venæ supra illud quod eius mensura meretur & quantitas, & corpus illud venosum sic arteriosum neruosum & chordosum, est membrũ virile, in capite cuius est caro val

E de sensibilis, & est cooperta pelle, vt defendatur a nocumentis extrinsecis, & vt ex fricatione eius pellis super caput virgę, et ex motu ante et retro, maior acquiratur delectatio in coitu, ex qua spma melius & abundantius emittatur: & vt uasa spermatica per extensionem virgæ, inductã ex motu pellis super ipsam, sperma ipsum melius euomãt, et eijciant ad exteriora folliculi. A siphac prętereа duo canales descẽdunt, a quibus quũ dilatãtur interiores folliculi et bursę intestinorũ generãtur & tunicę, in qbus ipsi testiculi locãtur & cõtinuantur. Veniunt etiã cũ hoc ad partes testiculorum a partibus inferioribus rami uenarũ, quæ descendũt a renibus, multipliciter circũuoluti, & a carne glãdosa & alba quodãmodo comprehenduntur, quę caro quidquid sanguinis ĩ illis est, adeo mutat ꝙ album fit: & tunc hæc caro illud albũ ad testiculos mittit, &
F ibi sperma perficitur, & formatur. Ibi etiam postea generãtur duo foramina, quæ ad uirgam uadunt, cuius uirgę erectio fit, quum uasa & foramina ipsius grossa implentur uentositate, et uenę eius humiditate multa, & arterię spiritu & calore multo: et quũ mouẽtur ipsa uasa spermatis a multitudine spermatis, aut acuitate ipsius, & punctione, & nõ cessat tunc talis cõmotio, donec ipsum sperma euomatur et expellatur. Ex panniculo uero exteriori quũ tenditur in locũ fæmoris et didymos, uel super canales, q ueniũt a siphac, fit bursa exterior testiculorum. In muliere uero, loco uirgæ in uiro, collũ matricis formatũ fuit, et propter hoc matrix neruosa fuit, ut posset extẽdi et ampliari hora partus & coitus, & quandocunq; necesse fuerit, & habet cum hoc duo additamẽta, quę cornua uocãtur, et sub istis additamentis habet testiculos, & est ad modũ uir-
G gę uirilis ĩuersę, et caput eius colli hora emissiõis spermatis tangit testiculos et mouet, eos ut melius sperma eijciatur ad concauitatẽ matricis, & ad caput colli ad uuluã mulieris porrigitur: & illic ĩ loco isto intrat uuluã & collum matricis membrũ uirile hora coitus: locatur proprie matrix ĩter intestinũ colon aut rectã & uesicã, & est matrix longior uesica, & ligatur cum anchis & spina, ligamentis laxis, & nõ strictis, ut bene libere possit moueri & ampliari hora saltẽ conceptionis & partus. Post finẽ. xij. costarum, & eorũ spondylium, in parte posteriori ordinantur quinq; spõdyles renum, & cõtinuantur in parte inferiori uersus caudã cũ osse ultimo, quod os ex tribus ossibus occultis cõponi uidetur, quod assimilatur spondylibus in figura cum osse ultimo. Os uero caudę chartilaginosum est, quod ex tribus partibus cõponitur, & eius tertia pars
H ultima chartilaginosa est qsi simplex. Ab unoquoq; foraminũ istorum simpliciũ spondylium oritur neruus ab osse caudæ. Vnus tantũ egreditur neruus, qui nõ habet nisi unũ foramen, & nerui uenientes ab istis spõdylibus. v. ueniunt ad cõpositionem viij. musculorum uentris exterioris dicti supra & uenæ ramificatæ ex uena maiori descendente per duos ramos ad renes, & eius pars uenæ maioris separatæ ab hepate, uel rami eius uenientes per dorsum & partẽ exteriorẽ ad nutrimentũ illorum mẽbrorum & musculorũ uentris: & ex arteria maiori descendente ad diaphragma, veniunt rami ad partes istas exteriores & musculos, viij. uẽtris, qui rami loca ista uiuificant & calefaciunt, intra istam cõcauitatem locata sunt omnia mẽbra nutritiua: & super illa nutritiua membra & sub membris spiritualibus, est membrum quoddã neruosum

contextũ

cōtextū ex musculis, uenis magnis, & arterijs, & mouetur ex motu inspirationis & expirationis, & est diuidens nutritiua mēbra a spiritualibus, & vocat̄ diaphragma, & tenet locū vnius corij aut flabelli in hac operatione: & quum mēbrum vulneratur tum propter cōpositionē eius, tum propter operationē necessariam & vtilem, cōtinuo iudicat̄ vulnus incurabile, imo mortale simpliciter: Sub diaphragmate vero in parte dextra, naturaliter locatū est hepar, cui reticula alligata est, quæ radix est omniū venarum intrinsecarum & extrinsecarū, & habet in concauitate sua in medio eius cystim fellis, seu sacculū, seu folliculum choleræ, a qua cysti, duo vasa, vel duo canales separant̄, quorū vnus portat choleram ad confortandū intestina, vt expulsiua virtus confortet̄, & viscositas a fęcibus abscindat̄: Alius vero portat choleram ad stomachum, ad confortandum digestionem. In parte vero sinistra locat̄ splen, & alligatur cum hepate, mediantibus venis & arterijs, & vijs quibus modica superfluitas ducitur ad splenē ab hepate, et ipse splen per vias debitas mittit de hac superfluitate modica ad os stomachi, vt cōfortet appetitum, & aliquam partem ipsius mittit ad confortandū rete ipsius stomachi & intestinorū: In medio vero illorū est stomachus, cuius pars superior est stricta, & inferior valde ampla, & terminatur infima pars eius in loco vmbilici, et appellatur Primum vas in quo natura primo digestionem facit vniuersalem, & cōplet. Cum fundo ipsius stomachi, in quo principaliter, viget digestiua, continuantur intestina, & quæ s̄m quādam visibilem & apparentem differentiā sunt numero sex. Et primum Duodenum dictum sit, quia eius lōgitudo. xij. digitorum pollicis eius corporis cuius est. Secūdum post illud, Ieiunum vocat̄, quia semper vacuū inuenitur, & in isto specialiter & in duodeno & in fundo stomachi sunt infixæ & contextæ venæ meseraicæ, per quas hæpar trahit puritatē cibi digesti iam ad se, et ista mēbra suis virtutibus expellunt eandē puritatem ad hepar: cum ieiuno vero intestino, continuat̄ ileos, seu gracile, seu longum intestinū: Post illud vero ordinat̄ Monoculus, & dicitur sic, quia nō est foratū, nisi in vna parte eius ad modū saccæ: Cum isto continuatur īmediate Colon, siue globosum intestinū, in quo formātur fęces: & cum illo colon continuatur Longaon, seu rectum intestinū, & recte incedit super quasdā spondyles renum, & fundatur in ano. Et circundant ipsum foramen ani quinq; venę magnę ad modū globi, ad quas hepar & splen potissimū mittunt sanguinē grossum melancholicū: & quum istæ venæ aperiuntur, dicuntur hęmorrhoides, Super isto intestino recto in viro, & versus fęmur, locata est vesica, quæ est vas vrinæ, neruosa, cuius collū tn̄ carnosum est vt plurimum, et habet in se duas tunicas, & sunt in ipsa venæ & arteriæ minutæ, cōtextæ, ex quibus acquirit alimentū & vitā: & transit eius collū super osse fœmoris, & subtiliatur continuatio in exitu eius ad exteriora, & fit via eius in modū venæ magnæ in viro, & intrat cōpositionem virgæ, & transit vsq; ad carnē virgę, sub virga: quā etiam carnem virgæ tūc perforat per mediū, & per illam partē exit vrina. Sunt ergo hominis duo foramina ad minus, vnū per quod expellit̄ vrina, & illud continuat̄ cum collo vesicæ, vt dixi. Aliud vero est foramen, per quod expellitur sperma, & continuatur illud foramen cum vasis spermaticis ad intra:

A Sed fiunt ista duo foramina in carne virgę uersus extra vnum foramen, per qđ natura in somno expellit sperma, & est ab alijs differēs, sed mihi non fuit notū, In vesica aūt mulieris hoc non reperitur, quia valdę curuū est eius vesicæ collum, & eius sperma hac via mouetur etiā, et non expellitur extra, sed ad concauū matricis: & ꝑpter breuitatē eius, natura est potens in expellendo oēm superfluitatem contentā in ea, ex qua posset generari lapis de facili. In fine uero. xij. spondylium costarū, & super primā spondylem renum a latere dextro et sinistro locati sunt duo renes intrinseci et dexter est altior sinistro, a concauitatibus quorū diuidunt̄ duo canales, & descendunt, donec tunicæ exteriori vesicæ inseruntur, & per istas vias & s̄m istum modū transit vrina a renibus ad vesicā: & vocantur istę vię ab authoribus, pori vritides: seu vreteres: Ma-
B nifestum ex his est, ꝙ incessus neruorū venientium a spondylibus renum, & venæ & arteriæ incedunt vt plurimum in uentre & in inguine, secūdum rugationes illorum, & semper hoc bonum est, ut incisiones istorum locorum, & cauteria secundū illas fiant.

*De anathomia anchæ, poplitis, cruris, pedis, digitorum; & membrorum in eis existentium.* Cap. V.

ANcharum ossa sunt duo, unum. s. in parte dextra, aliud in sinistra: & vtrūq; ipsorum in parte ista continuatur cum osse ultimo spinæ, & cōponitur ex tribus partibus, quę sunt similes spōdylibus renū: & in illa parte anchæ est chartilago lata multū, cuius figura facta est ad modū semicirculi, & in alia extremitate, habet manifestam grossitiem, in qua est uacuitas quædā, quæ dicitur piscis anchæ, in qua contiguatur
C uel intrat extremitas ossis rotunda coxæ, quæ dicitur uertebrū & ligatur hic locus ligamētis fortibus insensibilibus: in medio piscidis est qđdā ligamētum, quo mediante ligatur uertebrum cum piscide hac, quod ligamentū quum frangit̄ uel distenditur, qñ os uertebri exit a loco, licet a medico restauret̄, iunctura non durat tn̄ in loco suo, sed resilit, & nō curatur perfecte quin claudicet patiens: & signum malitiam illius ligamenti est, ꝙ qunm uertebrū restauratur perfecte, illa restauratio nō durat nec firmatur, sed semper resilit. Post piscidē ordinatur os coxæ, quod unum est, medullosum, exterius gibbosum, interius cōcauum: cuius extremitas superior piscidē dictam anchæ ingreditur, & est ualde rotunda, et ligatur cum ligamento ut dixi, et ibi reuoluit hora motus cruris, pedis, & coxę. Alia uero extremitas inferior piscidē focilis maioris
D ingredit̄, & ibi cum duobus focilibus cruris cōtiguatur, & ligat̄ fortibus ligamētis insensibilibus: & istud sic est in quolibet nodo, ne ex motu & fricatione, sentirent mēbra aliquod nocumentū: Super hāc iuncturam, quæ est in genu, superponitur os rotundū chartilaginosum, quod dicitur oculus genu, & a qbusdā mola: Sub genu ordinantur focilia cruris, quæ ēt medullosa sunt, & contiguātur s̄m longitudinē suā vsq; ad calcaneū: Maius vero & longius et grossius, uocat̄ focile inferius: minus uero & subtilius, & magis curtum, uocatur focile superius: & est id quod facit schinam cruris & in fine suo ipsa duo oīa habent additamenta duo in parte inferiori, & contiguant̄ cum osse calcanei, cui coniungit̄ os, quod uocatur cauicula: ex parte uero inferiori cōiungitur os quod uocat̄ carib: quibus ossibus, uel ossi calcanei, cauiculæ & caib, ra-

ſeta pedis coniungitur: quę ſecundum aliquos ex tribus oſſibus cōponitur, & ſecundū quoſdam ex quatuor, qđ verius eſt. Raſetæ autē continuatur pecten, q̄ ex quinq; oſſibus cōponitur, quibus oſſibus et pectini pedis cōtinuātur oſſa digitorū pedis numero. xiiij. quia in omni digito pedis ſunt tria oſſa, pręterq̄ in pollice. in quo non ſunt niſi duo, eo ꝙ non indiget motu magno, nec eſt neceſſariū propter figurā digitorum quū plicantur, quia tales digiti talē figurā nō reqrūt, nec flexurā, ſed in pollice magis fuit neceſſarium, & propter hoc pollex nō habuit tria oſſa. Sunt ergo vt apparet oſſa totius pedis cū ancha ab vna pte. xxxi. A foraminibus. v. ſpōdyliū, & a foramine vltimo vltimi oſſis diuidūtur nerui qui ramificantur, & veniūt per partē poſteriorem ad anchā: ſm quandā longitudinē, & dant illis locis ſenſum & motū, & miſcentur cum ligamentis & carne, & fit poſt illū locum in coxa muſculus magnus, qui ſpargitur quaſi per totā coxam, a quo diuiduntur ab vtraq; extremitate chordę mouentes partes inferiores & ſuperiores, & ſpecialiter genu & crus: & manifeſtantur duæ magnæ chordæ ſub genu retrahendo & extendendo omnes iſtos neruos cū muſculis & ligamentis, ſm longitudinem cruris. Fiunt etiā ex ramis iſtorū neruorū uenientium a foraminibus ſpondyliū renū, et ab vltimo oſſe muſculi magni & parui in crure, ab extremitatibus quorū naſcuntur chordæ, quæ mouent mēbra ſuperiora & inferiora, genu, pedem, & digitos, & fiunt in genu in fontibus ipſius, & in ſchena cruris quædā neruorū cōpoſitiones & muſculorū, nobiles per naturam: qui nerui et muſculi propter ipſorum infiltrationē quum uulnerantur vel punguntur, portant ipſorū nocumētum ad radices & dolorē grandē, taliter & tali modo ꝙ medicus quantūcunq; prudens, per nullū ingeniū eius, remediū aliquod exhibere poteſt, qui moriatur infirmus ille: & propter hæc vulnera iſtorū locorum valde timoroſa ſunt, ex ramis venarū et arteriarū deſcendentiū a renibus, q̄ rami ſeparātur ex ramo maiore venæ, quæ habet ortū ab hepate, & rami arteriarū ſeparantur ex arterijs veniētibus ex ramo maiori anchæ dextræ ipſius corporis ad diaphragma: & ex diaphragmate deſcendūt per dorſum, & miſcētur contiguatiue cū muſculis et neruis per longū vſq; ad extremitatē digitorū: & ex omnibus iſtis fit ꝙ pellis membrorum exterior, & nutritur & viuificatur: Apparet ergo manifeſte, quomodo inciſiones iſtorū locorum fieri debent ſm longitudinē coſtarum et curuationes, & quomō ſuper anchā & ſpondyles renum ſecundū longitudinē incidi debēt, & nō ſecundū longitudinē totius corporis. Et cauteria iſtorū locorum eodē mō ſecundū iſtos inceſſus in mēbris fieri debent.

Explicit liber quartus de anatomia.

E

# LIBER QVINTVS DE cauterijs, ſecundū ꝙ in membris fieri poſſunt, et de formis inſtrumentorū ipſorum, et de medicinis neceſſarijs ad hanc artē et vtilibus penes vnāquāq; operationem.



G

## De cauterijs. Cap. primū.

CAuterium ergo eſt remediū nobile iuuans ad alterādum diſpoſitionem membri, cuius complexionē volumus rectificare, & ad reſoluendū materias corruptas in membris contentas: et ad cōſtringendū ſanguinis fluxum: Dubiū eſt propter iſtam diffinitionē, vtrum cauteriū foret vtile in alteratiōe cuiuslibet complexionis mēbri et quomōlibet. Sed videt̄ manifeſte ꝙ cōferat ex ſui natura multum, in complexione frigida & humida cum materia & abſq; materia. Nā ex contrarietate quā habet cauterium ratione ignis cū materia frigida, reſoluit illam: & per contrarietatem etiā quam habet cum complexione frigida & humida ſimul, ſine materia, eas alterat in contrarium, quæ eſt cura directa ipſarum, cum omnis cura commode fiat per contrarium ſuum. iij. techni, &. iiij. primi. In complexione autem calida ſine materia, & ſicca ſine materia, & in complexione calida & calidi ſimul ſine materia, non videtur conferre, licet ſimplicitate ſuæ bonæ actionis nō noceat, ſed caliditate ſua actuali, & ſiccitate ſua finali prohibitum eſt, vt non fiat nec in ſicca complexione ſimplici īmateriali ſit, nec calida & ſic īmateriali: Sed quando eſt talis cōplexio materialis, tunc prius facta mundificatione corporis quandoq; materia illa, tenens & cōſeruās ac fouens illā complexionē calidam & ſiccam in eſſe nō reſoluitur alio modo, tunc non prohibetur adhiberi cauterium. Nā cauterium ſimplicitate bonitatis ſuæ actionis, omnē materiam in mēbris contentam, abſq; lęſione reſoluit, qua reſoluta, remouetur et

H

cōplexio

cõplexio ista calida aut frigida, quę a materia illa foue
batur, & in esse tenebatur, & nõ est hic impugnandũ
de contrario, aut de cura per cõtrarium facienda. Ac
cidit enim in hoc casu, sicut accidit in curatione tertia
næ cum scamonea, quia per remotionẽ materiæ con-
similis, remouetur dispositio quæ ab illa materia tene
batur in esse. Et appellatur hic modus curatiõis per cõ
trarium: nam si pręsentia alicuius materiæ facit, seu fo
uet dispositionẽ in esse, tunc remotio eiusdẽ erit causa
destructionis illius dispositionis: & sic dicitur iste mo
dus fieri per cõtrarium. Et habet locũ specialiter istud
in cauterio quod fit cum igne. Cauterium uero potẽ-
tiale, seu quod fit cum medicinis, nullo modo est cõ-
ueniens, nisi in materia frigida, & in cõplexione frigi-
da valde humida, quia cauterium cũ medicina, ratiõe
suæ effectiuę cõplexionis, formã, ac membri comple-
xionem destruit & compositionẽ, nisi forte contrariũ
inueniat, vt frigidũ impressum ac intensum in corpo
re humido cum materia frigida. In calido uero actua-
li. s. cum igne, nõ habet illud locum, quia cauteriũ ta-
le nõ habet in se de compositione, nisi quod ei conue-
nit ex natura, vel figura instrumẽti. Ignis vero quum
medicus solers cum eo discrete operatur, nisi simplici
ter caliditatem, vel siccitatem nõ infert: & ideo com-
plexionẽ membri nõ lędit vllo modo. Apparet ergo
ꝙ per hoc maxime, cauterium quando fieri potest cũ
medicina, & ꝙ vt plurimũ fieri debet cum igne: nam
cauterium cum medicina certe nõ debet fieri securæ,
nisi in corpore humido & frigido, & in quo materia
frigida abundat & humida: & fieri debet etiã speciali-
ter tempore frigido, & in loco & in mẽbro remoto a
principalibus saltẽ. s. a corde, & cerebro, & fieri debet
in corpore robusto potissimum, & virili. In cauterio
autem cum igne nõ attenduntur saltẽ ita intense, quia
bonitate sua & simplicitate potest omni tẽpore fieri,
& in omni ætate & complexione cum materia et sine
materia, præter quas superius excepimus. Perit ergo
ratio hic dicentium ꝙ cauterium fieri debet nisi in ve
re, eo ꝙ, dicũt ipsi, natura excitat, mouet humores ad
extra fluere, & adiuuat cauterium in sua operatione.
Nam cum omnes ægritudines etiã cum materia om-
nibus temporibus fieri, videtur ꝙ bonitate sua narra
ta ac determinata possit omnibus tẽporibus fieri, cũ
iuuamento corporis, & sine læsione. Scire etiã te vo-
lo ꝙ cauterium nullo modo fieri debet, nisi post cor-
poris mundificationẽ, aut mundificationes, secundũ
ꝙ corpus repletum fuerit. Facio te etiã scire ꝙ caute-
rium cum auro, melius, nobilius ac æqualius est omni
alio. Post illud est cauterium de argẽto & auricalcho.
Post illud est de ferro: sed quia securius est operari cũ
cauterio ex ferro, ipsum laudatũ est supra omnia cau-
teria, eo ꝙ medicus melius metiri potest in impressio-
ne ignis in instrumento ferreo, q̃ in alio. Nã si alia in-
strumenta tandiu dimittantur in igne ꝙ videantur al
bescere in igne, propriam amittent figuram & formã
artificiose eis datã; quod non contingit certe in ferro
propter sui duritiem constantem, cõparatione ad te-
neritatem aliorum metallorũ: & sic medicus delude-
tur in operatione quã intendebat. Sed si parum uolue
ris imprimere de igne in instrumẽtis alijs a ferro, non
apparebit eorũ incessio sufficiens propter calorẽ illo-
rum metallorũ, & propter teneritatem cõpositionis
eorum, & sic non apparebit tibi quantitas calefactio-
nis sufficiens instrumẽti illius: qui defectus in ferro nõ

A inuenitur propter bonitatẽ substantiæ eius respectu
ignis: et sic ob istas causas eligitur cõmuniter inter alia
cauteria, ferreum, licet in casibus specialibus cauteria
aurea, argẽtea, uel auricalchea eligantur, sicut in caute
rizatione palpebrarum oculorũ inuersatarum, & no
dis istarum, & alibi in casibus consimilibus, & hoc est
quia minus recipiunt de igne & eius incisione: & in il-
lo casu & consimilibus, melius est iterata operatio, q̃
vnica complere quod intenditur, & hoc propter no-
bilitatẽ, et loci tenereitatẽ. Conueniunt in hoc antiqui
intelligentes virtutẽ huius operationis, ꝙ a prima die
cauterizationis, vsq; ad escharæ remotionẽ super lo-
co vsto ex cauterio, res unctuosa aliqua vt butyrum
axungia, medullæ, & huiusmodi pinguia, seu olea sal
tem ponantur. Remota eschara non fiat aliqua violẽ-
tia vulneri, nec cum mundificatiuis, nec cũ alia re con
B solidãte, nec incarnante, sed solum cum pila cęræ, aut
grano fabæ, vel lentis, vel cicerellæ, aut his prohiben
tibus sigillationem, sed dimittatur illud vulnus con-
solidari paulatim, sine alicuius consolidatiui applica-
tione vt dixi, & consilio meo sine pila cerea, aut faba
aut lente dictis. Nam tale cauterium sui ignitate & ca-
lore a principio alterat compositionem, & sufficiẽter
omnẽ resoluit materiam resoluendã. Sed si per annũ,
uel per aliud tempus longum dimittatur, sicut in prin
cipio apertum, purgat tunc & resoluit materiam om
nem frigidã, & etiam quãcunq; materiam ad locũ &
materiã repertam in loco ita in fine retrhait materia et
dolores recidiuat in loco, quod inconueniens est ma-
lũ. Moderni uero cõmuniter & quidã antiqui, faciunt
violentiam vulneri cauterij, post remotionem, escha
rę. Ponunt etiam vt dixi supra pilam ceream vel stup
C peam, seu fabam, et sic tenent ipsum vulnus apertum
per longum tempus, quia per annum etc. Et tunc pro
certo, talis modus ad malum finem ducit, & ad re-
cidiuationem doloris, quia post resolutionem mate-
riæ in loco illo contentæ, cuius gratia factum fuit cau
terium, tunc cauterium ex vsu suæ mundificationis,
respectu materiei quæ erat in loco consumendæ, pur,
ad hoc trahit aliam materiam, saltem habilem tractui
& cursui scilicet calidam, eo ꝙ iam consumpta est uir
tus quam contraxerat ab igne, propter temporis lon
gitudinẽ, cum qua virtute alterabat frigidum, et illud
resoluebat. Ex quibus apparet ꝙ cauterium resoluit
oẽm habilẽ materiã. In fine vero nullã, qa virtus eius
consumpta est: sed magis habilẽ fluxui trahit, et pur-
gat, sicut calidam. Ex quo concludo ꝙ nõ est conue-
niẽs nec artificiosum, nec pro infirmis vtile, ꝙ aliqua
D violentia fiat uulneri ex isto cauterio facto post remo
tionem escharæ, vt diutius apertum permaneat vul-
nus, nisi quãdo fiat in mẽbro valde carnoso et spisso,
cuius materia est valde ꝓfunda, grossa, et infiltrata, ut
in sciatica, melancholia, paralysi, & similibus, ut ex di
ctis colligitur etc.

*De formis instrumentorum cauteriorum, & locis in quibus cauteria fieri possunt.* *Cap. II.*

INstrumentorum formæ cum quibus fiunt caute-
ria, diuersificantur penes varias operationũ me-
dicorum intentiones, & penes varias formas, & com
positiones membrorum, in quibus intendunt me-
dici operari: & quia antiqui diffuse loquuti fuerunt
de istis instrumentis, & ea secundum diuersas formas
in numero multiplicarunt, ideo videtur mihi pro-

pter melius, vt ipsa omnia instrumenta ad. vi. reducã figuras & formas, quia cũ illis oĩa cauteria ad infirmitates mẽbrorꝝ quascũq; vtilia cõmode fieri poterũt.

Quorum instrumentorꝝ primum est oliuare seu cultellare, quod est valde cõmune instrumentum omnibus membris, cuius forma & figura est hæc. A.

Secundum, est cauteriũ clauale, quod est satis cõe ad adustiones paruas faciendas vbicunq;, sed saltem in membris minutis & paruis, cuius forma est hęc. B.

Tertium est cauterium punctuale, quod est cõmune instrumentum ad adustiones paruas faciendas, cuius hæc est figura. C.

Quartum, est cauterium rotundum, quod est cõmune cauterium, ne impressiones profundentur in mẽbro, & neruos lædat & arterias, & venas, cuius forma est hæc. D.


Quintum, est cauterium minutum, seu radiale, q̃d est cõe cauteriũ pueris, cuius forma et figura hęc est. E.

Sextum, est cauteriũ triangulatum, q̃d est ꝓprium ancharꝝ cauteriũ, & põt fieri quum indigebis multiplicatione ꝑforationis in loco, cuius forma est hęc, F.

A




B




C



D



E



F



Sciendum est, quod omnis locus, in quo fit dolor, & nõ resoluatur beneficio purgationum, videlicet per vnctiones seu emplastrationes, potest secure cauterizari: & si locus dolorosus fuerit neruosus, vt est genu aut cubitus vel spina, nõ perforetur ibi cum cauterio spissitudo totalis ipsius cutis, ne neruus seu arteria, aut radix neruorꝝ aliqua lædatur: Sed hac considera-


E tione cautela & aduertentia habita per medicũ solertem, secure omnis locus cauterizetur in spiritualibus infirmitatibus, ſm ꝙ eis cõpetit, sicut in dolore capitis saltẽ materiali fit oliuare seu cultellare cauterium in loco capitis, in quo terminatur digitus medius manus, q̃n radix palmę manus ponitur sub radice nasi, & extendit digitus sursum super fronte: & debet imprimi istud cauteriũ vsq; per totam spissitudinem cutis, vt locus bene comburatur, & vt ignis caliditas & virtus possit vsq; ad profundũ pertransire & sub craneo, & cõfert istud cauteriũ ad coryzam & ad catarrhum, & ad multiplicationẽ & humiditatem abundãtem in cerebro, & ad dolorem dentium & oculorũ, & breuiter ad cõem ægritudinem, quæ accidit potissimum cerebro propter frigiditatẽ & humiditatẽ eius, sicut paralysis, apoplexia, lethargus, scotomia & hu-
F iusmodi: fiunt ẽt cauteria ex eodẽ cauterio, & in eisdẽ infirmitatibus, q̃n primum cauteriũ non confert sup duo cornua capitis in occipitio, & super duo cornua anteriora, & in illa parte capitis posteriori, vbi nuca oritur: Sed attende ꝙ in isto loco, cauteriũ profunde imprimi non debet, ne nucæ in partibus neruosis ibi existentibus, & per cõsequens toti corpori nocumẽtum grande inferatur, & debet esse tale cauteriũ institutum rotundũ ad modum sigilli, aut bulli: fiunt etiã cauteria cum instrõ punctali extra radices aurium, in doloribus acutis illarꝝ partium: & fiunt ẽt cauteria cum cauterio minuto uel radiali in palpebris oculorum, quum mollificant̃ ex humido superfluo, immo in illo profunde imprimitur cauteriũ huius loci: fiunt ẽt cauteria duo cõsimilia ex vtraq; parte colli dextra & sinistra, unũquodq; inter neruos colli & aurem, &
G euitantur ex toto ibi venæ & arteriæ ibi manifestæ et apparentes, & potissimum illa propter lachrymas & alias ægritudines humidas materiales oculorꝝ, & propter paralysim ex vitio nucæ factã, et eius ortus potissime: fiunt ẽt cum instrõ cultellari, vel clauali, q̃d melius est: In titilico uero cum cauterio punctali, fit cauterium punctale vnum propter dolorẽ humeri: cum cauterio rotundo, fiunt cauteria in spina, quæ nõ imprimunt̃ propter multitudinẽ neruorum: & fit illud propter gibbositatem & dolores spinæ, vel renum: Cum cauterio ẽt rotundo fiunt tria cauteria in pectore, & specialiter in asthmate, & empymate, & hmõi: Et sub vmbilico in ore stomachi fiunt cauteria cum cauterio clauali, & imprimitur mõ medio. Ad hydropisim & colicam, & super hepar et splene, fiunt cauteria claualia & oliuaria, propter oppilationes & eorũ
H dolores: In inguine vero fiunt cauteria minuta ꝓpter dolores vesicæ, & propter colicã, & super caudam cum eodẽ instrõ, vel clauali, propter dolorẽ illius loci: Super ancha vero fiunt cauteria tria circa nocumẽtum eius, cum instrõ tertio: & possunt ex lateribus fieri duo cauteria cum oliuari in eodẽ loco, propter eandem causam: fiunt sub genu & in concauitate eius inter illas duas chordas cauteria rotunda siue clauata, ꝓpter dolorẽ genu, ex materia ibi præsenti, aut ꝓpter cõplexionem frigidã. In planitie vero pedis inter auricularem digitum et anularem, aut inter pollicem & indicẽ pedis fiunt, propter dolorem materialẽ & propter podagrã saltem frigidã, cauteria punctualia seu minuta, & aliq̃n cultellaria, ſm ꝙ infirmus fuerit fortis aut debilis, aut patiens vel impatiẽs: & fiunt huiusmodi cauteria per eandẽ causam in loco domestico, & syluestri

& syluestri pedis in concauitatibus duabus sub caui- A culis pedis. Et ista breuiter sunt membra, quibus com muniter & vsualiter, possunt secure cauteria ob varias passiones applicari: & ego meo tempore aliqua ex dictis cauterijs operatus sum. Notandum tamen est hic, ꝙ cauterium nō appellatur vltima medicina, eo ꝙ vltimo fieri debet: sed quia non debet fieri, nisi post alias medicinas, scilicet, post vniuersalem purga tionem corporis & vnctiones communes, & emplastra, & huiusmodi: & si tunc cauterium non remouet ex toto ęgritudinem, iterum debent purgationes cor poris vniuersales, vnctiones, emplastratiōes, & huius modi alia iterari: & iterum cauterium si expediat renouari, donec cum medicinis & cauterio tota remoueatur ægritudo illa, & nullum vestigium de ipsa remaneat, si possibile sit. Et etiam in istis cauterijs tota in tentio medici sit, euitare neruos, uenas et arterias, quū B locus cauterizatur, ne contractio superueniat neruo, propter exiccationem eius ex caliditate cauterij indu ctam, aut hæmorrhosagiam, seu fluxum sanguinis uenalis vel arterialis, qui non stringitur faciliter, nisi aliquo modorum quatuor, aut scilicet per extractionē venæ & eius ligationem: aut per appositionem medi cinarum constrictiuarum frigidarum: aut per appositionem medicinarum calidarum vstiuarū, sicut est calx, vitreolum, cinis feruens, & huiusmodi: aut per adustionem inductā ex cauterio aliquo, iterato multoties super loco, secundū ꝙ in fluxu sanguinis determinauimus, lib. ij. Et quia cauteria cum medicinis vt notum est fieri possunt, ideo conueniens est vt fiāt sic faciliter. Accipiatur vnus dens allij, & mūdetur a cor ticibus superioribus ita vt excorietur in substātia sua, & aliquid de ipsa remoueatur a qualibet extremitate, C & tunc pellis membri in loco cauterizando scindatur, & tunc in scissura illa iste dens allij sepeliatur, & firmetur bene cum plumaceolis & stuppis, et fascia, et dimittatur sic vsq; ad diem vnam, aut mediam: et tūc remoueatur eschara, & ꝓcedatur in illo loco, cui mor dicatio est inducta per allium, cū butyro vel alio vnctuoso: qua remota deinde procedatur vt dixi de cau terio cum igne supra. Præter illa ergo contingit scire ꝙ possunt fieri illa cauteria in spiritualibus membris cum instrumentis proprijs, quæ cauteria sunt media inter cauteria facta cum ferro, & facta cum medicina, quę non inflāmantur in igne, sicut cauteria ferrea, nec inferunt in complexione membri in spissitudine substantiæ eius, sicut cauteria medicinalia: & ista sunt cau teria argentea & aurea, quæ fiunt in membris vbi ca- dit timor propter cauterium: & ista cauteria sunt vti- D lia in inuersatione palpebrarum, et in oppilatione au rium: & nominantur illa cauteria a formis suis diuersimode, sicut & alia: vt cauterium aureum vel argenteum, cum quo cauterizantur palpebræ, quum inuer santur, nominatur linguale, cuius forma est hæc. A

Cauterium aureum vel argenteum cum quo cauterizantur oppilationes aurium, & carnositates ipsarum, & narium, vocatur acutum, & eius forma est hæc. B

Et nota diligenter ꝙ istud cauterium intromittitur aliquando in canna lignea aut huiusmodi, hora cauterizationis, ne instrumentum ignitum parietibus mē bri offendat.

A



B



*De medicinis repercussiuis, & membrorum confortatiuis.* Cap. III.

HVjusmodi repercussiuorum, & membrorum confortatiuorum ergo, quędam sunt calida, & quędā frigida: calida sunt illa quę membris frigidis cō ueniunt & humidis potissime in principio. Frigida uero illa sunt, quæ cōueniunt membris calidis in principio, et omni cursui humorū de membro in membrū. Calida autē repercussiua, quædam sunt simplicia, & quędam cōposita. Simplicia sunt aqua absynthij, eius herba, & eius succus, & fumus terræ, & marubium et pilium montanū & origanum, & calamētū, et huiusmodi, & breuiter omnis herba, in qua est amaritudo cum caliditate non superflua. De gūmis myrrha, thuris, mastiche & huiusmodi. De oleis, est oleum de absynthio, de spica, de mastiche, de anetho, & huiusmodi. De farinis farina lupinorum & huiusmodi. Cōposita vero calida repercussiua sunt emplastra talia. Re. succi absyn. vnc. iij. olei mastiches, vnc. ij. myrrhæ, vnc. i. fa. lupino. quantū suffi. ad spissandū, et fiat emplastrum, & loco calidū superponatur. Aliud, Re. po lij, uel stœchados, aut marubij, aut huiusmodi lib. 5. pi stētur optime: deīde. Re. olei absyn. mastic. ana vnc. ij. aceti aut lixiuij, vnc. iij. myrrhæ, vnc. i. fa. lupin. quan tum suffi. ad inspissandum, misce & simul bulliant ad ignem vsq; ad spissationē debitā, non multam, & calidū super loco ponatur. Hæc enim emplastra et simi lia, habēt calefacere, & subtiliare, & exiccare suauiter omnem materiā frigidam & humidā, & etiam membrum per se frigidū, calefaciendo cōfortare, vt nō recipiat, & materiā consumere receptā: & illud faciunt caliditate sua, & cōplexione cōuenienti, acquisita ex suis simplicibus: & eorum simplicia, cum sint styptica, confortant membrū debile, rarificatū & relaxatū, ipsum constringendo et vniendo: et sic firmant locū, ne sic faciliter superfluitates aliunde veniētes recipiāt, nec in eo incurrant: & ꝓpter hoc in apostematiōibus frigidis, sunt valdæ vtilia, & cōuenientia, & hoc maxime si purgatio aliqua vniuersalis ad materiam frigi dā cōueniens pręcedat, sicut sunt pilulæ fœtidæ maio res, vel de hermodactyl. maiores, vel trochiscus de turbit & hermodactyl. Si autem purgatio fiat ut contingit, & emplastra ista super loco ponantur, vt contingit de doloroso vel apostemoso. s. a causa frigida vt dixi: tunc certe, aut diminuet infirmitatē ꝙ nō augmentabitur multū, aut ex toto illā destruet, & consumet, ita ꝙ in loco illo nō multum manebit.

Pilulæ ergo fœtidæ maiores, cōferunt ad dolorem nodorum & dorsi, & resoluunt omnem materiam frigidam & viscosam, & delent colicam, & non permittunt apostema frigidum generari, aut augmētari

quando dantur in principio, quæ sic fiunt. Reci. bdellij, serapini, ammoniaci, opopanacis, sem. cicutæ, pulpæ colocynthidos, aloes succutrensis, epithymi, ana drach. v. scāmoneæ drac. iii. cinnamomi, spicæ, mastiches, gariophyl. galangę, ana drac. i. croci, castorij ana vnc. 5. euphorbij scrup. i. infundantur omnes gũmæ in aqua porri, vt liquefiant bene, deinde dissoluantur ad ignem, & massellentur bene in mortario cũ pistello, & cum antedictis alijs puluerizatis subtilissime cribellentur, admisceantur, & incorporentur simul, & fiant pilulę ad formã ciceris: dosis drac. i. aut drac. i. 5. aut drac. ij. sero dum itur dormitũ, sine cœna aliqua.

Pilulæ hermodactyl. quæ valent etiã ad omne frigidum apostema, & dolores iuncturarũ, & articulorũ, & ad cursum materiæ frigidæ, de membro ad membrum, sic fiunt. Reci. hermodactyl. satyrion, senę, ana drac. v. hierę picrę specierum drach. x. cassiæ, zinzib. sinapi, piperis, castorei, ana drach. i. fiant pilulæ ad formam ciceris cum succo caulium, vel porrorũ, secundum modum prius dictum, dosis sit drac. i. aut. i. 5.

Puluis autẽ hieræ picrę qui intrat istarum pillularũ compositionem sit iste. Reci. pulueris rof. rubearum, spicæ, mastiches, xylobalsami, carpobalsami, cinnamomi, cassiæ ligneæ, assari, ana, drac. v. aloes succotrini, ad duplum omnium, terantur, & seruentur.

Trochiscus conueniens ad remouendum dolores membrorũ ex materia frigida, & ad minuendũ apostemata, & specialiter scrophulas, et œdemata. Recipe diazinzib. drac. i. pulueris turbith albi, bene mundati & gũmosi, drac. i. & scrup. i. hermodactyl. drac. i. potest commode addi aliqũ in aliquibus hoĩbus grana ij. vel. iij. vel. iiij. diagridi in isto trochisco, & erit tum maioris & fortioris operationis, incorporetur simul cum aliquantulo syrupi, aut mellis rof. colati, aut huiusmodi, & formentur trochisci.

Diazinzib. vero quod intrat huius trochisci cõpositionem, sic fit. Recip. zinzib. vnc. i. liquiritiæ vnc. ij. meligalatarum, gariophyl. cardamomi, nucis musca. galangæ, cinnamomi, ana scrup. ij. fiat situs cum zuccharo taberzet.

Repercussiua frigida, et confortatiua membrorum sua frigiditate & stypticitate, constringendo & inspissando mẽbrũ, ne recipiat mẽbri cõplexionẽ calidã, retinẽdo ne humores attrahat supfluos, sunt solathrũ semperuiua, portulaca, plãtago, acetosa, virga pastoris, rosa, myrtus, corna, &c. & istorũ succi, & semina.

De oleis, oleum rof. oleum de myrto, oleum de citonijs, oleum de gallis, de gũmis, sang. drac. gum. ara. draganthi, & huiusmodi.

De lignis sandali omnes, camphora, & huiusmodi.

De farinis, hordei, fari. milij, siliginis, auenæ, lentiũ, & huiusmodi.

De venis terrę, bolus arm. gypsum, terra sigil. plũbum, cerussa, & omne lutum, cuiuscunq; sit generis, albu. etiam oui, aqua rof. acetum, & huiusmodi: oĩa ista sunt simplicia repercussiua, & alia multa eis siĩia.

Composita vero, sunt vnguenta, fomentationes, & huiusmodi, quæ fiunt ex antedictis, & eis consimilibus, verbi gratia, repercussiuũ bonum & cõmune. Recipe bo. ar. myrti, ana vnc. 5. olei rosa. vnc. ij. aceti vnc. 5. misce, & incorpora: ponitur circa vulnera & apostemata, & circa erysipelas, & herpestiomenum, & similia: Et si indiges fortiori repercussione, adde antedictis, succos herbarum supradictarum.

E Emplastrum repercussiuum proprie, & ponitur super apostemata calida in principio, & super cor in passionibus venenosis, ad defendendum cor sua frigiditate & stypticitate. Reci. sandalorum rubeorũ vnc. i. camphorę drac. ij. solathri, semperuiuæ ana manip. i. pistentur pistãda, & incorporentur cum vnc. ij. aquę solathri, & vnc. ij. aquę rosa. & de isto ponatur super vulnere sępe in die, ne apostemetur: et apostemata calida in principio, excepto q in apostematibus venenosis debet poni circa ipsa solummodo, et non supra in apostematibus alijs & doloribus a causa calida inflãmante & circa locum, & supra ponatur. Attendendum est, q ista habent virtutem post sanguinis minorationem cum phlebotomia partis contrariæ parti læsæ, aut ventosationẽ, vel clystere.

Clysteria ergo sic fiant. Reci. aquæ decoctionis mal-
F uarum, hordei, violarum lib. 5. olei viol. vnc. iij. reubarb. drac. i. cassiæ tractæ, zucchari ru. ana vnc. 5. mellis rosa. colati bene, & fac ęnema. Aliud. Recipe electuarii de succo rosa. simplicis vnc. i. zucchari violati vnc. ii. aquę decoctionis senę, epithymi, cap. ven. scocuscutæ, violarũ, hordei, maluarum lib. 5. olei viola. olei nenuf. ana vnc. i. 5. salis cõis vnc. 5. misce & cola, & fac clystere vt prius: Omnia clysteria huiusmodi, purgant cholerã adustã, & non adustam, venenosam etiam materiam conducunt ad intestina: stomachum etiam ab omnibus superfluitatibus mundant.

Medicina mũdificatiua in istis casibus sumẽda per os sic fit. Rec. reubarb. drac. ij. vel. i. et cribelletur non multum subtiliter, & misce cum drac. ij. syrupi rof. & vnc. 5. mellis ro. & cum scrup. 5 spicæ puluerizatę, & decoctioni polypodij & epithymi, & cap. ven. aut cũ
G aqua endiuię sumatur. Aliud. Reci. tamarindorum vnc. i. mãnæ, cassiæ tractæ vnc. 5. dissoluãtur hæc omnia cum vnc. vi. aquarum dictarũ, & dẽtur hora iam dicta: Ista omnia choleram, & adustos humores euacuãt, & phlegma salsum, & breuiter omnem materiã quam in stomacho inuenires, & facilis educationis, et sine periculo, & violentia patientis omni tempore, et omni sexui secure exhiberi possunt.

## *De medicinis resolutiuis & digestiuis apostematum & humorum in membris collectorum.* Cap. IIII.

TAles medicinæ in modum emplastri, aliquando in modum vnguenti, aliquando in modũ olei, aliquãdo in modum cataplasmatis, et fomentationis, aut embrochationis conficiuntur: verbi gratia.

Emplastrum resolutiuum apostematũ calidorum
H post ipsorum digestionẽ & maturationẽ, doloris etiã mitigatiuum sit hoc. Reci. flo. chamom. semi. anethi, puluerizatorũ, ana vnc. ij. far. fœ. grę. se. lini, far. hor. ana vnc. iii. olei anethi, chamom. liliorum, ana vnc. i. misce omnia cum sufficienti quãtitate aquæ decoctionis althęę, aut sem. anethi, origani, calamenti, pulegij, & chamom. & bulliant vsq; ad spissitudinẽ & formã emplastri. Istud enim emplastrũ vt supra dixi, resoluit apostema calidũ pro parte facta prius repercussione cum aliquo repercussiuorum dictorum: maturat etiam, & mollificat materiei residuũ quod resolui nõ potest, sed sanationi apertum resistit & maturationi. Aliud ad idem. Reci. sem. fenic. anethi, chartami, flo. chamom. oĩum puluerizatorum, ana vnc. ij. fa. lupino. fa. fœ. græ. fa. sem. lini, ana vnc. i. 5. olei lil. alb. olei anethi, ana vnc. i. pingued. gallinæ, butyri, ana vnc. 5.

fac

fac emplastrum cum aqua decoctionis rutae, seminis cymini, maluarum, sem. chamomillae, & origani, quātitate sufficienti, & cum modico aceti: idem enim operatur vt primum, & adhuc fortius eo.

Emplastrum maturatiuum etiā apostematū calidorum, Re. radicis maluarum mundatarum lib. 5. axungię porci, vel butyri vnc. iij. far. fœ. gręci, sem. lini, turis, hor. ana vnc. i. mellis ros. ana vnc. 5. aquę decoctionis quātum sufficit, althææ dictæ, olei chamomil. olei anethi, ana vnc. i. fac emplastrum.

Aliud ad idem, Reci. cæpas cōes coctas, aut capita alliorum numero. iij. uitel. ouorum, similiter coctorum numero. iij. mundentur oīa, & simul pistentur optime, cum eis addantur axungiæ porci vnc. ij. fa. fœ. græci, sem. lini, turis, hor. ana vnc. i. olei chamo. lil. alb. ana vnc. i. 5. aquæ decoctionis maluæ, absynthij, ficuum siccarum, quātum suff. Aliud cōe, Rec. fa. frumenti vnc. iij. olei cōis vnc. ij. aquæ decoctionis antedictæ, quātum suf. croci modicum, & fiat emplastrum: maturat enim apostemata calida post applicationem repercussiuorum frigidorum.

Oleum resolutiuū, quod dicitur oleum de anetho, sic fit, Rec. olei cōis lib. i. sem. anethi vnc. i. aut. ij. modicum cōtusi, misce in uase uitreo, obturato orificio. & dimitte ad solem per mensem unum, & melius potest in mense Iulij, quam alio mense.

Aliud oleum, & dr̄ oleū de chamom. Rec. flo. chamom. exiccator. in umbra, sem. fœ. gręci, ana. vnc. ii. olei cōis lib. ij. & fac vt prius: his etiam oībus addere potes alia fortius resolutiua, ut sem. rutę, fœniculum, anisum, cartamū, carmingellam, cardamomum, calamentum, origanum, pulegium, & huiusmodi.

Vnguentum resolutiuum maturatiuum. Reci. olei anethi, aut chamomillæ vnc. iii. ceræ vnc. 5. fa. fœ. gręci, sem. lini, ana vnc. 5. ad ignem simul dissoluātur & colentur, per se tamen, & usui seruentur: dissoluit enī & maturat, absq; abtractione aliqua.

Aliud ad idem. Re. olei de lilio vnc. iij. ceræ vnc. 5. semi. althææ, semi. maluæ pistatorum grosso modo, misce & parum bulliant ad ignem, & colentur stamine, & fac unguentum, quo ungas apostemata calida resoluenda, & maturanda.

Aliud oleum ad idem, & dicitur oleum de spica, Rec. calamenti, origani, ciperi, granorum lauri, xylobalsami, folij, spicæ, enulæ, saluiæ, sansuci, squinanti, cordumeni, ana vnc. ij. olei cōis lib. vi. uini potentis aromatici, aquæ cōis, ana lib. 5. contundantur oīa, & ponātur in uino, aqua, & oleo antedictis in vase uitreo obstruso orificio: & illud uas uitreū ponatur in lebete magno pleno aqua & dimittat̄ bullire in ista aqua sic bulliente ad ignem, usq; ad uini cōsumptionem, et aquæ exterminationē, & tunc tollatur ab igne, & reponatur cum sua fęce, & usui reseruetur, ualet etiā ad resoluendum apostemata frigida.

Emplastrum resolutiuū & exiccatiuum, ac ēt partim mollificatiuum humorum frigidorum & apostematum, & ualet ad scroffularum resolutionem mirabiliter. Rec. lithargyri vnc. iiij. mucillaginis althææ, mucillaginis semi. lini, fœnu græci, ana vnc. i. 5. olei cōis lib. i. medullarū crurium uituli, pingued. renum castrati, ana vnc. iij. fiat sic, ponatur primo, oleum cum lithargyro in cazola ad ignē, & bulliat simul continuo agitando cum spathula, ne lithargyrus sua grauitate ad fundū descendens cōburatur, tādiu, donec lithargy-

A rus sit a grauitate bene dissolutus, quod scies per guttam superpositā ferro, & ēt cum digito palpando: deinde depone ab igne, & adde mucillagines, & fac iterum bulliant parū donec bene incorporent̄: deinde his adde pinguedines, & tūc oīa bene cum spathula cōducas, donec bene incorporata sint, & quū infrigidata fuerint fac magdaleones, & usui serua vt dixi. ē.

Aliud ad idem, & uocat̄ oleum de costo, & sic fit. Reci. costi vnc. i. piperis, pyrethri, euphorbij, ana tertiam partē unius, castorei vnc. 5. terantur & dissoluātur in lib. ij. olei de lilio, & de spica: loca dicta, isto vngātur copiose: Istud enim oleum resoluit humores frigidos, & apostema frigidum consumit, confortat neruos infrigidatos.

Ad idem. Rec. bdellij. serapini, ammoniaci, galbani, ana vnc. 5. terebinthinæ vnc. iij. mollificentur gu-
B me in aceto per noctem unam, deinde bene dissoluātur ad ignē in cazola, & colentur, & tunc misceantur ad ignē, & quum bene dissoluta fuerint & admixta, eis addātur olei de lilio vnc. iij. olei spicę vnc. i. & totum deinde coletur, & aliquātulum inspissetur ad formam unguenti mollis cum aliquantulo pulueris lupinorum, & fę. græci.

Emplastrum pure maturatiuum apostematū frigidorum. Rec. allij cocti sub prunis, & cæpę ēt mundati & pistati, ana lib. 5. uitel. ouorum ēt coctorum sub prunis, numero. vi. althææ præparatæ lib. 5. axungiæ, uel butyri vnc. v. fa. fę. græ. sem. lini, & ordei, ana vnc. i. olei de lilio, de spica, & anetho, ana vnc. i. 5. aquæ althææ quātum suf. & fac emplastrum cum oībus istis uel aliquibus. Aliud. Rec. terebinthinę, resinæ, mellis vnc. iij. thuris, fa. fę. græci, & semi. lini, ana vnc. 5.
C mucillaginis maluæ: ana vnc. i. olei lilij al. olei laurini, olei irini, ana vnc. i. resoluantur resina, terebint. mel, & olea, ad ignem, colentur: deinde eis addant̄ mucillagines & farinæ, & iterum ad ignē reducantur, & inspissentur ad formā emplastri, cum aqua decoctionis althęæ, fa. frumenti sufficientibus.

Vnguentum maturatiuū, mollificatiuum, ac partim resolutiuum apostematum frigidorū, & duritierum & hmōi talium. Rec. olei de spica, olei de chamomilla de anetho, de lilio, de ireos, & olei de lauro, aut istorum aliquod, ana vnc. i. 5. fa. fę. græci, sem. lini, turis, & fari. uernicis, & hmōi, ana vnc. 5. terebin. vnc. iiij. mucillag. althęæ, & maluæ vnc. ij. cerę quantum suf. fac unguentū sic, dissoluātur terebin. olea, & cera, ad ignē simul, & colent̄: deinde eis addant̄ fa. & mucillagines, & ad inuicem optime cum spathula ducant̄ ad
D ignē parum bulliendo: & tunc eo utere ut. ē. dixi.

*De medicinis mundificatiuis & exiccatiuis, cum mordicatione, & sine.* *Cap. V.*

MVndificatiuum plagarum, & uulnerū nouorum, & apostematum incisorum de nouo. Rec. uitellos ouorū duos, fa. ordei, uel auenæ, uel speltæ, aut siliginis, aut lupinorum, ana, aut tantū q᷑ inspisset uitellos dictos, aut formā emplastri, & loca in casibus dictis, eo emplastrentur: mundificat enim leuiter, dolores sedat, & incarnat.

Aliud mundificatiuum plagarum, uel ulcerum recentium absq; mordicatione, & cum loci confortatione. Reci. mellis ro. co. & mundi lib. 5. fa. hordei, quātum suf. ad inspissandum dictum mel, in modū emplastri, de quo super & intra vulnus ponas.

Aliud. Re. mellis rof. co. vnc. i. olei ro. vnc. ʒ. misce, hoc est mundificatiuum appropriatum panniculis cerebri in fracturis cranei.

Aliud. Re. terebinthinæ, lib. ʒ. mellis ro. co. vnc. iiij. sarcocollæ, myrrhæ, fari. fœnugræci, ana vnc. i. farinæ siliginis quod sufficit.

Aliud. Re. terebinthi. lib. ʒ. myrrhę, sarcocollæ, fari. lupinorū, fari. fœnugręci, ana vnc. ʒ. Et si opus fuerit ad inspissationem addatur aliquid farinę sem. lini.

Aliud mundificatiuum vlcerum sordidorum, sine mordicatione forti, & resoluit, & cōsumit carnē mortuā, & rectificat vlcera fistulosa, & dicitur vnguentū apostolorum, quod sic fit. Reci. ceræ albæ, resinæ, ana vnc. iiij. ammoniaci, opopanacis, bdellij, galbani, thuris, myrrhæ, ana vnc. v. aristolochiæ longæ, drac. iiij. floris æris, drac. iij. infundantur gūmę in aceto per diē vnam, aut noctē: deinde bene dissoluantur ad ignem in cazola & colentur: deinde dissoluantur cera & rasina cū duabus libris olei, & colentur, & cum gūmis iā dictis misceantur, & bene ad inuicē agitentur et incorporentur: & quū iam inceperint tepescere, addantur eis pulueres ante dicti, & vltimo flos æris: & optime conducantur omnia, et ad inuicē bene incorporētur: & eo vtere. s. tentam intingendo, vulneri imponendam, vel vlceri.

Aliud mundificatiuum, corrosiuū carnis & omnis superfluitatis ab vlcere antiquo, & fistulæ. Re. aluminis zucchar. vnc. i. floris æris, mellis rof. colati, vnc. i. misce, & uocatur vnguentum viride.

Aliud ad idem. Re. succi asphodelorū, lib. i. auripigmenti rub. vnc. i. pulueris calcis non extinctæ, vnc. iiij. bulliat succus asphodelorū leuiter ad ignem tādiu, ꝙ eius medietas sit cōsumpta, & coletur: & postea addatur puluis auripig. triti & crib. & puluis calcis non extinctæ, exponatur ille puluis in succo paulatim, & successiue agitando semper cū spathula: & facta incorporatiōe, diuidatur in partes multas super axide vna, & exiccetur ad solē, et post reponatur in vase vitreo, & vsui seruetur puluerizando vt dixi, in locis egentibus mundificatione.

Aliud mundificatiuū, absq; mordicatione, & neruorum abstersionē faciens, & ipsorum confortatiuū, & saniei generatiuum. Re. resinę, terebinthinæ, mellis, ana lib. ʒ. myrrhæ, sarcocollæ, fari. fœnugrę. semi. lini, pulueris ireos, ana vnc. ʒ. Alij ponunt etiam, vt sit fortius alumen, unc. ʒ. dissoluantur resina, terebin. & mel ad ignem, & colentur: deinde eis in frigidatis addātur pulueres ante dicti: & si vis, potes ipsum inspissare cū fa. lupi. & erit bonū: & vocatur mundificatiuū de resina: & est bonum, & per me expertum.

## *De medicinis incarnatiuis.* Cap. VI.

VNguentum citrinum. Re. resinæ, vnc. iij. ceræ, vnc. i. ʒ. thuris, mastiches, fœnugrę. ana vnc. ʒ. olei cōmunis, drach. x. dissoluatur resina ad ignem cū cera & oleo, & colentur: deinde pulueres ante dicti: et ponitur in vulnere secundū esse: multiplicat enim, & carnem generat in omnibus vulneribus & vlceribus secundū necessitatem, & aliquando vltra.

Aliud quod generat carnē sed cum mundificatiōe. Re. terebin. vnc. i. resinæ, vnc. ij. cerę, unc. i. thuris, uernicis, picis, colophoniæ, fa. fœnugr. myrrhæ, ana unc. ij. aliqui etiā ponunt picē naualē, olei cōmunis, dra. x. & fiat ut primū. Et ideo dicitur unguentū dę terebin. & ponitur ad mundificandū uulnera, & vlcera etiam neruosa, carnē generat: & ponitur intra ut plurimū et non extra aliquando.

E

Puluis vero, carnis generatiuum sit iste. Rec. thuris, unc. i. uernicis, colophon. fa. fœnugrę. ana unc. ʒ. pulverizētur & cribellētur omnia, & simul misce: & hoc pulverizetur ī uulnere: multiplicat enim carnē in omni loco, quū necessaria sit eius generatio, nisi aliqđ dictorum impedimentorū fuerit, lib. ij. in fine.

Alius. Re. radicum sanaticulæ, & dicitur a quibusdā maluauiscus masculus, a qbusdā uero syluestris, abluātur optime, et incidātur frustatim in modū soldorū, et exiccētur ad solē ī ęstate, aut in furno calido ī hyeme, post panis extractionē, in una testula: et tunc pulverizentur & cribellētur, & reponantur: de quo in uulneribus pulueriza: carnē enim mirabiliter generat solus, & cum alijs etiam generatiuis adiunctis, de quibus dicam statim. Saniē etiam & sorditiem remouet a mēbro absq; mordicatione notabili.

F

Alius puluis mistus. Re. pulueris radicum herbæ supra dictæ, unc. ij. thuris pulverizati, uernicis, colophoniæ, fari. fœnugrę. ana unc. iij. ut supra dixi fac, mundificant & isti pulueres omnes superfluitates ex uulneribus & ulceribus, & locum a fœtore priuant, & redolere faciunt etc.

## *De medicinis sigillatiuis & consolidatiuis.* Ca. VII.

CAuendum est, ne istæ medicinæ conficiantur in loco, seu instrumento, uel uase, in quo saltē aliquid acutū, ut piper, allium, euphorbium, flos æris, et huiusmodi aliquid simile, sit cōtritum, aut confectū: & nō confidat discretus medicus in ablutiōe uasis, seu tersione, quia nil cōfert talis tersio: semper enim inficitur talis medicina cōsolidatiua aut aliusmodi in tali uase, in quo aliquid nō consolidatiuum est positū uel cōtritum: & tūc sæpe decipitur medicus in medicina per hoc in parte, quia per istum modū fit medicina corrosiua, uel nō consolidatiua, quę olim cōprobata fuerat consolidatiua per eum pluries. In tali ergo casu, eligitur in contritione medicinę cōsolidatiuæ, uas nouum purū, & sic talis deceptio ante dicta uitabitur.

G

Vnguentum ergo consolidatiuū et partim incarnatiuū, uel vocatur vnguentum fuscū. Re. picis naualis, unc. ij. ceræ, unc. ʒ. mumiæ, unc. ʒ. thuris, gallarum, nucis cypressi, far. fœnugrę. ana unc. ij. olei. unc. v. fiat vt alias supra. Istud ponitur super ulcera ab humiditate exiccata & sanie, & bene mundificata, & ipsa consolidant: & hoc in omni ætate, sexu, & complexione.

H Aliud, & uocatur unguentū de palma. Re. adipis uitulini mundati a uillis suis & panniculis, lib. i. liquefiat in patella, & coletur & addatur olei antiq. lib. ij. lithargyri, unc. vi. draganthi, unc. ʒ. & omnia bene conducantur cum spathula palmæ uiridis sicut abscinditur cum extremitate grossa, postquā ablata est cortex apparens, & totum quod de ea exiccatur abscindatur & proijciatur, & sumatur iterum de spathula & īcidatur iterū in frusta, & proijciatur in unguento antequā perficiat eius decoctio: et decoquat sic, donec fiat ad modū ceræ liquefactę cū oleo, & ingrediat humiditas spathulæ in eo, & fiat ita ut non liquefiat cum aqua.

Aliud & alterat etiam loci caliditatē infrigidando. Re. cerussæ, unc. i. ceræ, unc. ʒ. dissoluatur cera cū oleo rof. unc. iiij. & coletur, et quū tepefacta fuerint, eis adduntur cerussæ cribellatæ successiuæ & paulatim, agitando

tando semper cũ spathula: facta horum incorporatio ne bona, eis addātur duo albu. bñ conquassata cũ modico aceti albi: & istud vocatur vnguentũ de cerussa.

Aliud. Reci. lithargyri, vnc. i. mumiæ, sangui. drac. sari. fœnugræc. mastiches, draganthi, gum. arabi. ana vnc. ij. olei rosa. vnc. iiij. conducantur: & illud vocatur vnguentum de mumia.

Puluis consolidatiuus. Rec. aloes, balaustiarũ, cacumiæ argenti tritæ, & est illa superfluitas circa circumferentiam loci in quo purificatur argentũ, chalcecaumenu idest æris vsti vel battituræ æris triti aut abluti partes ęq̃les, misce, de quo sup vulnere puluerizet.

Alius, qui etiam est conseruatiuus suturę vulnerũ. Reci. sangui. draco. mastiches, gum. arabi. aloes, draganthi, thuris: misce et fac vt supra.

Alius. Recip. linguæ bouinæ siccæ ad solem, vel in furno, vnc. ij. puluerum ĩmediate dictarũ, ana vnc. 5. fiat vt supra.

Alius. Re. corticis granat. balaustiarum, chartæ bõbycinæ vstæ, pulueris qui nascitur in lignis putridis, et vocatur carolus, ana vnc. 5. consolidat mirabiliter, et saltem loca valde humida.

Si accipiantur ossa crurium animalium lactantium & comburantur perfecte, & terãtur, & cribellentur, puluis iste vulnera sigillat, mundificat, & ipsa consolidat, incarnat uehementer cito cũ albedine loci.

*De medicinis mollificatiuis duritierum manentium post cõsolidationem ulcerum &c.* *Cap.* VIII.

MEdicinæ ergo tales sunt hæ, & primo vnguentum. Reci. olei lili. alb. olei sem. lini, ana unc. ij. styracis calamitę, ammoniaci, bdellij, opopanacis, galbani, ana vnc. i. adipis vrsi, adipis uulpis, tassi si haberi possunt, adipis anatis, gallinę, ana vnc. ij. hyssopi humidæ, vnc. i. fiat sic, mollificentur gũmæ in aceto per noctem vnam aut diem: deinde optime vna cum aceto ad ignẽ in cazola dissoluantur & colentur: & tunc cum gũmis optime misceantur, cum spathula ad inuicem conducantur omnia, & fiat vnguentũ, quo mẽbra in casibus dictis supra vngãtur copiose: aliqui ponunt simul in illo vnguento, cum oleis, cera, & pinguedinibus ad colandum, modicum resinæ, & terebinthi. Ante tamen vnctionem cum dicto vnguento, laudo fomentationẽ membri vngendi cum aqua et vino decoctionis althææ, fœnugræc. sem. lini, sem. anethi, flo. chamomil. maluæ, meliloti, & huiusmodi mollificantium: deinde locus bene exiccetur cũ panno calido: & tunc vngatur vt supra.

Aliud. Recip. olei deben, olei amygda. dul. lili. alb. ana vnc ij. mastiches, thuris, styracis, calamitæ, myrrhæ, hyssopi humidæ, ana vnc. 5. pingued. vrsi, tassi, ericij, gallinæ, strutij, ana unc. ij. ceræ &c.

Aliud Re. Axungiæ porci, libram semis, ceræ vnc. ij. ping. anseris, anatis, gallinæ, ana vnc. i. dissoluantur omnia ad ignem, & colentur: & hoc vere mollificat duritiem neruosam in qua est contractio.

*De medicinis, cauterizatiuis & ulceratiuis.* *Cap.* IX.

PRimum ergo huiusmodi sit istud. Reci. picis naualis, mellis anacardi, succi aut gumositatis eius, ana vnc. ij. bulliant illa duo in cazola ferrea, usque ad spissitudinem, & tunc in uase reponantur, & quum necesse sit ponatur super apostema quod aperiri intẽdis, aut super quod ulcerare uolueris, uel rumpere.

A Mel autem anacardinum sic fit artificialiter, cum naturale haberi non possit. Reci. anacardi, unc. ij. pistetur bene, & misce cum unc. iij. mellis communis, & unc. ij. aceti, & ponatur totum illud simul in cacia ferrea aut ænea ad ignem & bulliat usque ad aceti consumptionem: & tũc coletur, & illud est mel dictum, & ponitur loco mellis, et gumositatis eius quæ in anacarde reperitur.

Aliud. Reci. aluminis fæcum ad quantitatem unius castaneæ, et bene firmetur super loco rumpendo, aut prius abluatur locus ulceratus cum aceto, & postea fricetur cum cæpe uno inciso per medium: & tunc super loco isto firmetur & ligetur aluminis quantitas.

Aliud fortius. Reci. puluer. calcis nõ extinctæ, unc. ij. saponis al. unc. iiij. pistẽtur, et ad inuicẽ incorporentur ad modũ pastæ cũ modico aceti acuti, & ad quan B titatẽ calcis aut circa, super loco ponatur rũpendo.

Aut Reci. cæpe bauosimi crudum, & pista bene, et misce cum fermento & limacijs pistatis, & cum axungia & melle, & loco superpone: putrefacit, subtiliat pellem, & materiam ad extra trahit.

Aliud forte. Reci. cantharidum abscisis alis & capitibus ab eis, unc. i. fermenti, unc. ij. sinapis, unc. 5. ad inuicem pistentur in mortario, & incorporẽtur cum aceto modico, & fiat ut supra.

Aliud. Re. spicam allij, & cæpe squilliticum, & mũdetur superiori cortice, & scindantur per medium, et ponatur super loco cum parte incisa & intrinseca uersus carnem: tale autẽ faciliter solet uesicare, & est etiã expositum in dolore ad modũ claui unius, vʒ quando patienti uidetur ꝙ aliquis clauus in membro aliquo fortiter imprimatur. Aduertendum est etiam ꝙ C quodlibet dictorum ulceratiuorum, tantum sunt super loco dimittendi, ꝙ perficiãt suam operationem: & est ut plurimũ tempus. xij. horarum in prouectis: in pueris uero. vi. sufficiunt uel circa. Vlterius nota ꝙ talia non valde sunt combustiua, quę per vnicam approximationem inducunt effectum in membro vltimũ: ĩmo per plures approximationes oportet medicum habere intentum cum eis fortasse secundũ corporis dispositionem. Vlterius etiam circa hoc est mẽti tenendum, ꝙ si talia deambulando nocumentum membro inferent, subito vngatur circa locum vlceratum copiose, cum vnguento facto ex cerussa, oleo rosa. & aqua ros. & modico alb. oui ad inuicem incorporatis, aut forte illis ceram sufficientem cõmiscẽdo: aut cum defensiuo facto ex bol. arme. oleo ro. aceto, aqua ros. & alijs frigidis siccis. Non facias tamen vn D ctionem super loco vlcerando, nisi propter nimium dolorem ibi existentem, vt remoueatur ex acuitate illius medicaminis inductum.

*De narratione aliquarum medicinarum simplicium, conuenientium operationibus prædictis.* *Cap.* X.

ABel. i. Iuniperus, eius fructus cali. & sic. puluis eiusdem fructus si ponatur cum melle in vulneribus & vlceribus fraudulẽtis, & putridis, & venenosis, remouet deambulationem, & nigredinem: & quamuis vlcera non consolidet, tamen exiccat humiditatem contentã in eis: & si puluis eius in oleo bulliat, & illud oleum destilletur in aurẽ, resoluit surditatem, & confert eidem.

Abrotanum calidum est & siccum, stringit sanguinem gingiuæ sua stypticitate, & quando pistatur &

decoquitur cū oleo de spica, vel lilio, vel mastiches, & vngitur super barbam: facit accelerare eius natiuitatem: resoluit etiam apostemata frigida: & quādo decoquitur cum cytonijs, confert apostematibus difficilis sanationis & resolutionis.

Absynthium, calidum & siccum remouet vestigia variolarum fomentatum, & cataplasmatum: & sic etiam delet tineam: & apostemata, saltem frigida, resoluit: & scabiem delet. saltem succus palpebras tumefactas resoluit, maturat apostemata frigida intrinseca, & extrinseca, siue cataplasmetur, vel bibatur.

Acacia, frigida est & sicca, capillos firmat & denigrat: scissuras eorum remouet: repercutit apostemata calida in principio: & emplastrata, cum albu. oui, remouet adustionem ignis, et ardorem.

Acetosa, frigida est & sicca, fit ex ea emplastrum super scroffulas: & dicitur, ꝙ radix eius, si suspendatur ad collum habētis scroffulas, illas remouet, balneum decoctionis eius remouet pruritum & scabiem: & fricatio cum ea, remouet albaras, & impetiginem.

Acetum, frigidum est & siccum, et fortis exiccationis: & prohibet effusiones materiarum ad interiora, & infusio eius prohibet sanguinem fluere, & aduentum apostemationis, & ambulationem cancrenarū: & sanat erysipelas, formicam, & huiusmodi: lana, infusa in eo, posita super vulnera, prohibet ea apostemari, confert vlceribus ambulatiuis, pruritui: impetigini: adustioni ignis, subito in principio, plus alia re.

Acorus, cal. est & sic. confert morpheæ, et albaras, contractioni lacertorum, & spasmo: decoctio eius bibita, & emplastratio etiā, & succus eius, confert grossitudini corneæ & albugini oculi.

Adeps omnis calidus est & siccus. Verū est ꝙ diminuitur humiditas, secundū naturam animalis, cuius est: valet omnis adeps ad scissuram faciei, manuum, labiorum, & pedum. Adeps porci, mollificat, et maturat, & partim resoluit apostemata: & adipes omnes sic faciunt. Adeps leonis, fortiter resoluit adustionē ignis subito.

Æs, frigidum, & sic. consolidat vlcera deambulatiua: & ablutū, melius consolidat, q̄ non ablutum.

Agaricum, calidum est & siccum, resolutiuum, & incisiuum humorum grossorum: & confert omnibus apostematibus frigidis, emplastratum & bibitū.

Alaunoch, & alabac, idest plumbum nigrum, vel lucidum, seu album, frigidum est & humidum: si vngatur apostema calidum, cum oleo, in quo resoluta sit fricatio partis plumbi ad inuicem cum alia parte, repercutit & diminuit: et fit tale oleum sic. Accipiantur duæ partes grossæ plumbi quadratę, aut duo frusta, & fricentur ad inuicem fortiter in oleo cōmuni: & tunc illud oleum, quod inficitur ex tali fricatione, dicitur oleum de plumbo, & habet virtutes, quas diximus. Si ligetur lamina eius super scroffulas, & modos, resoluit illos. Si antedictum oleum ponatur super vulnera & vlcera venenosa, mouet ipsorum corruptionem, & deambulationem: & vlcera iuncturarum diminuit, si circa ipsa ponatur.

Albugasse. i. lactuca asini, frigidi est & sicci, si pistetur, & incorporetur cum ammoniaco, & fari. hord. remouet erysipelas, ardorem, & pruritum a vulneribus: & super loco emplastrata ardori ignis confert, et eius combustioni.

Alcanna, frigida est & sicca, et propter eius frigiditatem & siccitatem, emplastratio confert apostematibus phlegmaticis in principio: & apostematibus etiā calidis ratione frigiditatis. Decoctio eius valet adustioni ignis: & puluis eius emplastratus cū farina hor. super ossa, confirmat: & mistus cum albu. oui, stringit sanguinem fluentem: & si misceatur cum cera, facit porum sarcoidem.

Allium, calidum est & siccum ualde, ablutio decoctionis eius in aceto vel lixiuio, interficit pediculos et lēdines. talis etiam decoctio, vel puluis eius, aut cinis, quādo admiscetur cum melle est lenitiuū, super morphea delet, & super sanguinē in oculo: confert etiā tineę putridę: potio, & emplastratio eius, aperit apostemata intrinseca, & extrinseca. Cinis eius ponitur super botor, et resoluit illa. Et alliū syluestre, facit cohęrere vulnera fraudulenta, quando recens ponitur super ipsa.

Aloe, cali. est & sic. consolidat pulucrizata, vulnera: & emplastrata cum melle, delet uestigia percussionis: & si ponatur cum vino super uestigia percussionis, & super capillos cadētes prohibet casum eorum: & confert apostematibus ani, & testiculorum: & lacertorum, qui ab vtroq; latere linguæ sunt: est conueniens difficilis sanationis vlceribus, et proprie in ano, virga, naso, ore, & fistulis.

Althæa, calida est cum æqualitate, radix eius, & semen mollificat, lenificat, & maturat: & partim resoluit apostemata, & scroffulas: & miscetur cū terebin. ad durities, & scroffulas, & cum caulibus, vel ipsorum seminibus.

Alumen, cali. est & sic. quum miscetur cum aqua, aut lixiuio, vel aceto, cum eo fit vnctio membrorū: interficit cimices, pulices, & pediculos: fœtores oris remouet, cum fæce & vino mistum, si ex eo fiat oris collutio: aut cum eis, sine vino, fricatio dentium, & gingiuarum. si misceatur cum fæce, æqualiter desiccat vlcera difficilis exiccationis & herpesthiomenū.

Amomū, cal. est & sic. maturat apostemata calida, & resoluit emplastratio eius, ac embrochatio, aut fomētatio cum aqua decoctionis eius, resoluit ophthalmiam, & cuiuscunq; modi.

Amylum, frigidum est & siccum, quum ponitur cum croco super panno faciei, delet ipsum, et consolidat vlcera, & sanat ea.

Ammoniacum, cal. est et sic. ponitur super scroffulas, & durities, & apostemata frigida dura, & omnia mollificat & resoluit in vulneribus, et vlceribus: non bonam carnem remouet, & bonam generat leuiter. & delet scabiem palpebrarum oculorum: & asperitatem eorum remouet, & abstergit albuginem oculi: et multiplicat pilos, et saltē a proprietate in supercilijs.

Amygdalæ dulces, satis temperatæ sunt in sua caliditate: sed amaræ calidiores sunt, si pistentur dulces et amaræ simul, imo & solum amaræ, & ponantur super vestigijs percussionum, & super pelle contrita in facie, aut alibi, delent vestigia illa, et applanant. Remouent etiam illo modo eschare. i. nodos, qui fiunt post pruritum in loco, quum fricantur.

Anacardus, cal. est & sicca: eradicat verucas, & delet albaras, pustulas nigras, & tineam humidam.

Anethum, cal. est & sic. maturat apostemata, & resoluit: & eius cinis confert vlceribus humidis.

Anisum, est calidum & siccum, valet in ægritudinibus oculorum: ipsorum enim remouet scabiem, &

& pruritum, ac humiditatem ad eos fluentem exiccat, resoluit fomentatum, vel cataplasmatum, in vulneribus & apostematibus resoluit inflationem & tumorē ex causa frigida: confert etiam apostematibus, frigidis in extremitatibus membrorum.

Antimonium, frigidū est & siccum, si emplastretur super vulnera cum albumi.oui, stringit fluxum sanguinis in vulneribus & vlceribus, carnem remouet mollem additam, & consolidat si misceatur cum adipe & cerussa: antiqua vlcera consolidat: & conseruat etiam oculum in sanitate sua emplastratio eius cū aqua ros. & albu.oui: puluis eius, remouet sorditiem vlcerum, & scabiem etiam siccat.

Apium, calidum est & siccum: syluestre apium pistatum, super porros & verucas positum, delet illos & resoluit: domesticum autem & syluestre, apostemata frigida dura, & etiam calida, resoluit. Syluestre, si emplastretur pistatum super membro, vesicat illud sua caliditate & acuitate: & propter hoc confert scabiei, & impetigini, et pruritui, fricatio eius super ipsis.

Aranea tela, stringit fluxum sanguinis: et prohibet vulnera apostemari sua frigiditate, & siccitate.

Argentum viuum, est frigidum et humidum, si extinguatur cum saliua, & misceatur cum oleo rosa. aut calce & sulphure, & oleo aliquo amaro, destruit lendines, & scabiem isto modo exiccat. sed eius vsus, nō est omnino bonus, nec naturæ consonus: & fumus eius super facie destruit visum, & omnem sensum: & adducit vsus eius dolorem dentiū, & ipsos denigrat.

Aristolochia, calida est & sicca valde, puluis rotunde abstergit dentes, & conseruat eos a putrefactione, & eius decoctio valet morpheæ: mundificat vlcera sordida & maligna, & remouet profunditatē ab eis, puluis etiam eius, si misceatur cum puluere ireos, generat carnem in eis.

Arsenicum, calidum est et siccum valde, si misceatur cum terebinthina, vel resina, eradicat tineam, & mundificat sordida vulnera & antiqua, si misceatur cum adipe, & fit vnguentum cum eo, & oleo, ad scabiem, & saphati, & rubedinem faciei humidam: & cōfert, si misceatur cum oleo rosa. et destruit pediculos: et si misceatur cum pice, delet maculas albas inguinū.

Arundo, est frigida, radix eius cū cępe syluestri extrahit spinas & furunculos: & quum ponuntur eius folia super erysipelas, conuenit satis.

Asinus, cinis hepatis asini, mystus cum oleo, et positus super scroffulas, illas euanescere facit, & lepram etiam sanat.

Asius. i. lapis, super quo nascitur sal in ripa maris, si teratur, aut misceatur cū terebinthina, vel pice nigra, & ponatur sup exituras resoluit illas: & si puluis eius ponatur super ulcera antiqua, marcida, difficilis consolidationis, confert valde.

Assa, herba est calida & sicca apostematibus magnis, et frigidis, siue emplastretur, siue bibatur eius decoctio, tam intrinsecis, quam extrinsecis, cōfert: & si admisceatur cum ammoniaco radix, aut substantia eius, resoluit.

Assa fœtida, & non fœtida, calida est & sicca valde: posita super verrucas, et porros, delet eos: et quū ponitur in emplastris apostematum magnorum incisorum, confert eis, & bene mundificat sorditiē ipsorū absq; molestia: & si ponitur super apostemata frigida, vel si fit emplastrum super scroffulas, per se, vel

A cum alio, maturat ea, & resoluit: & si ponitur super impetigine, eam delet.

Assarum, est herba cali. & sic. confert inflationi & apostemationi corneæ oculi, siue emplastrando, siue fomentando.

Assesan. i. squinanthum: si ponatur cum cæpe & melle, confert morsui canis, positum super morsura.

Asphodelus, calidus est & siccus, resolutiuus & abstersiuus: confert alopetiæ, & tineæ, & serpigini, & proprie cinis radicis eius, & mouet morpheam albā, quū linitur super eam ad solem. Radx eius, cum fæce vini sicca, ponitur super apostemata glandulosa, & super carbunculos, & istos consumit: et si emplastretur cum fari. hor. in principio apostematum calidorum confert, radix puluerizata, quum ponitur super vlcera infrigidata et sordida, ea mundificat.

B Atramentum, est species vitreoli, calidus est & sic. fiunt ex eo lychinia ad fistulas, & extirpat illas: & confert ablutio cum aqua eius ad scabiem, et saphati nasi, & eius rubedinem, & scabiei faciei.

Auricula muris, id est maiorana, calida est & sicca, si pistetur & incorporetur cum ammoniaco, extrahit spinas & surculos: & facit adhærere plagas.

Aurum, æquale est in complexione: retētio eius in ore remouet eius fœtorem.

Balaustia, frigida est & sicca, bona est gingiuæ sanguineæ, consolidat plagas & vlcera: & excoriationem, factam a sella quū quis equitat, remouet, si super ea puluerizetur, aut cum albu. oui, & aqua ros. mista superponatur.

Balsamum, cali. est & sic. mundificat vlcera, & pro C prie cum ireos mistum: & extrahit fragmenta de loco ossium.

Barba hircina, frig. est & sic. folia eius, quum exiccantur, consolidant, & conferunt vlceribus antiquis: & eius flos in omnibus est fortior.

Barecha. i. species melonis frigidi & humidi: & ponitur eius cortex super fronte, & stringit lachrymas.

Belsegensem. i. coriandrum putei, cali. est & sic. si misceatur cum oleo myrtino, & vino, prolongat capillos, & eorum casum prohibet, confert etiam in fistulis, & vlceribus fraudulentis & humidis.

Ben, est semē album, magnum ad modum ciceris, cali. est & sic. uestigijs vlcerum, panno, & morpheæ confert verrucis, & apostematibus frigidis & duris: si misceatur cum aceto, cōfert excoriationi & scabiei vlceratæ, et saphati humidæ.

D Bendegard spina alba frigida est & sicca, eius semē tamen calidum est, & resolutiuum, et aperitiuum: sed eius radix facit ad sanguinis retentionem: & propter naturam seminis valet ad resoluendum apostemata phlegmatica.

Bulbus, id est scalonea, calida est & sicca, cum humiditate superflua quando assatur cum capite piscis & aloe, & ponitur super vlcus malum, eius maliciam eradicat.

Butyrum, cal. est & humidum: sanatiuum est doloris, mollificatiuum & resolutiuum partim: & confert vulneribus neruorum, inunctum circa illa: & si implentur vlcera, mundificat illa & purgat.

Cæpe calidū est & siccum, cum humiditate superflua, delet morpheam, serpiginem, pruritū,

& huiuſmodi, quum fricatur locus ex eo: eius cõfert ulceribus ſordidis: & cum adipe gallinæ miſtum, confert excoriationi, quæ fit cum calciamentis: & quum emplaſtratur, morſui canis rabioſi, cum menta, ruta, fabis, & ſale, confert ualde.

Calamenthũ, cal. eſt & ſic. fit balneum ex eius herba ad ſcabiem, & pruritum reſoluit, & exiccat.

Calx, calida eſt & ſicca, valde corrodit carnem, non abluta: & abluta conſolidat: confert etiam aduſtioni ignis.

Cancer fluuialis, frig. eſt & humi. ſi piſtetur, & proprie manus eius, & ponatur ſuper ſpinas, & res acutas, infixas, extrahit ipſas: et ponitur ſuper apoſtemata calida, & phlegmatica, et reſoluit ipſa: cinis aduſtionis eius exiccat ulcera: & lotio cum decoctione eorũ, confert ſcabiei.

Capparis, cali. eſt & ſic. radix eius reſoluit ſcroffulas, & omnes durities: & folia eius experta ſunt ad illud: & cortices radicum eorum ponuntur ſuper vlcera frigida, & mundant ea.

Caſſia, calida eſt & ſicca, reſoluit apoſtemata calida in viſceribus.

Caſtoreum, cali. eſt & ſic. reſolutiuum, calefactiuũ in vlceribus pernicioſis, & quum ponitur in oleo de ſpica, & liliorum alb. ad ſurditatem antiquam valde confert, guttatim in illa de eo diſtillando.

Cauda eqna. i. aſperella, frig. eſt & ſic. cõſolidat uulnera, & vlcera mirabiliter.

Centaurea, calida eſt & ſicca, mundificat vulnera recentia, & ſigillat vlcera antiqua: & ſicca ponitur in emplaſtris, & conſolidat vlcera mala & fiſtulas, & ꝓfunda vlcera: & replentur vlcera de ceruſſa puluerizata, & ligantur ſic, & rectificat illa, fiſtulas etiam.

Ceruſſa, frigida eſt & ſicca, lenificat apoſtemata frigida & dura: ponitur in emplaſtris vulnerum & vlcerum, & replet vlcera, & carnem generat, conſolidat, & exiccat, & repercutit.

Chamomilla, cal. eſt & ſic. eſt reſolutiua & mollificatiua, abſq; abſterſione membrorum: ſedat apoſtemata calida, mollificando & reſoluendo, & lenit dura. bibitur propter apoſtemata viſcerum ſpiſſa.

Chamedrys, cali. & ſic. confert vlceribus antiquis cum melle.

Chalcantum. i. vitreolum, cal. eſt & ſic. dico illud, de quo fit encauſtrum: confortat fiſtulas naſi, & ponitur in ulceribus, aut cum alijs pulueribus, ad abſtergẽdum, et abſtergit: ſubtiliat groſſitudinẽ palpebrarũ.

Chelidonia, cal. eſt et ſic. quæ parata eſt, eradicat: et ponitur ſuper formicam & impetiginem, & confert quãdo bulliť ſuccus eius ſuper prunas, vſq; ad medietatis conſumptionem, acuit viſum: & quando excęcatur pullus hirundinis, affert ei hirundo vnam plantam ex ea, et redditur viſus.

Cicer, cali. eſt & ſic. confert apatibus calidis et duris, & reliquis apoſtematibus, & glãdulis: & eius oleũ confert impetigini, & vlceribus fraudulentis, et prurirui: & remouet iſteritiam potio eius cum decoctiõe apij et eius ſeminis.

Citrũ, cortex eius cal. & caro frig. & humi. & ſecũdum quoſdam ſubſtãtia, & eius acetoſitas, frigida eſt & ſic. valet impetigini linitio.

Ciprum, cal. eſt et ſic. cõſolidat vlcera difficilis cõſolidationis, confixa & putrida.

Climia auri, vel argenti, vel plumbi, uel huiuſmodi, frigida eſt & ſicca, & ſuperfluitas, quę reperitur in loco vbi coquitur aurum vel argentum, implet vulnera, & mundificat ſordities ipſorum, et corrodit carnes eorum additas: & incarnat vlcera fraudulenta: & confert albugini oculi: linitio eius aquæ, aut lotio cõfortat ipſum.

Collocynthis cal. eſt et ſic. folia eius ualde reſoluũt apoſtemata, & incidunt & trahunt.

Corallum, frig. eſt & ſic. abſcindit carnem additã: ſtypticum eſt: & prohibet fluxũ ſanguinis: & lachrymas ſtringit.

Coriandrum, frig. eſt et ſic. confert apoſtematibus calidis cum ceruſſa & oleo roſ. & veſtigijs perſici, cũ fa. fabæ, vel ciceris, cõfert ſcroffulis et eminentijs, quę fiunt ſubito in membro poſt pruritum.

Coriandrum putei, vide in dictione Belſegenſen.

Crocus, calidus eſt & ſiccus colorem facit bonum potus ipſius: & linitur eryſipelas cum eo, & confert: dolorem mitigat: apoſtemati in aure calido cõfert.

Cubebe, cali. ſunt & ſic. bonæ vlceribus & malignis, & gingiuis.

Cubes. i. malua, frig. eſt & humida: confortat decoctio & embrochatio, ac emplaſtratio, formicæ, et eryſipelati, & inceptioni calidi apoſtematis.

Cyminum, calidum eſt & ſiccum, adminiſtratur cum fari. fabæ, flor. chamomil. ſem. & oleo anethi, ſuper tumore teſticulorum, ſaltem ventoſo, vel reſolutioni aperto facta omnium incarnatione cũ melle.

Cypreſſus, calidus eſt & ſiccus, conſolidat ulcera, quæ ſunt in membris duris, ſaltem, folia eius recenter collecta conferunt eryſipelati, & formicæ, proprie cũ farina hord.

Cytonium, frig. eſt et ſic. confert oleum eius formicæ: & eſt vtile etiam ulceribus ſcabioſis.

Ematites, cali. eſt, non ablutus: et ablutus, frig. eſt: puluis eius ponitur ſuper carne addita, & illam extenuat: & abſtergit ulcera oculi: & conſolidat illa, quando adminiſtratur cum albu. oui: & ſolus cõfert ulceribus oculorum.

Enula, cal. eſt et ſic. tamen non habet humiditatem ſuperfluam: confert contuſionibus lacertorum, cum radice eius & folijs piſtatis.

Ericius eſt animal paruum, ſpinoſum: cinis eius cõfert ulceribus ſordidis: & mundificat carnem additã: & caro eius ualde confert ſcroffulis etiã, et nodis paruis, & duris, comeſta, & emplaſtrata.

Eupatorium, calidum eſt & ſiccum, ponitur cum adipe ueteri ſuper ulcere difficilis conſolidationis: & quandoq; bibitur cum aqua fumi terræ & oxymelle, & confert pruritui & ſcabiei: & ſimiliter flos & ſuccus eius.

Fabæ, frigi. ſunt & ſic. fit emplaſtrum fa. earum cum uino ſuper apoſtemata teſticulorum: & cõfert ulceribus lacertorum.

Fæx expreſſionis olei, eſt conſolidatiua ulcerum, accidentium in corporibus ſiccis.

Fel, cali. eſt & ſic. quando miſcetur cũ uino & gupini, confert ſcabiei. Et fel lupi confert ad ſpaſmum in uulneribus neruorum. Fel aſini, eradicat morum, id eſt callum, aut eminentiam quandam factam in modum mori.

Feſire. i. vitis alba, cal. eſt & ſic. abſcindit verrucas &

& porros, radix eius, cum fœnugræc. et orobo: & uestigia nigra, post vlcera remanẽtia: & remouet occultationẽ sanguinis qñ decoquitur donec dissoluatur.

Ficus cal. sunt & humi. si fiat ex eis emplastrum, cõfert apostematibus duris, & carbunculis: & decoctio earum apostematibus gutturis cõfert: si misceatur aq̃ decoctionis cineris ligni eius, cum cortice granati, sanat pannaritium.

Flos æris, corrodit carnem additam, & consolidat in humido vnctuoso.

Fœnum græcum, cal. est et sic. resoluit apostemata calida apparentia, & occulta, quum non sunt inflata, sed sunt inclinata ad duritiem quandã, lenit, ca. & cõfert cum oleo ros. adustioni ignis.

Fraxinus, cali. est & sic. consolidat vulnetia, & linitur super excoriationem cum aceto, et sanat eã, & inuoluitur super vulnera recentia, & sanat ea.

Furfur cal. est & sic. est bonum in principio apostematis: madefit cum vino, & fit emplastrum ad apostemata calida mala: & est eradicatiuum phlegmatis & ventositatis.

GAulis. i. stellio: eius caro eradicat forunculos, et spinas, si pistetur, et loco ponatur.

Gentiana, cal. est & sic. sanat plagas & vlcera corrosiua, & præcipue eius succus.

Glans, frigida est & sicca, fructus quidem glandis in principio confert apostematibus calidis: folia glandis faciunt plagas cohærere, quum teruntur & puluerizantur.

Grana granati, cum melle liniuntur ad pannaritiũ: & cortex eius, & balaustiæ faciunt cohęrere vulnera.

HAndacota. i. septemneruia, cal. est: cum melle mundificat vlcera, succus eius mundificat, confert albugini oculi, & pãno eius: & proprie cũ melle.

Hascæ. i. hyssopus, cal. est & sic. fit ex eo emplastrũ apostematibus recẽtibus cum flo. chamomil. fa. hor. & aqua decoctionis anethi.

Hermodactylus, cal. est & sic. albus est conueniens vulneribus antiquis.

Hyssopus, vide Hascæ.

IReos, vide in dictione Yreos.

Iuniperus, vide in dictione Abel.

KAmedrys, cali. est & sic. confert vlceribus antiquis cum melle.

Kabitegi. i. lupinus syluestris, calida est & sic. confert saphati: & eradicat scabiem: & sanat glãdulas, & verrucas, quæ sunt vt claui pendentes, quibus nocet frigus.

LActuca asini. vide in dictione Albugasse.

Lens, substantia eius frigida & sicca, et succus quandoq; decoquitur cũ aceto: et emplastrũ ad scroffulas, resoluit eas, & apostemata dura & profunda & valet ad hoc: patet, quum decoquitur cum aqua marina.

Lingua arietis, est plantago, frigida & sicca, cõfert apostematibus calidis: & apostematibus radicis antiquæ: & scroffulis, & erysipelati, & formicæ, & vlceribus fraudulentis.

Lupinus syluestris, vide in dictione Kabitegi.

A MAlua, vide in dictione Cubes.

Mastichi, est calida & sic. propter id, quod est in ipso de stypticitate & lenitione, confert apostematibus viscerum, & apostematibus cum formicationibus, & confert succus eius super vlcera, & generat carnem: & restaurat ossa fracta, & confert scabiei pecudum, canum, & hominum.

Melonis frigidi species, vide in dictione Barecha.

Mel, calida est & sicca, mundificat uulnera sordida profunda, & illud, quod coctum est, donec ingrossetur, facit cohęrere vulnera recentia, & sordida, & profunda, & qñ coquitur cum aceto, sanat impetiginem.

Mu. i. bresca apum cũ cæra, temperata est, lenit duritiem apostematis, & escharas, & implet vlcera sordida & nigra, furunculos, & spinas.

Mumia, cal. est & sic. confert apostematibus phle-
B gmaticis, & est bona fracturæ & doloribus casus & percussionis, & paralisi, & torturæ, bibita, et superposita in modum vnguenti.

Myrrha, cal. est & sic. confert apostematibus phlegmaticis, consolidat & cooperit ossa nuda carne: & mundificat vulnera putrefacta, cum croco, confert impetigini.

Myrtus, cal. est & sic. confortat omne membrum, sua stypticitate, ad quod currunt humores, et apostematibus calidis confert in principio: & quum decoquitur cum vino, sanat vulnera volæ manuum & pedum, & illarum scissuras, & etiã cinis cum ceroto facit idem.

NArcisus, assimilatur petrosélino Romano, cal. & sic. si fiat emplastrum ex radice eius cũ mel-
C le et horobo, rumpit apostemata difficilis maturationis: & apostematibus neruorum confert, deficcat uulnera, & facit ea cohærere vehementer: et conglutinat chordas vehementer, & trita cum melle, confert adustioni ignis in uulneribus neruorum et vlceribus profundis, si misceatur cum horobo & melle, mundificat sordities vlcerum.

Nasturcium, cali. est & sic. confert apostematibus phlegmaticis, & carbunculis: & si fiat emplastrum cũ aqua & sale, confert scabiei vlcerosæ, & impetigini, & cum mellino melle, eradicat ignem persicum.

OLibanum, cal. est & sic. et ponitur in emplastris resolutiuis apatum mamillarum & viscerum: & consolidat vlcera recentia valde, et prohibet fraudulenta dilatari, ponitur super impetigine cũ adi-
D pe anatis, & cum adipe porci super vlcera ostacrata, & super scissuras ex frigore, et conuenit vlceribus factis ex adustione.

Opopanax. cali. & sic. est, lenificat durities & bothor valde, & eius radix valet ad medicandum ossa nuda, & conuenit vlceribus antiquis, & igni persico, & fraudulentis uulneribus.

Oua, sunt æqualia in cõplexione, sed albumen ad frigiditatẽ tẽdit, & uitellus ad caliditatem: ponitur in emplastris apatum: in clysterijs propter ulcera & apostemata intrinseca: & liniuntur super erysipelas cum oleo: & confortat exituras ani & pectinis: & adustioni ignis & aquæ etiam.

PApyrus, fri. et sic. si puluis eius, puluerizetur super ulcera recẽtia mundificata, cõsolidat ea: qñ

interitur & infunditur in aceto, & exiccatur, & intromittitur in fistulis & ulceribus ambulatiuis, cõfert, & mundificat illa.

Pellis, uidetur ꝙ sit in cõplexione penes naturam aīalis cuius est: dicitur, ꝙ pellis, qñ est antiqua, & ponitur sup bothor, ipsum infrigidat: & posita cinis pellis mularũ super adustionẽ ignis & ulcera calida, quũ non sunt cum apate calido, est medicamẽ excoriationis pedum ex calciamento, & fistulis, & pellis eius recens super percussione in hora prohibet nocumentũ ex ea: & est conueniens ulceribus fraudulentis, scabiei: & pruritui.

Pix, cal. est & sic. lenit apata dura: et ꝓprie pix humida: & administratur cum farina hor. super scroffulis: & prohibet quum admiscetur sulphuri, aut cortici arboris agebue, ad ambulationẽ formicæ: & prohibet exituras glandularũ: & delet impetiginẽ: et generat carnẽ in ulceribus profundis: et proprie cum thure & melle: & mundificat etiã ulcera humida, & sicca est uehementioris exiccationis, q̃ humida.

Plumbũ ustum, uide in dictione Alaunach.

RHeubarbarũ, cal. est et stypticũ: fit emplastrum cum eo ad apata frigida, & confert impetigini epithematũ cum aceto: & confert casui & percussioni si bibitur cum uino: & si admiscetur cum oleo rosato, confert contusioni & rupturæ.

Rosa, frig. est & sic. qñ coquitur et non exprimitur fit tunc emplastrũ apatibus calidis, & resoluit ea: & simili modo confert erysipelati & ulceribus, & præcipue abrasionibus in coxis & naticis: & generat carnẽ in profundis. Et dixerunt quidam, ꝙ ipsa extrahit ea, quę fixa sunt in carne, ut spinas, & huiusmodi, quum fuerit trita.

Ruta, cal. est & sic. qñ teritur, & fit ex ea emplastrũ cum sale, membro super quod est apa: confert etiam qñ ponitur super scroffulas gutturis & axillarum, resoluit illas, ponitur cum butyro & melle super impetigine & cum aceto ex cerussa super formicã & erysipelas, & sanat antiqua.

SAnguis draconis, frig. est sic. conglutinat ulcera & plagas recentes: et est cõstrictiuus: & prohibet sanguinis fluxum, & restringit.

Sarcocolla est cal. & sic. omnia apata more emplastri superposita mollificat, carnem mortuam corrodit, & consolidat plagas recentes: restaurat contusionem, administratur resolutio eius, & resoluit radix eius desiccata: & ideo si lycinium sumatur ex melle il-

E linitum, & inuoluatur in puluere sarcocollæ, & mittatur in aurem, ex qua egreditur uirus et sanies, sanat, si fiat per aliquot dies, et uices.

Semperuiua, frigi. est et sic. consolidat ulcera recentia super eis: folia eius aggregant partes carnis incisæ. adeo ꝙ facit illas uideri rem unam & continuam.

Secatura lignorum, consolidat uulnera: & proprie quum est accepta ab arboribus siccis & stypticis: quũ etiam spargitur super ulcera formicalia, cõfert eis.

Solathrum, frigi. est & sic. & fit ex eo emplastrum apostematibus extrinsecis: & bibitur aq̃ eius ad apostemata calida & phlegmatica intrinseca, et hoc ĩ principio ipsorum, & ponitur aqua eius cum cerussa super erysipelas, & formicam, & ignẽ persicum, & omnem inflationem.

Spina alba, uide in dictione Bendeguard.

F Squinanthum. uide in dictione Assesan.

Stellio. uide in dictione Gaulis.

Stœchas, cal. est & sic. sedat apostemata, et carbunculos prohibet herpetẽ esthiomenum.

TAmariscus, cali. est & sic. desiccatiuus: ex eius floribus fit emplastrum super apostemata fluxa: & eius fumus sup apostemata & uulnera humida desiccat uulnera difficilia, & corrodit carnẽ additã.

Tucia frig. est & sic. illa, quæ est abluta, confert ulceribus corrosiuis, & doloribus oculorum, et prohibet superfluitates fraudulentas, & coarctatas in uenis oculi: penetrat in tunicas, & ꝓprie illa, q̃ est abluta.

VIscus, cal. est & sic. ualde resoluit apostemata, & proprie confortatus: & confert eminentĳs

G quæ ueniunt subito post pruritum, & proprie in nocte: & lenit ulcera antiqua & mala.

Vitis alba. uide in dictione Fesire.

ZIniar. i. uiride ęris, prohibet ulcera ambulatiua, & est cali. & sic. ualde consolidat cum ceroto, & mundat ulcera sordida cum ceroto & terebinthina, est medicĩa scabiei ulcerosæ, albaras, & morpheę.

YReos, cali. est & sic. elixatum lenificat durities, apostemata grossa, scroffulas, & bothor lenes: & confert ulceribus sordidis, mundificando: & facit carnem nasci in ulceribus & fistulis: et si pulverizetur super osse discooperto, uestit ipsum carne. Eius oleũ resoluit lassitudinẽ: & quũ bibitur cum uino confert spasmo, & contritioni lacertorum.

Explicit liber quintus de simplicibus.

# ROGERII MEDICI CELEBERRIMI CHIRVRGIA.

Quam licet in Rolandi chirurgia, fere totam contineri sciamus, imprimendam tamē nunc duximus, quo vos tam pulchrum, tanq; vtile opus sincerum legere, & quæ sint Rolandi, quæue Rogerij verba ac sententiæ, cognoscere valeatis.

Addidimus etiam quasdam in Rogerium veluti explanationes in antiquissimo codice inuentas, & ab ipso fortasse Rolando factas.

POst mundi fabricam, eiusq; decorem, Deus, hominē de terrestri substātia formare, vitæq; spiraculum in eo, velut de cœlesti, uoluit inspirare, de vili quidem fragiliq; materia, vt perduceret sibi grauitatē in esse. De cœlesti vero, sicut de sublimi, mira, gloriosaq; substantia, ut cōditori se similaret: et cœlestibus ī gratia coęqlē cognosceret: vt de uno terrenis præciperet: de alio vero diuinis cultibus rationabiliter subderetur. Hunc Deus sūma sapientia, sine defectu ditauit, liberiq; arbitrij prærogatiua gloriosissime decorauit: & quid ei faciēdum, vel non faciendū foret, diligentissime p̄dicauit. Dominici ergo præcepti violator existens, pro partium varietate, sibi diuersa supplicia germinauit: vt de sciētia rectissima, ad ignorātiam: de regno, ad exilium: de luce, ad tenebras: de delitijs, ad miserias: de gaudio, ad tristitiā duceretur: vt prauis, & contrarijs accidentibus iustissime subderetur. Sūmus vero medicus, cœlestis partis sibi curā retinuit: terrestris uero miseriam nobis curandam reliquit. Huius autem curæ theorica doctrina est, practica vero ministra. Quæ sicut in humano corpore varia accidentia intus & extra consurgunt, ita etiam ad singula ea, sua bñficia cōsueuit dare, ac singulis ipsis, principaliter obuiare. practicæ * obtinuit. Quæ vero se corruptionibus sibi extrinsecus occurrentibus * * * & beneficij dignitate, chirurgię curā sibi * sociorū nostrorum & illustriū virorum * pulsa, vt operari consueuimus, in scriptis redigere deliberata ratione, decreuimus: vt curam, quam a nobis receperint, retinere ualeant: & nos sempiternam laudē et gloriam consequi mereamur. Hoc autem opus nostrū particulariter distinguēdum esse, consulte pręuidimus: ut pro varietate partium humani corporis, curarum varietates cōpetentius assignemus, ac vt operi laudabilem finem imponere ualeamus. Nota igitur q; si diligens opator quoslibet morbos in quatuor partes corporis accidere pręuiderit, in ea particula huius corporis curas & signa reqrat, quæ ab ea parte recipit vocabulum. Curas ergo capitis, uelut dignioris, primo prosequamur, singula capitula huius particulæ, prout exequi debemus, per ordinem perscribendo.

*Incipiunt capitula.*

## DE VVLNERIBVS quæ fiunt in capite. Cap. I.

Caput vulnerari diuersis modis contingit: vulneratur enim aliquãdo cũ fractura cranei, aliquãdo sine fractura eiusdem. Fractura vero cum vulnere aliquoties est magna & manifesta: aliquoties est parua. Sed tam magna, q̃ parua, alia est cum magno & amplo vulnere: alia cũ paruo & stricto. Quæcunq; vero fractura cranei sit, de læsione pãniculorũ cerebri semper est dubitandũ: nam aliquando pia mater, aliquando dura mater læditur. Quũ vero dura mater læditur, per hęc signa cognoscitur: patienti dolor adest in capite, rubor in facie, oculorum incensio, alienatio, linguæ nigredo. Piæ matris læsio per hæc signa cognoscitur: defectus virtutis adest, ablatio vocis, pustulę quoq; solent in facie superuenire, sanguis & sanies a naribus effluere, & constipatio uentris adest [a], et rigor ter, vel quater in die solet patienti cõtingere [b], quod est certum signum mortis. Et omnibus, vel pluribus de supra dictis signis superuenientibus, vsq; ad .c. dies ad plus mors sequitur, vel expectari potest. Et maxime si aliqua meryngarũ cerebri, læsa sit, morietur æger in primo plenilunio adueniente, vt in pluribus hoc cõtingit [c]. Quia ergo de fractura cranei sequitur magnum periculum, qualiter fracturæ cranei nos subuenire possimus, per ordinem prosequamur.

a Additio, Nota q̃ si constipatio ventris sequitur, vel fluxus, mortale est, quod deterius est.

b Additio. Et hoc est pessimũ signum, quia tunc calor naturalis deserit partes extremas, quas vltimo petijt.

c Additio. Ex hoc q̃a cœlestia corpora effectũ habent in terrenis, & luna mater est hũiditatis, humiditate lunæ adiũcta, augmentatur humiditas terrę nascentium: et tunc humiditas cerebri augmẽtatur, et ebullit cerebrum, cum intus in magna quãtitate nequeat contineri, unde extra quandoq; nõ habet obstaculum, et ita moriuntur.

E *De fractura cranei magna & manifesta cum largo et amplo uulnere. Cap. II.*

Qvum fractura cranei magna et manifesta cum amplo & largo vulnere fuerit, vt si fiat ense, vel aliquo simili, ita quidem, vt os, vel aliquid aliud debeat abstrahi, nisi sanguis multum fluat, vel aliud impediat [a], os, siue aliud, qđ remoueri debet, illico abstrahat̃ & subtilissimus pannus de lino [b], inter craneum & duram matrem, velut ex obliquo, cum penna caute mittatur. In ore vero fracturæ cranei, pannus de lino, vel de serico, quod longe est melius, ita q̃ extremitates pãni undiq; sub craneo [c], pro uide ĩmittantur, ne putredo ab exterioribus fluẽs ad duram matrem decurrat, & maiorem læsionem cerebro inferat. De spongia vero marina diligenter lota, et exiccata, idem fieri consueuit [d], hæc enim putredi- F nem ab exterioribus deriuatam, uelut bibula, recipit. Vulnus autem extrinsecus totum, undiq; pecijs lineis in albumine oui infusis & aliquantulum expressis diligẽtissime repleatur: plumaceolus desuper ponatur, & pro varietate partis capitis caute ligetur. Bis in hyeme, & ter in æstate, mutetur: & patiens supra dolentẽ partem ad iacendum locetur. Cum hac cura est insistendum vsq; ad plenam cranei restaurationem.

a Additio, sicut syncope.

b Additio, Vetus, ne asperitate sua lædat.

c Additio, cũ penna vel tasta nõ imponendo ex directo.

d Additio. Nota q̃ spõgia optime ac pluries lauari debet, vt amittat salsedinem, ne nitrositate sua mordicet piã matrem, vel duram matrem. quia omnia mordicantia sunt calida et corrodentia, calida et sicca.

G *De superflua carne, si super duram matrem, excreuerit. Cap. III.*

SI vero ante cranei reparationẽ, aliqua superflua caro supra duram matrẽ excreuerit, spongia marina bene lota & exiccata ponatur ibi, quousq; caro superflua corrodatur. Cæterum si post reparationẽ cranei, caro super ipsum reparamentũ superflua creuerit, puluerem de hermodactylis secure ponere consueuimus [a]. Vulnus autẽ extrinsecus, cum panno solum & carpia [b], vsq; ad finẽ perfectæ curamus. Post vulneris vero consolidationem apostolicum chirurgicum superponimus. Quod. Rec. picis naualis, lib. 5. picis gręcę, lib. i. galbani, serapini, ammoniaci, opopanacis, ana vnc. 5. cęræ, vnc. iij [c]. aceti, lib. 5. fit autẽ sic. Acetum in stagnato vase cum gũmis, quę non debẽt H teri, ponatur. s. cum galbano, ammon. serap. opopa, & pice nauali, & supra ignem ponantur, & liquefiãt; quũq; liquefacta fuerint, parum de ipso in aqua frigida ponatur, & quum se tenuerit, et colorem mutauerit, pix græca in supra dicta quantitate subtiliter puluerizata cum mastiche, & olibano, ana vnc. 5. pulue rizatis, cum prædictis in stagnato ponãtur [d], & cum spathula semper agitando, omnia bene insimul incorporẽtur. Quum autẽ de subalbido colore, quasi in citrinum deuenerit, signum habes plenæ decoctionis: stagnatum ergo remoueas, & .5. vnc. terebinthinę ad iungas, & cum prædictis diligenter incorpora: hęc autem omnia per sacculum supra aquam frigidam cola, & manibus inunctis oleo laurino, vel aliquo liquore, malaxa iuxta ignem, postea de aqua abstrahaito, vt & aqua inde exeat, & in magdaleones formare valeas.

leas [e]. Valet autem apostolicum chirurgicũ ad splenem, & post os consolidatum, valet ad coquationẽ ossis, & vulneris. Valet etiam ad dolorem ex fractura pectoris q̃ fit ex contusione, ex casu, et ex percussiõe.

a Additio. qa puluis iste leuiter, et sine molestia, corrodit.
b Additio. Nota ꝙ carpia est carpitura panni, siue rasura.
c Additio. In æstate, in hyeme duas, et nota, plus de cæra in æstate, q̃ in hyeme, propter liquefactionem, econuerso in hyeme propter consolidationem: ne indurescat.
d Additio. Nam stagnum frigidum est, cuprum calidum: vnde in stagnato debent coqui vnguenta et syrupi. In vase cupro, oxymel et emplastrum.
e Additio. Nota, ꝙ quidam nõ approbant apostolicum, propter nimiam attractionem et consumptionem.

*De fractura cranei cum stricto uulnere.* Cap. IIII.

SI fractura cranei magna est, uulnus autem strictũ in superficie ita. s. ꝙ de quantitate fracturæ cranei plene certificari non possis, digitus in vulnere est ĩmittẽdus, & digito diligenter est tentandũ, quia nullo modo fractura cranei melius cognoscitur, q̃ tactu digiti [a]. Postq̃ vero fracturæ cranei quantitatem ex maiori parte cognoueris, vulnus strictum cũ rasorio in modum crucis incidas, & cum rugine. i. ferreo instrumento, cutim illam a craneo separa: et nisi multus sanguis, vel aliud impediat [b], os quod est ad extrahẽdum, vel aliud si affuerit, cum picigarolo extrahas illud. Quod si multus sanguis superueniat, uel aliud impediat, quousq; illa cessauerint, differas, licet tuo beneficio differas: remouẽda statim, si potes, remoueas cõpetenter: pannũ inter duram matrem & craneum cũ penna diligenter & caute ĩmittas: et quæcunq; in cura superius dicta facienda docuimus intra craneũ prosequaris. Extra craneũ vero scarnaturis [c], in primis intra se coartatis et constrictis, totum uulnus de lineo panno in albu. oui infuso primo etiam præparato, bene impleatur, & plumaceolus de pãno supponatur [d]. & pro varietate partis capitis ligetur, et in mane vsq; sero dimittatur, & econuerso. Quum autem ad idem vulnus redieris, et quarterios tumefactos et augmentatos videris, bonũ signum erit [e]. Cæterum si diminutos, & mortificatos videbis, malum erit [f]. Cũ cura autem insistas extrinsecus, quousq; craneum plene reparatum esse cognoueris, et tunc pannus diminuatur, & quarterios prædictos ad proprium locum redire compellas, & vsq; ad finem carpia, vel alio panno, curare non dubites. In vulneribus enim, vbi fractura cranei est, solum pannum ĩmittimus [g], & a secundo, uel tertio die non infusum. Vnguentum uero, vel aliquod vnctuosum ĩmittere omnino refugimus [h]. Apostolicum autẽ chirurgicum supra coriũ aliquod in fine ponere consueuimus. Sed vt videaris aliquid de tuo apponere, fac hoc vnguentum, quod secure poteris imponere circa labia, vulneris extrinsecus, quod sic fit. Accipe crocum, et pone in aqua, et ibi tandiu dimitte, quousq; sit aqua bene colorata: & cola: & in colatura hac pone farinam triticeam, & incorpora bene, & pone supra ignem, vt aliquantulũ bulliat, semper agitando. Et vsui reserua, dolorẽ mitigat, & lenit.

a Additio, quia cum penna, vel ferro perfecte sentire nõ possumus, cum sensibilia non sint.
b Additio, vt syncopa.
c Additio, idest quarterijs.

A d Additio, vt bene concurrant quarterij, in fine super quãlibet quartam partẽ ponendus est vnus plumaceolus de lino, et ĩ extremis intus ponãtur duo stuelli, ut sanies effluat.
e Additio. Nam tunc significatur ꝙ natura potens est ibi ponere nutrimentum.
f Additio. Quia tunc significatur, ꝙ virtus naturalis est impotens supermittere nutrimentum.
g Additio. Infusum in albu. oui et super craneum.
h Additio. Nota, ꝙ in vulneribus, putredinem cito fieri, bonum est, tarde vero, malum: vulnus enim sicuum malum, iuxta illud Hippoc. laxa bona, cruda vero mala.

*De fractura cranei in modum rimulæ.* Cap. V.

COntingit aũt craneũ in modũ rimulę frãgi, & scindi, ita. s. vt neq; eleuatior, neq; depressior, altera pars videatur: & vtrũ fractura talis vsq; ad interiora descendat, nõ cognoscitur. Vt ergo possis certi-
B ficari, teneat sibi ĩfirmus os & nares clausas, & ĩsufflet viriliter: & si per rimulã illã aliquid exhalauerit, scias craneum vsq; ad cerebrum fractum esse. Cui sic subuenire curabimus. Si uulnus est strictum, elargetur, et nisi sanguis impediat, vel aliud, statim iuxta rimulã, trypano. s. instrumento ferreo, cum sũma cautela, ex vtraq; parte rimulæ fora, & quot tibi congrua uidebũtur foramina facias: postea spathumine, ab uno foramine ad aliud, incidas ipsum craneum, ita. s. ut usq; ad extremitates rimulæ talis incisio ueniat, ubi putredinem, quæ supra cerebrum deriuauerat, bombyce, uel subtilissimo pãno lineo, ex obliquo, inter cerebrũ et craneum penna ĩmissa, diligẽter extrahere ualeas [a]. In huius autem uulneris cura de cętero eadem solum sunt exęquenda, quæ in prædictis docuimus. Si uero
C craneum sit fractum, ita, ut sit tãtum in alterã partem depressum, ut frustulum de facili non ualeat segregari, ex illa parte, ex qua tenet, perforare ĩcipias: et quot tibi competentia uisa fuerint, foramina facias: deinde cum spathumine, & cum alijs, ut iam dictum est, curam adhibeas.

a Additio. In tantum vt spathumine posito in ipsa fractura, eleuetur craneum, et caute, ne aliqua pars sit ibi, vt dura mater lędatur ab illa. Alia Additio. Nota, ꝙ si rimula nõ sit tãta, vt substantiã cranei penetret, cum instrumentis chirurgicis abradendũ est craneum, et quocunq; modo illa rimula sit, cũ supradictis instrumẽtis ex toto remoueatur, ut securus sit medicus, utrũ penetret rimula vsq; ad durã matrem.

*De uulnere capitis, sine fractura cranei.* Cap. VI.

SI uulnus in capite, sine fractura cranei fuerit, statĩ
D de panno lineo in albu. oui infuso, & aliquantulũ expresso, totum diligenter undiq; repleat [a]. Et si tempus hyemale fuerit, embrocha talis supponatur, quousq; saniẽ faciat huiusmodi uulnus. Quæ embrocha, Re. brancæ ursinæ, maluæ hortulanæ, et alterius maluę [b], paritarię, uolubilis maioris, ana manipulũ unũ. Omnes iste herbæ bene pistatæ in singulis manipulis: & de his solũmodo folia accipiãtur cũ lib. i. axungię, & insimul bene incorporentur [c]. ponantur omnia ista cum. iij. uncijs fa. tritici, & unc. ij. sem. lini & . ij. fœnugræ. omnia ista in uase fictili cum albo uino incorporentur [d]. Et postea supra lentum ignem pone. & agitando cum spathula, tandiu dimitte, donec inspissetur, & inspissatum usui reserua [e]. Item aliud emplastrum & est maturatiuũ valde. Reci. mellis succi apij, ana. fa. tritici subtilissimæ, quotum sufficit. Si uero tẽ-

pus ęstiuum fuerit, embrocha talis fiat. Accipe maluã & folia solum, manipulũ.i. & pista cum unc.iij.axungiæ ueteris, & non salsę, & solatrum, memitte: et si nõ poteris habere memittẽ, pone pro ipsa umbilicum ueneris, vel cassilaginem, et herbam violariam: istas.iij. pista, & succum extrahe: & postea succum istũ misce cum prædictis: & tantundem de melle ros. quantũ de succo ibi pone, & incorpora: & iterum appone ibi, vnc.iij.fa.tritici, &.iij.de melle: & diu agitando cum spathula, ad ignẽ decoque, donec inspissetur, & vsui reserua. Has autem embrochas pro diuersitate tẽporis ponimus, vsquequo uulnus saniem mittat, et ipsas dilatatas in pãno. Postq̃ autem saniem fecerit, pãnum siccum in vulnere mittimus, quousq; postea deficcetur. Quum autẽ exiccatum fuerit vulnus, carpiam superponimus, & secundũ q̃ caro excreuerit, pãnum, vel carpiam subtrahimus. A die vero rheumatis f. quousq; vulnus sit desiccatum, vnguentum fuscum vulneri applicamus, qđ sic fit. Accipe olei cõmunis, & sepi arietini, ana lib.i. picis naualis, lib.5. picis græ. vnc.iij.cerę, vnc.iij.in æstate, in hyeme vero, vnc.ij. masstiches, olibani, galbani, ammoniaci, serapini, opopanacis, terebinthinę, ana vnc.5. conficiatur sic: oleũ, cæra, & sepum, cum pice nauali, & cum gũmis, quæ non sunt terenda, vt galb. ammo. serap. opopa. in stagnato supra ignem ponãtur: de masstiche, & olibano, et pice græ. fiat puluis. supra dictis liquefactis ad ignẽ, agitando semper cum spathula, addatur puluis supra dictorum. Signum decoctionis est, quando gutta posita super marmor adhæreat digito, & non dissoluatur: & quum hoc videris, deponatur ab igne, & addatur terebinthina, & cola per pannũ et vsui reserua, valet autem ad omnes nouas plagas, & bonã carnem facit, & sanguinem generat, & attrahit. In cæteris aũt fiat cura sicut superius diximus g.

a Additio. Et nota, q̃ albu. oui non debet multum agitari in tali causa, ne amittat frigiditatem.
b Additio, Idest althææ.
c Additio. Nota, q̃ embrocha ista intitulatur puls chirurgicorum.
d Additio. In alio libro dicitur, cum vino rubro, qui ita dicit, pone ea supra ignem, et addito vino puro et rubro.
e Additio. Nota, ad dolorem ex percussione. Re. mel cum vino, oleo, et cymino, et fac inde emplastrum, et appone loco dolenti, hoc emplastrum valet ad pleurisim: et si ex appositione huius emplastri augmentetur dolor, necesse est ut patiens phlebotometur.
f Additio. Quo. s. humores incipiũt decurrere ad uulnus.
g Additio. Nota in hoc loco, q̃ quę sunt calida, et frigida naturaliter, confortant calorẽ naturalem in loco, calida quidem: vbi a calore suo cõfortatur membrũ, frigida uero stypticitate sua constypando ora venarum, et ita retinendo fumos et spiritus, naturalem calorẽ confortant: quæ autẽ sunt calida et hum. vt fœnugræ. et sem. lini, caliditate sua calorẽ naturalem confortant, et humiditate sua materiã humectãt, et ita eã curant. Frigida etiam sola constipando meatus venarũ et arteriarũ, retinendo fumositates et spiritus, et ita naturali calore confortato, maturant.

Alia Additio. Nota q̃ emplastrũ, factũ de succo ebuli et subtilissima farina milij valet antiquo dolori, et tumori.

## *De tumore capitis ex percussura.* Cap. VII.

EX percussura vero fit tumor ĩ capite, sine aliquo vulnere, aliquando cum fractura cranei, aliquãdo sine fractura. Fractura autem quandoq; est manifesta ipso tactu, quandoq; non. Quando est manifesta, locus in modũ crucis est incidendus cum rasorio: & cuncta deinde supra dicto ordine in secunda cura capitis prosequantur a.

a Additio. Nota, q̃ in percussione, siue concussione sine vulnere et fractura cranei, statim dum sanguis est in fluxu, anteq̃ fuerit coagulatus, facienda est phlebotomia, et statim postea repercussiua sunt adhibenda, si non prosunt, diaphoretica: postmodum maturatiua.

## *De occulta fractura cranei.* Cap. VIII.

SI ergo fractura cranei occulta est in modũ rimulæ, per hæc indicia vsq; ad. v. uel. vij. diẽ cognosces, vt si non bene appetat, male digerat, male dormiat, vix assellet, & vrinet: & si calorẽ patiatur febrilẽ, quia tũc certi sumus de fractura cranei. Cura huius est: cutis in modum crucis cũ rasorio incidatur, & postea cuncta per ordinem prosequantur, quę diximus in tertia cura a.

a Additio. Nota, q̃ cutis q̃nq; inciditur omnino, quandoq; non: quando inciditur cutis cum craneo, remouẽdum est craneum a cute incisa, et si in parte se tenuerit, debet sui, et circumcirca de puluere rubro puluerizari: deinde vt superius dictum est, curam adhibeas. Nota, q̃ si omnino abscindatur cutis cum craneo, diligentius est insistendũ, et reparandus est porus sarcoides vti diximus, hæc duo locum habent inferius in cap. Si ex vulnere capitis, cutis incisa est cum craneo etc.

## *De tumore sine fractura cranei.* Cap. IX.

QVando tumor ex percussura fit sine vulnere in capite, et sine fractura cranei, cognosces per indicia patientis vsq; ad. v. vel. vij. diem: ut si bene appetat, digerat, dormiat, assellet, & vrinet: & si sit sine calore febrili: quia tũc certi sumus, q̃ craneũ non est fractum: & tunc apponenda sunt ea quæ expellunt tumorem a. Fiat ergo talis embrocha. Accipe absinthij, artemisiæ, rutæ, cymini, & cæpe, æqualiter: & in simul pistentur bene, & cũ oleo cõmuni coquantur, & supra tumorẽ, bis, vel ter in die, vel quater, vel pluries etiam, quantũ pati potest calida ponatur: & si ab istis non expellitur inde, ponatur hæc alia embrocha. Accipe absynthium, artemisiã, maluã cõmunem, ana manipulũ.i. Ista omnia terantur, & tritis ipsis addantur.iij.vnc. de axungia, & bene cuncta simul incorporentur, &.iiij.vnc. de farina frumenti ad misceantur, & cũ uino incorporentur, addãtur, vnc. iij. de melle, & omnia incorporentur, & ponantur ad ignem: & tandiu ducantur cum spathula, quousq; ad spissitudinem veniant. Talis embrocha loco patienti superponatur, quousq; tumor veniat ad maturitatẽ. Postea vero vbi locus magis dependet, cũ sagitta aperiatur, & sanies tota manibus exprimatur: & si opus fuerit, digitus apponatur, & cætera prosequantur vt in apostematum cura dicemus.

a Additio. s. repercussiua, vt solatrum, semperuiua etc. Et post repercussiua apponenda sunt diaphoretica: ad vltimũ maturatiua, si cætera non profuerint: et est sciendũ, q̃ optima cura est diaphoreticorum, quam hic ponit.

## *De incisione cutis capitis cum craneo.* Cap. X.

SI ex vulnere cutis capitis est incisa cũ craneo vel casu. s. lapidis percussione, vel aliquo simili, cutis ipsa dilaniata dependeat, vel incisa: tunc ipsa cutis dependens

pendens incidatur per mediũ vsque ad craneum fractũ: & ab illo craneo cum rugine separata, os cranei proijciatur, et cutis ipsa ex utraq; parte suatur, incipiẽdo a superiori, ut fiat vnus punctus cũ acu subtili quadrata, & filo de serico, & ipse punctus firmiter nectatur: et sub mẽsura vnciæ alius punctus eodem modo firmetur: et tot in hunc ordinẽ ibi fiant, quot necessarios esse cognoueris ex vtraq; parte. Inferior vero ps ex vtraq; parte relinquatur aperta, vt per illos meatus uulnus cõpetenter possit curari. Super hanc vero suturam ponatur puluis rubeus consolidatiuus, q sic fit. Accipe consolidæ maioris, vnc.i. boli, vnc.i. picis grecę, vnc.iij. masticħes, olibani, ana unc.5. sang. dra. mumiæ, ana drac.ij [a]. hæc omnia terantur, & vsui reseruentur. Hic puluis valet ad sanguinẽ constringendum: ad consolidationẽ ossis & carnis post suturam: cito etiam pellẽ supra vulnus inducit, hic ergo puluis superpõatur tali suturæ, vt diximus. Supra ipsum vero puluerem, foliũ plantaginis, vel aliud [b]. In extremitatibus stuellum ĩmittere, & plumaceolum de pãno ponere consueuimus, vt cõprimendo aliquantulum sanies ad inferiores meatus descendat, & vulnus competentius curari & sanari valeat. Hic autem puluis vsq; ad.ix. diem, bis in die, superpõatur, quousq; carnem videamus ex parte subcrescere, & consolidari. Et tunc prædictos pũctos dissoluimus, filum extrahimus, & vsq; ad perfectam consolidationẽ cum pãno, carpia, & alijs quæ diximus subuenire, succurrimus. In illa vero incisione, quæ facta est a medico, ponatur pannus infusus in albu. oui, & cætera intra craneum, & extra craneum, prosequantur, quæ in alijs fracturis cranei diximus.

a Additio. Nota, q sanguis humanus desiccatus, & pulue rizatus, fere tantũ valet, quantum mumia, & loco eius per optime ponitur.

b Additio. Et nota, q semper consyderandũ est, q foliũ vulneri appositum, consimilẽ faciat effectum, quũ superponitur, vt si apponatur consolidatiuũ, & folium sit cõsolidatiuũ: si corrosiuum, corrosiuũ: si maturatiuũ, maturatiuũ.

*De separatione cranei cum cuti.* Cap. XI.

SI vero de craneo ita sit parum separatum cũ cuti, vt interiorem partẽ non contingat, illud tantillum ossis a cuti remoueamus, & in cæteris eandẽ curam prosequamur, quã ĩ supradicta sutura diximus, excepto q nõ debet fieri per medium, neq; inter craneum aliqua possunt ĩmitti [a]. Si vero cutis sine craneo, vel ex vulnere, vel alio casu, a capite sit separata, cura eadem est quasi cura proxime dicta superius.

a Additio. Vnguentum citrinũ hic possumus ponere. i. in hoc vulnere, quia non est timendũ q penetret vsq; ad durã matrem, quia grossæ substantiæ est.

*De uulnere in contumace capitis.* Cap. XII.

SI vulnus fiat in contumace capitis [a], ante, vel retro, ita q ad superiora cerebri procedat: mortale est. Si vero a superioribus ad inferiora descendat, ita q ad cerebrum nõ procedat, sed per aures, vel nares, vel per aliam partem huius descenderit: nõ mortale. Cura vero taliũ vulnerũ similis est præcedẽtibus [b].

a Additio. i. in coniunctione cellularum.

b Additio. Nota circa tumores subcutaneos. Accipe flauram & abrotanum, et tere, et distempera cum aqua ro. et cũ albumine oui, et quasi emplastrum appone.

A *De uulnere in facie, & eius sutura.* Cap. XIII.

IN facie, vt pote in naso, vel labio, vel alia nobili parte corporis, si vulnus fuerit, qđ sui debeat, primo partẽ parti reddere debemus, & superficiẽ ipsam cutis, in quantum delicatius possumus, q tantum durare possit, cum subtili acu & filo de serico suere consueuimus, sigillatim quẽlibet punctum per se nectendo, & vnum ab alio modicũ segregãdo [a]. Cæterum si nasus cum labio sit ex transuerso incisus, quodlibet in suo loco reponimus, et diligentissime collocamus, et, vt iam dictum est proxime, suimus. Ex vtraq; vero parte nasi plumaceolũ de panno ponimus, et substẽtaculũ in modum capistri, ne ad aliquã partem deuagari valeat, velut retinaculum facimus. Si vero necessarium fuerit, naribus stuellum ĩmittimus, ut per illos meatus sanies competẽtius educatur. In omnibus
B autem suturis extremitates apertas relinquimus, ut et stuellum ibidem ĩmittere valeamus, & per ipsos meatus sanies competentius educatur, nisi sit in chartilaginosis locis, in quibus locis meatus nõ est dimittẽdus, quia ipsi meatus se expurgant, uelut in naso, auribus, virga & similibus: puluerem uero rubrum, qui iã dictus est, vsq; ad. ix. dies super aspergimus: & quæ dicta sunt superius circa ista diligenter attendamus [b].

a Additio. Sed valde melius est, vt congrua fiat sutura.

b Additio. Nota, q si deest puluis rubeus, appone bolũ armenũ, vel puluerem de folio furni, vel puluerẽ pilorũ leporis vstorũ, vel plantaginis vstæ, in simul vel separatim, vel puluerem thuris vel mastiches.

*De uulnere teli in facie.* Cap. XIIII.

SI quis telo fuerit percussus in facie per nares, vel
C iuxta oculum, uel in maxilla, siue in aliquo loco, ita q ferrum sit in profundo, uel subtiles & angustos meatus intrauerit, & tortuosos: licet laboriosum sit extrahere, tamẽ secundũ ingenium quisq; laboret, & qualiter extrahi possit diu cogitet, & si ferrũ habuerit lignum, mittatur tẽta iuxta lignum vsq; ad ferrũ per idẽ uulnus: & si cognoscatur lignũ bene fore coniunctum ferro, parum, ac parũ breuiter, & etiam cõstrictum paulatim lignum cũ ferro moueatur, et sic cum cautela extrahatur. Quod si ferrum, lignũ non habuerit: cognito a patiente, qualiter, & quomodo stabat quum fuit percussus. f. sursum uel deorsum, ex recto, uel ex obliquo, per uulnus tenta intromittatur: & cognita uia ferri, ferrum si poterit extrahi, extrahatur: et si absq; molestia non poterit extrahi, melius est ut dimittatur: multi enim retinentes ferrum, per multum
D tempus uixerunt. Extracto ferro, statim fiat stuellus de lardo, et intromittatur: si lardus nõ sufficeret, propter nimiã profunditatẽ, facias tentã de panno lineo, & ungatur sagimine, & sic intromittatur, & ponatur desuper plumaceolus de panno lini, & ligetur ita, ut ligatura incipiat a loco unde putredo debet fluere, & si duo sunt foramina, illud plus retardetur ad consolidandũ, quod magis pendet: qđ. n. in inferiori parte est, citius cõsolidatur: & ita semp locetur infirmus, ut ad exteriora, & nõ ad interiora, putredo decurrat. Si uero saniẽ ĩ tali uulnere generari uolueris, secundũ tẽporis uarietatẽ, embrochã hãc in ęstate: illã uero ĩ hyeme pones, q̃ diligẽter distincta sunt in cura quinta capitis, superius dicta. Cætera uero fiant, ut in alijs curis diximus. Hoc autẽ non prætermittimus, q postq̃ sanies cœperit exiccari, & uulnus consolidari, dimi-

nuatur stuellus secundũ purgationem, & consolidationem uulneris.

*De uulnere sagittæ barbulatæ.* Cap. XV.

SI fiat vulnus de sagitta barbulata, ita eam abstrahimus. si forcipes ibi large mittere possumus, barbulas illas cum forcipibus caute comprehendimus, et eas ad stipitem retorquendo plicamus. Quod si difficile est, cānellum aliquem subtilem ferreũ, vel æneũ, ad barbulam vnã apponimus, & ipsam barbulam in concauitate cānelli recipimus, & idem in alia parte facimus: & multo studio, & diligentia competenter abstrahimus. Idem facere poterimus cum duabus pēnis anserinis. In alijs autem, cura est similis cũ prædictis.

*De uulnere capitis.* Cap. XVI.

LIcet autem superiorē partem capitis, sagitta, vel alio simili, vulnerari non posse contingat, tamē quia in his cura difficilis est, eam nõ prætermittimus. Quum ergo sagitta, vel aliud, craneũ ab vna parte penetrauerit, et per aliam partē cranei manifeste exierit: uel si in anteriori parte cranei manifeste percussus per posteriorē exierit, & econuerso, talem curã facere cõsueuimus. Si mortalia in eo signa non apparuerint [a]. Cutim ab ea parte, a qua sagitta exiuit, incidimus: et a craneo cũ rugine separamus: & si statim fieri potest, craneum iuxta ferrum, in modum literæ C, perforamus: vt meatus ille cõuenienter sit elargatus [b], & sic ferrũ caute & prouide extrahimus. Ab alia uero parte, si fuerit lignum, adducimus, vel educimus. Cæterum si aliã partem cranei nõ penetrauerit, & bona signa in ea apparuerint vsq; ad. v. vel. vij. diem, iuxta ferrum, vel lignũ, vt hic superius proxime diximus, cutim incidimus, & a craneo separamus, & in modũ prædictum craneũ subtili trypano foramus, & ipsam sagittam extrahimus. Cura eadem est cũ ea, quã diximus de fractura cranei [c].

a Additio. Possunt tamen signa mortalia in eo apparere, quamuis dura mater, vel pia, læsa non fuerit, & comprimitur ab ipso telo, vel ab hasta teli.

b Additio. Nec tamen in modũ C. debet fieri perforatio, sed ab vtraq; pte teli, aut a loco quo intrauerat, vsq; ad locũ quo exiuit, & si fuerit ex obliquo, ꝗ sit hasta teli inter craneum & duram matrē, debet eleuari craneum in modũ rimulę superius, vt generetur porus sarcoides, vel caro poroides, seu caro callosa, vt prius diximus in eadē cura.

c Additio. Si vero abstracto telo, mala signa emergant post. iij. vel. iiij. uel. v. diem, signũ est læsionis duræ matris. Si perseuerauerint signa esse mortalia, de qbus dictũ est supra, vt si patiens non appetat, non dormiat etc. Post. ij. uel. iij. vel. iiij. aut. v. diem febriat.

*De plicatura cranei ad interiora.* Cap. XVII.

EX percussura quoq; vel casu, sine cutis & cranei fractura, craneum ipsum ad interiora plicari cõtingit, & motui cerebri non modicũ repugnare, vnde patiens, in somnis, hostiles impugnationes imaginatur: & sic dormiēdo surgit, arma capit, & huiusmodi talia, velut vigilans, operatur. Cuius cura est, vt supra locum illũ cutis in modũ crucis cum rasorio incidatur, & cum rugine scarnetur, craneũ vndiq; circa plicaturam trypano foretur, & totum illud craneum remoueatur. Cura eadem est, quæ in alijs superius diximus de fractura cranei, in prima cura maxime.

E *De tineis.* Cap. XVIII.

TInearum, alia est curabilis, & alia incurabilis. Incurabilis autem per hæc signa cognoscitur: cutis densa est et dura, squãmas multas emittit, pilos corrodit, huius curã pro derelicta relinquimus. Eius vero, quæ curabilis est, duę sunt maneries: nam alia multos pilos emittit, & quosdam valde grossos, & cutis grossa tamē continua, nec dura est. Alia cutim habet grossam & scissam cum multo pruritu, & aliquando saniem emittit. Sed quæcunq; istarum duarũ sit, cum hac cura medetur, cum capillorũ euulsione hoc modo. Accipe ellebori albi, vnc. i. picis naual. vnc. i. nucis cõmunis, vnc. vi. Ista oĩa bene terãtur, & insimul incorporentur ad modum vnguenti. Quod si fuerit opus de ipsis nucibus, in hyeme, oleum fiat, & cũ ipo oleo tale vnguentũ liquefacias: de hoc unguento per

F . viij. vel. ix. dies, vel plus, vel minus, sicut medico videbitur cõuenientius, caput tineam patienti inungas. Quum autē locum ipsum mollificatum uideris, ipsos capillos radicitus euellas, & a quacunq; parte capillis extractis, iterum inungas quotidie: & quũ capilli renati fuerint, caput de lixiuio lauari facias: & quum capilli desiccati fuerint, caput de psylothro inungas, & tandiu psylothrum super caput dimittas, quousq; capillos de facili remouere valeas. Fit autem psylothrũ ita. Accipe. iiij. vnc. calcis viuæ, & fac bullire in aquã, & adde. iiij. partem vnc. auripigmenti, & fac bullire. Signum decoctionis est istud. s. quãdo penna ĩmissa, & statim extracta, leuiter depilatur. Postꝗ ergo cum tali psylothro capillos euulseris, & ruborem aliquē super caput videris, iterum inungas, & eadem facias, ꝗ iam supra diximus, quousq; caput tibi sine rubore &

G tumore appareat [a]. Cæterum si talis cura non proderit, fiat tale vnguentum. Accipe staphidos agriæ sem. vnc. i. ellebori albi, vnc. i. auripigmēti, vitreoli, et aluminis, ana vnc. 5. galluzæ, vnc. i. Ista omnia pulueriza ta cum. vij. vnc. fæcis olei, confice. de flauro vero & abrotano agresti, seu domestico, eruca agresti, fumo terræ, tythimallo, lapathio acuto, ana manipulũ. i. pista, & succum extrahe, & ipsum succũ cum fæce olei misce multum, & facias bullire ad prunas: postea adde. ij. vnc. picis liquidæ: de hoc vnguēto caput inungas: & in cæteris idem facias, quod dictũ est superius in proxima cura. Si vero habuerit multos pediculos, apponatur argentũ viuũ mistum & extinctum cum saliua [b]. Quod si locus est rugosus, vnge cum veteri sagimine, deinde pilos extrahe, & postea vnge cum psylothro, & procedas, ut dictum est superius. Si ve-

H ro non fuerit hęc passio inueterata, sed sit de nouo, velut infra annũ, eam sine capillorũ euulsione curamus hoc modo. Accipe abrotani agrestis, erucæ agræstis, herbæ flauræ, fumi terræ, artemisiæ, ana manipulũ. i. & bene pistatæ in oleo cõmuni pone, & per. ij. dies, vel si tibi placuerit, usq; ad. ix. dies, uel plus etiam, relinque: & postea in oleo illo fac prædictas herbas bullire, & per discrimina de ipso calido, prout pati poterit, mane & sero diligenter inungas: & post unctionē per discrimina [c], puluerē istum superpone, qui sic fit. Accipe staphidis agriæ, & ellebori albi, ana unc. i. tere, & puluerem istum post unctionem semper abundanter impone: & ita facias, donec sanus sit.

a Additio. Nota post euulsionem, si non rubeat locus, sed albeat, et radices capillorum sint secundũ naturam, et non

duræ,

duræ, signum est curationis.

b Additio. Vel illinias filum de lana argento viuo extincto, vel de serico, quod melius est, et appone circa caput, et omnes pediculi illi filo adhærebunt, et sic illos potes deijcere: vel extincto cum saliua et puluere humanorum capillorum combustorum.

c Additio. i. per segregationes capillorum.

*De superfluitate, quæ nascitur in capite.* Ca. XIX.

SVperfluitas quædam nascitur in capite, quæ vulgari salernitano ruua, seu rufa, dicitur: ad quã tale vnguentũ facimus. Accipe sulphuris viui, vnc. ij. ellebori albi, vnc. i. argenti viui, vnc. i. cymini, caputpurgij, ana vnc. 5. Ista oĩa bene puluerizata cum m. vi. vnc. axungiæ liquefactæ, misce, & diligenter incorpora, et quum opus fuerit, caput inunge, probatum est. Valet etiam ad phlegma salsum, & ad melancholiam, quæ solet esse in cruribus, et ad omnem scabiem [a].

a Additio. Nota, vnguentum istud optimũ est ad malum mortuum et ad omnẽ scabiem. Sed quia vehementer desiccat, et patiens inde multũ molestatur, non approbo eius appositionem. In hoc caue igitur, si patiens sit puer, aut delicatus, quia mortem inducit, aut periculum mortis.

*De alijs superfluitatibus.* Cap. XX.

NAscuntur & aliæ superfluitates in capite, quæ sunt similes scroffulis, quarum quædam est dura, & quædã mollis. Iterũ istarũ quædã est mobilis, & quædam ĩmobilis. Eius uero, quæ est mobilis, talis est cura. Sub digitis teneatur ab extremitatibus fortiter, & ipsa supra locum illũ in longum incidatur, & cum spathumine talis scroffula, vnco prius apprehẽsa, scarnetur: & si fieri potest, cum ipso panniculo, inter quẽ nata est, abstrahatur. Quod si talis panniculus abstrahi statim non poterit, relinquatur, & uulnus de pãno impleatur, infuso in albu. oui: & in secũdo die puluis asphodelorum ĩmittatur, qui panniculũ talem corrodat, & putrefaciat [a]: qui sic fit. Accipe succi asphodelorũ, vnc. vi. calcis viuæ, vnc. iij. auripigmenti, vnc. i. cõficitur sic. Succus bulliat in olla, & addatur calx, & bene incorporetur: postea addatur auripig. & parum bulliat [b]: et bene incorporatum ponatur ad solem: & quũ aliquantulum desiccatũ fuerit, informentur inde trochisci, & bene desiccati reseruẽtur: hic autem puluis ad corrodendũ talem pãniculum est ĩmittendus [c]. Et quum vulnus tumefactũ esse videris & desiccatum, in uulnere ponendus est pannus, in albu. oui infusus, superius vero stuppa cum ouo, vsq; quo videas panniculũ decoctum corruptum, & vulnus aliquãtulum saniẽ emittere. Postea vero in omnibus curam adhibeas, sicut in uulneribus sine fractura cranei diximus. Ea vero scroffula, quæ ĩmobilis est cutim cum craneo inficit, & condensat in vnum, ita siquidem, vt dura mater cum craneo eadẽ sit infectione coniuncta: & tunc ab ipso craneo videtur habere principium. Cura talis sit. Illa cutis radicitus separetur: & circa infectum craneũ, trypano prouide fora, & cum spathumine ipsum craneũ totum remoueas. Quia vero ipsam superfluitatem a dura matre separare valde difficile est: & periculum, quod exinde prouenire potest, ualde timendum: ideo talem curam potius dimittere, q̃ prosequi desideramus [d].

a Additio. Nota ꝙ illæ superfluitates, dici possunt testudines, quę quasi bocia sunt. Et si moueri possunt, dictum est

A superius in proxima litera, qualiter curentur. Si non est mobilis, scindatur cutis in modum crucis, et fiat scarnatio circa bocium, ita vt libere possit fieri accessus ad bociũ, et tũc abscindatur cũ folliculo in quo cõtinetur: illa enim est bursa, quæ, nisi remoueatur, facit ad recidiuationem. Nota, ꝙ testudo nascitur ad modũ oui, quandoq; in modũ castaneę.

b Additio. Nota, ꝙ auripig. perdit uires suas in excoquendo: vnde debet vltimo apponi.

c Additio, et sit ibi per. v. uel. per. vij. dies.

d Additio. Nota, ꝙ scroffula imobilis, est incurabilis.

*De cauterijs quæ fiunt ad maniam & melancholiam & epilepsiã, & de quibusdã etiã incisionibus.* Ca. XXI.

AD maniã, vel melancholiam, in sũmitate capitis incidatur cutis in modum crucis, & perforetur craneum, vt materia exhalet ad exteriora, patiens autem in uinculis teneatur, et vulnus curetur, sicut in B curis uulnerum superius diximus. Ad epilepsiã fiat vstio ad nodulum in fontanella supra collum, idest in extremitate occipitij.

*De ægritudinibus oculorum.* Cap. XXII.

OCuli aliquando rubent, & lachrimant, & pili præter naturam in palpebris cõtinentur, qui mordicationem in eis faciẽtes, oculos lachrymare cõpellunt, aliquando rubent et lachrimant, nec ipsi pili præter naturam in palpebris continentur: quia si pili præter naturam in palpebris contineantur, sic subuenire ualemus.

*De pilis qui præter naturã sunt in palpebris.* Ca. XXIII.

C SI pili præter naturam in palpebris continẽtur, & fuerit in palpebris multa carnositas, vt pili superflui uideri non possint: Primo fricentur palpebræ interius cum folijs parietariæ: et quum sanguis exierit, et carne minuta pili comparuerint, cum picigarolis retortis pili radicitus euellantur: postea superponatur albu. oui, & si fuerit in hyeme, aliquantulum de croco in albu. resoluatur, & quoties pili ibidẽ renati fuerint, idem fiat. palpebra vero ita semper ligetur, vt superius comprimatur. Si uero non fuerit ibi multa carnositas, pilos euellas, & cũ folijs prædictis palpebras frica, ita ꝙ sanguinem emittant: & procedas vt dictũ est superius in eadem cura. Accipe succum cimarum rubei, & absinthij cum albu. oui, & superpone.

*De rubore oculorum cum lachrymis.* Ca. XXIIII.

D SI vero oculi lachrymantur & rubent, & pili præter naturam in palpebris non continentur, truncetur vena, quæ est in fronte & duæ quæ sunt in temporibus: & quum tantum sanguinis exierit, quantũ medico videbitur sufficere, vena illa tota diligenter cum acu subtili apprẽhendatur, ita ꝙ nõ perforetur, & ex alia parte, acus ipsa trahatur cum filo ei cohęrẽte, & cũ illo filo vena ligetur, & bene nectatur, ne sanguis inde possit exire. In plaga vero ponatur lardum per. iij. dies: postea ĩmittatur caro porcina macra per. x. dies, donec bene purificetur: & postea carnem illã remouemus, filum abstrahimus, et si opus est, carpiã, vel aliud huiusmodi postea ponimus. Ad lachrymas oculorum cõstringendas, mittatur seton. i. sedignus in fontanella chartilaginis auris. Ad idem. Accipe olibanum, mastichẽ, & ladanum, & in feruenti marmore liquefacta, & in fronde lauri posita, & in tempori-

bus supra venas supra dictas, calidius q̃ sufferri possit, ponantur.

*Ad pruritum oculorum.* Cap. XXV

AD pruritũ oculorũ. Accipe lithargyri, vnc. 5. olibani, aloes hepatici, ana quartã partẽ vnc. Ista omnia terantur, & subtilissime puluerizentur, & cum oleo viol. distemperentur, & agresta superaddatur, & iterum oleũ viol. & ita vicissitudinario modo apponantur, modo de isto, mõ de illo, & diu misceantur, & ad modum vnguenti albi conficiantur: et quũ opus fuerit, ad modum collyrij cum penna oculis intromittatur. Si vero sit ibi mordicatio vel arsura, tale collyrium facimus. Accipe lithargyrum, aloen hepaticum, mastichen, & pulueriza, confice sic. Accipe cimas rubi & absynthij æqualiter, & succum extrahe, & cum isto succo, & cũ aqua ros. vicissim de vtroq;, prædictos pulueres dilig?ter incorpora, & quũ opus fuerit, oculis superponatur [a].

a Additio. Nota, q̃ si deest aqua rosa, appone aquam pluuialem, vel aquam de lenticula, vel succum plantaginis, uel poligoni. i. corrigiolæ, & de agresta superaddatur. Itẽ agresta, aloe hepatica pro quarta parte multum confert oculis, exterius apposita & interius accepta. Ladanum multũ constringit. Ad idem, mittatur seton in fontanella sub aure: vel cauterium fiat cum nodulo, quod melius est.

*De panno oculorum.* Cap. XXVI.

AD pannũ oculorum corrodendũ tale vnguentum facere cõsueuimus. Accipe centrigalli, chelidoniæ, ana manipul. i. & bene pistatas ĩ. vi. vnc. olei cõmunis mitte, et per. v. vel per. ix. uel per plures etiã dies ibi relinque, donec marcescant: deinde ad ignem bulliant: & quum videbis substantiam herbarum petere fundum, deponatur ab igne, & quũ bene colatæ per pannũ fuerint, iterum ponantur ad ignem, & mittatur ibi, vnc. i. cerę: ipsa liquefacta expiatur ad marmor, & si aliquantulum tenacitatis habuerit, signum habes decoctiõis, postea ponas ibi drac. ij. viridis ęris, & ad lentum ignem parũ facias bullire: et iterum proba super lapidem, & si habet colorem viridem, depone ab igne, & mitte ibi dra. ij. olibani [a], tutiæ puluerizatę subtilissime, & incorpora cum prædictis: deinde ĩmitte ibi pulueris sarcocollæ, drac. ij [b]. & iterum ducendo cum prædictis incorpora: in vltimo vero oculi lucij, aloes hepatici, ana drac. ij. diligentissime puluerizati & cum oleo cõmuni insimul prius incorporati, ita q̃ ista tria permista, parum sint liquida, cum supradictis cõmisce, & diu cum spathula ducendo, diligenter incorpora. Ista omnia sic incorporata, per pãnum cola, & vsui reserua. Et quum opus fuerit, cum penna delicata in oculorum extremitatibus pone. Quũ ex parte fuerit consumptus, accipe succum rutæ, vel morgillinæ [c], cuius flos est rubeus, & cũ succo cuiusdam vermis, qui dicitur pectine, misce, & in oculo similiter pone, quod ualet etiam ad alia, hoc est ad maculas. Puluis ad idem. Accipe castorei, olibani, sarcocollę, ana drac. ij. & .5. camphorę, drac. ij. margaritæ nõ perforatæ, drac. i. viridis ęris, ad pondus. i. d. fit autem sic, casto. olib. & sarcocol. & viride æs, terãtur, & in marmore nitido & calido ponantur, & agitentur ibi vt desiccentur, & postea in mortario subtilissime terantur: camphoram quoq; & margaritas in mortario diligenter pulueriza, & cum istis prædicta

E ĩmisce, & in parapside terreo, vel alio fictili, cũ aqua ros. cõmisceantur & conficiantur, & diligenter incorporentur, & ad solem desicca. Post. iij. vero diem ista simul cum aqua ros. distemperentur, & ad solem iterum desiccentur: et hoc fiat ter. Post. ix. dies, ista desiccata, et in vnũ redacta, vsui reseruentur. valet hic puluis ad pannum corrodendum maxime.

a Additio. tuciæ, quia tucia multũ valet in hac causa, q̃a naturam habet corrod?di. b Sarcocolla succus est herbę cuiusdam transmarinæ, secundum alios matrissyluis: si non potest haberi, ponatur loco eius succus chelidoniæ.
c Additio. Id est morsus gauaceus.

*De rubore oculorum.* Cap. XXVII.

SI vero rubent oculi ex sanguine, vel alia causa, si inflati sunt, aut etiam pãniculus in eis sit, fiat inci-
F sio in tribus venis frontis, in modum capistri, in hanc mensuram. Patiens ponat sibi manum ad nasi sũmitatem, & ab ea parte qua manus capiti iuncta est, & vbi supra frontem maior digitus terminauerit, signetur, prius tamen capite raso: deinde tribus vncijs ad manum patientis supra auriculam mensuratis, signetur ab vtraq; parte, & ab eo signo, quod est supra auriculam vsq; ad signũ, quod est supra frontem, & ab eo signo frontis vsq; ad signum alterius auriculæ, vel qđ est supra alteram auriculam, de encaustro, vel alio simili, protrahas. Item ab eo signo, quod est supra auriculã, aliud signum facias ex trãsuerso, quod distet ab eo vncia &. 5. ex vtraq; parte illius signi, & similiter cũ encaustro signũ perducas ab vno signo ad aliud. & idem facias ab alia auricula. Super signũ vero perductum, cum rasorio incidas cutim, & sanguinẽ emanare permitte: demũ ferrum calidum perducas supra
G cutim incisam: & ita competenter incidas. Si vero sit aliquis delicatus, qui tot incisiones pati non velit, aut non possit, secundũ prędictum modũ supra frontem signa, & cum encaustro ab uno signo ad aliud, lineã ex trãsuerso perducas: supra signum vero incidas, & cum ferro ardenti incendas, pãnum in albu. oui infusum, quousq; ignis cadat, superponas: deinde aliqualia mitigantia, & ignis incendium mitigantia. postea vero plumaceolum. ligatura vero similis sit alijs eiusdem partis capitis ligaturis. Postq̃ vero ignis ceciderit, chordam de panno super impone, & ita usq; ad. xxx. uel. xl. dies, illud uulnus apertum teneas, & postea ipsam chordam remoueas, & uulnus consolidari permittas.

H *De sanguine in oculis consurgente ex percussura & tumore.* Cap. XXVIII.

SI sanguis in oculis consurgit, uel etiam tumor extrinsecus accidit, uel ex pcussione, uel aliquo alio mõ, sic subuenimus. Accipimus cerã nouã pulchrã, & cyminũ puluerizatũ cum ipsa cõmiscemus, & deinde emplastrum factum semper calidũ indesinenter imponimus, probatũ est. Aliud ad idem. Accipe absynthium, uerbenam, & succũ extrahe, & cum aqua ros. ĩmisce, & superpone cum stuppa, uel aliquo tali. Si uero fuerit in hyeme, adde crocum, quia multũ ualet ad idem [a].

a Additio. Absynthium viride cum albumine oui incorporatum & aqua ros. ualet. Nota, q̃ cura hæc debet reiterari ter vel pluries si in principio non prodest. et est sciẽdum

q̃ in

ꝙ in oculo semper ponēda sunt repercussiua, postea dispersiua: ad vltimum diaphoretica.

*De inuersatione palpebræ, ex uulnere, uel apostemate.* Cap. XXIX.

SI ex vulnere, uel apostemate facto sub oculo, fiat inferioris palpebræ īuersatio, incidatur supra uulnus olim factum, & male sanatū, in obliquum, & plagella de plumbo facta. iiij. foraminibus perforata cū palpebra suatur, & plumaceolus in medio ponatur, & ligaminibus pellicula ad superiora comprimatur, & ita per. ix. vel per. xi. dies dimittatur, postea auferatur plagella, & curetur vulnus vt cætera.

*De fistula iuxta oculum.* Cap. XXX.

ALiquando fistulatur locus iuxta oculum & nasum, & ex paruissimo foramine exit putredo, vbi primo oculus ad alteram partem cum aliquo instrumento compellatur, & foramen illud amplietur, & in rectum incidatur, & petia in albu. oui infusa immittatur vsq; ad profunditatem loci. Postea si fuerit homo delicatus, per illud foramen mittatur cānellus ferreus, vel æneus subtilis vsq; ad profundum si poteris: & per ipsum cānellum ferrum candens īmittens, decoques radices fistulæ: & si ignem timuerit, īmittatur pilula per prædictum cānellum de vnguento ruptorio, quod ita fit, de calce uiua. & capitello, vt dicemus: postea dimittatur ibi pilula a tertia hora vsq; ad nonā, vel a nona vsq; ad vesperum: postea ponatur ibi pecia in albu. oui, donec ignis cadat & euaporet. Deinde curetur, vt cætera vulnera [a]. Vnguentū ruptorium sic fit. Accipe capitellum & calcem viuam, et eam in capitello resolue, et diu misce, & in modum vnguenti incorpora.

a Additio. Capitellum autē sic fit. Accipe duas partes cineris fabarum, & tertiam calcis vi. & puluerizatas insimul misce: & in cophino vel in corba solū faciendo, pedibusq; calcando, & parum aquæ instillando, et sic faciēdo solaria, cophinum vel corbam impleas, foueam rotundam desuper cultello facias ad mēsuram medij brachij: illam foueam ter in die aqua impleas, mane, meridie, et sero: cōcha ponatur inferius: et qđ extrahitur a prima die usque ad. viij. collige, et repone, et hoc est forte capitellum. Medium vero dicitur quod ab. 8. die postea colligitur. Si vis scire vtrū sit forte, mediū ouum in filo ligatū in capitellum mitte, si nō receperit medium: forte est capitellum.

*De superfluitate, quæ nascitur in naso.* Cap. XXXI.

SVperfluitas carnis in naso consurgens, aliquādo est polypus, aliquando nō, sed videtur esse: nam in ampliori parte nasi fit, & aliquando exit nasum, ita ꝙ moratur supra labrum. cuius cura hæc est, spathumine vsq; ad profundum euellatur, vel etiā sagittella incidatur, & sic oportet per interualla: & si aliquid eius iuxta nares remanserit, tenta de ruptorio, quod fit de calce viua & sapone, intromittatur: deinde vitellus oui cum oleo comuni. Postq̄ vero ignis inde ceciderit, curetur, vt cætera vulnera, cum vnguento uiridi, & cæteris. Vnguentū autem viride sic fit. Accipe chelidoniæ, alleluiæ radic. & folia, centrigalli, leuistici agrestis, ana manipulum. i. & scabiosæ similiter. omnes istæ herbæ pistentur bene, cum. i. lib. sepi arietini, &. i. olei, & sic dimittatur per nouē dies, vel per. vij. postea coquantur in stagnato supra ignem, donec herbæ petāt fundum, deinde coletur per petiam,

A & colatura ī caldario remittatur, & addātur. iij. vnc. ceræ si in æstate fuerit: sed in hyeme tantū. ij. vnc. post ceræ liquefactionē, pōatur puluis olibani, masticheſ, & viridis æris, añ. vnc. 5. sed anteq̄ mittatur viride æs, probetur si se tenuerit, & postea apponatur. Iterum tentetur, & si colorem mutauerit, ita ꝙ viride videatur, deponatur ab igne, & addatur, vnc. 5. aloes hepatici, & puluerizetur: ac in oleo resoluatur, & reseruetur vsui. Valet autem vnguentum viride ad veteres plagas: bonā carnem generat, & malā corrodit. Si uero tota caro sit infra nares, & magna sit oppilatio, primo secundū modū foraminis per medium intromittatur tēta de maloterræ sicco, bis, uel ter, si necesse fuerit, postea curetur ferro calido, vel vnguento, vt supra diximus in proxima cura.

*De polypo.* Cap. XXXII.

B SI autem fuerit verus polypus [a], magis fit ītra nares: aliquando tamen descendit inferius, aere ducendo illum ante se, & nares ad ampliat. Horum autē alius est curabilis, & alius incurabilis: cuius signa hæc sunt, locus est niger, totus nasus durus, magnus, & niger, & caro illa non descendit inferius. Curabilis autem hæc sunt signa. Nasus mollis, bene tractabilis: & istis sic, per incisionem, & incensionem subuenimus. Statim illa caro superflua, si potest, cum tenaculis subtilibus accipiatur, et inquantum potest fieri ad inferiora trahatur, & si totus venit, totus extirpetur: et si totus non venit, quod tamen venit, incidatur: et si nullo modo venit, neq; poterit ad inferiora trahi, tenaculis, tenta de maloterræ sicco facta, nares elargentur, et instrumentū concauum, factum in modum cannæ, C de ferro, vel ære, ꝑ elargatas nares īmittatur: ꝑ ipsam vero cannā, ferrum mittatur, & locus diligenter incēdatur: vitellus oui cum oleo cōmuni superponatur, quousq; ignis cadat ab eo. Postea cura, vt cætera vulnera. Si vero ferrum calidū timuerit patiens [b], stuellus de panno inunctus vnguento ruptorio intromittatur per nares: vitellus oui cum oleo cōmuni superponatur: & cætera, q̄ diximus ī supradicta cura, fiāt. Aliquando autem contingit, ꝙ hoc malum, foramina palati exit, virtute naturæ expellente, quod, si cōtingat, casui imputetur & uigori naturæ incidatur: postea portetur in naso tēta de cera, ut bona pellis excrescat. Ad polypum curandum fit cauterium supra frōtem tribus digitis ad manum patientis, sicut superius scriptum est, in paragrapho de rubore oculorū. Vratur tamen ita caute, ut non usq; ad craneum, sed usq; D ad musculum, ustura procedat. Cura est eadem, quæ in illo paragrapho dicta est.

a Additio. Nota ꝙ polypus sæpe, vel pluries fit ex rheumate descendente ad nares, quod condensatur ibi, et facit polypum. Cura, talis est. Fiat purgatio humorū, qui videntur superius abundare. si sit de frigida causa, debet fieri purgatio cum pilulis diacastoreis, vel cum hieralogodion: detur autem post purgationem diaolibanū, vel aurea. Et hūc modum debemus seruare in multis ægritudinibus, vt in cācro, et fistula, semper debet præcedere purgatio, et postea localia remedia. Item nota ꝙ polypus fere semper fit de frigidis humoribus, raro de calidis post purgationem.

b Additio. Nota ꝙ ferrum calidum non subito, nec fortiter debet imprimi, propter substantiam cerebri, ne calore nimio inflāmetur. cura de cætero est, quam in illo paragrapho diximus.

*De cancro qui fit in naribus, &c.* Cap. XXXIII.

CAncer fit quandoq; in ipsis naribus, labijs, palato, & gingiuis: & locus, vbi fit, corroditur i circuitu, & rubet aliquādo locus, et inuersatur cutis, nec corrodit eam, sed carnem interius. Si vero caro fit undiq; dura, liuida, vel denigrata, non est facilis ad curādum. Quod si fit de nouo, nec locus fit corrosus multum, sic curam adiungamus [a]. Cancer, usq; ad viuū, cum rasorio incidatur: deinde vratur calido ferro [b]: & vitello oui superposito curetur, donec ignis cadat a vulnere. Si vero fuerit in æstate, albu. oui cum vitello & oleo superponatur: q̄ si aliquid de cācro, vel de carne tabefacta, remanserit, vnguento ruptorio iterum curetur: deinde cum ouo, ut supra diximus, secūdum temporis diuersitatē. Quum uero labrū totum, vel nares, maculauerit, atq; corroserit, illud membrū tabefactū vsq; ad viuum incidatur: & postea, vt diximus, diligenter curetur. Quando vero fuerit in palato, quod sæpe contingit, ferro, uel auro, quod melius est, debet vti. Si uero fuerit in gingiuis, loco prius diligenter cum aceto abluto, & per tres dies cum alumine zuccharino fricato, postea abluatur & fricetur locus cum hoc liquore, qui sic fit. Re. uinum coctū, uel mel, cum aceto, æqualiter, et in his bulliāt radices tassi barbassi, & caprificus, & cortices maligranati, pyrethri, zinzib. postea ponatur puluis iste, qui dicetur, loco prius bene absterso. Accipe alum. zuccharini, foliorum rosæ, origani, cortic. maligranati, ossiū dactylorum assorū, pyrethri, ossiū cancri, cinnamomi, gariophyli, nucis muscatę, ana. Ista omnia pulverizata, ponantur supra vt diximus. Vel, loco prius bene abluto cum aceto ubi bullierit, calamenthum superponatur. Superponatur etiam leuisticus agrestis dētibus cōmasticatus: vel etiam puluis eorū, quæ relinquuntur in sacculo, post factū clarettum [c]. Item ad idē. Accipe garyophylos, cinnamo. cortic. maligranati, ossa dactylorū, alumen, folia oliuarū, & folia leuistici. Ista omnia pulverizentur, et gingiuis bene lotis cum aceto, vel supradicto vino, superponatur [d].

a Additio. In quantum possumus.
b Addi. Nisi sit i loco neruoso, vel arterioso, vel uenoso.
c Additio. Nota, q̄ quandoq; gingiuæ inflantur, & a dentibus separantur, & multum sanguinē emittunt: quādoq; fœtent, et videntur gingiuæ quasi pruriginosæ, nec sunt carnosæ, contra quas talem facimus puluerem.
d Additio. Puluis optimus ad cancrum, post īcisionem, vel post appositionem pulueris asphodelorum: desiccat. n. et bonam carnem generat, et malam corrodit. Accipe folia myrti, saluiæ agrestis, et domesticæ, pimpinellæ, melissæ, ana manipu. i. siccentur, et fiat inde puluis, et superponatur.

*De scissura labiorum.* Cap. XXXIIII.

AD scissuram labiorū, quæ Italice dicitur setulatalis sit cura. Accipe sem. hyoscyami, & pone super prunas ardentes, super prunas vero, embotū, et fumū, qui exit per foramen emboti, diu recipiat patiens in labiorū scissura [a]. Ad idem, accipe aloes hepatici, & lithargyri, vitreoli, & olibani, æqualiter, & subtilissime pulueriza. Item accipe herbam flauram, & fu. terræ, ana. & succum extrahe: cum ipso autē succo prædictos pulueres distempera, & incorpora, de oleo vero uiol. vel cōmuni, iterum adiunge. Item de prædicto succo, & postea de oleo: & ita vicissim ponendo, modo de hoc, modo de illo, & ad modū vn-

E guenti diligenter incorpora, & quum opus fuerit, locum inunge.

a Additio. Accipe nucleum nucis cōmunis, et accende, et illud oleum, quod inde exiuerit, supra scissuram, bis, vel ter in die, appone, et mirifice sanat.

*Ad arsuram & puncturam labiorum.* Cap. XXXV.

AD arsuram labiorū, accipe alum. zuccharinū, & distemperatum cum melle, ponendo mel p̄ interualla, & semper insimul incorporando ad modum prædicti vnguenti, & quū opus fuerit, loco impone. Ad puncturam labiorū. Accipe amylum, zuccharum, & cū syrupo distempera, & locum inunge, mitigatorium est. Ad idem, vnguentū album superimponimus: sed pro aceto, aquam ro. appone, et pro oleo cōmuni, violatum.

F *De disiunctura mandibulæ.* Cap. XXXVI.

COntingit & quandoq; mandibularum capita a propria iūctura secedere: quod cognoscitur, quia inferiores dentes nō coniungūtur recte superioribus, imo tendunt ad inferiora, vel interiora, nec inferiorē molā licet male coniunctā segregare, vel male segregatam coniungere, cui sic est subueniendum. Capita mandibularū, sub auribus accipiantur, & ad exteriora in tantū reducantur, q̄ inferiores dentes superioribus adæquētur, ita. s. q̄ ante locum cautissime reducantur, & tunc accipiatur fascia, & eleuetur sursum, & vngatur cum dialthæa, vel marciaton, et ligetur ita, q̄ dentes vtriusq; molę pro consuetudine proportionabiliter se habeant, nec se tamen possint moueri. Diæta istorum sit sorbilis, ita q̄ æger non moueat mandibulas.

G *De fractura mandibulæ.* Cap. XXXVII.

SI vero ex aliqua parte mādibula rupta fuerit: medicus, locū illū diligenter pertractet: cognito autem loco rupturæ: quodlibet ad suū proprium locū caute reducat: qđ cognoscitur per ea, quæ dicta sunt in proxima cura de disiunctura mandibulæ. Eodem modo quoq; ligetur, curetur, et diętetur, vt in eadem cura diximus. Si vero fuerit ibi fractura ossis & carnis: primo pars parti competenter reddatur [a]. Vulnus, vt superius diximus i sutura nasi, prouide, et caute suatur. Inferior vero pars apta relinquatur, & stuellus competēs mittatur interius. puluerē vero rubrū, qui superius est scriptus, super suturā aspergimus: plumaceolū, vnum in inferiori parte mandibulæ, & aliū in superiori locamus: locum pro partis varietate ligamus: diætam iam dictā iniungimus: & pro oportunitate temporis & patientis, puluerem, & alia, bis, vel plus, in die mutamus [b].

H

a Additio. Nota, si vulnus longū sit taliter q̄ debeat sui, ita suatur, et partes sic iungantur, q̄ post coniunctionē contractio nulla appareat, quod sæpe accidit in vulneribus quę suuntur, quia quū in vna parte labiū magis extenditur vulneris, & alia pars fuerit longa, sic cōtrahitur, et fit ruga. Vnde quotiescunq; fiat sutura in facie, ita caute fiat, vt hoc nō accidat, ne post vulneris cōsolidationē, remaneat facies deturpata propter huiusmodi contractionē. Sed ex illa parte, vbi vulnus magis dependet, dimittatur orificium apertū, et stuellus immittatur.
b Additio. Nota, q̄ plumaceoli parui in albu. oui infusi, debēt apponi, et postmodū magnus plumaceolus perforatus

tus in medio ſuperponatur, ita vt tegat alios plumaceolos, et ꝙ foramē et plumaceoli coaptentur æque vulneri, vt vulnus poſſit mundari et curari per medicum et ligari: et ita permittatur vſq; ad. viij. vel ad. ix. dies: et poſt factam aliquam conſolidationem oſſium, poteſt ſolui, et remoueri plumaceolus: et tunc apponatur emplaſtrum ſtrictorium ex vtraq; parte, et ſupra vulnus.

*De fiſtula mandibulæ.* Cap. XXXVIII.

FIſtulatur aliquādo mandibula, cuius os eſt ſtrictum, aliquādo vero amplum: ſi os eſt ſtrictū, tenta de maloterræ ſicco intromittatur [a]. Quum vero elargatum fuerit os fiſtulæ, mittatur vnguentum ruptorium, & cum eo mortificetur. Quum autem mortificata fuerit, impones pannum infuſum in album oui, quouſq; incendium ſit remotum a fiſtula. Poſtq̄ vero ceciderit ignis, cum vnguento viridi & cæteris curetur vt cætera vulnera. Si vero ſubſtantiam oſſis corruperit, diligenter eſt intuendum: & ſi aliquid ibi eſt, quod ſeparari debeat, vſq; ad viuum eſt recidendum: & quum putorem albū exinde prouenire proſpexeris et groſſum, ſcies fiſtulam mortificatam eſſe. Si vero liquidus & aquoſus exierit, timendū eſt, ne in radicibus dentium talis fiſtula principium habeat. Quod ſi fuerit, dentes illi radicitus ſunt euellendi. In fiſtula vero tenta eſt immittenda, & cum vnguento viridi & cæteris quæ ſuperius ſunt dicta, eſt procedendum. Interius vero ponendus eſt puluis, qui dictus eſt ſuperius in cura gingiuarum, quando eſt ibi cancer [b].

a Additio. Si contingat os infiſtulari, remoueatur os ſi remouendum ſit: ſin autem, cum rugine pars infiſtulata radatur, ne fiat carnis regeneratio, ante oſſis reparationē.
b Additio. Nota, ꝙ hic ordo debet attendi in fiſtula, quum ipſa ſit ex continuo fluxu alicuius humoris. Primo debet purgari humor, qui eſt in cauſa: et poſtea dari res appropriata, competens, ad conſtringēdum fluxum talis humoris, et his ſignis poteſt cognoſci, quis humor ſuper abundet, albedo enim et liquiditas illius materiæ, quæ exit a vulnere, ſignum eſt ꝙ eſt phlegma in cauſa: citrinus vero color, ꝙ cholera: liuidus et niger, ſignum eſt ꝙ melancholia ſit in cauſa.

*De dolore dentium.* Cap. XXXIX.

AD dolorē dētiū & gingiuarū, fiat coctura in fontanella, quę eſt retro carnoſitatē, quę eſt ī inferiori parte auriculæ. In hac autem vſtura intromittatur nodellus. Ad idem, accipe ſem. caſillaginis & porri, æqualiter, & impone ſupra carbones ardētes: ſuper ipſos autem carbones ponas embotum: et per cannam emboti, fumū, qui inde progreditur, patiens, ſupra dentē patientem recipiat, hic enim fumus reuera, dolorem mirabiliter mitigat, diſſoluit, & educit [a].

a Additio. Si ſit dolor ex verme, quod cognoſcetur, q̄a dens erit perforatus, et interdum ceſſat dolor, huius cura eſt, vt ibi ponatur ferrum calidum per foramen dentis. Sed ſi non poteſt aliter curari, extrahatur, ſi mouetur: et ſi non mouetur, non extrahatur, quia timendum eſt, ne periculum incurrat, propter humorum diſſolutionē, vel propter ſubſtantiam cerebri. Ad idem, mel in teſta oui bullitum, et calidum ſuperpoſitum, peroptime valet. Nota, ꝙ ſi fiat dolor ex aliquo humore a capite deſcendente, vel a ſtomacho, non debet fieri incenſio, niſi præcedat vniuerſalis purgatio.

A *De puſtulis in facie naſcentibus.* Cap. XL.

AD puſtulas & variolas in facie ortas, talis ſit cura. Accipe deſpu. mellis. unc. vi. lactis ficus vnc. ij. ſucci maliterræ, vnc. ij. Iſta tria ſimul miſce, & in maloterræ concauato mitte, & ibidem ſuper lētas prunas facias bullire, & adde puluere miſtum. Reci. tartari albi, ſinapis albi, ana vnc. i. piperis albi, aluminis zuccharini, ana vnc. ʒ. boracis, drac. ij. olibani puri, oſſis ſepiæ, ana vnc. ij. iſta omnia diligenter pulueriza, & in tali liquore mittas, & diu incorpora, vſuiq; reſerua: & quū opus fuerit, loco prius calefacto ad ignem, inunge. Quum autem puſtulæ crepuerint, vnguentum album appone, & vnge: ſed pro aceto appone aquam roſa. & pro oleo communi, oleum viol. fit autem vnguentum albū ſic.

B *De unguento albo.*

ACcipe maſtic. olibani, vnc. ʒ. de vnoquoq;, lithargyri, plūbi uſti, ana vnc. i. ceruſſę, vnc. ij. iſta omnia terantur & puluerizentur diligenter. Conficiatur autem ſic. Aceti parum mitte in mortario, & prædictos pulueres cum oleo miſcendo diſtempera: & poſt aceti aliquantulum impone ibi, et iterum miſce: & poſt de oleo, deinde de aceto: & ita uiciſſim ponendo modo de hoc, modo de illo, diligenter incorpora. Signum vero plenæ confectionis eſt, quando ipſum vnguentum æqualiter liquidum eſt, & æqualiter diſcurrit. Valet autem hoc vnguentum ad multa, quia valet, ad phlegma ſalſum, & ad mitigandam arſuram, quæ prouenit ex corruptis humoribus ad puſtulas ꝗ fiunt in facie ex phlegmate ſalſo ad impetiginem, & ſcabiem quæ fuerit
C ex eodem phlegmate ſalſo.

*De ſuperfluitatibus, quæ fiunt in facie.* Cap. XLI.

QVia uero multę ſuperfluitates fiunt in facie, vt impetigo, ſerpigo, & morphea: quę licet quandoq; totum corpus occupent, tamē quia in facie magis ſunt manifeſtę, Ideo de his in hac parte ſupponimus curas. Ad impetiginem igitur, talem facimus curam. Accipimus frumentum, et ſuper incudem fabri ponimus, & cum ferro lato calido, tale frumentum comburimus, & exprimimus, & quod inde exit calide & ſæpe inungimus: valet etiam ad phlegma ſalſum. Ad ſerpiginem uero, tale facimus medicamentum. Accipe tartarum, vitrum
D album, & plumbum uſtum, ſuccum cyclaminis, teſtam cucurbitæ uſtam, puluerē fuliginis, pyrethrū, oleum cōmune, quantum ſufficit. Confice ſic, hæc omnia cum ſucco cyclaminis & oleo conficiantur, modo ponendo ſuccum, modo uero oleum, & ita uiciſſim, modo hoc, modo illud, incorporando cōficias, & uſui reſerua: & quum opus fuerit, ungatur patiens tali unguento, & per triduum teneat, nec abluat ſe. Poſt tertium uero diem balneet ſe: & hoc faciat, donec ſanus ſit [a].

a Additio. Item ad ſerpiginem, et impetiginem, valet ſapo cum thopho trito cōmiſtus, et ſuper illinitus: vel ſapo cum auripygmento cōmiſtus, et ſuperpoſitus: vel ſapo ſpatarente per ſe: vel ſuccus chelidoniæ, qui optimus eſt ad maculam oculorum biennem, vel triennem.

*De morphea alba.* Cap. XLII.

MOrphea, alia alba, & alia nigra. Istarũ quędam est curabilis, vt alba: & quædam incurabilis, vt nigra. Quæ curabilis est, hoc signo cognoscitur. Locus cum acu pungatur, & si sanguis viuus emanauerit, curabilis est: Si vero aqua alba, incurabilis [a]. Albæ igitur, & curabili, tale vnguentum facimus. Accipe tartarum, sulphur viuum, aurumpygmentum, sal coctum, crystallum integrũ, saponem spata. [b], argentum viuum, myrrham, lithargyrum, ceram albam, oleum muscelinum, oleũ laurinum, pinguedinem gallinæ, piper, masttichen, olibanum, & cozumbrum: conficitur autem hoc modo, terenda teras, & simul cum sulphure, & sapone, & oleo communi cõmisce, & fac bullire: postea cola per pannum: ceram autẽ et pinguedinem gallinæ per se resolue, & oleo laurin. & musce. additis, & incorporatis, cum supradictis admisce, & diligenter incorpora: hoc autem vnguentum, bis in die, & calidum superponatur. Ad idem, accipe tartarum, sulphur cannellatum, aurumpygmentum sal tostum, fuliginem, oculum lucij, ęquali pondere, & oleum. Ista omnia pista, & coque: & vnge, donec sanus sit patiens. Ad idem, accipe sulphuris viui, saponis saraceni, saponis gallici, nucis communis bene tritæ, ana vnc. iij. tartari, fuliginis, ana vnc. ij. auripygmenti, salis communis, ellebori albi, ana vnc. i. aluminis scissi, vnc. 5. de fumo terræ, lappathio acuto, herba flaura, ana manipulũ. i. accipe, & succum extrahe: & prædictis puluerizatis cum succo tali confice, & insimul diu ducendo diligenter incorpora. Valet autem tale vnguentum ad omnem impetiginem. Aliud ad idem, accipe centum capitum radices, aurumpygmentum foliatum, argentum viuum, lithargyrum, & oleum commune quantum sufficit. Conficitur sic, quæ sunt terenda tere, & de radicibus prædictis succum extrahe, et prædictum puluerem cum tali succo distempera, postea vero oleum immitte, & sic vicissim ponendo modo de hoc, modo de illo, prædicta diligenter incorpora, & vsui reserua. In hoc tamen vnguento argentum viuum, cum saliua prius extinctum vtiliter ponitur, & cum prædictis incorporatur. Vtaris autem sic. Radices cẽtum capitum cum sale, tere, et cum ipsis tritis locum fortiter frica: & post triduum intret balneum, et moretur ibi pro viribus: post egressum vero balnei, unguẽto supra dicto ungatur: & ita faciat, donec sanus sit.

a Additio. Nota, ꝙ perfecta curatio non potest fieri in morphea, lepra, scabie, serpigine, ĩpetigine, & multis alijs ægritudinibus, nisi ꝑcedat vniuersalis purgatio, bis, vel ter, secundum ꝙ necesse est.

b Additio. Idest durum.

*De morphea nigra.* Cap. XLIII.

LIcet autem morpheam nigram incurabilẽ diximus, tamen prout experti sumus, & nouimus, curam adhibemus: quę ualet etiam ad serpiginem, impetiginem, & contra omnem pruritum & scabiem: Accipe tartari, fuliginis, ana unc. ij. salis nitri, sulphuris uiui, ana unc. i. auripigmenti, aluminis scissi, ellebori albi, & nigri, ana unc. 5. & omnia pulueriza in mortario. Item accipe fumi terræ, abrotani agrestis, herbæ flaurę, & erucæ agrestis, ana manipulum. i. lapathij acuti, & panis porcini, æqualiter, & pista diligenter, & succum extrahe. Item accipe saponis spata. & saraceni, ana unc. iij. misce insimul cum prædictis pulueribus, et diligenter incorpora: deinde aliquantulum de succo prædicto impone, & misce: & postea de oleo: & iterum agitando, modo de hoc, modo de alio, ponendo, diligenter incorpora, & usui reserua.

E

*De dolore aurium.* Cap. XLIIII.

DOlor in auricula consurgit aliquando ex decursu humorum: aliquando quia præter naturam aliquid in auricula innascitur, ut uermis: aliquando quid extrinsecus recipit, quod in auricula existens, est certa causa doloris. Quando vero ex decursu humorum consurgit, nec ipsi humores ad apostema sunt confirmati, sic subuenire solemus. Quando vermis, uel apostema, non est in aure, & dolor adest, talis est cura. Accipe oleum musce. & scinde cæpe medium ex transuerso, & caua, & mitte oleum illud intus, & super lentas prunas ardentes appone, & ibi diu facias bullire: & postea calidũ, ut pati poterit, auriculæ superimpone. Ad idẽ, accipe rutam, & albumen oui multum elixi, & hæc duo insimul pista diligenter, & per pãnum succum extrahe, & ipsum succum in cæpa, per medium ex transuerso scissa, & cauata, impone, & ad ignem caute bullire facias: & ut pati poterit, calidum super impone [a]. Ad idem, accipe calamenthum, absynthium, cyperum, sauinam, & in aqua bullire facias, & in competenti uase imponas, super quod embotum inuersatum sit, uel aliud, quod tantundem ualeat: & fumum, qui per illud foramen emboti exierit, in auricula dolenti patiens diu recipiat, capite bene cooperto. Quod si his curis dolor non reprimitur, nec remouetur, constat ꝙ vermis est in auricula, aut humor ad apostema confirmatur. Cuius signa sunt hæc, locus tumet, rubet, ardorem emittit: & tunc subueniendum est cum saniem prouocantibus, & ad maturitatem ducentibus: et cuncta prosequenda sunt, quæ in sequenti particula in tractatu apostematum dicemus. Si uero prædicta signa non apparuerint, ꝓculdubio uermis in auricula est generatus. Ad ipsum ergo interficiendum & abstrahendum, hanc curam adhibere solemus. Accipe herbã persicariam, et nucleos interiores persici, & bene insimul pista, & postea succum extrahe, & ĩmisce cũ tantundẽ de oleo lini, & in auriculam mitte [b]. Ipso autem occiso, extrahatur cum subtilibus picigarolis: uel etiam apponatur cuffa, quę etiam uiuum uermem aliquoties ad se trahit. Si autem uermis ingressus in aurem fuerit, oleum cum succo foliorum capparis & calamenthi bene incorporatum in aure instilletur: uermẽ enim ejicit, & dolorẽ mitigat. Si uero in alio mẽbro nati fuerint, elleborus albus bene tritus cũ uino misceatur, & loco patienti ĩmittatur: uermem. n. ꝓculdubio necat. Si uero faba, uel capillus, uel aliud huiusmodi, in auricula ceciderit, caput supra dolentem partem flectatur, & cuffa multum attrahens auri applicetur, sternutamẽtum adhibeatur, vt cuffa sugẽdo attrahat, & spiritus interius

F

G

H

proportionabiliter

proportionabiliter ad exteriora impellat. Quidam vero, ligno, uel ferro, lanam, vel bombycem obuoluũt, & in terebinthina, vel alio glutinoso intingunt, & in aurem intromittunt, vt quod in aure cecidit, tali instrumento inhærendo abstrahatur. Sed quoniam timemus, ne, quę postea intromittuntur, dolorẽ augmentare faciant, potius q̃ deponant, ideo a tali cura desistimus.

a Additio. Nota, ꝙ nil actu frigidum, in auricula debet imponi: et nil actu calidum, in oculis.

b Additio, probatum est.

Explicit liber primus.

## INCIPIT PROLOGVS secundi libri.

NEmo prolixitatis, vel sermonis rudis, mihi crimen opponat, cum multa, paucis implicita, obscuritatem potius, & confusionem, q̃ compendiĳ cõmoditatem parere soleant: & ego non solum prouectis, sed aliĳs proficere disposui. Quo circa quęcunq; ab egregio doctore cõmuniter & priuatim recepi, & de eius scriptis habere volui, ordine certo inscriptis redigere, & vt pulchrius elucescat in cõmune deducere, decreui. Curis igitur capitis compendiose per ordinem exequutis, ad eas, quæ circa collum, & ceruicem & guttur, quantum ad chirurgiam spectat, fieri consueuerunt, descendam. Primo vulnerum. Secundo apostematum. Tertio scroffularum & glãdularum. Quarto fistularum. Quinto bocĳ. Sexto eorum quæ interius consurgunt, curas & signa diligẽtissime prosequendo.

*Capitula secundi libri.*



## DE VVLNERIBVS colli. Cap. primũ.

VVlneribus autem, quę in collo fiunt, ense, vel alio simili [a], talia medicamina facere consueuimus. In primis locum diligenter attendimus: et vtrum os, vel aliquid aliud huiusmodi, sit ibi, quod abstrahi debeat, intuemur, & digito attentius attrectamus. Et tunc si aliquid est ibi, statim prouide extrahimus si fieri potest: postea vulnus suimus, & puluerem rubrum superius dictũ superaspergimus: & vt, iam superius in aliĳs curis diximus, curã omnino prosequimur.
B Quod si multum sanguinis superabundat, aut aliud impedit, vt quod de vulnere extrahi debeat, remouere statim non valeamus, vulnus ex parte suimus, & ex parte relinquimus apertum, vt quum tempus ministrauerit, recidenda per locum apertum melius remouere possimus. Extracto vero quod de vulnere remoueri debebat, apertum locum suimus, extremitatemq; magis pendentem, apertam relinquimus, & cuncta, quæ superius de sutura diximus, in hac cura diligenter attendimus. Si vero collum, sagitta, vel alio telo ab vtraq; parte sit perforatum, a dextra, scilicet in sinistram, vel econuerso, lardonem vnum ex vna parte, & alium ex alia parte, mittere consueuimus [b]. iuxta os vulneris, vsque ad .iĳ. diem, et quousque saniem faciat, pultem superius dictam ad saniem prouocãdam pro tempo-
C ris varietate, secure ponere possumus. Quum autem fecerit, stuellum cum panno intromittimus, et ad modum aliorum vulnerum deinde curamus. In omnibus autem similibus vulneribus hoc diligenter est attendendum, vt illa pars vulneris, quæ magis dependet, diligentius procuretur, & postremo ad consolidandum tardius relinquatur: quæ vero superius eminet, stuellum, qui ibi est, quotidie minuendo, sanare non ĩmerito festinamus [c].

a Additio. Aliquando sunt curabilia, aliquando incurabilia. Incurabilia, per hæc signa cognoscuntur, si medulla ossis extra exit, incurabile est. Sed si fuerit incisio vsque ad os, ita ꝙ medulla non exeat, curabile est. Lardum & omne vnctuosum omnino refugimus ad profundum mittere, ne aliquid inde resoluatur, quod ad interiora penetret. Sed apponimus in ore ossis incisi, pannum, & in ore carnis, lar-
D dum: deinde talem curam facere consueuimus, vel medicamina. Nota, collum dicitur pars quædam, quæ protenditur ab occipitio vsque ad primum spondylem, secundũ consuetudinem: guttur autem dicitur pars anterior, protensa inter duas venas organicas a gula vsque ad primam partem pectoris. Duæ sunt ceruices, una, quæ a dextra parte colli inter collum et guttur protenditur secundum longitudinem a capite usque ad humerum: alia ceruix, quæ a sinistra parte colli, inter collum et guttur secundum longitudinem a capite usque ad humeros perdurat ab inferiori parte gutturis, usque ad furculam pectoris. Ista dico, ut sciatis distinguere, in quibus locis facta sint uulnera, & melius sciatis ea curare

b Additio, uel duo stuelli fiant de panno, et liniantur lardo, et intromittantur.

c Additio, Si vero neutra extremitas magis depẽdeat alia

vulnus in medio suatur, & vtraque extremitas relinquatur aperta, donec cura facta fuerit.

*De uulnere quod fit in ceruice.* Cap. II.

SI vero cum ense, vel alio simili in ceruice vulnus fiat, ita ꝙ vena organica incidatur, sic est subueniendum: vena tota sumatur cum acu, ita quod vena non perforetur, & ex alia parte acus cum filo ei inhærente ducatur, & cum ipso filo ita nectatur, atq; stringatur, ꝙ sanguinem non emittat: & ita facias ex superiori parte, & inferiori. In vulnere autem pannus infusus mittatur, non tamen de ipso vulnus multum impleatur. embrocha, si fuerit in hyeme, superponatur quousque vulnus faciat saniem. Si vero fuerit in æstate, vitellus oui semper superponatur. Quum autem saniem fecerit, cum panno sicco, vnguento fusco, & cæteris bonam carnem generantibus, adhibeatur cura, vt in cæteris vulneribus. Quum vero extremitatem venæ superioris & inferioris partis putruisse cognoueris, fila prædicta dissoluas, & a loco illo remoueas: & deinde procedas, vt dictũ est superius [a]. Si vero neruus incidatur in longum aut ex obliquo, sed non ex toto, hac cura potest consolidari. Terrestres enim vermes, idest qui sub terra nascuntur, qui in lõgitudine, & rotunditate lumbricis assimilantur, et apud quosdam terrestres lumbrici dicuntur, accipiantur, & aliquantulum conterantur, & in oleo infusi ad ignem calefiant: et nullo alio mediante, ter, uel quater, vel etiam pluries, si oportunum videbis, plagæ impone. Si vero incidatur ex obliquo totus, minime consolidatur: prædicto tamẽ remedio non coadiuuante sæpe conglutinatur. Potest etiam cuticula, quæ supra neruum est, sui, puluisque rubeus, qui iam dictus est, superaspergi, quæ cura non est inutilis, aliquos enim, non solum conglutinatos, sed etiam consolidatos, nostra cura prospeximus. Si vero locus tumet, embrocham illam, quam in prima particula ad tumorem remouendum, qui ex percussura contingit, prædiximus, ponatur, quousque talis tumor recesserit [b]. Si vero organica vena prædicto uulnere non incidatur, pannum infusum in albumi. oui in uulnere mittimus [c], uulnus tamen non multum implemus. Embrocham uero, & alia, sicut per ordinem in prædicta cura diximus, ita & in ista ponimus, atque prosequimur.

a Additio. Si vero fiat vulnus in superiori parte colli: ita debet ligari. Scindatur ligatura ita, ꝙ vna ligatura fiat supra aures: et in anteriori parte capitis fiat nodus: et reliqua ligatura ꝓcedat post spathulas, et sub axillis. Et simili modo, si fiat in medio colli, vel in parte interiori, vel inferiori: fiat vna ligatura similiter sub axillis: et alia similiter sub mento.

b Additio. Nota, ꝙ secundũ Rogerium, neruus omnino incisus non potest consolidari, nec coniungi, nec sui. Nos autem dicimus, ꝙ potest consolidari, et iterum ad motum reddi ab illis cum hac cautela, cauterizetur vtrunq; caput nerui incisi optime, cum ferro candente: sed caue, ne labia vulneris calido ferro tangantur: deinde vermes contusi apponantur, et pulueres consolidatiui, vt generetur ibi quoddam reparamentum, ita ut poro facto in osse fracto assimiletur: et est sciendum ꝙ omne uulnus, factum in neruoso loco, uel ossuoso, debet cauterizari etiam aliquantulum profundius, vt si crus, vel spathula sit telo perforata, hæmorrhogiam peroptime stringit: ora uenarum corrugando. Itẽ nota, ꝙ si medietas nerui incisa sit, uel si etiam puncturam habeat, debet cauterizari, et cum ferro calido incidi ex toto, et postea curari, ut superius dictum est. Nota quidem. ꝙ si uena organica, uel neruus incidatur ex toto, nullatenus debet promitti sanitas, quia debito modo nunq̃ collum liberum habebit motum.

c Additio. Nota, ꝙ licet Rogerius dicat, ꝙ apponatur albumen oui, non approbo, quia frigidum est naturaliter. Vena etiam et arteria, et neruus, frigida sunt, et propter frigiditatem utrorumque non perfecte posset fieri vulneris consolidatio.

*De telo in ceruice infixo.* Cap. III.

SI uero telum in ceruice sit infixũ, & uenam perforauerit, uel arteriam, ita ꝙ sanguinem nimium uulnus effundat, statim abstracto telo, uena suatur, ut supra in tertia cura diximus: aut uulneri puluerem rubrum superaspergimus, aut puluerem stercoris asinini sicci superponimus: quod si non habueris siccum, uiride infra pannum ponas, & fortiter exprimas, & postea superponas [a]. Ad idem. Reci. thuris, unc. ij. aloes, unc. i. album. oui, pilorum leporis quantum sufficit, cõfice sic, terenda tere, & cum albumine oui distempera, & pilos leporis conficiendo commisce, & incisis arterijs impone abundanter, donec cadat a uulnere. Ad idem ualet gypsum cum granis uuarum subtilissime tritis. Ad idem, flores laureolę, & folia eburni, terantur & usui seruentur. Ad idem granum frumenti, ore commasticatum & superpositum, sanguinem constringit, et sanat: probatum est. Ad idem calx cum capitello mista, & superposita, ualet [b]. Sanguine uero constricto, curetur deinde, ut in similibus curis iam diximus [c].

a Additio. Nota, ꝙ in quacunq; parte corporis, si aliqua uena incidatur, tuam medicinam, non, nisi post tertiam diem, remoueas.

b Additio. Ad idem, ladanum bene tritum, cũ uermibus terrestribus, et album. oui incorporatum, multum ualet ad constrictionem et consolidationem.

c Additio. Ad incurtationem neruorum, accipe lac pecudum, et lac asininum, et semper calidum, et patiens usque ad nouem dies inungatur sępissime: sed si esset in loco quo ipse posset tenere intus, ut est manus, uel pes, teneat, et multum plus ualet: postea inungatur bis, uel ter in die cum butyro, vel pinguedinibus, uel dialthea, aut oleo laurino, et reliquis oleis & unguentis calidis.

*De uulnere, quod fit in gutture.* Cap. IIII.

SI autem fiat uulnus in gutture, ita scilicet ꝙ ipse œsophagus uel trachea arteria perforetur, uel incidatur: cuiuscunque modi sit, uulnus mortale est. Idem erit ex quacunq; parte uulnus incipiat, siue sit de telo, uel alterius modi, uel alterius rei. Si uero cuticula, quæ ibi est, incidatur, curetur ut cætera uulnera. Nota, ꝙ in quacunq; parte corporis, si aliqua uena incidatur, et tua medicina sanguinem restrinxeris, ne auferas medicinam nisi post tres dies.

*De apostematibus.* Cap. V.

SIcut autem humores diuersi sunt in humano corpore, ita quidem & collectiones, quæ ex eorum superfluitatibus

superfluitatibus consurgunt, diuersis nominibus nũcupantur: generali autem nomine apostemata vocitantur, cuius quatuor sunt species. Nam aliud est de sanguine, & dicitur phlegmone: et aliud est de cholera. Sed cholera, alia est naturalis, & dicitur rubea, alia innaturalis, & dicitur melancholia. Apostema ergo quod fit de cholera rubea, dicitur herpesthiomenus. Quod autem fit de melancholia, dicitur cancer interior. Aliud fit de phlegmate, & dicitur Zimia. Vnumquodq; igitur proprijs cognoscimus signis. Si enim fuerit apostema de sanguine, rubor, pulsus fortis, dolor, calor, & tumor adsunt. Ex phlegmate vero signa sunt hæc albedo, & mollities, vt si digitum impresseris, quasi signa foraminis facies. Ex cholera rubea, talia sunt signa, calor, rubor mistus citrino colori. Ex cholera nigra, siue melancholia innaturali, hæc signa sunt, ingens durities cum quadam nigredine. Nunc ad earum curas veniamus. Cura. Fiat ergo cataplasma tale, quum est de sanguine, Accipe rutam, cyminum, lardonem, far. tritici, & cæpas, & coquas omnia in vino albo, & oleo, & diu agitentur: deinde superponantur, quousq; ad saniem venerit. Maturato vero apostemate, inferius vbi locus magis dependet, caute cum sagittella incidatur in longum si fieri potest, digitus etiam intromittatur, & diligenter tota sanies exprimatur: qua diligenter emissa, stuellus de panno imittatur, & bis in die mutetur, & curetur postea vt cætera vulnera.

*De anthrace & carbunculo.* *Cap.* VI.

SI vero anthrax vel carbunculus fuerit, subuenimus cum frigidis circa loca patientia, vt oleo ro. succo solathri, & aceto, & succo capriolorum vitis, memite, vermiculari, & similibus calorem reprimentibus. Fit enim anthrax, vel carbunculus, de sanguine feruentissimo: supra locum vero ponatur scabiosa contrita: probatum est. Consolida quoq; minor, inter duos lapides contrita, diuino quodam miraculo, anthracem interficit, & ex toto concauat, & super ligata intra spacium vnius diei, ita curat, vt postea nõ indigeat nisi cura vulnerum [a].

a Additio. Et est sciendum, ꝙ, secundũ physicam, differentia est inter anthracem & carbunculum: sed secundum chirurgiã, nulla est, nisi quia carbunculus dicitur ante apostematis confirmationem: & post confirmationem, dicitur anthrax. Ad cuius curationem præter Rogerij authoris doctrinam, præcipua est phlebotomia per metathesim, id est per eandem partem, etapium risus appositum peroptimum est. Nota, ꝙ in omni apostemate, ante sui confirmationem, superponenda sunt frigida, et non calida, præterq̃ in anthrace & squinantia. Præterea vitamus apponere apocrustica in locis ortis a nobilibus membris, vel prope nobilia, propter refluxum, sed debemus statim purgare materiam, quia quatuor sunt casus, in quibus debemus materiã indigestam purgare, scilicet multitudo materiæ, & furiositas eiusdem, nobilis membri possessio, et nobilis operationis læsio. In anthrace vero, et in alijs periculosis apostematibus, frigida sunt apponenda circa loca, et maturantia desuper. Item nota, ꝙ anthrax, vel carbunculus, non debet curari cum repercussiuis: et hoc dico si cutis aperta fuerit, sed cum solis calidis et siccis et extrahentibus, ut sua similitudine materiam inde extrahat furiosam. Calida hominis egestio, cuius est, multum prodest ad anthracem interficiendum, siue testa nucum super caput apostematis posita. Item succus spathulæ fœtidæ datus in potum, liberat multos. Item emplastrum circa anthracem et carbunculum. Accipe puluerem salis, ficuum, pinguium passularum, ana. omnia simul terantur, et superponantur. Post appositionem huius emplastri, in prima, vel secunda, aut tertia die, solet locus apparere niger, et in medio quasi foramen: et quum per se crepuerit, appone pultes de farina tritici, et succo apij, et melle, vsque ad mundificationem, et quum locum a carne corrupta mundatum videris, puluerem mastiches, et olibani apponere consueuimus.

*De apostemate ex cholera.* *Cap.* VII.

SI vero fuerit apostema de cholera rubea nimium calida & spissa, & quum sederit in aliqua parte eã exulcerat, & facit alta vulnera. Cui sic subuenimus, vt in anthracis cura superius est prænotatum.

*De apostemate ex phlegmatico humore.* *Cap.* VIII.

SI fuerit apostema de phlegmate, facimus cataplasma, quod. Reci. radic. maluauisci, vnc. viij. et decoquantur in. xviij. vnc. adipis porcini, olei veteris sextarijs duobus, sublatis radicibus, & colato oleo, addantur spumæ argenti subtilissime tritæ, vnc. viij. & sine intermissione agitando, lento igne coquatur, & ad modum emplastri ponatur. Vel fiat emplastrũ, quod facere consueuimus ad omne apostema, quod saniem debet facere. Fit autem sic. Accipe maluam, brancam vrsinam, radices maluauisci primo coctas in aqua, & in mortario diligenter pistatas cum axungia: Deinde adde butyrum, fermentum, lac mulieris, tamarices [a], & pultes, quas superius diximus ad saniem prouocandam in vulnere: & quum opus fuerit, loco superimpone. Aliud ad idem. Accipe radices lilij, & coque in aqua, & cum axungia pista, & ad ignem in olla iterum calefacias: postea adde cæpe assatum, memite, folia cauliũ cocta et pistata, cum axũgia, & farina sem. lini in vino cocta, & quęq; talia, per quæ materia possit maturari, & ad saniem deduci. Ista omnia mista, & incorporata, superponantur, donec apostema ducatur ad maturitatem. Quum autẽ maturum fuerit, vbi locus magis depẽdet, aperiatur, & cætera prosequantur, quæ dicta sunt in apostemate, quod fit de sanguine [b].

a Additio. Id est limaces.

b Additio. Potest etiam fieri emplastrum, quod est commodius supradicto, et multũ ualet. Valet enim ad oẽ durũ apostema, et ad carnes duras mollificandas, et ad materiam exterius extrahendam, et dolorem mitigat. Reci. ficus siccas, sagimen porci, mel, ana. et radices althææ, bene coctas, ab interiori stipite mundatas. commisceantur, et fiat emplastrum.

*De cancro.* *Cap.* IX.

CAncer aliquando consurgit in corpore, vitio exteriorum, & aliquando vitio interiorum. Vitio interiorum fit, ex humoribus putrefactis. Vitio exteriorum, vt ex vulnere non bene curato. Omne enim vulnus, post quatuor, vel quinq; menses fistula nuncupatur. Huiusmodi vero cancer, aliquando fit ex longo tẽpore, aliquando ex breui tẽpore habet esse. Item alius est in neruosis locis, intricatis, et plenis arterijs, & alius est in carnosis. Vnde aliter curandus

est vnus quã alius: nam qui in neruosis locis & intricatis est, & plenis arterijs, non est curandus incisione, uel incendio, secundum illud dictum Hippocratis. Quibuscunq; cancri absconditi fuerint, nõ curare melius est: curati.n.citius pereunt, non curati vero multum tempus perficiunt. Quia igitur circa collum, ceruicem, & guttur, sunt nerui & arteriæ plurimæ, & venarum abundantia, ab incisione, vel incendio, est desistendum: prout tamẽ possumus, subuenimus. Si ergo sit cancer, & non ex multo tẽpore circa loca prædicta, tale vnguentum facimus, quod multum valet. Vnguentum.

Accipe radicis linguæ bouinæ, unc.iiij.radic.bardanę, vnc.v.radic.chelidonię [a], vnc.i.cinnamomi, vnc.i.zinzib.vnc.ij.argẽti viui, vnc.ij.cerę, vnc.iiij. resinæ quãtũ sufficit, & axungię, vnc.v.c õfice sic, supradictas herbarum radices in mortario marmoreo tere, quibus axungiam adde, & in eis diligenter incorpora, de terendis au tem puluerem facias, et cum prędictis admiscendo incorpora: argẽtum vero viuum in vase fictili ad ignem pone cum resina, & liquefac: & quũ liquefacta fuerint, cola, & vsui reserua. Quod si tale vnguentum non subueniat, ponatur talis puluis, qui valet ad cancrum occidendum, qui est in neruosis locis: fit autem sic.

Accipe elleborum album, & aristolochiam longã & rotundam, & pulueriza, & quũ opus fuerit, superpone. Si vero tali puluere extinctus fuerit, ponatur stuppa cũ ouo & oleo: postea vero ponatur vnguẽtum viride, & sic vsq; ad finẽ curabis cum talibus [b]. De cancro uero, qui fit in carnosis locis, suo loco dicemus [c].

a Additio. Argentum viuũ cum saliua extingue, uel cum saliua et cinere, et agita cum digito, aliquandiu.

b Additio. Aliud, Accipiantur cortices nucum, & terantur, & superponantur per totum cancrũ: eum mortificant. Signum mortificationis est tale, quando sanguis emittitur purus & spissus, et caro noua & bona crescit in extremitatibus, et non solũmodo in medio, quia si cresceret solũmodo in medio et non in extremitatibus, nõ esset signum mortificationis: vnde adhuc oporteret insistere cũ mortificãtibus.

c Additio. Hæc potio creditur efficacissima. Re. paratellæ, sisimbrij, rutæ, radicũ cardonis, ambrosiæ, agrimoniæ, betõicę, chamędryos, pimpinellæ, acori, marsilij, ebuli, corticum sambuci, fœniculi, ra. asparagi, et brusci, elleb. albi et nigri, spathulę fœtidę, raphãi vtriusq;, asclepiados, cuscutę, ra. arundinis, ra. prassij, dauci, mali terræ, ra. scroffulariæ, ra. fabæ lupinę, omnium, ana. manipulos singulos. Nota etiam q; in cancro, et fistula, et scroffulis, et bubonibus, et glandulis, et malo mortuo, et scabie grossa et inueterata, et quasi elephantiasi, et arthretica veteri, et podagra, et chiragra, hæc potio est efficacissima. Omnes istæ herbę et radices bulliãt in bono vino rubro, vsq; ad medietatem, et addito aliquãtulum mellis.

*De scroffulis, quæ nascuntur in gula.* *Cap. X.*

Scroffulæ nascuntur in gula, sub axillis, et inguinibus: & sæpe nascuntur glandulæ quædam, quæ non sunt scroffulæ. Vt ergo cognoscãtur, vtrum sint glandulæ, vel scroffulę, accipe hederam terrestrem et folia citri, & bene pistata pone in oleo, et tepida superponãtur per.iij.dies, et si glandulæ diminutæ fuerint, insistas cum hac medicina. Si autẽ rubescant ita q; videãtur, q; duci debeant ad maturitatem, vel saniem,

E ponantur maturantia: & quum maturum fuerit, postea incidatur secundũ partis qualitatem, vt putredo exeat [a]. Si autem indurescant & crescant, & sit per mensem, vel per medium annum, & sit puer, fiat hoc oleum. Reci. radic. thapsiæ, & radic. raphani agrestis, ana, & oleum quantum de omnibus radicibus, bene purgatæ & tritæ bulliãt in oleo, vsq; ad medietatem, vel plus: & hoc in vase posito in caldario pleno aqua bulliente supra ignem. De hoc autem oleo.iij.vel.iiij. guttæ instillentur in aurem illius partis, & dimittantur in parte illa: & si per illum oleum auris intumuerit, & fracta fuerit, ita q; aliqua putredo exhalauerit, scias, q; liberabitur per hanc medicinam [b]. Quod si fuerit signum liberatiõis, insistatur etiã adhuc pluries cum illo oleo, & iterum fiat potio ista, quæ sic fit. Accipe radic. arundinis, radic. maliterræ, radic. brusci, et

F asparagi, radic. ellebori al. & nigri, radic. pęoniæ, rad. valdemoniæ, radic. betonicæ, radic. aristolochiæ rotundæ, radi. fab. lupinæ, radic. scroffulariæ, radic. raphani agrestis & domestici, radic. spathulę fœtidæ, foliorũ laureolæ & filipendulæ, æqualiter de omnibus: & illis bene purgatis & pistatis ĩ optimo uino bulliãt, vsq; ad medietatem vini: & de hoc vino bibat semel in die.s.in mane in hebdomada si fuerit puer, & si fuerit iuuenis, bis.iij. vnc. per horam cum alio vino mistas pleno magno scypho: & si fuerit nimis horribilis ad potandum superaspergatur puluis de zuccharo, et caueat sibi patiens, tanq̃ si acceperit aliquod laxatiuum, quoniam bis &.iij. & plus etiam ascellat inde. Item primo facias vsturam infra aurem super mediã chartilaginem auris. Ad idem. In diminutione lunæ, quum nõ sunt de luna nisi.xi.dies, accipiat.xi.crispel

G las de radice spathulæ fœtidæ, & radic. raphani agrestis: alia die.x.alia.ix. & sic vsq; ad finem lunæ quolibet die minuat vnam. Quod si hæc medicina non valuerit, ad chirurgiam est recurrendum: hoc tamẽ pręnotato, q; nunq̃ debet incidi aliqua scroffula, vel glãdula, quæ nõ possit bene teneri & tractari manibus.

a Additio. Deinde imittatur pannus in albu.oui infusus. Si vero de glandula aliquid remanserit post tertiã, vel quartam diem, ponatur puluis hermodactylorum, vel alius puluis, qui corrodat et mortificet partem illam, quæ remansit de glandula: et exinde curetur vt superius diximus.

b Additio. Si vero non intumuerit per hanc medicinam, non liberabitur.

*De incidenda scroffula.*

H Ad incidendum scroffulam, vel glandulam: primo debet accipi, et una manu fortiter teneri, et cuticula superior in longum incidi, et hinc indeq; scarnari, & vnco ipsa appręhendi, & ad exteriora trahi: & si alia sequuta fuerit, ipsa cum illa abstrahatur: & omnes quot sunt ibi, semper cum folliculo suo trahãtur. Si autem hæmorrhosagia nimis sequatur, per interualla trahantur: & tunc vulnus impleatur panno in albumi.oui infuso. Secunda vero die, si quid de folliculo suo, vel de scroffula remanserit, superponatur puluis asphodelorum, qui superius dictus est in cura capitis, in eo capitulo, qui intitulatur de scroffulis quę nascuntur in capite: deinde carnositas & putredo illa extrahatur. hic autem puluis ad corrodendum & corrumpendum talem panniculum est ĩmittendus: & quum vulnus tumefactum esse videris, & desiccatũ,

pannus in albu. oui infusus, in vulnere est imittẽdus: superius uero, stuppa cum ouo, quousq; videas panniculum illum bene putrefactum atq; corruptum, & vulnus aliquantulam saniem emittere. Postea vero cum vnguẽto viridi, quod dictum est superius [a], & cum aliis, quæ dicta sunt in capitulo, quod intitulatur de curis nasi, adhibẽda uulneribus, curã adhibeas [b].

a Additio. Chartilago, quę ex transuerso extẽditur auris, cauterizata, solet scroffulas liberare.

b Additio. Ad scroffulas delendas & consumendas optimum emplastrum. Accipe radices filicis, et asphodelorum, & in optimo vino decoque, & addito pauco sulphure in vino, fiat emplastrum, et superponatur, efficaciter scroffulas consumit. Aliud, quod scroffulas peroptime curat. Accipe limaces, et tere eas fortiter cum testa sua, et distempera cum capitello, et pone ibi fel porcinum, et de radice linguæ bouis aliquantulum tritæ, et omnia ista diligenter incorpora, et emplastrum inde factum super scroffulas pone, prius da. vi. vel. vij. guttas tithimalli cum ouo sorbili si habere poteris. Sed si ista non valent, fiat vniuersalis purgatio consyderatis particularibus, detur aliqua oppiata secundum varietatem humorum: si humores diuersi sunt in causa, detur oppiata composita: postea fiat emplastrum radic. vrticæ et ebuli, decoquitur in aceto, et addita calce viua, et axungia, fac emplastrum. Ad glandulas, vbicunque, et in quacunq; parte corporis fuerint, vel sint, combure plumbum cum lignis sambuci, uel ficus, uel corili, et fac unguentum cum oleo et aceto, quo inungas glandulas: deinde laminam plumbi tenuem et planam firmiter liga super et dimitte per ix. dies, postea auferas, et iterum inunge, postea laminam superpone: et sic per tres hebdomadas hoc facias: et sic faciendo, liberabitur, si Deus uoluerit. Et est sciendum, q; si incisio debet fieri in istis locis, in quibus sunt nerui, uenæ, et arteriæ, ut circa collum, debet fieri cum magna cautela, nec festinanter, uel subito fiat: timendus esset enim infirmi defectus. Caueat etiam sibi, ne faciat incensionem in tali loco, et maxime si sit chirurgus nouus, et rudis.

## *De fistula.* Cap. XI.

Fistula, est apostema, cuius os est strictum, & fundum habet amplum & profundum, quæ aliquoties fit vitio interiorum: aliquoties exteriorum. Vitio interiorum, vt ex humoribus: exteriorum, vt in dicta cura vulneris. Huiusmodi autem fistula, aliquando est ex multo tempore, aliquando ex breui. Item alia est in neruosis & intricatis locis, et plenis arteriis: alia in carnosis. Item alia corrumpit carnem tãtum: alia os tantum: alia neruum. Vnaquæq; autem, per propria signa cognoscitur sic. Nam quæ corrũpit carnem tantum: putredinem emittit albam, velut aquam. Quum os fuerit læsum, exit putredo, velut lotura carnis semicoctæ. Si vero neruus fuerit læsus, putredo erit nigra. Ex quibus omnibus manifeste colligitur, q; pro varietate subiectarum partium corporis, in hac ægritudine varia cura est adhibenda. Quia igitur circa collum, ceruicem, et guttur: quæ implicita & intricata sunt neruis, arteriis, & venis, incisiones, vel adustiones, facere non audemus: Ideo tali cura succurramus. Si enĩ meatus talis, fuerit strictus, amplietur cum tenta maliterræ [a], hoc modo, fiat tenta de maloterræ sicco, & per meatum fistulæ mittatur, ita q; meatus ille impleatur: & ita a mane vsque sero, vel econuerso, dimittatur. Quum autem os fistulæ bene elargatum videris, nisi locus ille multum sit implicatus & intricatus arteriis, neruis, & venis, vt si sit circa collum: vnguentum ruptorium, quod fit de calce viua & capitello, imittimus. Si uero pars sit multum implicita venis & arteriis, puluerem asphodelorum imittere possumus: quod si fuerit vir delicatus, vnguentum preciosissimum ad hanc curã mittimus, quod sic fit. Accipe piperis, pyrethri, auripigmenti, aluminis, sinapis, ellebori albi & nigri, galbani, floris æris, ana vnc. 5. saponis spatarẽsis: quãtum de oĩbus, confice sic, terenda pulueriza, & cum sapone spa. diligẽter incorpora, & de eo informa tentã, & vsque ad fundum fistulæ intromittas: hoc autem vnguentum in illo meatu liquefit totum, & fistulam sua virtute occidit atque desiccat. Postquam vero fistulam, quæ prius saniem liquidam velut aquam emittebat, emittit saniem spissam, mortua est: vnde statim vitel-

B lum oui cum stuppa, vel album. cum oleo, quousq; ignis cadat, apponimus: deinde cum vnguento viridi, quod dictum est in cura carnis, quæ videtur esse polypus, & aliis vnguentis, vsq; ad finem curamus. Si vero fistula non sit neruis, nec arteriis implicita, sed sit inter cutim & carnem ex longo, vel ex obliquo, si os fistulę strictum sit, elargetur, est tenta lignea vsque ad profundum mittatur, & sic aliquantulum cuticula talis ad superiora eleuetur: & a fundo fistulæ vsque ad os eius super tentam vsque ad ipsam incidatur: pannus infusus in album. oui mittatur, & a mane vsque sero relinquatur, vel econuerso. Postea vero puluis asphodelorum superponatur. Quum autem vulnus ipsum tumefactum videris, signum est fistulæ mortificatę: cui postea subueniendum est cum ouo, & vnguento viridi, & aliis, quæ in cura vulne-

C rum dicta sunt [b].

a Additio. Vel de radice laureolæ, uel iari, uel bryoniæ, uel dragonteæ, aut cum meditulio sambuci, uel ebuli, siue cucumeris agrestis.

b Additio. Solet plerunq; humorum fluxus accidere sub axillis, et in inguine, et facere duram collectionem, et magnam extremitatem, et in profundo, et nimis membrum comburentem, quæ bubo uocatur. Est autem quidam curabilis, quidam incurabilis. Si enim æger fere continuum calorem patiatur in membris, et uehemẽter extenuetur corpus, et nimis magna sit collectio, et dolorem in profunditate pectoris sentiat, quod contingit quãdoq;, quum est sub axillis: incurabilis est. Item si cum prædictis signis, in aliquo loco aliquantulum sit mollis, ita q; de sanie aliquid esse uideatur in profundo bubonis, et cutis imediate sit dura: incurabilis est. Item si erupta sanie quocunque modo sit interius superflua, et plerunque dura, et aliquando mollis, et quæ appositis corrosiuis, plus crescat, quam minuatur: similiter incurabilis est. Indiget ergo maturatiuis, exquo vero maturata fuerit, cum sagittella vbi magis dependet aperiatur, cum amplo vulnere. Nulla enim ratione expectetur, donec crepet. quod si feceris, vix, aut nunquam curabitur. Incisione vero facta, instar aliorum apostematum, vel vulnerum, curabis.

## *De bocio.* Cap. XII.

D Bocium fit in gula, & fit ad illud, tale experimentum, cantando Pater noster, fodias nucem, quæ nondum fecit fructum, & radices eius cum tota substantia bene pistatæ, cum. cc. granis piperis bulliant in optimo vino, vsq; ad medietatem: & hoc modo vtatur patiens omni mane, donec liberetur [a]. Vel fiat ta

le medicamen. Accipe radic. viticellæ, radic. cucurbitæ agrestis, radic. cyclaminis, polypodij, asparagi, & brusci, aristolochiæ rot. cucumicellæ. i. cucumis agrestis, iari, pallæ marinæ, & spongiæ marinæ, brancæ ursinę, burit b, & lac de scrofa primo filios prodeunte, & radic. tassibarbassi. Confice sic, omnia ista desiccata tere & cribra, Ballã vero marinam & spongiã incẽde & tere, & supra dictis ad modum electuarij misce, & quũ dormitum vadit, sub lingua mitte. Item polypodium, malũ terræ, betonicæ, radicẽ thassibarbassi in aqua coque, in tantum, ꝙ tres phyalæ redeant ad vnam, & ibi prædictũ puluerem in sero ponas, et mane in potu da patienti, et de aqua prædicta colata similiter tribue. Eodem vero die aquam nõ bibat, & vsq; ad. iij. diem, neq; potionem neq; puluerẽ bibat. A tertia vero die in antea puluerem sic præparatũ sub lingua mitte, & vsq; ad. xi. vel. xij. diem facias potionẽ de. xi. in. xi. diem dabis. Si vero talibus experimentis patiens non liberabitur, ad chirurgiã est redeundũ.

Si vero fuerit vnũ bocium tantum, cum ferro calido vnum setonem imittimus in longum, & alterum in latum, & pannus infusus in albu. oui, vel axungia, superponatur, & omni die, mane, & sero, setones ad exteriora trahantur, nisi penitus truncetur caro cum illis. Quod cũ factũ fuerit, si quid de bocio remãserit, ponatur supradictus puluis asphodelorum, & purificato loco curetur vt cætera vulnera. Quod si non sit implicitũ bociũ nimium arterijs, sub manu firmiter apprehendatur, cuticula caute in longum incidatur, & bocio, vnco apprehẽso, bociũ ipsum hinc & inde scarnetur, & cuticula remoueatur, digitus intromittatur, & accepto bocio, cum folliculo suo totum extrahatur: vulnus panno lineo impleatur, leuiter tamen: G & si multus sanguis superuenerit, ea remedia adhibeantur, quæ superius dicta sunt in hac particula, in eo capitulo, qui ititulatur, De vulnere facto cum sagitta in ceruice: & cũ his remedijs dimittatur per. iij. dies: postea uero, si quid remanserit, ponatur puluis asphodelorum, cui cum ouo postea subueniendum est, & deinde subueniendum est, vt in alijs vulneribus. Hoc quoq; diligenter est attendendum, ꝙ folliculus bocij radicitus euellatur, ita vt de eo nihil relinquatur, modica enim particula ibidem remanẽte, in idem patiẽs cadit. Loco ergo purificato perfecte in parte sui & superaspergi potest puluis rubeus: & sicut in alijs futuris diximus, ita quidem & in hac cura valet expleri. Si vero bocium illud valde magnum sit, & virtus patiẽtis sit parua, & ætas iam processerit, nostro iudicio ab huiusmodi bocij cura est desistendum. Solet enim huiusmodi bocium multas habere partes, quas valde difficile est enarrare, quibus ferrum calidũ apponere, ne pulsus arteriæ, neruiq; lædantur, omnino refugimus. Quocunq; tamen mõ his per chirurgiam subuenimus, eos super bãchũ ligamus, & firmiter teneri facimus: postea, ꝓut melius visum fuerit, ꝓcedimus.

a Additio. Medicamentũ preciosum ad bocium, et veracissimũ. Accipe sem. canapis, et ricium, siue pellem eius, spõgiã marinam, ballã marinam, brancam ursinam, tartarũ, os vrsi, et præcipue de capite, os sepię, ana vnc. iiij. piperis zinzib. pyrethri, salisgẽmæ, ana vnc. ij. nucis muscatæ, gariophyl. cubebæ, piperis longi, pip. albi, galangę, cinnamomi, euphorbij, ellebori albi et nigri, ana vnc. ij. bocij vlmi, salis nitri, cuculę cypressinæ, adarcis. i. caro marina, bedagar. Te

E renda terãtur, et cõburenda cõburantur, et oĩa in puluerẽ redigantur, et detur patienti ieiuno mane, et sero eunti dormitum, quantũ tribus digitis capi potest, et transglutiat paulatim cum mora. Postea fiat emplastrũ supra bocium, de calce viua, et tegula torrefacta et puluerizata, et caricis tritis, et pumice, omnia in vino puro bulliant, et remota ab igne supra pellem pilosam ponantur, et aloe puluerizata desuper aspergatur, et gutturi patientis calida superponatur. Diæta sit talis, comedat patiens panem fermentatũ bene coctum et recentẽ: bibat vinum purũ et modicum de istis: et sic vsq; ad. xv. vel. xx. dies, vel. xxx. vtendum est desiccatiuis: et sic sine dubio liberabitur. Et si fuerit. xv. annorũ vel. xx. fiat etiam fumigiũ in ore cum emboto. abstineat patiẽs à coitu usq; ad annũ vnum si potest, et ab omnibus frigidis et indigestibilibus, et a frixis, et a pane azimo, et ab aqua vsq; ad annũ vnũ si potest, et ab omnibus inflatiuis. fricetur itaq; sæpe bocium manibus fortiter. Inungatur balsamo, si F fuerit regina, vel aliqua ditissima persona. Si fuerit inferior ꝑsona, inũgat cũ unguẽto aureo, et si hoc habet, idẽ nõ fiat cũ saliua, uel cum aceto, vel cũ vino tepido, Fiat et hoc emplastrum de radice lapathij acuti in vino decocti, et cũ axũgia porcina, vel vrsina, quæ melior est, diligẽter insimul incorpora, et vnc. s. aloes triti et puluerizati supra dicto emplastro aspergatur, et sic calidum supra bocium apponatur. Sed vt videantur fieri plura, talem faciat medicus incantationem, vel coniurationem. videlicet Cauo, cauo, cauo, recede, quia filius Dei te maledicit. In nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Recede ab isto famulo dei. Et fiat circulum ad collũ de candela benedicta de festo sanctæ Mariæ, cantando Pater noster, tribus vicibus, in honorem sanctæ trinitatis.

b Additio. Id est saponariæ.

## *De squinantia, & eius speciebus.* Cap. XIII.

SQuinantia, est apostema, quod nascitur in gutture, cuius tres sunt species. Quarum prima, dicitur Squinantia. s. nomine totius sic dicta, & hæc nascitur inter tracheam arteriã & œsophagum, in loco qui dicitur isthmos, & hæc cito est pernecabilis, eiusq; cura soli Deo relicta est. Secũda, dicitur Scinantia, quę partem materiei retinet interius, partem vero foras emittit, vt tumorem exterius videre possis: & hæc minus maliciosa est. Tertia species, dicitur Quinantia, cuius materia tota foras emittitur, & de huius malicia non maxime timere debemus. Quæcunq; vero istarũ specierum fuerit, generalia signa hæc sunt, difficultas inspirandi et expirandi: cibum quoq; vel potum sumere non possunt. Vox quandoq; denegatur ex toto: saliuã nõ inglutire, nec sputũ emittere possunt. A principio tamẽ istis sic subuenimus. Si virtus & ætas per H miserint, sanguinẽ de vena cephalica attrahimus, uel de vena quæ est sub lingua, gargarismum de sapa, uel diamoron fieri volumus. Vel fiat talis gargarismus, sumas gallas, balaustias, rosas, & lentes, facias bullire in aqua, & de hac patiẽs gargarizet sæpius: hoc enim gargarisma humores currentes ad locum dolentẽ reprimit. Extrinsecus autẽ dialthæa, & similibus, ĩungatur a, vel fiat cataplasma, quod omnino secundã & tertiam speciem curat, quod sic fit. Accipe radic. ebuli, porrinas, quæ non sint remotæ neq; euulsæ a loco in quo natæ fuerint, absynthium, cardum benedictũ, senationes ad libitum. Ista bene pistentur, & pistatis succus extrahatur. Item accipe far. hordei, & far. seminis lini, & cum prædicto succo distempera, & incorpora, ita tamen ꝙ multũ remaneat liquida. Postea vero

ro

ro accipe axungiam porcinã, & liquefacias ad ignem in patella, & adde mel in eadem quantitate cum axungia, & facias bullire: deinde prædictum succum cum farina in eadem patella mitte, & cum prædictis admisce, & incorpora, & tandiu bullire facias, quousq; ad spissitudinem veniant, in modũ embrochæ alicuius, tale cataplasma calidũ super locum patientem ponatur, ter vel quater in die mutetur, & semper calidũ renouetur. Quum aũt tale apostema interius saniem fecerit, digito, uel alio instrumẽto, ipsum apostema rũpere, & saniẽ emittere, nõ est inutile: sic enim aliquos propria manu curaui [b].

a Additio. Nota. In principio debemus insistere repercussiuis gargarismatibus, quia fere semper fit de rheumatico humore pro maiori parte: deinde cum consumptiuis et inspissatiuis humorum. extrinsecus autem de dialthæa, et similibus vngatur.

b Additio. Emplastrum ad quinantiam. Accipe althęam et restas alliorum, et coque in aqua, et postea pistentur cum axungia, et desuper ponatur: vel fiat emplastrum de radicibus lapathij acuti, et restis alliorũ et axungia, et de hoc ponatur. Contra quinantiã, fiat tale experimentum, sumãtur carnes bouinæ salsæ, semicoctæ ad modum castaneæ, vel auellanæ, et insuatur firmiter filo lõgo de serico, ne forte patiens velit nolit carnem illam transglutiat, et medicus extrahat illam subito cũ violentia, vt ita possit apostema rũpi.

### *De branchis.* Cap. XIIII.

BRanchi interius tumẽt, et quasi amygdalas duas creant. Vnde difficilis est excreatio, & anxia spiritus attractio. Quibus gargarismata prius adhibeantur, a quibus si patiens non liberatur, ad chirurgiã est eundum. Infirmum ergo primũ coram te constitue, cuius ore aperto linguam inferius premas cũ instrumento, ita vt amygdalas illas videre valeas, & vnco ferreo vel æneo capere, & competenti ferro incidere. Pelliculas autem illas, quæ stant iuxta eas, illæsas relinquas, postea de aqua rosa. cum aceto æqualiter, fac gargarismum, et cum succo arnoglossę similiter. Si vero sanguis multus fluxerit, melicratũ adde. Quod si putredinem fecerit, horũ incisio sic fiat, cutis in longũ incidatur, & instrumentis, ad hoc factis, illa abstrahatur, et à radice funditus euellantur: locum uero, aureo, vel ferreo instrumento, decoquimus [a].

a Additio. Est autem quædam alia passio, quę nascitur in ore iuxta epiglottũ, quę dicitur foliũ, quia ibi sunt vna, vel duæ carunculæ tenues, et latæ, ad modũ folij, quę obstruũt tracheam arteriam, et vocem impediunt. Quum vero patiens os aperit ad loquendũ, se eleuant, et foramẽ trachęę arteriæ oppilant. Quum vero os claudit, subsident. Vnde patiens vix potest formare uocem, uel aliquod uerbum intelligibile, quæ passio nunq̃ curatur, nisi beneficio chirurgiæ.

### *De uuula.* Cap. XV.

VVula, elongatur sępe, vel tumescit, quæ exiccetur pulueribus cõstrictiuis et gargarismatibus, & hoc puluere, qui fit. Re. balaustiæ, gallę, piperis, pyrethri, cinnamomi, superponatur puluis cũ cauo ferro: fiat gargarisma, quod fit. Re. vini dulcis, vel mellis, et aceti, ana, piperis, pyrethri, staphidis agrię, balaustiæ, æqualiter de omnibus, puluerizata, cum prædictis liquoribus bulliant, & vtatur patiens hoc vino, mane & sero. Si autẽ non sic desiccetur, incidatur forficibus ad hoc factis, iuxta palatum subtiliori loco, ca

A ue tamẽ, ne radices vuulæ tangas. Et fiat gargarismus desiccatiuus, seu cum desiccatiuis, de quo gargarizet die ac nocte. caueat sibi patiens, ne supinus iaceat. gargarizet etiã aquam vbi cocta sit pinguissima gallina. Sępissime caueat sibi patiens, ne multum dormiat per tres noctes [a]. Vel ante incisionem, incendatur aureo nũmo. & gargarisma fiat, vt diximus [b]. Vtatur hoc emplastro, quod fit de melle calido, & pluribus baccis lauri, cymini, pulegij, origãi, euphorbij, ana, & pone in sũmitate capitis cum stuppa.

a Additio. Quia a somno prouocatur rheuma.

b Additio. Item ad relaxationẽ uuæ, coctura facta in occipitio confert, et emplastrum, factum de pice liquefacta super ignem, et de puluere mastiches et olibani cõmistis, et illud tepidum in occipitio ponatur. Fiant gargarismata constrictiua, nisi multus humor sit in causa: quod si fit, gargaris
B mata fiant in parte consumptiua, et in parte dissolutiua.

### *De disiunctura ossis iugularis.* Cap. XVI.

OS iugulare, quandoq; a proprio loco descẽdit, vnde collum disiungitur, & fit vitiũ in iunctura colli. cui nisi medicus subuenerit, moritur de facili, et suffocatur infirmus. Cui festinanter sic est subueniẽdum, os ei aperiatur, lignum, vel aliud tale, ut os apertum teneat, in ore mittatur, & fasceolus sub mandibulis supponatur, vtranq; partẽ fasceoli medicus ad superiora leuando firmiter manibus teneat: pedes autẽ, vnũ in vno humero, & alium in alio ponat, vt pedibus ad inferiora premẽdo, et manibus caput ad superiora leuando fortiter, os ipsum ad iuncturã propriã competentius reducatur: & postea vngatur locus de dialthæa, vel martiaton, & lana succida, vel stup
C pa, super ligetur: & sic omni die fiant vnctiones, & fomentationes, minutiones etiam in tertia die solent esse perutiles.

Explicit liber secundus.

# INCIPIT PROLOGVS tertij libri.

QVod tanti operis utilitate tractare tentaui, et ordine certo Doctoris nostri scientiam in artem redigere desideraui, plus fuit deuotio præsentibus & futuris proficiendi, q̃ de uiribus aut temporis commoditate. Quo circa prouidus lector, negocijs imminen
D tibus, & breuitati temporis parcat, & colligat potius quæ in hoc libro rationabiliter scripta sunt, q̃ inuidiæ liuores sequatur. Hoc autẽ opus in plurimis particulis distinguendũ esse decreui, vt curarũ varietates de singulis particulis, valeant cõpetentius colligi, & diligẽti doctore cõmodius memoriter cõmendari. Curis igitur eorum quæ sunt ab homoplatis superius, & osse quod est catena gulæ, & ossiũ eorum quę sunt ab ijs vsq; ad genitalia, tractare curabo.

*Incipiunt capitula tertij libri.*

# DE VVLNERIBVS quæ fiũt in homoplatis. Cap. I.

F Vlneribus, quæ fiunt in homoplatis, si fuerint ensis, uel alterius similis, sic subuenire consueuimus. Si vulnus recens fuerit, illico supfluis purgatis suimus: extremitates apertas relinquimus: puluerem rubeum superaspergimus, & cætera diligenter prosequimur, quæ dicta sunt superius in secunda particula de suturis. Si vero vulnus non sit recens, primo bene purgetur, & sanguis in vulnere prouocetur, deinde suatur: & fiat deinde, vt dictũ est superius. Si vero sit telo perforatum, lardonem ĩmittimus, & cætera facimus, vt dictum est superius in secunda particula, in cura colli telo uulnerati.

*De catena gulæ.* *Cap.* II.

G SI catena gulæ fuerit incisa, sic est subueniendum. In primis vulnus ipsum, panno in album. oui infuso, & aliquantulum expresso, bene impleatur, et vitellus oui cum stuppa superponatur: postea pannus siccus cum embrocha, ad saniem prouocãdam pro varietate temporis. Quum vero os, uel aliud uideris, quod extrahi debeat, caute illud remoueas: deinde cũ unguento fusco, & cęteris, ut in aliјs uulneribus curam adhibeas. Si os gulæ, quod est catena, fractũ fuerit, uel aliquo modo resederit, medicus brachium infirmi, uel humerum eleuet una manu, & altera manu partem illius ossis eleuatiorem inferius comprimat, & plagella album. oui infusa, et superposita, plumaceoli etiam superposito ferulæ ad modum crucis superponatur: & longa fascia super ligetur ex omni
H parte, & brachium ligetur ad collũ ut sit suspensum, & plumaceolus mittatur sub axillis, ne ad inferiora brachium cadere possit, & nullo modo deponatur, donec sanus sit. Si uero talis fractura sit cum uulnere, super locum illum fascia longa non super ligetur, sed ubi fractura est relinquatur apertum, ut per locũ illum stuellus intromittatur, ut curari possit sicut cætera uulnera. Ligatura uero illius partis, sit super longam fasciam.

*De disiunctione humeri.* *Cap.* III.

SI ex uulnere humerus a superioribus sit disiunctus, sic cura adhibeatur. Primo uulnus bene mũdificetur, & si non fuerit recens, prouocetur in eo sanguis, & si aliquid est abstrahendum, remoueatur primo,

mo, deinde vulnus in hunc modũ suatur: pars parti primo competenter reddatur, & in superiori parte humeri, vtraq; pars vulneris cum acu firmiter capiatur, & filum quod acui adhæret, ipsi acui diligenter obuoluatur, & acus in hac sutura relinquatur vsque ad consolidationem vulneris. In hunc quoq; modum fiat, quoscunq; punctos in hac sutura vtiles esse conspexeris, ita ꝙ semper acum in quolibet puncto relinquas: postea vero puluerem rubeum, qui dictus est superius, superasperge, plumaceolum superpone: extremitates, vt in alijs curis diximus, apertas relinque, & cætera, quæ in alijs suturis diximus, diligenter attende. Quum autem vulnus videris consolidatum circa suturas acus prædictas, fila remoueas, & stuellũ sicut in alijs suturis diximus immittas & diminuas: deinde, vt in similibus, vsq; ad finem, curam adhibeas. Si vero a superioribus non disiungitur, primum si aliquid est extrahẽdum remoueatur, deinde vsq; ad finem curetur vt in suturis vulnerum diximus.

### *De incisione brachij & neruorum.* Cap. IIII.

SI os brachij, & neruus sit ex transuerso incisus. Primo vulnus impleatur panno in album. oui infuso: deinde pannus siccus intromittatur, pultes pro diuersitate temporis ponantur. Si vero aliquid de osse remouẽdum est, abstrahas [a]. Neruo curam in secunda particula dictam, diligenter adhibeas: deinde cum vnguento fusco & alijs iam dictis curam impendas [b].

a Additio. Sed si extrahi non possit, nisi cum magno dolore & difficultate, dimittas, & facias tale emplastrum, quod optime habet remouere os fractum, vel lignum ibi existens. Reci. polypodium cum modica axungia veteri, tritum super liga. Si vis etiam adhibeas apostolicum, in quo multum sit de puluere magnetis. Item aliud ad idẽ, quod etiam extrahit sagittam sine dolore, radix pimpinellæ, radix arundinis cum melle, tere & superpone.

b Additio. Et nota, ꝙ si de vulnere sanguis vnctuosus, in modum olei exiuerit, certum est, medullã incisam fuisse, et mortale esse.

### *De inflatione & tumore & duritie neruorum.* Cap. V.

SI vero dolor, aut inflatio, aut durities, neruis inhæserit, & inde ipsi contrahantur, dialthęã iũgere consueuimus, quæ sic fit. Dialthæa.

Accipe euisci siue althææ radic. lib. ij. seminis fœnugræci, lib. i. squillæ, lib. 5. olei, lib. iij. ceræ, lib. i. terebinthinæ, galbani, gummi hæderæ, ana vnc. ij. colophoniæ, resinæ, ana lib. 5. omnes radices bene abluantur, & terantur, & similiter lini sem. fœnugræcum et squilla, et quum bene trita fuerint, in. vi. lib. aquę per. iij. dies, quarta die super ignem ponantur, & bulliant, donec incipiant inspissari: deinde paulatim in sacco mittantur: & quum exprimere volueris, addatur aliquantulum feruentis aquæ, & ad extractionem illius viscosissimi succi, de quo accipiantur, lib. ij. & ponantur in. iiij. lib. olei, & bulliant ad succi consumptionem, quod cognoscitur, quum nihil succi supernatauerit, postea addatur cerę, lib. i. & quum liquefacta fuerit, terebinthinam adde, postea gummi hæderæ contusam, & galbanum: ad vltimũ ponatur colophoniæ puluis & resinæ: & quũ coctum fuerit, deponatur ab igne. Signum vero decoctionis est, gutta posita super marmor, si inspissatur. Et postq̃ colatum fuerit & infrigidatum, diligẽter reponatur, & vsui reseruetur [a]. Valet etiam ad dolorem pectoris, ex frigiditate & pleuresi, prius tamen in testa oui aliquantulum calefactum ad ignẽ, et super pectus inunctum, sanat omnia loca infrigidata, & desiccata, calefacit, mollificat, & humectat.

a Additio. Quod si non habeas dialthæam, facias tale emplastrum, quod valet ad duritiẽ neruorum, farina hordei admisceatur cum terebinthina, et simul incorporentur, et superponatur: hoc idem valet ad duras carnes remolliendas, probatum est.

### B *De purificatione uulneris putrefacti.* Cap. VI.

SI aliquod vulnus male curatum putruerit, hoc vnguẽto curari poterit, quod sic fit. Vnguẽtum contra putridum vulnus, & male curatum.

Accipe olei, libr. i. sepi arietini, libr. 5. ceræ albæ, unc. ij. picis græcæ, vnc. iij. saluię, sisymbrij, balsamitæ aquaticæ, lentisci, sauinæ, anethi, rutæ, omnium, ui. manipulum. i. confice sic, ceram & sepum cum oleo solue & cola, postea pulueres terendorum admisce, quumq; conglutinatũ fuerit, vsui reserua.

Ad idem aliud. Accipe saluiæ syluestris, & domesticæ, laureolæ, & centumneruiæ, pimpinellæ, artemisiæ, & linguæ bouis, ana manipulum. i. & pista in mortario cum. i. lib. sepi arietini, & inde magdaleones informa, & dimitte vt simul marcescant: postea in lib. i. olei cõmunis ipsos magdaleones in stagnato ad ignem tandiu bullire facias, quousq; herbæ petant fundum: deinde stagnatum ab igne remoueas, & prædictas herbas et oleum per pannum cola, & ad ignem in stagnato repone, et quum bullire cœperit, addantur ibi. iij. unc. ceræ in æstate, & duæ in hyeme: & postq̃ cera liquefacta fuerit, addãt mastiches, olibani, et colophoniæ, ana unc. i. prius bene puluerizatæ, & cum spathula agitando, diligẽter incorpora: deinde ab igne remoueas, & aliquantulum de terebinthina adiungas, et diu agitando cũ spathula, simul incorpora, & vsui reserua. Valet. n. mirabiliter hoc vnguentum ad vulneris putrefacti mundificationem, & ad bonam carnem generandam & nutriendam.

### D *De superflua carne, quæ crescit in uulnere.* Ca. VII.

SI uero caro superflua uulneribus superuenerit, puluerẽ de hermodactylis superponimus hoc modo. Inficiatur bombyx saliua, & puluis hermodactylorum superponatur bombyci, deinde superponatur uulneri. Ad idem, accipe calcis uiuæ, unc. iiij. auripygmenti, unc. i. aquæ calidæ quantum sufficit, omnia ista, priusq̃ ad ignem ponantur, cum spathula diu cõmisce, donec simul incorporentur, & postea ad solem diu dimitte, donec multum siccentur, postea uero subtilissime tere, & usui reserua. Vel fiat talis puluis, quo sæpius uti cõsueuimus, qui Re. hermodactylos, aristolochiam rotun. florẽ ęris, ana, quæ omnia simul puluerizentur: & hic puluis

vsui reseruetur: potenter enim, et non violenter, in uulnere superfluam carnem corrodit. Ad idem, accipe calcem, & distempera cum melle ad modũ pastæ, & fac inde panẽ, & super tegulã pone, & fac puluerem: carnem corrodit, & cancrũ interficit.

*De erysipelate superueniente uulneri.* *Cap.* VIII.

QVia solet erysipelas vulneribus superuenire, & quædam alia accidentia: Ideo differentia est inter illa: & signum & curas ponimus erysipelatis: fiunt enim in vulnere pustulæ aliquoties albæ, & locus est temperatus, et bene tractabilis, & hoc est bonum signum in vulnere, aliquoties vero superueniunt nigræ vulneri, & locus est durus & tostus, & male tractabilis, quod est malum signum in vulnere: erysipelatus enim est locus, cui cum frigidis subuenimus. Apponatur ergo plagella in succo semperuiuę infusa, & succo solathri, vermicularis, umbilici, veneris, hyoscyami, quibus admiscemus albumen oui, oleum rosa. et viola. sandalos albos & rubeos: quod si hęc omnia habere non possumus, de quibusdam tamen apponimus, & quum ad propriam naturam redierit, statim ab hac medicina desistas. Vidimus quandoq; vulnera concaua fieri [a], quibus ad carnem curandam, tale medicamen fieri potest. Accipe sepi colati, lib. i. colophoniæ, vnc. vi. ceræ, vnc. iiij. olei phialas duas, mastiches, olibani, myrrhæ, ana vnc. iij. cõfice sic, cera & sepum cum oleo solue, et cola, postea puluerem terendorum admisce, & quum conglutinatum erit, vsui reserua.

a Additio. Fit enim cõcauitas in vulneribus, tribus de causis, vel ex læsione, vel ex inobedientia ægri, non patiẽtis perfecte curari vsq; ad profundum, vnde interius putrescit, vel ex imperitia medici, superficialiter curantis.

*De carbunculo superueniente uulneri.* *Cap.* IX.

CArbunculo vero vulneri superueniente, puleon inungere consueuimus circa, qui sic fit [a]. Accipe oculorum populi, lib. i. & . 5. foliorum papaueris nigri, foliorum mandragoræ, cimarum rubi tenerrimarum, foliorum hyoscyami, solathri, vermicularis, lactucæ, semperuiuæ, bardanæ, violarum, scatoncelli, ana vnc. iij. axungiæ porcinæ nouellæ, vel veteris, bene ablutæ, lib. iij. fit hoc modo, oculi populi bene per se pistentur, et iterum cũ axũgia pistentur, & magdaleones inde informentur, & per duos dies dimittantur. In tertia vero die supradictæ herbæ omnes colligãtur, et bene terãtur, et cũ magdaleonibus terendo rursus admisceãtur: & magdaleonibus inde formatis per. viij. dies seruentur: postea vero illi magdaleones frustatim in caldario, cum lib. i. odoriferi & optimi vini ponantur, et bulliãt ad vini consumptionem, cum spathula semper agitando: & deinde per sacculum exprimendo, cola, & dimitte frigescere, & ĩ vase reconde. Valet etiã hoc vnguẽtum ad calorem acutæ febris, & his, qui dormire nequeunt, inunctis temporibus, & pulsibus, & plantis manuum & pedum, hoc idem, cum oleo rosa. & viol. mistum, & super inunctum, mirabiliter calorem tollit: & super inunctum vmbilico sudorẽ prouocat. Vnguentum ad carbunculũ.

E Supra carbunculum vero, pone hoc vnguentum. Reci. auripygmen. piperis, ana. & ficus siccas, ad libitum: tere insimul, & confice cum melle vsque ad spissitudinem, et superpone: carbunculũ enim mortificat. Postq̃ autem mortificatum videris, vt caro mortua cadat, hoc unguentum superpone. Quod Reci. maluauiscum, & aliam maluam, & brancam ursinam, ana. tere cum axungia, & dimitte per. iij. dies marcescere, & postea coque, & cola, & in colatura aliquantulum ceræ & mastiches appone, & iterum cola, & usui reserua.

a Additio. Sed quidquid dicat Rogerius, hoc non approbo, quoniam apocrustica non debet apponi propter refluxum materiei.

*De uulnere quod fit in carnositate brachij.* *Cap.* X.

F SI uero carnositas brachij uulnerata fuerit, aut etiam inter humerum & cubitũ, ubi lacerti affinitas est, spacium. iij. unciarum infra uulnus fuerit, ex mala & incauta cura, periculum euenire prædicimus. Si uero in aliis partibus brachij fuerit, de periculo nõ est sic timendum. Si enim in iam dictis partibus pustulæ nigræ superuenerint, & tumor ad superiora cõscenderit, malum signum. Si uero pustulæ albæ fuerint, & ad inferiora tumor descenderit, bonum signum est. Cura uero ĩ talibus uulneribus est eadem cum his, quæ diximus de uulneribus, ubi os non est fractum, uel uulneratum.

*De uulneribus lacertorum.* *Cap.* XI.

G SI lacertus est uulneratus cũ suo neruo, uel musculo, mortale est, quod si nec neruus, nec musculus, læsus est, et uulnus in longum est, utraq; pars alteri comprimendo iungatur, & caute suatur, dimisso tamen aperto ubi plaga magis dependet, unde uulnus competentius possit curari, & purificari: deinde procede, vt diximus in aliis curis futuræ. Si uero erysipelas superuenerit ei, cura, ut dictũ est superius: hoc enim diligenter notato, q; si lacertus cõtundatur, uel cõteratur ferro aliquo in obliquum, mortale est. Si uero in longum fuerit, uulnus prædicta cura prosequatur.

*De uulnere brachij cum telo* *Cap.* XII.

SI brachium telo est perforatum ab una parte ad aliam partem, lardonem unũ mittimus ab una
H parte, & unum ex alia: & ita succurrimus, ut dictũ est in aliis, in secunda particula, quando collum telo est perforatum. Si uero tantum ab una parte est perforatum, unum lardonem ĩmitte, & cura de cætero, ut in similibus dictum est superius [a].

a Additio. Nota, q; si brachium & os telo sit perforatũ vsq; ad medullam, non est apponenda tenta de lardo, propter sui vnctuositatem, quia medulla vnctuosa est. Et nota, q; si incisio fit supra genu, vel infra, tribus vnciis, vel supra iuncturam manus, vel infra, mortale est.

*De uulneribus manus si neruus est incisus uel os.* *Cap.* XIII.

SI os manus, & neruus incidatur, pãnus ut ĩ aliis uulneribus intromittatur: deĩde, ut dictum est superius

superius in cura brachij, quando os & neruus est læsus, cura diligens exhibeatur. Si vero fuerit opus, supra tabellam aliquam ponatur, & alligetur tabellæ, ne pars vulneris ab alia segregetur. Si autem neruus fuerit læsus sine osse, supra neruum suatur, & totum etiam vulnus, secundũ dictum modum, & puluis rubeus superponatur: & hac cura mirabiliter conglutinatur, & sæpe consolidatur a.

a Additio. Nota, ꝙ si nerui manus incidantur interiores, ita læditur manus, ꝙ nec claudi, nec aperiri potest, sed in eo erit statu in quo volueris manus dum curabis.

### De uulnere sine læsione ossis, & nerui. Cap. XIIII.

SI vero nec os, nec neruus, læsus fuerit, secundum iam dictum modum vulnus suatur, & cura exhibeatur. Euenit sæpe mẽbra valde lædi percussione, casu, vel aliqua fractura, vnde contingit tumorem magnum ibi effici, & humorum superfluitatem abundare: & nisi putredo illa foras emittatur, putrefiunt nerui, caro, & os. unde apponenda sunt mollificatiua & vt putredo emittatur, leuiter comprimatur, & membrum membro iungatur, vt si fuerit in iuncturis brachij, brachium humero: si in crure, tibia coxæ, & sic de reliquis, iungatur: & hoc fiat sæpe, donec tota materia exeat: postea curetur, vt cætera vulnera a.

a Additio. Nota, ꝙ in contusione, vel casu, aut percussione, primo facienda est phlebotomia: post modum repercussiua sunt apponenda: repercussiuis appositis post phlebotomiam, & non conferentibus, iterum facienda est phlebotomia, quousq; conferat: consequenter repercussiua donec sentiat iuuare: ad vltimum diaphoretica. & per antispasim facienda est phlebotomia, si ex vtraque parte sit, per vtranq; partem. Item notandum esse, ꝙ si tumor, vel inflatio, sit in cubito, quæ per incisionem sit curanda, præcedẽtibus maturatiuis, non debet fieri incisio supra cubitum directe, licet ibi fiat maturatio, ne ex motu ibi impediatur cõsolidatio in hac parte, sed ex altera parte, vbi magis dependet materia.

### De disiunctione humeri a spathula. Cap. XV.

SI humerus a spathula disiungatur, taliter subuenire solemus. Iaceat infirmus supinus, & lapis, vel lignum rotundum, ex vna parte magis acutum, & ex altera magis rotundum accipiatur, et filis super positis sit quasi globus filorum, & illud rotundum sub axillis ponatur, & medicus supra illud cum calcaneo diu imprimendo calcet, et manibus humerum eleuando, os ad pristinum locum reducat: & anteq̃ globus auferatur, pecia in album. oui infusa superligetur longa fascia vndiq;, & globus ibi dimittatur, et ligetur cum alia fascia, et plumaceolus sub brachio ponatur, vt illud semper sit suspensum & eleuatum. Post tres vero dies, si non sit bene aptatum, apta, & vnge, & eodem modo liga: & si aliqua collectio ibi fuerit facta, minutio fiat contrariæ partis a.

Contingit quandoq;, ꝙ neq; prædicto modo potest aptari: & tunc lignum longum præparetur, & aliquantulum amplum, & in medio fiat foramen ad modum supradicti globi, & ibi globus ex ampliori parte intromittatur, & lignum a duobus fortiter teneatur, & tunc infirmus sedeat, vel stet rectus, supra

A scamnum, & globus sub axillis collocetur. Medicus vero firmiter teneat brachium & humerum ex altera parte, & tenentes lignum eleuent, & alius sit, qui scamnum a pedibus patientis auferat: et dum ita pendebit infirmus, reducetur humerus ad locum proprium: postea ligetur, vt dictum est superius. Quod si fuerit puer, non oportet, nisi vt medicus mittat pugnum sub axillis patientis, & teneat humerum eius alia manu, & eleuet eum a terra, & ita os bene ad propriam iuncturam redibit, atq; sanabitur. Si vero fuerit opus, fiat fomentum prius de aqua, vbi bullierint malua, branca vrsina, & similia: & locus postea vngatur de dialthæa, vel marciaton, & stuppa superponatur, atq; ligetur. Quum vero ad propriam iũcturam perfecte redierit, fiat strictorium, quod sic fit. Accipe puluerem rubeum, & cum album. oui per
B optime misce, & iterum de farina tritici adde, & simul commisce, & lignum longum exinde inficias, & exinde locum diligenter inuoluas: deinde liga sicut prius: & sic dimittatur per plures dies, donec iunctura bene fuerit confirmata. Quũq; tumorem illũ, q ex strictorio superuenerat, repressum uideris: tunc patiens aqua calida balneetur, & strictorium eleuetur, & fomentetur prædicta aqua: & si cuncta bene stare cognoueris, superponas sparadrapum tale, qđ sic fit. Puluis mastiches, olibani, picis græcæ, boli, ponatur in cera, & sepo arietino, supra ignem prius liquefactis: deinde pecia inficiatur, & loco superponatur tepidum, & si necesse fuerit, applicetur apostolicum.

a Additio. Sed est sciendum, ꝙ si fiat solutio continuitatis in iũctura manus, vel in alia iunctura præterq̃ in hume
C ro, quoties curatur vulnus, debet membrum moueri sursum & deorsum duplici de causa, vt & proprium habeat motum, & vt superfluitas, si qua est interius, tali motu effluat.

### De disiunctione cubiti. Cap. XVI.

SI vero os cubiti a proprio loco disiungatur, hoc modo subuenitur. Medicus sub plicatura brachij fasciam imponat, & ex ea quasi staffam faciat, & pedem in fascia tenendo, & comprimendo inferius manum, brachium ad humerum eleuet, & os ad proprium locum reducat, & ter vel quater brachium eleuet, & deponat, & iterum eleuet, & sic ligetur, vt brachium eleuatum, sit ad collum suspensum, & ita ꝙ non possit replicari. Post paucos vero dies, sæpe infirmus tentet ipsum brachium deponere, & eleua-
D re: & sic ligetur, vt non impediatur eleuatio, vel depositio a.

a Additio. Potest etiam fieri alia cura, extendatur brachium supra planam terram, & cum calcaneo iuxta læsionem primo apprehensam a medico, manu reducatur iunctura ad locum, et tabulæ sint ex vtraq; parte, et caueas ne ferulæ nimis stringantur in extremitatibus propter impedimentum nutrimenti ad locum.

### De disiunctione manus. Cap. XVII.

SI iũctura manus exierit a ꝓprio loco, brachium cum vna manu, & manum cum altera, medicus accipiat, & leuiter ac suauiter ad locum proprium reducatur os, tanq̃ a contrario loco, & fomentationibus, si opus fuerit, factis, & vnctionibus, & tabellis

ex vtraque parte positis ligetur. Eodem modo digiti ad proprium locum reducantur, quum a propria iũctura recedent.

*De fractura brachij & humeri.* Cap. XVIII.

SI os brachij, uel humeri, frangatur vsque ad medullam, et maxime si medulla lęditur, semper est infirmus iudicãdus ad mortem. Sed si non sit vsque ad medullam læsus, bene curatur. In primis ad locũ proprium reducatur, si fiat sine carnis ruptura, membrum ex vtraque parte capere debemus, & leuiter ac suauiter extendere, & manibus comprimere, vt si sit fractura in brachio, medicus faciat discipulum suum tenere infirmum per manum, extendendo digitos, & brachium totũ. Alter vero sit ex altera parte, qui firmiter teneat patientem per humerum. Medicus uero ossa coniungat, et reducat ad proprium schema. Quo facto, accipiatur plagella quatuor digitis ampla ad ligandum brachium, quæ infusa in album. oui superponatur, & ea brachium optime stringatur, & ex omni parte adæquetur. Iterum accipe aliam peciam, & super ipsam ligetur. Postea vero ferulas primo paratas adaptamus, & chordis super ligamus, & sic per. iij. dies dimittimus: in capite vero trium dierum similiter facimus, & postea similiter in alio tertio. Post nouem dies pręparetur strictura, scilicet puluis rubeus sic præparatus, vt dictum est superius in tertia cura: & de tali strictura brachium optime inungatur, & fascia ad supradictum modum ponatur, & ferulæ: & semper custodiatur membrum, ne infirmus super illud se appodiet: & sic dimittatur per plures dies, scilicet, donec os fuerit bene consolidatum, quod cognoscitur quando tumor, qui ex constrictorio venerat, desinit: & tunc aqua calida balneetur, & eleuetur strictorium, & fomentetur bene aqua vbi cocta fuerint malua, branca vrsina, & similia. Postea vero bene abstergatur, & si os bene consolidatum fuerit, vngatur dialthęa, uel marciaton, & stuppa superposita religetur vt supra cum fascia & ferulis. & si visum est quod adhuc non bene sit consolidatum, iterum fiat strictorium, & expectetur simili modo: & si solidum fuerit, omni die fiant vnctiones, fomentationes, et ligationes, donec sanus sit. Quod si per ligaturam, vel stricturã, nascatur erysipelas, ubi fuerit, non ligetur, sed prædicto modo erysipelati obuietur.

*De fractura ossis cum uulnere.* Cap. XIX.

SI vero ossis fractura sit cum vulnere, præsint aliqui, qui membrum teneant ex vtraque parte, & medicus tentet cum digito. Quod si os fractum & separatum sit, statim abstrahatur, & os ossi iungatur, & ad proprium locum reducatur. Quo facto, fascia ad supradictum modum albumine oui infusa, stricte superligetur, ita tamen quod supra vulnus fascia sit ad modum vulneris perforata, & supra ipsam alia fascia sicut supra diximus, quæ ibidem sit perforata, & ferulæ apponantur vndique: nisi quod pars ferulæ ponatur ex vna parte, alia ex altera, & intromittatur pannus lineus album. oui infusus, & omni die curetur vt cætera vulnera. Ferulæ non dissoluantur nisi de tertio in tertium diem vt diximus, vsque quo vulnus sanũ fiat. Postea uero fomẽtationes fieri possunt, & cætera adhibeantur quæ superius diximus.

E *De defectu nutrimenti.* Cap. XX.

COntingit quandoque ex senectute, vel debilitate virtutis nutrimentum membris non pręstare potentis, os ex parte non posse consolidari, & licet solidari contingat, tamen patiens magnum dolorem ibi sentit. Ad quod fiat tale emplastrum, quod Reci. picis græcæ, & picis naualis, & resinæ, æqualiter, & ad ignem resoluantur, & calidius quam possit patiẽs sustinere, superponatur, & suauiter ligetur.

*De osse male consolidato.* Cap. XXI.

SI vero tribus vel quatuor mensibus anteq̃ accedat ad medicum, os non bene rectũ fuerit, prius ter vel quater supradicta fomentatione indesinenter contemperetur, & bene fomentato iterum rumpatur, & postea supradictam curam ei exhibeas.

F *De cancris, & fistulis, & alijs apostematibus ibi nascentibus.* Cap. XXII.

DE cancris vero & fistulis, hoc dicimus in his partibus quod superius diximus. Si enim ex vulnere contingat, vnguentum superius dictum ponatur [a]. Quod si fuerit in neruosis partibus brachij, puluerem asphodelorum, vel vnguentum ad hanc curam dictum ĩmittimus: quod de fistula solum dicimus, & non de cancro. Nam in neruosis locis, cancrum non curare, melius est, q̃ curare. Si vero cancer fuerit in ea parte brachij, in qua de nerui læsione, vel lacerti non sit timẽdum: incidatur vsque ad viuũ: cũ ferro vero calido diligẽter coquatur. vitellus oui cũ oleo mistus, quousque ignis cadat a loco illo, superponatur: deinde cum vnguento viridi, et cæteris, cu
G retur, vt cætera vulnera.

a Additio. Vel istud, quod valet ad cancrum. Reci. myrrham, aloem, et fac puluerem subtilissimum: postea accipe succum lanceolatæ, et absinthij, et chelidonię, ana. m. et pone in mortario, et diligenter incorpora oĩa, et vtere.

*De fistula, quando fit in brachijs.*

QVod si fistula fuerit in carnosis locis, & partibus brachij, vnguentum ruptorium mittere, incisiones, & incensiones facere secure valemus. In alijs cura est eadẽ, q̃ dicta est superius.

*De osse tabefacto a fistula.*

Si vero os fuerit a fistula tabefactum atque corruptum: os illud totum est purificandum, & corruptũ extrahendum: deinde procedendum, vt dictum est
H superius. De apostematibus vero idẽ dicimus quod superius, & eadem cura curentur.

*De uulnere in thorace.* Cap. XXIII.

SI vulnus factum fuerit in thorace, vel pectore, ense, vel alio simili, ita quod sit ex transuerso, & uulnus dependeat: suatur, & cura prosequatur, sicut dictum est superius [a]. Si vero interiora penetret, pannũ ĩmittimus, & curam prosequimur vt in alijs vulneribus. Si vero sanguis, uel putredo, ad interiora penetrauerit, patiens coram se super discum flectat, & vngendo se, modo hac, modo illac, sanguinem vel saniem foras emittit per uulneris meatum: et hoc fiat quoties ipse mutatur: & supra illam partem ad iacendũ, quousque sanus sit, locetur semper. Si vero huiusmodi

modi vulnus in longum sit, suturam facere non consueuimus, sed cũ panno & alijs vsq; ad finẽ curare.

a Additio. Fiat etiam ligatura hoc modo. vnum caput fasciæ perforetur, ac ex eo unus humerus obuoluatur, deinde procedat sub axillis alterius humeri, et ita circumeat corpus, donec iterum redeat ad humerum: et non obuolutum ibi scindatur fascia, et circumligetur illi humero, prius nõ obuoluto: tamen nos non consueuimus scindere fasciam. Ita quidem dixi, quia leuior uidetur mihi ligatura cum foramine, q̃ sine foramine: astutia uestra uos doceat, uel ab aliquo sciente addiscatis.

### *De ferro, si in thoracis, uel pectoris substantia lateat.* Cap. XXIIII.

SI intra thoracis vel pectoris substantiã lateat ferrum, osse pectoris in rotundum perforato, leuiter trahatur. Si sub costis fuerit, vel inter costas, inter costam & costam incidatur, & cuneus, vbi locus sit apertus, inter eas ponatur, & sic de facili extrahatur. Si vero competentius extrahi nõ poterit, melius est vt dimittatur. Quod si ferrum interiora non penetrauerit, abstracto ferro, lardo mittatur [a]. Curetur deinde vt dictum est superius in alijs. Si etiam ad interiora penetrauerit, lardo intromitti poterit: & in cæteris subueniendum est, vt dictum est superius. Hoc quoq; notandum est, vt stuellus, qui in talibus vulneribus mittitur, fiat ita, atq; locetur, ut competenter abstrahi, et interius non remanere, possit [b].

a Additio. Melius tamen est ut imittatur stuellus, timendum enim esset, ne lardo dissolueretur, et generaret putredinem.

b Additio. Fiat tenta caudata et longa, et hoc fiat tam in uentre, q̃ in thorace, et caudæ istæ extra dimittantur, ita tamen q; non possint intus cadere.

### *De flectitudine costæ.* Cap. XXV.

COsta quando flectitur, & ad interiora ducitur: tũc patiens ad balneũ ducatur, & medicus manus siccas suas, melle, vel terebinthina, vel pice, vel visco, perũgat, & supra locum vbi infirmitas est, imprimẽdo manus imponat, & statim eleuet, & sic plu ries faciat, donec costa ad suum locum ducatur. Cussa vero cum igne, idem facere consueuit, apposita: deinde apostolicum, vel aliud simile emplastrum, superponatur. Si fiat vulnus in aliqua parte corporis vsque ad inguina, & intestina, nec exierint, nec læsa sint, eodem modo cura est adhibenda, vt diximus in cura thoracis et pectoris, siue ferrum ĩterius lateat, siue non, excepto q; non debet in rotundum, sed in longum incidi, quando ferrum lateat interius.

### *De uulnere quod fit in corde, pulmone, stomacho, & hepate.* Cap. XXVI.

SI vulnus fuerit in corde, pulmone, hepate, stomacho, diaphragmate, ipsum non nostræ curæ cõmittimus. Horum vero vulnera, his signis cognoscuntur. Si enim vulnus fuerit in corde, sanguis fluet niger, & abundanter. Si vero fuerit in pulmone, sanguis spumosus exit, & anhelitus mutatur. Si in diaphragmate, magnus & spissus anhelitus habetur, & cito moritur. Si in hepate, manifestum erit per læsionem operationum, quæ in eo fiunt. Si in stomacho,

A cibus per plagam egreditur. Quorum omnium vulnera, mortalia iudicamus. Ne igitur nostro iudicio uideantur perire, ab hmõi cura potius desistamus.

### *De uulnere, si fuerit in splene.* Cap. XXVII.

SPlen seruile membrum est, vnde incisiones, & alia huiusmodi de facili patitur. Ideoq; si vulnus habuerit, præcedentium & subsequentium cura, secure liberabitur.

### *De pulmone, si per aliquod uulnus exierit.* Ca. XXVIII.

COntingit quandoq; pulmonẽ per vulnus strictum exire, & timentibus læsionẽ, uulnus non audemus elargare: cui sic subuenire solemus, patiens supinus iaceat et bene distentus: medicus uero a superiori parte cutim manibus ex transuerso accipiat: discipulus vero ab inferiori parte faciat eodem modo: & ita simul & medicus & discipulus sic tenendo cutim ad superiora festinanter totum corpus eleuet, vt patiens subita aeris attractione, quadam proportione, ipsum pulmonem ad proprium locum redire compellat.

B

### *De intestinis, si per aliquod uulnus exirent.* XXIX.

SI intestinum per aliquod vulnus foras exierit, & per longum, vel ex obliquo, ita q; maior pars sana remaneat, incisum fuerit: sic subuenire ualemus. Primo per interualla, si frigida facta fuerint intestina, aliquod uiuum animal per medium scindatur, & super intestina ponatur, et tandiu sic relinquatur, quousque intestina calefiant, & calore naturali iuuentur, atque mollescant. Interim præparetur cannellus de sambuco ad modum uulneris intestini, ita q; longitudine sua superet longitudinem uulneris ex vtroq; latere unciam unam: cannellus uero ualde subtilietur, & per uulnus intestini intromittatur, & subtilissima acu suatur, & filo de serico, cannellus uero ita locetur, ut per ipsum superfluitas intestini ualeat trãsire, et sit curæ uulneris impedimentum non ualeat exhibere. quo facto, spongia in aqua calida infusa, & bene abluta, sordes ex intestinis suauiter extinguantur. quibus bene purificatis, intromittantur in uentrẽ per uulnus, per quod exierũt: & tunc patiens supra tabulam positus cõquatiatur, ut in proprio schemate collocẽtur intestina: & si uulnus non fuerit tantũ quod possint ĩtromitti, amplietur. quibus intromissis, uulnus tandiu dimittatur apertum, quousq; uideris intestinum conglutinatum. vnde supra suturam intestini puluis rubeus omni die ponatur. Postq̃ uero intestinum fuerit cõsolidatum, uulnus extrinsecus, cum sutura, & alijs, cura, ut dictum est superius. Quod si uulnus magnum fuerit, hoc superaddimus, ut stuellus satis lõgus in uulnere mittatur in longum ab una extremitate ad aliam exiens, et supra ipsum stuellum uulneris interior pars caute suatur, puluis rubeus superponatur. Stuellus uero qui remãserit interius, omni die uersus pendentem partem trahatur, ut pannus uulneri quotidie renouetur. Quum autem uideris, uulnus consolidatum, stuellum totum abstrahas: & extremitatibus nondum consolidatis, ut in alijs uulneribus, curam adhibeas. Diæta quoq; sit multum tenuis & digestibilis.

C

D

*De fistulis, & cãcris, & apostematibus.* Cap. XXX.

DE cancris, & fistulis, & apostematibus, idẽ dicimus, quod & superius: quia cum sint in carnosis locis, incisionetur & incensiones facere, unguẽta mollientia, & pulueres mittere possumus: hoc autem superaddimus, ꝙ si fistula ventrem penetrauerit, nec puluerem, nec vnguentum, ĩmittere debemus, ne lædant interiora. Sed & si meatus fuerit strictus, cum tenta mali terræ elargetur: & patiens supra discum se inclinet, vt putredo, quæ interius est, possit exire. Postea ĩmittatur stuellus, inũctus de vnguẽto ruptorio, & caute intromittatur: deinde cura, vt dictum est superius.

*De cancro, qui fit in mamillis.* Cap. XXXI.

DE cancro uero, qui in mamilla fit, adiũgimus, quia si tota dura, tosta, & liuida fuerit, dimittatur, quia ĩcurabilis est, nisi mamilla tota radicitus tolleretur. Si autem tantum circa locum illum sit dura, & in alijs partibus sit bene tractabilis, curetur puluere asphodelorum, vnguento ruptorio, vel etiam incensione, vt diximus [a].

a Additio. Vel fiat puluis iste, qui cancrum & fistulam interficit, et desiccat, qui Recip. auripygmentum, viride æs, atramentum, salgemmã, cornu ceruinum vstum, os leporis ustum, stercus humanum combustum, restam alliorum combustam, sanguinem draco. tartarum, puluerem cẽrigalli, cancrum fluuialem vstum, calcem viuam, herbam linariam siccam, piper nigrum, et aloen, zinzibet, thus, mastichẽ, nitrum, puluerem soleæ combustę, alumen scissum. Primo, abluitur locus cum vrina pueri, vel cum aceto, vel cum aqua, vbi coctus sit cortex medianus vrni, et postea superaspergatur puluis abundanter.

*De apostemate in mamillis.* Cap. XXXII.

FIunt & apostemata in mamillis ex menstruali sanguine illuc misso. mamilla enim spongiosum membrum est, vnde attrahit ad se menstrualem sanguinem, et ibi conuertitur in lac, quod quũ ante partum non emittitur, remanens ibi, membrum indurat, & inde dolor magnus. Cui sic subuenimus. Maturatiua ponantur, vt malua, branca vrsina, & alia, quæ dicta sunt superius. Quum vero membrum bene mollificatum videris, secundum iam dictum modum incide, & stuellum caudatum, primo factum, intromitte, & totam saniem exprime, & locum purifica. Caudatum dixi, quia tentæ sæpe interius attractæ, remanentes ibi, sunt causa magni doloris, & tunc oportet vt diligenter incidatur, & prædictæ tentæ extrahantur.

*De capite mamillæ, si intus lateat.* Cap. XXXIII.

PRimareolæ, & in partu nouellæ, sæpe caput mãmillę interius deducitur, ita ꝙ nec infans potest accipere, vnde sequitur prædictum malum: & tunc apponẽda est cuffa super capitellum, vt trahat ad se, & sugat: & postea curetur, vt diximus.

*De uulnere in uirili membro.* Cap. XXXIIII.

SI in virili membro fuerit vulnus, eodem modo curetur cum sutura, & alijs, vt dictum est superius. Idem etiam ĩ testiculis dicimus, ꝙ si folliculum suum exierint, ad proprium locũ reducãtur, vulnus

E autem suatur, & puluis rubeus aspergatur, et curetur postea, vt alia vulnera [a].

a Additio. Nota, ꝙ si vulnus fiat ex transuerso, ita ꝙ ad vrinales meatus non procedat, cum suturis, partem parti reddendo, et puluere, et vnguentis potest curari. Si autem ad meatus vrinales veniat, non potest curari, aut vix curari, propter acumen vrinæ, quæ solutionem continuitatis operatur.

*De cancro, si fuerit in uirili membro.*

SI cancer fuerit in virili membro, & totum membrum occupauerit, totum cancrosum & infectũ excidatur, ita ꝙ de viuo aliquantulum auferatur, & cum instrumento ferreo calido, uel aureo, coquatur: deinde curetur, vt dictum est superius.

F *De fistula in eodem membro.* Cap. XXXV.

SI vero fistula ibidem nata fuerit, cum vnguento ruptorio, & alijs, cura exhibeatur, vt iam supra docuimus. Quod si pustulæ superuenerint, vnguentum album apponatur, sed pro aceto, aquam rosa. pro oleo cõmuni, violatum ponimus. Si vero ipsum excoriari, filumq; rumpi contingat, vnde inflatur & tumet, atque durescit, oleum viola. cum albu. oui permistum imponimus, & ĩterius mittimus. Cæterum si orificium eius strictum est, aliqua tenta de cera, vel de aliquo simili ĩmittatur, vt sanies ad exteriora melius educatur. Ad idẽ, accipe aloen, succum apij, oleum vio. albu. oui, & simul incorpora, & in locum mitte.

G *De excoriatione, & inflatione testiculorum.* Cap. XXXVI.

AD excoriationem testiculorum, & ruborem, & inflationem. Accipe cimoleam, vernicem, myrrham, colophoniam, betonicam, & resinam, & terenda tere, & cum oleo calido misce, & resinam adde, & simul incorpora: & testiculis, aqua calida bene ablutis, tale unguẽtum loco rubenti superponimus. Ad idem valet faba excoriata, & parata prout comedi debeat superimposita. Vel accipe vermicularem, simphulam, & oleum viol. herbas prius contere diligenter, & postea oleum viola. adiunge, & diligenter incorpora, addito albu. oui. Ad idem valet oleum viol. cum albu. oui mistum [a].

a Additio. Solent aliquando in virili membro verrucæ nasci, et pustulæ superuenire, vnde ad verrucas delendas, apponatur puluis asphodelorum, vel puluis hermodacty-
H lorum: quibus deletis fiant medicamenta vulnerum ad pustulas: primo fomentetur locus cum aqua decoctionis maluæ, brancæ vrsinæ, et similium.

*De ruptura siphac.* Cap. XXXVII.

SIphac, est panniculus ille, qui retinet intestina ne cadant in oscheum, qui sępe relaxatur, vel etiam rumpitur, secundũ magis & minus. Quod si parua fuerit crepatura, solum ventositas exit, & facit inflationem ad modum nucis, quandoq; etiam oui. Si vero magna sit crepatura, descẽdunt intestina per didymũ, q per mediũ, ꝓcedit siphac ad testiculos, et fit hernia. Si pua sit crepatura, et ex paruo tpe, et si puer: fiat ligatura, q̃ supra crepaturã cõprimat, & dentur crispellæ

pellæ de consolida maiori.xi.cum vitello oui factæ, quando.xi.dies tantum supersunt de luna, ita ut quolibet die, vsque ad finem lunę, comedat de his, unam diminuendo. Si vero ruptura magna sit, aut si parua sit, sed iam adulto & prouectæ ætatis, aut si etiam in puero, secundum temporis diuturnitatem, per incisionem & incensionem curare sic consueuimus. In primis sic patiens collocetur in bancho, caput & humeros habens depressos, ut tota intestina descendant ad pectus. Coxas vero et crura teneat eleuata: testiculus vero illius partis ducatur ad rupturam in quantũ caute duci poterit, & ibi encaustro, vel carbone, signetur in circuitu: deinde accipiatur rotunditas tota cum didymo, & postea ferrum calidum de vno signo ad aliud mittatur: deinde in latum eodem modo ferrum calidum mittatur, postea stylus: & sic stylis in cruce manentibus, spagus subtilis submittatur, & bene ligetur: quo facto tribus cauterijs vsque ad stylos caute & diligenter vratur. Est quandoq; fractura parua: & tunc accipiatur pellicula cum didymo, vt diximus, & signetur prædicto modo, & ferrum calidum mittatur ab vno signo ad aliud, & bene ducatur ferrum huc & illuc, sursum & deorsum, & hoc tribus vicibus, vel tribus cauterijs. Quando supra eundem locum accipitur pellicula solum, et in longum inciditur, & didymo hinc indeque scarnato, vratur cauterio, & ouo superposito in stuppa, patiens sic eleuatis cruribus & coxis portetur in lecto: & diligenter tibiæ ad coxas, vt se non destendat priusquam ignis ceciderit, ligentur: & ponatur puluis rubeus, & talia, quæ constringant. & postquã sanatus fuerit, ponatur apostolicum. Diæta quoq; adhibeatur tenuis & facile digestibilis. & post hoc totum, fiat ligatura vt diximus. & per duos, uel tres menses sibi caueat.

### *De intestinis si cadant in oscheo.* Cap. XXXVIII.

SI cadant in oscheum intestina, Primo reducantur in locum suum: quod si fieri leuiter non poterit, fiat clystere, vel purgetur: apponantur mollificatiua: & intestinis intromissis interius aptetur vt diximus: & vbi ruptura est, discipulus ponat digitum, & medicus incidat pelliculam supra testiculum illius partis. Extracto testiculo, scarnetur didymus usque superius: quo facto cum gioua, si qua ventositas est in didymo, remittatur interius, & spago bene suatur didymus, & ligetur de spago, vtroque capite dimittatur pendere semisse extra, & tabellis superpositis, tribus cauterijs incendatur didymus, & scindatur usque ad spagũ. Quo facto superponatur stuppa cum ouo, & portetur in lectum vt diximus, & vsque ad nouem dies superpõatur ouum cum oleo. Post nouem vero dies ignis cadit, & spagus: & tunc fomentetur aqua, vbi sit cocta branca vrsina, parietaria, absynthium, et talia. Postea vero curetur vt dictum est superius.

### *De hernia.* Cap. XXXIX.

SI hernia fiat ex humoribus venientibus a renibus ad testiculum, quod cognoscetur tactu, qa tactui cedit; incidatur pellicula supra testiculũ, & ex-

A trahatur aqua illa, & stuello intromisso, bene purificetur vulnus. Si autem vis vt non reciprocetur ægritudo, cognoscatur vtrum testiculus sit putridus: & si non fuerit putridus, dimittatur. Si vero putridus fuerit, abstrahatur: postea curetur, vt cętera uulnera.

### *De hernia ex carnositate.* Cap. XL.

FIt quandoque hernia ex carnositate quadã pręter naturam nascente iuxta testiculum: & tunc pellicula incisa, vndique debet excoriari: & discooperta carnositate illa a corio exteriori vsque superius, cauterio abscindatur didymus, & proijciatur: deinde oscheum suatur, & curetur postea ut debet, & dictum est superius. [a]

a Additio. Hernia quandoq; fit ex ventositate, quandoq; B ex humoribus, quandoq; ex carnositate. Circa ventositatẽ, dentur extenuantia ventositatem, succus hypericon datus in potu, liberat multum.

### *De lapide existente in collo uesicæ.* Cap. XLI.

SI lapis fuerit in vesica, hoc modo certus existes: sedeat aliquis fortis in bancho, & pedes teneat in scamno, & patiens sedens super coxas illius habeat crura ligata cum fasciolo ad collum, uel spathulas sub sedentis firmato: et tunc medicus stet ante patientem, & duobus digitis dextræ manus intromissis in anum, & pugno sinistræ manus impresso supra pecten, uesica intromissis digitis ad superiora leuetur, et tota tractetur: & si aliquid, uelut globum, durum & graue inuenies, constat quia lapis est in uesica: si molle & carnosum est, qđ inuenis carnositas est, quæ uri- C nam impedit [a].

a Additio. Si lapis est in uesica, dentur diuretica, et lapidem frangentia. Sed si hoc modo non curatur, certus eris, q; lapis est in causa.

### *De impellendo lapide de collo uesicæ ad fundum.* Cap. XLII.

SI lapidem in collo uesicæ existentem, in fundo eiusdem ad præseruationem impellere uolueris: præcedentibus fomentis & unctionibus, petroleum per syringa immittatur: post uero aliquod interuallum syrinx ad collum uesicæ mittatur: & leuiter, suauissime, & caute, lapis a collo uesicæ ad fundum im- D pellatur. Vel, quod securius & leuius est, fiat, ut operari consueuimus: præmissis fomentis & unctionibus, prosequantur omnia, quæcunque diximus ad cognoscendum si lapis est in uesica: & digitis intromissis, & pugno sinistro supra pecten impresso, ipsis digitis collum uesicæ tractetur, & paulatim lapis qui est ibi, moueatur: & sic caute & diligenter ad fundũ ducatur. Sic enim, qui tali passione grauatur, diutius præseruari ualebit.

### *De cautela extrahendi lapidem.* Cap. XLIII.

SI lapidem ipsum abstrahere uolueris, diæta præcedat tenuis. & antea quam curetur, debet ieiunare duobus diebus, & parum comedere [a]. Tertia uero die, præmissis omnibus, quæ diximus ad

cognoscendum si lapis est in uesica. Inueniatur lapis, & ducatur vsq; ad collum vesicæ, & ibi in fontanella duobus digitis super anum incidatur in longum cũ instrumento [b]; deinde lapis extrahatur. Post incisionem vero, & lapidis abstractionem, vsque ad nouem dies, mane & sero, fomentationibus de branca vrsina, & parietaria, & malua factis vtatur patiẽs: stuppaq; cum vitello oui in hyeme, in æstate uero cũ albu. & vitello, superponatur.

a Additio. Consyderatis particularibus, vt si potest ieiunare, vt si sit puer, vel aliquis debilis virtutis, quibus non debemus iniungere diætam.

b Additio. Caue tamẽ, ne incidatur filum, quod est inter anum & testes, sed tantũmodo ab vna parte fiat incisio.

*De superflua carne in collo uesicæ.* Cap. XLIIII.

SVperflua vero caro, q̃ in collo vesicæ iuxta vulnus sæpe nascitur, rasorio remouenda est, & incisio sui debet duobus vel tribus punctis: deinde curetur vt cætera vulnera: hoc quoq; diligenter est attendendum, ꝙ si magnus fuerit lapis, per incisionem, cura nequaq̃ est adhibenda, sed ad præseruationẽ a collo ad fundum eiusdem est impellendus.

*De uulneribus, quæ fiunt posterius, ita ꝙ spinalis medulla uel neruus incidatur, uel lædatur.* Cap. XLV.

DE vulneribus quoq;, quæ fiunt in collo vesicę in posteriori parte corporis, idem dicimus qđ & superius, quocunq; modo contingant.

De spinali medulla hoc superaddimus, quia si in longum vulneretur sine læsione medullę interioris, velut aliquis neruus, poterit conglutinari. Quod si ex transuerso vulneretur, & medulla exierit, aut intus corrupta remanserit, vix, aut nunq̃, per chirurgiam credimus liberari.

*De uulnere longaonis.* Cap. XLVI.

LOngaon [a], si ense, vel alio simili, in lõgum vulneretur, curetur, vt in lacertorum cura docuimus. Si vero tota ex transuerso incisa sit, & in extremitatibus separata, ab vtraq; extremitate, aut ab una sola, ipsa longa cum aliquo forti spago iuxta illã partem, vbi se tenet, firmiter ligetur, atque stringatur, ut ad extremam partem, nutrimentum nullo modo uenire valeat: & ita dimittatur, quousq; extrema pars de se ipsa cadat a corpore: deinde vt in aliꞇs vulneribus, curam adhibeas. Si vero non ex toto sit incisa, ex mala cura periculum euenire solet. Quod si telo vulnus sit factum, cura eadem est, vt in lacertis prædiximus.

a Additio. Idest longa. Longa, est pars illa carnositatis, quæ est ex vtraq; parte spinæ, vsq; ad caudam.

*De uulnere in renibus.* Cap. XLVII.

IN renibus vulnera raro fieri contingit, si quandoq; tamen obuenerit, eius curam potius diuinæ gratię, quam nostro operi committimus: tamen pro viribus ingeniꞇ, & vulneris qualitate, & quantitate, de curis aliorum in hac parte diligens operator medelam adhibeat. De fistulis in his locis nascẽtibus, idẽ dicimus, quod & supra.

E *De apostemate iuxta fundamentum, quasi carbunculo, & de fistulis, & de cancris natis in posteriori parte corporis, & in fundamẽto.* Ca. XLVIII.

IVxta fundamentum nascitur aliquando apostema, quasi carbunculus, & fit ibi ampulla quandoq; per mensem, & patiens propria manu aufert illam, & postea iterum renascitur, & negligentia non curatur, & ita locus infistulatur. Vt ergo de eius principio melius certificari valeas, primo patientem interroga, si aliquando, quum per anum ventositatem emittit, pars illius ventositatis per fistulam exit. Quod si verum est, certum est fistulam ad caput longaonis penetrasse. Cui sic est subueniendum. In primis longior digitus in oleo inunctus in anum mittatur, & tentetur versus caput longaonis, & tactu digiti cognoscetur si tenta de facili exeat per foramen: F & tunc pecia quasi seton in capite tentæ, velut acus missa, transmittatur, & ligetur caro, & dimittatur tunc. Alia vero die truncetur caro vsq; ad peciam. Quod si non vis incidere, ex vna parte peciæ de vnguento ruptorio pone quantum sufficiat sub carne, & trahatur pecia interius: & quum vnguentum carnem consumpserit, curetur vt cætera vulnera.

*De hæmorrhoidibus.* Cap. XLIX.

HÆmorrhoides fiunt tribus modis. Nam aliquando sunt intus, & emittitur sanguis, & faciunt dolorem. Aliquando sunt extra, & tunc quandoq; emittunt putredinem, quandoq; nihil emittũt, & ingrossantur, & fiunt atrici, vel ficus, & constringunt multũ, & faciunt dolorẽ. Si fuerit intus, & sanguis G emittatur: primo fiat fomentũ ad dolorẽ mitigãdũ, de radice tassi barbassi, marrubio nigro, & mẽtastro: et postea accipe corticẽ castanearũ, et corticem cucurbitæ, & soleas veteres, & ponas super carbones accensos, & patiens supra sellam stando fumum recipiat: & hoc bis, uel ter in die faciat, donec sanguis constringatur, et dolor minuatur, et post fomentum sanguisugæ ponantur, & liberabitur [a]. Postea si volueris vt atrici cadant, per aliquod instrumentum simile clysteri, succus cucumeris agrestis mittatur, & per vnam vel duas horas dimittatur: & hoc fiat donec ardor inceperit, & postea vnguẽto albo sine aceto ungatur. Postea fiãt fomẽtatiões, donec sanus sit. Si vero sint extra ingrossatę [b], et nulla putredo emittatur: accipiantur folia artemisiæ & absynthꞇ trita, et H cum oleo de lino cocta, superponantur calida in quãtum potest sufferre vsq; ad tertiam, vel quartam diẽ: & tunc si videris prodesse, insistas cum hac medicina. Si autem non decreuerint, accipe fructus caprificus, et pone in olla rudi supra ignem, donec conuertantur in carbones, ex quibus fiat puluis, & vncto prius loco de melle, superponatur: deinde lana succida & manu vel pede bene comprimatur: & quum infrigidatus fuerit, statim alius puluis similiter superponatur: & hoc fiat donec diminutæ fuerint: Deniq; si penitus vis curare, quisq; atricus de filo serico ligetur bene, & si patiens sustinere poterit, incidatur: qđ si non, dimitte filum, donec ceciderit: deinde super vnoquoq; atrico ponas parum de vnguento ruptorio in capsula de cera facta: vel põatur ibi ferrũ calidum.

dum. Cæterum si sanguis non emittitur, sed putredo, tentetur tenta, & videatur vtrum tendat versus os natium, siue naticarum, vel versus longaonem. Si versus longaonem iuerit, dimittatur: si versus os natium, per idem foramē mittatur ferrum calidum, uel unguentum ruptorium: deinde apposito ouo curetur vt cætera vulnera.

a Additio. Ad idem, accipe radic. bardanæ, & decoque eas in optimo vino albo, & fiat fomentum sedendo super scamnum foratum, & multum valet ad eas desiccandas & delendas, recipiat fumum per embotum.

b Additio. Succus parietariæ cū vitello oui, & oleo ros. valet circa hæmorrhoidum tumorem.

*De stranguria ex uulnere.* *Cap.* L.

QVia per vulnus circa pecten & alias partes uicinas vesicæ factum, stranguria sæpe contingit, qualiter iuuamē preberi possit, dicamus. Fiat ergo emplastrum, quod Reci. cinerem foliorum & radic. ebuli, & ipsum cinerem et ebulum, diu bullire facias: deinde calidius quam tolerari potest, in sacculo aliquo pectini imponas, & statim vrinam patiens reddet.

*De cauterijs quæ fiunt ab homoplatis inferius.* *Cap.* LI.

QVia cauteria plurima beneficia corpori humano ministrant, de illis, quæ ab homoplatis vsq; ad genitalia fieri debent, & ad quid ualeant & vbi fieri debeant, docere curamus.

Ad inflationem vel tumorem iuncturæ manus, et brachij, & ad dolorem manus, vratur in brachio retro tribus digitis a nodo. Ad omnem tumorem & dolorem manus, vratur in concauitate manus, & ex alia parte in raseta. Ad idem, conferet ustio in concauitate. Ad dolorem humerorum & spathularum, & ad defectum oculorum, fiat vstio ad nodulū in fontanellis brachij intus & extra. Ad asthma, fiat vstio in concauitate supra pectus sub epiglotto. Ad dolorem stomachi, mittatur seton sub furculis pectoris. Ad vitium hepatis, fiat vstio supra hepar.

*De setone.* *Cap.* LII.

AD splenem, mittatur seton in sinistro hypochondrio supra splenem, & quidam mittunt duos, vnum semotum ab altero. Ad dolorem vmbilici, fiat seton tribus digitis sub vmbilico. Ad dolorem lumborum, sub ipsis lumbis in fontanellis ī mittatur seton. Ad dolorem spinæ, tres setones mittantur, vnus in medio spinæ, alius tribus digitis supra, tertius tribus digitis infra. Ad dolorem testiculorū, mittatur seton sub testiculis in oscheum. Ad hęmorrhoidas, mittatur seton supra anum.

Explicit liber tertius.

A

# INCIPIT PROLOGVS quarti libri.

QVia operi finem imponere ī parte Deo dante disposui, sed quod nō sublimi stylo, non colorato sermone, non ordine, perfecto cuncta sum prosequutus, diligens lector mihi veniam pręstet: et quo sermone, quo ordine in artē redactam receperim, et ī quid eā mutauerim, qbusue loquutus sim, diligēter attēdat: & in hoc, velut in stabili, firmoq; principio, superædificare laboret, vt terrenam sibi laudem, & gloriam consequi mereatur. Curas igitur a scia superius distincte & lucide prosequutus, de curis sciæ, & aliorū membrorū a scia inferius, tractare curabo.

B

*Capitula libri quarti.*



# DE VVLNERIBVS quæ fiunt in vertebro, seu scia vel ischiade. Cap. I.

SI vertebrū [a], ensis vulnere læsum esse contigerit, ita etiam vt quædā pars sciæ remaneat, si quid est remouendum, remoueas: & vt diximus

D

superius in suturis et alijs, curam adhibeas. Quod si telum ei inhæreat, & secure trahi nō valeat, vsque ad os caro incidatur, vt euelli competentius ualeat. Cæterum si euelli sic non poterit, subtili trypano circa ferrum iuxta prædictum modū foretur, & sic caute trahatur: deinde curam adhibeas, vt dictum est superius. Quod si os lęsum nō sit, cura est manifestissima.

a Additio. Vertebrum, alio nomine dicitur scia, et os rotundum, et ligatura.

*De uulnere coxæ.* *Cap.* II.

SI Vulnus in coxa, ense, vel alio, fieri contingat, siue os lædatur, siue non, eam curam adhibeas,

quam in brachijs fieri supra docuimus. Si telo vulnus coxæ accidat, nihil adiungimus his, quæ in cura brachiorum dicta sunt superius.

*De uulnere genuum.* Cap. III.

SI in genibus fiat vulnus etiam, vt patella ex magna parte separetur, per suturam iuxta dictũ modum cura exhibeatur. Idem dicimus si ex transuerso fiat, siue patella sit læsa, siue non [a]. Telum quod patellæ inhæret, summa cautela est abstrahendum, secũdum prędictam doctrinam: deinde curam adhibeas, vt in alijs vulneribus [b].

a Additio. Sed raro, vel nunq̃, liberabitur ad plenum.
b Additio. Hoc addito, si patella ex toto incidatur, ambæ coxæ comprimantur fascia, & postq̃ erit aptata, in locum suum ligetur: et si opus fuerit, ponatur farina siliginis, mumia, vel sanguis humanus, quia hodie non reperitur vera mumia, & sanguis draco. omnia terantur, & cum albu. oui cõmisceantur, & superponantur.

*De uulneribus cruris.* Cap. IIII.

DE vulneribus cruris, hoc dicimus qđ in alijs: hoc tantũ super addimus, q̄ si fiat vulnus spatio trium vnciarum a genibus infra, vel a genibus supra, vel in carnositatem cruris, ubi organicum membrum est, de eius periculo valde timendum est: vnde curam, quam de lacertis prædiximus, semper adiungas: hoc pręnotato. Q. si tumor ĩnascitur cũ quadam duritie atq; nigredine, & multo dolore, & ad superiora conscenderit, mortale est. Si vero ad inferiora, non est mortale. Si vero crus sit telo perforatum, iam dictam curam adiungas.

*De uulnere pedum.* Cap. V.

SI autem vulnus fiat in pede cum læsione neruorum & ossis, vel sine læsione eorum, eodem modo cura exhibeatur, vt in vulneribus manuum diximus. Si autem in calcaneo vulnus fuerit, cautissima sit cura.

*De disiunctione uertebri.* Cap. VI.

SI vertebrum, casu, vel percussione aliqua, resilierit a scia, propter humorem discurrentem ibi: Si neruus, qui ossa coniungit rumpatur, in ęternum fiet claudus, tamen meliorari potest. Primo infirmus iaceat supinus, & medicus sedens oppositus ei, & reuolutus circa ipsum, pedibus imprimendo, et inter vnã coxam & aliam tenendo crus, alius fortis teneat firmiter corpus a superiori parte, medicus manibus trahendo, & pedibus imprimẽdo ad locum proprium reducat. Si uero opus fuerit, ligetur infirmus duobus fasceolis iuxta iuncturam illam, & medicus sedens teneat caput vnius fasceoli ex vna parte, et alius teneat similiter ex altera parte, & sic æqualiter trahendo reaptetur os, & mensurentur pedes, vt sciatur, vtrũ bene stent. Vertatur etiam infirmus, vt medicus non decipiatur, & mensurentur calcanei: & si ambæ nates æqualiter iacuerint, bonum est. Et tunc ponatur pecia albu. oui infusa, & plumaceolis necessarijs locis superpositis, super ligetur maxima fascia, ita q̄ ambę coxæ compręhendantur cum fascia. Infirmus in aliquo loco arcto locetur ad iacendũ, vt coxæ nõ possint vagari, et sæpe fiãt vnctiones & fomentationes, ut diximus.

E

*De fractura ossis coxæ.* Cap. VII.

SI os coxæ rumpi cõtigerit, in primis ad propriũ locum reducatur, & si fiat ruptura cum uulnere carnis, membrum debemus ex vtraq; parte capere, & leuiter extendere, & manibus comprimere: & cætera cũcta prosequimur quæ circa rupturam brachij diximus. Hoc autem superaddimus, vt ad mẽsuram alterius coxę, cruris, et pedis aptetur. Oportet quoq; ad mensuram vnius vnciæ spatium inter capita ossium relinquere. Ad ligandum vero, plagellam per semissem amplam imponere, & aliam super illam ligare. Circa vulnus quoq;, et circa alia, si ibi fuerit uulnus, prædictam curam adiungimus.

*De disiunctione cruris a coxa.* Cap. VIII.

F

SI crus a coxa sit disiunctum, eadem sit cura, quã & in disiunctura brachij, & cubiti diximus: fomentationibus enim & vnctionibus præmissis, cum staffa prædicta, os ad locum violenter reducitur. sine tabellis ligetur primo contractum, postea extensum: deinde paulatim moueatur vt bene ambulare suescat.

*De ruptura cruris cum uulnere & sine.* Cap. IX.

DE ruptura cruris, & cum vulnere carnis, et sine vulnere, idẽ dicimus, quod in ruptura brachij diximus, nihil addentes, nisi vt spaciũ vnius vnciæ, vt in ruptura coxæ docuimus, inter capita ossiũ relinquatur, & plagella ligetur. Nec hoc prætermittimus, quia si infra spacium trium vnciarum sub genu vel trium supra in crure, vel coxa, fieri ruptura contingat, alijs signis superuenientibus, quę iã dicta sunt, periculum mortis indicimus.

G

*De disiunctura pedis, & cruris, & de disiunctura digitorum pedis.* Cap. X.

PEs aliquando a suo loco disiungitur, & modo hac, modo illac, modo versus plantam, modo ad calcaneum vergitur: vnde fomentis & vnctionibus pręmissis, pes a medico trahatur, & fortiter: & p̄ varietate disiuncturæ, nodus ad proprium locum redire cogatur: & tabulis vndiq; positis, superligetur. Digiti pedum, quãdo a propria positione secedunt, eodem modo ad iuncturam suam reducantur, vt de digitis manus diximus.

H

*De cancris & fistulis in his locis nascentibus.* Cap. XI.

CAncri, & fistulæ, quæ in his locis nascuntur, aliquando carnem tantum corrumpunt, aliquoties os tabefaciũt, atque corrumpunt. Quia uero partes istæ carnosæ sunt, venisq; & neruis ac arterijs implicitę non sunt, secure incẽdere, & incisiones facere, uiolentaq; unguenta ĩmittere, secure ualemus. Item huiusmodi cancer aliquando se constringit, aliquando se elargando & alterando corrodit: quem sic per incisionẽ curamus. Quãdo est in elargando, labia undiq; ferro incidãtur, & sanguis exprimatur: deinde usq; ad pro fundũ uratur, ouoq; superposito, et alijs, ut dictũ est superius, curetur.

Quod si cancer in loco ossuoso superuenerit, & super

per os aliquod fecerit eminentiam. Cura sic adhibeatur: capsula fiat de cera, vel pasta, ad modum loci, & impleatur de vnguento ruptorio, & supra locum patientem ponatur: vel facto circulo de cera, vel de pasta, iuxta quantitatem loci, ponatur, vt bonã carnem custodiat: locus autem patiens de vnguento impleatur, vt caro infecta mortificetur & corrodatur: et a mane vsque sero, & econuerso dimittatur: deinde ouum, ad ignem tollendum, ponatur. Postq̃ vero ignem cecidisse cognoueris, vsque ad os incidas, & quod ibi male creuisse cognoueris, vsque ad os radicitus remoue, os diligenter abrade: et quantum de ipso osse, nigrum, infectum, & mortificatum esse videris, tuo ingenio remoue. Et quum bonam carnem crescere cognoueris, et ossi superuenire, curam in uulneribus dictam adhibeas. Cęterum si os totum uides mortificatum & tabefactum, incurabile est. Item cãcer, qui in extremis partibus est, potest occidi puluere psylothri. Item fit cancer fœtidus, niger, qui occiditur puluere asphodelorum [a].

[a] Additio. Nascitur quandoq; lupus in cruribus, vel tibijs, distinctus a cancro, per signa dicta superius, vbi facta fuit distinctio inter cancrum et lupum. Fiat ergo incisio tribus digitis a radice, et circum circa a radice incidatur: et superponatur stuppa cum ouo: prima die caute vratur: deinde cum puluere et vnguentis curetur more cãcri, vt superius dictum est.

### De pustulis & rupturis, quæ fiũt in cruribus. Ca. XII.

PVstulæ & rupturæ, quæ fiunt in cruribus, eodẽ vnguento curantur, vt ad rupturam capitis fieri supra iam diximus: hoc autem super addimus, vt de vrina matutina patiens sibi prius abluat crura circa loca rupta: deinde bene abstergat, & de unguento in illa cura prædicto, se vngat. Quum autem videris pustulas remoueri, & rupturas sanari, apponẽ vnguentum album, in quo sit pro aceto aqua rosata, & oleum viola. pro cõmuni.

### De cauterijs quæ fiunt in coxa, crure, & pedibus. Cap. XIII.

COntra sciaticam passionem tria cauteria fiant supra sciam ad nodulum: vel fiat ibi cauteriũ triangulatum. Ad remedium totius corporis duæ fiunt vsturæ in tibia, tribus digitis sub genibus, & tribus digitis supra nodulum tali, quæ multum valent ad arthreticam, & ad dolorem superiorum, & vna fiat retro sub crure. Ad arthreticã, fiat vstura in acuitate sub pedibus.

### Contra combustionem ignis, uel aquæ feruentis. Cap. XIIII.

SI cõbustio fuerit cũ igne, uel aqua calida, tunc accipiatur primo oleum cõmune, & cum aqua frigida diu & diu misceatur: & quum bene incorporatum fuerit, iterum adde aquã, & similiter misce diu, & hoc tali inungas locum combustum. Item accipe cortices maligranati, & in bono vino prius mollificatis, in eodem vino decoque, & postea terãtur cum album. oui, & ex illis vngatur locus. Item accipe herbas frigidas. s. crassulam maiorem & minorẽ, siphulam, vmbilicum veneris, solatrum, semperuiuam, et oĩa pistentur, ana manipu. i. cum libr. i. axungiæ nouellæ, & coque illa omnia in olla, & cola, & colaturę
A addatur parum ceræ, & mastiches. hoc multum valet. Item sũmitates sambuci cum axungia mistæ, & sępe tritæ, & postea dimittantur per. iij. dies marcescere, & illud tale coquatur ĩ aqua, & colatũ reseruetur.

### De incendio ignis, si multum penetrauerit in profundo. Cap. XV.

SI ignis multum penetret ad profundum, fiat hoc vnguentum. Recip. lithargyri, plumbi vsti, ana vnc. i. mastiches, olibani, ana vnc. ß. gersæ, vnc. iij. Ista omnia puluerizentur. Item accipe succum vermicularis, vmbilici veneris, solatri, cimarum rubi, ana vnc. iij. olei uiola. unc. iij. succus cum oleo viola. diu agitetur, ut incorporentur: postea addatur puluis supradictus, & cõmisceatur. Iterũ addatur aqua rosa. & fiat sicut unguentum album in mortario, & B ponatur hoc unguentum in folio plãtaginis, uel caulis, & superponatur loco patiẽti. Item accipe calcem uiuam, & mitte in aqua, & ablue ter, & per tres uices dimitte requiescere in fundo, & aquam semper proijce: postea accipe oleum uiola. uel rosa. uel cõmune, & cum calce bene incorporetur: & iterum ablue cũ aqua, & proijce, & usui reserua [a]. Solet etiam plurimum ualere inunctio saponis saracenici, si fiat a principio. Item mel appositum ualere solet [b].

[a] Additio. Item accipe alumen, acetum, et lycium, et insimul misce, dolorem statim tollit. Fimus columbinus idẽ facit. Item sanguis gallinaceus a principio superinunctus, plurimum valet. Item accipe oleum cõmune, vel viola. vel rosa. et perunge locum vstum, deinde superasperge puluerem factum de stercore asinino vsto.

[b] Additio. Sapo, sic fit. accipiantur duæ mensuræ quarti capitelli, et una mẽsura olei cõmunis, et fiat decoctio ali- C quantula ad spissitudinem, quod perpenditur gutta apposita supra marmor: et etiam quum applicatur linguę, ipsam vehementer incendit, et mordicat: postea addatur mensura una tertij capitelli, et fiat decoctio vt prius ad aliquantulã spissitudinem, et probetur prædicto modo ad marmor, et ad linguam, sed non mordicabit ita, vt prius: postea apponantur duæ mensuræ de capitello secundo, et fiat decoctio vt prius, vsq; ad perfectam spissitudinem semper agitando. signũ decoctionis est, quando gutta posterioris decoc. est minus acuta prima, et minus mordicans. dicitur autem saracenicus, quia niger est.

### Tractatus lepræ & specierum eius. Cap. XVI.

EX corruptis humoribus lepra consurgit in corpore. Vnde sicut quatuor sunt humores, ita quidem & quatuor sunt eius species. s. alopecia, elephan- D tia, leonina, & theriasis. Est autẽ alopecia de phlegmate, & uulpi assimilatur, quia quemadmodum uulpes depilantur, sic qui hanc speciem lepræ pati consueuerunt. Elephãtia, fit ex sanguine, et ab elephante sic nominatur, quia sicut elephas oĩbus animalibus maior est, ita sanguis, ex quo fit elephantia, maior est omnibus alijs humoribus. Leonina, fit ex cholera naturali, & dicitur sic a leone, q̃ cæteris animalibus calidior iudicatur, & ita hæc passio calidior alijs perhibetur. vel ideo, quoniam sicut leo uarius est colore, similiter patientibus hanc uarij sunt colores. Theriasis, fit ex melancholia, quæ tyro seu thero assimilatur, nam sicut tyrus per compassionem & confricationẽ spolium amittit, sic isti quum ex tali humore patiuntur, tota die se scalpere & confricare desiderant, quibus hoc vnguentum facimus. Accipe saponis gallici,

vnc.iiij.piculæ,lib.i.ceræ, vnc.iij.spumæ nitri, vnc. iij.fari.lupinorum amarorũ,et fuliginis, ana vnc.iiij. succi fumiterræ, vnc.iij.axũgię veteris, vnc.iiij.olei, & capitelli quantum sufficit, & confice sic, omnia in vase fictili ad ignem pone, præter ea, quę teri debent, quousq; liquefiant, liquefactis cerã adde, deinde pulverem terendorum pone, & sic tepidum omni die iuxta ignem vsq; ad. vij.dies eo vngatur, & postea eat ad balneũ & abluatur, quũq; hoc factum fuerit, post tres dies testiculi abscindantur ei, & paulo inter cubitum & humerũ, vbi fons dicitur, coquatur: et super utrãq; auriculã in fontibus similiter. Valet.n.hoc unguentũ proprie contra elephantiã. Contra alopeciã tale fiat vnguẽtũ. Accipe piperis, sulphuris viui, ana vnc.iij. pyrethri, vnc.ij.olei phialam.i.succi porri, phialã.i.saponis gallici, lib.i.cõfice sic, pulverizanda terantur, & cũ oleo bulliant: deinde saponẽ adde, & cõmisce, et dissolue parum ad ignem, sed prius lanuginem ubi est, abradas: postea cũ lana fortiter frica, et pergat patiens ad balneum, et eo se in sicco balneo diligẽter inungat, & in eo sudet: & sic faciat de tertio ĩ tertiũ diẽ, donec sanus sit, et semp abrasus existat.

E

F

### *De spasmo.* *Cap.* XVII.

SPasmus superueniẽs uulneri hoc modo curatur. Vngatur vnguento græco, quod sic fit. Accipe olei muscelini, vnc.i.petrolei, vnc.5.olei cõmunis, & butyri, vnc.iiij.ceræ, vnc.i.styracis calamitę, & rubræ, ana drac.ij.&.5.mastich.oliba.ana vnc.5.gumi hederæ, drac.iij.&.5.confice sic, omnia simul misceãtur, & supra ignem cũ liquefiendis ponantur, et cum spathulis agitando puluis terendorum mittatur. Vltimo vero, quum ad spissitudinem venerit & coctum fuerit: superponatur styrax, & fiat inunctio inter.iij. ignes in ceruice, & collo, & spina existentes, & etiam in toto corpore. hoc autem vnguentum valet multum in omni spasmo de repletione [a].

a Additio. Item accipe absynthij, manip.i.baccas lauri, cyminum, & omnia pulverizata confice cum melle, & fac bullire aliquantulum vt inspissetur: & positum in plagella tepidum superpone loco dolenti, hoc mitigat dolorem mirabiliter.

Explicit chirurgia magistri Rogerij.

FINIS.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Z AAA BBB Omnes sunt Quaterniones: pręter n P AAA BBB Qui sunt terni L Quinternum. Tabula vero per se patet.

Venetijs apud hęredes Lucęantonij Iuntæ Florentini.
Anno. M. D. XLVI. Mense Aprili.